

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35

ANNALES
ECCLESIASTICI,


AVCTORE
CÆSARE BARONIO
SORANO
EX CONGREG. ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO CARD.
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET
SANCTÆ APOSTOLICÆ SEDIS
BIBLIOTHECARIO.

Tomus Sextus.
Editio nouissima.
ANTVERPIÆ
Ex officina Plantiniana,
M. D. CIII.

IN PETRA EXALTAVIT ME ET NVNC EXALTAVIT CAPVT MEVM SVPER INIMICOS MEOS.

DE LA LIBRERIA

es de la libreria del colegio real mayor de san fernando



ANNALES
ECCLESIASTICI,

AVCTORE
CÆSARE BARONIO
SORANO
EX CONGREG. ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO CARD.
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET
SANCTÆ APOSTOLICÆ SEDIS
BIBLIOTHECARIO.

Tomus Sextus.
Editio nouissima.

ANTVERPLAE
Ex officina Plantiniana,
M. D. CIII.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N.

IN PETRA EXALTAVIT ME ET NVNC EXALTAVIT CAPVT MEVM SVPER INIMICOS MEOS.

es de la libreria del colegio real imaior de granada





S · A · N · C · T · I · S · S · I · M · O
A · C · B · E · A · T · I · S · S · I · M · O
P · A · T · R · I
E · T · D · N · C · L · E · M · E · N · T · I · V · I · I · I ·
P · O · N · T · I · F · I · C · I · M · A · X · I · M · O

CÆSAR BARONIVS CONGREGATIONIS
Oratorij Presbyter sempiternam felicitatem.



V M sacra tractantur, BEATISSI-
ME PATER, haud satis esse cuilibet
homini, præstantissimi licet ingenij,
propriis niti viribus, certo illo decla-
ratur exemplo, dum ad mechanica
• etiam elaboranda, fabro, etsi rerum diuini cultus
opifici, tanta hæc diuinitus esse impertita, Moyses
affirmat: Impleuit, inquit, Beseleel Dominus spi-
ritu Dei, sapientia & intelligentia, scientia & omni
doctrina ad excogitandum & faciendum opus in
auro, argento, & ære, sculpendisque lapidibus, &
opere carpentario: quicquid fabrè adinueniri po-
test, dedit in corde eius.] sed & adiecit, vt ita diui-
no spiritu bene confectum opus, non antè sacro
esset vsui mancipadum, quàm ab ipso Moyse fuisset
cognitum & benedictum. Quæ quidem omnia
cùm ipsi, qui licet Deo sacrandæ, fabrilia tamen tra-
ctabat, diuinitus dari decuerit: quanto eadē maiori

cumulo expetenda erunt ab eo, cui elucidandæ rerum Ecclesiasticarum veritatis onus incumbit? nempe vt spiritu veritatis semper afflatus, veritate vndique constans opus absoluat, atq; illud ipsum demum antequam publicè edat, ipsi, qui Ecclesiæ præest, vniuersali Pontifici offerat cognoscendum atque benedicendum.

Huius autem vetustissimi Ecclesiæ moris, & ab Apostolis ipsis egressæ traditionis pleraque manent vbiq; impressa vestigia, in primisque Doctoris Gentium, magna illa quidem: Etenim vt acceptum diuinitus (quod ipse testatur) Euangelium vniuersæ probaretur Ecclesiæ, ne in vacuum cucurrisset; ad hoc ipsum vt cognosceretur à Petro, Hierosolymam venit, atq. apud eum diebus quindecim mansit. Cuius Apostolici instituti memores qui post Apostolos vixerunt in Ecclesia sacrarum rerum scriptores, quos elucubrabant commentarios, eosdem cognoscendos ac comprobandos mittere cõsueuisse ad Ecclesiæ Romanæ Pontificem, præter alia quæ præcesserunt exempla, præsens tomus id indicat factum à SS. Turibio Episcopo Asturicensi, ac Cæsario Arelatensi, insuper ab Honorato atque Gennadio Massiliensibus: quæ enim isti aduersus Priscillianistas siue Pelagianos hæreticos conscribere, eadem ad Leonem Magnum, eiusq; successores Felicem atq; Gelasium probanda misere. Sed cum vnus idemq; mos esset vniuersæ Ecclesiæ, quod Occidentales fecisse diximus, id ipsum eodẽ tempore ab Orientalibus præstitum, certum est:

est: etenim primariæ totius Orientis Ecclesiæ Orthodoxus Antistes (Ioannem dico Alexandrinum Episcopum) elaboratum à se aduersus Pelagianos Apologeticum examinandum illum misit ad Gelasium Romanum Pontificem: Qui Apostolica, qua ceteris omnibus in Ecclesia Catholica emerit auctoritate, non de adhuc viuentium tantum scriptis iudicium protulit, sed Pontificia maiestate arbiter sedens, quotquot ab Apostolorum temporibus edita essent de Christiana religione volumina, ad censuram Ecclesiasticam reuocauit; eaque cuncta exactè peruestigans, acutè disquirens, atque examinans accuratè, tamquam os Domini, mundum segregauit ab immundo, & pretiosum separauit à vili; tanta sibi iure vendicans legitimus Christi Vicarius, clavis Dauidis certus heres: Cui Catholice veritati qui aduersatur, Dei ordinationi resistit; dispergeretq. conuincitur, qui cum illo non colligit; sed & tamquam fur arguitur atq. latro, qui aliunde & non per ostium intrat, ab eo duntaxat aperendum, qui scientiæ clauem hereditario iure possedit.

His ego admonitus, SANCTISSIME PATER, in primis quo debiliores sentio mei ingenij esse vires, eò enixius semper studui diuinum auxilium implorare, vt quæ Deus sponte rerum sacrarum fabro concessit, eadem rerum Ecclesiasticarum scriptori exposcenti non deneget: Inde verò summo labore partas meas omnes lucubrationes (qualescumque illæ sint) antequam edantur, more maiorum, Romanæ Ecclesiæ censuræ seuerissimæ subiicere con-

fueui; easdemque probatas, Apostolica benedi-
ctione veluti diuino quodam sigillo consignandas
offerre, vt duplici munimento securæ, nullo vni-
quã possint aduersantium labefactari conatu, cum
^{Matth. 7.} certum sit, nulla vi ventorum, vel imbrium impe-
tu diffici posse ædificium illud, quod constat su-
pra firmam petram habere solidum fundamētum.

Accipe igitur, post quartum & quintum, adhuc
sextum hunc Annalium tomum, quem tua aucto-
ritate cognitum atque probatum, Pontificia bene-
dictione locupletes. Ex eo quidem in ærumnosis
his atque deploratis temporibus, quibus sancta Ec-
clesia immensis motibus iugiter agitur atq. con-
cutitur, haud mediocrem consolationem diuinæ
prouidentia, qua suam Ecclesiam moderatur, hau-
rire possis, cum illa deploratissima tempora repræ-
sentet, quibus inter alia illud etiam accidit infelicis-
simum, quod nullus omnino toto orbe Christiano
Catholicus Princeps extaret, sed cuncti Reges &
Imperatores hæresibus tenerentur impliciti, & cum
Italia, ipsa Roma, Romanaque Ecclesia sub Gothi-
co & Ariano gladio ingemiscerent: quando ex in-
sperato suscitatur sibi Deus hominem secundum cor
suum instar Dauid, seruum fidelem, Regem Fran-
corum, religionis Catholicæ professorem atq. acer-
rimum defensorem, Christianissimum Clodo-
ueum: Qui è Gentilium superstitione conuersus,
illud ipsum quod accepit ab Ecclesia Catholica
Euangelium, in Francos omnes qui aderant, & in
posteris feliciter propagauit; atque demum proxime

mè moriturus; insigni pietatis exemplo, ipsum
quod sciret vnicum esse totius Ecclesiæ visibile ca-
put, corona regia redimiuit, mittens ad Apostolo-
rum Principis Petri Confessionem persuasione
S. Remigij Francorum Apostoli coronam auream
gemmis ornatam. Dona verò Regum non solum
pretiosa, sed mystica quoque esse solere, testifica-
tione etiam Euangelica admonemur: cuiusmodi ^{Matth. 2.}
Clodouei fuisse munus, euenta probarunt: eo enim
obsequio visus est dans coronam, oppignorasse re-
gnum ipsum in Ecclesiæ Romanæ præsidium (co-
ronam enim illam, regnum nominatam fuisse, qui
res gestas Francorum sunt prosecuti, testantur) eò <sup>Hincmar.
in Vita
S. Remigij.</sup> eoque munere illud Deo dicare voluisse, atq. perpe-
tuò stabilire: dum enim supra petram, Petrique
Confessionem regni coronam posuit, regnum suum
stabili fundamento firmavit, vt rerum multiples
exitus declararunt. Etenim collapsis, eueffisq. pe-
nitus ceteris barbaris qui inuaserunt Romanum
Imperium, Gothis, Wandalis, Sueuis, Alanis, Eru-
lis, Hunnis, & Longobardis, sola corona Franco-
rum Apostolica protectione securæ, cõstans, firmæ-
que permansit, maioribus in dies accessionibus au-
cta atque splendoribus illustrata; tunc tantum visa
nutare, obscurari, & in vltimum discrimen adduci,
cum ab hæretica labefactata perfidia, Apostolico
est præsidio destituta: Inde dumtaxat (serò licet iif-
dem intelligentibus Francis) ipsa consecutura re-
medium, si eò, vnde excidit, reuocetur, ad ipsam vi-
delicet immobilem petram, Apostolicamq. Con-
fessio-

fessionem, atq. denuo super illius capitis verticem honorificè collocetur, vbi primùm à primo Christianissimo Rege Francorum posita, mira claritudine semper toto terrarum Orbe refulsit.

Id vnum cùm optent Catholici omnes, petantque Fideles, ad idque semper suspiret & anhelet mærens in cinere sedens omni destituta solatio Ecclesia Gallicana: tu ipse, BEATISSIME PATER, assiduis à Deo precibus vehementiùs poscis, exposcisque potentiùs indefinentibus lacrymis, atque efflagitas repetitis quotidie sacrificiis, immèso rursùm Francos dolore parturiens, donec, vt priùs, efformetur Christus in eis. Annuat votis Deus, & exoptato placatus aspiret, vt quod omnes cupiunt, alterum tibi excitet Clodoueam, cuius ope diu depressum cõsurgat Francorum regnum, & vt olim, florentissimum rursùm appareat: sicque meliorum vicissitudine rerum, secundùm prædictionem illam Propheticam*, pro cinere coronam accipias, oleum gaudij pro luctu, pro spiritu mæroris pallium laudis: vt rursùm vocentur in eo fortes iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandum: ædifices deserta à sæculo, erigas ruinas antiquas, ciuitates dissipatas instaures; & qui alieni facti erant, reuersi consistant, tecùmque pascant gregem tuum: Has tantas secum afferat à Deo præstandas benedictiones, qui modò Sanctitati tuæ tomus iste benedicendus offertur: vt læteris in Domino viuásque feliciter semper Catholicæ Ecclesiæ profuturus.

P E-

PETRO ALDOBRANDINO

S. R. E. DIACONÒ CARD.

AMPLISSIMO.

• CÆSAR BARONIUS FELICITATEM.



XIGIT à me, Cardinalis Amplissime, pristinae consuetudinis vsus, simulq. præstans tua dignitas admonet, vt sextum hunc Annalium tomum Summo Pontifici oblatum, eiusq. benedictione signatum tibi primùm tradam, qui eidem sacrae ministerio functionis proximè ades, & sanguinis necessitudine coniunctior hæres, atque laborum participatione vnà coniungeris: idq. eo libentiùs, quòd sciam veterum diaconorum exemplo, & inter alios eius cuius tu nomen & munus geris, Petri S. Gregorij Papæ diaconi, eiusdem ordinis Dei ministros non in sacris tantùm, sed in re etiam litteraria Romanis Pontificibus astitisse, si quando ab ingruentium negotiorum turba cessare liceret. Quid enim gratius & honestius, atque homine Ecclesiastico dignius, quàm si de Ecclesiæ antiquitatibus differat, secundùm illud Ecclesiastici*: Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens?] Exemplo igitur Petri diaconi S. Gregorium piè interrogantis & argutè quærentis, elicentisq. è sapientiæ promptuario per dialogismum diuina responsa, Patrem cùm interrogas, dicet tibi, & patruum dum interpellas, annunciabit tibi; fietq. vt cui ministerio assistis, ipse magisterio tibi prosit; beneq. versa vice, modò Clemens Petrum Ecclesiasticis instruat institutis, cùm olim à Petro Clemens iisdem fuerit eruditus. Cui quidem & eo nihil fuit antiquius, quàm vt te à puero optimis moribus institueret, & veluti in purissima cera, in optima indole omnium virtutum imagines efformaret: quod quàm felicissimè sit assecutus, testes nos omnes sumus, qui nouellæ plantæ primitias degustauimus toto illo anni curriculo, nobis autumno perpetuo, quo te apud nos reliquit idè patruus tuus tunc S. R. E. Cardinalis, cùm honorificentissimè legationis munere à Sixto Pontifice in Poloniam mitteretur.

Si igitur tanta luce adolescentiæ tuæ matutina crepuscula micuerunt, qualem decet iuuentutis expectare meridiem, cùm

* Eccli. 39.

cum præfertim fulgor tantæ accesserit dignitatis? Quo nomine magna planè abs te diacono Paulus Apostolus, præscribens legem diaconis, exigit, & iure quidem: nosti enim quæ de his tradat martyr Ignatius scribens ad Trallianos: Quid, inquit, diaconi, nisi imitatores Angelicarum virtutum, Deo ministrantes ministerium purum & immaculatum, vt S. Stephanus beato Iacobo, Timotheus & Linus Paulo, Anacletus & Clemens Petro?] Cum verò tanta hæc à quibuslibet etiam minorum Ecclesiarum diaconis, requirantur: qualia præstanda putas à diacono primariæ totius Orbis Ecclesiæ? Satis est illis, si ad illustrandas suas, quibus ministrant, priuatas Ecclesias, positi sint supra candelabra ardentes lucernæ: ad illuminandam autem illam, quæ sua amplitudine continet omnes quotquot sunt in Orbe fideles, planè conuenit esse Solem: vnde meritò & summo illo gloriæ titulo iidem decorantur, vt etiam Illustrissimi nominentur.

Ad hæc tanta præstanda cum multa suadeant atque prouoocent, domestica te tamen exempla compellunt, Ioannis in primis patruī tui S. R. E. dignissimi Cardinalis, in quo tamquam in antiquæ probitatis viuo reddito exemplari virtutes omnes vnâ cum doctrina incomparabili miro decore fulsere; insuper & eius germani, tui verò institutoris & promotoris Hippolyti, iidem planè virtutum, atque scientiæ, sed longè maioris dignitatis, nempe Pontificatus maximi insignibus exornati: cuius merita si ex diuini iudicij compensatione perpendas; cum seruus bonus atque fidelis sit ille quem Dominus super multa constituit, planè optimus & fidelissimus habendus est ipse super omnia bona sua à Domino constitutus. Horum tu consecrare vestigia: quæ cum cælum versus esse directa, & longioribus semper spatiis (vt festinantium esse solent) leuiter humi pressa vides; tibi magis magisque in dies velocius currendum esse, vt eos assequaris, intelligis. Hanc à fene tui amatissimo cum munere etiam admonitionem accipere grato animo, ne recuses. Vale.

1. Tim. 3.

IN
CÆSARIS BARONII
 ANNALIVM ECCLESIASTICORVM
 TOMVM SEXTVM
 IOSEPHI CASTALIONIS
 Carmen.



*VSA fuit quoties Christi conuellere firmam
 Turba fidem longè monstris immanior Orci,
 Fascibus & quoties socialibus effera Regum,
 Aut Arri infremuit rabies, aut dira libido
 Nestorij, Eutycheosq̄, Tomo quem ponere sexto*

*Cura tibi, Hesperia BARONI gloria nostra:
 Ne pars infanda succumberet optima secta,
 Quæ Deus opposuit Sanctorum roborâ Patrum?
 Cecropiis, Latiisq̄ viri noua fulmina terris
 Emicuerè pio præstantes pectore & ore,
 Per quos & scelus extinctum, & pax reddita terris.*

*Tartareis rursus labes educta cauernis
 Innumeras populis hac tempestate per Orbem
 Ingressit clades, ac meruit funere regna.
 Hinc opifex rerum tibi mentem in tempore tali
 Iniecit, dextramq̄ stylo munivit acuto,
 Quo furiale malum superis in Tartara ab oris
 Concideret, miserisq̄, salus mortalibus esset.
 Annales hinc ire sacros ab origine prima
 Christi adum in lucem pretiosa volumina gaudes.
 Augeris pulchra librorum prole quotannis,
 Et longum scriptis proferis tibi nomen in auum.
 Acta Patrum, moresq̄ notas, ritusq̄ vetustos,
 Resq̄ alta penitus mersas caligine pandis,
 Impiaq̄ in superos bacchantium dicta retundis:
 Totq̄ vnus seriem sacrorum euoluere longam
 Pergis, opusq̄ instans immensum ferreus vrges.
 Tantus amor cultus, Romanaq̄ sacra tueri,
 Et maiestatem Romani extollere Patris.*

*Humani custos generis quæ gaudia CLEMENS
 Percipit, vt nouit Clodoueo Rege subisse
 Dulce iugum Christi Celtas. nam sperat eosdem
 Ad gregis actutum redituros septa Latini,
 Facturosq̄ iubet quodcumque Ecclesia mater*

Unica,

Vnica, quæ sanctis moderatur legibus Orbem:
 Quod precibus, lacrymisq; Deum, votisq; fatigans
 Orat perque diem, perq; alta silentia noctis
 Sollicitus, pereat commissi nequid ouilis.

Aërias exhausta tui pars magna laboris
 Trans Alpes, atque Oceani trans littora currit,
 Oraq; peruolat at variorum multa virorum.
 In patrium libros sermonem vertere gestit
 Quisque tuos, munusq; suis popularibus aureum
 Tradere, caelestisq; elementa infundere vitæ.
 Sunt mores scriptis similes, sunt consona dictis
 Facta tuis, auges sacris altaria donis,
 Exoras pro teq; Deum, populoq; fideli,
 Inque hominum flagrant usus tua pectora amore.
 Te pater omnipotens, cuius moliris honori
 Tanta, suat longis incepta absoluer chartis,
 In terrisq; diu specimen te sospite recti
 Esse velit, tantisq; frui virtutibus Orbem.



Sextus Annalium tomus incipit ab anno Domini
 quadringentesimo quadagesimo, perduciturque
 usque ad annum quingentesimum duo-
 deuigesimum, vt Septimus inchoetur ab Im-
 perio Iustini Senioris: complectitur annos se-
 ptuaginta octo.



A N N A L E S ECCLESIASTICI.



E A D E M animi alacritate atque fiducia, qua quinque supe-
 riores Annalium tomos inchoauimus & absoluimus, di-
 uino fulci præsidio aggredimur Sextum: vt planè iam satis
 nobis esse videatur futuræ nauigationi vela pandisse, qui
 eius vehimur nauis*, cui obediunt venti & mare. Illius
 namque præsidio nitimur Mulieris fortis, quæ facta tam-
 quam nauis institoris de longè portans panem suum, nauig-
 atione reciproca nostras ad Deum preces & vota perfe-
 rens, ad nos reuertitur gratia plena. Per eam enim diuina
 Sapiencia^c attingens à fine vsque ad finem fortiter, dispo-
 nenq; omnia suauiter, res etiam nostras solita benignitate
 feliciter moderatur: Vt planè eius ope confisis, de prospero rutoq; ad portum appulsu spem
 haud dubiam concipere liceat, frustra ex aduerso latrantibus canibus sub facie compræ vir-
 ginis Scyllæ, & tergemini Geryonis: quos nauigantibus molestos fuisse, fabulosa antiqui-
 tas finxit, quales temporibus nostris Ecclesiæ aduersarios experimur. Soluimus igitur, te
 propitia, hilares, Virgo MARIÀ, atque nautis, ipsi videlicet Angelicis choris (quorum
 sicut^d larantium omnium habitatio est in te) occinentibus ex more celeuma, & nos læti
 recinimus: Intende^e, prosperè procede, & regna.

PRÆFATIO
 AUCTORIS
 CVM NVMI-
 NIS IMPLI-
 RATIONE.
 * Marc. 4.
 * Prou. 31.
 * Sap. 8.
 * Psal. 88.
 * Psal. 44.

IESV CHRISTI LEONIS PAP. THEODOSII 33. IMPP.
 ANNVS ANNVS VALENTIN. 16.
 440. I.

E C O E P T V M superiori tomo annum Domini quadringentesimum quadagesimum
 Consulari Valentini Aug. quinto & Anatolij consignatum, perductumque nostra
 scripione vsque ad obitum Sixti Romani Pontificis, iam prosequamur. Defuncto itaque
 his Consulibus Sixto Romano Pontifice Kalendis Aprilis (inquit S. Prosper^f) quadraginta
 amplius diebus Romana Ecclesia sine Antistite fuit, mirabili pace atque patientia aduen-
 tum diaconi Leonis expectans, quem tunc inter Aetium & Albinum (*erant hi Romani Du-*
ces exercitus) amicitia reintegranda causa, Gallia detinebant, quasi ideo longus esset aduen-
 tus, vt electi meritum, & eligentium iudicium probaretur. Igitur Leo diaconus legatione
 publica accitus, & gaudenti patriæ præsentatus, quadagesimus tertius * Romanæ Ecclesiæ
 Episcopus ordinatur.] hæc Prosper; itemque Marcellinus sub huius anni Consulibus or-
 dinationem Leonis recenset in Chronico, & alij omnes. Porro eum fuisse natione Tuscum,
 patre Quintiano, habet Anastasius in libro de Romanis Pontificibus. De sua verò absentia
 & electione idem ipse meminit S. Leo in sermone habito anniuersaria die suæ ipsius ordi-
 nationis

LIQ MAG-
 NVS ROM.
 PONTIFEX
 CREATVR.
 *quadagesi-
 mus septi-
 mus

^{Leo serm. 1.} nationis his verbis: Quia in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus, & benedixit nobis: quia fecit mihi mirabilia magna solus, vt presentem me cerneret vestre sanctitatis affectio, quem fecerat necessitas longae peregrinationis absentem, &c.] De studio itidem cleri atque populi erga se tum exhibitio ista subnectit: Ago igitur Deo nostro gratias, & semper acturus sum pro omnibus quae tribuit mihi: vestri quoque fauoris arbitrium debita gratiarum actione concelebro, euidenter intelligens, quantum mihi possint reuerentiae, amoris, & fidei studia vestre dilectionis impendere, animarum vestrarum salutem pastorali sollicitudine cupienti, qui tam sanctum de me, nullis admodum praecedentibus meritis, iudicium protulisset. Obsecro igitur per misericordias Domini, iuuate votis, quem desideratis expetistis: vt & Spiritus gratiae maneat in me, & iudicia vestra non fluctuent, &c.]

^{DIGNVM EXEMPLAR PERFECTI SACERDOTIS S. LEO.} Quod vero ad diem creationis ipsius spectat: cu S. Prosper amplius quadraginta diebus sedem vacasse restetur, corrigendum est quod apud Anastasium de Romanis Pontificibus legitur, vigintiduo diebus fuisse Romanam Ecclesiam sine Pontifice, vt loco, vigintiduo diebus, restituendum sit, quadragintaduo diebus. qua quidem ratione dicendum est, S. Leonis creationem fieri contigisse sexto Idus Maias. Electus igitur, quae decebant, duo simul iunxit in pastorali functione ad perfectum optimi sacerdotis exemplar efformandum extrema, nimirum summam in sua consideratione personae animi demissionem, & eminentem sublimemque in eius, cuius se esse successorem intelligebat animi celsitudinem. Vnde haec aliquando ipse ad populum pro concione, dum respiceret ad exiguitatis suae tenuitatem, & adepti muneris amplitudinem, ait: Ego etiam illud Propheticum debeo proclamare: Domine audiui auditum tuum, & timui: consideravi opera tua, & expaui. Quid enim tam insolitum, tam pauendum, quam labor fragili, sublimitas humili, dignitas non merenti? Rursum vero considerans cuius locum teneret, haec inferius: Rationabili obsequio celebratur hodierna festiuitas, vt in persona humilitatis meae ille intelligatur, ille honoretur, in quo & omnium pastorum sollicitudo cum commendatarum sibi ouium custodia perseuerat, & cuius etiam dignitas in indigno herede non deficit. Vnde venerabilium quoque fratrum & sacerdotum meorum desiderata mihi & honoranda praesentia hinc sacratio est & deuotior, si pietatem huius officij, in quo adesse dignati sunt, ei principaliter deferunt, quem non solum huius sedis Praefulem, sed omnium Episcoporum nouerunt esse Primate[m].] haec ipse & alia id genus plura, quibus plane significauit, vere a Deo se dignum electum esse Pontificem. Etenim Domini illa sententia est: Qui querit gloriam eius qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est.]

^{Idem. 7.} Incidit autem sedes eius in tempora plane miserrima, nimirum, cum Orientalis Ecclesia assiduis quateretur haereticorum procellis, Nestorianorum praesertim vbi que tumultuantium: Occidit vero Imperium a barbaris vastaretur, & cum capta Carthagine, iam propere vniuersam sibi Vuandali Africam vendicarent: cum & in Gallis apud Arelatum cum Gothis a Littorio Romani exercitus Duce male pugnatum esset, & ciuiles discordiae vigerent inter reliquos exercitus Duces. Praeter haec etiam Ecclesiae status turbulentissimus habebatur: sicut enim Orientalis Ecclesia, Nestorianorum causa, magnopere conflictationibus erat exagitata, ita & Occidentalis Manichaeorum iugiter fecundiori caespite pullulantium, & Pelagianorum rursus insurgentium erat assiduis proeliis perturbata. Accidit enim, vt praeter haereticos illos, qui vel palam, vel clanculo in Italia, & in ipsa Vrbe potissimum agerent, ab externis quoque prouinciis a barbaris captis, praesertim vero ex Africa pulsa Manichaeorum agmina se in Vrbe intulerint, magno ciuium detrimento. Sed eo letaliter erat malum, quo occultius eiusmodi eorumdem venenum serpebat: quibus detegendis, & in apertum e latebris adducendis, atque damnandis, haud leuiter insudandum fuit ipsi S. Leoni Summo Pontifici, cuius aduersus eos res gestas inferius ordine temporum enarrabimus.

^{CLADES AFRICANAE ECCLESIAE. Victor de persecut. Vuand. lib. 1.} Nunc vero ad miserabile Carthaginis bustum, atque in omnibus deploratum Africanam Ecclesiam statum oculos conuertamus. Capta igitur anno superiori (vt dictum est) decimo Kal. Nouemb. Carthagine, hoc anno Gensericus Rex Vuandalorum partitus est captas Africanas prouincias: de qua diuisione haec Victor: Disponens quoque singulas quasque prouincias, sibi Bizacenam, Azuritanam, atque Getuliam, & partem Numidiae reseruauit, exercitui vero Zeugitanam & Proconsularem funiculo hereditatis diuisit, Valentiano adhuc Imperatore reliquas licet exterminatas prouincias defendente.] & inferius, post recensitas expulsiões sanctorum Episcoporum, & exilia clericorum, de quibus superius actum est, ista subdit: Et dum ista geruntur (cum videlicet, vt dictum est anno superiori, inhi essent omnes

^{DE EPISCO. PIS QVI REMANSERVNT IN AFRICA.} **A** omnes ab ecclesiis Episcopi ac nobiles expelli qui supererant magni sacerdotes atque insignes viri memoratarum prouinciarum, quas diuiferat Vuandalis, cogitauerunt supplicandi gratia Regem adire. Qui dum (vt moris est) ad Massilitanum littus exisset, quod Ligula vulgari consuetudine vocatur, amissis iam ecclesiis & rebus, occurrere nisi sunt, supplicantes, ad consolandum populum Dei, saltem habitandi facultas, Vuandalis iam dominantibus, concederetur. Quibus ille per internuntium rabido respondisse ore probatur: Decreui ego de nomine & de genere vestro nullum dimittere, & vos audetis talia postulare? Quos etiam vicino mari voluit eadem hora demergi, nisi a suis diu, ne hoc faceret, rogaretur. Recedentes illi tristitia & maerore confecti, coeperunt qualiter poterant, & vbi poterant, ablati ecclesiis, diuina mysteria celebrare.] haec de paucis Episcopis, qui ad breue temporis spatium remanserunt, iam reliquis trans mare nauigare coactis. Eiectis autem ab ecclesiis qui illis **B** Orthodoxi praerant Episcopi, nobilibusque Carthaginensibus trans mare spoliatis diuitiis nauigare compulsi: in eo omne tyranni consilium vertitur, vt quod inuaserat regnum potens, armis sibi stabiliat. Sciens enim Carthaginensium ingenia haud debilia, sed acerrima, nequaquam libenter fore passuros itum barbaricum, qui a Romanis sibi illud imponi tantopere detrectassent: illud ipsum consilium inuit, vt nobiles quosque exutos bonis omnibus in Italiani nauigare compelleret, ne quid aliquando noui possent moliri Carthagine, cum ipse absens classe tentaret sibi subiicere Mediterranei maris oppositas Africae oras.

Quibus peractis, hoc quidem anno ipsum Gensericum comparata classe Siciliam tetasse, sed re infecta coactum fuisse redire Carthaginem, S. Prosper sub anni huius Consulibus ita narrat: Gensericus Siciliam grauius affligens, accepro nuncio de Sebastiano ab Hispania ad Africam transeunte, celeriter Carthaginem rediit, ratus periculosum sibi ac suis fore, si vir bellandi peritus recipiendae Carthagini incubisset. Verum ille amicum se magis quam hostem videri volens, diuersa omnia apud barbaros, quam praesumpserat, reperit, eaque spes causa illi maxima & calamitatis & infelicis mortis fuit.] haec Prosper. Porro a Cassiodoro Seniore defensam fuisse Siciliam & Brutiorum ora maritima, Iunior Cassiodorus in litteris Theodorici Regis testatur his verbis: Auus enim Cassiodorus, Illustratus honore cinctus, qui eius generi non poterat abnegari, a Vuandalorum incursione Siciliam, Brutiosque armorum defensione liberauit: vt merito primatum in illis prouinciis haberet, quas a tam saeuo & repentino hoste defendit. Debuit ergo virtutibus eius Respublica, quod illas prouincias tam vicinas Gensericus non inuasit, quem postea truculentum Roma sustinuit.] haec ipse: sed de exitu Sebastiani, cuius causa reuocatum e Sicilia Gensericum Prosper dicit, Victor est profecutus historiam. Erat autem Sebastianus inuidia Praefectorum Romani exercitus quasi perduellis existimatus Imperij; ob eamque causam factus extorris, in Africam ad Gensericum se contulit. Sed quae postea eidem ipsi contigerint, Victorem audiamus, qui ait:

^{SEBASTIANI COMITIS CONFESSIO ET OBITU.} Fuit Comes quidam Sebastianus, famosi illius gener Comitis Bonifacii, acer concilio, & strenuus in bello, cuius Gensericus sicut consilia necessaria habebat, ita & praesentiam formidabat. Cupiens autem illum extinguere, occasionem mortis de religione quaesivit. Cogitauit Rex, vt praesentibus Episcopis atque domesticis suis, Sebastianum taliter conueniret: Sebastianus (inquit) scio quia fideliter nobis adhaesisse iurasti; cuius veritatem sacramenti labores tui, vigilantiisque demonstrant: sed vt nobis connexa semper iugisque maneat amicitia, hoc placuit, praesentibus sacerdotibus nostris, vt eius efficiaris cultor religionis, quam & nos & noster populus veneratur. Cui Sebastianus, rem inueniens miram multisque necessariam, pro tempore acute respondit: Quae, domine Rex, vt nunc vnus panis mundissimus ac similaceus afferatur. Quem, cum ignorasset Gensericus Sebastiani victoriam, illico iussit afferri. Apprehendens itaque Sebastianus mundissimum panem, ita affatus est: Hic enim panis, vt ad tantum decorem splendoris venisset, & mensae regiae necessarius haberetur, discussa spuria fursuris ex massa similaginis compressus, per aquam transiuit & ignem, & idcirco aspectu clarus & suauis habetur. Ita & ego mola Catholicae matris commolitus, & cribro examinationis, vt similia munda purgatus, rigatus sum aquis baptismatis, & igne sancti Spiritus coctus, & vt hic panis de furno, ita & ego per officia sacramentorum diuinorum artifice Deo, de fonte mundus ascendi. Sed fiat, si velis, vt ipse propono. Iste panis confringatur in frusta, madidetur aqua, & iterum conspergatur, mittatur in furnum: si melior exierit, faciam quod hortaris. Quam propositionem vbi Gensericus cum omnibus qui aderant, audisset, ita ligatus est, vt se soluere omnino non posset. Quem alterius generis argumento postea bellicosum virum occidit.] haec Victor. At quodnam illud fuerit, quod ait, aliud necis eius excogitatum

à Genferico argumentum, planè ignoratur, sed illud tale quidem fuisse oportuit, quòd indi- gnum reddiderit ipsum corona martyrii: cum enim omnes quos recenset Victor necatos Christianos in Africa à Genferico, tabulæ receperint Ecclesiasticæ celebrandos, ipsum tamen excludere Sebastianum: Sed si verè calumnia illa fuit, & prætextus falsus inuentus, cæli tabulæ, liber vitæ ipsum indelebili nota scriptum continent.

CARTHAGI- NENSIVM EXTOR- RIVM CA- LAMITATE- RES.

At res Africanæ Ecclesiæ sapiùs pro ratione temporis reuisuri, ad eiectos ex Africano solo à Genferico nobiles Carthaginenses & Episcopos orationem conuertamus. De iis qui ad littus Campanum Neapolim diuino fulti præsidio Episcopi appulere, anno superiori, eodem Victore auctore, enarratum est. De nobilibus autem Carthaginensibus nihil ipse præterea, nisi, quòd omnes spoliati bonis trans mare nauigare compulsi sunt: nos verò quæ de his reperimus, hic intexamus. Inter alios plurimos, qui nisi seruire vellent, solum vertere coacti sunt, exhibent nobis S. Fulgentij Acta illius aui memoriam verbis istis: Auus denique eius, nomine Gordianus, dum Rex Genfericus (ita restituendum pro Humerico, vt suo loco dicemus) memoratam Carthaginem inuadens, Senatores plurimos, immo cunctos, amissis omnibus bonis, ad Italiam nauigare compelleret: inter ceteros etiam ipse impostam peregrinationem libenti voluntate suscepit, volens saltem, facultatibus perditis, non perdere libertatem.] hæc ibi. Sed quod singulorum profèqui vestigia est impossibile, de nonnullis, qui in Syriam diuersis casibus delati sunt, ex Theodoretis epistolis, quas Græcè scriptas Vaticana bibliotheca custodit, & vir cum primis disertus noster Federicus Mætius Latinitate donauit, contexamus historiam; vt ex his quæ in vna orbis Romani prouincia acciderunt, reliqua aliis in locis facta existimare possimus. Ceterum non omnes recessisse, certum est. Cum enim infelix illa conditio oblata à Genferico Carthaginensibus nobilioribus ciuibus & Episcopis esset, vt omnibus exuti bonis nudi recederent, vel si exire de litore Africano tardarent, serui perpetui remanerent: complures eam potius partem elegisse remanere barbaris seruos, quàm absque comæatu incertum per mare ferri; plurimisque clarissimorum virorum & Episcoporum, qui remanserant, seruos Vuandalorum se nouisse, Victor ipse testatur.

Quæ autem ex Africanis, qui in Syriam appulerunt, didicit inter alios Theodoretus, nempe miserandam Carthaginis vrbs cladem, & Carthaginensium deploratissimos casus, idem ipse de his ad Apellionem eiusmodi litteras dedit in commendatione Cælestiani viri clarissimi Carthaginensis:

Theod. epist. 29.

Quæ Carthaginenses passi sunt, Æschyli & Sophoclis egent tragedia, & fortasse eorum vinceret linguas malorum magnitudo. Quæ enim antiquitus vix à Romanis capta fuit, vel potius quæ cum maxima Roma sapenúmero de primatu contendit, & supremum periculum atque discrimen illi parauit, nunc barbarorum facta est ludibrium. Et qui celeberrimum eius exornabant Concilium & Senatum, per vniuersum oberrant, viuendi modum quærentes è manibus hospitem beneuolorum: & illos qui eos vident, ad lacrymas concitant, & humanarum rerum caducitatem & fragilitatem docent. Vidi equidem plerosque etiam alios inde profectos, & timui: nescio enim, secundum diuinam Scripturam, quid sequens paritura sit dies. Veneror autem in primis admirabilissimum & magnificentissimum Cælestianum: fert enim æquo animo hanc calamitatem; & felicitatis suæ mutationem, occasionem facit philosophiæ: & omnium rerum rectorem laudat, & id conferre putauit, quod ille vel fieri præcepit, vel ne fieret, nõ prohibuit: ineffabilis enim prouidentia est ratio. Hunc vnà cum vxore & filiis circumcirca euntem, tua magnificentia & humanitate, instar Abrahæ, suscipe & complectere. Tuæ enim magnanimitati confidens, hospitem dux ipse factus sum; & tuam benignam manum illi ostendo & indico.] hæc Theodoretus in commendatione clarissimi viri Cælestiani, de quo etiam extant aliæ eiusdem Theodoretis litteræ ad Aerium Sophistam, aliæ rursus ad Dominum Episcopum Antiochenum, quibus significat, hunc ipsum ex Gentili idolorum cultore esse redditum Christianum: sanè quidem & nomē ipsum id referre videtur, cum à Cæleste famosissimo Carthaginensium idolo ipse illi additissimus Cælestianus à parentibus æquè Ethnicis fuerit nominatus. Ita planè qui post tot diuinitus accensas de veritate Christianæ fidei Carthaginæ faces adhuc perseuerantes in errore fuere rebelles lumini, diuina misericordia digni facti sunt, vt in caminum paupertatis iniecti, relicta impietatis scoria, ad purū excocti & conflati euaderent Christiani: quomodo enim frontes æneæ, ferreæque ceruices, nisi vehementioris fornacis ardore atteri potuissent & inclinari? Sed reddamus hic ipsam epistolam ad Dominum, quæ sic se habet:

Theod. epist. 30. Theod. epist. 31.

Theod. epist. 31.

Maximè

A Maximè admirando & magnificentissimo Cælestiano patria quidem celeberrima Carthago, genus verò, quod in illo fuit, clarissimum. Sed nunc ex illa eiectus, alienas circuit regiones, & manus intuetur Deo dilectorum, vel diligentium Deum, & piotum virorum. Habet præterea onus necessarium, quod curam illi auget & molestiam, vxorem inquam & filios & domesticos, quorum causa pluribus eget sumptibus. Ego verò in primis viri mentem & constantiam admiror, quòd ventis aduersis agiturus, ita gubernatorem Deum laudat, & grauem tempestatem negligit. Pietatem enim ex ea calamitate lucratus est, & infelicitas felicissimum hunc fructum attulit. Quando enim sua fruebatur felicitate, huiusmodi non emittebat voces, nec sectabatur: illa verò priuatus & exurus, impietatem etiam abiicit, & nunc diuitiis fidei ditatus est: quapropter istam miseriam contemnit. Tuæ igitur est sanctitatis, vt alienam patriam illi suam patriam efficias, & horteris illos qui diuitiis abundant, consolari eos, qui aliquando eiusdem fuere fortunæ, & eius miserix nubes & tenebras dissipare & discutere. Par enim est, eos qui eandem nacti sunt humanam naturam, & similiter delinquant & errant, & pœnas nihilominus vitant, illis, qui infortuniis laborant, ali-quod afferre solatium, & sua erga istos humanitate & miseratione Deum sibi mitiorem reddere.] hæc Theodoretus ad Dominum Antiochenum Episcopum, quem ante triennium in locum Ioannis diximus subrogatum.

CARLES. TIANVS EX ETHNICO REDDITVS CHRISTIANVS.

Iam vel hoc vno exemplo vides reddi certius, quod ex Saluiano dictum est tomo superiori, nempe ad dissipationem idololatrarum, & idololatriæ cultum vigentem Carthagine abolendum, iusto iudicio à Deo permissum eam ciuitatem cum ciuibus dedi Vuandalis: vt quæ tot sanctissimi Episcopi spatio ferme quadringentorum annorum præstare minimè valuisse, vt dæmonum venerationem è Carthagine tollerent, vna ferme die Vuandalica manus abstulerit; & qui obstinato animo hæcenus impij perseuerassent, à Deo percussi discederent pietatem, quam & abdicata penitus idololatria, profiterentur: vt planè non iræ, sed misericordiæ Dei loco ista fuerit habenda Carthaginis ciuitatis & eius ciuium clades, secundum illud Propheticum Isaia: Misereamur impio, & non discet iustitiam: in terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini. Domine, exaltet manus tua, & non videant, in quibus delectabantur idola: videant errorem suum, & confundantur zelantes populi.] vt sic ad veram religionem excolendam conuertantur. Bene igitur dispendio rerum terrenarum, & peccatorum iactura, quæ est omni lucro præstantior, consultum fuit ipsorum salutem. Vt non adeò mirum sit, tolli & dissipari à Deo barbarica manu terrena, si cum illis peccatorum vincula dirumpantur, quibus victi miseri detinebantur homines, ne cælestia penetrarent.

DE MIRA DEI PROVIDENTIA IN CVRANDA SALVEM HOMINVM.

Sed quod ad Cælestianum, de quo agimus, pertinet: eumdem sanè suis aliis pluribus commendatitiis litteris ad diuersos viros illustres datis muniuit idem Theodoretus: extant enim ipsæ, & quidem efficacissimæ, aliæ ad Theodistum quemdam Episcopum, aliæ ad Statefimum Comitem & Præfectum, aliæ rursus ad Patricium Comitem, itidem aliæ ad Irenæum Tyri Episcopum, insuper aliæ ad Pompeianum Emesæ Antistitem, omnes certè Theodoretis dignæ: quibus & impertiendarum id genus commendatitiarum litterarum vsus antiquus Episcoporum ostenditur, eas nimirum nequaquam vna forma, iisdemque verbis concipi solitas, sed diuersis, & quidem officiosissime scribi consuetas, prout cuiusque personæ status & causa, tempusve exigebat & locus: quibus, si opus exigeret, ex forma à sanctis Patribus Nicæni Concilij præscripta, ne dolus quomodolibet posset obrepere, reliqua addebantur, vt suo loco superius dictum est de litteris, quæ formata dicebantur, ad Coepiscopos dari solitis. Sed prosequamur reliqua.

Isaie 26.

Theod. epist. 32. Theod. epist. 33. Idem epist. 34. Idem epist. 36.

E Inter alios autem Africanos Episcopos eadem clade dispersos, fuit vnus nomine Cyprianus, qui delatus & ipse in Orientem, commendatitiis itidem Episcoporum litteris vitam, peragrando prouincias, tradebat: cui idem Theodoretus ad Ibam hoc tempore Episcopum Edesæ in Syria eiusmodi litteras dedit:

Idem epist. 35.

Communem omnium (vt credo) & salutem vniuersorum procurans Deus, calamitates aliquas nonnullis affert, vt iis qui in aliquo deliquerunt, ipsa correctio sit medicamentum salutare, virtutis verò athletic patientiæ argumentum; & illis qui hæc intuentur & spectant, vile propinetur exemplum: ea enim natura sumus, vt timore repleamur, dum alios plecti videmus. Hæc cum animo volo, Libyæ mala & miseras, commodum publicum illas arbitror. Primum enim, dum illorum felicitatem cogito, & intueor repentinam mutationem, video rerum humanarum dubias conuersiones, & edoceor, neque felicitatibus tamquam certis confidere, neque miseras vt valde graues ægreferre: delictorum præterea

CYPRIANVS EPISCOP. AFRICANVS THEODORETO COMMENDATVS.

CHRISTI
440.

LEONIS PAP.
I.

THEODOSII 33. IMP.
VALENTIN. 16.

memoriam reuoluo, & vereor ne in æqualia incidam mala. Hæc autem ad te scribere nunc A
fui coactus, vt Deo dilectissimum Episcopum Cyprianum tuæ beatitudini notum redderem, qui ex celeberrima Libya gænis ducit, & alienas vrbes obambulare coactus est propter barbarorum crudelitatem. Attulit etiam nobis litteras beatissimi Episcopi Eulalij, qui Galatarum gentem sapienter regit. Hunc cum consueta humanitate tua benignitas susceperit, cum suis litteris illum consequatur, & mittat ad quos voluerit dominos & Deo dilectissimos Episcopos, vt ipse quidem sensibili fulciatur consolatione, ipsis verò reddat Deus cæleste præmium & perpetuum.] hæc ad Ibam Episcopum Edeffenum Theodoretus, cuius extant & alia pro eodem data litteræ ad Sophronium Constantiæ Episcopum.

Theod. epist. 53.

Rursum verò eiusdem argumenti idem Theodoretus litteras dedit ad Eustathium Egorum Antistitem pro nobilissima Africana puella à suis diuisa, & in seruum vendita. Dignus planè commiseratione casus ab ipso ita describitur: Tragedia dignum est, quod de nobilissima Maria dicitur: Hæc enim est filia magnificentissimi Eudæmonis, vt ipsa narrat, & alij quidam testantur. In calamitate verò, qui Libyam occupauit, sua libertate fuit priuata, & in seruitutem lapsa est. Mercatores verò quidam, cum illam à barbaris emissent, quibusdam è nostris ciuibus vendiderunt: empta etiam cum ipsa fuit ancilla, quæ illi itidem olim seruebat. Simul igitur trahebant amarum seruitutis iugum tum ancilla, tum domina: noluit tamen ancilla non agnoscere quid inter ipsas interesset, nec prioris dominij est oblita, sed benevolentiam in ipso infortunio conseruabat, & post communium dominorum obsequium, illi quæ conserua putabatur, suum præstabat obsequium, pedes lauando, cubilis sternendi curam gerendo, & omnia alia studiosè faciendo. Hoc emptores latere non potuit: quapropter in ciuitate diuulgata fuit huius ingenuitas, & famulæ probitas.

Theod. epist. 100. DE MARTA NOBILISSIMA AFRICANA IN ANCLIAM VENDITA.

Hæc cum didicissent qui apud nos manent fidelissimi milites (ego enim tunc aberam) C
emptoribus pretium reddiderunt, & hanc seruitute liberarunt. Ego verò post reditum hæc omnia edoctus, & calamitatis historiam, & tragediam, & militum omni laude dignum opus, illis quidem maiora reddidi, & nobilissimam adolescentulam piissimæ cuida diaconissæ Dei famulæ tradidi, stipendium sufficiens me præbiturum pollicitus. Peractis verò decem mensibus, cum didicisset patrem adhuc superstitem esse, & Præfecturâ obtinere in Occidente, ad illum se conferre meritò exoptauit. Et cum quidam dixissent, quod ab Occidente plurimi mercatores veniunt ad diè festum qui nunc apud vos agitur: petiit à me, vt cum litteris meis proficisceretur. Hac igitur de causa has scripsi litteras, tuâ pietatem obnixè deprecâdo, vt nobilis puella: curam geras, & præcipias alicui pietate præstanti viro, vt nautas & gubernatores alloquatur & mercatores, & fidelibus viris ipsam tradat, qui illâ patri restituere possunt. Si enim patri filiam offerent præter omnem hominum spem; quod plurima certè lucrabuntur, rectè noui.] hæc Theodoretus ad Egorum Episcopum. erant Ege ciuitas maritima in extrema Ciliciæ parte Syriæ proxima, portum habens, ad quem negotiatorum naues appellere solent.

Sed audi alterius captiue Carthaginensis insigne virtutis exemplum, quod Ado Treuerensis Episcopus publicè in Ecclesiis anniuersaria die recitandum tabulis inscripsit Ecclesiasticis hisce verbis: Natale sanctæ Iuliæ, quæ cum Carthago ciuitas capta esset, ducta est captiua, & sortita in seruitutem. Venit cuiusdam Eutychiei ex Syria Palæstina. Cui diligenter seruiens, expleto eius seruitio, acceptaq; requie, aut orationi, aut lectioni insisteret: nam & corpus suum ieiunijs affligebat. Vnde dominus eius, quamuis Paganus, valde eam admirans sæpius admonebat, ne taliter se affligeret. Sed illa nec blandimentis, nec etiam admonitionibus ab hoc, quod inchoauerat, recedebat, excepto die Dominicæ resurrectionis. Deinde contigit, vt dominus ipse vnâ cum ipsa veniret in Corsicam, & ibi, sacrificantibus E
alijs, cœpit & ipse diis immolare.] insularum enim latibula Ethnici quæritabant, quos ob impietatem graui poena (vt diximus) edita haud pridem Imperatoris sanctio exagitabat.

Ado Martyr. volog. dia 12. Martij. Eutychiei

S. IULIÆ MARTYRIVM.

Sed beata Iulia (subdit Ado) videns errorem illorum, condolebat. Audiens quidam Princeps Felix, Saxo cognomine, quod illa nollet sacrificare; quæsiuit eam à domino suo, vt receptis in illius vice quatuor ancillis, sibi ea daretur. Cui ille pro magno eius seruitio noluit eam tribuere. Tunc præfatus Felix callidè fecit domino suo conuiuium, quatenus ipso & nimia potatione soporato & ignorante, de naui ipse eam tolleret. Quod & factum est: nam ipso inscio, ducta est beata Iulia ad Felicem. Cumque blandimentis Felix ei non poruisset suadere vt sacrificaret, præcepit eam alapis cædi, deinde crinibus torqueri, atque flagellari, ad extremum etiam crucifigi: & sic in ipso patibulo vltimum efflauit spiritum: de cuius ore sanctissimo columba exiit, & cælum petiuit.

FELIX SAXO QUID IN IULIAM.

Tunc

CHRISTI
441.

LEONIS PAP.
2.

THEODOSII 34. IMP.
VALENTIN. 17.

A * Tunc per Angelos, diuina dispensante gratia, nunciatum est hoc quibusdam monachis in insula Margarita, quæ vulgò Gorgona dicitur, consistentibus.] vbi enim cœpta est à sanctis monachis habitari, ab illis nomen Gorgonæ, quod ab idololatria videretur acceptum, in Margaritæ nomen, ex Euangelico * depromptum; mutatum fuit; cum tamen alij consueto nomine Gorgonam eam frequentius appellarent. Sed pergit: Illi hoc audito, ascensis nauibus, summa cum festinatione venerunt in Corsicam, & inuenerunt sicut ab Angelis fuerat reuelatum. Dein summa cum reuerentia deponentes corpus eius de cruce, iuuante Domino, celeriter ad sua reuersi sunt: & ibi, videlicet in ipsa Margarita insula, condientes corpus eius cum aromatibus, posuerunt in monumento cum gaudio. Postea autem de ipsa insula Ariza * Regina vxor Desiderij Regis Longobardorum præcepit corpus eius efferi, & in monasterio, quod in honorem ipsius construxit; Brixie mirificentijs collocavit.] hucusque Ado vndecimo Kalend. Iunij, quo die eius memoria publicè colitur. Ex his igitur recitatis Carthaginensium sanctis casibus litteris commendatis, ceteros æstimare licet, quos scriptorum inopia antiquitas obliuione penitus sepeliuit. Quæ autem reliqua sunt miseriarum Carthaginensium, suis locis inferius dicemus.

DES. IULIÆ TRANSLATIONE. Matth. 13.

* Anza

IESV CHRISTI
ANNVS
441.

LEONIS PAP.
ANNVS
2.

THEODOSII 34. IMP.
VALENTIN. 17.

Q Vi ordine temporum sequens est annus Domini quadringentesimus quadragesimus primus, Cyri tantum Consulatu in Fastis reperitur inscriptus, in Oriente creati. Cur autem ex more Imperator Occidentalis Imperij suum Consulè non elegerit, minimè liquet. Ceterum hunc ipsum Cyrum esse scias, qui varijs diuersisque agitatus est casibus, ac tandem naufragus, non inuenit nisi in Christiana religione salutem. Ethnicus homo fuit, decorum superstitioni deditus, sed naturâ dexterimus, in vtraque militia Castrensi ac Palatina summos sibi magistratus quærens, eosdem est nullo negotio consecutus: etenim quo anno diximus captam Carthaginem, Ducem exercitus ipsum gessisse, Euagrius auctore narraui-
mus, sequenti verò Præfecturam Prætorij consecutus, & Consulè designatum esse. Nouellæ Theodosij constitutiones declarant, rursùm ante biennium Urbanam adeptum esse Præfecturam sub Consulatu Theodosij cum Festo, Imperatoria constitutio fidem facit: gessit eamdem iterum sub tertio Aetij Consulatu, vt suo loco dicitur: præfenti verò anno actus est ordinario Consulatu. Sed bono suo, magna Dei prouidentia, ad ima è summis, alex-
derum mundanarum inuersione, deiectus, vnicum inuenit in Christiana pietate cõfugium.

CYRVS HOMO GENTILIS SYMMOS CONSULATVS. Nouel. de Al. l. 1. de mil. l. 9. C. de sacrosanctis Eccl.

Ad hos autem omnes summos consequendos honores ex poeticis facultatibus sibi parauit scalam, dum illis sese in amicitiam Eudociæ Augustæ insinuauit. Sed Suidam de ipso agentem audi, cum ait: Cyrus Panoplitæ poëta sub Theodosio Iuniore vixit, apud quæ Præfectus Prætorio, & Præfectus Vrbi, Consul & Patricius, fuit in admiratione ab Eudocia Augusta habitus, quæ poematum studiosa erat.] quamdiu igitur illa cum viro suo Imperium moderata est, æquè res Cyri in portu fuerunt: ipsa autem secundo Constantinopoli recedente, atque Hierosolymam commigrante, cœperunt fluctibus iactitari. nam & Suidas subdit: Eudocia autem, cum aula relicta, in Oriente Hierosolymis esset, Cyrus ab aduersariis insidijs circumuentus, in Phrygia Cotyæi Episcopus factus est, & vsque ad Leonis tempora perdurauit.] hæc Suidas: quomodo autem id acciderit, dicendum erit suo loco inferius: hæc modò ipsius Cyri Consulatus hoc anno initi occasione narrata sufficiant.

EUDOCIA AVG. STVDIOSA CYRI.

E Sub eodem Cyri Consulatu celebratum legitur in Gallijs Concilium Arausicanum, sed cum ponitur idem Cyrus collega Theodosij Iunioris, error scriptoris arguitur: nam quod ibi legitur, tempore Theodosij Iunioris & Cyri Consulatum, legendum est, Consulibus, loco Consulatum: Nam Fasti omnes & vetera monumenta non nisi vnicum hoc anno (vt dictum est) Consulè referunt. Quod ad Synodi locum pertinet, erat Arausica, vbi collecta fuit ciuitas in Gallia Narbonensi. Nobilis quidem ista dicenda Synodus, clarissimorum Antistitem illustrata corona, de quibus singulis proximè paucis dicturi sumus. Reperiuntur in hac Synodo vndetriginta sancti canones ad Ecclesiasticam disciplinam atque iura spectantes ab Episcopis Galliarum Narbonensis & Lugdunensis, quindecim numero ex eis Arausicanam ciuitatem ex more conuenientibus. Florebant quidem dicte Galliarum provinciar, si quæ alix Christianæ orbis oræ, his temporibus, Episcopis æquè sanctissimis atque doctissimis,

CONCILIVM ARAUSICANVM.

CHRISTI 441.

LEONIS PAP. 2.

THEODOSII 34. IMP. VALENTIN. 17.

DE HILARIO, CLAVDIO, EUCHERIO EPISCOPI.

Atque illis, quorum solerti vigilantia in suo permanebant robore leges Ecclesiasticae. Qui enim primo loco huic Synodo subscriptus habetur Hilarius, ipse ille est celebris Arelatenis Episcopus, qui antehac presbyter (ut superiori dictum est tomo) una cum S. Prospero Aquitano Episcopo infectatus est Pelagianos, & adversus Massilienses presbyteros atque alios impugnantes S. Augustini scripta strenue infurrexit, de quo pluribus & inferius agendum erit.

At qui secundo loco subscriptus nominatur Claudius Episcopus, nescitur cuius fuerit civitatis Antistes: procul tamen abest, ut hic sit dicendus, loco Claudij; Claudianus ille cognomento Mamercus clarus inter scriptores Ecclesiasticos: nam (ut suo loco inferius dicemus) non fuit ipse Episcopus Viennensis, sed potius eius Ecclesiae presbyter.

DE S. EUCHERIO EPISCOPO LUGDUNENSIS.

Rursum vero qui huic eidem Synodo interfuisse reperitur Eucherius, ipse est qui fama celebris vixit eodem tempore Episcopus Lugdunensis, cuius meminit Claudianus in libro de Statu animae, cum ait: Haudquaquam tamen Eucherium praeterierim mihi met viuentem doctrina, & praesentaneis coram disputationibus cognitum, non porro nunciis aut lectione compertum: qui scilicet viridis aevi, maturi animi, terrae dispuens, caeli appetens, humilis spiritu, arduus merito, ac proinde ingenio subtilissimus, scientia plenus, eloquij profusus, magnorum sui saeculi Pontificum longe maximus, editis in rem fidei multivugis variorum operum voluminibus, ad populum quoque his super statu animae concionatus est, &c.] Sed hic, rogo, siste gradum, lector, & considera, quod cum ipse Claudianus (ut vides) de Eucherio agens, citet conciones ipsius ad populum habitas, quae non extant: in eam sententiam facile mecum ibis, ut eiusdem Eucherij sint homiliae illae, quae falso nomine inscribuntur Eusebij Emisiani. A Lugdunensis plane Ecclesiae concionatore eas esse dictas, Martyres Lugdunenses, de quibus agit, & alia plura demonstrant, necnon Eucherij ipsum dicendi genus: nam in persuadendo efficacem fuisse, Sidonius docet, dum singulorum ferme Patrum in scribendo proprietates notat in epistola ad Claudianum. Sed & id suadent argumenta personae accommodata: utpote qui monasticam vitam exercuit, & Lugdunensem Ecclesiam rexit, & ad monachos & ad populum eum esse concionatum oportuit, cuiusmodi duplicis generis eadem homiliae esse noscuntur.

HOMILIAE EUCHERII EPISCOPI LUGDUNENSIS.

Cum igitur ex concionibus habitis de martyribus Lugdunensibus, Lugdunensis Ecclesiae antistitem se esse significet, & homiliae ipsae stylum referant S. Eucherij, & argumenta rerum ipsum itidem probe demonstrant, & tempora quo auctor vixit, eundem annunciant: etenim in recens obortas haereses Nestorij & Eutychetis idem invehitur: Cum haec, inquam, tot in vultu concurrant Eucherium, quis de his dubitandi amplius locus reliquus est? Reddatis ergo his quae maximi esse noscuntur, seu aliorum (non hic de singulis nobis agendum) suis auctoribus, vindicentur egregiae conciones ab iniusto & impio possessore Eusebio Emisiano, cuius nomine citari consueverunt. Quid cum auctore Graeco homiliae, quae Latinae noscuntur esse conscriptae? Quid cum homine Ariano, quae omni ex parte pietatem redolent conciones? Quid denique auctor Gallicanus cum Syro, & Lugdunenses Martyres cum Emisianis?

Sidon. lib. 4. epist. 3.

Sed unde adeo portentosum putandum prodisse commentum, & monstruosam adeo esse imposturam obortam? Potuit sane fessillisse librarium imprudentem, ut sub cuius auctoris titulo reperit initium codicis oblatum, cetera omnia quae in eo continerentur, eidem putaret esse tribuenda auctori. nemo enim est qui ignoret, qui antiquorum codicum habet usum, saepe saepius solere contingere, ut non unum vel duos, sed & tres, quatuorve & amplius habeat idem volumen diuersorum auctorum tractatus, & aliquos ex illis inueniri sub nomine vnius auctoris exscriptos: ut nisi quis oculos lynceos habeat, saepe accidat, ut in scripto auctori tribuatur, quicquid inferius eodem codice continetur. Cum alioqui & facile contigisse poterit, ut in corroso consumptoque nimia vetustate codice, litteris labefactatis, legerit librarius, Eusebius, pro Eucherius.

CRISTIVEN DAE S. EUCHERIO SVAE HOMILIAE.

Non patiantur amplius, rogo, mei Lugdunenses, tantum suum ipsorum thesaurum theca latronis includi, sed iustissima vindicatione suae esse Ecclesiae opes intelligentes, easdem rursus edentes, eiusmodi iustum ipsis affigant titulum, ac veluti sigillo consignent: Homiliae S. Eucherio Episcopo Lugdunensi restituta, falso haecenus edita titulo Eusebij Emisiani. Essent his alia insuper addenda, sed in his diutius immorari non patitur ratio instituti. Sed sicut indignandum est, tamdiu sanctissimi viri diuitias sub titulo scelestissimi Ariani palam expositas, ita dolendum eas omnes haud integrè reperiri. Qui enim tum monachus, tum Episcopus in eo dicendi genere annis plurimis versatus est, longe plures oportuit dixisse cum

CHRISTI 441.

LEONIS PAP. 2.

THEODOSII 34. IMP. VALENTIN. 17.

A cum ad monachos tum ad populum conciones: excidisse quidem nonnullas, Claudianus certissimam fidem facit, dum quam ipse citat ex Eucherij homiliis, omnino desideretur.

At (quod non praetermittendum est) ex eodem habes auctore in quo redarguas perperam factam Gennadij editionem Suffridi, apud quam legitur Eucherius presbyter Lugdunensis scriptor Ecclesiasticus, cum dicendus sit Episcopus, ut habent aliae Gennadij germanae editiones. Porro & hinc datam ex codicis errore Honorio occasionem errandi constat, cum ponat duos Eucherios Lugdunenses, alterum presbyterum, Episcopum alterum, amboque scriptores Ecclesiasticos, cum tamen non nisi unum Eucherium, eundemque Episcopum Lugdunensem antiquitas noverit: etenim nec Claudianus, cum eius meminit, neque Marcellinus in Chronico sub Consulatu Ioannis atque Vararis, alium aliquem praeter Episcopum Eucherium cognouerunt.

VNVS TAN- TVM ET EUCHERII LUGDUNENSIS.

B Scimus tamen alium hoc saeculo vixisse Eucherium virum clarissimum, quem data ad eum epistola plurimum laudat Sidonius Apollinaris: sed teste Gregorio Turonensi, occisum eum constat a Victorio Duce tempore Euarici Gothorum Regis, de quo suo loco pluribus agendum erit. Alium insuper fuisse scias Eucherium itidem Senatorem virum insignem, sed bigamum, haud idoneum habitum qui sacri ordinis militiae nomen daret, cuius meminit idem Sidonius in concione habita in electione Simplicij Episcopi Bituricensis post plurimos annos, cum iam ipse Sidonius esset Episcopus, & Ecclesiae Lugdunensi non amplius Eucherius, sed Patiens praesert Antistes: ut intelligas, procul abesse ut ille fuerit postea factus Episcopus Lugdunensis; magisque congruere, eum iungere cum Eucherio illo ad quem extat Sidonij epistola, quam ut dici possit eundem postea creatum fuisse Lugdunensem Antistitem.

Sidon. lib. 3. epist. 8. Gregor. Turon. li. 2. c. 20.

Ceterum ipsum S. Eucherium, de quo est sermo, fuisse coniugio obligatum, & ex eo genuisse viros sanctissimos, eosdemque postea Episcopos, quos primum monasticis voluit imbui disciplinis, tum ex Gennadio, tum etiam ex eiusdem Eucherij scriptis possumus intelligere. Ipse enim Gennadius, dum de Eucherio agit, haec ait: Differuit etiam ad personam filiorum Verani & Salonij postea Episcoporum obscura quaeque sanctarum capitula Scripturarum, fuisse hos quidem germanos fratres, eiusdem Eucherij inscriptio commentariorum in Genesim & in libros Regum demonstrat. Cognoscit Veranum suum filium ipse sanctus Eucherius, dum ad eum scribit librum de Spiritualibus formulis: aequè & Salonium suum fatetur natum in praefatione ad posteriorem librum Instructionum, & cum perorat: eius enim exordio haec habet de bene instituta vita Salonij: Dignum namque est (inquit) quaecumque cura mea ingenium tuum reparari, qui vix dum decem annos natus eremum ingressus, inter illas Sanctorum manus, non solum imbutus, verum etiam enutritus sis ab Honorato patre, illo inquam primo insularum, postea Ecclesiarum magistro: cum te illic beatissimi Hilarij tum insulari tyronis, sed iam nunc summi Pontificis doctrina formaret per omnes spiritualium rerum disciplinas: ad hoc etiam te postea consummantibus summis viris Saluiano atque Vincencio eloquentia pariter & sapientia praeminetibus, &c. Sed & ipse etiam Saluianus in epistola ad Eucherium, ab eo ambos esse genitos tradit: cum tamen non ignoremus ab aliis eos creditos filios spirituales Eucherij, qui eum coniugatum nescierunt.

EUCHERII FILII.

Gennad. c. 63. Veranij Veranij.

Scimus & ipsum, de quo agitur, sanctum Eucherium in eandem Lerinensem insulam se contulisse: illicque & in alia proxima insula monasticam vitam exercuisse, testatur idem Sidonius in carmine Eucharistico ad Faustum scripto, necnon Hilarius: tradunt autem, proximam aliam illam insulam esse Leronem Lerinae propinquam. Sed & eiusdem eremiticam vitam Ecclesia praconio celebrat, dum eius agens natalem diem haec ait: Eucherius ex nobilissimo Senatorum ordine ad religiosam vitam habitumque conuersus, diu inter septa speluncae sponte conclusus in orationibus & ieiuniis Christo seruiuit, & quae sequuntur. At de sancto Eucherio Lugdunensi Episcopo modo haec tenus, iterum suo tempore eundem opportunius conuenturi. Ille autem alius S. Eucherius Episcopus Aurelianensis Ecclesiae, procul abest ut ad haec tempora referri possit, quem constat vixisse cum Carolus Martellus regnum Franchorum administraret, de quo suo loco dicturi sumus: modo autem de aliis qui huic Synodo interfuerunt Episcopis prosequamur orationem.

EUCHERIUS EX MONACHO LIBRARIUS ERITICAM VITAM ECCLESIAE PRAECONIO CELEBRAT.

Qui huic item Atracianae Synodo Salonius reperit interfuisse Episcopus, eidemque esse subscriptus, cuiusnam Ecclesiae Antistes fuerit, haud exprimitur. Scimus in Saluiano inscriptione ad suos libros de Recto iudicio, quos ad eundem Salonium scripsit, nominari Salonium Episcopum Viennensem. Verum Ado eiusdem Ecclesiae Praeful, cum exacte recenset omnes Viennenses Episcopos, Salonium penitus ignorauit: a tempore enim

DE SALONIO EPISCOPO.

Constauit.

CHRISTI
441.

LEONIS PAP.
2.

THEODOSII 34.
VALENTIN. 17. IMPER.

Constantini Magni in hanc diem hos enumerat Viennensis Ecclesie successores Episcopos, Paschasium, Claudium, Nectarium, atque Mamercum. Inscias tamen non ierinus, fuisse Salonium & eius fratrem Ecclesie Viennensis studiosissimos, vt Sidonij epistola ad Salonium data significat verbis illis ad finem positis: Licet ruri positi strenuos impleatis agricolis, tunc vero propriam terram fecundabit, si Ecclesiam, quam plurimum colitis, plus colatis. Scimus in tabulis duplicis Indicis Episcoporum Lugdunensium a Demochare editis, post sanctum Eucherium poni Salonium, & post eum Seranum, Episcopos Lugdunenses. Sed si Salonium Lugdunensis fuit Antistes, quomodo huic Synodo subscriptus habetur, cui etiam Eucherius eiusdem Ecclesie Praesul interfuit? Numquid duo vnus Ecclesie Episcopi? procul id abfuit ab Ecclesiasticis legibus, ipso Niceni Concilij decreto vetante: Sicut eadem ratione dixerimus, longius abesse, vt qui vltimo ferme loco Casarius subscriptus habetur, sit ille magni nominis Episcopus Arelatensis: nam eidem Ecclesie qui hoc tempore praeerat Episcopus Hilarius, huic Synodo praesuit: immo nec statim post ipsum fedit Casarius, sed Rauennius, & post Rauennium Eonius, cui tandem est subrogatus Casarius. Scimus praeterea eundem creditum Salonium cum eo qui dictus reperitur deprauate Salamoni Episcopus Genuensis.

Sidon. lib. 7. epist. 16. ver. edit.

Euseb. Emis. humil. de Maxim. DE MAXIMO TAURINENSIS EPISCOPO.

Greg. lib. 7. epist. 120. Greg. lib. 5. epist. 152.

DE CONSTANTINO ET AVGVSTALI SANCTIS EPISCOPIB.

DE COENOBIO LERINENSIS. Sidon. Carm. 16.

Qui item huic Synodo interfuisse Maximus reperitur, nequaquam hunc illum putamus Regensem in eadem Gallia Narbonensi Episcopum, de cuius ordinatione extat eiusdem Eucherij, quem dicit Eusebium, homilia 2: nam sedisse illum post Prosperum, suo loco dicemus; hic autem eius Ecclesie Episcopus fuerit, haud exploratum habemus. Scimus tamen alium Maximum Episcopum Taurinensem celebris nominis doctrina & sanctitate Antistitem his quidem vixisse temporibus: id enim inde liquidò colligere possumus, quod idem reperitur praesto fuisse Mediolanensi Concilio sub sancto Leone Romano Pontifice celebrato, de quo suo loco dicendum. Quod autem hic fortasse Maximus ille Taurinensis Antistes fuerit, deduci argumentum potest ex coniectura; cum inter decreta Patrum huius Concilij, vigesimoquarto canone, iudem se velle sequi profitentur, quod statutum fuisset in Concilio Taurinensi, cuius Ecclesie Maximus erat Episcopus: Eius quidem Ecclesie Episcopos conuenire consueuisse cum Episcopis Galliae Narbonensis & Lugdunensis, epistolae etiam sancti Gregorij Papae significant: paroeciamque Taurinensis Ecclesie intra limites Franchorum regni propagasse terminos, eiusdem Gregorij Papae litterae datae ad Theodorium & Theodobertum Franchorum Reges ostendunt. Claruis hoc etiam saeculo alius in Gallia Maximus Episcopus Tolosanus, de quo inferius dicturi sumus.

Est celebris etiam memoria inter alios Patres, qui huic Concilio interfuere, Constantini Episcopi Vapingensis Ecclesie, consignata tabulis Ecclesiasticis: quod enim sanctitate claruerit, eius natalis dies in Ecclesia Catholica annuatim repetitur pridie Id. Aprilis, quem & alij Gallicano Concilio interfuisse scimus ex Synodali epistola ad S. Leonem Romanum Pontificem scripta. Augustalis quoque Episcopi, qui itidem dictae Synodo subscriptus habetur, quinto Id. Septemb. memoria in Ecclesia colitur. Tot igitur clarissimi Antistites Synodum Arausicanam, licet paucorum Episcoporum numero congregatam, reddidere in omnibus celebrem & illustrem. Porro vt tot insignes doctrina & sanctitate viri in eisdem prouinciis inuenirentur, id praestitisse videtur celeberrimum Lerinensis insulae proximè adiacentis terrae coenobium, sanctissimorum Episcoporum seminarium: de ipsa enim sanctis germinibus fertili Sinodus Apollinaris in carmine Eucharistico ad Faustum Episcopum Regensem his meminit versibus:

Fratribus insimans, quantos illa insula plana
Miserit in caelum montes: quae sancta Caprasij
Vita senis, inuenisq; Lupi: qua gratia patrem
Manit Honoratum: fuerit quis Maximus ille,
Vrbem tu cuius Monachus, Antistes & Abbas
Bis successor agis. Celebrans quoque laudibus illis
Eucherij venientis, iter redeuntis Hilary.] De eisdem meminerunt S. Eucherius, &

Euch. lib. de laud. erem. Casar. ser. ad monach.

Casarius Episcopus Arelatensis, cum eiusdem celebrat laudes coenobij Lerinensis. Porro non omnes constat enumerasse Sidonium, quem Salonium eiusdem insulae (vt modò vidimus) a puero acolam S. Honorati Abbatis alumnum praetermississe liquet: verum & certum est praeterisse Vincentium virum doctissimum, cognomine Lerinensem, cuius alij meminerunt. Sed accipe ex S. Eucherij libro de Eremita laude fragmentum, vbi agens de viris sanctissimis

E

CHRISTI
441.442.

LEONIS PAP.
2.3.

THEODOSII 34. 35.
VALENTIN. 17. 18. IMPER.

A mis eiusdem Lerinensis insulae habitatoribus, haec inter alia, postquam est profectus insulae laudes, ad finem habet: Digna quae Honorato auctore fundata sit, quae tantis institutis tantum nata sit patrem, Apostolici spiritus vigore & vultus honore radiantem: Digna quae illum suscipiens ita emitteret: Digna quae praestantissimos alar monachos, & ambiendos praeferat sacerdotes. Haec nunc successorem eius tenet Maximum, nomine clarum, quia post ipsum meruit adsciri: Haec habuit reuerendi nominis Lupum, qui nobis illum ex tribu Benjamin Lupum retulit: Haec habuit germanum eius Vincentium, interno gemma splendore perspicuam: Haec nunc possidet venerabilem grauitate Caprasium veteribus sanctis parem: Haec nunc habet sanctos fenes illos, qui diuisis cellulis Aegyptios Patres Gallis nostris intulerunt. Haec ex Eucherij commentariolo de laude Eremita ad Hilarium scripto, haud pridè Parisiis cuso solertia doctissimi Genebrardi. At de clarissimis viris, qui his temporibus in Narbonensi Gallia floruerunt, & huic Concilio interfuerunt, deque magistris & alumnis Lerinensium monachorum haec tenent.

Actum autem in hoc Concilio a Patribus constat de recipiendis diuersi generis poenitentibus: sed & praescriptam formam excommunicandi aliquem, & reconciliandi excommunicatum, habet appendix: complura vero alia in hac Synodo reperiuntur esse statuta ad conseruandam inuiolatam Ecclesiasticam disciplinam. Illud vero ad postremum adiecere Patres, vt nullus conuentus sine alterius futuri conuentus denunciatione soluat: nam ita perorantes, Synodum absoluerunt: Itaque sequenti anno (si Domino nostro Iesu Christo permittente conceditur) die decimo quinto Kal. Nouemb. in Arausico territorio conuentum habeamus. Haec Patres, non extat illud quidem quod verò reperitur posterius Arausicanum Concilium, haud sequenti anno, sed longè postea collectum fuit, vt suo loco dicemus.

Quod reliquum est rerum gestarum anni huius: sub eodem Cyri consularu haec habet in Chronico S. Prosper: Theodosius Imperator bellum contra Vuandalos mouet Areobindo & Anaxillo atque Germano Ducibus cum magna classe directis: qui longis cunctationibus negotium differentes, Siciliae magis oneri, quam Africae praesidio fuerunt. Haec Prosper. His igitur magis magisque barbari Regis animus irritatus, in Catholicos Christianos, quos subegerat, commotus est: ex qua quidem re & quae reliqua erant in Africa sub ditione Valentiniani Imperatoris, grauius fluctuare coeperunt: quamobrem ab eo & Galla Placidia matre illud initum consilium est, vt cum Genferico pacem componerent, sic consultum putantes tum Catholicae pietati, tum etiam locis haec tenent Romano Imperio custoditis. Porro pax inita est anno sequenti, dicemus de ipsa suo loco.

DIESV CHRISTI
ANNVS
442.

LEONIS PAP.
ANNVS
3.

THEODOSII 35. IMPER.
VALENTIN. 18.

Consulibus nouis Dioscoro & Eudoxio nouus aperitur annus Domini quadringentesimus quadragesimus secundus, quo (inquit S. Prosper) cum Genferico Vuandalo in Africa Rege pax est confirmata, & certis spatiis Africa inter vtrumque diuisa est. Iude & factum est postea, vt Carthagine commorantibus Catholicis Christianis, impetraverit idem Valentinianus Augustus a Genferico Episcopum ordinari: quando id acciderit, suo loco dicendum. Quae autem hoc anno idem Rex barbarus a suis sit passus, & quid ipse in eos, idem S. Prosper sic narrat: In Genfericum apud suos de successu reru superbientem quidam optimates ipsius conspirauerunt; sed molitione detecta, multi ab eo supplicio excruciatu atque extincti sunt. Cumque idem audendum aliis etiam videretur, multis Regis suspicio exitio fuit, vt hac sui cura plus virium perderet, quam si bello superaretur. Haec Prosper. Peropportunum quidem videri poterat hoc tempus Orientalibus inuadendi Africam; quod alia saepe (vt vidimus) frustra tentarant, & vt id hoc ipso anno agerent, in Sicilia moras trahebat Romanus exercitus: sed hanc adeo opportunam ira Dei praeripuit occasionem: siquidem (vt idem Prosper & Marcellinus sub Consulibus anni huius affirmant) Hunnis Thraciam & Illyricum saeva depopulatione vastantibus, exercitus qui in Sicilia morabatur, ad defensionem reuocatur Orientalis Imperij. Sed quid de his Ioanes Diaconus, quem Paulum inscribunt, accipe: Per haec enim tempora Attila Rex Hunnorum, vir fortis atque superbus, dum cum fratre suo Bleba super Hunnos principaretur, Thracias & Illyricum saeva depopulatione vastabat, omnia castella & ciuitates in seruitutem rediges, praeter

Prosper. in Chron. PAX VALENTINIANI CVM VVANDALIS.

EXERCITVS E SICILIA REVOCATVS.

Paul. Diac. lib. 14. prope fin.

præter Hadrianopolim & Heracleam, quæ quondam Perinthus vocabatur. Tunc exercitus Romanorum, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem Orientalium prouinciarum reuertitur. Cogitur ergo Theodosius legationem Attilæ mittere, & sex millia librarum auri pro recessu præbens, mille librarum annuum tributum persolvere pollicetur. Sed his ferme diebus tam terribili terræmotu Roma concussa est, vt plurimæ ædes eius, & ædificia corrue- rent.] hæc ipse: quæ autem subdit de Britannis, suo loco dicemus.

Interea verò Gensericus (quod tyrannorum est timere omnes) cædes exercebat in eos, quos vel leuis suspicio, vana cogitatione superinducta deferret. In Christianos autem, quos sciret penitus exarmatos, & quæquâ in Regem molituros esse nec quidem vel fingi poterat, agere poena exilij & deportationis contentus fuit, si quid quemquam in eum quoquo modo oblocutum scisset. Nam audi Victorẽ scriptis suis persecutionem Vandalicam prosequentem. Si fortè (inquit) quispiam, vt moris est Episcoporum, dum Dei populum admoneret, Pharaonem, Nabuchodonosorẽ, Holofernem, aut aliqũd alium similem nominasset: obiciebatur illi, quod in personam Regis illa dixisset, & statim exilio trudebatur. Hoc enim persecutionis genus agebat hinc aperte, alibi occultè, vt piorum nomen talibus insidiis interiret: qua de re plurimos sacerdotum tunc nouimus relegatos, sicut Urbanum Girbensẽ, Crescentem Metropolitanum Azuritanæ ciuitatis, qui centum viginti Episcopis præest, Habetdem Theudalensem, Eultrathium Suffectanum, & Tripolitanos duos, Vicefabratenum, & Cresconium Ensem, & Adrumetinæ ciuitatis Felicem Episcopum, ob hoc quod suscepisset quemdam Ioannem monachum transmarinum, sed & alios multos, quos lögum est enarrare. Quibus tamen in exilio postis, dum obitus aduenisset, non licebat alios eorum ciuitatibus ordinari. Inter hæc tamen Dei populus (licet sine Episcopis esset) in fide consistens, vt examen apum cereas ædificans mansiones crescendo, melleis fidei calculis firmabatur, vt impleretur illa sententia: Quanto eos affligebant, tanto magis multiplicabantur, & inualescebant nimis.] huçusque Victor: reliqua verò suis erunt reddenda locis.

de Persec. Iun. Anal. lib. 7. GENSERICVS PERSECVITVR CHRISTIANOS CATHOLICOS. Aquitanæ

Exod. 1.

CONCILIUM VASENSE IN GALLIA NARBONENSIS.

Sub eodem Dioscori Consulatu celebrata habetur Vasensis in Gallia Narbonensi Synodus prouincialis secunda, quam alij à Vasionẽ, Vasionensem appellandam putant: sed cur non potius pro Vasense, Vasatensem dixerimus, à Vasatis ciuitate in Gallia Narbonensi: de qua Paulinus ad Ausonium:

Quisq; superba tua contemnis mania Roma, Consul arenosas non dedignare Vasatas.]

& Paulinus Iunior in carmine Eucharistico:

Ex alto laribus patriis, rectisq; crematis, Obsidio hostilis vicina excepti in vrbe Vasatis patria maiorum ipsa meorum, &c.]

Porro creditur hæc illa esse ciuitas, quæ modo vulgo dicitur Basas: fuisse quidem illam sedem Episcopalem, Sidonius in epistola ad Basilium his verbis declarat, dum illius prouinciæ deplorat calamitatem: Burdegala, Petrogorij, Ruteni, Lemouices, Gabalitati, Helusani, Vasates, Conuenæ, Auscenses, multoque maior numerus ciuitatum, summis sacerdotibus ipsarum morte truncatis, nec vllis deinceps Episcopis in defunctorum officia suffectis.] hæc ipse. Nos quidem libentius Vasatis eiusmodi Synodum celebratam dixerimus. Qui igitur eius prouinciæ Episcopi anno superiori in Synodo Arausicana condixerat se hoc anno rursus itidem conuenturos, mutata sententia, eodem ferme tempore Vasatis eiusdem prouinciæ ciuitate conuentum egere. Sed monemus accuratum lectorem, sub huius anni Synodo Vasensi, seu potius Vasatensi, non vnus Concilij canones contineri, sed triplicis: Huius videlicet conuentus, qui celebratus ibi ponitur hoc anno sub Consulatu Dioscori; rursus verò illius Synodi, quæ notata reperitur sub Consulatu Decij Iunioris, anno Domini quadringentesimo sexagesimo tertio, quæ ordine tertia ponenda est; secunda verò, de qua agitur, sub Consulatu Dioscori: Prima autem Vasensis est illa, Constantio imperante, celebrata sub Nestario Viennensi Episcopo, cum Ariana hæresis inualesceret; quod constat Adone auctore, nosque suo loco de ipsa superius egimus: cuius illa certa sunt capita huic intexta, nempe quartus canon de canendo Trifragio, & quintus de hymno Gloria Patri, &c. in omnibus clausulis adiungendo: hæc quidem tunc statuta sunt contra doctrinam Arij, factumq; vt occineretur in omnibus diuinis mysteriis laudes sanctissimæ Trinitatis. Secundum autem Concilium Vasense, de quo est sermo, nihil præter notam Consulatus habet certi, quod consuli simul sint canones eorundem trium Conciliorum. At de his satis.

Sidon. lib. 7. epist. 6.

Adon. Chron. anno D. 337.

IESV

Quadringentesimus quadagesimustertius Christi annus, Maximo atque Paterno Consulibus, publicis Fastis adnotatur: quo Romæ hæc à S. Leone Papa acta esse, Prosper narrat in Chronico: Hoc tempore plurimos Manichæos intra Vrbe[m] latere, diligentia Papæ Leonis innotuit: qui eos de secretis suis erutos, & oculis totius Ecclesiæ publicatos, omnes dogmatis sui turpitudinem & damnare fecit & prodere, incensis eorum codicibus, quorum magnæ moles fuerunt interceptæ. Quæ cura viro sancto diuinitus (vt apparuit) inspirata, non solum Romanæ Vrbi, sed etiam vniuerso Orbi plurimum profuit: siquidem confessionibus in Vrbe captorum, qui doctores eorum, qui Episcopi, quiue presbyteri, in quibus prouinciis, vel ciuitatibus degerent, patefactum est. Multiq; Orientalium partium sacerdotes industriam rectoris imitati sunt.] hæc Prosper: quæ quidem propagata esse in sequentem etiam annum & posteriores, data ab eodem S. Leone epistolæ docent, de quibus dicemus inferius.

B

Quæ autem in his peragendis industria & diligentia Leonis Papæ plurimum commendatur: enituit illa quidem cum in aliis inquirendi modis, tum etiam in admonendo frequenter pro concione populo, vt in Manichæis indagandis inuigilaret, qui & vt eos magis execrabiles ipsis Romanis redderet, eorum errores publicis concionibus patefecit, & inter alia istis verbis: vt autem in omnibus, dilectissimi, placeat Domino vestra deuotio: etiam ad hanc vos hortamur industriam, vt Manichæos vbique latentes vestris presbyteris publicis. Magna est enim pietas prodere latebras impiorum, & ipsum in eis, cui seruiunt, diabolum debellare. Contra istos enim, dilectissimi, omnem quidem Orbem terrarum, & totam vndique Ecclesiam decet fidei arma arripere. Sed vestra in hoc opere deuotio debet excellere, qui in progenitoribus vestris Euangelium Crucis Christi ab ipso beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli ore didicistis.

C

Non sinantur latere homines, qui legem per Moysem datam, in qua Deus vniuersorum conditor ostenditur, recipendam esse non credunt: Prophetis & sancto Spiritui contradicunt: psalmos Davidicos, qui per vniuersam Ecclesiam cum omni pietate cantantur, damnabili impietate ausi sunt refutare: Christi Domini natiuitatem secundum carnem negant, passionem & resurrectionem eius simulatam fuisse dicunt, & non veram: Baptismum regenerationis totius gratiæ virtute dispoliant: Nihil est apud eos sanctum, nihil integrum, nihil verum. Cauendi sunt, ne cuiquam noceant: prodendi sunt, ne in aliqua ciuitatis nostræ parte consistant. Vobis, dilectissimi, ante tribunal Domini proderit, quod iudicimus, quod rogamus. Dignum est enim, vt elemosynarum sacrificio & huius operis palma iungatur.] hæc ipse concionatus ad populum de Collectis agendis, pium honorificumque esse declarans, prodere deferreque latentes hæreticos, dignumque Deo sacrificium pietatis esse, huiusmodi Deo litare hostias. Quis enim æquo animo ferat, lutulentum aprum limpidissimos inquinare fontes, & abominationem stare in loco sancto? Merito igitur vigilantissimus Pontifex de his populum publice monuit.

D

Rursum verò quibus signis Romani cognoscere queant atque detegere Manichæos, alia itidem concione declarat his verbis: Nulla itaque vos contagionis huius aspergat impietas, qui sua maxime obseruantia polluuntur, seruietes creaturæ potius quam creatori, & luminaribus cæli stultam abstinentiã deuouentes: quos nemo esse ambigat Manichæos, qui in honore Solis ac Lunæ, die Dominica & secunda feria deprehensi fuerint ieiunare. Vno enim peruersitatis suæ opere bis impij, bis profani sunt, qui ieiunium suum & ad siderum cultum, & ad resurrectionis Christi instituere contemptum.] & paulo post: Cumque ad tegendam infidelitatem suam, nostris audeant interesse mysteriis, ita in sacramentorum communionem se temperant: vt interdum tutius lateant, ore indigno Christi corpus accipiunt, sanguinem autem redemptionis nostræ haurire omnino declinant. Quod ideo vestram volumus scire sanctitatem, vt vobis huiusmodi homines & ex his manifestentur indicij, & quorum detecta fuerit sacrilega simulatio, notati & proditi, à sanctorum societate, sacerdotali auctoritate pellantur.] hæc ipse.

E

Sed quid obortum & introductum Romæ ex pessima hac Manichæorũ Solem adorantium consuetudine: illud quidem, quod Fidelium nonnulli id ipsum sollicitius factitent, quod

MANICHÆI VBIQUE DETECTI.

Leo serm. 4. de Collectis.

ROMANORVM ESSE HÆRESQVE HAERETICORVM.

Leo serm. 4. in Quadragesima. LEONIS ADMONITIONE DE MANICHÆIS DETECTIS.

quod eos facere viderent, qui obseruantissimi esse videbantur extrinsecus Christiani, licet clam essent perfidi Manichæi: nimirum vt planè nescientes, sicut illi, & isti Solem adorare quodammodo viderentur: facillè enim fuit in Christianos eiusmodi irreperere superstitionem, cum alioqui pie sancteque ad Orientem conuersi Deum adorare solerent. Qui igitur signa, quibus Manichæi detegi possent, aperuit, idem S. Leo, ne quid commune cum illis esset Fideli populo, interdixit: vt ex eo penitus apparerent, qui reuera Manichæi essent. Cum ergo & ex maiorum præscripto Christiani adorare numen consueverent ad Orientem conuersi, & id ipsum etiam factitare Manichæi solerent Solem colentes, interdixit tunc ipse Catholicis eiusmodi ad orientem Solem vsu adorandi, cum ait: De talibus institutis illa generatur impietas, vt Sol inchoatione diuinæ lucis à quibusdam insipientibus de locis eminentibus adoretur: quod nonnulli etiam Christiani ad eò se religiose facere putant, vt priusquam ad B. Petri Apostoli basilicam, quæ vni Deo & viuo dicata est, perueniant, super raris gradibus, quibus ad suggestum aræ superioris ascenditur, conuerso corpore, ad nascentem se Solem reflectant, & curuatis cervicibus, in honorem se splendidissimi orbis inclinent: quod fieri partim ignorantie vitio, partim Paganitatis spiritu, multum tabescimus & dolemus. Quia etsi quidam fortè creatorem pulchri luminis, per ipsam lucem, quæ est creatura, venerantur: abstinentium tamen est ab huiusmodi specie officij, quam cum in nostris inuenit qui deorum cultum reliquit, nonne hanc secum partem opinionis vetustæ tamquam probabilem retinebit, quam Christianis & impiis videt esse communem? Abiciatur ergo à consuetudine Fidelium damnanda perversitas; nec honor vni Deo debitus, eorum ritibus, qui creaturis deseruiunt, misceatur.] hæc ipse. Vides, quàm procul abesse debeat à Catholicis Christianis hæreticorum atque Gentilium error, qui nec sinantur symbolum aliquod cum illis habere commune, licet à maioribus acceptum ad pietatem referri possit, quod ex pietate ducebat originem?

Accidit autem, vt cum ignorantibus, quinam qualesve essent Manichæi: eosdem enim esse quodammodo existimabant demonibus vultu similes, utpote eorum afflatos spiritu, qui ad eò impia atque sacrilega mente conceperant: illis iam detectis, confessisque se Manichæos esse, qui & facie præferrent speciem pietatis: vix induci poterant, simpliciores præsertim, vt qui macie atque pallore, pauperique vestitu imaginem referrent summæ sanctitudinis, qualesque antea venerari solebant, idem illi ab ipsis cauendi, essent improbi Manichæi. Quamobrem sollicita admonitione, vt eos populus caueret, fuit ab eodem Leone Pontifice admonendus his verbis: Nihil ergo cum huiusmodi hominibus commune sit cuiquam Christiano, nulla cum talibus habeatur societas, nullumque consortium. Prosit vniuersæ Ecclesiæ, quod multi ipsorum, Domino miserante, detecti sunt, & in quibus sacrilegijs viuerent, eorundem confessione patefactum est. Neminem fallant discretionibus ciborum, sordibus vestium, vultuumque palloribus. Non sunt casta ieiunia, quæ non de ratione veniunt continentie, sed de arte fallacie. Hactenus nocuerint incautis, hactenus illuserint impericis: post hæc nullus excusabilis erit lapsus: nec iam simplex habendus est, sed valde nequam atque perversus, qui deinceps repertus fuerit nefando obstrictus errore.] hæc ipse. Cum igitur totus hic annus in Vrbe insumptus esset in inquirendis Manichæis, sequenti anno eorum causa in Concilij Episcoporum examen perducta est, atque alij eorum cum poenitentia accepti, alij verò exilio condemnati, compluribus fuga lapsis.

Hoc eodem anno idem S. Leo epistolam scripsit, quam Decretalem appellant, maiores verò Constitutum dixere, ad Episcopos Campaniæ, Tusciæ, atque Piceni, aduersus ordinantes seruos & bigamos, necnon contra clericos foeneratores.

Quod autem ad Orientalis Ecclesiæ res pertinet, hoc ipso anno, qui numeratur duodecimus ab Ephesino Concilio (vt ex Theodoret^d epistola ad Eusebium Episcopum Ancyranum data apparet) ipse Theodoretus Episcopus Cyri, cum ex more degeret Antiochiæ, & frequens esset in Synodis, in suspensionem adductus est, ne qui olim Nestorio fauisset, rursus noui aliquid moliretur, immo ne verustate collabentia suffulciret, damnatamque Nestorij hæresim roboraret. Quamobrem aduersus eum oblatus est Imperatori libellus, nescio à quo accusante ipsum sapere quæ sunt Nestorij, foreque etiam, nisi finibus suæ Ecclesiæ coerceretur, iubereturque recedere Antiochia, atque redire Cyrum, vt homo pollens alias nouas concitaturus esset turbas. His acceptis, Theodosius Imperator, euestigio regium dedit diploma, quo iubebat, ipsum Antiochia debere recedere, Cyrumque

^{Leo serm. 7. in Natali Domini.}
SVPBASTI-
TIO TOLLI-
TUR DESO-
RIS CVLTV.

MANI-
CHARISVS
SPECIE SAN-
CTITATIS
DECIPIE-
RANT MVLTOS.

^{Leo serm. 4. Epiphani.}

^{Leo epist. 11.}

^{Theodor. epist. 82.}
THEODOR-
TVS COGI-
TVR REDI-
RE CYRVM.

que reueri, & suam ipsius tantummodo curare Ecclesiam. Cum autem hæc Theodoretus accepisset, paruit ipse quidem, seque Cyrum recepit; contestans tamen pluribus litteris ad diuersos datis, se esse omnino professione Catholicum, nec quicquam sapere, quod sinceræ fidei aduersaretur: magno sanè animi more affectus est, quod in crimen, vel saltem in suspensionem hæresis vocaretur.

Inter alias autem, quas tunc scripsit ad diuersos epistolas, insignis planè est illa, quam dedit ad Eusebium Ancyrae Episcopum, qui haud pridem Theodoro viro admirando successerat. Quoniam autem rei gesta seriem narrat, & sua à se in hunc vsque annum edita scripta recenset, eandem ipsam vna cum aliis ex Vaticana bibliotheca acceptam, nec antea vquam à Latinis visam, hic primùm Latinitate donatam describendam curauimus; sic enim se habet:

B Speravi frequentiores litteras hoc tempore me accepturum à tua sanctitate. Cum enim manifestissimam calumniam passi simus, fraterna consolatione egebamus. Qui enim Marcionis hæresi & Valentini & Manetis & aliorum morbo laborant, in præsentiarum pullulantes, agrè ferentes, quod in suas inuehimur hæreses, aperto Marte illas confutantes, decipere Imperatoris aures tentauerunt, nos hæreticos appellantes, & in duos Filios Christum Dominum diuidere calumniantes, qui vnus est Dominus noster Iesus Christus, qui homo factus est, Deus Verbum. Sed non omnino assecuti sunt quod optabant, & verbis gloriabantur. Qua de causa diploma scriptum fuit magnificentissimo & gloriosissimo Duci & Tribuno militum & Consuli, in quo nulla quidem erat de hæresi accusatio, sed alias causas quasdam & mendaces confingebant: Synodos enim, dicebant, me frequenter congregare Antiochiæ, & hoc nonnullis molestum esse: & hac de causa oportere me ab his rebus abstinere, atque tantummodo Ecclesiarum, quæ mihi commissæ erant, curam gerere. Huius quidem diplomatis mihi ostensi decretum quamprimum accepi, tamquam bonorum mihi causam. Primùm enim optatissimam resumpti quietem, deinde multas spero meorum delictorum deleras, maculas, propter eam quæ aduersum me conficta sit & composita iniustitia atque calumnia ab hostibus veritatis.

Ostendit autem satis apertè etiam in præsentia vita omnium rector ac Dominus Deus, quantam curam gerit eorum qui iniuria afficiuntur: dum etiam nos quietè ageremus, & intra patrios terminos districti essemus, & omnes Orientales malis afficerentur, & amare conquererentur, & tacere propter imminens metum cogerentur (quæ enim nobis contigerant, omnibus metum incusserunt) ipse Dominus è cælo apparuit, & calumniam calumniantium arguit & manifestauit, & eorum impiam mentem declarauit & multauit. Isti & Alexandriam aduersus nos concitauerunt, & irritarunt, & omnium aures replent per ministros se dignos, quod nos pro vno duos prædicamus Filios. Ego verò tantùm ab hoc execerando errore alienus sum, vt cum nonnullos sanctos Patres repererim, qui in Synodo Nicæna conuenerunt, qui aduersus Arii insaniam in suis operibus latius inuehantur, quive coguntur propter contentionem, qua aduersus illos contendunt & dimicant, maiori declaratione vti, agrè fero, nec accipio hanc diuisionem: noui enim quod diuisionis necessitas & vsus excessum & errorem afferbat.

Et ne quis arbitretur me timore hæc dicere & metu: licet (quicumque voluerit) ea quæ iam diu scripserim ante Ephesinam Synodum intueri, & ea quæ post, duodecim ab hinc annis. Diuina enim gratia & ope, & Prophetas omnes exposui, & Psalterium, & Apostolum, & contra eos qui Arium sequuntur, & eos qui Macedonij morbo laborant, & aduersus Apollinaris imposturam, & aduersus Marcionis rabiem iam scripsimus: & in singulis quæ edidimus operibus, diuina ope, Ecclesiæ sanus sensus & mens mihi conspicitur & splendet. Mysticum etiam scripsimus librum, & de Prouidentia alia, & ad interrogationes Magorum alia; & de Vitis sanctorum: & præter hæc, alia multa, ne singula recenseam. Hæc autem enumeravi, non ambitione ductus, sed potius illa denunciando tum accusatoribus, tum etiam iis qui iudicare illa & scrutari ac arguere voluerint, quæcumque sunt ex meis operibus: nihil enim, Dei mei ope & gratia, nihil aliud nos sentire inuenient, præter quàm ea quæ à sancta accepimus Scriptura.

Hæc igitur cum à nobis tua sanctitas acceperit, doceat eos qui hæc ignorant, & suadeat illis qui contumeliosus & effrenatis linguis aduersum nos inuehantur, ne hæc de nobis diuulgent, quæ à calumniatoribus acceperunt, sed potius legislatori Domino obediant clamanti: Auditionem vanam ne suscipias: expectate rerum scrutinium. Ego verò Deum

^{Theod. epist. 82.}
THEODO-
RETI EPI-
STOLA AD
EUSEBIVM
ANCYRAN.

CALVM-
NIAE IN
THEODO-
RVM DE NE-
STORIANISMO.

THEODO-
RETVS VA-
SCRIPTA
NUMERAT.

Exod. 23.
B 2. oro,

CHRISTI 443-444. LEONIS PAP. 4-5. THEODOSII 36-37. IMPER. VALENTIN. 19-20.

DEFENSIO- REM SE TI- DEI CA- THOLICAE EXHIBET THEODO- REVS. Luc. 22.

oro, vt quietem Ecclesia aliquando obrineat, & longa ista & grauis dissipetur tempestas, si tamen id permittit nostrorum peccatorum multitudo. Sed quia traditi sumus propterea...

Theod. epist. 20.

Extant eodem argumento (vt diximus) plures ab eodem Theodoreto ob sui defensionem ad diuersos clarissimos viros datae epistolae, & inter alias ad Lupicinum Magistrum...

Hebr. A. Theodor. epist. 9. Theodor. epist. 22.

IESV CHRISTI ANNO 444. LEONIS PAP. ANNO 5. THEODOSII 37. IMPER. VALENTIN. 20.

ROMANVM CONCILIVM IN CAUSA MANICHAEORVM.

Sequenti anno quadringentesimo quadragesimo quarto, Theodosio decimum octavo & Albino Consulibus, a S. Leone Papa habitum est aduersus Manichaeos Romanum Concilium...

Leo serm. 5. de ieiun. decim. mens.

At quidnam tractatum in hoc habito Concilio fuerit, idem Pontifex postea pro concione coram omnibus patefecit: ipsum audiamus: Residentibus (inquit) itaque mecum Episcopis ac presbyteris, ac in eundem consessum Christianis viris ac nobilibus congregatis, Electos & Electas eorum iussimus presentari...

QUAE ACTA SINT CONTRA MANICHAEOS.

Episcopus ipsorum detestandi criminis ordinator. Omnium par fuit horum & vna confessio, & patefactum est execratum, quod aures nostrae vix ferre potuerunt. De quo, ne apertius loquentes, castos offendamus auditus, Gestorum documenta sufficiant, quibus plenissime docetur, nullam in hac secta pudicitiam, nullam honestatem, nullam penitus reperiri castitatem...

CHRISTI 444. LEONIS PAP. 5. THEODOSII 37. IMPER. VALENTIN. 20.

Mulieres a talium noticia & colloquiis abstinere, ne dum fabulosis narrationibus incautus delectatur auditus, in diaboli laqueos incidatis. haec ipse. Intelligis, lector, pristinum morem in Ecclesia Romana ad praesens vsque retentum, vt Ecclesiastico iudicio conuerti & conuicti haeretici, iidem cum suis erroribus coram populo pro concione noti fierent.

Sed vnde haec merces in Urbem? Quis eam pestem inuexit, qua vniuersus penè populus in discrimen haud leue adduceretur? quae superius dicta sunt, satis ostendunt: nempe excisa per Genfericum Africa, sicut successa filua ferae bestiae alio migrant, ita quae latebant in Africa monstra, in Italiam nauigantia, in Urbem se intulerunt, tamquam Catholici, commiseratione digni. Ceterum etiam vesparum examen inde conuolasset in Urbem, tamen in cellulis clandestinis earumdem foetus ibidem remanserunt, vt quae dicturi sumus inferius declarabunt. Cum ergo de his omnibus (vt dictum est) Pontifex populum admonuisset, quod etiam officij vigilantissimi pastoris esset, ad exactam horum destructionem illud itidem pro concione populum instantè admonuit, vt omnes quos scirent eiusmodi esse labe infectos, ad Ecclesiasticum tribunal deferrent: ait enim: Quia parum prodest vnicique quod protegente Spiritu sancto, ab istis ipse non capitur, si cum alios capi intelligit, non mouetur: Contra communes hostes, pro salute communi, vna communis debet esse vigilantia, ne de alicuius membri vulnere etiam alia possint membra corrumpi. Et qui tales non prodendos putant, in iudicio Christi inuenientur rei de silentio, etiam si non contaminantur assensu. Atlumite igitur religiosae sollicitudinis primum zelum, & contra seuerissimos hostes animarum omnium Fidelium cura confurgat. Ideoque enim misericors Deus quamdam nobis partem prodidit hominum noxiorum, vt manifestato periculo excitaretur diligentia cautionis. Non sufficiat quod actum est, sed eadem inquisitio perseueret, quae hoc, auxiliante Deo, consequitur, vt non solum qui recti sunt, incolumes perseuerent, sed etiam multi qui diabolica seductione decepti sunt, ab errore reuocentur. haec S. Leo: quibus vides omnes ciues ad delationem & inquisitionem haereticorum magnopere excitari. Consideratione quidem dignum est, quod huic sacro Concilio, cum Manichaeorum causa tractata est, ipse S. Leo non Episcopos tantum atque presbyteros, sed & Senatores complures, illustresque viros, immo & plebis partem voluit praesentem fuisse, quo eorumdem scelera notoria redderentur. testatur id ipse S. Leo in epistola ad Turibium, verbis istis: In execrabilibus autem mysteriis eorum, quae quanto immundiora sunt, tanto diligentius occultantur, vnum prorsus nefas, vna est obscenitas, & similis turpitudine. Quam etsi eloqui erubescimus, sollicitissimis tamen inquisitionibus indagatam, & Manichaeorum, qui comprehensi sunt, confessionibus detestamur, ad publicam fecimus peruenire notitiam, ne villo modo possit dubium videri, quod in iudicio nostro, cui non solum frequentissima praesentia sacerdotum, sed etiam illustrium virorum dignitas, & pars quaedam Senatus ac plebis interfuit, ipsorum qui omne facinus perpetrarunt, ore reueratum est, sicut ea quae ad dilectionem tuam hunc direximus. Gesta demonstrant. haec S. Leo, qui quae Romae in eadem causa acta essent, voluit Hispaniarum Ecclesiis nota fieri, quae a Priscillianistis Manichaeorum simillimis adhuc grauitè infestabatur. Antea verò eadem voluit innotescere proximis Urbis praesentibus, & aliis longe positis, quo maiori omnes ardore ad inquirendos Manichaeos incitaret. Quod enim idem Pontifex compertum habuisset, nonnullos ex eis fuga lapsos, & ne ad examen perducerentur, ab Urbe recessisse: euectigò, absoluto iam dicto Romano Concilio, de eius iudicio voluit reddi Italiae Episcopos certiores, monens ut primis vt ad eiusmodi indagandos haereticos omnem nauare deberent diligentiam. Epistola autem sic se habet: In confortium vos nostrae sollicitudinis, dilectissimi fratres, aduocamus, vt vigilantia pastoralis, ne quid diabolicae licere possit astutiae, commissis vobis gregibus diligenter consularis: ne is qui Domini misericordia reuelante per nostram curam a nostris ouibus morbus abigitur, necdum vobis praemonitis, & adhuc quod agitur ignaris per vestras se dispergat Ecclesias, & suarum furrim cuniculos inueniat latebrarum, ne quod a nobis in Urbe extinguitur, tenebrosis apud vos radicibus feminetur. Plurimos impietatis Manichaeae sequaces & doctores in Urbe inuestigatio nostra reperit, vigilantia diuulgauit, auctoritas & censura coercuit: quos potuimus emendare, correximus, & vt damnarent Manichaeum

Leo eod. serm. 5. de ieiun. decim. mens. HABRITIK DEEREN- DI ET IN- QVIRENDI.

Leo epist. 93. cap. 16.

Leo epist. 2. EPISTOLA S. LEONIS DE MANICHAEIS ROMAE DAMNATIONIS.

eum prædicationibus & disciplinis suis, publica in Ecclesia professione, & manus suæ sub-
 scriptione compulimus; & ita de voragine impietatis suæ confessos, pœnitentiam conce-
 dendo, leuauimus. Aliquantum verò, qui ita se demerferant, vt nullum his auxiliantis pos-
 set remedium subuenire, subditi legibus, secundum Christianorum Principum constitu-
 ta, ne sanctum gregem sua contagione polluerent, per publicos Iudices perpetuo sunt
 exilio relegati. Et omnia quæ tam in scripturis, quam in occultis traditionibus suis hab-
 ent profana, vel turpia, vt nosset populus quid refugeret aut vitaret, oculis Christianæ
 plebis certa manifestatione probauimus: aded vt ipse qui eorum dicebatur Episcopus, à
 nobis tentus, proderet flagitiosa in suis mysticis*, quæ tenerent, sicut Gestorum vos se-
 ries potest edocere.

*mysticis

DE PERQVI
RENDIS,
QVI FYGE-
RANT, MA-
NICHARIS.

Ad instructionem autem vestram etiam ipsa direximus: quibus lectis, omnia quæ à no-
 bis deprehensa sunt, nosse poteritis. Et quia aliquantos de his, quos ne absoluerentur, B
 arctius reatus inuoluerat, cognouimus fugisse: hanc ad dilectionem vestram epistolam
 misimus per acolythum nostrum, vt effecta certior sinceritas vestra, sollicitus agere di-
 gnetur & cautius, necubi Manichææ peruersitatis homines plebes vestras facultatem læ-
 dendi, & huius sacrilegij possent inuenire doctores. Aliter enim nobis commissos regere
 non possumus, nisi eos qui sunt perditores & perdit, zelo fidei Dominicæ persequamur;
 & à sanis mentibus, ne pestis hæc latius diuulgetur, seueritate qua possumus, abscindamus.
 Vnde hortor dilectionem vestram, obtestor, & moneo, vt qua debetis & potestis, sollicitu-
 dine vigiletis ad inuestigandos eos, necubi occultandi sese reperiant facultatem. Vt enim
 habeat à Deo ingens remunerationis præmium, qui diligentius, quod ad salutem com-
 missæ sibi plebis proficiat, fuerit executus: ita ante tribunal Domini de reatu negligentis
 se non poterit excusare, quicumque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis auctores
 noluerit custodire. Data tertio Kalendas Februarij, Theodosio decimo octauo & Albino
 viris clarissimis Coss.] hætenus Leonis ad Episcopos admonitio.

ACTA SYN-
ODI AD DI-
VERSAS PRO-
VINCIAS
MISSA.
*Leo epist. 93.
sup. 16.

Porrò non Italiæ tantum (vt dictum est) Episcopos, sed & alios remotiores in diuersis pro-
 uincijs collocatos voluit de rebus Romæ aduersus Manichæos gestis reddi certiores, plu-
 raque eorumdem publicorum Actorum exemplaria scribi, atque ad eos mitti; quo omnes
 tantam luem discedent præcauere, & longè longius propulsare. Constat siquidem (vt vi-
 dimus) sancti Leonis testificatione*, eadem Acta in Hispaniam ad Turibium Episcopum
 Asturicensem esse missa post biennium, cum de Priscilianistis inquirendis atque dānandis
 eum admonuit, ostendens eos esse Manichæis affines, sed de his inferius suo loco agendum.

*Prosper. de
Promiss. Dei
dimid. temp.
6. o. in fin.

Ceterum non cum Manichæis tantum sancto Leoni Papæ his temporibus pugnandum
 fuit, sed & aduersus Pelagianos etiam apertius, laboriosius bellum fuit, obnitente ex aduerso D
 Iuliano loquacissimo Pelagianò olim Capuano Episcopo; de quo plura superiori tomo
 diximus. Fidem horum certaminum facit sanctus Prosper, dum agens de huius temporis
 impostoribus, hæc de his obiter attigit, vbi ait: In Italia quoque, nobis apud Campa-
 niam constitutis, dum venerabilis & Apostolico honore nominandus Papa Leo Mani-
 chæos subuerteret, & contereret Pelagianos, & maximè Iulianum: ambiens tum quidam
 Florus nomine, spiritu seductionis arreptus, virtutem & meritum sibi sancti Sossij martyris
 assignans, cum haud procul à Neapolitana ciuitate in subuersionem animarum quædam
 promitteret, faceretque illicita; à germano venerabilis Nostriani Episcopi, & Hiero pres-
 bytero simul cum clericis prædictæ Ecclesiæ tentus & coercitus; sic à præfata prouincia
 limitibus pulsus est.] hæc Prosper: qui cum affirmet hoc ipso tempore se versatum esse in

LEO PAPA
IN SEQVI-
TVR PELA-
GIANOS
PER PRO-
SPERVM A-
QVITANVM.

Campania, referatque certamen Leonis aduersus Iulianum itidem (vt dictum est) in Cam-
 paniam agentem: equidem opinor ipsum è Gallijs à S. Leone Pontifice accersitum, & in Cam-
 paniam aduersus eundem Iulianum esse missum, qui præ ceteris horum temporum docto-
 ribus ad eiusmodi belli genus exercitior videbatur. At de rebus à sancto Leone aduersus
 Pelagianos gestis nihil præterea reperitur. Porrò sanctum Prosperum ab ipso sancto Leone
 fuisse Romæ retentum, in eo eius opera vso, in quo sancto Damaso Hieronymus inseruiebat,
 quæ scribit Gennadius* de eodem Prospero, in argumentum deduci possunt. Testatur &
 Photius in Bibliotheca, quod pullulans sub Leone Papa hæresis Pelagiana sæpè extincta,
 opera sancti Prosperi prorsus deleta fuerit, viuente adhuc ipso sancto Leone Romano Pon-
 tifice. Additque idem Photius: Scripsit & sanctus Leo Romanus Episcopus de Pelagianis
 conuersis, quomodo debeant recipi, quando conuertuntur, scriptis suam opinionem dam-
 nantes.] ac hæc sancti Leonis Papæ scripta desiderantur.

*Gennad. de
Vir. illustr.
sup. 84.

Hoc

A Hoc eodem anno, quinto Idus Iunij S. Cyrillus Alexandrinus Episcopus ex hac vita mi-
 grauit, cum sedisset annos trigintaduos, vt Liberatus diaconus tradit, atque Nicephorus
 & Acta Synodalia docent. De die obitus id Græci in Menologio profitentur eiusmodi clo-
 gio tanto viro dignissimo: Natalis S. Cyrilli Alexandrinæ ciuitatis Episcopi etuditissimi, &
 Catholicæ fidei propugnatoris egregij, quæ Summus Pontifex Cælestinus idoneum iudica-
 uit, cui vices suas in Ephesino Concilio delegaret. Latini verò quinto Kal. Febr. eius me-
 moriam in tabulis Ecclesiasticis adscriptam habent. De anno autem consentiunt omnes:
 Etenim cum ipsa Acta Concilij Chalcedonenfis, eum sedisse annos trigintaduos; publica
 fide testentur ex libello Athanasij presbyteri, & Theodori diaconi: cumq; reperitur ipsum
 creatum fuisse Episcopum anno Christi quadringentesimo duodecimo, vndecimo Kalend.
 Nouembris, affirmare opus est trigésimum secundum annum attingisse. Quod autè ad eius
 B scripta pertinet, ex innumeris ferme eius lucubrationibus Gennadius hæc tantum adnume-
 rat, dicens: Variarum hypoteseon tractatus, homilias etiam composuit plurimas, quæ ad
 declamandum à Græcæ Episcopis memoriæ commendantur; præterea eius libri sunt de
 Synagoga defectu, de Fide aduersus hæreticos: & peculiari intentione aduersus Nestorium
 librum composuit, qui attulatur *ἀλεγγος*, in quo omnia occulta Nestorij panduntur.] hæc
 Gennadius. Porrò iuxta numerum annorum eius totidem Paschales epistolas Græcè scri-
 ptas nondum editas bibliotheca Vaticana custodit, quas Latinitate donare aggressus est
 Metius noster, nos verò ex Græco textu fideliter exscribendas curauimus.

CYRILLI
EPISCOPI
ALEXAND.
OBITVS.

Conc. Chal-
ced. Act. 3.

Gennad. de
Vir. illustr.
6. 17.

Cassiod. In-
stit. diuin.
lib. 1. prof.
DE SCRIP-
TIS CYRIL-
LI EPISCOPI
ALEX.

Quod rursus ad Cyrilli scripta pertinet, Cassiodorus adnumerat eundem sanctum
 Cyrillum inter eos, qui diuinam Scripturam à principio vsque ad finem Græco sermone
 explicarunt: qua ratione dicendum esset, plurima Cyrilli perisse volumina, desiderarique
 C alios in epistolarem formam tractatus ab eo editos. hinc est, vt sæpe contingat aliquid Cy-
 rilli è bibliothecarum penetralibus in lucem dari, vt haud pridem epistolam ad Calosyrium
 Episcopum Arseniotem aduersus Anthropomorphitas & Massalianos, qui nequaquam ma-
 nibus laborandum esse dicebant, sed semper orandum: ea etiam recens emergentem hære-
 sim statim extinxit, qua quidam asseuerabant Christi carnem & sanguinem in Eucharistia
 tunc temporis tantum esse, cum à Fidelibus sumeretur: quod ille monstrum vna hac peni-
 tentia voluit iugulasse sententia: Alios (inquit) esse audio, qui mysticam benedictionem ni-
 hil ad sanctificationem proficere dicant, si ex ea aliquid reliquum fiat in sequentem diem.
 Insaniant verò, qui hæc asserunt: Neque enim alteratur Christus, neque sanctum eius cor-
 pus immutatur, sed benedictionis vis & facultas & viuificans gratia perpetuò in ipso existit.
 hæc ibi. Habes eiusdem auctoris commentarios egregios de Adoratione & cultu in spiri-
 tu & veritate, Latinitate redditos, luculenta & elaborata, omniq; fide digna translatione
 Antonij Agellij clericij regularis, insignis doctrinæ viri, nunc Episcopi Acernensis.

CYRILLVS
QVOMODO
CVRAVIT
DECEPTVM
ANACHO-
RETAM.

Vir. SS. Pat.
de prud. &
contempl.

Quod verò ad res ab eo gestas pertinet, his addimus de Cyrillo, quod nullo certo consi-
 gnatum inuenimus anno (ne excidat) editum ab eo summa prudentiæ specimen in reuocando
 prolabente ad hæresim magno anachoreta: qui quidè quod audisset de Melchisedech Dei
 sacerdote, fuisse eum sine patre, sine matre, & sine genealogia, secundum hæresim Melchise-
 dechianorum dictam, ipsum esse Christum, vel Spiritum sanctum asserentium, crederet pa-
 riter ipsum esse Filium Dei. Sed quomodo Cyrillus ipsum curarit, ex Vitis Patrum hæc
 accipe: Daniel narrauit de magno sene, qui habitauit in inferioribus partibus Aegypti,
 quia diceret per simplicitatem, quod Melchisedech ipse esset Filius Dei. Hoc autem indica-
 tum est sanctæ memoriæ Cyrillo Archiepiscopo Alexandrino de eo, & misit ad eum. Sciens
 E autem quia signifer esset ipse senex, & quicquid peteret à Deo reuelaretur ei, & quia sim-
 pliciter diceret hoc verbum: vsus est huiusmodi ratione, dicens: Abba, rogo te, quia in
 cogitatione mea est, quod Melchisedech ipse sit Filius Dei, & rursus alia cogitatio mea
 dicit, quod non sit Deus, sed homo sit, & summus sacerdos fuerit Dei. Quoniam ergo hæ-
 sito de hoc, idcirco misi ad te, vt depreceris Deum, quatenus tibi reuelare dignetur, de hoc
 quid veritas habeat. Senex autem de conuersione sua præsumens, cum fiducia dixit: Da
 mihi tres dies inducias, vt ego deprecer Deum de hac re: & renunciabo tibi quid mihi
 fuerit reuelatum de hoc. Intrans ergo in cellam suam, deprecabatur Deum de verbo hoc.
 Et veniens post tres dies, dixit sanctæ memoriæ Cyrillo Episcopo: Certo scito, Melchisedech
 non esse Deum. Archiepiscopus respondit: Quomodo constat apud te, Abba? Et ille dixit
 ei: Deus ostendit mihi omnes Patriarchas, ita vt singuli eorum coram me transirent, ab
 Adam vsque ad Melchisedech. Et Angelus mihi assistens dixit: Ecce iste est Melchisedech.
 Et

CHRISTI 444.

LEONIS PAP. 5.

THEODOSII 37. IMPP. VALENTIN. 20.

Et ideo Archiepiscopo certus esto, quod sic est. Abiens autem senex, per semetipsum predicabat, quia homo est Melchisedech: & gauisus est magnifice sanctae memoriae Cyrillus Episcopus.] haec ibi ad insinuandam miram Cyrilli sapientiam, atque cum prudentia dexteritatem. Porro Cyrilli memoria remansit post eius obitum in Ecclesia vicens iugiter & florentissima, ore omnium Orthodoxorum praconis frequentata.

Quint. Synod. Act. 5. tom. 2. Conc.

Ad postremum autem hic monendum putamus esse lectorem, legi in Quinta Synodo Theodoretum nomine epistolam hoc tempore Cyrilli obitus ad Ioannem Antiochenum conscriptam, de eius morte gaudentis, & in eundem Cyrillum plurima garrientis, quam quis aequius satyram dixerit, famosumque libellum, quam epistolam. Nos vero aegre ferentes Theodoretum nomine ferri, quod alicuius potius fuit Nestoriani figmentum; hic tibi primum ipsam reddemus epistolam, ac subinde de eius fide, qualis sit, differemus. Inscriptio autem sic se habet:

EPISTOLA NESTORIANI DE OBITU S. CYRILLI.

Theodoretum ad Ioannem Archiepiscopum Antiochia epistola scripta, cum mortuus esset Cyrillus Archiepiscopus Alexandriae.

Sei d tandem & vix malus homo defunctus est: boni enim & benigni ante tempus inde migrant, mali autem in multo tempore vitam producant. Et arbitror bonorum omnium dispensatorem providentem, celerius quam tempus est, ex humanis tribulationibus eos abducere, & tamquam victores liberare luctaminibus, & in meliorem transferre vitam, quae praemium proposita est iis qui pro virtute luctantur, sine tristitia & sollicitudine liberata. Malicia vero amatores & operatores diutius concedit praesenti vita frui, ut aut fatiatarem caperent malignitatis, & virtutem postea discerent, aut poenas darent, & in hoc saeculo pro molestia suorum morum longo tempore amaris & malis vitae praesentis fluctibus astantes. Istum verè miserum nec ad exemplum aliorum dimisit nostrarum animarum gubernator diutius eorum potiri quae videntur esse delectabilia; sed crescentem quotidie viri malignitatem, sciens & corpori Ecclesiae nocentem, quasi quamdam pestem amputavit, & abstulit opprobrium a filiis Israel.

BALSAYOCI NESTORIANI DE OBITU S. CYRILLI DE SYNGTO.

Lactificavit quidem superstites illius discessio: Contristavit forsitan mortuos: & timor est, ne praegravati eius conversatione, iterum ad nos remittant, vel illos diffugiat qui eum abducunt, sicut ille tyrannus Cyni Ciliciam. Procurandum igitur est, & oportet tuam sanctitatem maxime hanc suscipere festinationem, & iubere collegio mortuos asportantium, lapidem aliquem maximum & gravissimum sepulchro imponere, ne iterum huc perveniat, & instabilem voluntatem iterum demonstrat. Infernis nova dogmata asserat: ibi diu noctuque, sicut vult, sermocinetur. Non enim timemus ne & illos dividat adversus pietatem publice alloquens, & morte circumdans naturam immortalem: lapidabunt enim eum non solum qui divina eruditi sunt, sed etiam & Nembroth, & Pharaon, & Sennacherib, & si quis eorum similis est Dei impugnator.

Psal. 145.

NESTORIANUS QUID DE ANIMA CYRILLI.

Sei enim sine causa multa loquor: silet enim miser inuitus: Egredietur enim (dicit Propheta) spiritus eius, & revertetur in pulverem suum, & in illo die petibunt omnes cogitationes. Ille vero & aliud habet silentium: nudata enim illius facta alligant linguam, obstruunt os, strepant sensum; filere faciunt, in terram inclinare cogunt. Ideo plango miserum, & ploro: nec enim putam mihi delectationem fecit mortis eius nuntiatio, sed dolore permixtam. Lator enim & iucundior, eiusmodi pestilentia communem Ecclesiam videns liberatam. Contristor vero & ploro, cogitans, quod nec requiem malorum miserabilis suscepit, sed maiora & peiora pertentans defunctus est. Somniavit enim (sicut dicunt) & regiam urbem perturbare; & piis iterum dogmatibus repugnare, & tuam sanctitatem accusare, utpote ea colentem. Sed vidit Deus, & non despexit: immisit vero sium in os eius, & frenum in labiis eius, & convertit eum in terram, de qua sumptus est. Fiat vero orationibus tuae sanctitatis, ut misericordiam & veniam consequatur, & vincat immensa Dei clementia illius malignitatem. Rogo vero tuam sanctitatem solvere nobis animae tumultus: plurimae & diversae famae circumsonant, & nos perturbant, communes calamitates annunciantes. Quidam vero & tuam reverentiam proficisci dicunt ad Comitatum sine voluntate. Et usque nunc despiciebam, utpote falsa ista, quae diuulgantur. Quoniam vero vidi ipsa eadem omnes dicentes, necessarium existimavi veritatem a tua discere sanctitatem, vel ut rideamus utpote falsa, aut ut vera meritis luceamus.] haec tamen epistola: quam quidem sicut hominis Nestoriani esse non dubitamus, ita eam adscribi Theodoro ad Ioannem Antiochenum, patens esse mendacium apparebit.

Nullum

CHRISTI 444.

LEONIS PAP. 5.

THEODOSII 37. IMPP. VALENTIN. 20.

A Nullum quidem verius, certiusque dicam & fortius argumentum ad haec refellenda putamus esse, quam ad lapidem Lydium, ipsam exactam temporis rationem, omnia ista, ut quae qualia sunt agnoscantur, asserre. Quomodo, quae so, potuit ista ad Ioannem Episcopum Antiochenum Theodoretus scripsisse post Cyrilli obitum, cum (ut superius apertissime ex eiusdem Theodoretum datis litteris ad eius successorem ante annos quatuor ostendimus) ipse Ioannes ex hac vita iam decessisset ante annos septem; ad cuius successorem Domnum, commendans Felicianum Carthagine tunc profugum, litteras commendatitias dederat? Ante septem quidem annos Ioannem defunctum esse, ipsius met Theodoretum auctoritate ex litteris ad Dioscorum proximè recitandis luce clarius apparebit: extat enim ipsius Theodoretum epistola ad Dioscorum Alexandrinum Episcopum data, ubi pluribus agit de reconciliatione amicitiae a se inita cum Cyrillo, vsuque litterarum familiarium, quae magna confidentia mutuo inter se invicem datae fuerunt, quarum exemplaria servasse integra, ipsumque Dioscorum earumdem conscientium fuisse, testatur. Ex dictis sane litteris perspicuum fiet, quot annis Theodoretum Ioannis praedecessor sederit; quotve Ioannes ipsius successor, necnon Domnus subrogatus in locum Ioannis, quem hoc anno iam septimum annu egisse in Episcopatu demonstrat. Sed ad elucendam illatam Theodoro calumniam ista satis cum sint, certiora reddentur ex iis, quae paulo post ex eius litteris sumus dicturi. Porro non hanc dumtaxat epistolam Theodoro nomine confinxere Nestoriani, sed & alias plures ad ipsum Nestorium datas, ut Leontius Scholasticus tradit, qui Nestorianorum Theodoretum calumniantium deregit imposturam, atque ait: Sciendum est & illud, circumferri quasdam Theodoretum ac Nestorij epistolas, in quibus sese mutuo recipiunt. Sed fictitiae, nam fingunt eas haeretici. Si cui vero cognoscere libet, quam graui Nestorium Theodoretus odio profecurus sit: is librum ipsius Theodoretum de Sectis scriptum legat.] haec Leontius. Sed quae de Cyrillo sunt reliqua, his addamus.

DEFENDITUR AB IMPOSTURA THEODORETUS.

Theod. epist. 53.

Leont. de sect. 5.

B Sanè quidem respuimus atque exustamus figmentum illud, incerto auctore proditum, Chronico nimirum, quod extrasse fingunt apud quemdam Franciae Regem, quo tradunt, eundem S. Cyrillum Alexandrinum Episcopum monachum fuisse montis Carmeli; cui quidem assertioni Trithemius leuiter nimis fidem praestitit. Vnde haec, quae so, incerto auctori, si qui certi atque probati sunt auctores eiusdem Cyrilli aequales, eiusdemque res gestas quam diligenter profecuti, haec nescientes, obruta silentio reliquerunt. Vel quae apud huius diligentis scriptores mentio de culto Carmelo à vitæ monasticae professoribus? Etenim cum apud S. Hieronymum, Palladium, Euagium, Cassianum, Theodoretum, Cyrillum monachum, & alios saeculi huius scriptores frequens mentio sit, de monachis in Palaestina degentibus, nusquam penitus apud eos de monachis Carmelitis. Facessat igitur eiusmodi de monachismo Cyrilli in Carmelo fabella, sicut illa huic haud impar, qua traditur & Ioannes Hierosolymorum Episcopus Origenista fuisse, etiam monachus Carmelita: sicut enim haec leuiter effinguntur, ita & facile refelluntur. Flagrans quidem cupiditas nobilitatis auitae cogit interdum homines delirare. Atque de Cyrillo iam satis, quem sanctissimis viris imperitum solito honoris cultu coluit semper, tum Orientalis, tum etiam Occidentalis Ecclesia, eiusque scripta Catholici semper venerati sunt, ipsorumque auctorem, ut virum maxime primum assiduis benedictionibus sunt profecuti.

C Qui autem eius creationem ultra biennium differunt, à veritatis tramite declinare, tum quae dicta sunt, tum etiam quae inferius dicturi sumus, euidenter manifestabunt. Qualis hic fuerit, & quanta existimatione sanctitudinis haecenus perseuerarit, prima Theodoretum ad eum data hoc anno epistola satis docet, quae sic se habet: Theodoretus Dioscoro Episcopo Alexandriae. Multis quidem & aliis virtutum generibus tuam sanctitatem exorbatant audiuius (velox enim fama vndequaque percurrrens tuae gloriae omnium repleuit aures) celebrant autem vniuersi praecipue tuae humanitatis praestantiam, quam Christus Dominus praecipiens, se ipsum exemplar proposuit. Discite, inquit, a me, quia mitis sum & humilis corde. Natura enim cum esset iblimis, vel potius excelsus Deus, homo tamen factus, humanitatem & humilitatem in pimis est amplexatus. Ad ipsum igitur tu etiam domine respiciens, non intueris subditum numerum, non throni celsitudinem, sed naturam consideras humanam, & instabilem huius vitae mutationes, & diuinas sequeris leges, quarum observatio caelorum nobis regnum lucratur. Hanc tuae beatitudinis humilitatem cum

DIOSCORUS CREATVR EPISCOPVS ALEXANDR.

Theodor. epist. 60.

DIOSCORUS PRAEDICANTVR VIRTUTES.

acce

CHRISTI
444.LEONIS PAP.
5.THEODOSII 37.
VALENTIN. 20. IMPER.

acceperim, audeo litteris tuum sacrum & Deo dilectum caput compellare, & salutare: Et preces porrigo, quarum fructus salus est. Harum verò litterarum auctor fuit pientissimus presbyter Eusebius: Cùm enim illum istuc proficisci audiuerim, hanc epistolam ex tempore scripsi, tuam sanctitatem in primis orans, vt precibus nos confirmes & adiuues, & tuis litteris spirituale conuiuium nobis porrigas, & nobis fame laborantibus admirabile tuarum litterarum conuiuium largiaris.] hæc Theodoretus ad Dioscorum: qui quidem, quamdiu Cyrillus vixit, illi obsequentissimus videri voluit, & talis apparuit, quasi iam omnium virtutum verticem attigisset; ita planè comparatus, vt simulationis arte summæ suæ dignitatis fuerit architectus: cui nec voluntas diuina resistit, quæ (vt sacra habent oracula²) regnare facit hypocritam propter peccata populi.

Iob 34.

His acceptis Dioscorus Theodoretis litteris, minimè ad eum responsum reddidit, planè ostendens se in eum infesto animo esse: sed scripsit ad Domnū Episcopum Antiochenum, de ipso Theodoro querens, quòd adhuc doctrinam Nestorij propugnaret. quæ cùm Theodoretus accepisset, haud leuiter commotus est; quippe cùm vt Catholicus & amicus à Cyrillo eius prædecessore acceptus fuisset, ab eius successore in crimen adduceretur impietatis: quamobrem apologeticam coactus est ad eum epistolam dare, quam hic integram describendam putari ad abstergendam suspicionem, quæ ex commentitiis scriptis in Synodo editis aduersus ipsum Theodoretum conflata fuit. est autem huiusmodi:

Theod. epist. 83.

Theodoretus Dioscoro Episcopo Alexandriae.

Maximum afferunt solatium sacra exempla Scripturæ illis, qui calumniam patiuntur. Quando enim aliquis ab effrenata lingua calumniis impetitur, magna consolationis remedia accipiet, si in memoriam reuocet historiam Ioseph³ illius admiratione digni: & intuens castitatis effigiem: & omnis virtutis magistrum calumniam passum, & ac si alienas nuptias violare voluisset, in vincula coniectum, & compedibus strictum, & plurimum temporis in carcere detentum; huius historiae medicina dolorem lenit. Ita rursus eum mansuetissimum repererit Dauid⁴, vt tyrannum à Saul eiecisset & fugatum, & semel atque iterum inimicum suum cepisse, & illæsum dimisisse: hinc iterum remedium tranquillitatis suscipiet. Quando verò ipsum Christum Dominum, sæculorum creatorem, & omnium rerum auctorem atque opificem, Deum verum, Dei veri Filium, seductorem à scelestis viderit appellatum, non solum consolationem inde lucratur, sed hilaritatem maximam, quasi Domini factus socius.

Genes. 39. CALVMNIAE PATIENTER TOLERANDA.

1. Reg. 19. 20. 21.

Matth. 27.

CALVMNIAE IN THEODORETVM ILLEATAE.

Hæc autem nunc scribere coactus sum, tuas litteras cùm viderim, quas tua sanctitas Deo dilectissima Archiepiscopo domino Domino scripsit: illis enim etiam hoc adiectum fuerat, quod nonnulli maximam ciuitatem, quæ à tua beatitudine regitur ac gubernatur, cum occupauerint, dira aduersus nos scripserunt, quod in duos diuidimus vnum Dominum nostrum Iesum Christum: & hæc Antiochiæ dum verba faceremus, vbi multæ myriades auditorum replerent cæcum atque conuentum. Et illos quidem talia consingentes deplorauit apertam calumniam componere ausos & fingere: dolui etiam (ignosce mihi domine, dum à dolore loqui compellor) quòd alteram aurium tua secundum Deum perfectio non reseruauit mihi integram, sed illis quæ ab ipsis falsa sunt dicta cecidit. Et quamuis illi essent tres, aut quatuor, aut quindecim; ego multas habeo myriadas hominum, qui doctrinæ veritatem & rectitudinem mihi testantur.

THEODORETVS CATECHISTA ANTIOCHENSIS.

Sex enim annos ibi ego docens, tempore beatæ memoriæ Theodoti Antiocheni Episcopi, qui tum vitæ splendore polluit & fulsit, tum etiam diuitorum dogmatum cognitione: Alios deinde tredecim annos tempore beati Ioannis, qui ad id oblectabatur, dum nos conciones haberemus, vt ambas concuteret manus, & sapiens exultaret & profileret: quod autem ille à puero rebus sacris enutritus & educatus, exquisitam valde diuinorum dogmatum notitiam haberet, litteris tua sanctitas declarauit. Præter hæc, iam septimum agitur annus, quo Deo dilectissimus Archiepiscopus Dominus sedit: & vsque hodie, cùm tantum præterierit tempus, nullum neque Deo dilectorum Episcoporum, neque piissimorum clericorum, ea quæ à me dicta sunt, reprehendit aliquando.] Obserua hic, lector, Theodoretum Episcopum publicum semper egisse Antiochiæ Catechistam temporibus Theodoti, Ioannis, & Domni trium Antiochenorum Episcoporum, eorum singulorum tempus in sede insumptum numerat; quibus & discas annos cuiusque pforum Episcopatus. Sed subdit:

Quanta verò animi hilaritate & alacritate populi Christo dilecti nostras orationes & conciones audiant, facile erit hæc tuæ diuinæ perfectioni ab illis qui inde venerunt addiscere, & ab

CHRISTI
444.LEONIS PAP.
5.THEODOSII 37.
VALENTIN. 20. IMPER.

A & ab iis qui illuc proficiscuntur. Hæc autem dico, non iactantiæ causa, sed potius me excusare coactus; neque splendorem, sed rectitudinem tantum in meis orationibus inesse testificans. Quinimo magnus ille Orbis magister & doctor diuinus Paulus, nouissimū¹ & vltimū¹ se ipsum sanctorum, & primum peccatorum semper appellas, coactus tamen fuit, vt accusatorum ora obstrueret, suorum laborum adiciere² catalogum: & ostendens quòd hoc necessitate, non ex animo faceret, vt suas narraret passiones, addit: Insuper factus sum, dum glorior: vos verò id facere me coegistis. Ego autem me ipsum miserum & pauperimum noui: multis enim obnoxius sum defectibus: propter solam verò fidem in sacræ apparitionis & aduentus Domini die aliqua remissione potiri expecto.

B Sanctorum enim Patrum vestigia securus, prompto sum animo, & precibus incumbo, & Euangelicam doctrinam, quam summam nobis tradiderunt qui in Nicæa Bithyniæ conuenerunt sanctissimi Patres, tueri & conseruare studeo integram: & quemadmodum vnum credo Patrem, & vnum Spiritum sanctum à Patre procedentem, ita vnum Dominum Iesum Christum Filium Dei vnigenitum ante omnia sæcula à Patre genitum, splendorem gloriæ, & characterem & imaginem paternæ substantiæ propter hominū salutem carnem sumpsisse, & hominem factum, & secundum carnem ex Maria Virgine natum esse. Ita enim nos pientissimus edocuit Paulus: Quorum patres, ait, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula sæculorum, amen. Et iterum de Filio sic: Qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis. Hæc enim de causa & Dei genitricem appellamus sanctam Virginem, eosque qui hanc renunt appellationem, alienos ducimus à pietate.

C Similiter etiam eos, qui in duas personas, vel duos Filios, aut duos Dominos diuidunt Dominum nostrum Iesum Christum, nec probos, nec sinceros nuncupamus; & ab eorum qui Christum diligunt, cœtu segregamus. Audiuius enim diuinum Paulum³ dicentem: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Et iterum⁴: Vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia. Et iterum⁵: Iesus Christus heri & hodie idem & in sæcula. Et alibi⁶: Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos. Et sexcentas huiusmodi alias licet inuenire apud illum voces, quæ vnum Dominum prædicant. Ita & diuinus Euangelista clamat⁷: Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. Et qui eiusdem est nominis, Baptistam dico, clamat, dicens⁸: Post me venit, qui ante me factus est, quia prior me erat. Cùm vnā personam ostendisset, vtraque posuit, & diuina & humana: humanum enim est illud, Vir, & venit; diuinum verò, Prior me erat. sed nihilominus, non alium vidit post se venientem, alium ante se existentem: sed eundem vidit ante sæcula existentem, vt Deum, hominem verò post se factum ex Virgine. Ita & beatissimus Thomas⁹ ad Domini carnem manum cùm applicuisset, Dominum appellauit & Deum propter eam quæ conspiciebatur naturam, cùm agnouisset inuisibilem & quæ conspici non poterat: ita & nos carnis quidem eius & Deitatis differentiam & distinctionem nouimus, vnum tamen scimus Filium qui homo factus, & Deum Verbum.

D Hæc enim & à diuina Scriptura edocti sumus, & ab iis qui ipsam declararunt & exposuerunt Patribus, Alexandro sancto, Athanasio, & Achilla, veritatis præconibus, qui Apostolicam vestram exornarunt sedem, & Basilio, & Gregorio, & aliis Orbis luminibus. Quòd verò scripsit beati Theophili & Cyrilli nos vtimur, & eos qui contradicere audent per hæc confutamus, & illorum ora obstruimus: ipsæ litteræ id declarant. Illos enim qui Dominicæ carnis & diuinitatis differentiam inficiantur, & aliquando quidem diuinam naturam in carnem conuersam dicunt, aliquando verò carnem in diuinitatis mutatam esse naturam, istorum admirabilium virosum pharmacis & medicamentis eos curare studemus. Apertè enim nos duarum naturarum differentiam edocent, & immutabilitatem diuinæ naturæ prædicant, & Dominicam carnem diuinam appellant, vt Dei Verbi carnem factam. Dicere verò quòd in Dei naturam ipsa conuersa fuerit, vt impium reiecerunt & respuerunt.] Docuit planè hæc Theodoretus quam exactissimè in suis Dialogis: eos enim (vt ipse in præfatione testatur) ad hos resellendos conscripsit: quorum primus est dialogus, cuius est titulus, Immutabilis, quo ostenditur Deus carnem humanam suscipiens, non esse mutatus: secundus, Inconfusus, quo declaratur, sic diuinam naturam humanam esse vnitam, vt tamen confusa non fuerit: tertius verò dialogus dictus Imparibilis, quo docet, Deum hominem factum, vt tamen diuinitas imparibilis, vt erat, permanferit. Sed pergit:

Quòd

CHRISTI
444.

LEONIS PAP.
5.

THEODOSII 37.
VALENTIN. 20. IMPP.

Quod verò beatæ memoriæ Cyrillus sapiens ad nos litteras dedit, tuam sanctitatem A
apertè scire arbitror: & quando sua opera, quæ contra Iulianum scripserat, Antiochiam
misit: similiter cum ea quæ ipse de Emissario ediderat, petiisset à beato Ioanne Antiochiæ
Episcopo, vt illa ostenderet magistris qui in Oriente scientia præstant; beatus ille Ioannes
Cyrilli litteris obtemperans, libros nobis misit; quos cum legissemus; hominem sumus
admirati, & scripsimus ad Cyrillum beatæ memoriæ: qui iterum nobis rescripsit, & nos
diligentes ac beneuolos suo testimonio declarauit: quæ litteræ apud nos seruantur. Est planè
vnde & ex his coarguas falsitatis litteras Theodoretî nomine vulgatas, Cyrillo post obitum
illudentes: nam quo ipse esset erga Cyrillum animo, & quàm iurificè coleret sancti viri
memoriam, litteræ istæ declarant, quibus & subdit:

THEODO-
RETI AD-
MONITIO
AD DIO-
SCORVM.

Auerfetur itaque beatitudo tua eos qui loquuntur mendacium; & Ecclesiæ quietem B
procuret; & eos qui veritatis dogmata corrumpere audent, vel pharicis & medica-
mentis salutaribus curet; vel eos, qui curari nolunt, vt incurabiles & insanabiles arceat
è gregibus, ne eius pestis contagium ouibus communicetur: nos verò consueta saluta-
tionis dignos efficiat. Quod enim quæ scripsimus sentimus, testimonium perhibent quæ
à nobis scripta sunt in diuinam Scripturam, & aduersus eos qui cum Ario & Eunomio
sentiunt. Præter hæc, & hoc breue & extremum adhibeo carmen: Si quis non dicit, bea-
tam Virginem Dei genitricem, vel nudum hominem appellat Dominum nostrum Iesum
Christum, vel in duos Filios eum, qui vnus est, diuidit vnigenitum & primogenitum om-
nis creaturæ: cadat ab ea, quam in Christum habemus, spe. Et dicat vniuersus populus,
Fiat, Fiat.] hæc tenus Theodoretî ad Dioscorum epistola, scripta ab eo ad refellendas ca-
lumnias in ipsum oblatrantium, à nobis verò hic opportunè relata ad redarguendam etiam
(vt dictum est) erroris illam epistolam, quæ Theodoretî nomine recitata fuit in Quinta C
Synodo, quasi in mortuum insultasset. Scriptam verò fuisse hanc Theodoretî epistolam
ad Dioscorum hoc anno, cum Dominus Antiochenus Episcopus septennium ageret in sede
Episcopali, ipsius Theodoretî verba nuper recitata declarant, & ad hoc scriptam, vt se plenè
Orthodoxum esse, perspicua luce monstraret.

LEGATIO
DIOSCORI
AD S. LEO-
NEM ROM.
PONT.

Ordinatus igitur hoc anno Dioscorus Alexandrinus Episcopus legationem ex more
misit ad Romanum Pontificem: qui autem hoc functus est munere, Possidonius presbyter
nominatur; eundemque esse facile existimo Possidonium, qui aliquot ante annos, ipso
exordio nascentis Nestorij hæresis, à Cyrillo Alexandrino missus fuit ad Cælestinum.
Retinuit secum aliquot diebus S. Leo Papa eundem legarum, quem & Ecclesiasticis fun-
ctionibus voluit semper esse præsentem, vt ex institutis Romanæ Ecclesiæ disceret, quid
emendandum esset in Ecclesia Alexandrina. Sed & cum ab ipso idem Pontifex quædam D
haud rectè in illa administrari intellexisset, redditus ad Dioscorum litteris, quæ ea essent
admonuit, & corrigenda præcepit, ista præfatus:

Leo epist. 81.

Quantum dilectioni tuæ Dominicæ charitatis impendamus affectum, ex hoc poteris
approbare, quod tua firmius desideramus fundare initia, ne quid charitati tuæ ad perfe-
ctionem deesse videatur, cum tibi specialis gratiæ merita (vt probauimus) suffragentur.
Paterna igitur & fraternalis collatio debet sanctitati tuæ esse gratissima, nec à te aliter susci-
pi, quemadmodum à nobis intelligis proficisci. Vnum enim nos sentire oportet & agere,
vt (sicut legimus^b) in nobis quoque vnum esse cor & anima comprobetur. Cum enim
beatissimus Petrus Apostolicum à Domino acceperit principatum, & Romana Ecclesia in
eius permaneat institutis: nefas est credere, quod sanctus discipulus eius Marcus, qui Ale-
xandrinam primus Ecclesiam gubernauit, aliis regulis traditionum suarum decreta for-
mauerit: cum sine dubio de eodem fonte gratiæ vnus spiritus fuerit & discipuli & magistri, E
nec aliud ordinatus tradere potuerit, quàm quod ab ordinatore suscepit. Non ergo pati-
mur, vt cum vnus nos esse corporis & fidei fateamur, in aliquo discrepemus; & alia do-
ctoris, alia discipuli instituta videantur.] At quinam iste prauus vsus qui in Alexandrinam
Ecclesiam irreplebat, ipse declarat, nempe die quolibet fieri solitas sacrorum ministrorum
ordinationes, nullo præcedente ieiunio, cum Romæ res tanta aliter ageretur: sed quoniam
modo, vt antiquiores ritus referemus, hic describamus: subdit enim:

DE TEMPO-
RE CELE-
BRANDÆ
ORDINA-
TIONIS.

Quod ergo à parentibus nostris propensiori cura nouimus esse seruatum, à vobis quoque
volumus custodiri, vt non passim diebus omnibus sacerdotalis vel leuitica ordinatio cele-
bretur; sed post diem sabbati eius noctis, quæ in prima sabbati lucefcit, exordia deligan-
tur, hoc est, sub lege diuini officij substituuntur, in quibus his, qui consecrandi sunt, ieiunius
& à

CHRISTI
444.

LEONIS PAP.
5.

THEODOSII 37.
VALENTIN. 20. IMPP.

A & à ieiunantibus sacra benedictio conferatur. Quod eiusdem obseruantia erit, si mane,
ipso Dominico die, continuato sabbati ieiunio celebretur, à quo tempore præcedentis
noctis initia non recedunt, quam ad diem resurrectionis (sicut etiam in Pascha Domini
deklaratur) pertinere non dubium est. Idque ex præscripto (vt docet) Apostolicæ institutio-
nis: ac plura subiicit in commendatione diei Dominicæ. Atque ad postremum id admonet,
vt in ecclesia diebus solemnioribus sacrificium iteretur, si contingat non omnem popu-
lum capere simul vnam basilicam. Demum verò hæc subdit de Possidonio: Remeanti fi-
lio nostro Possidonio presbytero hanc ad fraternitatem tuam epistolam dedimus: qui no-
stris processionibus atque ordinationibus frequenter interfuit, & toties admissus, quid
in omnibus Apostolicæ auctoritatis teneremus agnouit. Data Kal. Iunij.] hæc ad Diosco-
rum S. Leo, quibus & intelligis Romanum Pontificem omnibus Ecclesiis præfuisse ma-
gistrum, cum ita doceat Alexandrinum Episcopum, qui post Romanam primam cathedram
obtineret.

Porro quod ad Dioscorum pertinet, ipse æquè ac Nestorius, superinducta admirandæ
sanctitudinis larua, adeptus est tantæ Ecclesiæ sedem, cum speciem præferens humilitatis
atque modestiæ, intus tamen superbiam cum summa arrogatia occultaret. Nihil enim ma-
gis Dei Ecclesiæ obfuisse reperitur, quàm cum sub inuolucro sanctitatis iniquitas regitur,
& impietas horrenda visu fucio religionis picta progreditur fallens oculos intuentium. Fa-
cile namque est cauere, quos manifestos intelligas hostes: occultos autem quis effugiet?
hinc in Iob^a: Quis reuelabit faciem indumenti eius? Portas vultus eius quis aperiet? Ita^b Iob 41.
planè Dioscorus cum esset facinorosissimus, sanctissimus tamen videri voluit: etenim in li-
bellis aduersus eum datis^c in Concilio Chalcedonensi, fuisse quidem ipse Origenista, in-
super & Arianus, perfidus, homicida, & incendiarius, vitæque turpissimus, detectus est:
C Qui etiam ad conciliandum sibi vniuersum populum, simulac in thronum euectus est (in-
quit Liberatus diaconus) opprimens Cyrilli heredes, & per calumnias multas ab eis au-
ferens pecunias, pistoribus & cauponibus ciuitatis dedit, vt mundissimum panem, & præ-
tiosissimum vinum viliori pretio populis exhiberent.] adiecit insuper, vt ordinatorum à Cyrillo
clericos, quos ille cariores habuisset, absque aliqua occasione è gradu depositos in ordinem
redigeret. At de his pluribus suo loco inferius.

DIOSCORI
HYPOCRI-
SIS DIV LA-
TENS.

^c Cœcil. Chal-
ced. Act. 3.

Hoc item anno Atrila Rex Hunnorum (inquit Prosper^d) Bledam^e fratrem & consortem^f
regni perimit, eiusque populos sibi parere compellit.] In damnum quidem Orientalis Im-
perij anno superiori iudem è suis progressi sunt finibus vnà cū aliis barbaris. nam de his hæc
sub eius anni Consulibus Eudoxio atque Dioscoro Marcellinus habet in Chronico: Persæ,
D Saraceni, Zanni, Isauri, Hunni finibus suis egressi, Romanorum sola vastarunt. Missi sunt
autem contra hos Anatolius atque Aspar Magistri militiæ, pacemque cum eis vnus anni
fecerunt. Ioannes natione Vuandalus, Magisterque militiæ, Aruegyssi fraude, in Thracia in-
teremptus est. Hunnorum Reges cum numerosis suorum milibus in Illyricum irruerunt:
Naissum, Singidonum, aliasque ciuitates, oppidaque Illyrici plurima exciderunt.] hæc Mar-
cellinus: additque de comete plurima anni huius temporis parte ardere visa. At non hæc
prima est Hunnorum in Romani Imperij ditionem irruptio. Siquidem sub Consulatu Va-
lentiniano quinto & Valentiniani Iunioris, anno Domini trecentesimo septuagesimo sexto, au-
ctore Ammiano diximus, Hunnos ex regionibus trans Mæotides paludes positos progressos
Romanum Imperium inualisse: iterum verò ipso exordio Arcadij Imperatoris in Orien-
tales Romanis subditas provincias grassatos esse, teste S. Hieronymo, & aliis eius temporis
E scriptoribus, suo loco narrauimus.

^e Proff. in
Chron. bis
Consulib.

^f Bledam
Bellam
Budam

HVNNO-
RYMIRRY-
PTIONES
IN ROMA-
NUM IMPER-
AIVM.

Rursum verò ante annos sexdecim sub Consulatu Honorij decimotertio cum Theodo-
sio vndecimo Hunnos itidem vastasse Thracias, auctor est Marcellinus in Chronico dicto
anno: confedisse autem eos in Pannonia, imbutosque plures eorum Christiana religione,
eiusdem auctoris testificatione meminimus: sed quo prædicante iudem fidem Christianam
susceperint, haud licuit inuenire: putamus tamen id factum consuetudine magni illius
Theotimi Scytharum Episcopi, quem magnopere Hunnos esse reueritos ob ingentem vir-
tutem miraculorum à Deo illi concessam, testatur Sozomenus^d, nosque quinto tomo An-
nalem superius diximus. Porro ad Hunnos in Pannonia commorantes haud pridem Ac-
tium Ducem Romani exercitus se contulisse, vt per eos Valentiniano Imperatori, cuius
iras meruerat, reconciliaretur, suo loco dictum est; eosdemque in Galliis postea Burgun-
diones contriuisse, Prosper affirmat. At non iudem prorsus, licet eiusdem gentis, hi sunt,
C quos

HVNNO
CHRISTIA-
NI.

^d Sozom. lib.
7. cap. 23.

CHRISTI
444.

LEONIS PAP.
5.

THEODOSII 37.
VALENTIN. 20. IMPP.

quos ex Oriente migrasse, & palabundos in Illyricum vsque peruenisse, tum Marcellinus A
tum Prosper testantur: nouum enim ex alucario, e natiuo inquam solo, eiusmodi Hunno-
rum est progressum examen sub Attila & Bleda fratribus; quorum altero fraterna caede
sublato, alter, nempe Attila, summam administravit Imperij. Ita quidem excrecente ne-
quitia, à Deo flagellum paratur: vt planè secundum illas Domini minas à Hieremia² po-
pulo annunciatas acciderit: Adducam super vos gentem de longinquo, domus Israel (ait
Dominus) gentem robustam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabitis linguam, nec in-
telligetis quid loquatur.]

Hier. 5.

Ammian.
lib. 31. in
prine.
HVNNO-
RVM SEDES
ET MORES.

Quenam ista gens fuerit, qualibusve prædita moribus, Ammianus exactè quidem de-
scribit his verbis^b: Hunnorum gens monumentis veteribus leuiter nota, vltra paludes
Mæoticas glaciale Oceanum accolens, omnem modum feritatis excedit. Vbi quo-
niam ab ipsis nascendi primitiis infantium ferro sulcantur altius genæ, vt pilorum vigor B
tempestiuus emergens, corrugatis cicatricibus hebetetur, senescunt imberbes, absque vl-
la veniuntate spadonibus similes, compactis omnes firmisque membris, & opimis ceruici-
bus, prodigiose deformes & pandi, vt bipedes existimas bestias, vel quales in commar-
ginandis pontibus effigiatu stipites dolantur incompre in hominum figura: sic & in sua
vita viti sunt asperi, vt neque igne, neque saporatis indigeant cibus, sed radicibus her-
barum agrestium, & semicruda cuiusuis pecoris carne vescantur, quam inter femora sua
& equorum terga subsertam fori calefaciunt breui: ædificiis nullis vmquam tecti, sed hæc
velut ab vsu communi discreta sepulchra declinant; nec enim apud eos vel arundine fasti-
giatum reperiri tugurium potest: sed vagi, montes peragrantes & siluas, pruinas, famem,
sitimque perferre ab incunabilis assuescunt. Peregre tecta, nisi adigente maxima necessita-
te, non subeunt: nec enim apud eos securos existimant esse sub tectis.

HVNNO-
RVM VESTI-
TYS ET VI-
CTVS.

Indumentis operiuntur linteis, vel ex pellibus siluestrii murium cõsarcinatis: nec alia illis
domestica vestis est, alia forensis, sed semel aboleto coloris tunica collo inserta, non ante de-
ponitur, aut mutatur, quã diurna carie in pannulos defluxerit destrustata. Galeris incuruis
capita tegunt, hirsuta crura coris munientes hedinis: eorumque calcei formulis nullis aptati,
vetant incedere gressibus liberis, qua de causa ad pedestres parum accommodati sunt pu-
gnas; verum equis propè affixi, duris quidem sed deformibus, & muliebriter iisdem non-
numquam insidentes funguntur muneribus consuetis. In ipsis quiuis in hac natione pernox
& perdius emit & vendit, cibumque sumit & potum: & inclinatus ceruici angustæ iumentis,
in altum soporem ad vsque varietatem effunditur somniorum. Et deliberatione super rebus
proposita feris, hoc habitu omnes in commune consultant. Aguntur autem nulla seueritate
regali, sed tumultuario primatum ductu contenti, perumpunt quicquid inciderit.

HVNNO-
RVM QVALES IN
PROELIIS.

*palantes

Et pugnant nonnumquam laceßiti, sed ineuntes prælia cuneatim variis vocibus sonan-
tibus toruum. Vtque ad pernecitatem sunt leues & repentini, ita subito de industria dispersi
lugefcunt, & imposita acie cum caede vasta discurrunt, nec inuadentes vallum, nec ca-
stra inimica pilantes^c præ nimia parte decernuntur: eoque omnium acerrimos facile di-
xeris bellatores, quod procul missilibus telis, acutis ossibus pro spiculorum acumine arte
mira coagmentatis, sed distinctis, cominus ferro sine vi respectu hostesque cum
mucronum noxiis obseruant, contortis laciniis illigant, vt laqueatis resistentium membris
equitandi vel gradiendi adimant facultatem. Nemo apud eos arat, nec suam aliquan-
do contingit.

HVNNO-
RVM SEMPER
VAGI.

Omnes enim sine sedibus fixis, absque iare, vel lege, aut ritu stabili dispalantur, sem-
per fugientibus similes, cum carpeatis in quibus habitant, vbi coniuges ex villis vestiment. E
ta contextunt, & cocunt cum maritis, & pariunt, & ad vsque pubertatem nutriunt pue-
ros. Nullus apud eos interrogatus, respondere, unde oritur, potest, alibi conceptus, na-
tusque procul, & longius educatus. Per inducias infidi & inconstantes. ad omnem auram
incedentes, spei nouæ perquam mobiles, totum furori incitatissimo tribuent; inconsul-
torum animalium ntu, quid honestum, inhonestumve sit, ignorantes; flexiloqui & obscu-
ri, nullius religionis vel superstitionis reuerentia alia distincti, auti cupidine immentia fla-
grantes; adeo permutabiles & irasci faciles, vt eodem aliquoties die à sociis, nullo irritante,
sæpe desciscant, itidemque propitientur, nemine leniente. Hoc expeditum, indomitumque
hominum genus externa prædandi auditate flagrans immani, per rapinas finitimorum &
cædes vsque ad Achaiam peruenit.] hucusque de his Ammianus.

Sed & de Hunnorum moribus non prætereatur, quod S. Ambrosius eos ludo addicissimos esse

CHRISTI
444.

LEONIS PAP.
5.

THEODOSII 37.
VALENTIN. 20. IMPP.

A esse tradit, hæcque habet, dum de sceneratoribus agit^a: Ferunt (inquit) Hunnorum popu-
los omnibus bellum inferre nationibus, sceneratoribus tamen esse subiectos, & cum sine
legibus viuant, alex solius legibus obedire; in procinctu ludere, tesseras simul & arma por-
tare, & plures suis quàm hostilibus ictibus interire. In victoria sua captiuos fieri, & spolia
suorum perpeti, quæ pati ab hoste non nouerint. Ideo numquam belli studia deponere,
quod victi alex ludo, cum totius prædæ munus amiserint, ludendi subsidia requirunt bel-
landi periculo. Frequenter autem tanto ardore rapi, vt cum ea quæ sola magna æstimant,
victus arma tradiderit, ad vnum alex iactum vitam suam potestati vel victoris, vel scenera-
toris addicat. Denique constitit, quod quidam eorum & Imperatori Romano cogni-
tus in fide, pretium seruitutis, quam sibi tali sorte superatus intulerat, supplicii imperatæ
mortis exsoluerit.] hæc sanctus Ambrosius. Porro Hunnos itidem fuisse impudicos, Sal-
uianus^b affirmat. Hæc autem de Hunnorum moribus tum à nostris, tum ab externis pe-
rita auctoribus, à nobis haud sunt otiosè relata, sed vt videas & admireris Crucis potentiam,
quæ omne genus perdomuit barbarorum: qui enim adeo feri & indomiti, truculenti,
& omnis prorsus humanitatis expertes: fuere, sub iugo tandem Christi redacti, pij,
mansueti, humani, benigni, modesti, omni que ex parte sanctissimi euasere, enituerique
ex eis Reges, qui maximo Christianæ religioni decori fuerunt & ornamento. Porro ta-
lia potuisse præstari, non nisi legis Euangelicæ esse, Theodoretus libro de Legibus pluri-
bus disputat.

Ambros. de
Tobia c. 11.
HVNNO-
RVM
SORES.

Saluian. de
ver. iudicio
c. 11.
Dei lib. 4.

Quod verò ad Hunnorum præsentis temporis statum pertinet: post eorum egressum, eo
formidabiliores sunt redditi, quo docti prudentiam rerum experimento, militarem asse-
cuti sunt disciplinam sub Rege versutissimo militantes. Fuisse verò Attilam superstitione
Ethnicum, tradunt, nec recens cum suis produisse è Mæoticis regionibus, sed cum fratre
in Pannonia suis imperasse, apud Paulum Diaconum & alios eum secutos inuenies: cum
tamen Marcellinus affirmet, Hunnos hos ante biennium sub Consulatu Eudoxij atque
Dioscori è suis ipsorum finibus exisse. Quod autem ad grassationem Attilæ spectat in
Oriente, & quomodo Theodosium sub tributo redegerit, iam diximus, suisque locis in-
feriis dicturi sumus. Qui igitur anno superiori è suis sunt regionibus semel egressi in rui-
nam Orientalis Imperij, constat assertione Marcellini, sequenti adhuc anno & amplius
Orientales oras vexasse, vt suis locis dicturi sumus. At de Hunnis hæcenus.

PLVRES
HVNNO-
RVM EGRES-
SUS.

Sub hoc eodem Consulatu Theodosij & Albini, idem Imperator Theodosius consti-
tutionem edidit de releuatis ab oneribus tributariis possessionibus eorum, qui grauamen se
esse passos à mentoribus & reuisoribus agrorum prouincialium questi sunt: est eius exor-
dium^c: Perfecta est ac plena liberalitas, &c.] Sed sciendæ legis huius occasionem atten-
de. Ad hæc planè spectat querela Theodoret de Cyrensisibus suis onere tributorum oppres-
sis, & non sicut alij releuatis: extat de his epistola ipsius ad Proclum Constantinopolita-
num Episcopum, quam nondum eusam ex promptuario bibliothecæ Vaticanæ primùm
hic tibi describendam curauimus, vt intelligas Episcopos suarum ouium non spiritualia tan-
tùm, sed & quæ pertinent ad ipsarum bona curasse. se habet igitur in hunc modum^d:

Novel. Theo-
d. tit. 33. de
releuat.

Theodor. o-
pist. 47.

Superiore anno sanctitas tua illustrem Philippum nostræ ciuitatis præcipuum virum ma-
gno liberauit infortunio: & tranquillitatem adeptus propter tuæ beatitudinis protectio-
nem; tuis laudibus nostras repleuit aures. Sed omnem illam tuam protectionem pientis-
simus Episcopus N. inutilem demonstrare nititur: & tam quæ ante duodecim annos se-
pè facta est visitatio prouinciæ calumniatur, & illam accusare contendit, quæ nec plagia-
rij quidem homines facere audent. Tuum igitur sacrum caput oro, vt eius mendacia se-
dare facias: Præfectosque illustres etiam persuadeas descriptionem confirmare, quam iure
& humanè decreuerunt. Grauisssimam enim re vera descriptionem supra omnes regiones
& prouincias & ciuitates nostra ciuitas passa est. Et cum omnes ciuitates sint exoneratæ
grauaminibus: hæc vna remansit, quæ hucusque supra sex myriadas & duo millia iuge-
rum perfoluit. sero tamen tandem qui excelsum illum thronum obtinent, adducti, visita-
tores prouinciæ miserunt: & illorum emissam cognitionem & sententiam accepit qui-
dem magnificus bonæ memoriæ Isidorus, confirmavit etiam gloriosissimus & Christo di-
lectus dominus Florentius; & diligentius totum argumentum cum inuestigasset qui nunc
præest, & iustitia thronum illustrat, regio hanc confirmavit decreto. Ille verò veritatis ama-
tor, propter eam quam cum illustri Philippo inimicitiam exercet, aduersus pauperes bellum
suscepit. Qua de causa tuam precor sanctitatem, vt iniquæ linguæ iustam linguam suam
obiciat;

THEODOR.
CYRAT CY-
RI CIVITA-
TIS TRIBU-
TORVM RE-
MISSIO-
NEM.

CHRISTI
444.

LEONIS PAP.
5.

THEODOSII 37.
VALENTIN. 20. IMPP.

obiciat, & veritatem, cui bellum inferitur, protegat, & ipsam inexpugnabilem demonstret, A
& mendacij arguat vanitatem.] hæc ad Proclum Theodoretus. Verum ad Pulcheriam Au-
gustam eodem argumento scribens epistolam, hæc magis luctuose deplorat, delatoremque
pestimum detegit, dum ita scribit*, à dignis laudibus eiusdem Pulcheriæ exordians:

* Theodor. e-
pist. 41.

THEODO-
RETUS AV-
XILIVM IM-
FLORAT A
PVLCHER-
IA AVG.

Quoniam Imperium pietate exornatis, & purpuram fide illustratis, hæc scribere aude-
mus, nec nostram humilitatem intuemur: Sacerdotio enim decentem tributis honorem:
Hæc mecum reputans, tuam potentiam oro nostram provinciam miseratione dignam du-
cere, & visitationem sæpius factam confirmari præcipere, nec audire falsas calumnias, quæ
nonnullis sunt aduersus eam; nec fide dignum illum ducere, qui Episcopi quidem no-
men se iactat habere, talia verò patrantem, quæ ne plagiarij quidem facere auderent. Hic
enim iam accusatus, & excommunicationis vinculis innodatus à Deo dilectissimo & san-
ctissimo Archiepiscopo Antiocheno domino Domino, dum Concilium congregari debe-
ret, vt eius accusationes & querelæ examinarentur, cum aufugisset, ad regiam se contulit
vrbe, & delatoris artem exercens, provinciam molestias inferit; quam matrem quidem ap-
pellat, mala verò infert myriadibus pauperum: & pro ea quam aduersus vnum exercet ini-
micitiam, linguam suam aduersus omnes acuit.

Qualis verò is sit, & quibus exercitiis enutritus, ego quidem non dicam, quæ nec li-
cent cogitando: Illud tamen ipsum aperta indicat coniectura, quod nunc facere aggressus
est. De provincia autem hoc vnum dicam: quod cum tota regio vectigalium dimini-
tionem obtinuerit, hæc tantum hac clementia frui minus potuit, quamuis grauissimo onere
opprimeretur. Quapropter multi quidem fundi colonis sunt priuati, multi dominis om-
nino orbat: & pro his miseris cuius vectigalia soluere coguntur: ferre autem solutionem
non valentes, alij quidem mendicant, alij fugiunt, & in vnum tantum ciuitas ipsa redacta
est, qui nec ipse stabit, nisi aliquod remedij vel salutis malis adhibeatur. Spero autem quod
vestra serenitas ciuitatis malis medebitur, & aliis iustis & sanctis actionibus suis hanc etiam
adiiciet.] hæc ad S. Pulcheriam Augustam Theodoretus, à nobis relata occasione Imperatorij
edicti hoc anno de releuatione tributorum promulgati.

THEODO-
RETUS ER-
GA SVOS
STVDIOSVS.
* Theodor.
epist. 81.

Commendatione quidem digna optimi Antistitis sollicitudo, non pro animarum salu-
te dumtaxat impensa, sed etiam corporum: adeo vt nihil prætermiserit, quo suis sibi sub-
iectis ciuibus & comprouincialibus prodesse posset. Audi quid ipse in epistola ad No-
mum Consulem habeat^b de beneficiis erga suos Cyrenses collatis: Publicas porticus in
ingressu ecclesiarum ædificauit: Pontes duos magnos extruxit: Balneorum publicorum gessit
curam: cum ciuitatem reperisset quæ minimè à defluente flumine aquabatur, aquæ ductus
parauit, & ciuitatem aquis carentem aquis repleuit.] hæc in epistola ad Nomum Consulem,
quam alia occasione inferius suo loco integram reddituri sumus. Sed quid præterea quæsi-
uit eisdem suis Cyrensis magna indulgentia qui languoribus ægrotantium mederentur.
Accipe de his ipsius ad Apellam perbreuem epistolam his verbis conscriptam:

QVTD THEO-
DORRETVS
DE PETRO
P. RESVTE-
RO MEDI-
CO.

* Coloss. 4.

Cyri gubernacula & administrationem adeptus ego, omnes artes necessarias illi com-
parauit: præter has, medicæ artis peritos, vt illam incolerent & habitarent, hortatus sum,
& effeci. Vnus horum est reuerendissimus presbyter Petrus, qui rationabiliter & artifi-
ciosè artem exercet, ac illam multum exornat. Nunc verò, proficiscentibus nobis, mul-
ti etiam alij hanc reliquerunt ciuitatem, ac idem Petrus proficisci decernit. Hac de causa
tuam precor magnificentiam, vt illius curam geras, eumque protegas: sufficiens enim est
& peritus, vt morbis opem ferre valeat, & morbos pellere.] hæc ad Theodoretus. Ex
quibus & illud intelligas, haud incongruum visum esse maioribus, Dei ministros piæ cha-
ritatis officio artem medicam exercere; quod in sacris litteris legerent, Lucam medicum
nominatum ab Apostolo Paulo scribente ad Colossenses^c. Tametsi posterioribus sæculis,
quando & medicorum multa esset copia, ob euitanda nonnulla pericula, quæ ex eius artis
exercitio contingere possent, id piè sancteque fuit clericis & monachis interdictum. Sic igitur
Theodoretus Cyri Episcopi exemplo vides, ita sanctos Episcopos subditis sibi populis di-
ligenti cura ministrasse quæ ad ipsorum animarum salutem spectare viderent, vt tamen quæ
essent ad corporum sanitatem, & rerum quas possiderent bonum statum spectantia, præsta-
re minimè prætermitterent, in omnibus optimi pastoris specimen edentes, & patres aman-
tissimos cunctis æquè præferentes.

IESV CHRISTI
ANNVS
445.

LEONIS PAP.
ANNVS
6.

THEODOSII 38.
VALENTIN. 21. IMPP.

A

Annus qui sequitur quadringentesimus quadagesimus quintus, Consulatu sexto Va-
lentiniani Augusti & Nomi (quem alij perperam Nonium dicunt) reperitur adscri-
ptus in publicis monumentis Consulibus notari solitis. Quod ad Nomum pertinet: hoc
anno Dioscorus Episcopus Alexandrinus eius opera vsus est ad exagitandos Cyrilli præ-
decessoris affines, exigendo ab eis bona illius. Quam verò tyrannicè Dioscorus in eos hoc
anno agere cœperit, ex libello Athanasij eiusdem Cyrilli ex sorore nepotis possumus intel-
ligere, in quo hæc post exordium habet, vbi cuncta ab obitu Cyrilli, quæ contigisse diximus
anno superiori, historia exactè describitur his verbis*: Sanctæ & beatæ memoriæ Cyril-
lus magnæ Alexandria ciuitatis quondam triginta & duobus annis Archiepiscopus irre-
prehensibiliter & cum recta fide viuens, mihi quidem Athanasio & clarissimæ memoriæ
Paulo fratri meo auunculus fuerat, meæ verò matris Isidoræ germanus. Hic moriturus
testamentum condens, honorauit eum, quicumque ille post eum fuisset ordinatus Ar-
chiepiscopus, plurimis & magnis legatis de sua substantia, coniurans eum in scriptis per-
venerabilia & terribilia mysteria, vt ipsius foueret genus, & in nullo eis laborem incuteret.

DE NOMO
CONSULE.

* Extat in Cæ-
cil. Chalcod.
lib. 3.

CYRILLI
NEPOTES
AFFLICTA-
TI A DIO-
SCORO ET
NOMO CON-
SULE.

Sed reuerendissimus Dioscorus, qui malo non solum nostro, sed etiam totius illius
dioceseos succedens throno, inimicitiam exercens contra eius rectam fidem hæreticus
constitutus, non solum non fouit, sed pro nihilo ducens eius terribiles adiurationes, con-
traria in nos operatur, omnes aduersus nos inquirens insidias: & in principio quidem Epi-
scopatus (quem nescio qua ratione fortitus est) mihi & fratri meo adhuc tunc superstiti
mortem minitans, à nominatissima Alexandria quadam nos interuentione* exclusit, vt
persecutionem passi exinde ad felicissimam Constantinopolitanam vrbe perueniremus,
sperantes mereri auxilium.

* Intentione
NEPOTES
CYRILLI
COACTI
PROFICI-
SCI CON-
STANTINO-
POLIM.

Sed intentio reuerendissimi viri talis erat, quatenus hic teneremur, & affligeremur tam
ab iniquæ memoriæ Chrysaiphio, quam etiam à magnificentissimo & gloriosissimo No-
mo, tunc res totius Orbis habente: quæ manifesta sunt præ manibus. Hoc enim manda-
uit per litteras, quasi magnum aliquid prouidens memoratis, vt nos quidem ab eis consu-
meremur, ipsis verò nostræ captiouis gratiam se habere confiteretur. Quippe illico cum
in Regiam vrbe perueniremus, sperantes mereri auxilium, sub custodia diuersis sumus
pœnis subiecti, quousque omnia quæ in mobilibus habebamus, daremus: ita vt cum tor-
mentis non sufficeremus, quasi pro remedio cogere cum grauissimis vsuris multos fœ-
neratores inquirere: ita vt noster quidem frater clarissimæ memoriæ Paulus non sustinens
cruciatu & iniurias, humanis rebus excederet. Ego autem Athanasius, & nostra mater,
& vxor & filij fratris mei malo nostro in humanis rebus permāsimus, nihil aliud quam
fœneratores habentes sub grauissimis vsuris, vt de cetero nec procedendi habeamus li-
centiam pro frequentissima fœneratorum contra nos interpellatione, cum non habere-
mus unde solueremus debitum. Super hæc autem vt neque habitationem aliquam habe-
remus: nostras domos præparauit ecclesias fieri, meam Athanasij quarto tecto superia-
centem, & quæ pro sui positione fieri non posset ecclesia, quia complectitur cum prædi-
ctis domibus alias etiam vicinas domos & reditus tenens.] Inuidia planè exfauciatu
Dioscorus, quod in ea familia sexaginta ferme annis tantæ sedis dignitas & amplitudo per-
seuerasset) nam tenuit eam Theophilus Cyrilli patruus annis vigintisepem; cui succe-
dens Cyrillus, eidem præfuit Ecclesiæ annis trigintaduobus) adeo acerbam in Cyrilli con-
iunctos persecutionem excitauit. Subdit verò Athanasius:

Sed neque his contentus, me presbyterio priuauit, & alienum ab Ecclesiastico fecit col-
legio, nulla aduersum me facta accusatione. Et iam agimus annum integrum errantes de
loco in locum, aliquando quidè à creditoribus fugientes, aliquando & ab ipso, neque in ec-
clesiis, neque in monasteriis habitare permitti. Sic ergo perueniente me Athanasio in Meta-
næ (est id nominis suburbano magnæ Alexandria ciuitatis quod aliquando Canopus vo-
cabatur, quod suburbanum ab initio & antiqua consuetudine ad refugium confugientium
constitutum est: totum enim videtur esse sub tutela venerabilis monasterij Tabennésium)
verum etià & intra fines sanctæ Dei ecclesiæ habens & publicum balneum, in quo & reficere
nostrum miserabile corpus, & tutelam ab insidiantibus sperabamus habere: in tantum autem
ad impietatem memoratus reuerendissimus Episcopus declinavit, vt inferioribus nobis

DIOSCORVS
EXACTO-
RAVIT NE-
POTEM CY-
RILLI.

ANGUSTIA B ATHANA- SII CYRILLI N E P O T I S .

omni miseratione effectis neque miseretur, neque aliquando aliquod mandatum Christi A præciperet impendi. Nam præcepit, neque publicum balneum exhiberi, neque panem transmitti, neque aliquem alium cibum ibi venundari, ad hoc vnum respiciens, quatenus sub angustia non lauandi & famis periremus. Vnde ex multa angustia & penuria paulo minus de humanis rebus excesseramus: quod mihi quidem optabile erat, vt à tantis malis liberarer, non autem contigit mihi per misericordiam Dei. Pecuniæ namque, quas exacti sumus, quædam quidem de propria nostra substantia, aliæ verò sub grauissimis vsuris (sicut diximus) accommodatæ vsque ad mille quadringentas plus minus auri libras extenduntur, quas à nobis magnificentissimus & gloriosissimus Nominus (hic anni huius Consulatum gessit) per virum deuotum Seuerum Magistrianum & quondam Subauditorem eiusdem deuotissimæ Magistrianorum scholæ accepit: nec enim faciem illius barbari Chrysofij vidimus. Post has omnes pecunias exegit à nostris materteris, sororibus verò sanctæ & beatæ memorie Cyrilli, vsque ad ipsam animam, extremamque expugnationem afflictis metu mortis, impositis auri pondio octogintaquinque. Nihilominus & filios clarissimæ memorie fratris mei orbitate infelices, & eius vxorem mortem mariti sui plangentem auri pondio quadraginta soluere coegit.] hætenus de his quæ passi sunt Cyrilli propinqui, instigatione Diocotii, per Nominum anni huius Consulem ordinarium. Verus exemplum, frequentius iteratum, de his quæ pati soleant, siue iuste, siue iniuste ditati Episcoporum affines.

Theodor. epist. 58. 81. 96.

Theodor. epist. 58.

Ad hunc eundem Nominum Consulem extant à Theodoro data tres epistolæ *, quarum prima perbreuis ita se habet b:

Theodoreus Episcopus Cyri Nomo Consuli. Bifariam animus mihi diuiditur, dum consulo an scribendum mihi sit tuæ celsitudini. Cum enim nouerim mentis tuæ sublimitatem, & publicas curas tibi animo inhærere, præstare arbitror silere. Cum verò è contrà sciam tuæ mentis vastitatem, tacere non possum, veritus ne inertie reprehendar. Impellit me etiam desiderium, quod modica illa tui aspectus experientia & sensus mihi iniecit. Satiari enim me minus permisit beatissimi illius hominis morbus & obitus, cuius causa, solatij medicamentum, litteras cogito. Vniuersorum autem Dominum precor, vt tuam vitam feliciter ducat semper & dirigat, vt tua prouidentia omnes frui possimus.] hæc ad huius anni Consulem Nominum Theodoreus: de duabus verò reliquis epistolis ad eundem datis, suo loco opportunius agemus.

Marc. in Chron. his Conf.

CONSTANTINOPOLITANACIVITAS DIREPFLICTATA.

Ann. 9.

Matth. 24.

Quibus verò cladibus hoc anno ipsa Constantinopolitana ciuitas afflictata fuerit, his paucis Marcellinus c: Apud Byzantium populari orta in Circo seditione, multi sese inuicem trucidarunt, multaque extrinsecus hominum instar pecorum corpora perierunt. His Consulibus magna fames Constantinopolim inuasit, pestisque illico subsecuta: templum regie D ciuitatis igne crematum.] hæc ipse. Ex quo enim exorta ibi est Nestorij hæresis, & ab eius studiosis foueri (vel saltem occulte) nõ desinit, florentissimus ille status tum ciuitatis illius, tum totius Orientalis Imperij, in deterrimum plane omniumque miserrimum mutatus est. Abominationem enim hæresum post se ducere solere defolationem, tum diuinis d litteris, tum exemplis frequentibus admonemur. Sed ad huius anni res Ecclesiasticas Occidentis stylum admoueamus.

Novel. Val. lib. 2. tit. 2. de Manich.

Cum anno superiori (vt vidimus) S. Leo Romanus Pontifex Manichæos Romæ repertos ad publicum Concilij ibidem habiti perduxisset examen, vulgassetque eorumdem portentosa facinora: eiusdem Papæ solertia Valentinianus officio non defuit, quin eosdem nefandissimos hæreticos lege edita insequeretur. hoc igitur anno aduersus eosdem ad Albinum Præfectum Prætorio ita rescripsit e:

Superstitio Paganorum quoque damnata temporibus, inimica publicæ disciplinæ, & hostis fidei Christianæ, ad excidium sui clementiam nostram non immeritò prouocauit: Manichæos loquimur, quos execrables & toto Orbe pellendos omnium retro Principum statuta iudicarunt. Nec dissimulationem crimina nuper detecta patiuntur. Quæ enim, & quam dictu audituque obscœna in iudicio beatissimi Papæ Leonis, coram Senatu amplissimo, manifesta ipsorum confessione patefacta sunt? Adeo vt eorum quoque qui diceretur Episcopus, & voce propria proderet, & omnia scelerum suorum secreta perscriberet: quod notitiam nostram latere non potuit, quibus tutum non est negligere tam detestadam Diuinitatis iniuriam, & impunitum relinquere scelus, quo non solum corpora deceptorum, sed etiam animæ inexpiabiliter polluuntur. Vnde, Albine parens charissime Augustorum, illustris magnificentia auctoritatis tuæ hac nos in æternum victura lege statuisse cognoscat, quam

A quam in omnium prouinciarum faciat notitiam, edictis propositis, peruenire: Vt vbicumque terrarum quisquis Manichæorum fuerit deprehensus, pœnas, quas in sacrilegos iura sanxerunt, auctoritate publicæ seueritatis excipiat. Sitque publicum crimen, & omni volenti sine accusationis periculo tales arguere sit facultas. Nec cuiquam licitum, tutumque sit, aut celare tales, aut talibus conuiuere, cum omnia de his à nobis confirmata sint retro Principum constituta: vt nõ crint vniuersi, hac edictali lege proposita, Manichæos dignitate militiæ, & vrbium habitatione priuandos, nec quis innocens talium conuersatione & societate capiatur. Successiones nec capiant, nec relinquunt; sed Fisci nostri viribus aggregentur. Nec eis quod palam interdicitur, vlla fraude queratur. Iniuriarum careant actione: contractus liberos omnino non habeant. Primates vniuscuiusque militiæ vel officij mox exigenda per apparitionem vestram decem librarum auri multa percipiant, si quem hac superstitione B pollutum fuerit militare. Neque enim aliquid nimium in eos videtur posse decerni, quorum incepta peruersitas religionis nomine, lupanaribus quoque ignota, vel pudenda committit. Dat. XIII. Kalend. Iulij, Romæ, Valentin. Augusto VI. & Nomo * V. C. Conf.] * Nomo

Sed & memoria quidem perpetua dignum est eiusdem Imperatoris illud rescriptum, S. Leone Romano Pontifice expetente, ad Aetium agentem in Gallia Magistrum militiæ: hoc anno datum in causa Hilarij Episcopi Arelatenis, quod quidem nobilissimam rei gestæ huius temporis historiam continet: describemus ipsum, ac subinde reliqua ad eandem causam spectantia in medium adducemus. sic enim se habet f:

* Nomo

Certum est nobis & Imperio nostro vnicum esse præsidium in supernæ Diuinitatis favore: ad quem promerendum præcipuè Christiana fides & veneranda nobis religio suffragatur. Cum igitur sedis Apostolicæ primatum, sancti Petri meritum, qui princeps est Episcopalis coronæ, & Romanæ dignitas ciuitatis, sacræ etiam Synodi firmiter auctoritas, ne quid præter auctoritatem sedis istius illicitum præsumptio attentare nitatur: tunc enim demum Ecclesiarum pax vbi que seruabitur, si rectorem suum agnoscat vniuersitas. Hæc cum hætenus inuiolabiliter fuerint custodita: Hilarius Arelatenis (sicut venerabilis viri Leonis Romani Papæ fideli relatione comperimus) contumaci ausu illicita quædam præsumenda tentauit, & ideo Transalpinas Ecclesias abominabilis tumultus inuasit, quod recens maxime testatur exemplum. Hilarius enim qui Episcopus Arelatenis vocatur, Ecclesiæ Romanæ vrbis inconstituto Pontifice, indebitas sibi ordinationes Episcoporum sola temeritate vsurpans, inuasit: nam alios incompetentem remouet, indecenter alios, inuitis & repugnantibus ciuibus, ordinauit. Qui quidem, quoniam non facile ab his qui non elegerant, recipiebantur, manum sibi contrahere armatam, & claustra murorum in hostilem morem vel D obsidione cingebat, vel aggressione reserabat; & ad sedem quietis, pacem prædicaturus *, per bella ducebat.

Novel. Valentin. inter Novel. Theod. post Codic. Theod. tit. 24. de Episcop. ordinat. RESCRIPTVM ADVERSUS HILARIYM EPISCOPVM ARELAT.

* remouens

* prædicaturus

His talibus contra Imperij maiestatem, & contra reuerentiam Apostolicæ sedis admissis, per ordinem religiosi viri Vrbis Papæ cognitione discussis, certa in eum ex his quos malè ordinauerat, lata sententia est. Et erat ipsa quidem sententia per Gallias etiam sine Imperiali sanctione vultura. Quid enim tanti Pontificis auctoritate in Ecclesias non liceret? Sed nostram quoque præceptionem hac ratio prouocauit, ne vterius vel Hilario, quem adhuc Episcopum nuncupari, sola mansueti Præsulis permittit humanitas, nec cuiquam alteri Ecclesiasticis rebus arma miscere, aut præceptis Romani Pontificis liceat obuiare. Attribus enim talibus fides, & reuerentia nostri violatur Imperij. Nec hoc solum, quod est maximi criminis, submouemus: verum ne leuis saltem inter Ecclesias turba nascatur, vel in E aliquo minui religio disciplina videatur: hac perenni sanctione decernimus, ne quid tam Episcopis Gallicanis, quam aliarum prouinciarum, contra consuetudinem veterem liceat sine viri venerabilis Papæ Vrbis æternæ auctoritate tentare: sed illis, omnibusque pro lege sit, quicquid sanxit, vel sanxerit Apostolicæ sedis auctoritas: ita vt quisquis Episcoporum ad iudicium Romani Antistitis euocatus venire neglexerit, per Moderatorem eiusdem prouinciæ adesse cogatur: per omnia seruatis, quæ diui parentes nostri Romanæ Ecclesiæ detulerunt, Aeti pater carissime Augusti. Vnde illustris & præclara magnificentia tua presentis edictalis legis auctoritate faciet quæ sunt superius statuta seruari, decem librarum multa protinus exigenda ab vnoquoque Iudice, qui passus fuerit præcepta nostra violari. Et manu diuina. Diuinitas te seruet per multos annos, parens carissime. Dat. VIII. Id. Iunij, Romæ, Valentiniano Aug. VI. Conf.] hætenus Valentiniani constitutio: qua facile peruides Romani Pontificis in omnes Ecclesias auctoritatem, & ad hoc illi Imperatores

IVRA ROM. PONT. ILLIARSA SERVANDA.

CHRISTI
445.LEONIS PAP.
6.THEODOSII 38.
VALENTIN. 21. IMPP.

VERVS CON-
TROVERSA
INTER VI-
EN NEN-
SEM ET A-
RELAT. EC-
CLESIAM.
Concil. Tau-
rin. c. 11.

ratores inferuire, vt eius auctoritas aduersus omnes refractarios facta testā custodiatur. A
Ceterum quod ad propositam causam Episcopi Arelatenſis spectat, vt exacte cuncta
noscantur, est ipsa altius repetenda. Primumque illud non ignorandum, antiquam quæstio-
nem agitatam fuisse inter Episcopū Arelatenſem & Viennensē, quod ille prætenderet ius
ordinandi Episcopos prouinciæ Viennensē spectare ad Episcopū Arelatenſem. Iam enim à
tēpore Concilij Taurinensē inter Episcopos eiusmodi de primatu controverſia agitata est;
hæcque definitio in illa Synodo sancita fuit: Illud deinde inter Episcopos vrbium Arela-
tensē & Viennensē, qui de primatu apud nos honore certabant, à sancta Synodo definitum
est, vt qui ex eis comprobauerit ciuitatem suam esse Metropolim, is totius prouinciæ
honorem primatus obtineat, & ipse iuxta præcepta canonum ordinationum habeat pote-
statem. Certè ad pacis vinculum conseruandum, hoc consilio vtiliori decretum est, vt si
placer memoratarum vrbium Episcopis, vnaquæque de his viciniores sibi inter prouincias
vendicet ciuitates, atque eas ecclesias visitet, quas oppidis suis proximas magis esse consti-
terit: ita vt memores vnanimittatis atque concordia, non alter alteram sibi longius vsurpan-
do, quod est alij propius inquietet.] hæc est definitio sanctæ Synodi Taurinensē.

At verò haud his contentus voluit esse limitibus Arelatenſis Episcopus, qui & super
prouinciam Viennensē primatum sibi vendicare præsumebat: clarissima enim vrbium
Gallicanarum Arelatenſis ciuitas enitere videbatur, quam Ausonius Romam Gallulam
nominat^b: aucta eadem Imperatorum priuilegiis, sed & Ecclesiasticis legibus illud olim
consecuta fuerat dignitatis^c, vt ad Arelatenſis Ecclesiæ Episcopum pertineret Synodum
in prouincia congregare. quam obrem Arelatenſes Episcopi haud acquiescere visi sunt de-
creto Concilij Taurinensē, sed ordinare Episcopos, reclamantibus populis, in Viennensē
& Narbonensē prouinciis sæpè tentarunt. His accessit, quod cecido Herore Arelatenſi
Episcopo, & factione Cōstantij tunc Magistri militum in locū eius intruso Patroclo, eidem
in odium & inuidiam comprouincialium Episcoporum & Metropolitanorum cōtradicen-
tium datū est ius ordinandi Episcopos non in Narbonensē tantum Gallia, sed & Viennensē.

^b Auson. de
clar. vrb.
epig. 7.
^c Conc. Arela-
ten. c. 18.
tom. 1. Conc.

Cum verò idem sibi id vsurparet Patroclus Episcopus^d, aduersus eum conuicti sunt populi
apud Bonifacium Romanum Pōtificem de illicita ordinatione præsumpta. aduersus quem
ipse Bonifacius Papa rescripsit ad Hilariū Episcopū Narbonensē, vt ex præscripto Nicē-
ni Concilij singuli Metropolitanī singulis præsent prouinciis: prohibuitque ne Arelatenſis
Antistes suæ prouinciæ fines excederet. In quam quoque sententiam postea Cælestinus^e

^d Bonifac. ep.
ad Hilari. E-
pisc. Narbon.
tom. 1. Conc.

Papa rescripsit ad Episcopos earumdem prouinciarum Viennensē & Narbonensē Gallia-
rum, nimirum vt quisque Metropolitanus sua prouincia deberet esse contentus.

HILARIUS
ROMANVS
NIT ACTV-
RVS CA V-
SAM SVAM.

^e Cælest. epist.
2 c. 4. tom. 1.
Conc.

Postea autem hoc tempore S. Leonis Papæ eadem fermè querela ad sedem Apostolicam
perlata est aduersus eundem Hilariū, nimirum, quod in prouincia Viennensē ordinatum
præsumpisset Episcopum deponere Celidonium, rursumque & alium in locū Episcopi Pro-
iecti nomine nondum mortui substituere. Cum verò Romam idem Hilarius ad dicendam
causam sponte se contulisset: de his omnibus conuictus, haud expectata sententia, vel ob-
tenta licentia, ab Vrbe recedens, rediit Arelatum: aduersus quem hoc ipso anno (vt ex re-
scripto Valentiniāni colligi potest) sanctus Leo ad Episcopos Gallia Viennensē prouin-
ciæ epistolam dedit, cuius est exordium^f: Diuinæ cultum religionis, &c.] habet autem
ipsius præfatione hæc de primatu Romanæ Ecclesiæ: Huius muneris sacramentum ita Do-
minus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo Petro, Aposto-
lorum omnium summo, principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodam capite, dona sua
velut in corpus omne diffunderet: vt exortem se mysterij intelligeret esse diuini, qui ausus
fuisset à Petri soliditate recedere. Hunc enim in consortium indiuiduæ vnitatis assum-
ptum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicendo^g: Tu es Petrus, & super hanc petram
ædificabo Ecclesiam meam: vt æterni ædificatio templi, mirabili munere gratiæ Dei, in Pe-
tri soliditate consisteret, hac Ecclesiam suam firmitate corroborans, vt illam nec humana
temeritas posset appetere, nec portæ contra illam inferi prævalerent. Verum hanc petra
istius sacratissimam firmitatem, Deo (vt diximus) ædificante, constructam, nimis impia
vult præsumptione violare, quisquis eius potestatem tentat infringere. &c.] pergit post
hæc de præsumptione Hilarij in excedendis suæ ipsius prouinciæ terminis, & de Celidonio
Episcopo, eiusque causā agitata ipso præsentē Hilario Romæ in Episcoporum Concilio.
Subdit & de causā Proiecti Episcopi, cui ægrotanti Hilarius subrogauerat successorem, cum,
etiam si mortuus esset, ad Viennensē id spectaret Episcopum, cuius in prouincia Proiectus
erat

^f Leo epist. 89.

^g Matth. 16.

ROMANVS
ECCLĒSIÆ
PRÆRO-
GATIVA.

CHRISTI
445.LEONIS PAP.
6.THEODOSII 38.
VALENTIN. 21. IMPP.

A erat Antistes. Ad postremum verò irritis redditis his ab Hilario iniuste præsumptis, & de
creandis nouis Episcopis præscripta regula, hæc in ipsum Hilariū S. Leo:

Suis vnaquæque prouincia sit contenta Conciliis: nec vltra Hilarius audeat contentus
indicere Synodales, & sacerdotum Domini iudicia se interfèrendo turbare: qui non tan-
tum nouerit se ab alieno iure depulsum, sed etiam Viennensē prouinciæ, quam malè vsur-
panerat, potestate priuatum. Dignum est enim, fratres, antiquitatis statuta reparari; cum is
qui sibi ordinationem prouinciæ indebitè vendicabat, talis in præsentē etiam prolatus fue-
rit, vt cum ipse frequentius temerariis & insolentibus verbis sententiam damnationis ex-
peteret, suæ tantum ciuitatis illi sacerdotium pro sedis Apostolicæ pietate præcepto no-
stra seruauerit. Non ergo sic illi ordinatio, qui menti sui conscius, cum quæreret ad ac-
cusandum, turpi fuga se crediderit subtrahendum, exors Apostolicæ communionis, cuius
particeps esse non meruit: Deo (vt credimus) hoc agente, qui illum, inopinantibus no-
bis, & ad iudicia nostra pertraxit, & inter examinationes habitas, ne communionis no-
stræ confors fieret, vt abscederet latenter, effecit.] Addit his admonitionem ad eosdem
Episcopos Viennensē prouinciæ, ne pro leui causā sententiam inferant excommunicatio-
nis in aliquem: præsitque Leontium Episcopum, vt eius consensu futuræ Synodi in ea
prouincia celebrentur. Erat Leontius iste Episcopus Fori Iulij in Gallia Narbonensē, ce-
lebris fama vir, ad quem extat Sidonij Apollinaris epistola^h, qua ipsum his laudibus or-
nat: Nostra mediocritas ætate vitæ, tempore dignitatis, priuilegio loci, laude scientiæ, do-
no conscientia vestra facile vincatur, &c.] hæc ad Leontium Sidonius, cum iam esset Epi-
scopus Aruacensis. cuiusdem quoque meminit in epistola ad Basiliumⁱ:

DE QUIBUS
REDARG-
TVS HILA-
RIVS CON-
DEMNE-
TVR.

^h Sidon. lib. 6.
epist. 3.

ⁱ Sidon. lib. 7.
epist. 6.

Habito igitur (vt idem testatur S. Leo) Romæ in hac causā Concilio, liteque Viennensē
sibus adiudicata, data ab ipso ad eosdem epistola: ne maiores tumultus ea de re ab Hilario
concitarentur, placuit eidem Romano Pontifici aduersus eundem Hilariū interpellare
Imperatoris officium per Aetium Magistrum militiæ exhibendum. hæc tunc Hilarij causa.
Sed corrigendum nobis est, quod aliquando opinati sumus, ipsum Hilariū abdicantem se
Episcopatu, Lerinum ad pristinam vitam monasticam rediisse, id quidem existimandi ap-
puit nobis viam Sidonius Apollinaris, dum in carmine Eucharistico ad Faustum, recensens
nobilissimos eiusdem insulæ incolæ, vitæ monasticæ professores, hæc de Hilario:

^j Sidon. epist.
9c.

Ita redeuntis Hilarij.] ex quo putauimus ipsum reuerſum, Episcopa-
tui nuncio remisso.

Verum vbi tandem peruenit ad nos ab eodem Hilario scripta S. Honorati Vita, necnon
S. Eucherij libellus ad eundem Hilariū datus de laudibus Eremi: planè comperimus re-
ditum ipsius Lerinum contigisse, cum adhuc viueret Honoratus, immo ipso exordio eius-
dem Honorati Episcopatus. Secutus enim Hilarius fuerat Arelatum ipsum S. Honoratum
creatum Episcopum: sed eo deinde relicto, amatam repetiit solitudinem. id quidem ipse
in primis Hilarius tradit, vbi de S. Honorato agit, his verbis alloquens suos Arelatenſes:
Vobis me tanto labore per litteras, tanto per excursum suum ambitu ab insula, cui me,
derelictis Episcopatus sui principijs, secreti amore reddideram, non audeo dicere, ne-
sciens, fortasse præsciens amouere satagebat.] hæc ipse. Sed & S. Eucherius ad ipsum de
laude Eremi scribens exorditur his verbis: Magno tu quidem animo egressus dudum de
domo tua & de cognatione tua, vsque ad mare magnum, recentia eremi secreta penetra-
ueras: maiore tamen virtute repetita est à te eremus, quam petita. Siquidem cum hanc
prius hospes ingressus es, habuisti ducem, & velut itineris tui præuium, quem deinde
E militia cælestis magistrum, eumque tunc secutus, & parentes relinquens, parentem tamen
sequebaris: nunc verò cum eundem adscitum ad Pontificatus fastigium prosequendum
putaris, ad familiare secretum eremi te amor retulit. Ergo nunc es nobilior, & maior
exemplo. Prius enim cum desertum peteres, comitatus patrem videbaris: nunc cum
desertum repereris, etiam patrem reliquisti] nempe ipsum S. Honoratum. hæc & alia de
his S. Eucherius, cum ea occasione præclaram illam ad ipsum de laude Eremi lucubrati-
onem dedit. Ceterum quod ad ipsam Hilariū spectat, rursum Arelatum litteris Honorati
accerſitus, interfuit (vt ipse docet) cum idem sanctus ex hac vita migravit: quem & peregre-
gia funebri oratione laudauit, qua eius Vitam contexit iam Arelatenſis factus Episcopus.

HILARIUS
ARELATE-
NSIS
VITÆ
CLARVS.

At licet creatus Antistes, iura suæ Ecclesiæ vendicaturus, plus æquo visus sit esse pro-
lapsus: tamen cedens, eo tandem peruenit culminis sanctitatis, vt ore omnium merue-
rit commendari. Et vt omittamus ea repetere quæ de ipso dicta sunt superius de laboribus
aduersus

^aGennad. de
Scriptor. Eccl.
6. 69.

aduersus Pelagianam hæresim exantlatis, de eius erga pauperes munificencia Gennadius A
ita scribit ^a: Hilarius Arelatensis Episcopus, vir in sanctis Scripturis dodus, paupertatis
amator & erga inopum prouisionem non solum mentis pietate, sed & corporis sui labo-
re sollicitus fuit: nam pro reficiendis pauperibus etiam rusticationem contra vires suas ho-
mo genere clarus exercuit: sed necin spiritualibus neglexit: nam & in docendo gratiam
habuit, & absque personarum acceptione omnibus castigatum opus prædicationis inges-
sit.] hæc Gennadius. Porro haud his paucis circumscribi & conscribi valuerunt egregiæ
eius virtutes, & spectatissima morum sanctitudo: etenim (vt idem auctor est Gennadius ^b)
Honoratus, non Arelatensis, sed Episcopus Massiliensis eiusdem Hilarij res gestas perpetuæ
memoriæ consecrauit: laudatum etiam à sancto Prospero diximus: egregio quoque eum
præconio profectus est post Eucherium Constantius in Vita sancti Germani.

^bGennad. de
Scriptor. Eccl.
6. 99.

Et ad postremū illud satis ad coronam Hilarij, quod licet pro tuendis (vt sibi videbatur, B
iuste) iuribus Ecclesiæ Arelatensis offensam meruerit tanti Pontificis, tamen quod sancti-
tate non vulgari claruerit, in publicis Ecclesiæ etiam Romanæ ^c monumentis titulo meruit
sanctitatis adscribi, anniuersariaque memoria eiusdem vbique locorum dies natalis coli.
Cui sic ad breuē temporis spatium contigit ob Ecclesiasticas controuersias resillire, vt ma-
iori postea impetu, ardentiori que animo, & acriori studio ferretur in hostes. Certè quidem
haud mediocre specimen edidit Christianæ modestiæ, dum ita exagitatus tam à Pontifici-
ce, quam ab Imperatore (Sicut enim fremitus leonis, ira & ira Regis) tamen omnino con-
quieuit, neque contrariis editis Apologis suam causam defendit; cum alioqui id præstan-
di, & vis eloquentiæ ipsi suppeteret, & iura à prædecessoribus præsentia suffragarentur.

^cRom. Mar-
tyr. die 5.
Maij.
HILARIUS
SANCTITA-
TE CLARVS.

^dProh. 19.

Quod verò ad eiusdem Hilarij lucubrationes pertinet, nullā præterea nobis ingenij eius
monumenta supersunt, nisi data ad sanctum Augustinum epistola aduersus Pelagianos: cuius
enim fuisse discipulum, superius dictum est. Vitam quoque S. Honorati, primi cultoris
insulæ Lerinensis, ac deinde Episcopi Arelatensis, sui ipsius prædecessoris, conscripsit, quod
restatur Gennadius ^e, & alij post eum: est enim funebris oratio, qua res ab eo gestas est
profectus: sed eam quidem carie situque obductam, latentem diu, haud pridem in lucem
Parisis edidit vir doctissimus Genebrardus: cui bene precamur, quod ex ea resellantur
fabulæ, seu potius sunt dicenda deliria incerti auctoris operis tribus libris distincti de Vi-
ta S. Honorati, quo in primis fingitur idem S. Honoratus Nicomediæ Regis filius, & alia
id genus, quæ non sine nausea legi possunt nisi ab eo cuius sit stomachus ferreus, & igno-
rantia vndique obductus rubigine.

^eGennad. ca.
64.
VITA S. HO-
NORATI
AB HILA-
RIO SCRIP-
TA.

HONORA-
TI VITAE
BREVIOM-
PENSIVM.

Ceterum quod ad S. Honorati genus atque patriam pertinet, ex Senatoria illustri fa-
milia, eademque Consulatus dignitate aucta ortum, idem tradit Hilarius; fuisseque patria D
Arelatensem, idem nõ obscure significat, dum ait ipsum, duce S. Caprasio sene, conuersum
in monachum, germanumq. naclum comitem Venantium nomine, vitadæ gratia humanæ
laudis iter arripuisse Orientem versus, nauigioque peruenisse in Achaiam: vbi defuncto
eodem ipso fratre Venantio, ipsum Hilarium cum suis haud leuiter ægotantem, iniisse
consilium patriam repetendi: & licet quænam patria fuerit, expressè non nominet; tamen
Arelatum significat, dum auctor ipse Hilarius pro concione alloquens suos Arelatenses,
illis planè verbis insinuat, vbi ait: Hinc iam vobis Honoratum vestrum Christus reducit,
& occulta manu salubritatem regressus sui temperat, &c.] quem ergo ad suos Arelaten-
ses reductum atque regressum tradit, sanè inde recessisse significat. Redeuntem verò, pri-
mum omnium, consilio Leontij Foroiulienensis proximè degentis Episcopi, incoluisse insu-
lam Lerinensem à serpentibus obsessam; illicque, cedentibus illis, ecclesiam & mona- E
sterium erexisse, excepisseque à sæculo profugos ad vitam monasticam excolendam, do-
cet: sed & Arelatum cum rediisset, se conuersum à vita sæculari ab eodem Honorato,
idem qui ea scribit, affirmat Hilarius: nam ait: Tunc primum illam patriam, quam fu-
giendam dudum crediderat, agnouit: educit me secum, suam prædam, gaudet, trium-
phat, exultat, &c.] recenset eius in Episcopum Arelatensem assumptionem, ac tandem
ægritudinem, obitum, atque funus. Ad postremum verò eiusmodi precibus, more maio-
rum, eundem in cælo regnantem Honoratum interpellat; quod certè sciret, Dei amicos,
defunctos licet, humana curare; aitque: Memento itaque, amice Dei, memento iugiter
nostri. Deo incoinquinatus assistis, canens illud canticum nouum, & sequens agnum quo-
cumque vadit: tu illi pedissequus, tu pro nobis patronus, orationum nostrarum interpres
acceptabilis & fortis assertor, profusas ad sepulchrum tuum alumni gregis preces perfer:
impetra,

PRECES
S. HILARI
AD S. HO-
NORATVM.

A impetra, vt conspiratione communi omnes simul, sacerdos & populus, quæ iussisti, quæ do-
cuisisti, obtinere mereamur.] hæc Hilarius: qui sicut in Episcopatu successor illius fuit, ita in
præfectura cœnobij Lerinensis post eundem S. Honoratum Maximus Abbas fuit electus,
vt S. Eucherius in libello de laudibus Eremitæ declarat. At verò ipsum Hilarium sub Impera-
toribus Valentiniano & Marciano diem clausisse extremum, Gennadius auctor est.

Hucusque, in præsentem videlicet annum, S. Prosperi Chronicon peruenit, quod habe-
tur: vt intelligas ipsum principio & fine carere, decurratumque esse: siquidem Cassiodo-
rus de ipso ait ^a: Sanctus quoque Prosper Chronica ab Adam ad Genferici tempora, & Vr-
bis deprædationem vsque perduxit.] mutilata quidem esse omnia quæ præcesserant vsque
ad finem S. Hieronymi Chronicon, & alia deesse in fine, lector intelligit.

^aCassiod. In-
stitut. diuin.
lib. 1. c. 7.

BIESV CHRISTI LEONIS PAP. THEODOSII 39. IMPP.
ANNVS ANNVS ANNVS
446. 7. VALENTIN. 22.

QVadragesimus quadragesimus sextus Domini annus tertio Aetij Consulatu cum
Symmacho aperitur, nouis cladibus Romano Imperio arumnosus. etenim Africa, BRITAN-
Hispaniis atque Galliis à diuersis barbarorum gentibus occupatis, quæ supererat Britan-
nia, à Scotis & Pictis inuasa, dira strage vastatur. Sed primum quod ad tempus spectat, ne
in errorem labendi detur occasio, emendandus est Bedæ textus in libro de Sex aratibus,
dum tertium Aetij Consulatum ponit sub anno vigesimotertio Theodosij, quem cõstat in
eius Imperij trigessimum nonum incidisse. Profectus est huiusmodi tragediam luctuo-
sam Gilda Britannus, cognomento Sapiens, stylo lugubri. Meminit autem de epistola tunc
à Britannis ad ipsum Aetium Magistrum militiæ, iam tertio Consulem hoc anno missa, qua
Britannorum strages nunciabatur, rogabaturq. Aetius præsto esse cum exercitu. ait enim ^b:
Igitur rursum miseri mittentes epistolas reliquas ad Aetium Romanæ potestatis virum hoc
modo loquentes:

BRITAN-
NIA INVA-
DITVR A
PICTIS &
SCOTIS.

^bGilda de ex-
cid. Britan.
apud Bi-
blioth. sanct.
BRITANNI
INTERPE-
LANT AETI-
TIVM CON-
TRA INVA-
SORES.

Aetio ter Consuli gemitus Britannorum. & post pauca, querentes inquirunt: Repellunt
nos barbari ad mare, repellit mare ad barbaros. Inter hæc oriuntur duo genera funerum, aut
iugulamur, aut mergimur, nec pro eis quicquam adiutorij habentes.] hucusque ex epistola
illa Gilda recitat. sed pergit ipse: Interea fames dira ac famosissima vagis ac nutabun-
dis hæret, quæ multos eorum cruentis compulit prædonibus sine dilatione victas dare ma-
nus, vt pauillum ad focillandam animam cibi caperent. Alios verò nusquam: quin po-
tius de ipsis montibus, speluncis, ac saltibus, dum conferti continuò rebellabant, & tum
primùm inimicis per multos annos prædas agentibus strages dabant, non fidentes in ho-
mine, sed in Deo, secundum illud Philonis: Necessè est adesse diuinum, vbi humanum
cesset auxilium.] hæc ipse. Subdit verò multis narrare, quæ apud Paulum Diaconum ^c post
mentionem habitam de epistola à Britannis ad Aetium missa his adduntur: Dum Aetius
minimè annuisset, eo quod contra vicinos hostes occupatus existeret: quidam Britanno-
rum strenuè resistentes hos abigunt, quidam verò coactè hostibus subiiciuntur. Denique
subactam Picti extremam eius insulæ partem, eam sibi habitationem fecere, nec inde vl-
tra hætenus valuerunt expelli. At verò residui Britannorum, dum continuò Scotorum
impetus formidarent, vitro iam de Romanorum præsidio diffidentes, Anglorum gentem
cum suo Rege Vertigerno ad defensionem suæ patriæ inuitauere: quos cum amicabili so-
cietate exceptos, versa in contrarium vice, pro adiutoribus impugnatores esse sensere.]
Saxones hos nominat Gilda, alij vtroque iuncto nomine, Anglo-Saxones. Quando autem
ea Angli poriti sint insula, suo loco dicturi sumus.

^cPaul. Diac.
lib. 14. prope
finem.

Sed vnde tot mala? non aliunde quidem, quã ex erumpente scaturigine peccatorum: quod
pluribus ac vehementius idem Gilda deplorans, ista subinfert de Britannis non tantum
omni genere sordium inquinatis, sed odio & ira (quod desperatorum est) aduersus opti-
mos exardeſcentibus: Si quis (inquit ^d) eorum mitior, & veritati aliquatenus propior vide-
retur: in hunc, quasi Britannię subuerſorem, omnium odia, telaque sine respectu contorque-
bantur; & omnia quæ displicerint, Deoque placuerint, æquali saltē lance pendebantur.]
ac paulo post: Et non solum hæc sæculares viri, sed & ipse grex Domini, cuiusque pastores,
qui exemplo esse omni plebi debuerint, ebrietate quamplurimi qua vino madidi torpe-
bant resoluti, & animositatum tumore, iurgiorum contentione, inuidiæ rapacibus vngulis,
indil-

^dGilda de ex-
cid. Britan.
BRITAN-
NORVM
PECCATIS
DEI IRA
IN VITIO-
NEM EXCI-
TATA.

CHRISTI
446.LEONIS PAP.
7.THEODOSII 39.
VALENTIN. 22. IMPP.

indifereto boni maliq̄ue iudicio carpebantur, &c.] pluribus prosequitur eorundem scelera: A nec sibi satis eo commentario miscere cum luctu querelas, sed priuatam conscripsit aduersus clericos inuectiuam, quam eiusmodi notauit titulo: In Ecclesiasticum ordinem acris correptionis, cuius hic saltem reddemus exordium, ex quo cetera mediteris:

SACERDO-
TYM SCE-
LERA.

Britannia habet sacerdotes, sed nonnullos insipientes: quamplurimos ministros, sed multos impudentes: clericos, sed quosdam raptos & subdolos: pastores (vt dicuntur) sed occisioni animarum lupos paratos: quippe non commoda plebi prouidentes, sed proprii plenitudinem ventris quærentes: Ecclesiæ domos habentes, sed turpis lucri gratia eas adeuntes: populos docentes, sed præbendo interdum pessima exempla, vitia, malosq̄ue mores: rarò sacrificantes, ac rarò puro corde inter altaria stantes: plebem ob peccata non corripientes, nimirum eadem agentes, præcepta Christi spernentes, & suas libidines votis omnibus implere curantes: sedem Petri Apostoli immundis pedibus aliquos usurpantes, B sed meritò cupiditatis in Iudæ traditoris pestilentem cathedram desidentes: sæpius detrahentes, rarò vera dicentes, veritatem pro inimico odientes, ac mendaciis ac si carissimis fratribus fauentes: iustos, inopes, inanes, quasi angues torui vultibus conspicientes, & sceleratos diuites absque vilo verecundiæ respectu sicut cælestes Angelos venerantes: egenis eleemosynam esse dandam summis labiis prædicantes, sed ipsi vel obolum non dantes: nefanda populi scelera tacentes, & suas iniurias quasi Christo irrogatas amplificantes: religiofam fortè matrem, seu sorores domo pellentes, & externas veluti secretiori ministerio familiares indecenter accipientes, &c.] addit de inexplebili eorum appetitu gloriæ & ambitione, de auaritia, simoniis, præposterisq̄ue ordinationibus. Sed omittamus vertere sentinam putredinum, & cloacam turpitudinum penetrare: vt planè manibus sit contrectare iustum libratumq̄ue æqua lance Dei iudicium, cur incolæ scelerati dati sint gladio, & C punientes eos barbari pro mercede sint vocati ad fidem: vt ita illa contigerit impleri sententiam: Non plebs mea vos: & vocabo non dilectam, dilectam, non misericordiam consecutam misericordiam consecutam.] hæc de Britannis pro temporis ratione modò satis.

* Ose. 2.
Rom. 9.TERRAE-
MOTVS IN
GENS IN
ORBEM.

Sub huius quoque anni Consulibus (inquit Marcellinus) ingenti terræmotu per loca varia imminente, plurimæ vrbes, Augustæ (nempe Regia ciuitatis Constantinopolis) muri recenti adhuc ædificatione constructi cum quinquaginta septem turribus corruerunt: saxa quoque ingentia in Foro Tauri, dudum super sese in ædificio posita, sine vilius læsione collapsa sunt. pluribus nihilominus ciuitatibus collapsis, fames & æris pestifer odor multa millia hominum, iumentorumq̄ue deleuit.] hæc Marcellinus. Hic ille planè est pauendus & horribilis terræmotus, in quo, sursum turbine sublato puero, auditum est ab eo cani Trisagium: quamuis apud Paulum Diaconum atque Cedrenum perperam ponatur anno trigesimo Theodosij Imperatoris, apud alios verò ante biennium. Sed cum nulla sit memoria annis superioribus, dum sedet Proclus, sub quo omnes id contigisse ferunt, terræmotum aliquem factum esse, nisi hoc anno, quo à Marcellino ponitur, eidem assentimur, vt antiquiori omnium chronographo; meritoque in eam imus sententiam, vt hoc anno id acciderit.

* Niceph. lib
14. c. 46.

Huius quidem tanti prodigij cum plures auctores meminerint, Nicephorus è veteribus illud exactè describit his verbis: Adhuc Theodosius imperabat, & terræmotus magnus & admirandus excitit, qui priores omnes magnitudine, celeritate, & temporis diurnitate facile superauit. Nam ad menses sex maximè durauit, & non ex interuallo, sed motu continuo omnia concussit, idq̄. per Orbem fere vniuersum: aded vt non solum in vrbe imperante (nempe Constantinopoli) curret in præceps ruerint, & murus variis in locis ruptus sit, verum etiam Chersonesum, ædificium illud quod Macrontichos, hoc est, longum murum vocant, simul omne conciderit, & innumerabilia vbique locorum magnorum operum, templorumq̄ue ædificia pessumerint.

MISERAN-
DI CASVS
INTERRAE
MOTVS.

Terræmotus iste Alexandriam quoque attigit: Antiochiæ autem impetu vehementiore imminens, præcipua quæque spectacula maximè comminuit. Et innumerabiles accidere casus, non terra tantum, verum etiam mari. Alicubi enim terra dehiscens vicis frequentes absorbit: alicubi fontes non exigui subito exaruerunt: quibusdam in locis vberim aqua profluxit, quæ ibi antea esse solita non fuerit: arbores multæ vnà cum truncis suis radicibus euulsæ: aggeres plurimi derepente existentes, in montes ingentes conformati. Mare terminos suos transgressum, pisces ingentis magnitudinis mortuos velut funda eiecit. Insule plures vnà cum incolis suis submersæ, hodie quoque non apparent. Naues, vndis confertim decedentibus, in arida, velut medio mari, immobiles consistere visæ. Cladem ex eo terræ-

motu

CHRISTI
446.LEONIS PAP.
7.THEODOSII 39.
VALENTIN. 22. IMPP.

A motu plurimum sensere Bithynia, Hellepontus, vtraque Phrygia, & Orientis pars maxima: sicuti dictum est, inuasit quoque Occidentis regiones plures. Et cum longo duraret tempore, non ea qua cæperat vehementia grassari perseverauit, verum sensim de impetu aliquid remisit, donec profus conquieuit. Clades ea talis fuit.

Byzantij autem in maximum coniecti metum, à ruinis ædificiorum sibi timentes, muros reliquerunt, & extra urbem in Campo, qui dicitur, morati sunt vnà cum Imperatore Theodosio & Patriarcha Proclo continuis precibus incumbentes, Deumq̄ue vt propitius eis esset, & ab imminente calamitate Orbem liberaret, obtestantes. Et cum aliquando motu eo grassante, terra veluti fluctuans concuteretur, & homines per metum eam ex fundamentis ipsis extirpatum iri vereretur, & omnes litanis & supplicationibus dediti collachrymarent, & ex profundo intimoque animo misericordiam diuinam implorarent: tum miraculum B præter opinionem omnium, quod sensum & mentem omnem excedat, subsecutum est.

Subitò namque è medio, spectantibus omnibus, diuina quadam vi puer in aërem sublimis ad cælestem vsque tractum, ita vt iam non appareret, sublatu, diuinam vocem, qua Angelis Deum laudibus ferre mos est, audiuit: eaque voce percepta, rursum priore puer per aërem via reuersus descendit, & Episcopo Proclo, ipsiq̄ue Imperatori, & multitudini omni supplicationibus operam danti, Deumq̄ue hymnis celebranti, ab Angelis canentibus se verba hæc audisse, renunciauit: SANCTVS DEVS, SANCTVS FORTIS, SANCTVS ET IMMORTALIS, MISERERE NOSTRI. Quæ vbi Proclus intellexit, statim ad eum modum populum psallere iussit: & terræmotus statim etiam consistit, omninoque quieuit. Imperator verò Theodosius, & in feminis admiratione omnium digna Pulchæria, tanto miraculo percussa, constitutione Imperiali confestim, vt per Orbem omnem hymnus C diuinus iste concineretur, decreuerunt. Et ex eo tempore Ecclesia Christi eum acceptum, non quolibet tantum die vsurpat, sed etiam (vt simpliciter dicam) cuiuslibet carminis & laudis Dei initio ante omnia pleno ore præmittit. Puer verborum eorum mysterium executus, statim vita defunctus est, & in magna ecclesia, quæ Pacis nomen obrinet, conditus. Locus autem, in quo ille in sublime actus est, postea v. *ἡ ἁγία Δέσποινα*, id est, Diuina exaltatio, vocatus est, Norum ventum pro vrbe Constantinopolitana spectans, &c.]

QUAE PAS-
SA CON-
STANTINO-
POLIS IX
TERRAE
MOTVS.PRODI-
GIUM DE
PVERO.

Meruit res tanta ad posterorum perpetuum monumentum anniuersaria consecrari memoria, tabulisq̄ue adscribi Ecclesiasticis, dieq̄ue signari, quò tale prodigium hæctenus inauditum euenit: conseruant eam reuerenter Græci, qui ex antiquo ipsorum Menologio eadem annuatim in Ecclesia publicè legunt, quæ sic se habent: Die vigesimaquarta Septembris, imperante Theodosio, terræmotus factus est magnus, & talis, qualis nūquam antea factus fuisse commemoratur. Quo factum est, vt torus populus vnà cum Imperatore & Patriarcha exierit extra urbem in locum qui dicitur, Campus, propterea quòd sine cessatione aliqua erat illa terrarum commotio. Cum igitur Imperator ipse Theodosius, & Proclus Patriarcha, & totus populus litanis & supplicationibus diuinam opem implorarent: repente puerulus quidam de media turba in aërem raptus est. Omnibus autem præ timore clamantibus Kyrieleison, descendit puer, & voce magna populum compellans, petit, vt Trisagion in hunc modum decantaret: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis, miserere nobis. quæ cum dixisset, animam Deo reddidit, & terræmotus quieuit.] hæctenus in Menologio, cuius publicæ memoriæ testificatione rem tantam testatam voluimus reliquisse.

PVBLICA
TESTIFI-
CATIO ML-
RACVLI.

Sed rem aded ingentem, omnemq̄ue humanum captum penitus superantem, spectatissimis adhuc roboremus testibus, nempe sanctissimis Episcopis Orthodoxis temporis huius E scriptoribus re gestam, vt se habuit, recensentibus, dum inuehantur in Petrum Episcopum Antiochenum hæreticū, vt inter alios Asclepiades Trallianus Episcopus, qui vbi eiusmodi narrauit historiam, hæc adiecit: hoc clarè non vni, vel duobus, sed vniuerso mundo notum fuit.] id ipsum Acacius Episcopus Constantinopolitanus de eadem re Constantinopoli ob oculos facta testatur. His adde Latinos, nempe Iustinianum in Sicilia Episcopum hæc eadem ex Synodo publicè scribentem; iungeq̄; Quintianum Episcopum Aſculanum eodem tempore eadem testantem: adiecit & ad postremum S. Felicem Romanum Pontificem, ad eundem Antiochenum Petrum scribentem, & eandem historiam enarrantem. extant horum omnium epistolæ integræ, nullaq̄ue ex parte labefactæ; quas consulere pro tuæ voluntatis arbitrio poteris: habentur intextæ vnà cum eiusdem Felicis Papæ decretis tomo secundo Conciliorum recentioris editionis.

Porrò diuinitus hoc hominibus tum allatum canticum nobili scriptione explicauit pluribus
Annal. Eccl. Tom. 6. D ribus

Ioã Damasceni de fide Orth. lib. 3. c. 10. RECEP- TA PATRI- BUS HI- STORIA.

ribus S. Ioannes Damascenus, edito de Trifagio commentario, narratamque historiam re- cenfet ac probat: qui & in libro de Fide Orthodoxa^a rursus eius meminit, eamdemque hi- storiã reperit, additq; de eodem Trifagio cognito, atque in Chalcedonenfi Concilio com- probato: post enim rei gestæ præmissam narrationem: Quia (inquit) in sancto & magno ac vniuersali quarto illo Concilio, quod Chalcedone coactum est, ita cantatus fuisse hic hym- nus traditur: sic enim inter huiusce sancti Concilij Acta refertur. Quamobrem ridiculum sanè fuerit, illum ab Angelis proditum, & incumbentium malorum depulsione confirma- tum, ac prius etiam à Seraphim decantatum ter sanctum hymnum, utpote quo tres Deita- tis personæ declarentur, Cnaphæi stulta & nulla ratione nixa opinione, tanquam scilicet il- le Seraphim antecellat, obteri, ac (si superis placet) emendari. O insignem arrogantiã, ne dicam amentiam! Nos verò (disrumpantur etiam licet dæmones) ita dicemus: S AN C T V S DEVS, S AN C T V S F O R T I S, S AN C T V S E T I M M O R T A L I S, M I S E R E R E N O B I S.] hætenus Damascenus. Porro decantatum reperitur Trifagion in fine primæ Actionis Chalcedonenfis Concilij, vbi Dioscorus damnatus est, cuiusdemque impietatis consortes hæretici æquè reieci.

CVR. HOC TEMPORIS TRIFAGION PROPALATVM.

Cur autem id, hoc potissimum tempore, fuerit Angelico ministerio per puerum homi- nibus patefactum, causã quidem in promptu est. Magna sanè diuina prouidentia factum ef- fe videtur, vt cum Eutyches in secreto cubiculo & penetralibus monasterij, aduersus Diui- nitatem pugnaturus, super incudem obduratæ perfidiæ blasphemiat fulmina fabricaret, qui- bus labefactanda foret, si licuisset, ipsa Diuinitas, dum sic in Christo vnã naturam sicuti vnã personã prædicans, Diuinitatem esse passam sicuti humanitatẽ, in necessariam assum- ptionem deduceret: aduersus nouum hunc Hagiomachorum ducem Dei benignitas non fulgur intorsit, sed canticum præpararit, quo Diuinitatis immortalitas vbique gentium caneretur, & per ipsum offensi numinis cõciliatio imploraretur. Sic planè diuinæ prouident- iæ est humano consulere generi; antè parare arma, quàm instet proelium; medicamenta conficere, antequam venenum irreat in præcordia; atque ante venturam famem horrea frumento replere. Quando autem primum detectus sit Eutyches, qui diu regmine sanctita- tis obiectus delituit, suo loco inferius dicturi sumus.

Niceph. lib. 14. c. 46. MOENIA VRBIS CONSTANTINOPOLITANAE STAVRANTVR.

Sed quid de instauratione mœnium collapsorum dicat vnã cum alijs Nicephorus, acci- pe: post enim recensitam totam illam de terræmotu tetram historiam, & canticum caelitus missum, ad institutam narrationem hæc adiecit^b: Imperator vbi terræmotus timore libe- ratus est, illico Constantinopolitanæ vrbs muros reficere aggressus est: & maiorem mœ- nium partem, quæ in sicco loco sunt, per dies sexaginta in eam quæ nunc cernitur formam Anthemius restaurauit, ingenti vrbi amplitudine pomœriis prolatis adiecta. Cyrus autem Præfectus Vrbi reliquum qui conciderat, & vi temporis labefactatus fuerat, murum re- nouauit, atque in sublimem altitudinem, vrbe veluti in nouam redacta formam, con- struxit. Et cum aliquando Imperator in Hippodromo equestre exhibens certamen staret, Byzantij structura Cyri delectati, magnificam illam emisere vocem: Constantinus condi- dit, Cyrus restaurauit. Qua ex causã ira percitus Princeps, Præfecti dignitatem, illo sub prætextu, quod Græcæ superstitionis cultor esset, homini ademit, & substantiam eius om- nem publicauit.]

DE CYRI PRÆFECTI CASV.

Hæc quidem passus est Cyrus, etsi inuidiã (vt videbatur) Principis, iusto tamen iudicio, sed bono suo cessit: Qui enim inter tot signa atque prodigia adhuc deorum cultor perseue- raret, violento aliquo remedio ab eo mentis delirio curandus erat, & sanæ menti reddendus: dum namque hisce necessitatis vinculis alligatus, in ordinem redigitur, pro salute ad Deum Christianorum, in Ecclesiam confugiendo, licet inuitus, adire cogitur. Subdit enim de eodem Cyro Nicephorus: Ille autem animum despondens, ad Ecclesiam confugit, & in sacrum sacerdotum ordinem allectus, Smyræorum præfuit vrbi. Smyræi vbi illum audire Græcorum sacra coluisse, communionem eius sunt auersati. Cyrus autem ad eos in ecclesia talia verba fecit: Viri amici, Natiuitatem Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi silentio colamus, quoniã auditu etiam solo in Virgine sancta conceptum est Dei Verbum. Ei gloria sit in secula, Amen. Ac deinde gratus ciuibus fuit, & Ecclesiam piè gubernauit.] hæc de Cyri in sedem Smyrnensem promotione: alij autem Coryæi eum dicunt fuisse creatum Episcopum; sed ex vnã in aliam sedem translatum existimamus. De templo insu- per ab ipso in memoriam Dei Genitricis erecto idem auctor hæc subdit:

TEMPLVM DEI GENITRICI A CYRO ER- CTVM.

Huius quoque est opus templum Dei Genitrici dicatum, quod Cyri dicitur in quo fama est Ro-

A est Romanum illum cañtorem eximium propter carmina decantata honorem & præ- mium virtutis à Dei Genitrice recepisse. Templum autem id huiusmodi occasione istic est erectum. Cupressus in eo loco ingens & procerã fuit, in qua superioribus temporibus, nescio quo modo, imaginem Dei Genitricis quidam occultauit. Cum autem multum præ- teriisset temporis, & imago lateret, ipsa se ipsam indicauit. Cupressus enim immenso co- ruscans lumine, perinde atque fax vna ardere visa est, & ingens etiam miraculorum vis ab obscura & latenti efficacia manauit. Vbi autem quidam curiositate laudata arborem conscendit, imago ea, vnde miraculorum vis profuxit, apparuit. Quapropter Cyrus loco ei honorem habens, pulcherrimum & maximum Dei Genitrici construxit templum.] hucusque Nicephorus.

Sed quod in his versetur oratio, rem publicis monumentis æquè testatam, & in Eccle- sia publicè legi solitam his addamus, quæ ex scripto antiquo codice S. Mariæ ad Martyres eodem argumento edita recitari in Ecclesia consuevit, his verbis: In ecclesia S. Sophiæ Constantinopoli extat puteus, qui sanctus dicitur, reclus coopertorio deaurato, argentoque exornato, de quo ista scribuntur. Christianus homo in ianua domus suæ erexerat imaginem Saluatoris, quam Iudæus odio Christianæ religionis nocte furto abstulit, cultroque eius vul- tum punxit; ex quo inflicto vulnere magna copia sanguinis effluxit, Iudæique vestes asper- sit: qui magno timore affectus, eamdem acceptam imaginem in propinquum puteum con- iecit, & reuersus est in domum suam: quem cum sanguine aspersum eius vxor videret, in suspicionem adducta est, patratum ab eo fuisse homicidium; quod ille negauit: sed maio- rem augebat suspensionem, dum eum timere & tremere cernebat.

DE MIRA- CVLO EX IMAGINE SALVATO- RIS.

Mane autem facto, venerunt ex more, qui ex publico puteo haurirent aquam: sed cum pro aqua sanguinem se hausisse conspicerent, magno sunt horrore exterræfacti: reque sta- tim per vrbe vulgata, aduenit illuc tandem Præfectus vrbs, quod existimaret illuc cada- uera occisorum esse proiecta. Qua de causã totum puteum iussit exhauriri aquis, in cuius fundo non hominis alicuius corpus occisum inuenerunt, sed sacrosanctam imaginem Sal- uatoris, vulnere perforatam, & è vulnere recentem adhuc sanguinis guttam fluere, vt vnde sanguis emanasset, certo indicio doceret. Eam Præfectus acceptam, ad Imperatorem attulit. Cuius iussu, voce præconis inquiri iubetur, qui aded sacrilegum facinus perpetrasset; promittens indulgentiam criminis ei qui sponte sese reum proderet, pœnam capitis secus facientis comminatus. Quæ cum Iudæi vxor audisset, de viro suo suspensionem concepit, secretoque eum delitit Magistratui: à quo missis apparitoribus, capi iussus est, & ad Imperatorem perductus, rem ipsam absque tormentis, vt se habebat, palam fecit, con- testatus se fore Christianum. Qui vnã cum vxore baptizatus est. Ipsa verò Saluatoris ve- neranda imago super puteum collocata est, puteus autem ambitu murorum intra sanctam ecclesiam comprehensus. Cuius rei gratia Kalendis Nouembris in facti memoriam ea hi- storia recitari consuevit.] hæc ibi: sed quo potissimum tempore id acciderit, nusquam mentio: non tamen puto ante Nicænam posteriorem Synodum, quod de re tam grandi nulla ibi mentio habeatur.

Sed redeamus ad Syrum: & quid de eo in rebus gestis S. Danielis Stylitæ omni fide conscriptis memoria dignum habeatur, hic describamus: qui enim illa collegit Acta, ista habet^a: Cuidam Cyro, qui prius quidem fuit Præses, postea autem ad sedem Episcopalem ciuitatis in Phrygia, cui nomen erat Coryeum, euectus est, & ab illa postea discesserat pro- pter quandam motam aduersus eum calumniam, erat filia nomine Alexandra, & eodem modo erat affecta, quo ille quem prius diximus, & graniter vexabatur à dæmone. Eius ergo pater, cum Sanctus ei venisset in mentem, ad ipsum ducit filiam, naturali bene- uolentiæ alium comminiscens ardorem, nempe fidei. Simulatque ergo Sancti manus eius capiti fuerunt impostæ, fugatus est spiritus; & quæ laborabat, statim conspecta est sa- na. Porro autem huic quoque miraculo fuit alterum coniunctum. Iam verò Cyrus Sancto valde confidens, eius utebatur gratia. Vnde etiam vxorem eius, cui suorum agrorum fuerat mandata cura, quæ ipsa quoque erat dæmoniaca, duxit ad ipsum. Nec eum sua fefellit fidu- cia, sed ea quoque cum filia mundata fuit à rabie dæmonis.] hæc quidem (vt reor) idcirco Cyrus meruit à dæmonibus aduersa pati, quod diutius ipse in idolis extitisset eorumdem dæmonum venerator: vt hoc pacto magis magisque in Christiana stabiliretur fide, dum quanta esset dæmonum imbecillitas, & hominis Christiani aduersus eos potentia, facile in- telligeret. Quid autem postea Danieli de acceptis memor beneficiis Cyrus præstiterit, ab eo-

Apud Me- raph. die 11 Decemb. Ser. 10. 6. encl. etc.

CYRI CON- SVETVDO QVM DA NIEL ESTY- LI TA.

dem auctore accipe: Pro his (inquit) magnas ei habens & agens gratias (erat enim doctus & A humanis litteris eruditus) in posita illic columna, super quam vitam agebat Sanctus, epigramma postea inculpsit, quod sic habet:

EPIGRAM-
MA CYRE-
INSCRI-
PTVM CO-
LVMNAR
DANIELIS.

*Hic stat vir, qui ventos, quibus undique impetitur, non timet:
Ambrosia autem vititur alimento, & sitit est expertus humana:
Altis verò radicibus fundavit aedificium, columna duplici.
Est enim radix Simeon, Filium prædicans matris corruptionis expertus.]*

ita Cyrus Simeonis Stylicæ memoriam habens, quod tam sublime & inaccessum viuendi genus ipse primus aggressus esset, cuius exemplum Daniel imitatus fuerat. Porro ista de Cyro & Daniele longè post hæc tempora contigere, vt ex his quæ de eodem Daniele & Simeone inferius sumus dicturi, patebit. Lucubrationum verò nobilissimi Cyri ingenij extat carmen, cuius est titulus, Veritas exulans] quod tempore suarum angustiarum elaborasse visus B est. At de Cyro viro clarissimo satis, quem vexatio impietate exiit, & reddidit Dei beneficio religiosissimum Christianum.

OBITU
PROCLI
RISC CON-
STANTIN.
Menolog.
die 24. Octo.

Hoc eodem anno vigesimaquarta mensis Octobris sanctus Proclus Constantinopolitanus Episcopus ex hac vita migravit: cuius quidem rei testes sunt Græcorum tabulæ Ecclesiasticæ, in quibus hæc scripta leguntur: Commemoratio sancti Patris nostri Procli Patriarchæ Constantinopolitani, qui sacrarum litterarum peritia & probitate motum insignis, cum annos duodecim & menses tres Episcopatum benè rexisset, in pace migravit ad Dominum hac die vigesimaquarta Octobris.] ita ibi. Nicephorus in Chronico de tempore sedis eius id ipsum habet: ex quibus emendandus est Nicephorus alter, Callistus dictus, qui sedi Procli annos tantum vndecim tribuit: b. De Procli scriptis nihil præterea quàm homilias legi, & de traditione diuinæ Missæ perbreue scriptum, quo asserit Missam prolixiorum olim fuisse, sed à S. Basilio primum, & inde à S. Ioanne Chrysofomo ob socordiam & tædium stertentium potius quàm astantium Christianorum esse redditam breuiorem. C

Niceph. lib.
14. c. 47.

Niceph. lib.
14. c. 47.
CREATIO
FLAVIANI
EPISCOPON
STANTIN.

Defuncto igitur Proclo, in eius locum subrogatus est Flavianus. Erat hic (inquit Nicephorus) sacrorum donariorum magnæ Ecclesiæ custos, dignitate presbyter, vita autem cælesti præclarus. Creato itaque Flauiano Episcopo Constantinopolitano, Chrysaphius eunuchus, qui plurimum apud Theodosium Imperatorem valuit, cum minus gratam haberet eius ordinationem, suggestit Imperatori, vt Patriarchæ significaret, & electionis, seu consecrationis gratia aliquod sibi benedictionis loco mitteret munus. Cui sanctus Flavianus panes puros misit. Chrysaphius contra, aurum loco benedictionis esse mittendum contendit. Ille respondit, nõ sibi esse talium rerum copiam, nisi fortè ad hoc sacris vteretur templi donarijs, satisque scire Chrysaphium, Ecclesiæ vasâ Deo & pauperibus esse debita. His verbis D offensus Chrysaphius est, & sanctum Flavianum in fensio habuit animo.

CHRYSAPHIUS
MISER
CORDIAS.

Porro Pulcheria Augusta nihil horum conscia erat. Chrysaphius interim nullum non mouit lapidem, vt Flavianum è sede turbaret. Cum verò id omnino, dum Pulcheria summam rerum administraret, fieri non posse videret: Eudociam Augustam, quæ nondum in Palaestinam reuersa erat, sollicitauit, eamque paulatim aduersus Pulcheriam concitans, persuadet, vt Præpositum domus Pulcheriæ, qui summam rerum administrabat, sibi adscisceret. Eudocia persuasa Imperatoris tentauit animum, vt Præpositum illum à Pulcheria abduceret. Renuit ille hoc facere, ne germanæ Augustæ aliquam videretur inferre iniuriam, cuius ope & consilio tam diu Imperium administrarat. Postquam verò Chrysaphius spe sua frustratus est, idque ei ex sententia non successit: aliam aggressus est viam, Eudociæque persuadet, vt apud Theodosium agat, quo ille Flavianum secretò inducat, vt E Pulcheriam in diaconissam adscisceret: sicut enim Consules quidam vi ad Episcopatum assumi, ita etiam & perillustres atque perinsignes feminas ad illud ministerium deligi, erat in vsu. Quod cum Eudocia ageret frequenti suggestione, id tandem Theodosio persuasit: qui consilium cum Flauiano de ea re agenda communicauit. Ille verò re accepta, se quod opus esset, facturum promisit. Interim autem Pulcheriam, secretis ea de re datis litteris, de omnibus reddidit certiores: monuitque ne ad se veniret, ne quod sibi displiceret, facere cogeretur.

PULCHERIA
ADMINI-
STRATIO-
NEM RE-
LINQUIT
IMPERII.

Pulcheria his acceptis, tradito Præposito domus Eudociæ, recedens ab vrbe, diuertit ad Septimum, illic priuatè tranquillam vitam actura. Cumque his per Pulcheriam gestis, facillè Theodosius & Eudocia intelligerent, Pulcheriam de secretis initis inter se consilijs redditam certiores: in Flavianum conuertunt odium. Pulcheria autem cum in hunc modum se abdi-

A se abdicasset ab administratione Imperij, delata est ad Eudociam summa rerum.] hæc Nicephorus: reliqua verò de Flauiano suis locis inferius. Vide quò progrediantur priuata studia aulicorum; cum omnia miscere, labefactare, atque euertere non curent, vt malè conceptas semel aliquando in perniciem innocentium euomant iras.

Quod autem ad ipsam Pulcheriam spectat, intercesserat non nihil offensionis Theodosij & Eudociæ cum ipsa, dum arguere ipsa voluisset Theodosij imprudentiam huiusmodi facto. Iam negligentia quadam vsu venerat, vt Theodosius oblati sibi libellis, vel aliis ad regimen Imperij spectantibus à ministris scriptis, absque eorum inspectione subscriberet: quod cum peticulosè admodum peragi Pulcheria intelligeret, huiusmodi ludo eum corrigendum, in animum induxit. Libellum scribit, in quo significaretur, emptam à se esse Eudociam coniugem Augustam, si ipse præberet assensum. oblataque eadem charta Theodosio, ipse ex more ei absque alia inspectione subscripsit: recepit ita subscriptam chartam Pulcheria: quæ accedentem ad se Eudociam aliquando retinuit, vocatamque ab Imperatore reddere recusauit, à se emptam affirmans, ostendens de rata habita emptione Imperatoris chirographum: sicque falso quidem eiusmodi ioco Augusti oscitantiam voluit condidisse, ac correxisse simul. Sed quòd veritas odium pariat, & Principes non facillè sibi pariant illudi: haud æquo id animo ab Eudocia potissimum acceptum fuit: quæ & in Pulcheriam inuidia mouebatur, quòd videret virum suum Imperatorem erga sororem Augustam esse propensiorum, cum illa consulere de rebus agendis, & refundere in eam quæ essent maioris momenti negotia, se verò despici, & limis oculis ab eo conspici. cuius infensio animi aduersus coniugem Theodosio eiusmodi causa præcesserat.

PULCHERIA
VRBANE
ARGVIT
THEODO-
SI IMPR-
DENTIAM.

Oblatum fuit aliquando Theodosio miræ magnitudinis pomum: quod ipse admiratus, dono dedit vxori. Illa autem acceptum donauit Paulino, quo ob consuetudinem rei litterariæ familiarissimè utebatur non sine aliqua suspitione. Ille verò rerum ignarus, vt conciliaret sibi Imperatoris animum, illud ipsum ei donauit: qui eo accepto, de dato pomum vxorem rogat: quæ illud se comedisse mentita est: cum illud proferens Theodosius, mendacem arguit & infidam: cuius rei causa animum Theodosij non nihil ab ea alienus diu perseuerauit, iusto interim occidi Paulino. hæc ex Nicephoro, Zonara, & alijs. Porro domestica ista dissidia sunt tandem abdicatione Pulcheriæ consopita.

Huiusmodi autem domesticum bellum in perniciem est conuersum Ecclesiarum. Conceptumque semel odium aduersus sanctissimum Flavianum, haud abdicatione Pulcheriæ extingui potuit, sed in dies magis magisque studio Chrysaphij eunuchi incenso, occasio quarebatur eius in ordinem redigendi: destituta namque illo protectione Pulcheriæ, quæ D rebus Imperij vale dicto, priuatæ vitæ otium fuerat amplexata, haud ei difficile visum est, quouis occasionis prætextu Pontificem aggredi.

Sed quem vindictam auidè sitienti propinauerit hostis humani generis blasphemiarum calicem, suo loco dicturi sumus abundè. Hic planè apparuit euident, quonam pacto puræ religionis cultu bene administraretur Imperium, & quàm felicissimè cuncta succedant, vbi in eo sancta religio primum sibi locum vendicat. Iam enim ad quadraginta ferè annorum spatia, Theodosij licet imbellis & consilij inopis, inter tot barbarorum insultus, est Imperium feliciter propagatum, vna sancta virgine pietate pollente habenas regiminis moderante: adeò vt etiam imprudenter aliquando peccare Theodosium ipsum contigerit, & Dei indignationem in se commoueret, tamen misericordiam promeruerit, sorori monitis acquiescens. Vbi verò se ipsa Pulcheria ab Imperio abdicauit, perinde atque destituta gubernaculo nauis, ventorum impulsu in diuersa fertur continuo peritura: ita planè Theodosij Imperium pro arbitrio aulicorum, non pro ratione consilij ministratum interiit, tantaque moles corruit, cum eius fundamentum, nempe religio purè seruata conuellitur. Accidit istud quidem, vbi non amplius vsus est Theodosius sanctæ Pulcheriæ consilijs, sed Chrysaphij eunuchi Præfecti cubiculi inflammatis odio & æmulatione affectibus se suaque regenda commisit. In quæ verò malorum abrupta, peccatorumque voraginem tali duce Theodosius miser incidit, suis locis inferius apparebit. Quomodo autem hoc eodem anno Imperium Orientis rursus ab Atula Hunnorum Rege afflictatum est, Marcellinus sub anni huius Consulibus ita summam perstringit: nimirum ipsum potentissimum atque ferocissimum barbarorum Principem ab Oriente progressum, vsque ad Thermophilas* peruenisse victorem, occiso, qui se illi obiecerat, Magistro militiæ Theodosij Imperatoris, eoque miserissimi status Theodosium esse depressum, vt eiusdem Regis sponte se tributarium constitueret: etenim

THEODO-
SIVS TRI-
BVTVM
PENDIT
ATTILAE.
* Thermopo-
lim Hunno-
polim.

CHRISTI
446-447.

LEONIS PAP.
7. 8.

THEODOSII 39.40.
VALENTIN. 22.23. IMPP.

despondens animum, cum resistere ferro non auderet, auro pacem redimere curauit, mis- A
saque legatione, annua pacta pecunia, impetum continuit barbarorum, ceptam tamen ab
Hunnis illatam cladem Orientalis Imperij, ad duos etiam sequentes annos propagata esse,
idem Marcellinus docet: cum tandem (vt dictum est) Theodosius Imperator vitans totius
funus Imperij, ignominiosè admodum cum seuo tyranno eo modo transegit, illumque in
Occidentem conuertit. Est quidem elegans atque perbreuis Theodoretus ad Sallustianum
epistola de eiusmodi barbarorum eruptione, quam non alia de causa quam ob peccata ob-
uenisse testatur his verbis:

^aTheodor.
epist. 41.
THEODO-
RET. QUID
DE CLADI-
BUS, HVIVS
TEMPORIS.

Sacer dies nobis quidem consueta spiritalia attulit dona: tamen amari peccati fructus il-
lis frui cum lætitia non permiserunt: hæc enim illorum germina & ab initio tribulos, spi-
nas, & sudores, & labores, & dolores germinarunt: nunc verò etiam terram ipsam aduersus
nos concutit per terramotus, & barbarorum turbas vndique aduersus concitat. Nos verò B
lugemus, quoniam dum Deus bona largiri nobis cupit, contraria facere illum cogimus, &
pœnas infligere: Consolamur nihilominus, dum eius misericordiae abyssum in memoriam
reuocamus, & credimus quoniam non abiiciet Dominus populum suum, & hæreditatem
suam non derelinquet. Tuam verò magnificentiam ego saluto: & oro, vt de bona valetudi-
ne tua, quæ mihi opatissima est, me doceas.] hæc ad Sallustianum Theodoretus, quæ ipsum
hoc anno scripsisse existimamus, quo (vt dictum est superius) vnà cum Atilia grassatione
terræmotus Orientem concussit, cuius Theodoretus hæc eadem epistola meminisse vide-
tur. Hoc item anno famem & pestem Constantinoplim inuasisse, templumque regie ciui-
tatis igne crematum esse, Marcellinus affirmat.

IESV CHRISTI LEONIS PAP. THEODOSII 40. IMPP. C
ANNVS ANNVS VALENTIN. 23.
447. 8.

ANNVS agitur Redemptoris nostri quadringentesimus quadagesimus septimus, Con-
sulatu Alypii, siue Callypij, & Ardaburij signatus: quo S. Leo Romanus Pontifex per-
uigili sollicitudine curæ incumbens vniuersalis Ecclesiæ, in Hispanias conuertens oculos &
figens obtutus, laborantes eas adhuc plerisque in locis nefandorum Priscillianistarum er-
roribus, liberare penitus festinauit: & qui iam semel ad succidèdos infelices Manichæorum
palmites falcem acceperat, ad præcidendas etiam infaustas radices Priscillianistarum erroris
Manichæis affinis Apostolicam securim admouit. Cum enim, ingruentibus barbaris D
Vandalis primùm, Gothis, atque Sueuis, florentissima illa Hispaniarum Ecclesia sanctissi-
morum Antistitū solita cultura careret, pulchra murata facie, reddita est veluti ager incul-
tus vepribus vndique oppletus ac spinis, in quibus sua quarerent feræ latibula.

^bLeo epist. 97.

TYRIBIVS
PEREGRIN-
NATVR.

Nam sanctus Turibius Asturicensis Episcopus vehementi Catholice veritatis ardore
succensus, lustrans Hispanias, lustra eiusmodi inueniens bestiarum, ad eas pellendas, earum-
que latebras destruendas, Apostolica sedis, à qua sincerum acceperant Hispania Euange-
lium, subsidium implorauit: missoque ad hoc opus suo diacono Romam, de omnibus red-
didit Leonem Pontificem certiore. Qui absque mora de cunctis quæ agenda essent, red-
ditis litteris, Turibium monuit. extat eiusmodi S. Leonis epistola^b, cuius est exordium:
Quam laudabiliter pro Catholice fidei veritate moneatis, &c.] Sed antequam ea quæ san-
cti Leonis auctoritate gesta sunt prosequamur, de Turibio primùm dicendum erit. Hic E
quidem sanctitate & doctrina pollens, zeloque exæstuans domus Domini, ex animi arbi-
trio spontaneam peregrinationem suscipiens (vt dictum est) lustrauit Hispanias, vt qui es-
set Ecclesiarum status agnosceret, eisdemque pro virium facultate consulere. Absoluta au-
tem itineris suscepti periodo, de his quæ comperisset, ista scripsit ad Idacium & Ceponium
primarios Hispaniarum Antistites:

^aefficiunt
^badiumentum
TYRIBII
EPISTOLA
AD IDA-
CIUM ET
CEPONIVM
EPISCOPOS.

Sanctis ac beatissimis & omni veneratione colendis Idacio & Ceponio Episcopis
Turibius.

Molesta semper est & ziniucunda peregrinatio, quam efficiunt^a duri labores & lachryma-
biles necessitatum curæ: habet tamen aliquid instrumenti^b, cum adeundo incognita, vel ig-
norata discendo, quodam profectu mentis augemur, plerumque ea quæ apud nos optima
videbantur, praua esse atque deterrima, reddita nobis meliorum ratione, noscentes. Quod
mihi

CHRISTI
447.

LEONIS PAP.
8.

THEODOSII 40.
VALENTIN. 23. IMPP.

A mihi vsu venit, qui diuersas prouincias adeundo, in omnibus Ecclesiis quæ in vnitatis com-
munionem consistunt, condemnatis omnibus errorum sectis, reperi vnum atque eundem Catho-
licæ fidei sensum teneri ex purissimo veritatis fonte venientem: qui in nulla diuortia
multifidis riuulis scissis camporum plana in cœnoscas voragines soluat, quæ rectum fidei iter
impediant. Eos verò, quos prauorum dogmatum virus infecerit: aut correctos piæ parentis
gremio reformari compellit: aut pertinaciter contumaces, veluti abortiuos partus, ac non
legitimam sobolem, ex consortio sanctæ hereditatis expellit. Quapropter mihi post longas
annorum metas ad patriam reuerso, satis durum videtur, quod ex illis traditionibus, quas
olim Catholica damnauit Ecclesia, quasque iam dudum abolitas esse credebam, nihil peni-
tus imminutum esse reperio; immo etiam pro vniuscuiusque studio & voluntate praua dog-
mata velut quibusdam hydrinis capitibus pullulare cognosco: cum alij veteri errori bla-
B sphemiarum suarum augmenta contulerint, alij integrum eum vsque adhuc retineant^a; alij
verò, quos ex parte aliqua ad respectum sui contemplatio veritatis adduxit, ex illius sensibus
retinendo nonnulla, reliquis vinculentur: quod quidem per mala temporis nostri, Synodo-
rum conuentibus, decretisque cessantibus, liberiùs creuit, & impiissimè (quod est cunctis
deterius) ad vnum altare diuersis fidei sensibus conuenitur.

^aretententur

Hæc ego (vt loqui audeam) piæ potius erga patriam charitatis, quam temerariæ præsum-
ptionis esse confiteor. Nam aliàs plenus omnium peccatorum, & magnorum criminū reus,
quo ausu hæc ad vos scriberem, memor Dominicæ^a vocis, quæ dicit: In alieno oculo festu-
cam vides, in tuo trabem non respicis? Deinde conscius eius sententiæ, quæ admonuit, di-
cens^b: Peccatori autem dixit Deus: Quare prædicas iustitias meas, & assumis testamentum
per os tuum? Sed iterum illud aspicio, quod infra scriptum est: Furem videbas, & concu-
rebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Neque enim illa sola sunt fur-
ta, quæ alienorū direptione committuntur, vel illa adulteria, quæ violatis maritalis tori af-
fectibus perpetrantur; sed & subtractis quæ vera sunt, furtum Catholice fidei peruersi dog-
matis facit assertio, & aduersus veritatem verbi Dei malarum doctrinarum adulterio zi-
zaniæ semina iaciuntur.] Admiranda profectò viri sanctissimi summa demissio animi,
qui Christi exemplo vt peccantes erigat, sese cum peccatoribus collocat, & cum infirman-
tibus infirmatur, vt eosdem languentes curet, factus instar Apostoli, omnia omnibus, vt om-
nes lucretur Domino. Admirandum, inquam, haud tamen imitandum; cum de hæreti-
cis agens, se omnibus deterius deliquisse testetur, vir alioqui omni ex parte sanctissimus, at-
que ab omni erroris labe purissimus, vt ex litteris sancti Leonis Papæ ad eum datis, facile in-
telligi potest. Quanam enim fidei Catholice sinceritate enituisse ipsum oportuit, cui spacia
suæ diocesis angusta fuere, sed ad vniuersas Hispaniarum prouincias ab omni erroris
labe verendas, scopam Catholice veritatis admouit? At prosequamur reliqua ab eo in
eadem epistola scripta.

^aMatt. 17.
Luc. 6.

^bPsal. 49.
^cPsal. 49.

Loquar ne ergo (inquit) an taceam, nescio: quia vtrumque formido. Sed ne fortè sancti-
tatis vestra, quæ mala, quantæque blasphemie apocryphis libris, quos hi nostri vernacu-
li hæretici ad vicem sanctorum Euangeliorum legunt, continentur, ignoret: maximi faci-
noris reum me esse credo, si taceam. Itaque hæc non adhortatio auctoritatis alicuius est,
sed potius suggestionis instructio. Primùm ergo est, vt illa patefaciam, quæ in plurimo-
rum fide, vel magis perfidia esse cognoui: quæ cum multis publico penè magisterio doceantur:
si Catholicorum aliquis paulo constantius destructionis causa assertioni insistat; conti-
nuo inficias euntes, & perfidiam perfidia occulunt. Quod ne vltra iam faciant, ex apocry-
phis scripturis, quas canonicis libris veluti secretas & arcanas præferunt, & quas maxima
veneratione suscipiunt, & ex his quas legunt traditionibus, dictisque auctorum suorum, ea
quæ in ipsis arguuntur, vera esse docentes: aliqua autem ex his quæ in istorum doctrina
sunt, in illis, quos legere potui, apocryphis codicibus non tenentur. Quare vnde pro-
lata sint, nescio: nisi fortè vbi scriptum est per cauillationes illas, per quas loqui sanctos
Apostolos mentiuntur, aliquid interius indicatur, quod dispungendum^a sit potius, quam
legendum: Aut si forsitan sint libri alij, qui occultius secretiusque seruantur, solis (vt ipsi
aiunt) perfectis patentes.

TYRIBII
SVMMA
HVMILITAS

Illud autem specialiter in illis Actibus, qui sancti Thomæ dicuntur, præ ceteris notan-
dum atque execrandum est, quòd dicit eum non baptizare per aquam, sicut habet Domi-
nica prædicatio atque traditio, sed per oleum solum: quod quidem isti nostri non recipiunt,
sed Manichæi sequuntur, quæ hæresis eisdem libris vritur, & eadem dogmata & his dete-
riora

^adisputandū

DE LIBRIS
QVI BVS
PRISCIL-
LIANISTAR
VIBANTVR.

CHRISTI
447.LEONIS PAP.
8.THEODOSII 40. IMPP.
VALENTIN. 23.

rora sectatur. Ita execrabilis vniuersis per omnes terras ad primam professionis suae confessionem, nec discussa damnetur oportet, per cuius auctores, vel per maximum principem Manem ac discipulos eius, libros omnes apocryphos vel compositos, vel infectos esse manifestum est, specialiter autem Actus illos qui vocantur S. Andreae, vel illos qui appellantur S. Ioannis, quos sacrilego Leucius ore conscripsit, vel illos qui dicuntur S. Thoma, & his similia, ex quibus Manichaei & Priscillianistae, vel quaecumque illis est secta germana, omnem haereseum suam confirmare nituntur, & maxime ex blasphemissimo illo libro, qui vocatur Memoria Apostolorum, in quo ad magnam peruerfitatis suae auctoritatem, doctrinam Domini mentiuntur, qui totam destruit legem veteris Testamenti, & omnia quae S. Moysi de diuersis creaturae factorisque diuinitus reuelata sunt, praeter reliquas eiusdem libri blasphemias; quae referre pertractum est. Vt autem mirabilia illa, atque virtutes, quae in apocryphis scripta sunt, sanctorum Apostolorum vel esse, vel potuisse esse non dubium est: ita disputationes assertionesque illas sensuum malignorum ab haereticis constat inseras: ex quibus scripturis diuersa testimonia blasphemis omnibus plena, sub titulis suis adscripta digessi: quibus etiam (vt potui) pro sensu mei qualitate respondi. Quod ideo necesse habui paulo latius vestris auribus intimare, vt vel posthac nemo quasi inscius rerum dicat se simpliciter huiusmodi libros vel habere, vel legere.

Vestrae autem existimationis atque censurae merito fuerit, vniuersa perpendere; & ea quae sine ambiguitate veritatis ac fidei contraria videritis, cum aliis fratribus vestris, quocumque vobis zelus Catholicae religionis vel pium studium sociauerit, citra vllam excusationem spirituali gladio refecare, & ignita diuini verbi virtute compefcere.] haec tenus S. Turibij epistola, quam ex Regia bibliotheca monasterij S. Laurentij edidit Ambrosius Morales: desiderantur autem quae his iungebantur digesta titulis impia Priscillianistarum dogmata, & illis appositae ab eodem auctore elaboratae confutationes.

Intelligis, puto, lector, frustra laborare in extirpandis haeresibus sanctos Episcopos, nisi vnde semel scaturit faeculenta errorum colluuies, fons penitus obstruatur. De huiusmodi Priscillianistis Hispanias labefactantibus libris apocryphis est vetus illa suo loco superius recitata querela sancti Hieronymi, cum de his ipse agens in commentariis in Isaiaam, haec addit: Et per hanc occasionem, multasque huiusmodi, Hispaniarum & Lusitaniae deceptae sunt mulierculae oneratae peccatis, quae ducuntur desiderijs variis, &c.] Ex his plane considerent, qui praesunt hodie Hispaniarum, Ecclesijs sacri Antistites, Catholicae fidei decus & ornamentum, quanto periculo vulgari sinatur, quod offensam inferat Catholicae disciplinae, illud inquam opus nuper eusum, quod atra statim Romae inustum nota flammam vtrices expectant, elaboratum a Ioanne de Roa, eiusmodi titulo, Apologia de Turibus principalibus defendendis & moderandis iustis] quod Nouatoribus parare viam, qui acutiorem odoratum habent, probe norunt. Videant quod tendat adulatio ista cum noua doctrina, quam haud quidem auctor didicisse potuit a doctissimis viris Societatis IESV, inter quos aliquando focus versatus est; non apud S. Augustini professores, ad quos, ab illis abire iustus, se contulit, nec denique apud clerum Hispaniarum Catholicae & Apostolicae antiquae disciplinae tenacissimum conseruatorem atque custodem, apud quem demum stipedia meruit: Verum speratur de eo, vt pote adhuc inter Catholicos proficiente, palinodiam fore propediem recantaturum. Sed ad Turibium.

Haud enim satis sibi visum, de his quae viderat, manuque contrectando tetigerat, admonuisse Hispaniarum Antistites: verum ad Dauidis turrim confugit, inde quaesiturus arma contra grassantem impietate, extollente se aduersus scientiam Dei: Legauit enim diaconum eiusum, cui de omnibus litteras dedit ad S. Leonem Romanum Pontificem, addidit eis & commonitorium, insuper & libellum: litteris quidem, quis esset Ecclesiarum Hispaniarum status, eum reddidit certiorum: commonitorio sexdecim capita Priscillianistarum haereseis complexus est: libello vero suppliciter rogabat vt afflictatis Ecclesijs subueniret. At licet haec Turibij scripta non extent, tamen ex reddenis ad eum a S. Leone Papa litteris perspecta habentur.

Sed antequam de his agamus, cum omnes codices tam scripti, quam typis excusi, aequae habeant hunc Turibium fuisse Asturicensem Episcopum: quomodo accidit, vt hic ipse in primo Bracarenfi Concilio, in relatione Lucretij Episcopi, Notarius sedis Apostolicae nominetur? Haud enim placet, quod res Hispanicis persecutus ait, duos fuisse Turibios, alterum ad quem S. Leo scribit, Episcopum Asturicensem, alterum vero notarium S. Leonis, cui ad Synodum litteras dedit: nam abhorrent haec procul a veritate. Si enim scribens

S. Leo

* illam

* Amb. Morales. Hist. lib. II. c. 26. DE CAVERN- DIS LIBRIS A CATHOLICA ECCLESIA NON RECEP- TIS. * Sic. in Isa. lib. 18. c. 64. * 2. Tim. 3.

* Amb. Morales. Chron. Hist. lib. II. DE TURIBIO EPISCOPO ASTURICENSE.

CHRISTI
447.LEONIS PAP.
8.THEODOSII 40. IMPP.
VALENTIN. 23.

A S. Leo ad Turibium Episcopum, litteras cum ad ipsum, tum ad Synodum celebrandam Notario suo (vt vult) Turibio item dicto dedisset, vtrique in litteris ad Episcopum scriptis eius mentionem fecisset: solemne enim erat, vt cum legatus a Pontifice mitteretur, vel nuncius, eius mentionem faceret in litteris quae eidem ea ex causa dari solebant. Porro non alicui certo homini, nisi Turibij Episcopi diacono, quem ipse Turibius ad S. Leonem Pontificem miserat, ipsum S. Leonem ad Turibium Episcopum eas dedisse litteras, satis ex eisdem intelligi potest. Praeterca non per aliquem alium a se missum, sed per ipsum Turibium Episcopum cuncta quae in ea causa peragenda essent, eundem S. Leonem impleri voluisse, eadem ad Turibium Episcopum litterae datae significant.

Neque placet, quod ab alio viro disertio tradidit nuper vidimus, nempe vnum eundemque fuisse Turibium, qui Notarius dicitur sancti Leonis, & Asturicensis Episcopus; ipsumque Notarium primo eiusmodi curasse negotium, inde vero eundem esse creatum Asturicensem Episcopum. Etenim ad quem scribit S. Leo Turibium, ipsum quidem tunc temporis fuisse Episcopum, ipsa ad eum epistola data significat, dum eum bene praesidere officio pastoralis commendat: cumque etiam dicat, ab eo missum fuisse diaconum suum Romam, auctoritatem aequae demonstrat Episcopalem: siquidem nequaquam patitur ordo hierarchicus, vt Ecclesiae Notarij diaconis praesint, sed e contra vt sub potestate diaconorum subsint Notarij: vnde habes apud Paulinum tunc Notarium S. Ambrosij, de se ipso testantem, fuisse sub cura Casti diaconi. His adde, haud moris fuisse Apostolicae sedis Pontificum, ministros suos Notarios fratres nominare, quo nomine dignasse videtur S. Leo Turibium, vt alios solet Episcopos.

At cur Notarius idem in dicto Concilio Bracarenfi nominatur? Num fortasse idem sit dictus Notarius, quod vtroque simul munere fungeretur, vt pote idem Notarius esset Apostolicae sedis, qui & Episcopus Asturicensis, vt S. Prosper Regentis Episcopus idem dictus Notarius eiusdem S. Leonis Papae? Sed non inuenimus id expressum. An potius quis dixerit, Notarij vocem interdum non nomen significare eius officij, quod est dictum a notis, sed magis a notum faciendo, sicque ibi Turibius dicatur Apostolicae sedis Notarius, quod curae illi esset, quae in Hispaniarum Ecclesijs gererentur, Romano Pontifici nota facere: etenim & Notariorum Apostolicae sedis munus erat, quaeque Ecclesiae monumenta colligere, & conseruare: nam habes de Iulio Papa: Constituit, vt Notitia, quae omnibus fidem facit, per Notarios colligeretur, & vt omnium monumentorum in Ecclesia conseruatio per Primicerium Notariorum celebraretur, &c.] haec quidem ex parte dictum esse Turibium Episcopum Notarium sancti Leonis, nihil vetat: siquidem Notarij munus expleuit, dum quae ex mandato S. Leonis gesta essent, visus est collegisse, & ad eundem sanctum Leonem Romam misisse, ibi perpetuo conseruanda. Referre etiam ad Pontificem quod gestum esset, Notariorum partium fuisse, cum ex multis alijs, tum ex Romano Ordine, habes in officio Missae, vbi dicitur: Die autem Resurrectionis Dominicae, procedente Pontifice ad sanctam Mariam, Notarius Regionarius stat in loco, qui dicitur, Merulanas, & salutato Pontifice, dicit: In nomine Domini nostri Iesu Christi baptizati sunt hesternae nocte in S. Dei Genitricis Mariae infantes, masculi tot numero, feminae tot, &c.] Sic igitur & Turibius, quod notas fecerit sancti Leonis res gestas in Concilio Tolerano, eadem ex causa Notarius dici potuit sancti Leonis. Sicut enim, vocem istam, notaria, idem quod scriptis facta relatio Iudici, significasse, & apud maiores vsu receptam diximus superius secundo Annalium tomo, ita & Notarium dici potuisse, qui refert quae sunt acta Romano Pontifici (quod sint cognata vocabula) quis negabit?

E Certè quidem hoc ipso munere functum esse sanctum Turibium Asturicensem Episcopum apud S. Leonem Romanum Pontificem, eiusdem Leonis ad eum redditae litterae satis docent. Sed iam rerum gestarum ordinem prosequamur.

Acceptis (vt dictum est) S. Turibij litteris per eius diaconum missis, S. Leo, vbi cuncta exacte examinavit, respondens ad singula, epistola ad eum data, rescripsit. Laudans in primis eius vigilantem in Episcopatu pastorem sollicitudinem, nonnulla in detestationem nefandae haereseis praelocutus, factum commendat Maximi Imperatoris, qui ad huiusmodi conficienda monstra saecularis gladium exeruerit potestatis, licet optabilis fuisset eos Ecclesiastica emendatos fuisse censura. Deploratis igitur summis malis, quibus & Episcopi aliquot etiam fuissent infecti, ad singula haereseis capita respondens, peculiaria singulis accommodata parauit antidota: quae consulat lector, si vult; nos autem breuitatis causa persequi praetermittimus. Demum improbata lectione librorum Priscillianistarum, de

Dicitur

QUAES. LEO AD TURIBIUM EPISCO- PUM.

Dictini libris mentionem habet: de quo lector meminisse debet, hunc fuisse Asturicensem A Episcopum, in cuius locum Turibius successerat, & ex Priscillianista heretica redditum Catholicum recantasse palinodiam, suaque damnasse scripta in Toletano primo Concilio, quamobrem hæc de ipsius scriptis ingerit S. Leo: Postremo autem capitulo hoc prodidit iusta querimonia, quod Dictini tractatus, quos secundum Priscilliani dogma conscripserit, à multis cum veneratione legerentur: cum, si aliquid memorie Dictini tribuendum putant, reparationem eius magis debeant amare, quam lapsum. Non ergo Dictinium, sed Priscillianum legunt, & illud probant quod errans docuit, non quod correctus elegit. Sed nemo hæc Catholicus præsumat, &c.] Demum verò de colligendo in Hispania generale Concilium mandans, ista perorat:

Leo epist. 93. c. 27.

Ead. epist. c. 17. LEO PAPA INDICIT GENERALE CONC. IN HISPANIA.

Habeatur ergo inter vos Episcopale Concilium, & ad eum locum qui omnibus opportunus sit, vicinarum prouinciarum conueniant sacerdotes, vt secundum ea, quæ ad tua consulta respondimus, plenissimo disquiratur examine, an sint aliqui inter Episcopos, qui huius hæreseos contagio polluantur, à communione sine dubio separandi, si nefandissima sectam per omnium sensum prauitates damnare noluerint. Nulla enim ratione tolerandum est, vt qui prædicandæ fidei suscepit officium, is contra Euangelium Christi, contra Apostolicam doctrinam, contra vniuersalis Ecclesiæ symbolum audeat disputare. Quales illic erunt discipuli, vbi tales docebunt magistri: & post nonnulla: Deditur itaque litteras ad fratres & cœpiscopos nostros, Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, atque Gallicianos, eisque Concilium Synodi generalis indiximus. Ad tuæ dilectionis sollicitudinem pertinebit, vt nostræ ordinationis auctoritas ad prædictarum prouinciarum Episcopos deferatur. Ex his vides non alium missum esse Turibium cum litteris ad Episcopos prouinciarum, quæ Turibio Episcopo mandat vt reddat. Sed subdit: Si autem aliquid (quod absit) obstiterit, quo minus possit celebrari generale Concilium: Gallicia saltem in vnum conueniant sacerdotes: quibus congregatis, fratres nostri Hydatus & Ceponius imminerebunt, coniuncta cum eis instantia tua, quo citius vel prouinciali conuentu remedium tantis vulneribus adferatur. Data vndecimo Kalendas Augusti, Callypio & Ardabure viris clarissimis Consulibus.] hætenus Leo, generalem in vniuersa Hispania, more maiorum, indicens Synodum, quod munus erat Apostolicæ sedis Antistitis.

Conc. Brac. 1. in præfat.

quædam scriptis. DVO CONCILIA IN HISPANIA CELEBRATA.

His perlatis litteris in Hispaniam, placuit ex sententia sancti Leonis Papæ à diuersarum prouinciarum Episcopis generale celebrari Concilium. Testantur id quidem in primis Acta Synodi Bracarentis, in quibus primum ista leguntur: à Lucretio Episcopo prælocuta: Credo autem vestræ beatitudinis fraternitatem nosse, quia eo tempore quo in his regionibus nefandissimæ Priscillianæ sectæ venena serpebant, beatissimus Papa vrbis Romæ Leo, qui quadragesimus ferè Apostoli Petri successor extitit, per Turibium Notarium sedis suæ ad Synodum Gallicia contra impiam Priscillianæ hæresis sectam scripta sua direxit: cuius etiam præcepto Tarraconenses & Carthaginenses Episcopi, Lusitani quoque & Bæticæ, facti inter se Concilio, regulam fidei contra Priscillianam hæresim cum aliquibus capitulis describentes, ad Balconium tunc huius Bracarentis Ecclesiæ Præsulem direxerunt, &c.]

Sed obserua, lector, dum generale Concilium celebratum ait ab Episcopis etiam prouinciarum Carthaginensis, Lusitania, & Bæticæ, nec vllam penitus mentionem facit prouinciæ Gallicia, vbi (vt ait) iussu S. Leonis debuerat Synodus congregari; magnam esse coniecturam, hos seorsum ab illis conuenisse, sed communicasse postea cum iis quæ ab ipsis statuta essent. Si enim in Gallicia prouincia tantum Synodus collecta esset, vbi & conuenissent omnes dictarum prouinciarum Episcopi; quid opus fuit ab illis scribi (vt præfatur Lucretius) litteras de rebus gestis in Synodo ad Balconium eius prouinciæ Primatem Bracarentem Episcopum, quem necessarior præsentem oportuit fuisse Synodo? Vbinam, quando celebrata est prouincialis Synodus absque præsentia Metropolitanæ Antistitis? Sic igitur haud obscurè penitus significare videtur idem qui supra Lucretius, seorsum conuenisse dictarum prouinciarum Episcopos, seorsum verò cum Balconio Bracarenti Episcopo prouinciæ Gallicia, illos verò de rebus penes se gestis dedisse litteras ad eundem Balconium. Sed vbi locorum conuenierint, ignoratur: coniectura tamen aliqua dici posse videtur, conuenisse Toleti, sub cuius Concilio primo, quæ postea iussu S. Leonis Papæ contra Priscillianistas statuta sunt, fuerint collocata. Quod verò in Gallicia sub Balconio collectum est Concilium, illud esse celebratum in municipio Celencensi apud Lucensem urbem, vetera produunt monumenta, quibus & recentiores Hispani consentiunt.

Vt au-

Vt autem non in vnum eundemque locum ad Concilium celebrandum conuenierint omnes Hispaniarum Episcopi, sed Gallici seorsum ab aliis; illam potissimam causam existimamus, quod Gallici erant sub Sueuorum Rege Rechila tunc regnante, reliquæ autem Hispaniarum prouinciæ Gothis parebant, Theodorico, & eius filio Torismundo. Ex hoc igitur factum apparet, vt discrimine ditionis diuersorum Principum, diuersis in locis, seorsum ab inuicem Catholici Episcopi Hispaniarum conueniant, duoque eodem tempore celebrata Concilia in vnum postea conflata fuerint, quod vna extiterit causa conueniendi, & eadem Concilia vna conuocari auctoritas, quæ & in vnam eandemque conuenire sententiam. At non duo hæc tantum in vnum, sed tria simul reperiuntur esse coniuncta, nempe duo hæc nouissima cum Toletano primo, cuius esse noscuntur Episcopi, qui eidem interfuisse leguntur, & canones illi viginti, vt superius suo loco dictum est. Vnde intelligas, B quæ in fine habentur verba illa: Ipsi etiam & superscripta viginti canonum capitula statuerant in Concilio Toletano] esse referenda ad Episcopos superius nominatos, perperam autem (vt puto) ab aliquo addita, vel non suo loco reposita, vt accidere solet, cum quid miscetur, ordine confuso locari.

CONCILIUM TOLETANUM ET CELEBRANTIA.

Sed obseruatione quidem dignissimum est, tanti ponderis æstimatam fuisse apud barbaros etiam Reges & Arianos auctoritatem Romani Pontificis, vt licet ab eodem essent ob hæresim Catholica communicatione diuisi; nihilominus simulac audire Romani Pontificis virgere mandatum, vt omnes Hispaniarum Episcopi ad Synodum conuenirent; iidem Principes, singuli in suis prouinciis id faciendi liberam tribuerint facultatem, sinentes vbi vellent (nulla, quod appareat, petita licentia) in sua ditione Episcopos conuenire. Tantum sibi auctoritatis etiam apud Arianos Principes sedes Apostolica vendicabat. Vnde & fortasse accidit, vt Deus eisdem Regibus dederit & stabilire regnum, & ad multa sæcula propagare. Nullus enim vnquam absque amplissima remuneratione persolutum inueniet, quicquid aliquando impensum est honoris & reuerentiæ Apostolicæ sedi: quod vtiuam omnes Catholici Principes obseruarent. Sed de his aliàs sæpe.

Quod autem spectat ad fidei assertionem ex præscripto sancti Leonis Papæ in hac Synodo constitutam, sub qua probarentur qui verè Catholici essent Episcopi, & omni labe careant Priscillianistarum erroris, vt pote qua omnes articuli eorundem hæresis damnarentur: magna quidem obseruatione dignum est, quod reperitur illud ab eis primum super additum fidei Symbolo de Spiritu sancto, A PATRE FILIOQUE PROCEdit: at minime quidem sua id fecere auctoritate, sed ex verbis acceptis ab epistola ad eos scripta à sancto Leone Romano Pontifice, in qua cum damnantur Priscillianistarum errores, hæc capite primo ponuntur: Primo itaque capitulo demonstratur, quàm impiè sentiant de Trinitate diuina, qui & Patris & Filij & Spiritus sancti vnam atque eandem asserunt esse personam, tamquam idem Deus nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus sanctus nominetur: nec alius sit qui genuit, alius qui genitus est, alius qui de vtroque processit, &c.] Vides ne quanti ponderis fuerint æstimata verba Romani Pontificis, vt quæ ille dixerit ad fidem spectantia, mox vt sacrum diuinitus allatum oraculum à generali Episcoporum Concilio illata in Symbolum fuerint?

DE SYMBOLO ADDITAMENTO.

Leo epist. 93. c. 27.

Cum hæc igitur verba semel auctoritate Leonis Papæ ab Hispanis Episcopis addita fuerint Symbolo ad confutandos hæreticos Priscillianistas: eidem semper in hæserunt, atque pertransierunt ad Vuisigothos fidem Catholicam profitètes, qui & Iudæos ad Christianam fidem venientes, sub eiusdem Symboli confessione esse recipiendos, suis legibus sancierunt: nam ibi: CREDO ET IN SPIRITVM SANCTVM DOMINVM ET VVIFICANTEM, EX PATRE ET FILIO PROCEDENTEM. itidem in alijs Toletanis Concilijs sub Gothorum Regibus celebratis, nempe quarto, octauo, vndecimo, duodecimo, & decimotertio: quæ etiam verba in Symbolum apud Francos sunt accepta, tenaciusque retenta, vt apparet ex Symbolo fidei sub Carolo Magno in Arclateni Synodo recitato.

Legum Vuisigoth. lib. 12. c. 11. pag. 136. apud Isidor.

Quàm felicissimè quidem verba illa in Symbolum non absque Dei nutu illata fuerunt: siquidem sub eiusdem Symboli ita aucti confessione facta est magna ad Christianam religionem accessio: etenim & Gothi, & Vuisigothi, aliæque barbaræ nationes, quæ Hispanias occuparunt, atque longo tempore possederunt, ex Arianis sub eius Symboli confessione Catholici facti sunt; & Franci sibi Gallias vendicantes, sub eiusdem Symboli confessione rediit Christiani: Contra verò omnium gentium infelicissimi Orientales schismatici, ex quo eiusdem Symboli additamentum penitus respuerunt, sub Turcico iugo acerbissima seruitute

CHRISTI
447.

LEONIS PAP.
8.

THEODOSII 40.
VALENTIN. 23. IMPP.

feruitute premuntur; atque ecclesiis, bonis, ac liberis spoliati, assidue incassum gemunt. Porro non Leonis id fuit nouum inuentum, sed prædecessorum traditio: nam Damasus hæc ait: Spiritus sanctus non est Patris tantummodo, aut Filij tantummodo Spiritus: scriptum est enim: Si quis dilexerit mundum, nõ est Spiritus Patris in illo. Item scriptum est: Qui autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Nominato itaque Patre & Filio, intelligitur Spiritus sanctus, de quo Filius in Euangelio dicit: Quia Spiritus sanctus à Patre procedit, & de meo accipiet, & annuntiabit vobis.] hæc Damasus.

Sed illud in his considerandum etiam, quod etsi in Hispanos, Gothos, & Francos eiusmodi ad Symbolum additamentum ex primario fonte, ab ipsa nimirum Apostolica sede, id prædicante (vt vidimus) Magno Leone suis ad Turibium datis litteris, fuerit deriuatum, & in barbaras etiam nationes feliciter propagatum: tamen ipsa Romana Ecclesia antiquitatis tenacissima, etsi idem cum ipsis credidit atque docuit, quod antea illis iam prædicarat: diuinitimè tamen cunctata est in Symbolum fidei verba illa inferre. Et quid mirum: cum etsi ipso Nicæno Symbolo per Catholicum Orbem vbique vulgato, atque in omnibus Ecclesiis decantato, & vsu recepto: sola tamen Romana Ecclesia in baptisimi & aliorum sacrorum ritibus, vbi fidei cõfessio adhiberi soleret, non aliud Symbolum, quàm antiquum illud Apostolicum adhibere consueuerit; quod Ruffinus testatur in expositione Symboli, nosque superius suo loco pluribus diximus.

Hac itaque ratione, licet importunè atque sollicitè agente Carolo Magno Imperatore apud Leonem Tertium Romanum Pontificem, vt ea verba Symbolo adderentur, idem id facere penitus recusauit; immo ad perpetuam antiquitatis memoriam, ne quibuslibet liberum esset sacrosancto Symbolo aliquid addere, illud ipsum absque eo additamento in argentea tabula exaratum voluit in altari post corpus sancti Pauli perpetuo custodiri, vt suo loco de his pluribus dicturi sumus. Accidit verò postea, vt ad euitandum schisma, ne ea quæ à Romana Ecclesia accepta Hispani, Franci, & alij omnes Boreales populi prædicarent, ipsa Romana Ecclesia respuere videretur, perinde ac si antè prædicatæ doctrinæ & aliis tradita esset præuaricatrix, & confiteri publica confessione renueret, quæ aliis ad conuincendas hæreses, & detegendos ac confutandos hæreticos, atque probandos Catholicos tantus Antistes tot ante sæcula Hispaniarum Episcopis tradidisset: tandem placuerit Benedicto Septimo huius nominis Romano Pontifici idem Symbolum cum eo additamento Romæ in Ecclesia cani; id exposcente Henrico Imperatore, de quo ista Berno

Abbas Augiensis: Cùm Romanorum presbyteri ab Henrico Imperatore interrogarentur, cur non post Euangelium (vt in alijs Ecclesijs fiebat) Symbolum canerent? Me (ait ipse) assistente, audiui eos eiusmodi responsum reddere, videlicet, quod Romana Ecclesia non fuisset aliquando vlla hæreseos fæce infecta, sed secundum sancti Petri doctrinam in soliditate Catholica fidei permaneret inconcussa: & ideo magis his necessarium esse illud Symbolum sæpius canendo frequentare, qui aliquando vlla hæresi potuerunt maculari. At Imperator domno Benedicto persuasit, vt ad publicam Missam illud decantarent.] hæc ipse. Atque ita quidem vbi in Ecclesia canendum semel Symbolum Romæ susceptum est, ne diuersitas esset in verbis, quorum vna eademque erat in fide sententia, non aliud cani cœptum est ibi Symbolum, quàm quod aliæ omnes Occidentales Ecclesiæ hætenus occinere consueuerunt. At de his modò hætenus: suis enim locis hæc locupletius tractabuntur, quæ hinc modò obiter attingisse satis, occasione Hispanorum Conciliorum iussu sancti Leonis per Turibium indistorum. Multa præterea hic addenda de Turibio essent, vt inter alia de libris quos aduersus Priscillianum edidit, dicauitque eidem sancto Leoni Papæ; vt testatur Montanus scribens ad Turibium Episcopum Valentinum: sed hæc satis. constat denique ipsum reddidisse in omnibus Apostolicum virum: qui instar Apostoli, bonum certamen certauit, cursum consummauit, accepitque promeritam iustitiæ coronam: cuius rei gratia Catholica Ecclesia anniuersaria diei natalis memoria quotannis eius triumphum prosequi solet decimo sexto Kalendas Maij.

Hoc item anno ad Ianuarium, siue Iulianum Aquileiensem Episcopum S. Leo epistolam dedit de recipiendis hæreticis penitentibus absque spe ad superiorem gradum promotionis: Magno (inquiens) habeant beneficio, si adempta sibi spe promotionis, in quo inueniuntur ordine, stabilitate perpetua permaneant, si tamen iteratæ tinctionis (nempe secundi baptisimi) non fuerint maculati.] hæc sub huius anni Consulibus Leo. Ad Siciliæ Episcopos iis

^a Damasus in Concil. Rom. apud Crescon. collect. b. 1. tom. 2. c. Rom. 8. d. tom. 15.

ROMANI PONTIFICES ANTIQVITATIS TENACISSIMI.

APOSTOLICOVRSEM PER VSA SYMB. ROM. ECCL.

^e Magist. sentent. l. dist. 2.

^f Berno Abb. Augiensis de reb. ad hist. spectantibus. QVANDO CœPTVM SYMBOLVM IN ECCLESIA ROM. CANI.

^g Leo epist. 3.

CHRISTI
447.

LEONIS PAP.
8.

THEODOSII 40.
VALENTIN. 23. IMPP.

A pos iisdem quoque Coss. epistolam dedit, quæ hæc habet in exordio: Diuinis præceptis & Apostolicis monitis incitatur, vt pro omnium Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu, ac quid vsquam reprehensioni inueniatur obnoxium, celeri sollicitudine aut ab ignorantia imperitia, aut à præsumptionis vsurpatione reuocemus, &c. habet nonnulla ad Ecclesiasticorum rituum disciplinam spectantia: vt de baptisimi solemnitate, nempe Paschatis, & Pentecostes, non autem in Domini Epiphania, vt illi sibi faciendum susceperant, ex Africanæ Ecclesiæ vsu, apud quam solenne fuisse baptismum tempore Epiphaniæ, satis indicat Victor. Præcipit demum Leo, vt terni semel in anno ex Sicilia Episcopi Romam se conferrent ad Synodum: nam ad finem epistolæ hæc habet: Quare illud primitus pro custodia concordissimæ vnitatis exegimus, vt quia saluberrimè à sanctis Patribus constitutum est, binos in annis singulis Episcoporum debere esse Conuentus, terni semper ex vobis ad diem tertium Kalendarum Octobrium Romam, fraterno Concilio sociandi, indissimulanter concurrant, &c.] Vides viridem antiquam in Romana Ecclesia obseruantiam, vt ex Episcopis Italiæ bis in anno Concilium cogeretur, in quod tamen non omnes semper & ex omnibus locis conuenirent Episcopi, sed ex remotioribus prouincijs semel tantum terni adessent; cui quidem instituto voluit S. Leo Siculos etiam Episcopos subiacere.

Hoc item anno, qui quartus numeratur ante Chalcedonenſe Concilium, idem S. Leo Papa è sede deposuit Primatem totius Asiæ Bassianum Episcopum Ephesium, eo quod vacantem illam sedem inuasisset, atque seipsum in eam intrusisset. Testatur id quidem Stephanus eius aduersarius in Actione vndecima Concilij Chalcedonenſis, vbi ait: Hodie quatuor anni sunt, & Romanus Episcopus eum deposuit.] scelera verò à Bassiano perpetrata ibi narrantur: Citatur in ea Synodo epistola eiusdem S. Leonis Papæ ea de causa conscripta, quæ penitus excidit. hæc autem ad insinuandum pristinum vsum Ecclesiæ Romanæ Pontificum in deponendis Metropolitanis atque Primatibus in leges Ecclesiasticas delinquentibus, recoluisse volumus.

Hoc eodem anno vetus innouatur querela Gentilium aduersus antiquorum effossos sepulchrorum, quos alijs Imperatorum rescritis vetitos, superius dictum est: Christiani enim, & inter eos potissimum clerici nonnulli, omnis idololatriæ vestigia antiquare atque penitus abolere cupientes, dijs manibus dicatas defunctorum memorias euertere, vbicumque eas reperiret, conabantur. Quoniam verò ipse titulus criminis inuidiosus nimis & odio dignus apparebat, vt quis Fidelium argueretur sepulchrorum effossor: Christiani Imperatores, eiusmodi sancitis legibus, pœnis apposis eos coercere conati sunt; quod inter alios efficacius præstitit Valentinianus Augustus, aduersus sepulchrorum effossos ad Albinum Præfectum Prætorio rescribens octauo Idus Aprilis sub huius anni Consulibus. Qui igitur in Gentilium sepulchra, ad conuellenda quæque superstitionis signa, audacter insurgebant Christiani, vix credi potest quo ferrentur impetu in ipsa deorum simulacra, vt eadem cum reperire liceret, non illis vt doctæ manus operi parcerent, sed brachijs & cruribus fractis, eorum capita, ne vsquam reperiri valerent, in inum alicuius conijcerent parietis fundamentum, vel in alicuius propinquæ altæ foueæ profundum demergerent. Hæc quidem experimento didicerunt rerum antiquarum effossos in Vrbe, frequenti vsu admoniti, mira sagacitate indagare quæque simulacri fracta membra dispersa. Vt persecerasse intelligas in animis Christianorum, maioriq; auctum incremento, quod S. Hieronymus ait: Vbi alibi tanto studio & frequentia, quam Rome, vacua idolorum templa quatiuntur; sed de his satis.

IESV CHRISTI LEONIS PAP. THEODOSII 41. IMPP.
ANNVS ANNVS VALENTIN. 34.
448. 9.

Quadragesimus quadragesimus octauus Domini annus Consulibus Posthumiano atque Zenone signatur: quorum alter Constantinopoli, nempe Zeno, creatus est; alter verò, Posthumianus, scilicet, Romæ electus, dictus iste Rufius Prærexatus Posthumianus, cuius eiusmodi legitur Romæ vetus inscriptio:

^a Leo epist. 4. DE SOLEMNI BAPTISIMIS TEMPORE.

^b Vitz. de persecut. Vitiæ. dal. lib. 2.

^c Leo epist. 4.

^d Bis in anno Romæ congregari Concilium.

^e Nouel. Valentin. de sepulch. tit. 5.

^f Hier. pref. lib. 2. in epist. ad Galat.

* Habet Synodus pag. 706 num. 2. lib. Antiqu. Inscriptio.

RUFIVS. PRAETEXTATVS POSTHVMIANVS. C. V. FILIVS MAGNIFICI. VIRI. MARINIANI PRAEFECTI. PRAETORIO ET CONSVLIS. ORDINARII QVAESTOR. CANDIDATVS PRAETOR. VRBANVS. TRIBVNVS ET. NOTARIVS. PRAETORIANVS PRAEFECTVS. VRBI. SECVNDO CONSVL. ORDINARIVS. QVOS TANTOS. AC. TALES. HONORES PRIMO. AETATIS. SVAE. FLORE PROMERVIT

A

Porrò erasus fuit primus versus in basi, ita tamen vt adhuc legi posset, RUFIVS PRAETEXTATVS: Quod verò non & Posthumiani nomen abolitum sit; inde coniectura ducimur, in odium illius Praetextati Gentilitiae superstitionis Antistitis, de quo superius actum est pluribus, id factum fuisse. Sed de Consulibus haec tenet.

Hoc anno Theodosius Imperator, cum diuersis cladibus illatis à barbaris, atque fame, peste, terramotibus, & penuria exagitari iamdiu videret Imperium; offensi numinis causas rimatus, tum Gentilitiae impietatis homines, tum Nestorij sectatores (vt gratissimè Deo sacrificium) legibus coercendos putauit, vetuitque libros Porphyrij, & contra Cyrilli scripta editos commentarios: insuper & illos qui suspecti essent Nestorianae haereticis, quòd Nestorio antè fuissent, exagitauit, & inter alios Irenaeum illum, qui congregatis Patribus in Concilio Ephesino, pro Nestorio causam agens, maximas molestias intulit: hunc enim ex Comite ordinatum Tyri Episcopum deponi iussit. Porrò quòd Theodosius Imperator dedit hoc anno aduersus haec omnia edictum sic se habet:

Regiam nostram maiestatem decere arbitramur, vt subditorum nostrorum pietati (quoad eius fieri potest) consulamus: Hac enim ratione futurum speramus, vt maiorem quoque Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi fauorem & benevolentiam nobis conciliemus. Cum igitur huic ipsi per omnia placere desideremus, nostrosque subiectos Imperio ad hoc ipsum subinde incitemus: decreuimus, vt quaecumque Porphyrius propria impulsus infania contra piam religionem Christianam conscripserit, apud quemcumque tandem ea comperta fuerint, quamprimum concrementur. Siquidem omnia illa scripta, quae diuinam in nos iram prouocant, piosque animos offendunt, ea ne audiri quidem volumus.

Decernimus etiam, quicumque Nestorij impiam fidem æmulantur, nefariamque eiusdem doctrinam quouis modo sectantur: si quidem Episcopi aut clerici fuerint, ex sanctis Ecclesijs confestim expellantur; si verò laici, anathematis vinculo (ab Episcopis scilicet suis) constringantur, prout iam quoque à nostra maiestate cautum est. Omnibus praeterea Orthodoxis volentibus, piamque hanc nostram sanctionem sectantibus, potestatem facimus, vt huiusmodi homines liberè citra vllam cuiuscumque detrimenti formidinem deferant, publiceque redarguant.

Quoniam verò accepimus, doctrinas quasdam nescio quomodo dubias, Orthodoxaeque fidei à sanctis Patribus Nicææ & Ephesi congregatis editae nequaquam consentientes, & pia memoriae Cyrilli Alexandrinorum quondam Episcopi expositioni repugnantes conscripserit & euulgasse: mandamus, vt huiusmodi scripta, vel libri, qui certissimam habenti vel legenti perniciem afferunt, apud quemcumque laruerint, incendantur: neque volumus vt quisquam in posterum aliquid circa fidem apud Nicæam & Ephesum ciuitates expositam aut differat, aut exponat. Qui verò hoc sacrosanctum nostrum decretum violauerint, non dubitent eandem seise poenam incursum, quam contra impiam Nestorij fidem dudum decreuimus.

Vt autem omnibus & singulis certò constet, quantopere maiestas nostra impiae Nestorij fidei æmulos detestetur: statuimus, vt Irenæus, qui hac de causa nostram indignationem nuper incurrit, & postea nescio quomodo post secundas nuptias (sicut accepimus) contra Apostolorum canonem Tyriorum Episcopus est creatus, à sancta Tyriorum Ecclesia statim expellatur, ornatumque & nomine sacerdotij penitus exutus, priuatus in patrio tantum

THEODOSIUS OFFENSUM NVMEN PLACAT.

* Apud Acta Concil. Ephes. edit. Pet. 10. s. c. 19.

PORPHYRII LIBRI VBI SUNT.

NESTORIANI EXAGITANTVR.

SCRIPTA CONTRA CYRILLV M DAMNATA.

IRENAEVS TYRI EPISCOPVS DE-PONITVR.

A tantum solo viuere permittatur. Magnificentia tua nostrae pietatis scopum assecuta, curet haec obseruari, & primo quoque tempore peracta reddi.] haec tenet Theodosij rescriptum hoc anno datum, vt signis certissimis apparet, nempe ex his quae habentur in mandato Praesidum prouinciarum post acceptum rescriptum publicè proposito, quod sic se habet:

Piissimus Imperator noster, non ignarus legum, iustaeque politicae firmamentum Orthodoxam religionem esse, peculiari edicto omnem impietatis occasionem praescidit; eos quidem qui ea laborant, moderata castigatione sanans; ceteris verò omnem honestae vitae rationem ostendens. Qualia ergo aduersus libros Porphyrij, quos ille contra sanctam Christianam religionem conscripserat; necnon contra illos, qui nefariam Nestorij doctrinam scriptis propagant, decreuerit: & quo rursus pacto nullum fidei dogma vitium vllam obtinere voluerit, nisi illud vnum quod à sanctissimis piissimisque Episcopis, qui quorundam in ciuitate Nicæa, & postea in Ephesina vnà cum venerandae memoriae Cyrillo contenerunt, editum & receptum est: Et qua tandem ratione Irenaeum, qui Tyriorum ciuitatis Episcopus extitit, exauctoratum velit: id ex praedicta sanctione Graeco sermone posita clarè diserteque cognoscetis, ne quis ignoracionem in posterum praetextat. Decet proinde omni diligentia istae obseruare, cominationemque ac indignacionem regis litteris insertam vsque ob oculos habere. Lecta sunt haec in ecclesia Solitariorum, vigesimatertia Pharmuti, hoc est Aprilis, Indictione quarta, anno Diocletiani centesimo sexagesimo quarto.] haec tenet ibi Praesidum mandatum, quod ex Diocletiani annorum numero esse datum hoc anno, satis liquet, quod & ex epistola Theodoretici manifestius fiet.

Antequam verò ista promulgarentur, quae acceperat ex amicorum litteris Domnus Episcopus Antiochenus Theodoretum Cyri Episcopum reddidit certiore. Quid autè, cum haec de Irenæo Domni litteris praesensisset Theodoretus, qui vnà cum aliis eundem ordinauerat Irenaeum, ad ipsum Dominum rescripserit, ipsae declarant, quae tunc ab eo ad ipsum sunt redditae, litterae istis verbis:

Cum tuas legissem litteras, beatissimae illius Susannae sum recordatus, quae nefarios illos homines cum vidisset, & omnium Deum adesse crederet, mirabilem illam edidit vocem: Vndique mihi sunt angustiae. Elegit tamen potius incidere in calumniatorum insidias, quam iustum iudicem contemnere. Et nunc, domine, duo nobis proponuntur (hoc autem saepius diximus) vel Deum offendere, & conscientiam laedere; vel incidere in iniusta hominum decreta. Ego autem puto haec omnia ignorare piissimum Imperatorem. Quid enim prohibuisset illum scribere, & ordinationem fieri praecipere, si re vera hoc illi placuisset? Cur verò extra minantur quidem, verentur tamen, vel terrae faciunt, litteras verò aperte id praecipientes non mittunt? Duorum enim alterum necessariò sequitur, vel non adducitur vt scribat piissimus Imperator; vel procurant vt nos in aliquo delinquamus, & deinde delicti à nobis poenas accipere possint. Proponitur enim nobis exemplum beati Principij: ibi enim cum litteris praecipissent, poenas tamen postulabant ab eo qui illis paruerat: quae verò ego legi eo die quo lecticiarius aduenit, his contraria sunt. Sanctus enim quidam monachus illustri ad quemdam scripsit, quòd litteras accepit à magnificentissimo Spatario, & à gloriosissimo Exmagistro, quibus significabatur, quòd res Deo dilectissimi domini Episcopi Irenæi bene se habiturae essent: & pro hac diligentia & labore mercedem & retributionem petebant, vt Deo pro se preces effunderent.

Ego igitur puto oportere scribere ad eos qui scripserunt clericos regiae urbis, quod ego calculo & sententia piissimorum Episcoporum adductus, piissimum Irenaeum Episcopum ordinavi, cum eius zelum & magnanimitatem & alias eius virtutes rectè scirem, & praeter haec, dogmatum rectitudinem. Numquam enim scimus renuisse aliquando sanctam Virginem Deiparam appellare, vel aliud aliquid contrarium sentire Euangelicis dogmatibus. Quod verò ad bigamiam pertinet, nostros maiores secutus sum: Beatae enim & pia memoriae Alexander (ante Theodotum hic fuit Antiochenus Episcopus) qui Apostolicam hanc sedem rexit, cum beatissimo Acacio Bercoensi Episcopo beatae memoriae Diogenem ordinavit bigamum existentem, similiter etiam beatus Praxillus (hic fuit Hierosolymorum post Ioannem Episcopus) Dominum Caesareae Episcopum bigamum. Consuetudinem itaque secuti sumus, & homines insignes, tum doctrina, tum vita celebres. Multa etiam alia huiusmodi beatae memoriae Proclus Constantinopolitanus Episcopus edoctus, & ipse ordinationem suscepit, & laudauit, & litteras eas approbauit. Ita etiam Ponticae prouinciae qui praesunt Primates & praestantiores sunt piissimi Episcopi, & omnes Palaestini: nec vlla dubitatio

* Apud Concil. Ephesin. edit. Pet. tom. 1. cap. 20. PRAESIDIUM MANDATVM.

* secunda

Theodor. epist. 110.

EPISTOLA THEODORETI AD DOMNVM DECAVSA IRENAEI.

* Principis

BIGAMI SAEPÈ ORDINATI EPISCOPI.

bitatio aut controuersia de hoc orta est: Et impium ducimus, hominem condemnare, qui multis & varijs rebus optime gestis est exornatus. Hac & his similia, mea quidem sententia, scribere oportet. Si vero aliud quippiam tua sanctitas expedire putauerit, illud fiat. Ego enim cum vnam (vt putant) pœnam & condemnationem acceperim, & subierim, præsto sum diuina ope aliam etiam subire: & si velint, tertiam & quartam, diuina votis operam ferente gratia, omnes æquo animo feremus, Dominum laudantes. Si vero tuæ probatur pietati, videamus quid nobis à Palæstina rescribatur, & cum quid agendum sit, diligenter perpenderimus, ita Constantinopolim scribemus.] hæc Theodoretus ad Domnum Episcopum Antiochenum.

*Theodor. ep. 12. c. 16. THEODORETI PRÆSENTIS TEMPORIS STATVS.

Summam quidem intercessisse inter Theodoretum & Irenæum amicitia necessitudinem, duæ quæ extant ad ipsum datæ eius epistolæ docent, quarum posteriorem ordine positam, scriptam priorem esse constat, cum ambo Nestorio fauerent, & Theodori Mopsuesteni essent mirifici laudatores, atque scriptorum ipsius defensores. Ceterum quod ad præsentem causam spectat, ordinati scilicet ab eo Irenæi bigami: profuisse videtur eiusmodi ab ipso parata excusatio: nulla enim posthac fuit de his querela, sed tantum quod suspectus magis magisque redditus esset ob scripta ipsius aduersus Cyrillum, & consuetudinem cum Irenæo & alijs huiusmodi, quæ adhuc ipsum perseuerare fautorem Nestoriani erroris arguebant, cum iam accusatus esset, quod & pro ipso firmando frequens in Synodis fuisset: quam ob causam & Antiochia recedere iussus esset; mandatum quoque Imperatoris accepisset, ne è suæ ciuitatis finibus penitus recederet, sed ibi relegatus absque aliorum collegarum consortio vitam ageret. Cum iste esset Theodoreti in præsentiarum status, pluribus ipse epistolis ad diuersos Constantinopolim datis conquestus est, & inter alias illa hoc ipso anno, qui numeratur vigesimus quintus eius Episcopatus, scripta ad Nomum Consullem, sed potius Consularem, seu Exconsulem, quem gessisse Consulatum vidimus anno Christi quadringentesimo quadagesimo quinto. Prætermisissis igitur alijs, hanc vnam tibi reddemus, qua ipse totam vitam suam, & res ab se in Episcopatu gestas breui compendio narrat: est autem huiusmodi b:

*Theodor. epist. 11. THEODORETI EPISTOLA AD NOMVM CONSVLAREM DE REBUS SVIS.

Breui quidem dici spatio tua potitus sum magnificencia, cum me necessitas vi te exoptato priuauerit: speravi tamen paruam illam consuetudinem incitamentum & fauillam futuram benevolentia & vehementioris amoris. à spe tamen sum frustratus: cum enim semel & iterum scripserim, litteras nondum accepi, & Imperatoris decreto Cyrensiurum regionis terminos prætereire prohibeor. Nulla verò alia causa huius damnationis videtur, præter quam quod Synodos Episcoporum congrego. & licet neque accusatio ostenderetur, neque actor appareret, neque reus conuictus: decretum tamen editum fuit. Noui quidem quæ leguntur de Festo: hic autem Præfès erat Romanorum, cui Iudæorum administratio commissa fuerat: à quo Iudæi cum petijissent diuini Pauli damnationem, aperte ipse respondit: Non est Romanis consuetudo, damnare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur, præsentem habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina quæ ei obijciuntur. Et hæc quidem dicebat homo qui Christo non credebat, sed idolorum errori seruebat. Ego verò neque interrogatus, an Synodos congregem, nec ne; & quorum causa congregem; & quid mali afferam vel rebus Ecclesiæ, vel publicis; ac si in maximis deliquissem, ab alijs arceor ciuitatibus. Quinimmo alijs quidem omnibus omnis aperta est ciuitas, non solum Arii & Eunomij sectatoribus, sed & Manichæis, & Marcionistis, & illis qui Valentini & Montani morbo laborant, necnon & Ethnicis, & Iudæis: Ego verò, qui pro dogmatibus Euangelicis pugno, ab omni excludor ciuitate.

THEODORETI CONSULARIUM CALVMNIAS.

Sed inquiet aliqui, contraria nos sentire & à vera fide aliena. Fiat igitur Concilium, ad sint pijsissimi Episcopi, qui iudicare norunt, ad sint & magistratus, & qui in dignitate sunt constituti, qui res diuinas sunt edocti. Dicamus aperte quæ sentimus: dicant & Iudices quænam Apostolorum doctrinae sunt consona. Sed age hæc scripsi, non quia maximam ciuitatem videre cupio, neque ad aliam migrare exopto. Gaudeo enim re vera magis quiete illorum qui in monastico habitu vitam ducunt, quam illis inuideo qui Ecclesias gubernare volunt. Nouerit enim tua celsitudo, quod neque tempore beatissimæ & sanctæ memorie Theodori, neque beatæ memorie Ioannis, neque tempore sanctissimi Episcopi Domni libenter Antiochiam accedebam; sed quinquies & sexies vocatus, vix obtemperabam; obediabam verò, vt Ecclesiastico canonis parerem, qui periclitari præcipit eum, qui dum vocatur ad Synodum, accedere minime voluerit. Quando verò accessimus, quidnam

A nam fecimus eorum quæ Deo displicent: Quod talem & talem, qui ausi sunt iniquitates silentio dignas patrare, à sacro cœtu segregauimus? Quod eos qui laudantur, & vita celebri sunt, sacerdotij ordinatione decorauimus? Quod populis Euangelicam doctrinam obtulimus? Si hæc sunt accusatione & damnatione digna, etiam maiores pro his pœnas libenter suscipiemus.

VITAE THEODORETI COMPENDIUM.

Illud quidem adiciam (quandoquidem calumniatores hæc dicere me cogunt) quod ante conceptionem genitores me offerre Deo polliciti sunt, & ab incunabulis iuxta suas promissiones me Deo dicarunt, & tali cibo me educauerunt. In monasterio verò, quouique Episcopus factus sum, commoratus cum essem, inuitus Episcopus sum ordinatus. Viginti quinque iam egi annos, nec à quoquam accusatus, nec alium accusaui; nec eorum aliquis qui mihi subiiciuntur religiosissimi clerici, tot annis, ne obolum quidem in tribunali mihi oblatum conquestus est; neque vestem à quoquam accepi: panem vnum vel ouum nullis meorum domesticorum accepi aliquando. Præter laceras hæc vestes, quibus vestior, nihil possidere volui. Publicos porticus in vestibulis ecclesiarum ædificauit. Pontes duos magnos extruxi. Balnearum publicorum gessi curam. Cum ciuitatem reperissem quæ mihi me à defluente flumine aquabatur, aquæ ductus parauit, & ciuitatem aqua carentem, aquis repleui. Vicos octo Marcionis hæretici laborantes vnâ cum vicinis locis ad veritatis agnitionem libenti animo duxi. Alium præterea vicum Eunomianorum plenum, & alium Arianorum, ad lucem veritatis accedere procurauit. Et diuina ope, ne vnum quidem apud nos extat hæreticorum zizanium, aut germen. Nec ista sine periculis feci, sed sanguinem sæpè effudi meum; sæpè etiam ab ipsis lapidatus fui; & sæpè ad inferorum etiam portas mortis perueni.

OPERA DIIGNA SACRO EPISCOPO.

C Sed iam insipiens factus sum, dum gloriari hæc autem ex necessitate, non ex animo à me dicta sunt. Hoc etiam beatissimus Paulus facere coactus est aliquando, vt accusatorum & calumniatorum obstrueret ora. Et gaudeo dedecore apparente, quinimmo summum honorem illud habeo. Audio enim Apostolicam vocem dicentem: Omnes qui pie volunt viuere in Christo, persecutiones patientur. Vestram autem magnificentiam oro, vt rerum Ecclesiasticarum curam gerat, & insurgentem tempestatem placet. Re vera enim neque in ipso dissensionis initio tanta confusio Ecclesiam occupauit. Nullus vos docet de periculis magnitudine: nullus Christianorum querelas vobis significat, & sanctissimorum monachorum qui apud nos sunt lamentationes. quæ de causa longiore vsus sum oratione, vt cum cognouerit vestra magnificentia Ecclesiarum tempestatem, illam quiescere faciat: & magnum lucrum inde consequetur.] hæc tamen Theodoretus ad Nomum Exconsulem.

*2. Cor. 11. 12.

*2. Tim. 3. THEODORETI BENECONSULI ECCLESIAE

D Quod autè ad Cyrum ciuitatem à Theodoreto nobilitatâ spectat: eandem iterum à barbaris excisam, à Iustiniano Imperatore restituta constat. Sed nõ prætereant, quod ad Ecclesiasticarum rerum antiquarum cognitione de eadem ciuitate æquè pertinere certum est, ista mirum de eius origine à Procopio scribi, cum de eius restitutione à Iustiniano Imperatore facta meminit: Erat (inquirit) in Syria oppidulum vehementer neglectum, Cyrus nomine, à Iudæis olim extructum. Nam Iudæi ex Palæstina à Medorum exercitu in Assyriam captiui abducti, & longo post tempore à Cyro dimissi, vt qualemcumque gratiam benefactori referrent, locum illum Cyrum appellarunt. Iustinianus Rex partim Reipublicæ commodis prospiciens, partim colens sanctos Cosmum & Damianum, quorum corpora propè vsque ad mea tempora requiescunt, Cyrum vrbe felicem reddidit muri securitate, præsidiorum multitudine & magnitudine publicorum ædificiorum.] at de Cyri Regis nobili monumento, quem oracula diuina commendant, hæc satis. Sed ad Theodoretum redeamus. Scripsit & ad diuersos alios magistratus Constantinopoli & alibi agentes eodem argumento litteras, quas (vt dictum est) ex codice Vaticano Latinitati donandas impensè curauimus. Porrò hic annus, vigesimus quintus eius Episcopatus, cuius in dicta epistola meminit, numeratur, vt intelligas ipsam hoc anno datam.

*Procop. de edific. Iustinian. Imp. orat. 2. in fine

*Isai. 45.

Inter alias autem scripsit per legatos à Domno Episcopo Antiocheno Constantinopolim missos epistolam ad Flavianum Constantinopolitanum Antifitem, qua etiam rectam fidei confessionem profiteretur: aliam insuper ad eundem Flavianum dedit, qua conqueritur de Dioscuro Episcopo Alexandrino iam inimico ipsi detecto, atque inuultè sibi ius super Ecclesiam Antiochenam vendicante: cuius occasione (quod notatu dignum est) mentionem habet canonis Concilij Constantinopolitani œcumenici, verbis istis: Tuam præterea sanctitatem rogamus, vt fidem, in quam bellum motum est, protegat, & sacros canones

*Theodor. epist. 104. *Theodor. epist. 86. DIOSCORVS VSURPARE CONATVR IVRA ECCLESIAE ANTIQVARI

conculcatis tueatur. In illa enim regia vrbe cum conuenissent beatissimi Patres, consona A
 us quæ in Nicæa statuta sunt à sanctis Patribus ibi congregatis, statuerunt, & diœceses di-
 stinxerunt, & vnicuique diœcesi, quæ ipsi conueniebant, tribuerunt, ne aliam diœcesim quis
 inuaderet, sed Alexandriæ Episcopus ea quæ ad Aegyptum pertinent tantum gubernaret,
 & vnaquæque diœcesis res proprias, & quæ ad ipsam spectant: Hic verò istis definitionibus
 & decretis stare minimè vult, sed beati Marci sedem sursum ac deorsum agit, præsertim
 cum aperte nouerit, quòd Antiochenum magna ciuitas magni illius Petri thronum obti-
 net, qui beati Marci magister fuit, & Apostolorum chori primus ac princeps.]

Hæc habet Theodoretus in Dioscorum, super Episcopos Syriae ius sibi usurpantem:
 quæ volumus recensuisse ad confirmationem eorum quæ à nobis superius dicta sunt de
 canone Constantinopolitani Concilij diœcesum limites præscribente. Ceterum haud leue
 esse poterat Theodoretum illud argumentum de iuribus Ecclesiæ Antiochenæ: cum ea ex B
 parte non subiicienda tantum, sed præferenda videretur Ecclesiæ Alexandrinæ: nam &
 Innocentius Papa scribens ad Alexandrum Antiochenum Episcopum, de eiusdem sedis
 prærogatiuis hæc habet: Antiochiæ nomen accepit religio Christiana, atque conuentum
 Apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit: quæque vrbs Romæ sedem non cederet,
 nisi quòd illa in transitu meruit, ista susceptum apud se, consummatumque gaudet.] hæc In-
 nocentius: ex quibus vides amplitudinem sedis Antiochenæ, nulla alia quidem ratione
 subdendæ sedis Alexandrinæ, nisi quòd ita primum Petro per Marcum eam erigenti visum
 fuerit. Sed intueri Dioscori primos huiusmodi mentis elatæ motus, obserua hominis fa-
 ctum, dum sibi subiicere sedem Antiochenam aggreditur. Porro (vt est in Psalmo *) super-
 bia eius ascendit semper.

SEDIS AN-
 TIOCHEN-
 NAE AM-
 PLITUDO.

*Psalm. 73.

QVA OCCA-
 SIONE OB-
 ORTA NOVA
 HAERESIS
 EUTYCHETI-
 CIS.

Sed quid inter hæc funestum accidit? Dum in desolationem Nestorianæ hæresis Catho- C
 lici impelluntur; planè contigit, vt vnus ex illis rapido cursu terminum imponere, & sibi
 citra terminum prolabenti habenas iniicere nescius, improvidè ferretur in hostes; dumque
 pugnat aduersus Ecclesiæ peruelles, ipse infeliciter nouus veritatis Catholicæ impugna-
 tor insurgeret. Euenit id quidem deploratissimo Eutychemi monachorum Constantinopoli
 agentium Patri, illorum inquam, qui tempore Ephesini Concilij aduersus Nestorianos cete-
 ris præstantius dimicarent. Cum igitur summo odio in Nestorij hæresim iste ferretur, eò
 profilit, vt non duas tantum esse in Christo personas omnino ex Catholicæ fidei præscripto
 negaret, sed etiam nec duas in Christo naturas vellet asserere; eosque Nestoriano laborare
 morbo putaret, qui duas confiterentur in Christo distinctas & inconiunctas esse natu-
 ras. Est quidem de Eutychemi laboribus aduersus Nestorium eiusque sectatores indefes-
 so studio exantlatis magna laus in Actione quarta Synodi Constantinopoli ante Chalcedo- D
 nense Concilium celebratæ: quod ipsum de eo item prædicat S. Leo Romanus Pontifex in
 breui hac epistola sub huius anni Consulibus ad ipsum data^b post acceptas ab eo litteras de
 inualefcente Nestorianorum hæresi: cum primum interpellauit Ecclesiam, remedium
 quærens aduersus fidem Catholicam perturbantes:

^b Leo epist. 6.

S. LEONIS
 EPISTOLA
 AD EUTY-
 CHETEM.

Dilectissimo filio Eutychemi presbytero Leo Episcopus.
 Ad notitiam nostram tuæ dilectionis epistola retulisti, quod Nestoriana hæresis quo-
 rumdam rursus studiis pullularet. Sollicitudinem tuam hac ex parte nobis placuisse scripsi-
 mus; quoniam index animi tui est sermo, quem sumpsimus. Vnde non ambigimus aucto-
 rem Catholicæ fidei Dominum tibi in omnibus affuturum. Nos autem cum plenius, quo-
 rum hoc improbitate fiat, potuerimus agnoscere: necesse est auxiliante Domino, provide-
 re, quatenus nefandum virus, dudumque damnatum radicitus possit extingui. Dat. Kal. E
 Iunij, Posthumiano & Zenone viris clarissimis Conf.] Porro quos Nestorianæ hæresis Euty-
 ches fugillauit, Catholicos fuisse, qui in Christo duas prædicabant naturas inter se distin-
 ctas & indiuisas absque confusione coniunctas, exitus demonstrauit. Cæterum cum inter
 hæc quidam susurri huius Eutychemianæ impietatis per Orientis Ecclesias spargerentur, li-
 cet auctor hæresis nesciretur: Theodoretus hæc accipiens per Basilium Seleuciæ Episco-
 pum, qui hoc anno vocatus à Flauiano ad Synodum conuenerat Constantinopolim, ad
 eundem ista rescripsit:

*Theodor.
 epist. 55.
 *1 Cor. 13.
 THEODO-
 RET. AD BA-
 SILIUM DE
 NOVA HAER-
 ESSI.

Omnium bonorum summam & apicem charitatem diuinus appellauit Paulus^d, & hac
 nutriti fidei alumnos præcepit. Hac ditata tua pietas, quæ oportebat narrauit, & intuenta
 significauit: quid enim iucundius his qui Dominum timent, rectorum dogmatum sanitate
 & concordantia atque conuenientia? Certò igitur scito, Deo dilectissime, quòd valde lætari
 sumus,

A sumus, cum ea didicerimus de communi amico: Et quanto antea dolore offensi sumus,
 cum audiremus, quòd vnã esse carnem & Deitatis naturam assereret, & quòd apertis verbis
 & perfricta fronte impassibili Diuinitati Dominicam passionem adscribit: ita lætari sumus
 sanctitatis tuæ litteris, cum acceperimus, quod integras custodit naturarum proprietates,
 & neque Deum Verbum in carnem conuersum ait, neque carnem in Diuinitatis naturam
 mutatam: sed in vno Filio Domino nostro Iesu Christo, qui homo factus est Deus Verbum,
 inconsumas remansisse dicit vtriusque naturarum proprietates. Et vniuersorū Deum lauda-
 uimus pro conuenientia sanctæ fidei: & ad vtramque Ciliciam scripsimus, licet aperte non
 sciremus si qui sunt qui contraria sentiunt veritati: & hortati sumus Deo dilectissimos
 Episcopos, vestigare & videre, si quidem aliqui sint, qui in duos diuidant vnum Dominum
 Iesum: Christum, vel admonendo eos corrigere & emendare, vel è fratrum consortio illos
 B segregare. Re vera enim similiter illos auersamus, qui vnã naturam carnis & Deitatis di-
 cere audent, & eos qui in duos Filios diuidunt vnum Dominum nostrum Iesum Christum,
 & Apostolorum fines transgredi aggrediuntur.

Quòd verò ad pacem faciliè conuertimur, tua beatitudo confidenter id sibi persuadeat.
 Si enim Propheta dicit^a: Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: multo magis nos
 eam, quæ secundum Deum est, apertis vlnis pacem amplectimur. Quoniam verò nonnul-
 li & Alexandriam occurrerunt eorum qui in mendacijs sunt enutriti & educati, & calum-
 nias aduersus nos construxerunt, & huiusmodi verbis seductus Deo dilectissimus eius ci-
 uitatis Episcopus, quamuis illi nostris litteris satisfacere conati sumus, quemdam piissi-
 morum Episcoporum ad regiam misit vrbe: dignetur pietas tua, quæ tua sit humanitas
 (vt soles) res gestas nobis indicare, & contra mendacium accuratè veritatem statuere, &
 C confirmare, & veritati contra mendacium opem ferre.] hætenus ad Basilium Seleuciæ
 magni nominis Antistitem Theodoretus. Hæc autem (vt dictum est) transacta sunt, ante-
 quam auctor hæresis ipse Eutyches detegeretur hæreticus: ex quibus plenè satis expressum
 habes Theodoretum quàm rectissimo pede in Euangelium post damnatam Nestorij hære-
 sim esse progressum.

^a Psal. 119.
 DE DIOSCO-
 RO QUERRI-
 TUR THEO-
 DORET.

Quomodo autem hoc anno mense Nouembris detecta est hæresis Eutychemi, iam ag-
 gredimur enarrare. Liberatus Diaconus^b hæc de primordiis eiusdem emergentis hæresis:
 Eutyches Presbyter & Archimandrita, præsidens Constantinopoli celeberrimo monaste-
 rio, virgente satana, prædicabat Dominum nostrum Iesum Christum consubstantialem no-
 bis non esse secundum carnem, sed de celo corpus habuisse. Rursus varians dicebat, ante
 adunationem duas in Christo fuisse naturas, post adunationem vnã factam esse.] secun-
 dum verò priorem sententiam hæc Theodoretus^c de Eutychemi: Quæ iam exaruerat, Va-
 lentinianæ hæresim rursus fecit pullulare. Arius solum animam, Apollinaris solum corpus as-
 sumptum confitebatur: hic autem corpus assumptum esse negabat. Dicebat enim, Deum
 Verbum nihil humanum ex Virgine sumpsisse, sed ipsum immutabiliter conuersum, &
 carnem factum (ridiculis enim eius vtor verbis) solum per Virginem traicisse.] Subdit
 verò Liberatus Diaconus à quonam eius impietas sit detecta:

^b Liberat.
 Diac. c. 11.
 tom. 1. Conc.
 EUTYCHES
 DETEGITUR
 HAERETI-
 CVS.
^c Theodor.
 heret. fabul.
 lib. 4 in fine.

Audiens talia docentem & prædicantem Eusebius Episcopus Dorilæi ciuitatis provin-
 ciæ Phrygiæ Salutaris, cum esset Orthodoxus & purus & amicus, prohibuit eum talia sa-
 pere & docere. Sed pertinaciter Eutychemi audire nolente, retulit Eusebius causam ad Fla-
 uianum Episcopum Constantinopolitanum, qui & ingressus est eius Concilium, quod colle-
 ctum fuerat pro Florentio Sardarum Metropoli aduersus Episcopos sub eo constitutos
 E Ioannem & Cossenium: & data forma de aliquibus causis, eorum libellos obtulit Eusebius
 Flauiano & omni Concilio, coniurans omnes aduenire, & Eutychemem presbyterum, & sub
 eorum præsentia conuinceretur ab eo, hæretica dogmata sapere & docere.] hæc Liberatus.
 sed cum extent ipsa Synodalia Acta, quibus rei gestæ ordo contextitur, nihil est vt eam per
 diuersa fragmenta historiam compingamus. Quomodo igitur ad Episcopale iudicium Euty-
 chemi causa hoc anno perducta sit, ex eisdem Actis accipe, quæ sic se habent:

EUSEBIUS
 EPISC.
 DORILAEI
 AGIT CON-
 TRA EUTY-
 CHETEM.

Consulibus^d Flauio Zenone & Posthumiano viris clarissimis, sub die sexto Id. Nouem. ^e Apud Cœci-
 in Christianissima & regia vrbe Constantinopoli Noua Roma, congregata sancta & magna
 Synodo reperta in prædicta magnificentissima vrbe in Secretario Episcopij, præsentem san-
 ctissimo & beatissimo Archiepiscopo Flauiano. Et recitantibus relationem directam à Flo-
 rentio Episcopo Sardis Metropolis provincie Lydorum aduersus sub se constitutos reue-
 rendissimos Episcopos Ioannem & Cossenium, præsentibus etiam clericis his qui easdem
 relationes

^d Apud Cœci-
 lium Chalced.
 Act. 1. tom. 1.
 Conc.
 ACTA CON-
 CILII CON-
 STANTINOP.

CHRISTI
448.LEONIS PAP.
9.THEODOSII 41.
VALENTIN. 24. IMPP.

relationes detulerunt, & data forma de aliquibus quæ lecta sunt: Exurgens Eusebius reuerendissimus Episcopus Dorilæi, vnus constitutus de confidentibus, libellos obtulit sancto Concilio, coniurans eos relegi & inferri in monumenta Actorum. Instante verò eo sanctissimus Episcopus Flauianus dixit: Susceptus libellus legatur ad cognoscendam causam, quæ in eo continetur.

Sanctissimo ac beatissimo Archiepiscopo Flauiano, & presenti magno & sancto Concilio in hac vrbe regia gloriosissimorum Episcoporum, ab Eusebio Episcopo Dorilæi.

LIBELLVS
EUSEBII
ADVERSVS
EUTYCHETEM.

Optaueram quidem non sic præfocatum sensu, & ebrium cogitatione & excessu mentis rapi Eutychem presbyterum & Archimandritam, vt oblitus quidem timoris Dei, spernens etiam terribile tribunal Christi Saluatoris omnium nostrum, & iustum eius iudicium, & retributionem, qui venturus est iudicare Orbem terræ in æquitate, & reddere vnicuique secundum opera sua: nec vt ita aueret aduersus Saluatorem omnium nostrum Christum blasphemam linguam mouere, & Patres, qui inter sanctos connumerantur, hæreticos nominare, & nos qui eorum sumus fidei sectatores. Quoniam verò non cessat, inolens feratū habens os & infrenem linguam, negans piissimam sanctæ religionis doctrinam, derogans autem & sanctissimis Patribus, & me hæresis accusans, qui numquam hæreticus suspicatus sum, sed e contrario magis semper hæreticis repugnans, & Orthodoxam fidem secundum meas vires defendens, permanens in fide sanctorum Patrum trecentorum decem & octo in Nicæno Concilio congregatorum, & omnibus qui in Ephesia Metropoli à sancta & magna Synodo acta sunt, & his quæ sapuit & exposuit beatissimus Cyrillus Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam Episcopus, & Magnus Athanasius, & Gregorius, & Articus, & Proclus sancti Episcopi: Supplico, & peto vestram sanctitatem minimè despiciere hanc meam supplicationem, sed iubere Eutychem presbyterum & Archimandritam occurrere in sanctum vestrum Concilium, & respondere ijs, quæ à me ingeruntur. Paratus sum enim eum conuincere, & falsò habere Catholicum nomen, & alienum omnino à recta fide. Et coniuuro vos per sanctam consubstantialiam Trinitatem, quæ saluat Christianissimos nostros Imperatores, & per salutem & perseverantiam piissimorum nostrorum Imperatorum Theodosij & Valentiniani perpetuorum Augustorum, prædictum Eutychem iubere occurrere in vestram sanctam Synodum, & satisfacere ijs à me ei obiectis: Quatenus ita conuictò à me, & qui ab eo subuersi sunt, erigantur, & Catholica fides vincens, & nunc appareat omnes mundi terminos circumplexa. Quo proueniente, gratias semper vestræ confitear sanctitati. *Subscriptio.* Eusebius Episcopus Dorilæi sanctæ Dei Ecclesiæ offerens hos libellos meos, subscripsi manu mea.

DETESTA-
TIO BRRO-
RIS EUTY-
CHETIS.

Sanctissimus Flauianus Archiepiscopus dixit: Stupefecerunt quidem nos quæ lecta sunt, Deo quòd talis ingeritur reprehensio reuerendo presbytero & Archimandritæ Eutycheti: Tamen dignetur reuerentia tua conuenire ad eum, & disputare cum eo de recta fide: & si inuenietur pro vero non recta sapere, tunc vocabitur in sanctum Concilium, & aderit sibi. Eusebius reuerendus Episcopus Dorilæi dixit: Ego quidem amicus illius eram prius: Non semel autem, nec secundò, sed sapius conueni ad eum pro hac causa, ex qua læsus est, & locutus sum cum eo, & inueni eum non recta sapere, & monui & docui. Sed instabat dicens ea quæ aliena sunt à nostra fide recta. Et hoc possum ostendere per multos testes, qui presentes fuerunt, & audierunt. Coniuuro igitur vos & iterum per Dominum nostrum Iesum Christum, quatenus destinetis ad eum, vt veniat, & respondeat, & postquam victus à me fuerit, cesset à peruersa doctrina; quia multi ab eo læsi sunt.

EUSEBIVS
RENUIT
CONVENI-
RE EUTY-
CHETEM.

Sanctissimus Episcopus Flauianus dixit: Patiatur nos tua reuerentia, & mox fatigationem sustineat vsque ad monasterium; & quæ concedent, loquatur ei, & quæ ad pacem pertinent; vt non commotio, cursus, & conturbatio creetur sanctis Ecclesijs Christi. Eusebius Episcopus Dorilæi dixit: Impossibile est iam me, postquam perrexi frequenter, & non persuasi, iterum ad eum accedere, & blasphema verba audire. Sed dignetur vestra sanctitas dirigere ad ipsum, vt occurrat: nec enim permitto inexaminarum tantum negotium relinquere. Sancta Synodus dixit: Oportuerat quidem tuam reuerentiam acquiescere suasionibus sanctissimi & beatissimi Archiepiscopi nostri: sed quia persistentem te vidimus, fiat quod postulasti. Nunc ergo primitus è datis libellis fides teneat monumentum ad diligentem agendum examinationem. Ioannes autem religiosissimus presbyter & Defensor simul cum religioso diacono Andrea pergentes ad religiosissimum presbyterum & Archimandritam Eutychem, porrectum aduersus eum libellum ei relegant, & commo-

CITARIIV
SETVR EUTY-
CHETIS.CHRISTI
448.LEONIS PAP.
9.THEODOSII 41.
VALENTIN. 24. IMPP.

A commoneant occurrere ad sanctum Concilium, & sibi adesse: non enim in leui accusatur causa.] hæc quidem eo die: sequenti verò quæ contigerint, in iisdem Actis describuntur: nos eadem compendiosiori interdum sermone, ne fastidium lectori pariant, perstringentes, quæ pertinent ad historiam tantum, in medium afferemus: vt patens fiat, quomodo semel detectus serpens, foraminis captans latebras, publicum congressum vitauit; quod est mendacio natura insitum, cum tamen ipsa veritas gaudeat luce, & reddi omnibus manifesta. Sed quæ sunt subsecuta, narremus.

Sub iisdem Consulibus, pridie Idus Nouembris præsto fuit Synodo Eusebius, & quam semper coluit rectam fidem palam exponit, ex scriptisque Cyrilli ipsam promens, eademque se sapuisse ac sapere profiteretur, simulque ostendit, sanctos & Orthodoxos Patres semper in Christo duas confessos esse naturas in vna eademque coniunctas persona. Quæ quidem, vt sanctæ pieque dicta, ab omnibus qui præsentibus erant, Patribus recepta sunt atque probata, singulis (vt dici solet) candidum calculum porrigentibus. Hæc quidem ea die sunt acta, seruato Ecclesiastici iudicij ordine, quo iubetur, vt accusans aliquem criminis hæresis, ipse se Catholicum esse, publice doceat. Rursum iisdem Consulibus, feria secunda, die decimo quinto mensis Nouembris, idem Eusebius Episcopus Dorilæi prosequens causam contra Eutychem, his verbis sanctam Synodum interpellat: Quartus hodie excessit dies, ex quo vestram interpellavi sanctitatem, postulans Eutychem presbyterum & Archimandritam in sanctam vestram Synodum occurrere, arguendum à me pro eo quòd Orthodoxa dogmata corrupit, & aliter sapit quam credit Ecclesia Catholica. Et peto tunc directos à sanctitate vestra interrogatos dicere, qualia ab eo acceperunt responsa. Flauianus sanctissimus Episcopus dixit: Dicant Notarij qui sunt dudum directi. Notarij dixerunt: Ante hoc vestra iusserat sanctitas religiosissimum presbyterum & Defensorem Ioannem, & reuerendissimū diaconum Andream pergere ad reuerendissimum presbyterum & Archimandritam Eutychem, & vtrique præsto sunt, &c.] Quæ autem transacta sunt inter missos à sancta Synodo & Eutychem, Ioannes ita narravit. Audi insignem viri procaciam.

EUSEBIVS
DORILÆI
VRGET SYN-
ODVM AD-
VERSVS EV-
TYCHETEM.

Cum (inquit) peruenissemus ad eum in monasterium, libellos legimus, & exemplaria ei dedimus, & accusatorem etiam manifestauimus, & vocationem ei denunciavimus, & satisfactionem apud vestram sanctitatem. Ipse autem occurrere quidem & satisfacere penitus abnegavit, dicens, hoc ipsum apud se esse decretum, & definitionem quadam ab initio teneri, vt nusquam alibi egrediatur à sua fraternitate: quodammodo enim tamquam in sepulchro, degere in monasterio. Innotescere autem vestræ sanctitati per nos postulavit, eo quòd reuerendissimus Episcopus Eusebius inimicus ei admodum existens, detractionis & iniuriæ causa hanc accusationem aduersus eum confecerit. Paratum enim se esse asserbat, expositioni sanctorum Patrum, qui in Nicæa & in Epheso congregati sunt, consentire, & subscribere interpretationibus eorum confitebatur. Si verò aliquid contigit eos in aliquibus dictis aut falli, aut errasse, hoc neque reprehendere, neque subscribere; solas enim Scripturas scrutari, tamquam firmiores sanctorum Patrum expositionibus.]

RELATIO
DE EUTY-
CHETIS.

Obserua diligenter, quibus se primò spiris veterinosus serpens, caput obtegens, ne offendantur, inuoluat, dum desciscens à sanctis Patribus, honesto prætextu ad diuinas Scripturas pro-uocat, quod est peculiare omnium hæreticorum, se diuinæ Scripturæ vindices profiteri, eo pulchro velamento impietatem velantes; duplo impij, dum & errant, & ad struendam quam profitentur falsitatem, diuinam Scripturam pro animi voluntate detorquunt. Sed quam nefanda Eutyches istis subiecerit, audi Ioannem: Post incarnationem verò (ait) bar ille) Dei Verbi hoc est, natiuitatem Domini nostri Iesu Christi vnā naturā adorare, & hanc Dei incarnati & inhumanati hominis facti. Et librū aliquem huiusmodi proferens, perlegebat. Adiciebat verò derogationes aduersus se ab aliquibus dictas, quasi quòd dixerit se innoxium ab huiusmodi derogatione esse, ex duabus naturis vnitis secundum substantiam factum esse Dominum nostrum Iesum Christum, neque didicisse in expositionibus sanctorum Patrum, neque suscipere, si contigerit ei ab aliquo tale aliquid legi: quia diuinæ Scripturæ (vt dicebat) meliores sunt Patrum doctrinis. Et hoc dicens, confitebatur perfectū Deum esse & perfectum hominem, qui natus est de Maria Virgine, non habentem consubstantialem nobis carnem. hæc autem mecum colloquens dixit. hæc Ioannes. Eadem etiam locutus est Andreas diaconus, & Basilius Episcopus Seleuciæ, qui præfens fuit, necnon Athanasius. Quibus peractis, & instante eodem Eusebio Episcopo Dorilæi, secundò iussus est Eutyches citari ad Synodum per Mamantem & Theophilū presbyteros: libellus autem citationis fuit huiusmodi: Sancta

CHRISTI
448.LEONIS PAP.
9.THEODOSII 41.
VALENTIN. 24. IMPP.LIBELLVS
CITATIO-
NIS SECVN-
DAR.RELATIO
SECUNDA
DE EUTY-
CHETE.

*intencatum

DE LIBRIS
AB EUTY-
CHETE
SPARSIS.EUTYCHE-
TIS SVB-
TRACTVM.QVOD CVM
EUTYCHE-
TRACTVM.

Sancta & magna Synodus secundum Dei gratiam degens in Christianissima & regia Constantinopoli Noua Roma reuerendo presbytero & Archimandrita Eutychem. Et nunc secunda te ista vocatione vocamus per Mamantem & Theophilum reuerendos presbyteros, ut occurras absque dilatione ad satisfaciendum sancto Concilio, accusatus a Deo amantissimo Episcopo Eusebio, sicut qui aliena a fide sapuisti & sapis, & ad aliquos ex eis locutus es. Veni ergo ad Conuentum, nihil differens, ne ut subterfugiens in faciem conuinci, subiacas diuinarum regularum seueritati: Nec enim rationabilis est satisfactio, dicente te, decreuisse non recedere de monasterio, qui de talibus accusatus es.

Adhuc sedente sancta Synodo, & expectante Mamantem & Theophilum reuerendissimos presbyteros, qui missi fuerant vocare Eutychem reuerendissimum presbyterum & Archimandritam: dum legerentur eius expositiones de fide sanctorum Patrum: exurgens in medio Eusebius Deo amantissimus Episcopus dixit: Nihil intemeratum relinquitur ad eum impie agenti, & aliena a recta fide sapienti: audacter pergite omnia facere. Comperi enim, quia Eutyches presbyter & Archimandrita volumen direxit per monasteria, & ad seditionem excitat monachos. Et quia hoc ipsum ad tutelam Ecclesiasticam sanctae Synodo pertinet inquirere & cognoscere qualia conficit & machinatur, tumultum faciens: postulo hic presentem presbyterum Martyrij (*templi scilicet S. Iohannis Baptista*) qui est in Septimo, dicere, si destinavit volumen, & fecit fieri subscriptiones.] haec locutus Eusebius.

Iussus est post haec a Flauiano presbyter testis accedere: qui roganti Flauiano quis esset, dixit: Presbyter sum in Septimo sub tua sanctitate. Cui Flauianus Episcopus dixit: Audisti quae exposuit reuerendissimus Episcopus Eusebius? Abrahamus dixit: Etiam per vestigia tua.] Obserua hic pristinum more obtestandi Episcopos verbis illis: Per vestigia tua quibus profiterentur, sacrum quiddam esse, etiam ipsa Episcoporum vestigia. His autem Abraham presbyter subdit: Emmanuel presbyter & Archimandrita direxit me ad Asterium presbyterum, haec ei denunciare, quod Eutyches presbyter & Archimandrita direxit ei tomum de fide, & suadebat ei in eo subscribere: & haec mandauit, ut praedictus presbyter Asterius haec vestra suggereret sanctitati.] addit his Eusebius, id ipsum esse factum per alia monasteria, ad quae tomum miserat Eutyches, ut ei subscriberetur. Istae cum audisset Flauianus, misit eum ex Synodo Petrum presbyterum & Patricium diaconum, & rursus ad alia monasteria Rhetorium presbyterum & Eutropium diaconum, Chalcedonem vero Paulum & Iohannem presbyteros ad inquirendum de misso ad eos fidei tomum ab Eutyche.

Inter haec autem qui missi fuerant secundum citare Eutychem, reuersi sunt ad Synodum, & quae gesta essent, nota fecerunt, Mamantem ita praeloquente: Peruenientes ad monasterium Eutychem presbyteri & Archimandrita, reperimus ante ianuas monachos stantes; & ingressi cum eis monasterium, diximus: Nunciate: Loqui enim debemus Archimandrita, directi a sanctissimo Archiepiscopo & praesente Synodo. Et dicebant nobis: Quia dominus Archimandrita aegrotat, & videre eum vos non potestis: quid ergo vobis placet, & pro qua re estis directi, dicite nobis. Nos autem non acquieuiimus, dicentes eis: Quia nos ad illum ipsum sumus directi, & scriptam iussionem habemus & praemanibus tenemus, quae ad eum scripta est a Synodo. Qui ingressi, iterum regressi sunt, & adduxerunt secum Eleusium quemdam monachum, dicentes: Quoniam Archimandrita noster aegrotat, hunc loco sui direxit, ut huic quae sunt mandata dicatis. Nec sic acquieuiimus dicere ei, sed diximus: Si suscipit nos missos a sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo, & a sancta magna Synodo, dicite nobis. Deinde vidimus eos turbatos, & ad alterutrum susurrantes & dicentes aliqua. Et cum non reciperemus responsum, conturbatis eis, eo quod in scriptis esset mandatum, diximus eis: Quid conturbamini? Nihil est durum: quae scripta sunt, non sunt occulta. Sed diximus & nos quid scriptura contineat: Commonuit eum ecce nunc secundum sancta Synodus, quatenus occurrat, & in his in quibus accusatus est a Deo amantissimo Eusebio Episcopo satisfaciatur. Tunc ingressi nunciauerunt, & suscepit nos praedictus reuerendissimus presbyter & Archimandrita Eutyches.

Ingressi porreximus ei missam chartulam, & fecit eam nobis praesentibus legi: & postquam lecta est, dixit: Ego apud me definitum habeo, citra mortis necessitatem non egredi monasterium: peruidet autem & sancta Synodus & Deo amantissimus Archiepiscopus, quoniam & senex sum effectus. Diximus nos: Dignare venire, & in his in quibus accusaris satisfacere apud sanctam Synodum. Qui respondit: Ego non egredior de monasterio meo, quia sic habeo definitum. Si autem voluerit beatissimus Archiepiscopus & sancta Synodus aliquid.

CHRISTI
448.LEONIS PAP.
9.THEODOSII 41.
VALENTIN. 24. IMPP.

A aliquid agere; quod eis placet, agant. Hoc vnum peto, nullum hac altera vice fatigari. Definitum enim mihi est, non egredi monasterium. Ne ergo & iterum dirigant: quod volunt, ante tertiam meam vocationem faciant: mihi, ac si vocassent, sat sunt. Petijt autem nos dicere sanctitati vestrae haec.]

Sed tu qui ad diuinas Scripturas prouocas, o Eutyches (liceat paucis te alloqui) ubi repereris, dicas, quae te magis obligatum teneri propositi mentis tuae vinculis; quam tui Episcopi iussione, immo & plurium Antistitum in Synodo confidentium, teque ad iudicium vocantium voluntate, legitimo praesertim id exigente iudicio? Magister tu in Israel es, & haec ignoras? qui & alios doces, & munere praefecturae monasterio praes, haec te praeter-eunt, quibus te oportuit imbuisse tyrones? Sed sinamus delirare senem. Pergit ille: Compellebar autem nos, & chartulam aliquam scriptam deportare: sed non acquieuiimus suscipere, dicentes: Si quid volueris, peruenies, doce. Ista nobis talia ad eum dicentibus, delata est charta, & voluit eam nobis legere: sed nec sic acquieuiimus audire, sed accipies eam subscripsit: & nos vale facientes egressi fumus, dicente eo: Quia dirigo sanctae Synodo hanc chartulam cum subscriptione mea.] haec Mamantis relatio, eademque collega Theophilus. Attende, lector, quod insitum est haereticis omnibus, quod male agant, auerari lucem, congressum fugere, latebras quaerere, diligere subterfugia, amare diuerticula, & captare recessus.

At rursus accusator Eusebius urget, rursus vehementius instat, ut vel intuitus Eutyches trahatur ad Synodum. Tum vero secundum iudicij formam a sancta Synodo decretum est, ut ille tertio citaretur per Memnonem custodem sacrorum vasorum, Epiphaniumque presbyteros, & Germanum diaconum, quibus scriptus citationis libellus traditus est, quo significabatur, ut post diem sequentem, feria quarta, ad septimamdecimam mensis Nouembris ipse Eutyches iudicio praesto esset.

Interea vero sequenti die, nempe decimasexta Nouemb. venit ad Synodum ab Eutyche te missus Abrahamus Archimandrita, excusans Eutychem ob ingrauescentem morbum venire non posse. Accepta vero est a Synodo de morbo excusatio, quod non adeo inhumani essent, sed misericordes: ceterum eius propositum de non egrediendo a monasterio minime comprobatum fuit; testante Flauiano praesertim ipsum Eutychem olim, cum in Synodo causa Nestorij tractaretur, aduersus eum acturum in Synodum ingressum fuisse. Adhortatus est autem idem Flauianus per eundem Abrahamum Eutychem, ut venire ad Synodum ne detraxerit, & se purgare apud eam, si calumniam pateretur: sed & si errare compertus esset, ea quae temere dixisset, corrigeret, atque damnaret, pollicens veniam, addiditque haec de accusatore causam infatigabili studio prosequente: Cognoscitis (inquit) zelum accusatoris, quoniam & ipse ignis frigidus illi videtur propter pietatis zelum, &c.]

Sequenti vero die, nempe decimasextima eiusdem mensis, auditi sunt a Synodo qui missi fuerant citare Eutychem, Memnon, Epiphanius, atque Germanus, retuleruntque in manus Eutychem se dedisse libellum citationis; ipsum autem se excusasse, quod misisset satisfacere Synodo Abrahamum Archimandritam, cui significaret se sanctorum Patrum dictis & Nicanae Synodo acquiescere, rogare vero, si his non contenta sit sancta Synodus, septimanam vnus daret inducias. His relatis, auditus est etiam Eusebius accusator instans, & causam afferens, cur de his quae ab eo antea saepius dicta essent, Eutyches cogere reddere rationem. Auditi quoque sunt qui missi a sancta Synodo fuerant ad monasteria inquisituri de voluminibus ab Eutyche ad ea missis: retuleruntque accepisse Archimandritas missum ab Eutyche volumen fidei, sed ipsos subscribere noluisse; inter quos Martinum Archimandritam dignam illam emisisse sententiam: Non est meum subscribere, Episcoporum tantum est.] alios vero se minime accepisse, testatos esse. Instante igitur Eusebio, damnandum ex scriptis suis esse Eutychem, idemque attestante Flauiano: tamen ne praecox adhuc videretur esse iudicium, septem dierum petitas ab eo inducias concesserunt, qui erant in Synodo Patres, ita Flauiano suadente.

Inter haec autem dum expectaretur septimanam dierum tempus Eutychem praefixum, instante accusatore Eusebio Episcopo, iterum intromissi sunt Mamas cum collegis, qui missi fuerant citare Eutychem; ut quae ab ipso accepissent, & minime integre retulissent, palam facerent. Vigesima itaque secunda mensis Nouembris, confidentibus Patribus, Theophilus, qui cum Mamante missus fuerat, sub diuini numinis contestatione haec est locutus: Coepit velle Eutyches disputare nobiscum. Reuerendo autem presbytero Mamante dicente: Non quidem ad hoc venimus, ut cum tua reuerentia disputemus; sed euocare te ad

INTERPEL-
LAT EUTY-
CHETEM
AUCTOR.TERTIO CY-
TATUR BY-
TYCHAS.DATA IN-
DVCLIAE
SEPTEM
DIERVM
EUTYCHETEEUTYCHES
SVAS PRO-
DIT HIA-
SPHEMIAS.

ad occurrendum Synodo. Cœpit ille, præfente Narsete presbytero, & Maximo Archimandrita, & alijs monachis, dicere: in qua Scriptura iacent duæ naturæ? Deinde: Quis sanctorum Patrum exposuit, Deum Verbum duas habere naturas? Ad hæc nobis respondentibus: Et tu ostende nobis, vbi continetur Homoufion? aut quæ Scriptura hæc dicit? Respondit Reuerendissimus presbyter & Archimandrita Eutyches: Non continetur in Scripturis, in expositionibus verò Patrum iacer. Ad hæc reuerendissimus Mamas presbyter respondens, ait: Eo modo sicut Homoufion in sanctis Scripturis non iacet, sed in expositione Patrum ita se habet; ita & de duabus naturis iudem sancti Patres exposuerunt. Dixi ad hæc & ego: Perfectus est Deus Verbum, an non? Dixit idem presbyter Eutyches: Perfectus. Dixi ego: Perfectus est homo incarnatus, an non? Dixit: Perfectus. Si ergo duo perfecti Deus perfectus & homo perfectus, duo perfecta vnum faciunt Filium. Ad hæc reuerendissimus presbyter & Archimandrita Eutyches: Absit à me dicere ex duabus naturis esse Christum, aut de natura loqui seu disputare Dei mei. Si ergo volunt deponere me, aut si desiderant facere aliquid aduersum me, secundum permissum Dei faciant: Ego enim in fide, quam accepi, in ipsa steti, & confirmari desidero. Hæc sunt quæ ab eo audiui.] hæc in Actis de Eutychete.

Cum tu consideras, lector, horrendam Eutychetis blasphemiam, non eo tamen prociaciz peruenisse vides, vt dum prouocat ad diuinam Scripturam, simul etiam quæ in ea à sanctis Patribus fuissent exposita, esse pariter retinenda neget: Ex quibus intelligis, supergressos esse nostri temporis Nouatores impudentiam Eutychetis: quippe qui, cum conuincantur à sanctissimis Patribus, sic prouocent ad diuinam Scripturam, vt nisi tot syllabis & elementis illud ipsum quod Catholica profitetur Ecclesia, in ea expressum inueniant, minimè sibi retinendum esse; pertinacissimè reluctentur, nullam vel traditionum, vel sanctorum Patrum interpretationum rationem prorsus habentes. Sed reliqua de iudicio Eutychetis prosequamur.

At quid inter hæc inueteratus dierum malorum hypocrita? Qui sapius fuerat contestatus, se minimè posse egredi e monasterio, licet iussione Flauiani Archiepiscopi & totius Synodi vrgeretur, quòd eam sibi inuolabilem legem antea præfixisset: tamen cum septem dierum accepisset inducias, statim egreditur e monasterio, sed non ad Flavianum quidem progreditur: at quonam gentium? Audi Liberatum Diaconum: Dum hæc agerentur, refugiens Eutyches ad Theodosium Imperatorem, impetrauit ab eo (vt fertur) per Chrysofium eunuchum, quem ipse Eutyches susceperat in sacro baptisate, vt cum Patricio Florentio & magno Consiliario Concilium illud Flauiani ingrederetur. Timere enim se dicebat Flauiani calumnias.] Mos hic etiam est hæreticorum (vt de Arianijs & alijs sæpè antea vidimus) ingredi Synodos ambicioso Comitum comitatu, talium fretos potentia, qui diffident iustæ causæ: cuius quidem recens est exemplum Nestorij in Concilio Ephesino.

At mira sanè verisimilia Eutyches Chrysofium potentissimum eunuchum adsciuit sibi in presidium ac patrocinium, quem sciebat infensissimum Flauiano ob res superius enarratas: ex quibus omnium malorum fluxit origo. Etenim scelestissimus hominum, vt cœceptas iras in Flavianum euomeret, suscipiens patrocinium Eutychetis, in summum totius fidei Catholicæ detrimentum ei fauens, in eius defensionem tum complures alios potentes aulicos, tum etiam Episcopos magni nominis inclinauit: effecitque vt cum huius Synodi definitio- nis causa finienda esset, ad œcumenicum oporteret eam deferre Conuentum, vnde tot mala velut e portis inferi magno profluuio scaturirent. Eunuchus hæc præstitit.

Adueniente iam præscripto à sancta Synodo septem dierum termino, inchoato à die decimasexta Nouembris: vigesima secunda eiusdem, rursus sancta Synodus congregata est, & ex more præpositis sacrosanctis Euagelij, iussus est ingredi accusator Eusebius, iussus pariter requiri Eutyches, qui pollicitus erat dicta die se præsto fore sacro Conuentui suam causam acturum: sed à quærentibus non inuentus: retulitque hæc Synodo Ioannes presbyter: Occurrit reuerendissimus presbyter & Archimandrita Eutyches cum magna multitudine militum, & monachorum, & Præfecturarum apparitorum magnificentissimi & gloriosissimi Præfecti Prætorio, & non aliter volunt cum dimittere vt ingrediatur in vestrum sanctum Concilium, nisi eis promiserimus, restitutos ipsius personam. Est verò pariter & magnus & maximè admirandus Silentarius & ipse vnà cum eo præforibus, cupiès ingredi, vt pote directus à piissimo & Christum amante Imperatore nostro.] hæc ille. His auditis, intromissus est Silentarius, qui obtenta licentia, eiusmodi legit Theodosij Imperatoris mandatù ad Synodum missum: Quoniam

PROCIACIO
RES AVTY-
CHETE NO-
VATORES.

OPREM QUAR
BIT A PRÆF
ECTIS RV-
TYCHES.

* Liberat.
Diacon. c. 11
16. 2. Chrysil.

EUTYCHES
TIS QUALIS
ADVENTVS
IN SYNO-
DVM.

A Quoniam nos de pace cogitamus, & de sanctis Dei Ecclesijs, & pro Catholica fide, & custodiri volumus rectam, Deo inspirante, prædicatam fidem à sanctis Patribus, qui in Nicæa congregati sunt, trecentis decem & octo, & ab his qui Ephesi interfuerunt damnationi Nestorij: Hoc ergo volumus, ne scandalum in prædictam Catholicam fidem immitatur. Et quoniam scimus magnificentissimum Patricium Florentium esse fidelem, & testimonij probatum in recta fide: volumus ipsum interesse audientie Synodali, quoniam sermo de fide est.]

Securæ sunt hæc acclamationes Synodi de fide & religione Theodosij Imperatoris. Sed si prænouissent futura, vti que immensis lachrymarum imbribus fuissent eadem profecuti. Quanto enim detrimento immisceant se interdum Principes rebus sacris, quæ ab Episcopis tractandæ sunt, recentia exempla (vt præmittamus vetera) docuerunt. Etenim semes peccati Nestorij litteris Cælestini damnatus iam, nisi infra decem dierum spatium resipisceret, conspirante in eandem sententiam Synodo Alexandrina, perpetuo silentio iam sepultus fuisset: cum verò sese in his malè (vt vidimus) immiscuit Theodosius, quanta inde mala prouenerint in Ecclesiam, adhuc quæ videntur in Orientali Ecclesia vlcera putrefacta testantur. Eutyches pariter delirus senex & impudens hæresiarcha in hac Constantinopolitana Synodo iam cum sua hæresi condemnandus, atque penitus obliuione delendus: fultus auxilio Præfectorum, & munitus edictis Imperatoris, sic inualuit, vt per plurima sæcula eius hæresis vniuersam Orientalem Ecclesiam vehementis instar incendij exuisset, atque numquam hæctenus restingui valuerit. Mentiar, nisi & lapides ista clament, & viæ Sion lugeant. Etenim ex his non Catholica tantum fides insanabilem plagam accepit, sed & Orientale Imperium penitus collapsum atque funditus dirutum est. ed cœptam semel lugebrem prosequamur historiam.

Post hæc, assentiente Synodo, Florentius ingredi iussus est, præsentibus Eutychete reo & Eusebio accusatore: tunc quæ pluribus sessionibus superius facta essent, coram omnibus publicè sunt recitata. Inter legendum autem, de Eutychete conquestus Eusebius, hæc interlocutus: Metuo ipsius circumuentionem: ego pauper sum, nihil possidens: minatur mihi exilium: pecunias habet: præpingit mihi Omaliam, id est, petram exilij.] hæc ipse ex quibus planè vides, qualis fuerit patientia, mansuetudo, & paupertas monachi Archimandritæ: Rursum verò cum inter legendum ventum esset ad S. Cyrilli rectam fidei confessionem, qua duæ ab eo naturæ prædicarentur in Christo, ad hæc Eusebius: Consentit ne istis Eutyches, quæ modo lecta sunt beatæ memoriæ Cyrilli, & confiteatur ne duarum naturarum vnionem factam in vna persona & in vna substantia, an non? Flavianus sanctissimus Episcopus dixit: Audisti presbyter Eutyches, quid accusator tuus dixit: Edicito nunc, si ex duabus naturis vnionem confiteris. Eutyches presbyter dixit: Etiam ex duabus naturis. Eusebius Episcopus dixit: Confiteris duas naturas, domine Archimandrita, post incarnationem, & consubstantialem nobis esse Christum secundum carnem, an nõ? Eutyches presbyter dixit: Ego non veni disputare, sed veni satisfacere sanctitati vestræ, quomodo sapiam. Scriptum est autem in hac chartula, quomodo sentio, & iubete eam legi, &c.]

Vides colubrum spiritus inuolui, & ne detegatur, suis inuolucris oculi, & querere subterfugia, ne capiatur? Cumque mille technis vndique fugam captaret, cogitur tandem prode quid sentiret, cum dixit: Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem: post verò adunationem vnã naturam confiteor.] Hac igitur prolata immensa blasphemiam, cum eam damnare iuberetur, renuit penitus ille. Sed cum rursus vrgeret etiam Florentius Patricius dicens: Confiteris duas naturas post adunationem? dic. si non dixeris, damnaberis.] cumque se haud sponte id professurum significaret, eum verò rursus Florentius Patricius interpellaret, ad postremum illud edixit: Qui non dicit ex duabus naturis, & duas naturas, non credit rectè. Exurgens vniuersa sancta Synodus exclamauit: Quæ ex necessitate est, fides non est.] & subsequæ sunt acclamationes in laudem Imperatoris. Claudensque eius dici Actionem, ita perorauit Flavianus:

Per omnia apparet Eutyches quondam presbyter & Archimandrita, & ex iis quæ ante acta sunt, & ex proprijs eius confessionibus, Valentini & Apollinaris perueritate agrotare, & eorum blasphemias immobiliter sequens; qui nec nostram reuerens persuasionem atque doctrinam, rectis voluit consentire dogmatibus. Vnde lachrymantes & lugentes perfectam eius perditionem, decreuimus per Dominum nostrum Iesum Christum ab eo blasphematum, extraneum eum esse ab omni officio sacerdotali, & à nostra communione,

IMPERATO
RIS MAN-
DATVM.

PERICULOSE
IMMINENT
SERPENTIBUS
SACRIS.

EUTYCHES
CAVSAM
DICIT.

* Quis &
Petram.

EUTYCHES
FRVSTRA
SVBTERFV-
GIA CAP-
TAT.

EUTYCHES
DAMNAN-
TVR.

CHRISTI
448.LEONIS PAP.
9.THEODOSII 41.
VALENTIN. 24. IMPP.

& primatu monasterij. Scientibus hoc omnibus qui postea colloquentur ei, & ad eum conuenierint, quoniam rei erunt & ipsi poenae excommunicationis, sicut non recedentes ab eius colloca- tione.] His dictis, atque Actis penitus absolutis, consecuta est omnium Episcoporum subscriptio, qui fuerunt omnes numero triginta duo; subscripserunt & Archimandrita qui aderant viginti tres. Repertus est autem anno sequenti itidem Constantinopoli eorumden Patrum Conuentus, de quo suo loco dicturi sumus. Porro praesens Synodus Actionibus septem completa est.

His in Concilio gestis, Flavianus de re tanta, more maiorum, certio- rem reddere voluit

^a Apud S. Leonem post epist. 8.

FLAVIANVS
SCRIBIT AD
LEONEM
ROM. PONT.

S. Leonem Romanum Pontificem, has ad ipsum litteras scribens:
Domino beatissimo & Deo amabili Patri Leoni, Flavianus in Domino aeternam salutem. Nulla res diaboli venena compefcit, nec continet mortiferas eius sagittas: sursum enim atque deorsum peruolans, quærit quos possit occidere, quos possit superare, quos possit deorare. Propter quam rem vigilandum est, & orationibus à Deo obtinendum, vt fatuas inquisitiones euitare possimus. Decet enim sequi Patres nostros, nec commutare definitionem eorum perpetuam, quorum regulam secundum sacras Scripturas esse didicimus. Depositis ergo fletibus & lachrymis, quas incessanter fundo, quia sub me clerus degens inuasus est à fero dæmone, & non potui eum liberare, nec auferre à tali lupo, qui animam meam pro illo paratus eram ponere: quomodo raptus sit, quomodo resiliit à proposito diuino, & ad illum cucurrit qui perdere consuevit, præcepta Patrum dedignans, & constituta eorum despiciens, iam incipio enarrare.

^b Matth. 7.
^c 1. Ioan. 2.

Sunt enim quidam vestre sua oues significantes, interius lupi rapaces, quos ex fructibus eorum debemus agnoscere. Isti prima fronte videntur esse de numero nostro, sed non sunt de numero nostro: si enim de numero nostro essent, nobiscum mansissent. Illud quod prius occultabatur in illis aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifestus. Inueniuntur autem infirmæ fidei homines, & qui diuinas lectiones nesciunt, & secum eos in perditione præcipitant, dissipantes & vituperantes Patrum disciplinas, & reliquas sanctas Scripturas ad suam perditionem.

^d Psal. 139.

Quos quidem debemus præuidere, & à quibus multum oportet cauere, ne in malitia sua aliqui occupati concidant de sua firmitate. Exacuerunt enim linguas suas quasi serpentes, & venenum in labiis habent quasi aspides: de his enim hæc Propheta clamauit. Talis inter nos Eutyches emerfit, quondam presbyter & Archimandrita: qui quasi nostræ religionis sectam sapiebat, & hanc proferebat, Nestorij quidem impietati resistens in pugna, quæ contra Nestorium parabatur, trecentorum autem decem & octo sanctorum Patrum de fide expositionem factam, & sanctæ memoriæ Cyrilli epistolam scriptam ad Nestorium, vel ad similes eius, quibus omnes assenserunt, tentauit euellere, antiquam impij Valentini & Apollinaris repa-

^e Matth. 18.

rans sectam: & non timuit præceptum Regis veri Dei dicentis: Quicumque scandalizauerit vnum de pusillis istis, expedit ei, vt mola asinaria alligetur collo eius, & demergatur in profundum maris. Verecundiam autem omnem eius perfidia abiicit, & quam gerebat infidelitatis pellem excutiens, in S. Synodo assererat instanter dicens, Dominum nostrum Iesum Christum non oportere confiteri de duabus naturis post humanam susceptionem, cum à nobis vnus substantiæ & vnus personæ cognoscatur, neque carnem Domini consubstantialem nobis subsistere, tamquam ex nobis susceptam, & coadunatam Dei verbo secundum substantiam: sed dicebat, Virginem quidem, quæ cum genuit, secundum carnem consubstantialem nobis esse, ipsum verò Dominum non suscepisse ex ea carnem consubstantialem nobis: & corpus Domini non esse quidem corpus hominis; humanum verò corpus esse, quod est ex Virgine: omnium Patrum expositionibus contraria sentiens.

^f adu-
plicis

Sed ne multa dicens, longam faciam epistolam: olim quicquid egerimus, misimus ad beatitudinem vestram litteras, quibus scriptis docuimus & presbyterio illum esse nudatum, qui sic captus est: & iussimus eum cum monasteriis nullam habere rationem, & exclusimus eum à communionem nostra: vt sanctitas vestra hoc cognoscens, quod circa illum actum est, omnibus Episcopis sub beatitudine vestra degentibus manifestare dignetur illius impietatem; ne nescientes aliqui quid ille senserit, quasi ad Orthodoxum vel per litteras, vel per aliquam coniunctionem loquantur.] hæcenus Flavianus ad Leonem Romanum Pontificem, cupiens ab eo haberi rata, quæ ipse vnà cum aliis Episcopis contra Eutychem statuisset, probè sciens, primæ sedis esse de recens emergentibus hæresibus cognoscere, & aduersus earum promulgatores hæresiarhas sententiam ferre.

Sed & Eutyches non ignarus quanti ponderis esset Romani Episcopi, cuius iudicium solerent

CHRISTI
448.LEONIS PAP.
9.THEODOSII 41.
VALENTIN. 24. IMPP.

A solerent in ambiguis Synodi expectare, communicationem consequi; atque captare gratiam; & ipse festinauit ad eundem Romanum Pontificem dare litteras, haud dubius, in eam partem vniuersam Catholicam Ecclesiam inclinaturam, in quam ipse Summus Pontifex videretur esse propensior. Sed quas litteras misit? refertas planè dolis, & mendaciis confarcinatas. at licet non extent illæ quidem, verum ex iis quæ ad Flavianum S. Leo rescripsit, eas, quales essent, probè possumus intelligere. Mentitus est enim inter alia, se, cum à Synodo Constantinopolitana damnationis sententiam accepisset, appellasse Romanum Pontificem, sed appellationi minimè delatum. blandis item verbis pollicitus est eisdem litteris, se paratum fore corrigere, quicquid reprehensione dignum dixisset. testatur id quidem sanctus Leo in epistola reddita ad Flavianum, alia insuper ab ipso ad Synodum Ephesinam conscripta, necnon in epistola ad Theodosium, in quibus habetur, ab ipso Eutyche esse mis-

B sum ea de re libellum ad Romanum Pontificem. Sed quid his amplius versutus homo molitus est? illud nimirum, vt studio regionum ministrorum suæ litteræ ad Romanum Pontificem citius Romam peruenirent, detinerentur verò litteræ Flauiani. Addidit his etiã, vt inter hæc Theodosius libellum offerret, quo Synodalia Acta esse falsata conquerebatur. Quod insuper senex impudens fronte perfricta nouum commentus est facinus? illud nempe, vt per urbem Constantinopolitanam publica proponeret scripta, quibus se esse passum iniuriam, populum contestaretur. Hæc autem omnia ex Liberato Diacono, atque aliis. Illud etiam curauit per Chrysaphium eunuchum, vt in odium Flauiani hoc item anno darentur à Theodosio Imperatore litteræ pro eodem Eutyche ad Leonem Romanum Pontificem: non extant ipsæ quidem, sed mentio de illis habetur in litteris, quas idem Leo sequenti anno Kalendis Martij ad eundem Augustum reddidit. Quid præterea molitus nequissimus Eutyches? litteras quoque dedit ad celebriores Italix Episcopos, quò eos in suam pertraheret sententiam: scripsit & inter alios ad Petrum Chryso- logum Rauennatem Episcopum, vt eiusdem Petri ad eum reddita litteræ docent: quæ omnes rationem datæ reperiuntur anno sequenti, cum nauiganti tempus illuxit; ægemus de his pariter eodem ipso qui sequitur anno.

C Vidisti, lector, & admiratus es, quomodo apparatu regio & apparitura potentium stipata, compta mendaciis, delinita fucis, induta dolis atque fallaciis noua ista cornuta bestia, horrendum monstrum progrediat in exitum fidei Orthodoxæ; quæ licet publico hoc anno damnata fuerit anathemate, regis tamen & regionum ministrorum sulca præfidiis, surrexit validior post occasum, & vehementiori impetu insiliit in Catholicos. Fauertur quidem Chrysaphius & Theodosius Eutycheti, non tamen odio Catholicæ pietatis, sed quòd vterque Pulcheriæ Augustæ causâ (vt suo loco superius dictum est) sanctum Flavianum immenso odio prosequeretur. Siccine priuatorum affectuum causâ Christiana pietas à Christianis Principibus lancinatur? sed in suam ipsorum perniciem atque iacturam, vt exitus declarauit: haud enim passus est Deus Theodosium diutius imperare, postquam Chrysaphio in re tanta credidit habenas Imperij. Sed & subdolum eunuchum meritas poenas dare voluit. Verum de his suis locis dicendum pluribus.

D Hoc eodem anno, iisdem Consulibus, duo habita Concilia leguntur, seu potius Episcopalia dicenda iudicia, in causâ Ibæ Episcopi Edessæ in Syria, alterum Tyri mense Februarij, Berythi verò alterum mense Septembris; quæ recitata habentur in Concilio Chalcedonenfi nona & decima Actionibus. Sunt hæc quidem solertissimo studio peruestiganda, atque exactissimè recensenda, utpote quorum causâ diu multumque fuerit in Ecclesia laboratum, vt cuncta dilucidè pernoſcantur. De quibus in primis admonendus est lector, perperam ibi poni in cuspis in hanc diem codicibus, deprauato nimirum textu, Post Consulatum Flauij Zenonis & Posthumiani; restituendusque est, vt dicat, Sub Consulatu eorundem. Manifestus enim irrepsisse error inuenitur primum ex numero Indictionum, dum quæ celebrata est Tyri Synodus vigesima quinta mensis Februarij, Indictione prima nota habetur, qui autem Berythi Conuentus eodem anno habitus legitur, mense Septembris secunda Indictionis inscribitur, cum videlicet prima absoluta, exordio mensis Septembris secunda incipit: Consulatu enim Zenonis & Posthumiani, non post Consulatum eorundem, prima signatur Indictio etiam à Marcellino in Chronico. Præterea quòd iudicium Berythi factum mense Septembris, Theodosio Imperatore & Flauiano Episcopo Constantinopolitano iubentibus, habitum esse dicatur: planè liquet hoc anno id contigisse, non autem sequenti, quo tempore iam Anatolius fuerat in pseudosynodo Ephesina subrogatus

E

CHRISTI
448.LEONIS PAP.
9.THEODOSII 41.
VALENTIN. 24. IMPP.

in locum Flauiani, mense Augusti in eodem conciliabulo è gradu depositi, vbi & Ibas (vt dicemus) pariter damnatus fuit, qui antea hoc (vt dictum est) anno in dictis iudiciis fuerat absolutus. Acta igitur quæ habentur Latine edita Concilij Chalcedonenfis, tum in Actione nona, tum decima, restituenda sunt, vt dum habent, Post Consulatum Zenonis & Posthumiani, dicatur, Sub Consulatu Zenonis & Posthumiani.

DEPRAVA-
TI TEXTVS
RESTITVTVS
TYR.

Contra verò vbi habetur in prima eiusdem Concilij Actione, cum recitari incipiunt Acta pseudoconcilij Ephesini, illud cœptum esse mense Augusti sub Consulatu Zenonis & Posthumiani Indictione tertia, restituendum est, vt dicat, post Consulatum eorumdem Indictione secunda: nam non hoc anno, sed sequenti Ephesi ex scelere famosam esse habitam Synodum illam, certum est. Et quis nesciat, ante conciliabulum Ephesinum præcessisse iudicia Tyrii Conuentus atque Berythi, in quibus Ibas est absolutus, deinde verò subsecutum Ephesinum esse, in quo Ibas est condemnatus, testantibus id ipsis Synodalibus Actis? At hoc anno, mense Nouembris celebratam esse Synodum Constantinopolitanam contra Eutychem, habent eius Acta signata sub anni huius Consulatu, nempe Zenonis & Posthumiani, quæ recitata extant in Actione prima eiusdem Concilij Chalcedonenfis. Sub Consulatu verò Protogenis consignata habentur Acta secundæ Synodi Constantinopolitane sequenti anno mense Aprilis celebratæ in causâ eiusdem Eutychetis: postquam, eodem anno, mense Augusti, liquet habitam esse dictam Synodum Ephesinam. His igitur de temporis ratione elucidatis, vitiatisque locis Chalcedonenfis Synodi restitutis, iam de Iba historiam prosequamur.

CAVSABAR
EPISCOPI
EDSSAR.

Meminisse debet lector, ex his quæ superiori tomo dicta sunt, hunc vnâ cum aliis Orientalibus Syriæ Episcopis stetit pro Nestorio, cum Ioanne Episcopo Antiocheno contra sanctum Cyrillum Episcopum Alexandrinum, vsque ad tempus, cum per Paulum Emesenum res inter eosdem Ioannem atque Cyrillum compositæ sunt, quando, sicut alij qui inimici erant, ipse communicare cum S. Cyrillo & Ecclesia Catholica cœpit. Accidit autem post hæc, vt quatuor presbyteri Ecclesiæ Edessenæ, Samuel, Cyrus, Maras, & Eulogius, sententia excommunicationis affecti, prouocauerint contra suum ipsorum Episcopum Ibam ad Antiochenum Episcopum Dominum, venientesque Antiochiam libellum accusationis eidem aduersus Ibam darent: quo ille accepto, ad Ibam scripsit, vt post Pascha proximum Antiochiam se conferret causam dicturus, interim verò excommunicatos absolueret, vt Paschali tempore participes fieri possent sacramentorum. Paruit Ibas, cœptumque iudicium est. Accipit interea Dominus Episcopus ab eisdem accusatoribus iuramentum, ne discederent Antiochia. Visum est autem duobus ex illis, nempe Samueli & Cyro, quò vitarent iudicium Domni Episcopi Antiocheni erga Ibam (vt ipsis videbatur) propensioris, proficisci Constantinopolim ad Imperatorem, cui libellum obtulerunt, petentes alios sibi dari Iudices, qui accusationes aduersus Ibam cognoscerent. Interea à Domino celebratur Synodus Antiochiæ, vbi & cognita est Ibae causâ, præsentibus duobus tantum accusatoribus: in qua duo illi, qui licet iurati recesserant, accusatores damnati sunt, deque his Dominus litteras scripsit ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum.

IUDICIUM
TYRIVM IN
CAUSA
IBAR.

Imperator verò Iudicem cognitorem misit Damascium Tribunum & Notarium, eidem mandans, vt iudicio præsens assisteret, & quæ Photius Tyri & Eustathius Berythi, & Vranus Himeriæ Episcopi delecti à se in ea causâ Iudices definirent, executioni mandaret. Missus est etiam tunc à Flauiano Episcopo Constantinopolitano Eulogius diaconus, vnâ cum Damascio Iudice cognitore. Actum est autem hoc anno eiusmodi causæ iudicium Tyri, die vigesima quinta Februarij primæ Indictionis. Sed quid ibi? tres illi delecti Iudices ad huiusmodi tollenda dissidia, pacis accessere sequestres, primumque omnium illud quàm diligentissimè præstitere, vt Ibas, cuius accusatus erroris potissimum erat, hæresim Nestorij & omnes ad eam spectantes execraretur, fidemque Catholicam purè, sincerè, & integrè profiteretur: his verò ab eo præstitis, iidem Episcopi Iudices conciliauerunt eosdem clericos accusatores cum Iba suo ipsorum Episcopo, sicque transacta res est, vt concordēs inter se recederent. Continet hæc omnia prolixius enarrata Actio nona Concilij Chalcedonenfis, qua etiam habetur, subscripsisse eiusmodi inita concordie Iudices Episcopos Tyri atque Berythi, Vranium autem Himerorum Episcopum minimè subscripsisse, quem sibi inensissimum fuisse, & accusatorum instigatorem, Ibas cōquestus est in eiusdem Actionis exordio.

At quæ ita Tyri Ibae causâ terminata est concordia ambarum partium, dicta die vigesima Februarij: hoc eodè anno sub Consulatu (vt dictum est) Zenonis & Posthumiani, Kalendis Septem-

CHRISTI
448.LEONIS PAP.
9.THEODOSII 41.
VALENTIN. 24. IMPP.

A Septembris iterum perducitur ad iudicium. Vt autem rursus eadem Ibae causâ ad iudicium deferretur, iterumque instauraretur iudicium, ex eo euenit, quòd noui additi sunt accusatores, à quibus non Ibas solum, sed & duo alij Episcopi cum Iba sunt accusati, nempe Daniel Carrhorum in Mesopotamia ciuitatis Episcopus, & Ioannes Batenorum Episcopus. Clerici enim Edessæ, qui aduersantes erant Ibae, haud steterunt inita concordia; sed præter quatuor nominatos presbyteros Samuelem, Cyrum, Maram, & Eulogium, miserunt etiam Ablabium, Ioannem, Anatolium, Caiumam, & Abibum clericos Edessenos: qui simul Constantinopolim profecti, aduerunt Flavianum Episcopum, dederuntque eidem libellum accusationis aduersus tres modò nominatos Antistites. Placuit autem Flauiano, vt iidem qui antea Iudices electi essent, & causam composuissent, iterum sederent Iudices, Photius, Eustathius, & Vranus, ipsaque causâ Berythi tractaretur, cui Ecclesiæ præsidebat Episcopus vnus ex Iudicibus Eustathius: legauitque idem Flavianus Eulogium suum diaconum, qui & superiori iudicio interfuerat: præsens etiam fuit ex Theodosij Imperatoris mandato Damascius Tribunus & Notarius tenens locum Iudicis cognititoris. In primis autem in eodem iudicio, facta ex parte repetitione Actorum Synodi Antiochiæ, lectus est etiam libellus accusationum aduersus Ibam, Danielem, & Ioannem Episcopos, quibus non hæresis tantum, sed nefandorum criminum Ibam ac collegas Episcopos accusabant.

IUDICIUM
BERYTHEN
REIN CAU-
SA IBAE.

Porro capitibus ceteris accusationum prætermisissis, illud primò inquirendum propositum est, quo dicebant accusatores, horrendam eiusmodi blasphemiam ab Iba prolata: Non in uideo Christo factò Deo: in quantum factus est, & ipse factus sum.] vel: Si voluero, & ipse vt ille fieri possum.] Negans verò Ibas, & execratus qui vel talia aliquando cogitasset, restitificationem totius cleri Edessenæ Ecclesiæ ad Episcopos Iudices missas recitari petiit, qua ab illata per accusatores calumnia idem Ibas redderetur prorsus immunis. ipse verò libellus sic se habet, eidem Actioni decimæ Concilij Chalcedonenfis intextus:

QVID CON-
TRA IRAM
OBJECTVM.

Instructio & deprecatio Deo amantissimis atque sanctissimis Episcopis Photio, & Eustathio ab omni clero Edessenæ ciuitatis.]
A multis atque diuersis è Phœnicæ aduenientibus ad nos cognouimus ea, quæ ab his qui insurrexerant in Deo amantissimum & sanctissimum Episcopum nostrum Ibam, gesta sunt: perterriti in eo quòd dictum est (transcendunt enim & illos qui sine Deo sunt, & infideles, & hæreticos & Iudæos & Paganos, ea quæ dicta nobis sunt) quia nobis præsentibus dixisset idem Deo amantissimus Episcopus: Non in uideo Christo factò Deo: quoniam & ego ipse, si volo, possum fieri secundum illum. Et omnes nos, quos dicunt audisse ea quæ dicunt manifestum facimus vestræ Deo amabiliter coram Dei clementia, quia neque ab eo, neque ab alio vllò tale dictum aliquando audiuimus, neque in aures nostras ingressum est tale aliquid aliquando: Anathematizantes nosmetipsos, & terribili gehennæ nosmetipsos obnoxios facientes, si nouimus aliquid tale dictum ab eo, aut aliud aliquid contrarium Catholicæ fidei. Si enim alicui tali dicto acquiesceremus, aut communicare ei qui dixit, aut ministrare ei in sacrificio: vltimo supplicio fuisset obnoxij, tanquam communicantes tali execrationi.

TESTIFICA-
TIO CLERI
CORVM
EDSSAR
PRO IBA.

Rogamus autem & deprecamur vestram sapientiam, vt eidem Deo amantissimo suadeatis Episcopo, quatenus velociter ad suum gregem reuerti festinet: periclitatur ab hostibus lacerari, cum nullus sit qui è adesse præualeat, & maxime festiuitate salutifera sancti diei Paschalis imminente, in qua & propter Catechumenos, & propter eos qui digni sunt sancto baptisinate, opus est eius præsentia. Et petimus, hanc instructionem nostram coram vestra sapientia Gestis innecti, vt nullum hæc lateant.] hæctenus Edessenæ Ecclesiæ cleri libellus, cui singulorum subscriptiones subiiciuntur.

Hæc ergo primùm diluta calumnia, in eo, aduersariis vrgentibus, Episcopi Iudices instituerunt: Num verum esset, quòd obiiceretur, vocatum ab ipso Iba sanctum Cyrillum hæreticum? Tunc Ibas confessus est, id quidem dixisse eo tempore, quo ab inuicem dissentirent Ioannes Episcopus Antiochenus atque Cyrillus, mutuoque inter se certarent, cum & à Ioannis parte ipse Ibas peristeret; quo tempore erat Orientalium omnium Ioanni communicantium vna vox atque sententia, Cyrillum esse Apollinaristam hæreticum: postquam verò declarando sua capitula Cyrillus ista purgauit, & ob eam causam inita inter eos est concordia, vinculoque fidei Catholicæ partes inter se dissidentes iunctæ simul fuerunt & colligatæ, nihil huiusmodi aduersus Cyrillum se esse locutum, sed communicasse cum eo amicè commercio litterarum. Nec negauit, & postea se dixisse, sanctum Cyrillum,

CHRISTI
448.

LEONIS PAP.
9.

THEODOSII 4I. IMPP.
VALENTIN. 24.

donec interpretatus est sua capitula, sicut à Concilio Orientalium habitus esset hæreticus, ita & à se putatum hæreticum. Contradictentibus verò aduersariis, asseuerantibusque vocatum Cyrillum ab Iba hæreticum, postquam reconciliatio facta est: editum est fragmentum eius epistolæ ad Marim Persam scriptæ, quæ intexta habetur Actis Synodi Chalcedonenfis: recitandum illud hic necessario est, cum huius epistolæ occasione maxima excitata sit post Chalcedonenfe Concilium controuersia: sanè quidem scripta illa esse videtur, postquam eorum communione Catholice fidei transactum est inter Cyrillum atque Ioannem: Est enim eius argumenti, vt quæcumque in ea causa gesta essent vsque ad eam reconciliationem, historicè narret. Reddamus hic ipsam, quæ breuitatis causa, exordio decurtata, sic se habet, hoc titulo prænotata:

Fragmentum epistolæ Ibæ Episcopi Edeffeni ad Marim Persam contra Cyrillum Alexandrinum.

In breui autem clarè tuæ prudentiæ, quæ in paucis multa cognoscit, indicare, quæ pridem & nunc hic acta sunt, festinauimus, scientes, quia quæ vestræ sanctitati à nobis scripta sunt, vestro studio illic omnibus innotescant. Et quia nullam permutationem Scripturæ à Deo traditæ susceperunt, facio huius argumenti principium ex sermonibus, quos & ipse edoctus es. Contentio facta est, ex quo hic tua religiositas fuit, his duobus hominibus Nestorio & Cyrillo, & conscripserunt aduersum se nociuos & perniciosos libros, qui audientibus fuerunt scandalum. Nestorius enim dixit in suis libris (sicut religiositas tua nouit) quia beata Maria Dei genitrix uon est, ita vt multi putarent, ex hæresi Pauli Samosateni hunc esse, qui dixit hominem purum esse Christum. Cyrillus autem libros Nestorij volēs destruere, lapsus est, & inuentus est in Apollinarij dogma incidens. Conscripsit enim & iste illi similiter, quia ipse Deus Verbum homo factus est, vt non esset differentia inter templum & habitantem in eo. Conscripsit enim duodecim capitula, quæ puto & tuam cognouisse religiositatem, quia vna natura est diuinitatis & humanitatis Domini nostri Iesu Christi, & quia (sicut dicit) non oportet diuidere voces dictas, quas vel ipse Dominus de semetipso dixit, vel Euangelistæ de eo. Hæc omni impietate plena sunt. Et antequam nos dicamus (sicut sanctitas tua nouit) quomodo accipi potest hoc, quod est in principio Verbum, de templo, quod factum est ex Maria? aut illud, Minuisti eum paulo minus ab Angelis, de diuinitate Vnigeniti dictum? Ecclesia enim sic dicit, sicut & tua religiositas nouit, & à principio est edocta, atque firmata diuina doctrina ex libris beatissimorum Patrum, duæ naturæ, vna virtus, vna persona, quod est vnus Filius Dominus noster Iesus Christus.

Ob hanc contentionem victores & triumphatores Imperatores iusserunt, Episcoporum primores in Ephesina congregari ciuitate, & coram omnibus libros Nestorij & Cyrilli iudicari. Prius autem quam omnes Episcopi, qui iussi fuerant congregari, venissent in Ephesum: præcedens idem Cyrillus, aures omnium quodam medicamine, quod solet sapientium oculos obcæcare, præoccupauit. Inuenit autem causam ex odio, quod habuit Circa Nestorium. Et antequam in Synodum adueniret sanctissimus & Deo amantissimus Archiepiscopus Ioannes, Nestorium ex Episcopatu deposuerunt, iudicio & inquisitione non facta. Post duos autem dies damnationis huius venimus in Ephesum. Et cognoscentibus nobis, quia in damnationem Nestorij, quæ ab eis facta est, duodecim capitula, quæ à Cyrillo conscripta sunt (cum essent contraria veræ fidei) posuerunt & firmauerunt, & consenserunt eis, tanquam veræ fidei consonis: omnes Orientales Episcopi eundem Cyrillum damnauerunt, & excommunicationem aduersus alios Episcopos, qui consenserunt eius capitulis, protulerunt. Et post hanc perturbationem vnusquisque in suam ciuitatem reuersus est. Nestorius autem, quia in suæ erat odio ciuitatis, & virorum, qui in ea sunt, maximorum, in eam reuerti non potuit. Et remansit Orientale Concilium, non communicans Episcopis, qui communicauerunt Cyrillo: Et ob hoc multa tristitia inter eos facta est, & in contentione erant Episcopi aduersus Episcopos, & populi aduersus populos. Et completum est opere, quod scriptum est, Quia erunt inimici hominis domestici eius. Et ex hoc detractiones multæ aduersus nos factæ sunt Paganorum & hæreticorum. Non enim audebat aliquis de ciuitate ad ciuitatem, aut ad prouinciam de prouincia proficisci: sed tanquam inimicum suum, vnusquisque proximum suum persequebatur.

Multi autem ante oculos non habentes Dei timorem, occasione Ecclesiastici zeli, aduersitate, quam occultam in cordibus suis habuerant, ad effectum perducere festinabant. Ex quibus vnus extitit nostræ tyrannus ciuitatis (nempe Rabula Episcopus Edeffenus prædecessor) quem

*Concil. Chalced. Act. 10. tom. 1. Conc.

YBAREPISC. EDESSAR EPISTOLA AD MARIM PERSAM.

Psal. 8.

ACTA EPHE SINARUM.

MALACQVAE PROVENIANT EX DISCORDIA EPISCOPORUM.

M. Ath. 10

CHRISTI
448.

LEONIS PAP.
9.

THEODOSII 4I. IMPP.
VALENTIN. 24.

A quem & ipse non nescis, qui occasione fidei non solum conuiuientes punit, sed & hos etiam qui olim ad Dominum migrauerunt. Quorum vnus est beatus Theodorus veritatis prædicator & doctor Ecclesiæ, qui non solum in vita sua colaphis cecidit hæreticos pro veritate suæ fidei, sed & post mortem spiritualia arma in opusculis suis Ecclesiæ filiis dereliquit, sicut & tua sanctitas, ad eum conueniens, agnouit, & ex his, quæ ipse conscripsit, credidit. Hunc ausus est, qui omnia in Ecclesiis præsumit, clarè anathematizare, qui propter zelum Dei, non solum propriam ciuitatem ab errore ad veritatem conuertit, sed & longè existentes Ecclesias sua doctrina perdocuit. & de libris quidem eius multa vbique perferutatio facta est, non quia à vera fide existerent alieni. Vidi enim eum (adhuc illo viuo) frequenter eum laudantem, & in libris eius legebat, sed & propter aduersitatem latentem, quam aduersus eum habuit, quoniam manifestè eum conuicit in Synodo.

His ergo malis inter eos gestis, & vnoquoque sicut volebat (sicut scriptum est) ambulante: adorandus Deus noster, qui semper sua clementia curam pro suis gerit Ecclesiis, erexit cor fidelissimi atque victoris Principis, vt dirigeret virum magnum, & in suo Palatio notum, qui cogeret reuerendum atque sanctissimum Archiepiscopum Orientis dominum Ioannem, vt reconciliaretur Cyrillo: ab eo enim fuerat de Episcopatu depositus. Et postquam litteras Imperatoris accepit, sanctissimum & religiosissimum Paulum Emesenum Episcopum direxit, per eum veram fidem scribens, & denuncians ei, quia si huic fidei Cyrillus consentiret, & anathematizaret eos, qui dicunt, quia vna natura est Diuinitatis & humanitatis, vt ei communicaret. Voluit autem Dominus, qui semper suæ curam gerit Ecclesiæ, quam sanguine suo proprio redemit, vt & cor Aegyptij subigeret, & sine fatigatione fidei consentiret, eamque susciperet, & omnes, qui absque hac crederent, anathematizaret. Et communicantibus inuicem, contentio de medio est ablata, & pax in Ecclesia facta est, & non est in ea iam schisma, sed pax sicut pridem est.

Quæ autem verba sunt, quæ à sanctissimo & Deo amantissimo Archiepiscopo Ioanne scripta sunt, & quæ à Cyrillo rescripta suscepit: ipsas epistolas huic, quam ad tuam direxi religiositatem, coniunxi: vt relegendis tua sanctitas, agnoscat, & omnibus amantibus pacem denunciaret, quia contentio iam quieuit, & medius inimicitiarum paries est ablatas, & qui seditiosè aduersus vnos & mortuos irruerant, in confusione sunt, satisfaciens pro suis excessibus, & contraria docentes suæ priori doctrinæ. Non enim quisquam audet dicere, quia vna est natura Diuinitatis & humanitatis, sed consentitur in templum, & in eum qui in hoc habitat, qui est vnus Filius Iesus Christus. Hæc autem scripti tuæ religiositati ex magno affectu, quem circa te habeo, sciens quia tua sanctitas nocte & die in doctrina Dei semetipsum dixeret, vt multis sit utilis.]

Hactenus fragmentum Ibæ recitatæ epistolæ ad Marim Persam: quam quidem verè esse Ibæ fuisse cognitam, nec ipsum negasse suam, eadem Actio decima Chalcedonenfis Concilij docet: sententiæque legatorum Apostolicæ sedis, necnon Maximi Episcopi Antiocheni, & aliorum, Ibæ esse, ibi firmatum est, ex ipsa quoque eundem Ibam fuisse probatum etiam Orthodoxum, æquè vna fuit sententia omnium Episcoporum, qui Acta Conuentus Berythi recitata ibi in eadem Actione decima Concilij Chalcedonenfis audiuerunt, eiusdemque tunc decretam absolutionem probauerunt. Sed quomodo (inquies) eandem epistolam orthodoxam esse dixerunt? quomodo excusantur quæ in S. Cyrillum ibi relata leguntur? & quæ in eadem sunt de laudibus Theodori, quanam ratione purgatur? Accipe. Epistola ipsa quidem (vt vides) historiam continet rerum gestarum inter Ioannem & Cyrillum, & quæ inter eos transacta essent refert, vt hac ex parte nihil aduersus Cyrillum in præsentiarum oblocutus videatur, si cuius erat tunc ille affirmationis apud Ioannem & eius sectatores edocet: cum præsertim idem Ibas in Actis Synodalibus non neget, sed apertè testetur, vsque ad reconciliationem, hostem vna cum Ioanne se perseuerasse Cyrilli, eundemque hæreticum appellasse: postea verò declaratis ab eo capitulis scriptis, secuta reconciliatione, communicasse cum eo tamquam vero Catholico. Ex recitatis igitur Synodalibus scriptis vna cum Ibæ epistola, ipsum se parfecisse verè Catholicum, non immeritò Synodus iudicauit.

Eadem dicere possumus de laudibus, quas epistolæ intexuit, Theodori Mopsuesteni, cum narrat à Rabula Edeffeno Episcopo iniuste damnatum. De quibus in memoriâ reuocare debes quæ superius dicta sunt anno Domini quadringentesimo trigésimo quinto, cum de Ioanne Antiocheno Episcopo iam inter Catholicos post reconciliationem profitente enarratum est, pro Theodoro, de quo eius laudibus tres scripsisse epistolas, ad Theodosium primam,

RABULA EPISCOPVS EDESSAR DAMNAT SCRIPTA THEODORI MOPVST.

Indic. 17. DE PAGE ECCLESII RESTITVTA.

SCRIPTA EPISTOLA STATIM POST PACEM.

QUOMODO EX EA EPISTOLA IBAS PROBETVR ORTHODOXVS.

QUOMODO EXCVSARI POSSIT IBAS DE THEODORO LAVDATO.

primam, secundam ad S. Cyrillum, tertiam verò ad Proclum Constantinopolitanum; quibus inter alia excusaret, non esse Theodori, quæ Theodori nomine ferrentur blasphemiarum. Is planè fuit status scriptorum Theodori vsque ad hæc tempora, cum quæ in eum illata essent ab accusatoribus, & quæ ex damnatione facta per Rabulam Edeffæ Episcopum Iba prædecessorem, & ab Armenis contra ipsius Theodori scripta essent superaddita, eadem omnia per tres illas epistolas siue libros Ioannis Antiocheni videri potuissent esse diluta: nulloque posthac Synodali decreto de damnatione Theodori & librorum eiusdem in Ecclesia promulgato; planè sicut nec Ioannes ob eam causam factus est reus, ita nec Ibas fuerat ob laudatum Theodorum à Patribus accusandus: quod ex eo plenius cognoscet, cum nec ab ipsis eius aduersariis illud criminis loco Iba datum fuerit inter tot in eum accusationes prolatas; sicut obiecerunt, quòd Cyrillum appellasset hæreticum.

QVO TEM-
PORE THEO-
DORVS LAV-
DATVS IM-
PVNE.

Inde quoque accidit, vt etiam Theodoretus in dialogis, quod aduersus Eutychetis hæreses scripsit his fermè temporibus, aperto ore eundem laudauerit Theodorum, eiusque redarguerit impugnantes: nam in Eranistes primo dialogo, cuius est titulus, Immutabilis, hæc de ipso Theodoro Mopsuesteno, & Diodoro, Tarsensi nimirum, loquitur Orthodoxus aduersus Eutychianos: Diodori & Theodori interpretationes, nisi vos in eos viros infenso animo esse viderem, & Apollinaris in eos odio & malevolentia successisse: Vidisset enim eos aliis conuenientia scripsisse, & ex diuino fonte fluente hausisse, istosque etiam sancti Spiritus riuos extitisse.] hæc ibi Theodoretus: qui & ad Irenæum Episcopum, ipsum redarguentem, quòd non æquè Theodori atque Diodori, ad astruendas duas naturas in Christo vna persona coniunctas, testimonia posuerit, sicut & sanctorum plurimorum Patrum, hanc asserti rationem his verbis:

Theodor.
epist. 16.

Quoniam verò me arguitis, quòd sanctos & beatos Patres reliquerim, atque reiecerim, Diodorum videlicet, & Theodorum è catalogo Doctorum: necessarium etiam duxi, de hoc nonnulla dicere. Primum enim, & carum caput, multos alios insignes & illustres viros me omissem, scito. Deinde illud etiam animaduerte, quòd ille qui accusatur, testes afferre debet, de quibus nulla est controuersia, & quod nec ipsi accusatores arguere possint. Si verò reus eorum testimonia afferret, qui ab accusatoribus etiam accusantur, & arguuntur: nec ipse Index facile eos admittere vellet. Si enim Patrum encomia & laudes conscribendo, hoc sanctos omissem, fateor me deliquisse, & erga eos Doctores ingratus essem: Sin autem dum accuser, excusationem meam attuli, & eorum vsus sum testimonio, de quibus nulla est dubitatio: cur frustra illi qui hæc nolunt, nos accusant? Quanto verò honore prosequor viros illos, testatur liber ipse, quem nos pro illis conscripsimus, in quo ea quæ illis obieciuntur, confutauimus, nihil veriti accusatorum potentiam, nec insidias contra nos structas.] hæc Theodoretus: quibus intelligas, eo statu hoc tempore in Ecclesia fuisse scripta Theodori Mopsuesteni, vt tamen non essent omnino verita, sed ab aliis impugnata, ab aliis verò defensa, patentes verò errores esse negatos illius esse.

Quint. Synod. collat. 8.

Verum factò de illis diligentiori examine, longè post tempora Chalcedonensis Concilij, in Quinta Synodo^b fuere omnino, vt hæretica, condemnata, simulque eius laudationes eadem perculsæ sententia, vt suo loco dicitur: vnde etiam accidit, vt & dicta epistola Iba æquè fuerit ob hanc etiam causam damnata, atque alia quæ pro eodem Theodoro Theodoretus vel alij conscripsissent, ea nimirum ratione, quòd eadem epistola Nestoriani abuteretur, falsoque assererent à Patribus in Concilio Chalcedonensi esse receptam; ac proinde ab eisdem, quæcumque ea epistola continerentur, esse probata: quod quidè falsum omnino fuit: Longè enim diuersum inter se est dicere, epistolam probari Catholicam, & quæ in ea scripta sunt, vera esse; vel dicere, ex ea Ibam probatum esse Catholicum. Etenim eadem epistola non ab Iba, sed ab aduersariis contra Ibam prolata, nihil aliud inde acceperunt Patres, nisi Ibam, licet aliquando delirantem (quod nec ipse negauit) tunc temporis fuisse Catholicum; vtpote quod ex eadem epistola demonstraretur ipse, qui aliquando cum aliis Nestorianis errasset, & egisset contra Cyrillum, post initam verò pacem cum illo communicasse, Nestoriumque damnasse asserentem Mariam non dicendam esse Deiparam, execratumque esse vnam naturam in Christo confitentem, confessus verò esse naturas duas vnum efficere Dominum nostrum Iesum Christum: quibus insuper additis iis, quæ esse dicta ab Iba pro veræ fidei confessione, Acta Synodalia docent, recitata in eadem decima Actione Concilij Chalcedonensis; non potuit Ibas non probari Catholicus & absolui.

PROBATVS
EX EPISTO-
LA IBA SCAL-
THOLICVS,
NON EPIST.
CATHOLICA.

Sic igitur tam in Actis Berythenfibus, quam etiam Chalcedonensibus, in quibus illa recitata

A citata atque cognita fuere, non epistola Iba recepta est, sed ex ea epistola ab aduersariis calumniosè prolata, cognitus fuit Ibas eo tempore, quo ea gerebantur, fuisse Catholicus, calumniosèque accusatus hæreticus. Quam quidem temporum & rerum gestarum historiam complures non attendentes, alij ex his calumniati sunt Chalcedonense Concilium, quòd blasphemam Iba epistolam suscepisset & comprobasset; alij verò scientes Ibam ab eadem sacrosancta Synodo absolutum, & blasphemias eiusdem legentes epistolæ, eandem Iba minimè fuisse dixerunt, sed assertam Iba; quod Epiphanius disputans contra Gregorium tradit in Actione sexta Septimæ Synodi, quæ Nicæna secunda dicitur: & ante eum S. Gregorius^a scribens ad Secundinum, quem in deprauata Synodi exemplaria incidisse liquet, dum ait, Ibam negasse dictam epistolam esse suam, secundum quam assertionem & ipse eandem epistolam non esse Iba nisus est demonstrare.

CONTRARIO
QUI IBAM
HAERETI-
CVM EX EA
EPISTOLA
AFFIRMA-
RVNT.

Greg. lib. 7.
epist. 53.

B Ceterum acta germana habent, Ibam confessum eam esse suam, vt de his nulla tunc fuerit controuersia: nam hoc ipsum Acta Berythenfisa docent, cum idem Ibas, ea lecta, nequaquam suam esse negauit, sicut alia quæ calumniosè obieciuntur; immo ad eius lectionem Iudices prouocauit. Sed & Acta decimæ Actionis Concilij Chalcedonensis, eandem epistolam vt Iba cognitam esse à Patribus, docent: id enim in primis Apostolicæ sedis legati, & post eos reliqui Episcopi sua ipsorum subscriptione firmarunt. Vides igitur, quantum necesse sit in Actis Synodalibus intelligendis (ne quis in deformes labatur errores) rerum gestarum veram certamque habere cognitionem, eandemque ratione temporis consignatam: quam ignorantem hæretici, non aduersus tantum Berythenfense iudicium, sed etiam contra Chalcedonense Concilium exclamarunt; cum si cunctas res gestas satis exploratas habuissent, vel mutire quidem erubuissent. At de Iba causa hoc anno (vt dictum est) primum Tyri, Berythi deinde tractata, hætenus. Scito tamen, quòd qui hoc anno Episcoporum sententia absolutus est Ibas, sequenti anno in Conuentu sceleratorum damnatus est Ephesi, receptus verò Chalcedone.

Accidit autem post hæc, vt iidem qui Ibam calumniati sunt, cum posteriores in eo iudicio retulissent, æquè ac in Iudices, in Theodoretum Cyri Episcopum relegatum Theodosij edicto, ne à sua ciuitate discederet, spicula maledictorum conuerterint, quasi Iba fauisset: de quibus est epistola eiusdem ad Anatolium scripta, qua magnopere queritur se iniuste calumniis appetitum: est autem huiusmodi:

Theod. epist.
III.
THEODO-
RETVS CAL-
LYMNIAM
PASSVS
QUERITVR.

Tua celsitudo, eorum quæ in nos contulit beneficiorum, retributionem à Deo omnium Domino assequetur: quodcumque enim eius causa sit, mercedem habet consequentem. Ego quidem calumniatorum numerum rideo: quæ enim corpora vehementius plectuntur, dolore minus sentiunt: nam caro dum plectitur, mortua quodammodo & sensus experta efficitur. Doleo tamen & lugeo ora & linguas illas, quæ effrenatè mendacia profertur. Qua enim iniuria affecti illi, qui religiosissimum Ibam accusant, & has aduersus nos iniurias inuenerunt? Primum enim neque ego aliquis è numero Iudicum fui: mandato enim Principis Cyri manebam. Præterea (vt à multis accepi) ægrè ferebant nostram sententiam. Ego enim in sancto Paschate mysticam communionem illis impertiendam curauit; & cum sæpe apud nos agere voluissent, hilari fronte eos accepi, ac quæ oportuerat narraui.

Vt verò pro religiosissimo Episcopo Domino aliquid dicam: quid oportebat eum facere, qui apertè opprimebatur? ac alias decreto Synodali damnatos, dum intueretur, in aliam diocesim mitti? & præter Ecclesiasticos ordines sacerdotum assumere, & res sacras & diuinas ab ipsis veritatis hostibus irrideri? Hac de causa, vt primum recognouit, quid sentiret de aliis, etiam significauit, nec solum religiosissimo Iba, verum etiam sanctissimo Episcopo domino Simeoni Amidensi, vt duarum prouinciarum argumenta & causas Metropolitæ seorsum audirent. Quomodo autem iustum alicui videri potest, eosdem humanitatis & inhumanitatis crimine accusari? Si enim illos ciuimus, periclitamur: sin minus, nec propterea à periculis erimus immunes. Et soli opprimimur in vniuerso Orbe. Et alia quidem diocesces quietè viuunt, nos verò soli calumniatoribus præda sumus, & ego præcipuè, quamuis in iudicio nullo pacto interfuerim, & omnino à quavis culpa sim alienus & immunus.

Hæc scribere coactus sum, tuæ celsitudinis litteras cum viderim, & ex eis didicerim, quòd hac de causa maximus contra nos ortus est tumultus, dum relegati sumus, & quietè viuimus, & neque cum religiosissimis prouinciæ Episcopis conuenire solemus; cum non semel, neque iterum in nostra prouincia ordinatio habita sit (nempe iudiciorum) neutri illarum interfui.

THEODOR.
VNDIQUE
APPETITVS
CALUM-
NIIS.

CHRISTI 448.

LEONIS PAP. 9.

THEODOSII 41. IMPP. VALENTIN. 24.

interfui. Et nisi Principis edicto detinerer, proficiscerer equidem in aliquam extremam Orbis partem, ac ibi quod mihi superest vitæ agerem: non enim possumus calumniis resistere, quæ contra nos confinguntur. Hos siquidem ipsos Edeffenos non opinor sanè & à se ipsis aduersum nos calumniam composuisse, sed eos ab iis, qui ibi manent, viris veritatis studiosis hæc aduersum nos struere & machinari edoctos esse. Deoque omnium Saluatori gratiam habeo, quod cum ipse indignus sim iis, quæ in Euangeliis habentur, beatitudinibus, nos dignos reddidit: & relegationem libenter accipio: & quodcumque dicere voluerint, hilari fronte suscipio propter eam spem, quæ nobis reposita est. At pro tua magnificentia sine intermissione precor: & sanctos omnes, vt suarum precum me compotem faciant, rogo.] hæcenus ad Anatolium Patricium Theodoretus.

Theod. epist. 87.

De his itidem scribit ad Apameæ Episcopum, vbi post alia de iisdem hæc habet: Oret tamen tua beatitudo, & sanctis Ecclesiis tranquillitatem postulet (pro ipsarum enim tempestate etiam nos gemimus, & lugemus, & lamentamur) hanc enim, vt audiuius, Ostroeni clerici eiecerunt, & sexcenta mala contra nos effuderunt, licet ego neque cū aliis Iudex extiterim, neque decreti contra eos lati particeps fuerim; sed potius (vt nouit beatitudo tua) communionem illis concedendam in Paschate, orauerim. Sed facile est calumniatoribus, quæcumque velint, dicere: nos verò illa, quam Dominus pollicetur beatitudinem, consolationem: Beati enim estis (inquit) cum maledixerint vobis homines, &c.]

Matth. 5.

QUAE IN THEODOR. RET. SPARSA CALUMNIA.

Certè quidem dum has considero, quas aduersus Theodoretum Edeffeni isti calumnias multiplices subdolè concinnarunt, à quo non nisi beneficia accepissent: non nisi fuisse calumnias, quas multiplicibus accusationum capitibus aduersus suum ipsorum Episcopum Ibam à quo se laesos dolerent, iidem artificiosè composuerunt, existimare licet. At quamuis quænam fuerint eiusmodi calumniæ, quarum causa alto sæpius ingemuit corde, non dicat: ex aliis tamen pluribus eiusdem Theodoretis epistolis assequi possumus, dum ad diuersos scribens anxie queritur frequentioribus se calumniis appeti, quod dicerent duos ipsum prædicare Dei Filios, nempe quod Nestorianus esset, quasi duas in Christo vnà cum illo assereret esse personas. Porro intolerabilia hæc ipsi visa sunt: siquidem, vt habet Ecclesiastes: Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius.] quamobrem in singulis ferme à se conscriptis epistolis suam struit cum fidei confessione defensionem, qua profitetur se damnare Nestorium, & non duas in Christo personas, sed duas naturas sub vna confiteri persona. At de his modò hæcenus:

Eccles. 7.

Leo epist. 50. LEO REDARGUIT EPISC. BENEVENTANVM.

Sub huius anni Consulibus data extat S. Leonis Papæ epistola ad Dorum Beneuentanum Episcopum, qua eum vehementer redarguit, quod aduersus regulas Patrum ausus esset recens ordinatos super alios antea adscitos presbyteros collocare: laudatque Paulum presbyterum, quod non passus sit ab Episcopo loco moueri, sed gradus sui prerogatiuæ tuendæ gratia apud ipsum Leonem Romanum Pontificem laudabiliter (vt ait) conquestus esset. Vt planè appareat, nihil aduersum Christianam mansuetudinem & humilitatem tentari, neque aduersus niti sancti Euangelij instituta, quibus Christianus cedere suadet, & abripienti pallium dare & tunicam, & cogenti ad mille passus prodire, duo mille superaddere; dum quis arrogantem atque procacem legum contemptorem legitima disciplina coercendum curat, nequaquam permotus propriæ excellentiæ appetitu.

Matth. 5.

Frasc. Chron. Hist. Marian. ver. Hist. lib. 5. Suidor. Hist. Sucus.

Hoc præterea anno, Sueuis in Hispania regnantibus, ipsorum Regem Recciarium redditum Christianum Catholicum, qui res Hispaniarum profecuti sunt tradiderunt: postea verò à fide Catholica deficientes, inhæsisse Arianis, atque demum iterum Catholicam religionem professos esse, cum Theodemirus eorum regno potitus est, Iidorus testatur.

IESV CHRISTI ANNVS 449. LEONIS PAP. ANNVS 10. THEODOSII 42. IMPP. VALENTIN. 25.

DE CONSVLATV AETERII MEMORIA.

Sidon. lib. 8. epist. 6.

VI ordine temporum sequitur annus Domini quadringentesimus vndequinquagesimus, Asterio atque Protogene Consulibus aperitur: quorum alterum, nempe protogenem, Orientale dedit Imperium, Asterium verò vetus Roma promouit. Est mentio Asterij Consulatus apud Sidonium Apollinarem clarissimum virum, cum hæc ad Nematium scribit: Audiui enim adolefcens, atque adhuc puer ex puero, cum pater meus Præfectus Prætorio Gallicanis tribunalibus præsideret, sub cuius videlicet magistratu Consul

CHRISTI 449.

LEONIS PAP. 10.

THEODOSII 42. IMPP. VALENTIN. 25.

A Consul Asterius anni sui fores votiuum trabecatus aperuerat. Adhærebam sellæ curuli, & si non latens generositatis per ordinem, certè non sedens per ætatem; mixtusque turmæ censualium penulatorum, Consuli proximè proximus eram, &c.] ex quibus etiam & ipsius Sidonij ætatem valeas intelligere: addit ipse de Nicetio rhetore, qui tunc panegyricam habuit orationem. Ad alterum verò Consulium Protogenem, hoc ipso eius magistratus exordio, Theodoretus hanc dedit epistolam, cum Syriæ Episcopi legati proficiscentur Constantinopolim:

Theod. epist. 94.

Largitus est iam clementissimus Dominus tibi potentiam, vt ea rectæ menti ministrare posses: nunc verò illam maiorem reddidit, quo facilius veritatem agitatum protegeret tua celsitudo, & mendacium deleteret, & opratam Ecclesiis quietem procuraret: Quanta enim tempestate Orientis Ecclesiæ repletæ sint, à multis quidem atque diuersis tuâ magnificentia nouerit, apertius autem & exactius à Deo dilectissimis Episcopis didicerit, qui tempore hiemali hac de causa longi iter hoc susceperunt, post diuinam opem tuæ potentia & prudentia confidentes. Tempestatem igitur hanc, ô Christo dilecti, dissipate, & tenebras has in puram serenitatem conuertite, & linguas, quæ contra nos inuehantur, reprimite. Nos enim diuina ope & gratia pro Apostolicis dogmatibus pugnamus, & eam quæ in Nicæa edita fides est, inuiolatam custodimus, & eos qui hæc adulterare audent dogmata, impios appellamus. Et horum testimonium perhibent, qui à nobis catechizantur, quive baptizantur, & qui nostras in ecclesiis conciones audiunt. Si verò legitime nos accusare voluerint, opus est, vt nos præsentibus arguant, & non vt absentes calumnientur. Ista enim etiam aliis in rebus tua magnificentia iura dans, edit sententias, & decreta promulgar, ex iis quæ accusatores & rei dicunt, quid iustum sit colligendo.] hæc ad Protogenem Consulem Theodoretus hæresis accusatus, & in pœnam (vt diximus) suæ ciuitatis terminis circumscriptus.

THEODOR. TIAD PROTOGENEM LITTERAB.

Porrò legatio hæc Episcoporum, cuius meminit, à Domino Episcopo Antiocheno missa est Constantinopolim: nam eosdem legatos commendans Senatori Patricio, hæc ait: Tuam magnificentiam per dilectissimos Deo ac beatissimos Episcopos saluere iubemus, cuius memoriam perpetuam circumferimus: ipsos autem, vt ad regiam accederent urbem, effecit beatissimus Episcopus dominus Dominus, vt confictum contra me mendacium arguerent atque dissoluerent, &c.] commendauit aliis item litteris eosdem legatos Anatolio, necnon Antiocho, qui consulatum gessit cum Basso. Extant & aliæ eadem occasione, eodemque tempore datæ ab eodem Theodoro litteræ per eosdem Episcopos Constantinopolim ad viros clarissimos, Cõsulares, atque Patricios, nempe ad Anatolium, Vincomalum, Sporatum, Florentium, Nomum, Constantium, siue Constantinum. Quid autem factum sit, non

Theod. epist. 93. DE LEGATIONE EPISCOPORVM. Theodor. epist. 92. Theod. epist. 95. Theod. epist. 89. 90. 91. 93. 94.

D apparet, nisi quod eodem ipse remansit Theodosij Imperatoris edicto sicut antea obligatus. Etenim turbæ illæ atque clamores Constantinopoli Eurychetis causa excitati posthaberi fecerunt Theodoretis querelas, & legationem Domni Episcopi Antiocheni. Quæ igitur in eiusdem Eurychetis causa hoc anno Constantinopoli transacta sint, iam narrare aggrediamur.

Cum litteræ Eurychetis, atque ab Imperatore pro eodem Eurychete datæ ad S. Leonem Romanum Pontificem, maiori tabellariorum industria citius Romam perlata fuissent, præuenissentque eas quas S. Flavianus ad eundem Pontificem conscripisset: ipse Romanus Pontifex, illis acceptis, ita primùm ad ipsum Imperatorem Theodosium rescripsit:

Leo epist. 70. LEONIS PAP. AD THEODOSIVM LITTE. TERAB.

Quantum præsidij Dominus Ecclesiæ suæ in fide vestrae clementiæ præpararit, his etiam litteris, quas ad me misistis, ostenditur, vt vobis non solum regitum, sed etiam sacerdotalem animum esse gaudeamus. Siquidem præter Imperiales & publicas curas, piissimam sollicitudinem Christianæ religionis habetis, ne scilicet in populo Dei aut schismata, aut hæreses, aut vlla scandala conualescant: quia tunc est optimus regni vestri status, quando sempiternæ & incommutabili Trinitati vnus Deitatis confessione seruitur. Quid autem in Constantinopolitana Ecclesia perturbationis acciderit, quod ita fratrem & Coepiscopum nostrum Flavianum potuerit commouere, vt Eurychetem presbyterum communionem priuaret, nondum potuimus euidenter cognoscere. Quamuis enim prædictus presbyter ad sedem Apostolicam per libellum doloris sui querimoniam miserit, breuiter tamen aliqua prælibauit, asserens se Nicænz fidei constituta seruantem, frustra in fidei diuersitate culpatum.

Eusebij autem Episcopi accusatoris eius libellus, cuius exemplaria ad nos prædictus presbyter misit, de obiectionis euidentia nihil habebat: sed cum presbytero hærescos crimen intenderet, quem tamen in eo sensum arguerit, non euidenter expressit, quamuis ipse Episcopus Nicænz Synodi profiteatur hac in re hæere decretis: propter quod non habui-

EURYCHES STVDET VIDERI CATHOLICVS.

CHRISTI
449.LEONIS PAP.
10.THEODOSII 42.
VALENTIN. 25. IMPP.

habuimus unde aliquid disceremus. Et quia causæ meritum, fidei ratio, & laudabilis sollicitudo vestræ pietatis exigit, necesse est iam locum subreptionibus non patere: sed prius, de quibus cum æstimat arguendum, instrui nos oportet, ut possit de bene cognitis congruè iudicari. Ad prædictum autem Episcopum dedi litteras, quibus mihi displicere cognosceret, quod ea quæ in tanta causa gesta fuerant, etiã nimio silentio reticeret, cum studere debuerit primitus nobis cuncta referare. quem credimus vel post admonitionem omnia ad nostram notitiam relaturum; ut in lucem ductis his, quæ adhuc videtur occulta, id quod Evangelicæ & Apostolicæ doctrinæ conuenit, iudicetur. Dat. ad Kalendas Martias, Asterio & Protogene viris clarissimis Conss.] hætenus ad Theodosium Augustum sanctus Leo: quibus vides dolosi hæresiarchæ fraudulentiam, qua sibi Catholicum nomen apud Romanum Pontificem aucupari quæsiuit. Sed antequam rem ulterius prosequamur, attende Lector, ex veteri instituto absque controuersia profiteri eosdem inter se altercantes Flavianum & Eutychem, legitimum & præcipuum Iudicem Ecclesiasticarum controuersiarum esse Romanum Pontificem, ad quem tam actor, quam reus sponte currunt, sua iura prosecuturi.

Quod igitur per Magistrianum (sic enim vocabant Tabelliariorum præfectum) nullæ cum aliis redditæ fuerint litteræ Flauiani ad Leonem Romanum Pontificem, quas certus peculiarisque nuncijs deferebat, sed nondum Romam peruenerat: idem Romanus Pontifex id nesciens, ad Flavianum, eius redarguens in re tanta silentium, has litteras dedit:

^{Leo ep. 8.}
LEO FLAVIANUM ADMONET, UT RES GESTAS SIGNIFICET.

Cum Christianissimus & clementissimus Imperator sanctæ & laudabilis fidei pro Ecclesiæ Catholicæ pace sollicitus ad nos scripta transmiserit de his, qui apud vos perturbationis strepitum mouerant: miramur fraternitatem tuam, quicquid illud scandali fuerit, nobis silere potuisse, nõ potius procurasse, ut primitus nos insinuat magis tuæ relationis instrueret, ne de rerum gestarum possemus fide ambigere. Accepimus enim libellum Eutychem presbyteri, qui se queritur, accusante Eusebio Episcopo, immeritò communionem priuatum; maximè cum euocatum se adfuisse testetur, nec sui præsentiam denegasse: adeo ut in ipso iudicio libellum appellationis suæ se adferat obtulisse, nec tamen fuisse susceptum: qua ratione cõpulsus sit, ut contestatorios libellos in Constantinopolitana vrbe proponeret. Quibus rebus intercedentibus, necdum agnosimus, qua iustitia à communionem Ecclesiæ fuerit separatus: sed respicientes ad causam, facti tui nosse volumus rationem, & usque ad nostram notitiam cuncta deferri. Quoniam nos, qui sacerdotum Domini matura volumus esse iudicia, nihil possumus, incognitis rebus, in cuiuspiam partis præiudicium definire, priusquam vniuersa quæ gesta sunt, veraciter audiamus.

Et ideo fraternitas tua per idoneam maximè aptamque personam plenissima nobis relatione significet, quid contra antiquam fidem nouitatis emerferit, quod seueriori sententia dignum fuerit vindicari. Nam & Ecclesiastica moderatio, & religiosa piissimi Principis fides multam nobis sollicitudinem Christianæ pacis indicunt: ut amputatis dissensionibus, fides Catholica inuiolata seruetur; & his qui praua defendunt, ab errore retocatis, nostra auctoritate, quorum fides probata fuerit, muniatur. Nec aliqua poterit ex hac parte difficultas afferri, cum memoratus presbyter libello proprio sit professus, paratum se esse ad corrigendum, si quid in se inuentum fuerit, quod reprehensione sit dignum. Decet enim in talibus causis hoc maximè prouideri, ut sine strepitu concertationum & charitas custodiatur, & veritas defendatur, frater carissime. Et ideo quia dilectio tua de tanta causa nos videt esse sollicitos, quàm plenissimè & dilucidè vniuersa nobis annunciet: quod ante facere festinet, ne inter assertiones partium aliqua ambiguitate fallamur; & dissensio, quæ in suis initiis abolenda est, nutriatur: cum in corde nostro ea obseruantia, Deo inspirante, permaneat, ne constitutiones venerabilium Patrum diutiùs roborata, & ad soliditatem fidei pertinentes, praua cuiusquam interpretatione violentur. Deus autem te custodiat incolumem, frater carissime. Dat. xii. Kalendas Maij, Asterio & Protogene viris clarissimis Conss.] hæc quidem Leo, cum tamquam pro tribunali eminentiori sedens, & potestatem super omnes habens legitimus vniuersalis Ecclesiæ Iudex, legitimum parandum esse iudicium monet. Missæ sunt hæc litteræ per Panfophium Comitem.

Cum has accepisset Flavianus, ad ipsum S. Leonem rescripsit aliam mox epistolam, qua cuncta temere tentata per Eutychem post ipsius condemnationem palam facit, & scripta ^{Apud S. Leo. ante ep. 9.} ab eo mendacia redarguit. est Flauiani huius epistolæ exordium: Pietate & recta prædicatione Verbi, &c.] ubi post dilucidè demonstratam Eutychem hæresim, hæc de eodem habet: Iustum autem est, & hoc vobis (sicut arbitror) intimare, quia idem Eutyches passus iustam

CHRISTI
449.LEONIS PAP.
10.THEODOSII 42.
VALENTIN. 25. IMPP.

A iustam & canonicam damnationem, cum debuisset secundis saluare priora, & per penitentiam perfectam multaque lacrymas placare Deum, nostrumque cor vehementer contristatum in eius ruina per veram sanare penitentiam, non solum non fecit, sed etiam per omnia cõturbare sanctam quæ apud nos est Ecclesiam festinauit, propositiones iniuriarum publicè ponens, & maledictionibus plenas. Super hæc & preces offerens piissimo & Christi amatissimo nostro Imperatori, & eadem arrogantia & petulantia plenas, per omnia diuinas regulas conculcare conatus est.

Sed his ita gestis, litteræ nobis datæ sunt vestræ sanctitatis per admirabilem Comitem Panfophium, per quas sumus edocti, quia idem Eutyches libellos direxit vobis plenos omni fallacia atque calliditate, dicens, iudicij tempore libellos se dedisse appellationis & nobis & hic conuenienti sancto Concilio, & appellasse vestram sanctitatem: quod nequaquam ab eo factum est. Sed etiam in hac parte mentitus est, tamquam per fallaciam mendacij subreperere se sanctis vestris auribus putans. Commotus itaque, sanctissime Pater, in his omnibus quæ ab eo præsumpta sunt, & ob ea quæ in nos & sanctissimam Ecclesiam facta sunt atque fiunt, pro consueta fiducia fiducialiter age, secundum quod sacerdotio competit; propriamque faciens communem causam, & sanctarum Ecclesiarum disciplinam, simul decernere damnationem aduersus eum regulariter factam & per propria scripta dignare: confortare autem & piissimi & Christo deditissimi nostri Imperatoris fidem.

Causa enim eger solummodo vestro solatio atque defensione, qua debeatis consensu proprio ad tranquillitatem & pacem cuncta perducere: sic enim hæresis quæ surrexit, & turbæ quæ propter eam factæ sunt, facile destruentur, Deo cooperante per vestras sanctissimas litteras: remouebitur autem & Concilium, quod fieri diuulgatur, quatenus nequaquam vbique sanctissimæ turbentur Ecclesiæ. Jhæc Flavianus: quibus intelligis, tantam vim inesse litteris Apostolicis, ut Concilio dicat non indigere œcumenico id quod eiusdem Romani Pontificis fuisset litteris definitum. His acceptis & aliis ab eodem antea datis litteris sanctus Leo, simulque lectis missis vni cum illis Synodalibus Actis, cognitisque cunctis contra Eutychem à Flauiano & Synodo rebus legitime gestis, serò licet, tamen probè nouit imposturam nefandi hæresiarchæ: primumque omnium aduersus ipsam hæresim insurrexit, atque de fide Catholica & Verbi incarnatione solida veritate constantem omnibus omni ex parte numeris absolutam ad ipsum Flavianum, publicam tamen cunctis, scripsit epistolam: de qua antequam agere aggrediamur, singula quæ Constantinopoli ab Eutychem hoc tempore sunt temerè atque dolosè peracta, hic describamus.

Damnato (ut vidimus) anno superiori Eutychem, nullum non mouit lapidem Chrysofthius eunuchus Imperatorij cubiculi Præfectus, ut legitime à Flauiano confecta in Synodo Acta irrita prorsus reddat, & in ipsum Flavianum damnationis pœnam conuertat. Huius rei causâ in primis (ut dictum est) permouit Theodosium Imperatorem ut ad Leonem Pontificem pro Eutychem scriberet: Cum verò eius sciret infracti animi robur, & nonnisi solidam, firmam, constantemque ab eo expectandam fore sententiam; iudicium anteuertit, & quod parabatur examen, est conatus eludere, dum persuadet Imperatori, ut confestim Constantinopolim Episcopos conuocet; qui causam Eutychem sint cognituri: eidemque triginta Episcoporum Concilio, quem vellet Eutyches, ut præfideret Theodosius Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, sua dexteritate confecit. Quanta verò id perfecterit celeritate, ex eo accipis, quod hoc anno sub nominatis Consulibus ad quintum Idus Aprilis iidem conuocati ab Imperatore Constantinopolim conuenerunt simul ad Synodum celebrandam in Baptisterio maioris ecclesiæ. Quæ autem ab his gesta sint, ipsa Acta declarant, quæ intexta leguntur primæ Actioni Magni Concilij Chalcedonensis; ex quibus ea tantum, quæ ad historiam, exactamque rerum gestarum cognitionem spectant, hic describemus.

Coepit est Synodus quinto Idus mensis Aprilis, cui triginta interfuerunt Episcopi, & ab Imperatore missus est Florentius Patricius ut interesset; Theodosius autem Cæsareæ Cappadociæ præsidere Synodo iussus est. In ea igitur primum omnium contra ius factum ab Imperatore concessum est Eutychem per procuratorem suam causam in Synodo agere, accusatori nequaquam: nec valuit vlla de his exceptio Episcoporum de non seruatò ordine iudiciario, neque Eusebij Episcopi Dorilæi accusatoris querelæ: sicque cum essent causam acturi, pro Eutychem intromissi sunt in Synodum Constantinus, Eleusius, & Constantius monachi cum libello ipsius Eutychem. His admittis, Macedonius Tribunus & Notarius

Annal. Eccl. Tom. 6.

G Impe-

DETEGVTVR EUTYCHETIS DOLI ATQVE MENDACIA

QUAE AD FLAVIANVM S. LEONIS RESCRIBERIT.

VOCANTVR EPISCOPI CONSTANTINOPOLIM AD SYNODVM.

Apud Conc. Chal. Act. 1. CONCILIUM SECVNDVM IN CAUSA EUTYCH.

Imperatorum nomine hæc suggestit, præferens sacrum codicem Euangelij: Oportet, inquit, A omnia quæ mandata sunt ab eorum pietate, me dicere: Iussit igitur eos, qui dudum præsen- tes fuerunt, sacratissimos Episcopos sub sacramento dicere, si veræ sunt legendorum monu- mentorum professiones ab vtraque parte illaræ. Basilius reuerendissimus Episcopus Seleuciæ dixit: Hactenus iuramentum Episcopis nescimus oblatum: sed vt præceptum est nobis à *Matth. 5.* Domino Christo, non iurandum, &c.] actum est igitur intercessione Basilij, ne iurare Epi- scopi cogentur. Post hæc autem ordine rerum oblatum est legendus libellus, quem Euty- ches iam damnatus obtulerat Imperatoribus, qui sic se habet:

Piissimis & fidelissimis amicis Christi Imperatoribus nostris Theodosio & Valentiniano Patribus Patriæ Augustis Eutyches Archimandrita.

LIBELLVS
EUTYCH.
OBLATVS
THEODOSIO.

In omnibus mihi post Deum & salutis & veritatis manifestatio facta est vestra pietas, in nulla re prætermittens inquisitionem facere eorum, quæ vel de fide, vel aduersum me B calumniosè mota sunt. Gesta enim quæ sunt composita à reuerendissimo Archiepiscopo Flauiano aduersum me, legi hesternò die, & reperi contraria his quæ acta sunt contineri in chartis. Nec enim quæ ad me ipse locutus est, iacebant in eis; neque quæ ego locutus sum, inseruerunt eidem monumento. Supplico igitur vestræ serenitati, consuetè Or- thodoxæ fidei patrocinari, & meæ paruitatis opinioni: Vt dignetur præcipere, beatissimos Episcopos, qui in hac causa tunc residebant, & Notarios reuerendissimi Episcopi Flauiani, & reuerendos clericos, qui ad me directi sunt vocantes vt occurrerem, & reuerendissimum diaconum Athanasium reuerendissimi Episcopi Basilij conuenire in præsentia sanctissimi Episcopi Theodosij, quatenus interrogati dicant omni cum veritate scriptis mandatum quid nouerint: Vt hoc consecutus, more solito laudans, gratias agam Domino omnium Christo, & vestræ pietati.] hactenus libellus Eutychetis oblatum Theodosio Imperatori, C lectusque in Synodo.

Recitato itaque libello, & audita Eutychetis petitione, cum ei Theodosius Imperator annuisset, iussi sunt præsentés esse Notarij Flauiani, qui Acta Synodalia exceperant, idem- que diaconi, Notariorum fungentes munere, omnes numero quinque, Asterius, Aetius, Nonnus, Asclepiades, atque Procopius: qui iussu Flauiani & aliorum Episcoporum, qui priori Synodo præsentés fuerunt, conscripta ab se Acta ediderunt. Protulerunt alia Euty- chetis procuratores, sed quæ cognita sunt non esse originalia, verùm descripta postea exem- plaria. Dum ergo Acta legerentur, ventumque esset ad tertiam Synodi Actionem de verbo quodam relato in Acta, quod referri minimè debuisset: rursusque de verbis ab Eutyche- re dictis, & in Acta minimè relatis, & aliis admodum leuibus controuersia mota est. Cum, qui esset mos Notariorum exceptorum, Aetius & ipse ex Notariis vnus his verbis signifi- D cauit: In talibus (inquit) sanctissimis Conciliis, contingit frequenter vnum ex reuerendissi- mis Episcopis aliquid dicere: & quod ab vno dictum sit, tamquam ab omnibus simul dica- tur, & subscribatur, & intelligatur, *omnibus scilicet consentientibus & approbantibus.* Hoc ab exordio factum est, in tantum vt vno dicente, scribamus: Sancta Synodus dixit. Si verò in- uentus fuerit vnus aut secundus dicens idem, &c. tunc dicimus quia & professi sunt Deo amantissimi Episcopi, & exclamauerunt, &c.] & post nonnulla idem Aetius: Multa sæpius tamquam in colloquutione communi in parte Concilij in conuentu à præsentibus sanctissi- mis Episcopis dicuntur, quæ scribi non præcipiuntur.] His igitur per Aetium patefactis, de Eutychetis appellatione, quod recepta non fuisset in Acta, facta est obiectio à procuratori- bus Eutychetis. Acta autem sic se habent:

MOS NOTA- RIORVM
EXCEPTO- RVM IN
SYNODIS.

Apud Concil.
Chalced.
Act. 1.
DE APPEL- LATIONE
EUTYCHETIS
ACTA.

Quoniam verò ante paucos dies litteræ sanctissimi Archiepiscopi Leonis insinuatæ sunt E nobis, continentes quia accusauit reuerendissimus Archimandrita Eutyches, & appellauit in tempore examinationis vestram audientiam per dationem libelli.] Et post aliqua, hæc ex suggestione vnus ex procuratoribus Eutychetis: Constantinus reuerendus diaconus dixit: Eutyches, dum legeretur damnatio, appellauit Sanctum Concilium Episcopi Romani, & Alexandrini, & Hierosolymitani, & Thessalonicensis: & hæc in Gesta non sunt inserta. Magnificentissimus Patricius Florentius dixit: Turba facta, & dissoluto Conuentu, dixit ad me silenter, appellans Romanum & Ægyptium & Hierosolymitanum Concilium. Et ego arbitratus indecens esse, latere hoc sanctissimum & reuerendissimū Episcopum Flauianum, ascendens dixi ei.] ea videlicet quæ Eutyches sibi dixisset. Addidit his Basilius Seleuciæ hæc: Iam in veritate dico: Adhuc ipso Conuentu sedente, & proponente sancta Synodo, vt diceret istas duas naturas inseparabiles & inconfusas in vno Domino etiam post adunatio- nem:

A nem: scio quia dixit religiosus Archimandrita Eutyches: Si præceperint Patres Romanus & Alexandrinus, dico hoc ipsum. Hoc autem non quasi appellans dixit.] Post hæc rogata est sententia Archimandritarum, qui Synodo interfuerunt, si quis eorum audisset appellantem Eutychetem in Synodo: & omnes vna sententia negauerunt.

Vides igitur Eutychetem per mendaciorum antractus diuerticula quatrantem, com- prehensum, vbique delirum, vaniloquum atque dolosum esse reperiunt: quæ quidem plus salus esse poterant ad proscriptionem impij hæresiarachæ & ab eo proditæ impietatis: sed dum Chrysaphius priuata contra Flauianum studia fouet, atque in eadem pertrahit Impe- ratorem, maximum parat Ecclesiæ luctum, summamque infert cladem Imperio, vt exitus patefaciet. Absoluta est itaque, his actis, eiusdem Synodi prima sessio, habita quinto Idus Aprilis: In qua quidem (vt vidimus) cum facta sit mentio litterarum sancti Leonis hoc an- B no sub iisdem Consulibus Kalendis Martii Romæ datarum, quas ante paucos dies fuisse acceptas, Eleusij testificatione est dictum: vides quanta celeritate, nempe vnus dumtaxat mensis spatio, litteræ ab Vrbe solent deferri Constantinopolim. Quod etiam ex eo certo certius colligere potes, dum quas Theodosius scripsit ad sanctum Leonem Romanum pontificem post absolutam præsentem Synodum Constantinopoli quinto Idus Aprilis de Syn- odo habenda Ephesi litteras, eas accepit S. Leo (vt ipse testatur in epistola ad Pulcheriam) *Leo epist. 13.* tertio Idus Maias.

Rursum verò eiusdem mensis Aprilis vigesima septima die iterum à Patribus conuentum est: vbi à procuratoribus Eutychetis oblatum est libellus ab ipso antea porrectus Theodosio Imperatori, qui acceptus iussus est legi: est autem huiusmodi:

SECUNDA
SESSIO.

Apud Conc.
Chalced. Act. 1.

Piissimis & fidelissimis ac Christi amatoribus Principibus nostris Flauio Theodosio & C Valentiniano perpetuis Augustis, ab Eutychete Archimandrita.

Vestra pietas superiùs & à principio non ignorans circa rectam fidem religionem mun- dam irreprehensibilem fidem meam, pro calumnia mihi composita & meditati insidiis ab Eusebio Episcopo Dorilæi, quasi rectè non sapiam, sancire dignata est, ingrediente me in Concilium, adesse mihi virum laudabilem magnum Silentiarium custodiae causa: Qui va- dicens ad Episcopum, & præsentiam meam nuncians, quædam audiuit à religiosissimo Epi- scopo Flauiano de damnatione mea & vidit. Precor igitur vestram tranquillitatem, dignetur sancire apud quem placuerit vestræ pietati eundem virum mitificum, laudabilem, ma- gnum Silentiarium cum veritate scriptis profiteri ea quæ audiuit (vt superiùs dixi) & vidit: quo his imperatis, solitas orationes Deo semper pro vestra salute referam, piissimi & fide- lissimi Imperatores.] hactenus Eutychetis libellus. Iussus tunc est Silentianus, quæ audiuit, coram Synodo profiteri: qui testatus est, se accepisse à Flauiano, antequam de damnatione Eutychetis Synodi Actio cogeretur, iam Eutychetem esse damnatum, scriptum nimirum damnationis libellum, quem Synodo subscribendum porrecturus esset. Sed & testificatione Asterij presbyteri dictum est, & in Acta relatum, ipsa Synodi prioris Acta fuisse à Notariis immutata. His itaq; cauillis illufum est legitimæ factæ à priori Synodo Eutychetis damna- tionis, fauentibus eidem magistratibus in gratiam Chrysaphij etiam Imperatorem mouentis pro ipso hæresiaracha. Fuerunt hæc præludia horrendæ tragædiæ, de qua paulo post dicturi sumus. modò autem quæ Liberatus Diaconus istis addat, superioribus coniungamus:

COGNITIO
DE FALSI- TATE ACTO- RVM.

Liberat.
Diac. c. 21.

Discussis (inquit) Gestis, instantibus Notariis cum Episcopis Deum timentibus, cum Euty- cheti aliqui fauerent pro tempore, nihil falsitatis inueniri potuit; sed tantum actum est, vt apud Magistros Officiorum Gesta conficerentur de falsitate Notariorum, astatit us quibus- dam laicis de Officio Principis, qui interfuerunt Gestis ipsis tempore Concilij. Postea expe- tiuit Imperator à Flauiano fidei eius confessionem manu eius scriptam & subscriptam. Scripsit ergo Flauianus fidem manu propria, & Imperatori in hoc themate direxit:

Flauianus Episcopus Constantinopolitanus amatoris Christi Imperatori nostro Theo- dosio salutem.

Nihil ita conuenit sacerdoti Dei, & dogmatibus erudito diuinis, quàm paratum esse ad satisfactionem omni petenti rationem de spe quæ in nobis est & gratia: Non enim erube- sco Euangelium Dei: Virtus enim Dei est ad salutem omni credenti. Quia ergo & nos, misericordia Regis omnium Christi Dei, sacerdotium tale sortiti sumus: sapimus rectè & inculpabiliter semper Scripturas diuinas, sequentes expositiones sanctorum Patrum qui in Nicæa conuenerunt, & centum quinquaginta qui hic congregati sunt, & qui in Epheso sub sanctæ memoriæ Cyrillo, qui fuit Alexandrinorum Episcopus: Et prædicamus Dominum

1. Petr. 3.
Rom. 1.
PROFESSIO
FIDEI FLA- VIANI EPI- SCOP.

CHRISTI
449.

LEONIS PAP.
IO.

THEODOSII 42.
VALENTIN. 25. IMPP.

A nostrum Iesum Christum ante secula quidem ex Deo Patre sine principio natum secundum diuinitatem, in nouissimis autem diebus eundem propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine secundum humanitatem. Ex duabus itaque naturis consistentes Christum post incarnationem ex sancta Virgine & humanatum in vna subsistentia, & in vna persona vnum Christum, vnum Filium, vnum Deum confitemur: & vnam quidem Dei Verbi naturam incarnatam tantum & humanatam dicere non negamus; eo quod ex ambabus vnus atque idem sit Dominus noster Iesus Christus. Eos vero, qui aut duos Filios, aut duas subsistentias, aut duas personas annunciant, & vnum eundemque Dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei viui predicant, anathematizamus, & alienos esse ab Ecclesia iudicamus. Et ante omnia Nestorium impium anathematizamus, & sapientes ea quae eius sunt, & loquentes ea: Abscindantur huiusmodi a filiorum adoptione promissa recte credentibus. *Et subscriptio:* Domine Iesu Christe adiuua nos. *Et iterum:* Hac scripsi manu mea ad satisfactionem vestrae potestatis, vt confundantur calumniam facientes nostrae simplici conuersationi.] haecenus professio Flauiani ab Imperatore ea de causa exacta, quod Eutyches & sentientes cum eo ipsum calumniati essent eadem sapere cum Nestorio, & sub duarum Naturarum in Filij Dei confessione duas pariter subintroducere velle personas: ob id enim in hac sua professione Flauianus multus fuit in damnando Nestorio. Quae autem

*Liberat. Diu
conus c. 12.

*Agebat

*Necph. lib.
34. c. 47.

*Liberat. c. 12
INDICTVR
SYNODVS
EPHESI IN
CAUSA EUTYCHETIS.

*Apud Conc.
Chalce. Act. 1

*EPISTOLA
THEODOSII
AD DIOS-
CORVM DE
SYNODO
EPHESINA.

post haec acta sint, ita subdit Liberatus Diaconus: Postquam ergo nihil probatum est Notariis de falsitate Gestorum: Eutyches petit Dioscorum Alexandrinum Episcopum, vt quareret quae de illo acta sunt. Vrgebat apud Principem, vniuersale fieri Concilium, vt improbareretur Concilium Flauiani. Scripsit ergo Dioscorus Theodosio Imperatori, quia aliam fieri Synodum oportet, & quod vt fieret, persuasit Eutyches. Annuit Imperator.] Hac autem omnia molitione esse facta Chrysaphij, Nicephorus tradit his verbis: Porro vbi illa Acta & decreta legitima esse, auctoritate sua comprobauerunt: Chrysaphius Eunuchus, qui idem cum Eutyche sentiebat, cum contumeliam ferre nequirit, iram suam aduersus Flauianum maximè auxit, & Dioscoro Alexandrino, impio illi indicauit, se illi in rebus quae placitae essent gratificaturum omnibus, si Eutychem periclitantem defenderet, Flauianum autem & Eusebium Dorilazum oppugnaret. Eodem modo Eudociam Augustam excitauit, cum multa alia, tum ea potissimum dicendo, quae ei à Pulcheria acerba accidissent.]

His igitur ita dispositis, ad Kalendas Augusti indicitur Synodus Ephesi: Dirigensque (inquit Liberatus) Imperator Sacram Dioscoro in Alexandriam, praecipit vt decem Metropolitanos Episcopos, quos voluisset, ipse eligeret, & veniret Ephesum, & congregato Concilio, Eutychetis causam discuteret; iubens Barsumam Archimandritam interesse, & vices agere omnium monachorum Orientales Episcopos accusantium: Theodoretum vero Cyri Episcopum adesse Concilio interdixit, & in sua ciuitate permanere eum iussit. Iam enim Ibas Edeffenum Episcopum, ne Synodo adesset, per illum filium suum, quem dixi, Chrysaphium, in multas mansiones Eutyches relegarat exilio.] haec de indicta Synodo Liberatus. Sed describamus hic ipsius Theodosij Imperatoris pro Synodo Ephesi cogenda rescriptum: est enim huiusmodi ad Dioscorum Episcopum Alexandrinum datum:

Imperatores Caesares Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, semper venerabiles Augusti, Dioscoro.

Cunctis constitit manifestum, quia nostrae Reipublicae status & omnia humana diuina pietate moderantur atque firmantur: Deo enim propitio constituto, prospere & secundum vota nostra gubernari res & proficere solent. Imperium ergo diuino nutu sortiti, subditis pro pietate & mansuetudine similiter plurimam sollicitudine impartimus, quatenus & vera religio, & nostra Respublica cultu Dei purissimo & pietate firmata persulgeat. Quod igitur in praesenti subita emergente dubitatione, ad Catholicam & Apostolicam doctrinam ac nostrae fidei custodiam, quae, vt fit, diuersis sententiis impugnata, conturbat & confundit hominum sensus & animas: intolerabile duximus, huiusmodi delictum contemnere, ne per talem negligentiam ipsi Deo inferre contumeliam videremur. Ideoque sancimus, in vnum sanctissimos & Deo placitos conuenire viros, quibus pro pietate Catholica atque vera fide plurimus sermo est; vt vniuersa quidem talis vana dubitatio, subtili proposita inquisitione, soluatur; vera autem & Deo amica Catholica fides firmetur.

Igitur & tua sanctitas, sumptis secum decem reuerendissimis Metropolitanis Episcopis, qui sub tua degunt dicecesi, & aliis similiter decem sanctis Episcopis sermone & vita ornatis,

CHRISTI
449.

LEONIS PAP.
IO.

THEODOSII 42.
VALENTIN. 25. IMPP.

A ornatis, qui in doctrina & scientia rectae & immaculatae fidei praecunctis apud cunctos eminent, proximis Kalendis Augustis Ephesum Metropolim Asiae conuenire absque vlla dilatione festinet, nullo scilicet alio praeter praedictos viros sanctam Synodum molestante: quatenus vniuersis sanctissimis & beatissimis Episcopis, quos conuenire per sacras nostras epistolas sancimus, ad praedictam concurrentibus ciuitatem, & subtilissimè inuestigantibus & quaerentibus, omnis de medio error contrarius auferatur, Catholica autem doctrina & Orthodoxae fidei Saluatoris nostri Christi amicissima solidetur, & consuetè effulgeat, quod vniuersi in posterum inconcussum, Deo propitio, & intemeratum custodiant.

Si quis vero tam necessariam & Deo amicam Synodum praetermiserit; & non omni virtute secundum praedictum tempus ad praefinitum locum peruenerit, nullam excusationem, neque apud Deum, neque apud nostram inueniet pietatem. Sacerdotalem enim Conuentum non nisi quis mala propria conscientia fauciatus euitat. Theodoretum sane Episcopum Cyri ciuitatis, quem pridem iussimus suae soli vacare Ecclesiae, sancimus non prius ad sanctam Synodum conuenire, nisi vniuerso sancto placuerit conuenienti Concilio & ipsum concurrere, & pariter interesse. Si vero aliqua discordia de eo emerferit, absque illo sanctam Synodum conuenire, & quae iussa sunt ordinare praecipimus. Data tertio Kalendas Aprilis, Constantinopoli, Zenone & Posthumiano viris clarissimis Consulibus.] Sed deprauatam esse in die & Consulibus eiusmodi epistolam Theodosij ad Dioscorum scriptam, dum data haberetur dicta die Martij, nemo non videt; cum constet ex iis quae dicta sunt, vltimam Synodi Actionem habitam vigesima prima mensis Aprilis, & post eam has ab Imperatore datas fuisse litteras. Quod vero ad Consules spectat, cum eosdem superiori anno Consulatum gessisse certum sit, quid commune illis cum rebus anni praesentis? Restituendum est ergo: Tertio Kalendas Maias, Asterio & Protogene Consulibus.

Rursum vero ad eundem Dioscorum Theodosius has litteras dedit, quibus voluit ipsum eidem indictae praesse Synodo:

Dioscoro reuerendo Episcopo Alexandriae. Ante hoc quidem, Theodoretum Episcopum Cyri ciuitatis praecipimus in sanctam Synodum minimè peruenire, donec de eo, quod placuerit, sancta Synodus constituat: auerfati eum, quia praesumpsit proferre contraria iis quae scripsit de fide sanctae memoriae Cyrillus Alexandrinae quondam ciuitatis Episcopus. Quoniam vero suspicamur aliquos sectatores Nestorij assumere studium & conferre, vt omnimodo interfit sancto Concilio: hac de causa necessarium duximus, his sacris litteris ad tuam reuerentiam datis, manifestum facere tuae beatitudini & vniuersae S. Synodo, quod nos regulas sanctorum Patrum sequentes, non solum propter Theodoretum, sed alios omnes, qui ad congregatam S. Synodum pertinent, auctoritatem & primatum tuae praebemus beatitudini, scientes diligentius, quod & reuerendissimus Archiepiscopus Hierosolymorum Iuuenalis, & beatissimus Archiepiscopus Thalassius, & omnis talis seruens amator & amulator Orthodoxae fidei consentaneerunt tuae sanctitati, radianti per Dei gratiam honesta vita & Catholica fide. Eos namque qui aliquid per additamentum aliquod aut imminutionem conati sunt dicere praeter quae sunt exposita de fide Catholica à sanctis Patribus qui in Nicæa, & qui postmodum in Epheso congregati sunt, nullam omnino fiduciam in S. Synodo habere patimur; sed & sub vestro iudicio esse volumus, quia hac de re & nunc S. Synodum disposuimus conuenire.] haecenus ad Dioscorum Theodosius.

Porro intentatum haecenus sibi idem Theodosius Imperator ius arrogat & usurpat, dum celebrandae Synodo oecumenicae, qui illi in omnibus praesit, Episcopum deligit; quod quidem Romani esse Pontificis, docent quae acta sunt in habitis antea Synodis oecumenicis: siquidem Nicænae Synodo Osius à S. Siluestro missus praefuit, Ephesino vero haud pridem celebrato Concilio Cyrillus Episcopus Alexandrinus à Caestino delectus, vt eorumdem Conciliorum Acta significant. Sed Deo vindice, vbi talem sibi Theodosius Pontificiam auctoritatem arripuit, Imperio priuatur, anno sequenti ex hac vita sublatus, vt suo loco dicemus. Quod igitur talibus sacrilegis est ceptum concilium, quibus fuerit sceleribus auctum & consummatum, eiusdem Acta declarant.

At obserua dolum, quam cautè agatur, ne quis ex iis qui constantissimè essent aduersus Eutychem propugnaturi fidem Catholicam de duabus in Christo naturis, in Ephesinum indictum Concilium admittatur, ea rectitudinis specie, quod iidem essent haereticis Nestorianae fautores: sicque Theodoretus exploditur, & Ibas suasionem Eutychetis fuit antea relegatus.

DIOSCORVS
CVM DECEM
METROPO-
LITANIS
CONVENI-
RE IVBE-
TVR.

THEODO-
RETVS PRO-
HIBETVR
ACCEDERE.

*Apud Conc.
Chalce. Act. 1

EPIST. THEO-
DOSII QVA
PRAEFICIT
SYNODO
DIOSCO-
RVM.

DOLVS EUTYCHIANORVM.

gatus: contra verò illi, qui Eutychetis studiosissimi essent, Synodo interesse & præesse iubentur, eo quidem colore, quòd essent hi hostes Nestorianæ perfidiæ; quasi non contra emergentem nouam hæresim, sed contra Nestorium bellum suscipiendum esset. sed & inter alios nominatus Barsumas in Syria Archimandrita omnium scelestissimus curatur ab amicis Eutychetis, puto Chrysaphio, vt ab Imperatore Synodo interesse iubeatur: cuius rei causâ has litteras ad Dioscorum idem Theodosius litteras dedit:

*Apud Conc. Chalced. Act. 1. THEODOSII IMPER. ADDIOSCORVM DE BARSVMA. diuinitati

Peruenit ad nostræ serenitatis auditum, quia multi reuerendi Orientalium Archimandritæ simul cum Catholicis populis aduersus quosdam Episcopos, qui Nestoriana impietate ægrotare dicuntur, in quibusdam Orientalium ciuitatibus constituti, laborarent, & pro Catholica fide contenderent. Hac de causâ nostræ serenitati complacuit, religiosissimum presbyterum & Archimandritam Barsumam puritate vitæ & Catholica fide probatissimum adesse Ephesinæ ciuitati, & tenentem locum cunctorum Orientalium Archimandritarum confidere tam tuæ sanctitati, quàm vniuersis sanctissimis Patribus ibidem conuenientibus; quatenus Deo placita de omnibus sententia proferatur. Dignetur proinde tua religio peruidens (quia omnis nobis est pro Catholica fide sollicitudo) affectuosè & prædictum reuerendum Archimandritam suscipere, & operam dare, vestræ eum S. Synodi participem fieri. Dat. Idibus Maij, Protogene viro Clarissimo Consule, & qui fuerit nunciatus.] Ad ipsum verò Barsumam his verbis:

*Apud Conc. Chalced. Act. 1. THEODOSII EPIST. AD BARSVMA.

Nostram pietatem latere non potuit, in quali sint certamine constituti per Orientem religiosissimi & sanctissimi Archimandritæ pro fide laborantes Catholica, & quosdam Episcopos in ciuitatibus Orientis constitutos Nestorianæ hæreseos participes auersantes, collaborante etiam Orthodoxo populo eisdem religiosissimis Archimandritis. Quoniam igitur & tua sanctitas pro Catholica fide tantum laborare sustinuit, vt ad nostram perueniret pietatem: iustum esse duximus, tuam sanctitatè puritate vitæ & Catholica fide probabilem ad Ephesinam pergere ciuitatem, & locum tenentem omnium religiosissimorum Archimandritarum Orientalium confidere sanctæ Synodo, quæ ibi disposita est conuenire, & cum aliis sanctis Patribus & Episcopis quæ sunt Domino placita ordinare. Datum pridie Idus Maij.] hæc ibi. Conscriptisse eundem Theodosium ad alios Orientalis Ecclesiæ Episcopos Metropolitanos, Synodalia Acta fidem faciunt.

CONSILIUM THEODOSII DE VOCANDO AD SYNOD. S. LEONEM.

Quoniam verò idem Imperator sciebat, nullum fore Concilium œcumenicum absque Romani Pontificis auctoritate, sed quòd & satis intelligi poterat, Leonem Papam Eutycheti aduersaturum: illud consilium inuit, vt ita eum vocaret, vt tamen, ne adesset, caueret. Et quomodo id factum? Primùm angustissimo termino tempus clausit, vt adesse non nisi magno incommodo posset: adiecit etiam, vt ipse scribens Theodosius ad ipsum S. Leonem Romanum Pontificem litteras, eius personam Ephesinæ Synodo præsentem esse peteret, ratus nimirum, id minimè ab eo fore præstandum: de mittendis verò legatis, si venire non posset, nullam penitus habuit mentionem. hoc planè argumento scriptam esse à Theodosio Imperatore ad ipsum Romanum Pontificem epistolam, ipsius Leonis Papæ litteræ ad Pulcheriam Augustam manifestè declarant, in quibus hæc leguntur:

*Leo epist. 13.

Augustissimus & Christianissimus Imperator cupiens quàm celerrimè turbata componi, Episcopali Concilio, quod Ephesi vult haberi, nimium breue & angustum tempus indixit, diem Kalendarum Augustarum præstituendo Conuentui, cum à tertio Iduum Maiarum, quo serenitatis suæ scripta suscepimus, maior pars reliqui sit temporis assumenda, vt profectio sacerdotum, qui negotio sufficient, valeat ordinari. Nam illud quod pietas eius etiam me credidit debere interesse Concilio: etiam si secundum aliquod præcedens exigere exemplum, nunc tamen nequaquam possit impleri, quia rerum præsentium nimis incerta conditio à tantæ Urbis populis me abesse non sineret, & in desperationem quamdam animi tumultuantium mitterentur, si per occasionem causæ Ecclesiasticæ videret patriam & Apostolicam sedem velle deserere.] hæc sanctus Leo, cum bellum Hunnicum immineret hoc anno, de quo in fine eiusdem acturi sumus.

LEO PAP. VOCATVS AD SYNODVM EPHESINAM.

Cum autem de cogenda Ephesi Synodo S. Leo litteras Theodosij accepisset, vt anteuerteteret mala quæ præfagebat inde esse ventura, persuadere Theodosio conatus est, vt eiusmodi Concilium haberi sineret in Italia, hæcque de causâ ad ipsum ista rescripsit:

*Leo epist. 9. QUAE S. LEO AD THEODOSIUM RESCRIPSERIT.

Pro integritate fidei Catholicæ Christianissimum Principem conuenit esse sollicitum: & hoc indefessis precibus diuinam misericordiam posco, vt cordi vestro id quod est veritatis inspiceret, neque falli vos in aliquo humanarum calliditatum æmulatione patiat.] hæc idcirco

A idcirco ipso epistolæ exordio Leo ingerit, quòd subodoratus esset, calliditate Chrysaphij in odium S. Flauiani Episcopi Constantinopolitani omnia ista dolosè peragi. sed pergit: A me autem, atque ab omnibus Catholicis sacerdotibus, quæ Euangelicæ fidei pietas defendit, satis plenè ac lucidè litteris meis, quas clementiam vestram iam dudum per famulû vestrum Epiphanium tribunum, qui pro hac causâ missus est, arbitror vos accepisse: ratum est, nec ambigi potest, hoc nos purissimè credere, hoc constanter asserere, quod etiam venerandi Patres quondam apud Nicæam congregati, secundum fidem Symboli credendum & confitendum, sacratissima auctoritate sanxerunt. Nos enim, venerabilis Imperator, sicut Nestorij dogma peruersum meritò anathematizauimus, ita iustè etiam horum impietatem, qui veritatem carnis nostræ negant à Domino Iesu Christo susceptam esse, damnamus. Vnde si pietas vestra suggestioni ac supplicationi nostræ dignetur annuere, vt intra Italiam haberi iubeatis Episcopale Concilium: citò, auxiliante Deo, poterunt omnia scandala, quæ in perturbationem totius Ecclesiæ sunt commota, rescari: vt per vniuersum regnum vestrum Catholicæ fidei integritate seruata, & pacem Christianam manere, & vestram apud Deum crescere gloriam gaudeamus. Data octauo Kalendas Iunias, Asterio & Protogene viris clarissimis Conss.]

Quòd autem his litteris declarat S. Leo se rectæ fidei normam scripsisse per Epiphanium Tribunum, haud existimes ipsum intelligere de celebri illa ad Flauianum epistola data, qua incarnationis Filij Dei sacramentum reddidit omni ex parte perspicuè definitum: Siquidem litteras illas ad Flauianum non ante hanc epistolam esse datas apparet, vt pote quæ scriptæ habeantur hoc anno Idibus Iunij.

Rursum verò cum aliis litteris Theodosius ad Leonem Pontificem datis instaret de cogendo Ephesino Concilio, immo & rogaret ipsum Leonem vt eidem suam præsentiam exhiberet: idem rursus ad eum rescripsit, & coitionem hanc Episcoporum dissuadere conatus est, eo quòd in re aded perspicua haud tanta esset consultatio adhibenda, seq̄e haud eidem fore præsentem excusauit, his ad eum breuiter scriptis:

*Leo epist. 17. LEONIS EPIST. AD THEODOS.

Acceptis clementiæ tuæ litteris, & multum vniuersali Ecclesiæ gaudendum esse propexi, quod Christianam fidem, qua Diuinitas honoratur & colitur, in nullo dissimilem, in nullo vult esse discordem. Quid enim rebus humanis ad exorandam misericordiam Dei efficacius suffragetur, quàm si vna gratiarum actio, & vnius confessionis sacrificium maiestati eius ab omnibus offeratur? in quo & sacerdotum & cunctorum Fidelium ita demum erit plena deuotio, si in his quæ per vnicum Dei Filium Deum verbum pro nostra redemptione sunt gesta, nihil aliud sentiat, quàm quòd ipse predicari de se iussit & credi. Vnde quamuis ad diem Concilij Episcopalis, quem pietas vestra constituit, occurrere me ratio nulla permittat, cum nec aliqua de hoc exempla præcesserint, & temporalis necessitas me non patiar deserere ciuitatem, præsertim cum tam euidentis fidei causâ sit, vt rationabilibus causis ab indicenda Synodo fuisset abstinendum: Tamen, in quantum Dominus iuuare dignatur, meum studium commodauit, vt clementiæ vestræ statutis aliquatenus pareatur, ordinatis hinc fratribus meis, qui amputandis scandalis pro causæ æquitate sufficient, quique præsentiam meam impleant vicem: Quia non talis quæstio orta est, vnde aut possit, aut debeat dubitari. Data x i i. Kal. Iulij, Asterio & Protogene viris clarissimis Conss.]

Considerasti ne, lector, quàm blandè, lenique manu reprehendat Leo Pontifex Theodosium, dum haud dignam ait esse causam, pro qua deberet Synodus œcumenica celebrari? Eo planè, perditissimo tempore isto, infelicitatis prouenerunt res Orientalis Ecclesiæ, vt arbitrio vnius eunuchi cuncta sursum deorsumque agerentur: qui contra sancita Constantinopolitanæ Synodi, pro restituendo vno homine, sene deliro iustissimè condemnato, non aliam tantum Synodum Constantinopoli (vt vidimus) per Imperatorem iterum voluerit conuocari, sed ex totius Orbis Episcopis Conuentum Ephesi indici fecerit litteris eiusdem Imperatoris. Sed ad eadem oues potiùs, quàm ad Synodum dixeris esse conuocatos Episcopos.

Cum igitur S. Leo nec reprimere Theodosium valuisset ab huiusmodi cogendo Conuentu Episcoporum; neque vt in Italia ageretur, persuadere potuisset: tandem ne fidei causa dispendium aliquod pateretur, quam sciret appeti studiis summæ potentis fautorum Eutychetis eundem Imperatorem præcipitem abducentium: salubre illud in primis consilium inuit, vt è Latere Legatos mitteret Ephesum ad Concilium, eisdemque daret ad Flauianum Episcopum Constantinopolitanum epistolam, qua non ipse solum, sed vniuersa Synodus,

S. LEO DE CERNIT LEGATOS AD SYNODVM EPHESINAM.

Synodus, quid de Verbi incarnatione sentiendum esset, ex sententia Euangelicæ veritatis acciperet; vt sic tamquam fixa anchora, fides Catholica haud abriperetur à furentibus factiosorum fluctibus, discordiæ spiritibus agitata; sed inconcussa solida firmitate subsisteret. Qui autem in re tanta obeunda sunt directi Legati, eorum hæc sunt nomina, Iulianus

¹ Episcopus Puteolanus, Renatus presbyter Cardinalis tituli sancti Clementis, atque Hilarius S. R. E. diaconus Cardinalis.

Data est his epistola ad Flavianum, non quidem priuatim ad eum, qui probè Catholicus illa minimè indigeret, sed vt publica & communis omnibus in plena Synodo legeretur: immo & illud constat, non Orientales solum S. Leonem ea voluisse reddi communites epistola, sed & Occidentales omnes, tamquam ad nouæ emergentis hæresis venenum cauendum parato antidoto: quam obrem eandem quam scripsit ad Flavianum epistolam, legendam in Synodo, voluit esse Occidentalibus omnibus Circularem, quam Græci dicunt

EPISTOLA
S. LEONIS
AD FLAVIANUM
NUM ENCYCLICA.

Encyclicam, eo quòd per vniuersam Ecclesiã reddita omnibus manifesta, per manus data, atque descripta ab omnibus, æquè omnibus innosceret. Id planè genus fuisse epistolam S. Leonis ad Flavianum, docent litteræ Galliarum Episcoporum ad ipsum S. Leonem conscriptæ, de quibus inferius dicturi sumus.

² Apud S. Leonem post epistolam

Sed quid prodigiosum accidisse tradatur, cum eiusmodi epistolam Christianæ fidei regulam sanctus Leo scripsisset, testificatione (vt asseritur) sancti Gregorij Papæ, relatione sancti Eulogij Episcopi Alexandrini, scriptioe verò Sophronij, hic primùm reddendum putauimus. sic enim se habet:

³ Sophr. Prat. Spirit. c. 147. 148.

Narravit nobis & hoc Abbas Menas eiusdem cœnobij Pater, audisse se eundem Abbatem,

MIRACULUM DE EPISTOLA S. LEONIS AD FLAVIANUM.

Eulogium Alexandrinum Patriarcham dicentem: Cùm profectus essem Constantinopolim, fruius sum contubernio domini Gregorij Romani Archidiaconi, & singularis viri: qui narrauit mihi de sanctissimo ac beatissimo Leone Romano Pontifice, dicēs haberi scriptum in Ecclesia Romana, quòd cùm scripsisset epistolam ad sanctum Flavianum Constantinopolitanum Episcopum contra impios Eutychetem & Nestorium, posuerit eam super tumulum Principis Apostolorum Petri, & orationibus ac vigiliis & ieiuniis vacans orauerit ipsum summum Apostolum, dicens: Si quid, vt homo, vel minus cautè posui: tu, cui à Domino Salvatore nostro Iesu Christo & hæc sedes & Ecclesia commissa est, emenda. Post

⁴ quadraginta

quatuor verò dies apparuit ei Apostolus, ac dixit: Legi & emendauit. Sumensque epistolam de sepulchro Beati Petri, aperuit eam, & inuenit Apostolica manu emendatam.] hæc ibi. Sed

⁵ 2. Petr. 1.

præstat audire potiùs sententiam Petri, quam visionem Petri, dicentis: Firmiorem quauis visione habemus sermonem Propheticum, &c.] Etenim maiorem sibi ea epistola fidem vendicat ex diuinis Scripturis, traditionibusque sanctæ Ecclesiæ, & communi sanctorum Patrum consensu, quam ex recentia modò visione. Sed quid per visum ostensum fuerit de ipso Eulogio pro eadem epistola aduersus hæreticos laborante, ista idem auctor subnectit.

* De hæc VISIO DE S. EULOGIO DEFENSOR EPISTOLARUM S. LEONIS.

Theodorus sanctissimus Episcopus Dornæ*, quæ est in Libya, narrauit nobis, dicens: Cùm essem cubicularius sancti Papæ Eulogij, vidi in somnis virum reuerendi habitus, statura procerum, dicentem mihi: Nuncia meum Eulogio Papæ aduentum. Ad quem ego: Quis es tu, qui iubes vt nunciam? Respondens ille, dixit mihi: Ego sum Leo Romanus Pontifex. Ingressus igitur ego nunciaui dicens: Sanctissimus & beatissimus Papa Leo Romanæ sedis Antistes conuenire vos vult. Cùm hoc audisset Papa Eulogius, exurgens concitus occurrit in occursum eius. Salutantesque se inuicem, oratione facta, confederunt. Tunc verò dominus & eximius Leo dixit sancto Eulogio: Scis quare huc venerim ad vos? Respondit ille: Non. Ait ipsi: Veni, vt vobis gratias agerem, quia ritè & magnificè pro mea epistola respondistis, quam scriptam misi ad fratrem meum Flavianum Constantinopolitanum Patriarcham, sensum quidem & sententiam meam aperientem, hæreticorum autem obstruentem. Scito autem, frater, quia non mihi tantum vestrum diuinum laborem studiumque contulistis, sed etiam supremo culmini Apostolorum Petro, & ipsi præ omnibus quæ à nobis prædicatur Veritati, qui est Christus Deus noster. Ista non semel tantum, sed bis terque conspiciens, trina apparitione firmatus, enarraui sancto Papæ Eulogio: qui cùm audisset, lacrymatus est, extendensque in cælum manus suas, Deo gratias retulit, dicens: Gratias tibi ago, Dominator Orbis, Christe Deus noster, qui cùm indignus sim, veritatis tuæ præconem me facere, & per orationes seruorum tuorum Petri & Leonis paruam & modicam alacritatem nostram, tamquam duo viduæ minuta, summa & ineffabili benignitate tua suscipere dignatus es.] hæc tenus ibi.

At

At certioris fidei, solidiorisque testimonij apud me est de epistola sancti Leonis publica Concilij Oecumenici Chalcedonenfis assertio & prædicatio, quam quælibet priuatæ huiusmodi visiones. Quòd autem tantæ fuerit æstimationis eiusmodi Leonis epistola ad Flavianum, non inde accidit quidem, quòd quid nouum attulerit, vel inauditum annunciauerit: immo quòd, quid à maioribus acceptum in Ecclesia esset, eo ordine & certitudine demonstrarit, vt viam planè regiam strauerit, per quam quisque Fidelis incedens non declinaret neque ad dexteram, neque ad sinistram; vitaretque lacunas & scrobes Eutychetis altera ex parte, ex altera verò abrupta Nestorij præcipitia. Sed audiamus de epistola hac elogium sexcentorum sanctorum Patrum ad Marcianum Imperatorem: Non inuouans (inquit) aliquid aduersus Nicenam fidem nunc sanctissimus Archiepiscopus Leo scripsit epistolam ad sanctæ memoriæ Flavianum Constantinopolitanæ regiæ vrbs Episcopum; sed sanctos Patres secutus sit, qui & post Magnam Synodum Nicenam hæreses, quæ per vnumquodque tempus exortæ sunt, similiter refutauerunt.] & paulo post: Vnde nobis inexpugnabilem in omni errore propugnatorem Deus prouidit, & Romanæ Ecclesiæ Papam ad victoriam præparauit, & doctrinis eum per omnia veritatis astringens; vt quemadmodum Petrus, & hic affectu feruentiore decertans, omnem ad Deum sensum intelligentiamque perducatur.] hæc ibi.

DE EPISTOLA S. LEONIS NICENÆ.

⁶ Conc. Chalc. c. 16.

⁷ ad verum, vel, ad eum

Sed audi de hac eadem epistola Gelasij Papæ decretum: Probamus (inquit) epistolam B Leonis Papæ ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum destinatæ. Cuius textum quispiam si vsque ad vnum iota disputauerit*, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit.] hæc ipse. His addimus, morem fuisse tum Romanæ, tum omnium Occidentalium Ecclesiarum, eandem epistolam legere publicè in ecclesia, mense Decembris ante Domini Natiuitatem, quo tempore à maioribus celebrari consuevit Domini aduentus in carnem: id quidem nos accepimus ex scripto codice sanctæ Mariæ ad Martyres: quòd scilicet ea epistola Dominicæ incarnationis doctrinam absolutissimam contineret. Summis insuper eam extollit præconiis Theodororus in epistola ad ipsum S. Leonem postea data, & alij innumeri Orientales eandem diuinis planè laudibus sunt profecti, eidem vt sacræ anchoræ in immenso fluctuum motu inhærescentes.

⁸ Gelas. in Concil. Rom. de lib. authent. disputauerit

Sed accipe de eadem illud admiratione dignissimum. Cùm eam describendam accepissent Occidentales, & inter alios Episcopi Galliarum; ex illis tres insignioris nominis Antistites, Ceretius, Salonijs, atque Veranus, cùm eam exscripsissent, ipsum ab eis exaratam exemplar Romam ad eundem sanctum Leonem mittendum putarunt, ne quid minus à prototypo in eo haberetur exscriptum. post enim multa de eadem epistola ab ipsis effusa præconia, hæc habent: Deprecamur, vt opus & præsentibus & futuris temporibus profuturum, quod nos asseruandi studio folijs mandare curauimus, sanctitas vestra percurrere, & si quid librarij errore defuerit, emendare dignetur: vel si salutarem lecturis omnibus paginam aliquo studij præconijs Theodororus, id ipsum addi libello huic, sollicitate iubeatis: vt non solum plures sancti Episcopi fratres nostri per Gallias, verum etiam multi ex laicis, filij vestri, qui epistolam istam magnopere pro veritatis manifestatione desiderant, remissam ad nos, & sancta manu vestra emendatam transcribere, legere, & tenere mereantur.] hæc tres nominati Episcopi.

⁹ Apud S. Leonem post epistolam. QUA NT RECERINT GALLI EPISTOLAM S. LEONIS

Confidetafti ne in his, lector, candorem fidei Ecclesiæ Gallicanæ, cùm licet doctissimi essent Episcopi, eandem Encyclicam epistolam exscribentes, maximè timerent, ne vel in apice vno à fide scripta à Romano Pontifice discreparent? tantus enim apud eos vigeat erga supremum Antistitem cultus & obseruantia, vt ab ipsius decretis vel tenui linea declinare, ducerent esse sacrilegum atque impium, & à veritate omnino deficere. Quam quidem dum tenuit obseruantiam, ab omni prorsus hæreticorum labe illibata permansit omnium ore laudata Ecclesia Gallicana; cuius Antistites antiquæ gloriæ memores, tenacisque pristini comparati sibi ex Catholica fide splendoris, non vt insensati Galatæ, sed sapientissimi Galli antecessores Episcopi ad numeros omnes, lineas, atque apices concordēs & obediētes veritati, inhærentesque Ecclesiæ Romanæ, retinentes quam à maioribus accepere Catholicam fidem; ne ab ea vel latum vnguē aberrarent, more maiorum, prototypum consulunt in archiuo Romæ seruatum. Sed iam S. Leonis tot tantisque laudibus celebrata reddenda est hæc nobis epistola, cuius cùm tot tantaque audieris præclara præconia, te eam expetere, certò scimus, est huiusmodi:

¹⁰ Leo epist. 10.

Leo Episcopus dilectissimo fratri Flauiano Constantinopolitano Episcopo.

Lectis

CHRISTI
449.LEONIS PAP.
10.THEODOSII 42.
VALENTIN. 25. IMPP.EPISTOLA
S. LEONIS
AD FLAVIA
NUM EN-
CYCLICA.

*Psal. 35.

*Et

*Hebr. 2.

*Matth. 1.

*Rom. 1.

*Genes. 22.

*Galat. 3.

*Isaia 7.

*Isaia 9.

*Luc. 1.

*Proh. 9.

*Ioan. 1.

Lectis dilectionis tuæ litteris, quas miramur fuisse tam seras, & Gestorum Episcopatum ordine recensito: tandem quid apud vos scandali contigerit, atque contra integritatem fidei exortum fuerit, agnouimus; & quæ prius videbantur occulta, nunc nobis referata pauerunt. Quibus Eutyches, qui presbyterij nomine honorabilis videbatur, multum imprudens, & nimis imperitus ostenditur; ut etiam de ipso dictum sit à Propheta^a: Noluit intelligere ut bene ageret: iniquitatem meditatus est in cubili suo. Quid autem iniquius, quàm impia sapere, & sapientioribus doctioribusque non credere? Sed in hanc insipientiam cadunt, qui cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad Propheticas voces, non ad Apostolicas litteras, nec ad Euangelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt. Sed * ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuere. Quam enim eruditionem de sacris noui & veteris Testamenti paginis acquisiuit, qui nec ipsius quidem Symboli initia comprehendit? Et quod per totum mundum omnium regenerato-
rum voce depromitur, istius adhuc senis corde non capitur. Nesciens igitur quid deberet de Verbi Dei incarnatione sentire, nec volens ad promerendum intelligentiæ lumen in sanctarum Scripturarum latitudine laborare, illam saltem communem & indiscretam confessionem sollicito apprehendisset auditu, qua fidelium vniuersitas proficitur, credere se in Deum Patrem omnipotentem, & Iesum Christum Filium eius; vnicum Dominum nostrum, qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine: Quibus tribus sententiis omnium ferè hæreticorum machinæ destruuntur.

Cum enim Deus & omnipotens & æternus Pater creditur, consempiternus eidem Filius demonstratur, in nullo à Patre differens: quia de Deo Deus, de omnipotente omnipotens, de æterno natus est coæternus, non posterior tempore, non inferior potestate, non dissimilis gloria, non diuisus essentia. Idem verò sempiterni Genitoris Vnigenitus sempiternus natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Quæ natiuitas temporalis illi natiuitati diuinæ & sempiternæ nihil minuit, nihil contulit, sed totam se reparando homini, qui erat deceptus, impendit; ut & mortem vinceret, & diabolum, qui mortis habebat imperium, sua virtute destrueret. Non enim superare nos possemus peccati & mortis auctorem^b, nisi naturam nostram ille susciperet, & suam faceret, quem hæc peccatum contaminare, nec mors potuit detinere: Conceptus quippe est de Spiritu sancto intra vterum matris Virginis, quæ ita illum, salua virginitate, edidit, quemadmodum salua virginitate concepit.

Sed si hunc de Christianæ fidei fonte purissimo sincerum intellectum haurire non poterat, quia splendorem perspicuæ veritatis obæcatione propria tenebrat: doctrina se Euangelicæ subdidit, dicente Marthæ^c: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham. Apostolicæ quoque prædicationis expetit instrumentum, & legens in epistola ad Romanos^d: Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod antea promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex femine Dauid secundum carnem: ad Propheticas paginas piam sollicitudinem contulisset, & inuenisset promissionem Dei ad Abraham dicentis^e: In femine tuo benedicentur omnes Gentes. Et ne de huius seminis proprietate dubitaret, securus fuisset Apostolum dicentem^f: Abraham dictæ sunt promissiones, & semini eius: non dicit, & feminibus, quasi in multis; sed quasi in vno, & semini tuo, quod est Christus: Isaia^g quoque prædicationem interiori apprehendisset auditu, dicentis: Ecce Virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius, Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus: Eiusdemque Prophetæ verba legisset^h: Puer natus est nobis: filius datus est nobis, cuius potestas super humerum eius, & vocabitur nomen eius, Magni consilij Angelus, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Princeps pacis, Pater futuri seculi.

Nec frustratorie loquens ita Verbum diceret carnem factum, ut editus vtero Virginis Christus haberet formam hominis, & non haberet materni corporis veritatem. An forte ideo putauit Dominum nostrum Iesum Christum non nostræ esse naturæ, quia missus ad beatam Mariam Angelus aitⁱ: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei: ut quia conceptus Virginis diuini fuit operis, non de natura concipientis fuerit caro concepti? Sed non ita intelligenda est illa generatio singulariter mirabilis, & mirabiliter singularis, ut per nouitatem creationis proprietates remota sit generis. Fœcunditatem enim Virgini Spiritus sanctus dedit: veritas autem corporis sumpta de corpore est, & ædificante sibi Sapientia^k domum, Verbum^l caro factum est, & habitauit in nobis: hoc est, in ea carne, quam sumpsit ex homine,

CHRISTI
449.LEONIS PAP.
10.THEODOSII 42.
VALENTIN. 25. IMPP.

A homine, & quam spiritus vitæ rationalis animauit. Salua igitur proprietate vtriusque naturæ, & in vnam coeunte personam, suscepta est à maiestate humilitas, à virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas: & ad resoluendum conditionis nostræ debitum, natura inuolabilis, naturæ est vnica passibili: ut quod nostris remediis congruebat, vnus atque idem mediator Dei & hominum homo Christus Iesus & mori posset ex vno, & mori non posset ex altero.

In integra ergo veri hominis præfectaque natura verus natus est Deus, totus in suis, totus in nostris: nostra autem dicimus, quæ in nobis ab initio Creator condidit, & quæ reparanda suscepit. Nam illa quæ deceptor intulit, & homo deceptus admisit, nullum habere in Salvatore vestigium: nec quia communionem humanarum subiit infirmitatum, ideo nostrorum fuit particeps delictorum. Assumpsit formam serui sine sorde peccati: humana augens, diuina non minuens: quia exinanitio illa, qua se inuisibilis visibilem præbuit, & Creator ac Dominus omnium rerum vnus voluit esse mortalium, inclinatio fuit miserationis, non defectio potestatis. Proinde qui mans in forma Dei fecit hominem, idem in forma serui factus est homo: tener enim sine defectu proprietatem suam vtraque natura: & sicut formam serui Dei forma non adimit, ita formam Dei serui forma non minuit. Nam quia gloriabatur diabolum, hominem sua fraude deceptum diuinis caruisse muneribus, & immortalitatis dote nudatum, duram mortis subiisse sententiam, sequè in malis suis quoddam de præuaricatoris consortio inuenisse solatum; Deum quoque (iustitiæ exigente ratione) erga hominem, quem in tanto honore condiderat, propriam mutasse sententiam: opus fuit secreti dispensatione consilij, ut incommutabilis Deus, cuius voluntas non potest sua, benignitate priuari, primam erga nos pietatis suæ dispositionem sacramento occultiore compleret; & homo diabolicæ iniquitatis versutia actus in culpam, contra Dei propositum non periret.

Ingreditur ergo hæc mundi infima Filius Dei, de cælesti sede descendens, & à paterna gloria non recedens, nouo ordine, noua natiuitate generatus: Nouo ordine, quia inuisibilis in suis, visibilis factus est in nostris: incomprehensibilis voluit comprehendit: ante tempora manens, esse cœpit ex tempore: vniuersitatis Dominus seruilem formam, obumbrata maiestatis tuæ immensitate, suscepit: impassibilis Deus non dedignatus est esse homo passibilis, & immortalis mortis legibus subiicere. Noua autem natiuitate generatus; quia inuolata virginitas concupiscentiam nesciens, carnis materiam ministravit. Assumpta est igitur de matre Domini natura, non culpa: nec in Domino Iesu Christo ex vtero Virginis genito, quia natiuitas est mirabilis, ideo natura est dissimilis. Qui enim verus est Deus, idem verus est homo: nullum est in hac vnitate mendacium, dum inuicem sunt & humilitas hominis & altitudo Deitatis. Sicut enim Deus non mutatur miseratione, ita homo non consumitur dignitate. Agit enim vtraque forma cum alterius communionem quod proprium est, Verbo scilicet operante quod Verbi est, & carne exequente quod carnis est. Vnum horum coruscet miraculis, alterum succumbit iniuriis: & sicut Verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recessit, ita caro naturam nostri generis non reliquit. Vnus enim idemque est (quod sæpè dicendum est) verè Dei Filius, & verè hominis Filius: Deus per id quod in principio^a erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: homo per id quod Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: Deus per id quod omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: homo per id quod factus est ex muliere, factus sub lege.

Natiuitas carnis manifestatio est humanæ naturæ, partus Virginis diuinæ est virtutis indicium: infantia paruuli ostenditur humilitate cunarum, magnitudo Altissimi declaratur vocibus Angelorum. Similis est rudimentis hominum, quem Herodes impius molitur occidere; sed Dominus est omnium, quem Magi gaudentes veniunt suppliciter adorare. Iam cum ad præcursoris sui Ioannis baptismum venit, ne lateret quoddam carnis velamine diuinitas tegetetur; vox Patris de cælo intonans dixit^d: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Quem itaque sicut hominem diabolicæ tentat astutia; eidem sicut Deo Angelica famulantur officia. Esurire, sitire, lassescere, atque dormire, euidenter humanum est: sed quinque panibus quinque millia hominum satiari, & largiri Samaritanæ aquam viuam, cuius haustus bibenti præstet ne ultra iam sitiat; supra dorsum maris plantis non sublidentibus ambulare, & elationes fluctuum increpata tempestate conseruare, sine ambiguitate, diuinum est. Sicut ergo (ut multa præteream) non eiusdem naturæ est flere miserationis affectu amicum mortuumⁱ, & eundem, remoto quatruiduanæ aggere

aggere sepulture, ad vocis imperium excitare rediuuum, aut in ligno pendere, & luce in noctem conuersa, omnia elementa tremefacere; aut clauis transfixum esse, & paradisi portam fidei latronis aperire: Ita non eiusdem nature est dicere, Ego & Pater vnum sumus: & dicere, Pater maior me est.

Quamuis in Domino Iesu Christo Dei & hominis vna persona sit, aliud tamen est, vnde in vtroque communis est contumelia; aliud, vnde communis est gloria. De nostro illi est minor Patre humanitas, de Patre illi est equalis cum Patre diuinitas. Propter hac vnitatem personae in vtraque natura intelligendam, & Filius hominis legitur descendisse de caelo, cum Filius Dei carnem de ea Virgine, de qua est natus, assumpserit: Et rursus Filius Dei crucifixus dicitur ac sepultus, cum hac non in diuinitate ipsa, qua Vnigenitus consempiternus & consubstantialis est Patri, sed in naturae humanae sit infirmitate perpeffus. Vnde vngenitum Filium Dei crucifixum & sepultum omnes etiam in Symbolo confitemur, secundum illud Apostoli dictum: Si enim cognouissent, numquam Dominum maiestatis crucifixissent. Cum autem ipse Dominus noster atque Saluator fidei discipulorum suis

interrogationibus erudiret: Quem, inquit, dicunt esse Filium hominis? Cumque illi diuersas aliorum opiniones retexuissent: Vos autem, ait, quem me esse dicitis? Me vtiq; qui sum Filius hominis, & quem in forma serui, atque in veritate carnis aspicitis; quem me esse dicitis? Vbi beatus Petrus diuinitus inspiratus, & confessione sua omnibus Gentibus profuturus: Tu es, inquit, Christus Filius Dei viui. Nec immerito beatus est pronunciatu8 a Domino, & a principali petra soliditate & virtutis traxit & nominis; qui per reuelationem Patris eundem & Filium Dei est confessus & Christum: quia vnum horum sine alio receptum non proderat ad salutem: sed equalis erat periculi, Dominum Iesum Christum aut Deum tantummodo sine homine, aut sine Deo solum hominem credidisse.

Post resurrectionem vero Domini, quae vtiq; veri corporis fuit, quia non alter est resuscitatus, quam qui fuerat crucifixus & mortuus: quid aliud quadraginta dierum mora gestum est, quam vt fidei nostrae integritas ab omni caligine mundaretur? Alloquens enim cum discipulis suis, & cohabitans, atque conuescens, & perrectari se diligenti curiosoque contactu ab iis, quos dubietas perstringebat, admittens: ideo & clausis ad discipulos ianuis introibat, & flatu suo dabat Spiritum sanctum, & donato intelligentiae lumine sanctarum Scripturarum occulta pandebat: & rursus vulnus lateris, fixuras clauorum, & omnia recentissimae passionis signa monstrabat, dicens: Videte manus & pedes, quia ego sum: Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere: vt agnosceretur in eo proprietates diuinae, humanaeque naturae indiuidua permanere, & ita sciremus, Verbum non hoc esse quod carnem, & vt vnum Dei Filium & Verbum confiteremur & carnem.

Quo fidei sacramento Eutyches iste nimium aestimandus est vacuus, qui naturam nostram in Vnigenito Dei nec per humilitatem mortalitatis, nec per gloriam resurrectionis agnouit: nec sententiam beati Apostoli & Euangelistae Ioannis expauit dicens: Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex Deo est: & omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus. Quid autem est spluere Iesum, nisi humanam ab eo separare naturam, & sacramentum fidei, per quod vnum saluati sumus, impudentissimis euacuare figmentis? Caligans vero circa naturam corporis Christi, necesse est, vt etiam in passione eius eadem occaeatione desipiat. Nam si Crucem Domini non putat falsam, & susceptum pro mundi salute supplicium verum fuisse non dubitat, cuius credit mortem, agnoscat & carnem: nec diffiteatur nostri corporis hominem, quem cognoscit fuisse passibilem: quoniam negatio verae carnis, negatio est etiam corporis passionis.

Si ergo Christianam suscipit fidem, & a praedicatione Euangelij suum non auertit auditum, videat quae natura transfixa clauis pependit in Crucis ligno, & aperto per militis lanceam latere crucifixi, intelligat vnde sanguis & aqua effluxerint, vt Ecclesia Dei & lauacro rigareretur & poculo. Audiatur & B. Petrum Apostolum praedicantem, quod sanctificatio spiritus per asperionem fiat sanguinis Christi. Nec transitorie legat eiusdem Apostoli verba dicentis: Scientes, quod non ex corruptibili auro & augento redempti estis de vana vestra conuersatione paterna traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Iesu Christi. Beati quoque Ioannis testimonio non resistat dicentis: Et sanguis Iesu Filij Dei emundat vos ab omni peccato. Et iterum: Haec est victoria quae vincit

enudaretur
ad. 1.
Ioan. 20.
permittens
Luc. 24.

Ioan. 4.

Ioan. 19.
1. Petr. 2.

1. Ioan. 1.

A vincit mundum, fides nostra. Et quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quia Iesus Christus est Filius Dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est qui testificatur, quoniam Christus est Veritas: quia tres sunt qui testimonium dant in caelo, Spiritus, Aqua, & Sanguis, & hi tres vnum sunt: Spiritus vtiq; sanctificationis, & sanguis redemptionis, & aqua baptismatis; quae tria vnum sunt & indiuidua manent, nihil eorum a sui connexionione seiungitur. quia Catholica Ecclesia hac fide viuit, & proficit, vt in Christo Iesu non sine vera diuinitate humanitas, nec sine vera credatur humanitate diuinitas.

Cum autem ad interlocutionem examinis vestri Eutyches responderit, dicens: Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem, post adunationem vero vnam naturam confiteor: miror tam absurdam, tamque peruersam eius professionem nulla iudicantium increpatione reprehensam: & sermonem nimis insipientem, nimisque blasphemum ita omissum, quasi nihil quod offenderet, esset auditum: cum tam impie duarum naturarum ante incarnationem vnigenitus Filius Dei fuisse dicatur, quam nefarie, postquam Verbum caro factum est, natura in eo singularis asseritur. Quod ne Eutyches vel recte, vel tolerabiliter aestimer dictum, quia nulla vestra est sententia confutatum: dilectionis tuae diligentiam commoneamus, frater carissime, vt si per inspiratione misericordiae Dei ad satisfactionem causa perducitur, impudentia hominis imperiti etiam ab hac sensus sui macula per te purgetur: qui quidem (sicut Gestorum ordo patefecit) bene ceperat a sua persuasione discedere, cum vestra sententia coarctatus, profiteretur se dicere, quod ante non dixerat, & ei fidei acquiescere, cui prius fuisset alienus. Sed cum anathematizando impio dogmati noluisset praebere assensum, intellexit eum fraternitas vestra in sua permanere perfidia, dignumque esse, qui iudicium condemnationis exciperet.

De quo si fideliter atque vtiliter dolet, & quam recte mota sit Episcopalis auctoritas, vel sero cognoscit, vel si ad satisfactionis plenitudinem, omnia quae ab eo male sunt sensa, vna voce & praesenti subscriptione damnauerit: non erit reprehensibilis erga correctum quantacumque miseratio: quia Dominus noster verus & bonus pastor, qui animam suam posuit pro ouibus suis, & qui venit animas hominum saluare, non perdere, imitatores nos esse vult suae pietatis; vt peccantes quidem iustitia coerceat, conuersos autem misericordia non repellat. Tunc enim demum fructuosissime fides vera defenditur, quando etiam a sectatoribus suis opinio falsa damnatur. Ad omnem vero causam pie ac fideliter exequentiam fratres nostros Iulianum Episcopum, & Renatum presbyterum tituli S. Clementis, sed & filium meum Hilarum diaconum vice nostra direximus. quibus Dulcitem Notarium nostrum, cuius fides est nobis saepe probata, sociauimus: consentientes affuturum Diuinitatis auxilium, vt qui errauerat, damnata sensus sui prauitate, saluetur. Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene VV. CC. Confl.]

Haec illa S. Leonis epistola de Verbi incarnatione ad Flavianum data, quam singulatiu Patres & Concilia oecumenica summis sunt praconiis & acclamationibus prosecuti; quae in primis duas in Christo naturas vnitae indiuisae & inconfuse in vnius personae subsistentia inseparabiles docet. Claudat de duabus naturis in vna eademque persona coniunctis incarnationis mysterium Fortunatus de Partu Virginis duobus his versibus:

In Deitate Patri equalis, sed corpore matri,
Et sine peccato de genitrice caro.

quam quidem doctrinam ab ipsis Apostolorum temporibus Catholica semper custodiuit Ecclesia. Quod rursus ad hanc epistolam spectat, Marcellinus Comes in Chronico sub Consulatu Olybrij & Rustici, vbi agit de S. Prospero Aquitano, haec inter alia habet: Epistolae quoque Leonis aduersus Eutychem de vera Christi incarnatione datae, ab isto dictatae creduntur. Id ipsum putauit Gennadius. Ceterum non nisi S. Leonis eam esse dixerim: etenim eandem dictionem, quae est in epistola, vtiq; recognosco in eiusdem S. Leonis Papae sermonibus.

Data autem eadem epistola in Orientem ad Flavianum, eius quoque exemplaria missa sunt ab eodem Pontifice (vt dictum est) ad Episcopos Occidentales: inter quos, praeter tres illos superius nominatos Antistites, quadragintaquatuor Episcopi Galliarum simul, vbi eam acceperunt, conuenientes in Gallia Narbonensi, gratias agentes reddiderunt Synodalem epistolam ad eundem Romanum Pontificem, cuius est exordium: Perlata ad nos epistola beatitudinis vestrae, quam ad Orientem pro Catholicae fidei assertionem misistis, &c. vbi post alia:

Annal. Eccl. Tom. 6.

H

Ioan. 10.
Luc. 9.

Hilarium

Fortun. de
Partu Virg.

Gennad. de
viris illust.
c. 84.

GALLIARUM
EPISCOPORUM
GRATIARUM
ACTIO
ET PROFESSIO.

CHRISTI
449.LEONIS PAP.
10.THEODOSII 42.
VALENTIN. 25. IMPP.

alia: Multi itaque in ea gaudentes pariter & exultantes recognouerunt fidei suæ sensum; & A
ita se semper ex paterna traditione tenuisse, vt vester Apostolatus exposuit, iure lætantur:
Nonnulli verò sollicitiores facti, beatitudinis vestre admonitione percepta, modis omnibus
se gratulantur instructos, datamq; sibi occasionem gaudent, qua liberè ac fiducialiter, sus-
fragante etiam Apostolicæ sedis auctoritate, loquatur, & asserat vnusquisque quod credit.]
ad finem verò hæc de ipso S. Leone: Quod nos ante oculos semper habentes, non desine-
mus Deo ac Domino nostro gratias agere, & pariter supplicare, gratulantes, quòd tantæ san-
ctitatis, tantæ fidei, tantæq; doctrinæ Apostolicæ sedi, vnde religionis nostræ, propitio Chri-
sto, fons & origo manauit, Antistitem dederit: petentes etiam, vt datum concessumq; mu-
& alia illi, non vt Nouatores ingrati, qui ab Asianis, non ab Apostolica sede fidem se acce-
pisse, dixerūt: nam si qui vel ex Asia, vt Irenæus, vel ex Græcia, vt Dionysius, Episcopale mu-
nus in Gallijs obiere; haud negari potest, quin iubente vel assentiente Clemente Romano B
Pontifice, & ante eum Apostolis Petro & Paulo, eò profecti fuerint: sed de his superius suo
loco iam diximus. Qui autè in ea epistola primus ordine inter Gallicanos Episcopos poni-
tur Rauennius, constat ex his quæ dicta sunt, fuisse hunc Episcopum Arelatensem Hilarij suc-
cessorem; Rusticum verò, qui sequitur, Episcopum Narbonensem. Vides igitur tamquam
coloribus expressum in tabula, ipsum Romanum Pontificem vniuerso Christiano orbi præ-
sidere magistrum, ac velut ex eminenti cathedra docere omnes Catholicam fidem.

Quod autem nobis hæcenus fuerat incompertum, quoto potissimum Christi anno fe-
dere coeperit post S. Hilarium Rauennius Episcopus Arelatenfis: è duabus S. Leonis episto-
lis nuper acceptis ex antiquitus scripto codice Arelatenfis Ecclesiæ, certiores vtique reddi-
mur ipsum hoc anno sub Consulatu Asterij atque Protogenis sedere coepisse. earum prior C
scripta habetur ad comprouinciales Episcopos verbis istis:

Dilectissimis fratribus Constantino, Audentio, Rustico, Auspicio, Nicetæ, Nectario, Flo-
ro, Asclepio, Iusto, Augustali, Hymnatio, & Chrysaiphio Leo Papa.

Iusta & rationabilis causa gaudendi est, cum à sacerdotibus Domini ea gesta cognosci-
mus, quæ & paternorum canonum regulis, & Apostolicis congruant institutis. Necessè est
enim, vt omne corpus Ecclesiæ salubri crescat augmento, si membra, quæ præstant, & vi-
gore excellent auctoritatis, & tranquillitate moderaminis. Quod ergo in Arelatensem
ciuitate, defuncto sanctæ memoriæ Hilario, virum etiam nobis probatum fratrem Rauen-
nium, secundum desideria cleri, honoratorum & plebis, vnanimiter consecratis: bonum
fraternitatis vestræ opus nostro iudicio roboramus. Quia electionem pacificam atque
concordem, cui nec merita morum, nec studia ciuium defuerunt, postulationis quidem D
humanæ, sed inspirationis credimus fuisse diuinæ. Vtatur itaque, fratres charissimi, Dei
munere memoratus Antistes, & secundum consonantiam omnium ordinum vota, quid ex
ipso deuotionis expectetur, intelligat: vt dispensationis sibi creditæ diligens ac temperans
executor, vestro testimonio non inferior, & nostro fauore per omnia sit dignior. Deus
vos incolumes custodiat, fratres charissimi. Dat. x i. Kal. Septemb. Asterio & Protogene
Consl.] Habes igitur cum tempore promotionis Rauennij, etiam certum tempus quo
S. Hilarius prædecessor ex hac vita migravit, consentiens ijs quæ ex Gennadio superius di-
ximus, ipsum diem obiisse tempore Theodosij & Valentini Augustorum. Quo pariter
anno & die data extat in eodem codice epistola eiusdem S. Leonis ad ipsum Rauennium,
quæ habetur nonagesimaquarta numero epistolarum ipsius S. Leonis absque die & Con-
sule extra ordinem collocata, eodem argumento conscripta, quam tu legere poteris. Red-
damus verò hîc tibi litteras nondum cufas ex eodem scripto codice petitas ad eundem Ra-
uennium datas his verbis:

Dilectissimo fratri Rauennio Leo.

Circumspectum te volumus esse atque sollicitum, ne quid sibi plectenda possit vendi-
care præsumptio, quæ cum aditum falsa surreptione repererit, ad maiorem se temerita-
tem nomine vsurpatæ dignitatis extendit. Petronianum quemdam vagum & semper er-
roneum certa nos clericorum tuorum suggestione didicimus per Gallias se nostrum esse
diaconum iactasse, & sub huius honoris obtentu diuersas eius prouinciæ Ecclesias cir-
cuire. Cuius audaciæ tam nasandæ dilectionem tuam, frater charissime, ita volumus ob-
uiare, vt eum, admonitis etiam totius prouinciæ Episcopis, in sua falsitate detectum, ab
omnium Ecclesiarum communione, ne vterius hoc vsurpet, expellas. Dominus te inco-
lumem

CHRISTI
449.LEONIS PAP.
10.THEODOSII 42.
VALENTIN. 25. IMPP.

A lumem custodiat, frater charissime. Dat. sub die v i i. Kalend. Septembr. Asterio &
Protogene V V. C C. Consulib.] Sed quas anno sequenti idem sanctus Leo dederit ad
Galliarum Episcopos litteras nondum cufas, suo loco ex codice descriptas Annalibus
intexemus.

Sed iam prosequamur nobilem legationem vnà cum recitata ad Flavianum epistola
ab ipso Romano Pontifice missam ad Synodum Ephesi conuocatam: Quo ipso die da-
ta legitur dicta epistola Idibus Iunij ad Flavianum, eodem scripta habetur alia breuis^a ad
Theodosium Imperatorem, qua indicat inter alia, Eutychem, misso Romam libello,
declarasse, paratum se fore corrigere, quicquid corrigendum ipse summus Pontifex iudi-
casset. Commendat eisdem litteris quos mittit Ephesum ad Concilium Legatos à Latere.
est earum exordium: Quantum rebus humanis consulere prouidentia diuina dignetur, &c.]

B Eadem quoque die Iduum Iuniarum scripta ab eo extat eodem argumento epistola ad
Pulcheriam Augustam^b, exordiens in hæc verba: Quantum præsidij Dominus Ecclesiæ suæ
in vestra clementia præparauit, multis sæpe probauimus documentis. Et quicquid nostris
temporibus contra impugnatores Catholicæ veritatis industria sacerdotalis obtinuit, ad ves-
tram maximè gloriam redundauit.] egregiam profectò laudem, qua damnatio Nestorij
contra fauentes ipsi magistratus, tanti testificatione Pontificis, S. Pulcheriæ feratur accepta.
Agens ibi demum de sententia & errore Eutychetis improbi senis, cum diuinæ Scripturæ
contrariam penitus esse docet, tum etiam Apostolorum Symbolo damnatam ostendit.
Commendat denique missos à se legatos in Orientem ad Concilium Ephesinum.

Eadem itidem die decimatertia Iunij idem S. Leo eadem ex causa litteras dedit ad Iu-
lianum Coensem, Episcopum virum disertissimum & Catholicæ veritatis acerrimum de-
fensorem^c. Rursum verò alias eadem die scripsit ad Archimandritas Faustum, ac Marcia-
num, atque alios Constantinopoli agentes^d. Præstaret quidem hîc singulas reddere, quod
multo fidelior quauis alia ea graditur historia, quæ ex epistolarum concinnatione depromi-
tur: sed parcimus, nimis prolixitatis vitandæ causa, quod easdem qui vult possit apud ipsius
S. Leonis scripta consulere. Sed ea minimè prætermitti conceditur, quæ ad ipsam Synodum
Ephesi ad præscriptam diem Calendarum Augustarum cogendam idem S. Leo Papa con-
scripsit. est autem huiusmodi^e.

Religiosa clementissimi Principis fides, sciens ad suam gloriam maximè pertinere, si in-
tra Ecclesiæ Catholicæ nullius erroris germen exurgeret: hanc reuerentiam diuinis de-
tulit institutis, vt ad sanctæ dispositionis effectum auctoritatem Apostolicæ sedis adhibe-
ret, tamquam ab ipso Petro cuperet declarari, quod in eius confessione laudatum sit, quan-
do dicente Domino^f: Quem me esse dicunt homines Filium hominis? varias quidem di-
uersorum opiniones discipuli memorarunt. Sed cum ab eis, quid ipsi crederent, quæreretur,
Princeps Apostolorum plenitudinem fidei breui sermone complexus: Tu es, inquit, Chri-
stus Filius Dei viui: hoc est: Tu qui verè es Filius hominis, idem verè es Filius Dei viui.
Tu, inquam, verus in veritate, verus in carne, & salua geminæ proprietate naturæ vtrin-
que vnus. Quod si Eutyches intelligeret ac veraciter crederet, nequaquam ab huius
fidei tramite deuiaret, propter quam ipsi Petro responderetur à Domino: Beatus es Simon
Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui est in cælis. Et ego di-
co tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi
non præualebunt aduersus eam.

Nimis autem à compage huius ædificationis alienus est, qui & beati Petri confessionem
E non capit, & Christi Euangelio contradicit, ostendens se nullum vnquam studium co-
gnoscendæ veritatis habuisse, & superfluo honorabilem visum, qui nulla maturitate cor-
dis ornauit canicium senectutis. Verùm quia etiam talium non est negligenda curatio, &
piè ac religiosè Christianissimus Imperator haberi voluit Episcopale Concilium, vt ple-
niore indicio omnis possit error aboleri: fratres nostros Iulianum Episcopum, Renatum
presbyterum, & filium meum Hilarum^g diaconum, cumque his Dulcimum Norarium pro-
batæ nobis fidei misi; qui vice mea sancto Conuentui vestræ fraternitatis interfint, & com-
muni vobiscum sententia, quæ Domino sint placitura, constituent: Hoc est, vt primitus
pestifero errore damnato, etiam de ipsius, qui impudenter^h errauit, restitutione tractetur,
si tamen doctrinam veritatis amplectens, sensus hæreticos, quibus imperitia eius fuerat ir-
retita, plenè aperteque propria voce & subscriptione damnauerit; quod etiam in libello,
quem ad nos miserat, est professus, spondens per omnia nostram se esse secuturum sen-
tentiam

^a Leo epist. 12
LITTERAR
COMMEN-
DATIAR
PRO LB-
GATIS.^b Leo epist. 13^c Leo epist. 17.^d Leo epist. 14^e Leo epist. 15EPISTOLA
LEONIS AD
SYNODVM.^f M. 11. 6.^g Hilarium^h imprudens

CHRISTI LEONIS PAP. THEODOSII 42. IMPP. 449. IO. VALENTIN. 25.

rentiam. Accepit autem fratris & Coepiscopi nostri Flauiani litteris, plenius ad eum de his, quae ad nos videtur retulisse, rescriptimus: vt abolito hoc quo inquinatus videbatur errore, in laudem & gloriam Dei per totum mundum vna sit fides, & vna eademque confessio, & in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene Conss.] haec ad Synodum S. Leo.

AVCTORI- TAS ROM. PONT.

In qua quidem epistola illud velim, lector, quam diligentissime expendas, & tenaci memoria numquam abolendum conferues, no sine auctoritate Romanorum Pontificum Imperatores consueuisse indicere Synodos. Quantumlibet enim, ipso aegre ferente sancto Leone, Theodosius (vt vidimus) instituerit cogendum Ephesinum Conuentum, cui nec cuiperet ipsum per suos interesse legatos: haud tamen id ausus prolequi, neque perficere absque ipsius Romani Pontificis auctoritate, prout declarant verba illa in epistolae exordio collocata, quibus ait: Hanc reuerentiam diuinis detulit institutis, vt ad sanctae dispositionis effectum auctoritatem Apostolicae sedis adhiberet, tamquam ab ipso B. Petro cuiperet declarari, &c.] Sic igitur cum audis, vel legis Imperatorum mandatis esse sacra Concilia conuocata, cuiusmodi pernoscas exemplo, numquam id absque Romani Pontificis auctoritate executioni fuisse mandatum.

PRÆSCRIBIT SENTENTIAM DE EUTYCHETE S. LEO. Leo epist. 8. & supra c. Piff. 13. in fin.

Sed & ex eadem Leonis ad Synodum epistola illud considera, praescribere legem Romanum Pontificem oecumenicae Synodo, quid decernendum sit, cum iubet Eutychem debere suam haeresim condemnare, atque ita de eius restitutione tractandum. de quo etiam in alia epistola ad Pulcheriam eadem die data, qua legatos commendat, haec habet: Sedis (inquit) Apostolicae moderatio hanc temperantiam seruat, vt seuerius agat cum obduratis, & veniam cupiat praestare correctis.] Nec quidem minimi negotij opus illud, vt de restitutione haeresiarum tractari posset, quod a Romano Pontifice Synodo indulgetur: nam auctores haeresum non recipiendos esse ad pristinum gradum, etiam si mille offerant libellos penitentiae, legibus Ecclesiasticis sancitum, & in Ecclesia iugiter obseruatum, superius vidimus. Sed Leo id Eutychem praestandum esse voluit, quod (vt dictum est) libellum miserat Romam, quo pollicebatur, si quid errasset, sese ex ipsius Romani Pontificis arbitrio correcturum: quod ipse etiam Leo testatur in epistola ad Theodosium Imperatorem. Sic igitur Eutychem damnationem a Flauiano atque Synodo factam voluit Pontifex in suo robore permanere, vt si resipisceret, eandem iuberet irritam prorsus reddi, ac proinde illum in pristinum locum recipi: hoc ipsum idem S. Leo in litteris ad Iulianum & in dicta epistola ad Pulcheriam, qua ait, vt resipiscens Eutyches, in communionem sui ordinis, nempe presbyteratus, reciperetur.

Leo epist. 12.

Leo epist. 19. Leo epist. 23. in fin.

Leo epist. 16. & 17. LEO COHORTATVR FLAVIANVM FORTITER AGERE. Leo epist. 20. & Philipp. 1.

Rursum autem ex recens acceptis litteris data occasio est eidem Leoni Pontifici iterum ad Flavianum eodem mense Iunij scribendi litteras, quae eiusdem sunt cum prioribus argumenti, adeo vt in his non sit immorandum. Sequenti vero mense Iulij contigit Basilium diaconum a Flauiano Romam ad Leonem Pontificem missum praesto esse cum litteris, quibus de his quae ab aduersarijs magno studio aduersus fidem Catholicam pararentur, ipsum redderet certiore. His acceptis S. Leo, ad eum rescribens, forti atque constanti iubet animo esse, haec habens inter alia: Dilectionem tuam per gratiam Dei, in qua fidimus, cohortamur, vtentes verbis Apostoli, atque dicentes: In nullo tequamini ab aduersarijs: Quae est illis causa perditionis, vobis autem salutis.] ita quidem Prophetice S. Leo: nam eorumdem sceleratorum haereticorum nequitia contigit S. Flavianum nobilitari corona martyrij, ipsos vero perpetua damnatione percilli.

Inter haec autem cum perditissimus Eutyches litteris suis ad Occidentales, qui magni erant nominis, Episcopos, aduersus S. Flavianum conscriptis, eisdem conatus esset concitare, & contra eundem impellere: ab ipsodem, vt pote Orthodoxis, errorumque omnium acerrimis pro Catholica fide vindicibus, acriter redarguitur. Constat quidem ad eum inter alios rescriptisse S. Petrum Chrysologum Rauennatem Episcopum, dignam plane tanto sacerdote epistolam, quae sic se habet:

Textus tom. 1. Conc. ante Conc. Chalcedonense. QVAE PETRVS CHRYSOLOGVS AD EUTYCHETEM SCRIBIT.

Dilectissimo & merito honorabili filio Eutychem presbytero Petrus Episcopus Rauennae.

Tristis legi tristes litteras tuas, & scripta maesta marore debito percurri. Quia sicut nos pax Ecclesiarum, sacerdotum concordia, tranquillitas plebis gaudere facit gaudio caelesti: ita nos affligit & deicit fraterna dissensio, praesertim cum talibus oriatur ex causis. Triginta annis

CHRISTI LEONIS PAP. THEODOSII 42. IMPP. 449. IO. VALENTIN. 25.

annis humanae leges humanas adimunt quaestiones: & Christi generatio, quae diuina lege scribitur inenarrabilis, post tot saecula disputatione temeraria ventilatur? Quid Origenes Principiorum scrutator incurrit, quomodo Nestorius lapsus sit, disputans de Naturis, non latet prudentiam tuam. Magi cum in cunabulis Deum mysticis muneribus confitentur: & sacerdotes, quis sit qui virginali partu de Spiritu sancto natus est, dolenda interrogatione discunt? Cum vagitus daret Iesus in cunis, Gloria in excelsis Deo, clamat caelestis exercitus: & modo, quando in nomine Iesu omne genu flectitur caelestium, terrestrium, & infernorum, originis eius quaestio commouetur?

PRÆSCRIBITA IAM CATHOLICA VERITAS.

Nos, frater carissime, vna cum Apostolo dicimus: Etsi nouimus Iesum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Nec possumus curiosè perferutari, qui iubemur honorem dare, & timorem reddere, & expectare, dum non perferutandum Iudicem confitemur. Haec breuiter respondi, frater, litteris tuis, plura scripturus, si ad me frater & Coepiscopus Flauianus aliqua de hac causa scripta misisset. Si enim tibi displicer, quoniam scripsisti electum iudicium: nos quomodo de his iudicare poterimus, quos neque vidimus propter absentiam, & quid intellexerunt, eorum taciturnitate nescimus? Iustus mediator non est, si vnam partem audit, vt nihil alteri parti referuet. In omnibus autem hortamur te, frater honorabilis, vt his quae a beatissimo Papa Romanae ciuitatis scripta sunt, obedienter attendas: quoniam beatus Petrus, qui in propria sede viuit & praesidet, praestat quaerentibus fidei veritatem. Nos enim pro studio pacis & fidei extra consensum Romanae ciuitatis Episcopi causas audire non possumus. Incolumem tuam dilectionem Dominus tempore longissimo conseruare dignetur, carissime & honoratissime fili.] haec ad Eutychem Petrus Chrysologus, qui hoc anno, vel sequenti, secunda die Decembris (vt produnt Ecclesiasticae tabulae) sine humanis rebus imposito, e vita migravit. Est quidem huius rei firma assertio ex eo quod Leo Romanus Pontifex sub Consulatu Marciani post annum sequentem, mense Octobris, ad eius successorem Leonem Episcopum, seu (vt alij legunt) Neonem, litteras dedisse reperitur. Reliqua de Petro consule Hieronymum Rubeum, qui res Ecclesiae Rauennatis diligenti ac copioso profecutus est stylo.

non discit, quem

neglectum

TEMPVS OBITU PETRI CHRYSOLOG. Rom. Martyrolog. Leo epist. 17

Inter haec autem appropinquante iam die cogendae Ephesi Synodo praestituta, Theodosius Imperator ad suos magistratus, quos iusserat eidem interesse, litteras dedit, atque in primis ad Elpidium Comitem in haec verba:

Apud Conc. Chalcedonense.

Sanctae quidem Synodi pridem apud Ephesum factae Nestorij impij, contra Deum blasphemia extitit causa: & ideo a sanctis Patribus, qui ibidem conuenerunt, dignam suscepissent sententiam. Quoniam igitur & nunc altera iterum contra diuinam fidem excitata est dubitatio, secundam hanc Ephesi fieri Synodum sancimus, mali radicem omnino excidere festinantes, quo vndique perturbationem dogmatis eicientes, mundam rationis iustitiam in cordibus reseruemus, vt sit hoc Reipublicae munimen, & humanitatis utilitas. Ideo igitur tam charitatem tuam, quam Eulogium virum spectabilem Tribunalum & Notarium ad ministerium elegimus fidei, sicut probatos tam in alijs rebus rectissimos, quam circa Dei cultum opinatissimos, & valentes diligenter nostris iussionibus ministrare, & de his quae a sancta Synodo Ephesi fuerint constituta, & nullum fieri tumultum permittere:

THEODOSTOIA AD ELPIDIVM COMITIVM

Sed & si quem viderit conturbationibus & tumultui studentem ad laesionem sanctae fidei, hunc custodiam mancipare, & ad nostram perferre notitiam, & causam quidem ordine praenire, interesse autem iudicio, & operam dare, celerem & circumspectam probationem ad sancta Synodo fieri, & nobis cognitam facere; his qui pridem Eutychem religiosissimi Archimandrita Iudices extiterunt, praesentibus quidem & tacentibus, nullum tamen iudicantium habentibus locum, sed communionem aliorum omnium sanctorum Patrum sententiam expectantibus; quoniam ea quae ab ipsis dudum iudicata sunt, nunc retractantur. Non licere autem vllum aliquid mouere ex pecuniarijs capitulis, antequam ea quae de fide sunt Catholica, effectui mancipentur. Ideo namque & ciuile per litteras, quas ad virum spectabilem Proconsulem ac reliquos scripsimus, & militare vobis auxilium delegauimus, quatenus & vos super proprium studium his sulti auxilijs, sufficere possitis ad ea quae praecipimus adimplenda; quae tanto omnibus bonis meliora sunt, quanto solent humanis diuina praecellere: & quae in hac causa fuerint constituta, ad nostram perferre notitiam.] haec Theodosius ad Elpidium: eodem quoque scripsit argumento ad Eulogium, & ad Proclum Asia Proconsulem.

Annal. Eccl. Tom. 6.

H 3

Puro

MATHEO-
BYM CON-
CILIUM E-
PHESENVM.

Puto iam intelligere vales, lector, non parari sanctorum Concilium, sed violatorum gra-
fatorum latrocinium, dum qui possent contradicere Eutychem, tamquam Nestoriani non
sinuntur ad Synodum venire, illi vero vocantur qui Eutychem essent studiosissimi; atque
etiam qui in Synodo Constantinopolitana eandem causam Eutychem iudicassent Episco-
pi, sic iubentur assistere, ut tamen omnino tacerent. iam, inquam, satis intelligis, haud pra-
parari sacrum Conuentum, sed colligi praedonum manum, qui veritatem hostiliter ado-
riantur & perdant, & eam defendentes occidant: ut merito illud eiusmodi Synodus egre-
giam nomen fuerit consecuta, ut non sacrosanctum Oecumenicum Concilium diceretur,
sed Synodus praedatoria, vel Latrocinium Ephesinum. Audisti iam tragediae nomen, Actus
inspice luctu dignissimos. Sed reddendae sunt hic primum litterae, quas vocant Sacras, ad ip-
sam Synodum Ephesi coactam a Theodosio datae, quae sic se habent:

Apud Conc.
Chalc. Act. 1.
EPIS. IM-
PERATO-
RIS AD
SYNODVM.

Vellemus quidem absque vlla perturbatione sanctas Dei Ecclesias persistere, & vos san-
ctis imminentes Ecclesijs, consuete ea quae ad Diuinitatis placationem pertinent, celebra-
re, & non tantum vobis laboris & afflictionis fieri. Sed quoniam beatissimus Episcopus Fla-
uianus aliqua de sancta fide mouere voluit aduersus reuerendum Archimandritam Euty-
chetem, & Concilium congregans aliqua coepit agere: nos quidem sapienter dirigentes ad eum-
dem beatissimum Episcopum, voluimus, quae mora est, conturbationem compefcere, per-
suasi sufficere nobis traditam a sanctis Patribus in Nicæna Synodo Catholicam fidem,
quam & sancta Synodus, quae in Epheso facta est, confirmauit. Sed quoniam sapienter a nobis
rogatus idem beatissimus Episcopus, desistere a tali quaestione, ne conturbatio vniuersitati
fiat, minimè acquieuit: cogitantes non esse tutum absque vestra sancta Synodo, & absque
sanctarum Ecclesiarum Praesulibus huiusmodi quaestione de fide renouari, necessarium
duximus, vestram conuenire sanctitatem; quatenus vos, quae hic acta sunt cognoscens, C
& quaestione moram, & omnem diabolicam stirpem possitis euellere; & eos qui Nesto-
rij impij blasphemiam sectantur, aut retinent, a sanctis Ecclesijs repellere; Catholicam vero
fidem firmissimam & inconcussam custodiri disponere: quoniam nostra omnis spes est, &
nostri Imperij firmitas ex Catholica fide & vestris sanctis orationibus pender.] haec
epistola Theodosij Imperatoris ad Synodum, qua quidem (ut audis) non Eutyches auctor
malorum, sed S. Flauianus perstringitur, ut turbarum excitator, & rerum nouandarum cup-
pidus; cuius & inquieto animo adscriberetur, quicquid vocati Episcopi laboris & impensa-
rum Ephesum veniendo contraherent; ut eo modo magis magisque in eum totius Synodi
animus commoueretur. Porro haec omnia non tam Theodosio, quam Chrysaphio ipsum
Imperatorem pro arbitrio manu ducenti, sunt adscribenda; cum tamen ipse culpa non va-
cer, in re tanta vel dormitasse, vel priuatis animi affectibus in Flauianum commotis nimium D
induluisse. Sed iam ipsa Acta Synodi referamus.

Apud Cde.
Chalc. Act. 1.
SYNODVS
SECYNDY
EPHESEN.

Quae igitur (ut vidimus) ad Kalendas Augustas indicta Synodus fuerat, coepit est quar-
to Idus eiusdem mensis, cui interfuisse numerati sunt Episcopi centum duodeviginti, praeter
paucos aliquos, qui per suos Vicarios ad hoc missos interfuerunt: praesto etiam fuisse
Apostolicę sedis legati, Iulianus Episcopus, Rhenatus presbyter, & Hilarius diaconus, ac Dul-
cinius Notarius. Dioscorus Alexandrinus Episcopus adfuit & praefuit, qui primum sibi inde-
bitum, auctoritate tamen Imperatoris, locum in Synodo vendicauit. Conuenerunt inter pri-
mos pariter Dominus Episcopus Antiochenus, Iuuenalis Episcopus Hierosolymitanus, Fla-
uianus Constantinopolitanus, Thalassius Episcopus Caesareę Cappadocię, Stephanus Epi-
scopus Ephesi, & alij, qui omnes in vnum ad hoc delectum locum in basilica sanctę Dei Ge-
nitricis Marię ad celebrandam Synodum aduenere, vbi in sessione Flauianus non post An-
tiochenum sedere Antistitem a Dioscoro permissus est, sed post Iuuenalem Hierosolymor-
um Episcopum. Cum autem omnes simul contedissent, iussu sunt a Dioscoro legi litterae
Imperatoris ad ipsum Alexandriam datae: Legati vero Apostolicę sedis de sua legatione
Synodum docuerunt: excusaueruntque Leonis Papę denegarum aduentum in Synodum,
ad quam praesens vocatus erat; eo quod moris non esset nisi per legatos extra Urbem Ro-
manos Pontifices Synodis interesse.

LITTERAE
LEONIS A
DIO SCORO
NON AD-
MISSAE.

Post haec ijdem obrulere scriptas ad Synodum & ad Flauianum litteras eiusdem sancti
Leonis Papę legendas; quas Dioscorus suscipi iussit: verum tamen nec lectas, immo neque
susceptas fuisse, testatus postea fuit Actius Archidiaconus Constantinopolitanę Ecclesię:
sed lectione aliarum litterarum Imperatoris ad diuersos causa Synodi conscriptarum a cœ-
ptis per legatos sermonibus discessum est; ex composito quidem, ut vitaretur lectio littera-
rum Ro-

A rum Romani Pontificis, cum tamen id instanter petentibus legatis Dioscorus iuramento sic
pollicitus se facturum: quod numquam praestitit. Etenim in Concilio Chalcedonensi post-
ea huius rei causa Dioscorus ut periurus est accusatus: haec enim ibi leguntur: Super haec
verò neque epistolam legi permisit beatissimi Papę Leonis scriptam ad sanctę memorię
Flauianum, & hoc frequenter rogatus a portitoribus recitari eam, & cum iuramento fieri
lectionem promittens. Qua non lecta, scandalum & laesionem sanctę Dei Ecclesię per to-
tum Orbem terrę pertulerunt.] haec ibi. Vides quo exordio Synodus inchoetur cui fatan-
as praesidens primario throno confideat.

Conc. Chal-
ced. Act. 3.

Absoluta autem recitatione litterarum Imperatoris, de fide esse agendum, suggestio fa-
cta est: sed negauit Dioscorus, affirmans ex decreto Imperatoris tractandum de controuer-
sijs obortis Constantinopoli inter Flauianum & Eutychem. Qui verò Synodi excipie-
bant Acta, Notarij Dioscori, his addiderunt ex iussione Dioscori Episcopi Synodi acquie-
uisse Dioscoro, acclamasseque de fide nihil agendum, nec quicquam innouandum, id quidem
postea in Concilio Chalcedonensi demonstratum est, nihilque huiusmodi ab Episcopis di-
ctum esse: Sed & praefactum est etiam quod ab eiusdem Dioscori Notarijs insolenter nimis
iridem in Synodo est perpetratum, nimirum factum ab eis impetum in Notarijs Stephani
Episcopi Ephesini, deleumque quod recens fuerat exaratum, vimque magnam adhibitam, ut
eorum thecas abriperent, & ab eisdem digitos resistentium penè contractos esse.

Apud Conc.
Chalc. Act. 1.
NOTARIO-
RVM DIO-
SCORI IN-
SOLENS
FACTVM.

His ita primo loco transactis, ex suggestione Elpidij Comitum, probantibus Episcopis,
iussus est ingredi Eutyches, causamque suam agere, & quae sentiret de fide docere: cum il-
le callidus serpens fidem editurus suam, ista blandè praefatus est: Ego commendavi me ip-
sum Patri & Filio & Spiritui sancto, & verbo veritatis vestrae iustitiae: & testes vos habeo
meae fidei, pro qua & laboravi cum sancta Synodo, quae ante vos hic congregata est, sicut &
vestra sanctitas testis est. Habeo praeter manus libellum fidei meae, & iubete eum recitari, &
confessionem fidei, quae in eo continetur.] haec praelocutus est Eutyches; legique iussus li-
bellus ab eo oblatum, qui est huiusmodi:

Apud Conc.
Chalc. Act. 1.
EUTYCHES
AD SYN-
ODVM AD-
MISSVS.

Sanctissima & Deo amatissima vniuersali Synodo congregata in Epheso Metropoli,
ab Eutyche Archimandrita.

Gratias ago per omnia sancto Deo, praesenti die, in qua per vos pietas recepit fiduciam.
Et docebo vestram sanctam Synodum, quae in me, magis autem contra rectam fidem com-
missa sunt. Propositum mihi fuerat a pueritia, in silentio absque vilo negotio vsque ad decre-
pita senectutem degere, & absque vlla conturbatione persistere. Non sum autem permis-
sus frui proposito; sed & pessimis periculis insidiantium circumdatus sum, eo quod secun-
dum definitionem prioris vestri Ephesini hic congregati Concilij, non acquieui praeter eam
quae in Nicæa a sanctis Patribus fides est exposita, sapere. Necessarium verò arbitror, ante-
quam ea quae in me commissa sunt, doceam, ad satisfactionem vestrae sanctitatis, quam ha-
beo de sancto dogmate confessionem iterum facere manifestam, attestante mihi tam Deo,
quam vestra sanctitate, quodque ipse semper iuxta virtutem meam pro Catholica fide ad-
uersus haereticos steti.] haec praefatus, subiicit Nicænum Symbolum:

LIBELLE
EUTYCHES
TIS LECTVS
IN SYN-
ODO.

Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium crea-
torem, & vnum Dominum Iesum Christum Filium Dei natum de Patre Vnigenitum, id
est, de substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, na-
tum non factum, homouision Patri, id est, vnus cum Patre essentiae: per quem omnia facta
sunt, quae in caelo & quae in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem de-
scendit, & incarnatus est, & homo factus est, & passus, & resurrexit tertia die: ascendit in cae-
los, inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos qui dicunt:
Erat quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quia ex nullis extantibus factus
est, aut ex alia subsistentia vel essentia dicentes esse, aut conuertibilem, aut mutabilem Fi-
lium Dei: hos anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia.

SYMBOLVM
NICANVM.

Sic ab initio a progenitoribus meis accipiens, credidi: in hac autem fide & sum genitus, &
statim consecratus sum Deo, & suscepit me ipsius misericordia: & in hac fide baptizatus,
signatus sum, & vsque hodie vixi in ea, & mori opto. Hanc fidem & memorata haec anterior
sancta & vniuersalis Synodus (nempe prior Ephesina) confirmauit, cuius Praesul fuit beatae
& sanctae recordationis Pater noster & Episcopus Cyrillus, & definitionem protulit, eum
qui praeter ista addiderit aliquid, aut minuerit, aut docuerit, damnationibus, quae tunc
scriptae sunt, subiaccere; quorum exemplaria in codice destinauit mihi memoratus Pater
mcus

CHRISTI 449.

LEONIS PAP. IO.

THEODOSII 42. IMPP. VALENTIN. 25.

meus & Episcopus Cyrillus, quæ & præ manibus habeo. Subijciens igitur me ipsum sanctæ A Synodo, & diffinitionem eius vsque nunc custodiui. Et omnes sanctos Patres, sicut vestra sanctitas, Catholicos habui & fideles, & doctores meos posui, anathematizans Manichæum, Valentinum, Apollinarium, & Nestorium, & omnes hereticos vsque ad Simonem magum, & eos qui dicunt carnem Domini & Dei nostri Iesu Christi de cælo descendisse.

Sed secundum hanc fidem viuens & permanens in orationibus, accusationem ex insidijs Eusebii Episcopi Dorilæi sustinui, libellos porrigentis aduersum me reuerendissimo Episcopo Flauiano, & diuersis alijs Episcopis, qui tunc pro priuatis causis in vrbe degebant regia; hæreticum me iniuriosè vocantis, nullam autem speciem hæreseos libellis inferentis. Vt subito in altercationibus questionum lapsus lingue (sicut solet) ex tumultu & nouitate vocum perpeffus irruentem in peccatum, me quidem aduersus libellos accusationis memoratus reuerendus Episcopus occurrere ad satisfactionem accusationis præcipiebat. Ipse tamen in multis cum accusatore degebat, & penè inseparabilis erat ab ipso, putans me (sicut solebam) semper in monasterio perdurare, non meam exhibere præsentiam, & ideo quasi non occurrentem damnare. Sed subito postquam perueni in regiam ciuitatem de monasterio meo discens à viro laudabili magno Silentario, quem mihi piissimus & fidelissimus noster Imperator delegauit ad non concedendum me comminatum periculum salutis sustinere, qui superfluum de cetero meam esse præsentiam respondit, vt iam ante discussionem damnati, sicut & postea facta à viro laudabili Silentario prosecutio docet.

Sed quoniam etiam sic in iudicium ad satisfaciendum occurrere, causa quidem quæ pro diuina confessione à me facta est & subscripta doctrina secundum eam quæ exposita est à sanctis Patribus in Nicæa fidem, & postea confirmata est à priorè sancta Synodo Ephesina, neque suscipere dignabatur, neque permittebat recitari: & tumultu & conturbatione Secretarium replebatur, multis inordinatè superuenientibus, & vndique clamoribus me turbantibus, sicut postea prolata interlocutiones Iudicum, quæ scriptis tenentur, de tali facto tumultum designant. Et cum iussus fuisset per me ipsum confessionem fidei dicere, & dixisset sapere, sicut trecenti decem & octo Patres quæ in Nicæa sanxerunt, & quæ in Epheso sancta Synodus confirmauit: exigebat à me alia aliqua, præter quam quæ exposita sunt in Nicæa & in Epheso prius, dicere. Ego verò timens præuaricari, prolata definitionem à sanctis Patribus qui in Nicæa conuenerant, rogabam innotescere vestro sancto Concilio, vt his quæ à vobis approbarentur, acquiescerem, paratus in his manere.

Et hæc dicenti, subito contra me longè antè scripta, vt ipsi videbatur, damnatio legebatur. Et secretò iam postea aliquæ ipsorum voces ac professiones meæ & alix allegationes, D & maximè vbi ego secundum sanctos Patres in Nicæa & postea in Epheso congregatos sapere confitebar, in monumentorum serie mutabantur, sicut postea scriptis acta ex mea supplicatione & iussione piissimi & Christianissimi Imperatoris ostendunt, nullum verbum faciente de appellatione mea ad vestram sanctitatem reuerendissimo Episcopo Flauiano, neque meos erubescere canos, in prælijs contra hæreticos & pietatis confessione senescentis. Sed sicut potestatis habens omnia de fide solus agere, & nihil vestræ sanctitati æquitate tanti iudicij reseruare, condemnauit me, & ab Ecclesia (vt putabat) abscidit, & sacerdotio (vt arbitratus est) priuauit, & à diuinorum ac canonum communionem prohibuit, & præesse monasterio consequenter impediuit, & tradidit multitudini ab eodem præparatæ, vt per Episcopum & per publicum sicut hæreticum ac blasphemum, Manichæumque protraherent, nisi diuina me prouidentia conseruans, vsque in præsentem diem vestræ beatitudini custodiret. Sed & in diuersis oratorijs, Memorijsq; Sanctorum post appellationem fecit in me prolata legi sententiam. Et anathematizabat me, & eos qui conueniebant ad me & colloquebantur mecum, alienos faciens à sancta communionem, non expectans vestræ sanctitatis iudicium. Sed & subscribere dictam aduersum me sententiam monasteria compellebat, numquam (sicut & vestra nouit reuerentia) tali habita consuetudine nec contra apertos hæreticos. Et in Oriente & per alia diuersa loca chartas destinauit, vt etiam ab alijs religiosis Episcopis & monachis, & hoc qui non iudicauerunt, subscriberentur: cum magis oportuerit, antè omnibus Pontificibus scribere, quos & appellaueram.

Tunc vix saluatus per libellos manifesta feci vestræ sanctitati quæ subsecuta sunt; & piissimo & fidelissimo Imperatori supplicauit, vos sanctos & Deo dignos, atque omnem iniuriam atque factionem abominantès Iudices fieri eorum quæ iudicata sunt. Rogo igitur nunc

CHRISTI 449.

LEONIS PAP. IO.

THEODOSII 42. IMPP. VALENTIN. 25.

A nunc vestram sanctitatem, considerate compositam mihi calumniam & factiones, & ex hac causa factam vbique sanctis Ecclesijs perturbationem, & ex hoc pullulans plurimis scandalum: & per insitam vobis Christianissimam sapientiam, eos qui huius mali occasio facti sunt, Ecclesiasticis regulis subdite: omnem verò radicem blasphemie & impietatis abscindite. Ego enim vestræ beatitudinis iudicium ab initio postulauit, & iterum contestor coram Iesu Christo, qui testimonium perhibuit sub Pontio Pilato bonam confessionem, quia sic sapio & cogito & intelligo, sicut tradiderunt nobis fidem sancti Patres in Nicæa conuenientes, quam & in Epheso secundo Concilio sancti Patres roborauerunt. Et si quis præter istam fidem glorificat, hunc anathematizo secundum definitionem eorum. *Subscriptio.* Eutyches Archimandrita sic credo, sicut supra scriptum est, & subscripti manu mea, & tradidi libellos.] hæcenus ipse.

B Quis amabo te, lector, hæc legens, & nesciens esse Eutychem, non existimet vnum quempiam ex sanctissimis Patribus Orthodoxæ fidei præcipuis defensoribus loqui? Vel quis sciens dici ista ab Eutychem, & nesciat quæ præcesserunt, quæve subsecuta sunt, non eum statim coniungat cum antesignanis fidei Catholicæ, Athanasijs, Gregorijs, Basilij, atque Chrysostomis? Sed & quis sciens præterita, ignoret verò superaddita mendaciorum velamenta, non putet calumniam passam Eutychem, Flavianum verò persecutorem, & Episcopos Iudices fraudulentos? Videre mihi quidem videor, dum Eutychem intueor huiuscemodi mædacijs circumquaque contextum ac bene armatum securum progredi, eam quæ apud Iob bestia est, bestiarum omnium maximam Behemoth; de qua dicitur: Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus: vna vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas: vna alteri inhæret, & tenentes se nequaquam separabuntur. Ita quidem iste, qui & (sicut de illa subditur) derideat vibrantem hastam, aduersantes nempe sibi omnes contemnat Episcopos. Disce ex Eutychem, lector, reliquos omnes hæreticos, ita loquentes, vt nihil præterea nisi puram fidem, morumque sanctitatem spirare credas: vt magno planè periculo eos quisque Fidelium audiat, vel eorum scripta legat. Vnde merito clamat Apostolus: Videte (Caute scilicet) canes, videte malos operarios, videte concisionem.]

Sed prosequamur Acta; tu verò pyriticam grassationem attende. Cum S. Flavianus, recitato Eutychemis libello in Synodo, peteret dari locum accusatori, iuberique ingredi Eusebium Episcopum Dorilæi, numquam auditus, sed repulsi est, vetitusque Eusebius admitti in Episcoporum consessum. Ita quidem ipse postea exposulauit, lamentatusque est coram sacro Concilio Chalcedonensi: vbi Dioscorus tantam facti turpitudinem reiecit in Elpidium Comitem, Comes verò reiecit in Imperatorem, quod scilicet ita iussisset, nempe non esse Flavianum aliquid petere, qui olim Iudex, hæc autem in Synodo reus assisteret iudicandus, cuius esse deberet Eutyches accusator, qui iam antè accusationis suæ manus impleset: sicque tam Eusebium quam Flavianum non acturos causam in Eutychem, sed iudicandos in Synodo esse vocatos ab Imperatore. Post huiusmodi Elpidij criminis excusationem, suggestit Dioscorus esse legenda quæ aduersus Eutychem in Constantinopoli facta essent: consentientibus nonnullis, refragatus est Iulianus Apostolicæ sedis legatus: qui adiecit, non permissurum se Acta legi, nisi prius S. Leonis Papæ epistola legeretur: id ipsum quoque fieri debere, contestatus est Hilarus diaconus eiusdem Apostolicæ sedis legatus. Tunc prodians impudens Eutyches, eosdem missos à S. Leone Popæ legatos suspectos sibi redditos proclamauit, quod apud S. Flavianum mansissent; atque pransi apud eundem essent. Accepta Dioscorus eius tergiuersatione, & repulsa legatorum petitione, ipsis inuitis, iussit legi Acta Constantinopolitana.

Inter legendum cum ventum est ad scripta Cyrilli Alexandrini, illis lectis, Eustathius Berythi Episcopus suggestit, ex sententia Cyrilli non dicendas duas in Christo naturas post incarnationem, sed tantum vnam ex sententia Athanasij. Euietam causam conelamant Eutychemiani, non attendentes, siue Cyrillum, siue Athanasium interdum naturam pro persona vsurpasse: cum tamen ex alijs pluribus eorumdem scriptorum locis manifestè daretur intelligi, ambos quam exactissime duas in Christo naturas in vna persona esse professos. Lectis verò alijs nonnullis, exclamatum est ab ijs qui erant ex parte Dioscori, Post adunationem non dicendas duas in Christo naturas, sed vnam: sicque hæresis Eutychemiana hæcenus pallio Orthodoxæ circumamicta fidei, denudata penitus est, & exultans atque insultans pariter in Synodo tamquam in scena meretricia fronte gestiuit, sed pèculantius eum ventum

ventum est ad illam extremam Actorum partem, in qua Eusebius Eutychem compellauit, ut post adunationem Verbi cum carne confiteretur duas ab inuicem distinctas esse in Christo naturas. Tunc enim ab illis qui Eutychem fauebant, exclamatum est: Tolle, incede Eusebium: iste viuis ardeat, iste in duo fiat, sicut partitus est, partiatur.

Tunc vero Dioscorus his verbis Synodum percontatur: Tolerabilis est vobis iste sermo, Post adunationem duas naturas dicere? Synodus dixit: Anathema qui dixerit.] hæc enim dixerunt illi qui eidem ad blandiebantur Dioscoro, vt postea testati sunt alij Patres qui aderant, cum eadem causa rursus agitata est in Concilio Chalcedonensi, vbi inter alios Basilius Seleuciae in Isauria Episcopus dixit: Per B. Ioannem Episcopum rogauit emendari interlocutionem meam, timens ac metuens te, reuerendissime Dioscore. Magnam enim nobis necessitatem imposuisti tunc, tam ab iis qui foris erant, quam ex lingua tua. Irruebant in ecclesiam milites cum armis: instabant monachi qui cum Barsuma erant, & qui Parabolani nuncupabantur (hi erant Corporati Alexandrinae Ecclesiae) & multitudo alia grandis.] ista Basilius de vi & metu per Dioscorum Patribus tyrannicè tunc illatis: quod & reliqui postea in eadem Synodo Chalcedonensi testati sunt.

At quid inter hæc Apostolicæ sedis legatis tantum abest vt cum hæreticis tumultuariè, vt alij perfidi, acclamarint, vt potius reclamarint, & exclamarint, atque publicè contestati fuerint, nullarum esse virium Acta illa quæ vi illata extorquerentur, nullumque posse fieri præiudicium Catholicæ fidei, cuius formam à sede Petri ad Synodum missam nec legi fuisset nefarius Dioscorus. Testatur id quidem S. Leo in epistola, quam postea de his questus ad Theodosium Imperatorem & ad Pulcheriam misit. Audire hæc est serps ab Episcopis qui postea interfuerunt Synodo Chalcedonensi, lamentantibus se vim passos esse, necnon querentibus se Nestorianos esse proclamatos, quodque duas naturas assererent, vt impios esse necandos. Sed audi lugubres voces istorum: Minabatur nobis damnatio, minè exilij intendebantur: milites cum fustibus & gladijs instabant. Timebamus gladios & fustes. Vbi gladius & fustes, qualis Synodus est?] Contestati sunt pariter, tacere iustos quadraginta duos Episcopos, & quidecim tantum permisos loqui, qui Eutychem fauebant. Et de Barsuma Archimandrita, immo carnifice, hæc retulerunt: Surrexerunt postmodum omnes Aegyptij, & monachi qui sequebantur, Barsumas & omnis turba, & ceperunt dicere: Eum qui dicit duas naturas, in duo incidite: qui dicit duas naturas, Nestorianus est.]

Lectioe denique absoluta Actorum Synodi Constantinopolitanae aduersus Eutychem, conclamata est à Dioscoro atque eius sectatoribus eiusdem Eutychem absolutio, reclamante Flauiano, & contestante se non esse auditum. Attramen secuta est subscriptio Episcoporum ratam habentium Eutychem absolutioem. Proh pudor! inducti sunt in eam ruinam præcipientes etiam Dominus Antiochenus Episcopus, atque Iuuenalis Hierosolymorum Antistes, necnon Stephanus Episcopus Ephesinus, atque Thalassius quoque Cæsareæ quæ est in Cappadocia Metropolitanus Antistes, præter alios plures insignis nominis Præsules diuersarum Ecclesiarum, de quibus dicere prætermittimus. Quisnam ex reliquis substitisset, corruentibus tot tantisque antesignanis, quos perterrefecit Dioscorus minis exilij & sedium abrogationis: vt merito eidem conuenticulo illud Dauidicum fuerit imprecandum: Montes Gelboë nec ros nec pluuia veniat super vos, neque sint agri primitiarum, quia ibi abiectus est clypeus fortium.] Post subscriptionem verò decreti absolutioem & restitutionem Eutychem, ab eius monachis oblatum est libellus, quo petebant & seipsos absolui, qui etiam fuerant à Flauiano excommunicati: quod absque controuersia sunt consecuti, videbatur enim eadem illorum causa esse communis cum Eutychem, atque proinde illo absoluto, iis absolutioem minimè negari debere.

Post hæc autem iussu Dioscori lecta sunt Acta prioris Synodi Ephesinae, & quæ ibi de fide statuta fuerunt, anathematiq; subiectus si quis aliter sentiret. Et rogante Dioscoro, num eadem Synodi decreto omnes pariter assentirentur, annuerunt Episcopi omnes, quod par erat, vt ab vniuersa Ecclesia Catholica firmarentur quæ aduersus Nestorij impietatem fuerant summa religione sancita. Intellexit tamen Onesiphorus Iconij Episcopus technam, palamque eam fecit proximè sibi assidentibus Episcopis Orthodoxis, nimirum ista agi, vt quasi Nestorianus damnaretur Flauianus Episcopus Constantinopolis. Probatis igitur ab omnibus quæ in sacrosancta Synodo Ephesina statuta erant: tunc Dioscorus in sanctum Flauianum atque Eusebium Episcopum Dorilæi eiusmodi tulit damnationis sententiam: Quoniam sancta & Magna Synodus, quæ iam dudum in Nicæa congregata est per voluntatem

Apud Cōcil. Chalced. Act. 1.

Ubi dicitur. VISITATIONIS A DIOSCORO INTERVENTUM.

Leo epist. 25.

Cōcil. Chalced. Act. 1.

End. Act. 1.

EUTYCHES ABSOLVITUR.

2. Reg. 1.

Cōcil. Chalced. Act. 1.

DE DAMNATIONE FLAVIANI AGICOETVM.

Cōcil. Chalced. Act. 1.

Apud Cōcil. Chalced. Act. 1.

Aluntatem Dei, rectam nostram & immaculatam fidem exposuit, quam & nuper hic congregata sancta Synodus confirmauit, & hanc solum regulam teneri & in Ecclesia tradi definiuit, ordinans & hoc, quatenus nulli liceat alteram fidem præter hanc vel exponere & inquirere, vel innouare, aut penitus commouere de nostra venerabili religione: eos autem qui præter hæc tentant aut sapere, aut querere, aut componere, aut omnino quæ ordinata sunt retractare, certis subiaccere damnationibus; ita vt si Episcopi sint, alieni sint ab Episcopatu, & clerici à clericatu; si verò laici, priuentur communionem. Hæc namque ex supra lectis monumentis didicimus. Apparet verò (sicut omnis vestra sanctitas, & vniuersalis Synodus præuidet) omnia penè renouantes & immutantes Flauianus quondam Ecclesiae Constantinopolitanae Episcopus, & Eusebius Dorilæi, & scandali & conturbationis facti occasio sanctissimis Ecclesijs & vbiq; Catholicis populis: certum est hos ex semetipsis subiaccere Synodicis olim à sanctis Patribus definitis damnationibus. Vnde & nos, quæ eorum sunt, confirmantes, memoratos, id est, Flauianum & Eusebium ab omni sacerdotali & Episcopali dignitate esse iudicamus alienos. Confiteatur verò vnusquisque religiosissimorum Episcoporum suam propriam voluntatem, & manifestam hanc faciat sub fide monumentorum. Vniuersa autem quæ acta sunt hodie, innouescant pijsimè Christo amantijs Imperatoribus.] hæc tenentia Dioscori in Flauianum atque Eusebium lata.

Quæ hæc autem secuta sint, docuerunt Episcopi Chalcedone postea istis verbis: Tunc Flauianus dixit: Appello à te. Hilarus diaconus Romanæ Ecclesiae dixit: Contradicatur. Tunc Onesiphorus Episcopus Iconij tollens secum alios Episcopos, surrexit, & tenuit genua ipsius Dioscori, dicens: Noli per vestigia reuerentiæ vestrae. Nihil dignum damnatione egit Flauianus: si autem reprehensione dignus est, reprehendatur. Exurgens de throno Dioscorus, stans super scabellum suum, dixit: Etiam si lingua mihi præscidatur, aliam vocem non emitto. Cumque perflisterent Episcopi, tenentes genua eius, & rogantes eum: tunc emisit Dioscorus hanc vocem: Vbi sunt Comites? Ingressi autem sunt Comites, & introduxerunt Proconsulem cum multitudine magna & catenis. Propter quod vnusquisque nostrum subscripsit.] hæc testati Episcopi qui subscripserunt, cum ea de re agitarum est iudicium Chalcedone in Concilio œcumenico.

Extant ipse singulorum subscriptiones Episcoporum in S. Flauianum & Eusebium, atque primo loco Iuuenalis Episcopi Hierosolymorum his verbis: Sese alienos à sacerdotio & gradu Episcopali monstrauerunt Flauianus & Eusebius, qui conati sunt addere & minuire aliquid de sancta fide, quæ in Nicæa à sancto Concilio exposita est, & confirmata sancta & vniuersalis Synodus in hac Ephesina ciuitate pridem collecta. Quapropter iustum est, eos qui audent aliquid addere fidei, aut minuire, alienos esse à sacerdotio, & maxime qui tantam fecerunt confusionem. Vnde ego consona decerno in sancta & vniuersali Synodo & sanctissimo Archiepiscopo Dioscoro, alienans eos ab Episcopatus dignitate.] ita Iuuenalis, quem secutus est Dominus Episcopus Antiochenus, & alij subscribentes, probanteq; sententiam Dioscori latam in Flauianum atque Eusebium: id ipsum & alij plerique, qui videbantur esse columnæ, vt inter eos Basilius Seleuciae: extant verò numero nonaginta sex Episcoporum subscriptiones magna cum ignominia recitatae postea in Concilio Chalcedonensi, cum causati sunt vim illatam, dum catenæ expositæ essent, & parati milites, vt si quis reluctaretur, vincus catenis in exilium duceretur. Nam inter alia hæc in faciè Dioscori postea in restaurato in Synodo Chalcedonensi iudicio: Paræ chartæ subscripsi compulsi & violenter, & multa mala perpeffi, nolentes, sed & per potentiam oppressi subnotauimus. Vique enim ad vesperam tenuerunt nos recludentes in ecclesia, & ægrotautes nos neque quietere permiserunt, neque concedere vt aliquantulum refocillaremur, sed milites nobis cum fustibus & gladijs imposuerunt, & sic nos fecerunt subnotare.] hæc Acacius Episcopus coram ipso Dioscoro. At quid de Apostolicæ sedis legatis? num in tali tantoq; Ecclesiae terremotu, quo solidæ quæ videbantur stare columnæ prostratæ sunt, eodem ipsi fuere lapsu prostrati, atque ruina sepulti: minimè gentium.

In tali namque ac tam horrendo Episcoporum naufragio nauicula tatum Petri saluator emergens incolumis: Cum enim omnes æquè Episcopi & Eutychem impietati, & eius restitutioni, necnon abrogationi Flauiani & Eusebij Episcopi Dorilæi & aliorum suffragati essent, tantummodo Apostolicæ sedis legatis Dioscoro audacissimo in faciè resistere, contestantes, nullius esse roboris quæ per vim & metum extorquerentur. Porro etsi eiusmodi protestationis legatorum memoria desideretur in Actis, quæ Dioscorus (vt vidimus) per suos Notarios

SENTENTIA IN S. FLAVIANUM ET EUSEBIUM.

Apud Cōcil. Chalced. Act. 1.

DIOSCORI PERVINACIA.

Apud Cōcil. Chalced. Act. 1. EPISCOPORVM SVBSCRIPTIO NES.

Cōcil. Chalced. Act. 1.

APOSTOLICAE SEDIS LEGATI CONTRA DIXERUNT DIOSCORO.

Leo epist. 26. HILARVS LEGALVS FVGA LA- PAYS.

Leo epist. 25. RENATI ET COLLEGA- RVN LEGA- TORVM CONSTAN- TIA. Theodor. epist. 116.

Notarios ad libitum confici voluit: est tamen de his expressa mentio in pluribus litteris A Leonis Romani Pontificis datis tum ad Theodosium Imperatorem, tum etiam ad Augustam Pulcheriam, ad quam hæc habet in primis de Hilario diacono Cardinale fuga lapsor: Vix vnus illorum Hilarius diaconus noster fugiens sit reuersus.] & paulo inferius: Et ij quidem legati, qui missi sunt (quorumque vnus vim Alexandrini Episcopi omnia sibi vendicantis effugiens, rerum gestarum nobis ordinem fideliter nunciauit) reclamauerunt in Synodo, sicut oportuit, vnus hominis non tam iudicio quam furori, protestantes, ea quæ per vim metumque gererentur, sacramentis Ecclesiæ, & ipsi Symbolo ab Apostolis instituto præiudicare non posse, nec se ab illa fide vlla iniuria separandos, quam plenissime expositam atque digestam è sede beati Petri Apostoli ad sanctam Synodum detulissent.] hæc ad Pulcheriam S. Leo, eademque habet ad Theodosium, necnon ipse Hilarius in epistola ad eandem Pulcheriam data.

At quoniam vnus dicitur fuga lapsus Hilarius diaconus, ne subscriberet, non ob id putes, duos reliquos legatos, qui scibus expositi remanere, subscripsisse: etenim quam nauiter omnes egerint, præsertim Renatus presbyter Cardinalis tituli S. Clementis, ex Theodoretii epistola ad ipsum data hoc anno paulo inferius apparebit. Porro cum timeret Dioscorus, ne (quod accidit) Hilarius expeditior inde recederet nunciaturus omnia Romano Pontifici quæ tyrannicè gesta essent, eum vi adhibita retinere tentauit: sed ipse ocyus fuga lapsus, per inuila loca, ne caperetur, per multa pericula Romam tandem peruenit, liberatus quidem ope diuina potius quam humana: nam liberationem ipse nuncupatis Deo per S. Ioannem Apostolum & Euangelistam votis experit & impetrauit, quæ suo postea tempore persoluit, cum eidem S. Ioanni Euangelistæ Ephesinæ ciuitatis patrono, simulac Romanus creatus ipse est Pontifex, accepti beneficii memor, ædiculam erexit Romæ in Baptisterio Constantini, ornauitque eam musico opere: in cuius superliminari beneficium ab eo acceptum voluit posteris omnibus reddi testatum istis verbis:

L I B E R A T O R I S V O B E A T O I O A N N I E V A N G E L I S T Æ H I L A R V S E P I S C O P V S F A M V L V S X P I .] egregium planè antiquitatis monumentum, quo paucis notis nota reddatur sceleratorum hæreticorum facta grassatio aduersus Catholicæ fidei defensores, sub titulo Concilij œcumenici, in Latrocinio Ephesino: innotescit & eadem inscriptione Dei benignitas per S. Ioannis preces exhibita in liberando ipsum Hilarium fuga lapsum de ore leonis. Qui & ex aduersa eiusdem Baptisterij parte alteram Ioanni Baptistæ excitauit ædiculam, quæ hæcenus à pijs magno studio frequentatur, in cuius superliminari hæc legitur: * H I L A R V S E P I S C O P V S * S A N C T Æ P L E B I D E I *] in ipsis verò aneis portis verba hæc in ære cauata argento superinducto habentur: I N H O N O R E M B E A T I I O A N N I S B A P T I S T Æ H I L A R V S E P I S C O P V S D E I F A M V L V S O F F E R T .] porro de earumdem ædicularum ornatu inferius dicendum est.

Si autem aded grauius Hilarius legatus passus est fugiens: quænam, putas, fuit conditio remanentium, & ex aduerso in ipsa aciei fronte pugnantium, atque se contra torrentis impetum opponentium, cum præsertim fuga Hilari iidem fidei Catholicæ perduelles essent redditi truciores? Quænam autem idem Hilarius Romam veniens, irritis iam redditus à S. Leone omnibus Dioscori & illi consentientium Actis, scripsit ad Pulcheriam Augustam, nos suo loco dicemus.

ALII EPI- SCOPI IN SYNODO CONDEM- NATI.

Iam verò quæ sunt reliqua Synodi prædatoris summam hic perstringamus. Damnatis Flauiano atque Eusebio, condemnati sunt pariter & alij, nempe Ibas Episcopus Edessenus, antè (vt diximus) iudicio Episcoporum absolutus. Damnatus est & Theodoretus Episcopus Cyri, quod olim scripsisset contra Cyrillum. Accepit quoque sententiam condemnationis Dominus Antiochenus Episcopus, licet in Flauianum & Eusebium impiorum decreto subscripsisset. illud enim in eum obiectum fuit, quod & ipse olim contra Cyrilli capitula scripsisset; vel (vt alij dicunt) quod facti poenitens, suum repetiisset deleri chirographum, quo Flauiani & Eusebij damnationem probasset. Damnatus est etiam Sabidianus Parenis Episcopus.

Enag. lib. 1. c. 10. & Niceph. lib. 14. c. 47. Extant in Preambulis Concilij Chalcedon.

Priuatos pariter Episcopatu, tradit Euagrius, Danielem Carrhorum, Aquilinum Bibli, & Irenæum Tyri Episcopos: sed iam antè redactum in ordinem fuisse Irenæum, superius dictum est: in cuius locum subrogatus Photius præfens fuit huic Synodo, cui & subscripsit. Constat pariter ex litteris Pulcheriæ Augustæ ad Leonem Romanum Pontificem datis, Episcopos qui subscribere recusauerunt, iussos à Dioscoro per milites in exilium deportari: quinam

A quinam isti fuerint, haud liquet, putamus autem hos eosdem esse, quos etiam voluit sede priuatos. His igitur è gradu depositis, alij à Dioscoro subrogati sunt, atque in primis in locum sanctissimi Flauiani Anatolius, qui erat Apocrifarius Dioscori Constantinopoli: pro Domno Episcopo Antiocheno susceptus est Maximus; pro Iba Nonnus, atque pro Sabiniano Athanasius: pro Theodoretis atque Eusebio quinam fuerint substituti, non liquet. Hæc ex Liberato Diacono, Euagrius, & alijs.

Sed nondum finis: illi namque subiacent diuini iudicij sententiæ impij, vt in deterius labi, & in profundiora baratra præcipites ferti sinantur; vt qui sordescit, sordescat adhuc. At quidnam istud? Audi portentum, & concutieris horrore. Flauianus autem (inquit Liberatus Diaconus) contra se prolata sententiæ, per eius legatos sedem Apostolicam appellauit libello.] donec enim id voce tantum (vt vidimus) præstitit, haud aded aduersariorum animi commoti sunt, vt in eum hostiliter insilirent: Sed cum scriptum appellationis libellum illum ipse legatis obtulit: cæsus est (inquit Liberatus) Flauianus, & multis iniurijs affectus, dolore plagarum migravit ad Dominum.] Mox enim, vbi per appellationem legitime interpositam vniuersa ipsorum machinamenta vana reddi satis perspicue intellexerunt, insilierunt truculentæ bestię in sanctissimum Flauianum, quem ita martyrio coronauerunt.

Decuit planè, decuit inquam, aded digna & nobili causa tantum Episcopum promereri coronam martyrii: Decuit pariter & sanguine tanti martyris consignatum & consecratum relinqui titulum Apostolicæ sedis iurium; Romanæque sedis primatus, appellandi nimirum ab œcumenica Synodo ad Romanum Pontificem: vt qui his refragatur, illud in Caim à Domino dictum audiat: Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.] ipsa quidem causa, cuius gratia Flauianum contigerit martyrium pati, id præclare demonstrante. Nam etsi non Concilij, sed Latrociniij, ob ingentia in eo scelera perpetrata, nomen rei accommodatum Conuentus ille nancisci meruit: tamen antequam penitus improbatetur à Romano Pontifice, œcumenici, quod semel acceperat, nomen inditum retinebat, vt potè quod auctoritate eiusdem Romani Pontificis fuerat congregatum, & per Legatos à Latere missos suam illi præsentiam exhibuerat, & nihil minus haberet (si initia spectes) ab alijs œcumenicis Concilijs, diuersis temporibus legitime celebratis.

Quod autem ad S. Flauiani eadem pertinet: auctore fuisse immanis sceleris nebulonem illum, pseudomonachum, satellitem satanas, Barsumam Archimandritam tot præconijs per litteras Theodosij commendatum, restati sunt iidem qui interfuerunt Patres, cum postea tantum sacrilegium delatum est in iudicium S. S. Patrum Chalcedone habitum: vbi Diogenes Episcopus Cyzici dixit: Barsumas, qui inter alios intrauit, occidit beatum Flauianum. Ipse enim instabat, & dicebat: Occide.] & de eodem alij Episcopi Syriæ exclamarunt: Omnem Syriam Barsumas euertit: duxit super nos mille monachos.] & paulo post: Omnes reuerendissimi Episcopi clamauerunt: Homicidam Barsumam mitre foras: Homicidam in arena, vt gladiatorem: Anathema Barsumæ: Barsumam in exilium.] hæc in nefarium hominem fuere in plena Synodo conclamata. Ceterum quicquid per Barsumam est perpetratum, redundauit in impium Dioscorum malorum omnium auctorem. Ob idque in eadem Magna Chalcedonensi Synodo appellatus est idem Dioscorus à Sabino Episcopo Palti nouus Caim, & à Quinto Phocensi Episcopo dictus est interfecto Flauiani. Sanè quidem Euagrius ex relatione Eusebij Dorilæi facta Imperatori ait, Flauianum miserandum in modum à Dioscoro interfectum, per vim ab eo ecclesia extrusum, & calcibus appetitum.

Cum verò vna omnium sententia constet, S. Flauianum ex his quibus ibi fuerit affectus verberibus, mori contigisse, quo tempore potissimum animam exhalauerit, non omnium est vna assertio: nam post triduum id accidisse, Nicephorus & alij dicunt: at Marcellinus in Chronico ait, eum ita malè habitum in exilium hoc anno à Dioscoro missum esse in Epipam: id ipsum habet Vaticanus codex à nobis citatus in Notis. Porro qui Epipa dicitur locus, in Lydia ea ciuitas erat, quæ apud Prolemaum Hypepa, apud Plinium verò deprauatè Euypa dicitur. Flauiani verò gloriosum triumphum Græci annis singulis celebrant die decimo octaua Februarii, qua translatio eius facta est Constantinopolim (vt dicemus) sub Marciano, isto præconio: Commemoratio sancti Patris nostri Archiepiscopi Constantinopoli Flauiani: qui ab impio Dioscoro & hæreticis cum eò conspirantibus eiectus, atque in exilium missus, varijs pressuris & ærumnis vexatus, vita functus est.] hæc inquam ex Menologio anniuersaria die eius celebritatis consueuerunt Græci publicè in Ecclesia decantare: qui-

Liber. Dico. Bruc. c. 11. Eug. lib. 1. c. 11. Aloc. 2. 2. Liber. Ire. uar. c. 12. Quid SA. GRILEGI IN FLAVIA. NYM.

Genes. 4.

DE SCHE- STISSIMO BARSUMA.

Apud Cœs. Chalced. A. 1. 4. aduersus

Concil. Chalced. Act. 3. Ead. Act. 7. Enag. lib. 2. c. 2.

DE CAEDR. FLAVIA- NI. Niceph. lib. 14. c. 47. Marc. lib. sub. Cœs. s. ser. Protog.

Menolo. dia. 18. Februar.

CHRISTI
449.LEONIS PAP.
IO.THEODOSII 42. IMPP.
VALENTIN. 25.

re: quibus paria recitat Occidentalis Ecclesia eadem die: sed quod post triduum finem viuendi fecisse tradit, triduum hoc, postquam peruenit in exilium, esse accipiendum, in Notis demonstrauimus. Perrexisse ipsum quidem in exilium, immo contusum verberibus per milites catenatum esse perductum, illicque victricem animam auctam corona martyrii, triumphali pompa decoram ad Deum migrasse, verior sententia est.

Porrò idem qui legatus interfuit Hilarus, postea Leonis successor Papa, in mirifico illo & nobilissimo sanctæ Crucis Oratorio quod ad dexteram atrij Baptisteryi Constantini construxit & magnificentissime exornauit, monumenta certaminis huius musiuo opere expressa reliquit, nimirum S. Flauiani ex defensa fide coronam, palmam, digna trophæa, atque triumphum; cum videlicet à Dioscoro & reliquis eius satellitibus appetitus calcibus, gloriosum martyrium est consecutus. Erant hæc & alia in pariete, & testudine Oratorij musiuo opere expressa: Quæ temporis vetustate collapsa, aded. vt pauca vix signa superessent, fuerit restituta pietatis, & quidem rudis crassaque mineræ pro ratione sæculi illius, quo ob ingruentia iugiter in Italia bella vnâ cum scientijs collapsæ sunt nobiles etiam artes. Sed magno dolore piorum omnium, potissimum verò Ecclesiasticarum rerum studiosorum, aded egregium monumentum, ipsum integrum Oratorium haud pridem sub Sixto Papa solo æquatam vidimus. At viuat restituta saltem in chartis, quæ cum parietibus est dissecta sub sanctæ Crucis præclaro titulo Flauiani gloriosa memoria in perpetuum permanens. De egregijs verò eiusdem Oratorij ornamentis, & aliorum, quæ idem Hilarus Papa construxit, dicemus inferius in obitu eiusdem Pontificis.

Non defuit qui Flauiano vincenti faustis, ex more, vocibus acclamaret, egregijsque præconijs tantum victorem extolleret, ac prosequeretur oratione triumphum. Præstitit id sanè Theodoretus scripta ad ipsum epistola, quam velut nobilis victoriæ epitaphium hic affigimus: sic enim se habet^a:

^a Theodor.
epist. 111.
THEODORETI
EPISTOLA
AD S. FLA
VIANVM.

Orbis lucidissimum iubar te vniuersorum Creator & rector esse ostendit: & profundissimam obscuritatem, quam hucusque es passus, in perspicuum meridianum splendorem commutauit. Et quemadmodum ignis qui apud porrus accenditur, & splendet nauigantibus noctu, portus indicat ostia: ita tuæ sanctitatis radius illis qui pro pietate præliantur, & mala sustinent, maximum extitit solatium, & Apostolicæ fidei portum ostendit, & eos qui illum agnoscunt, læticia repleuit, & eos qui illum ignorant, scopolorum illorum, qui latent, periculis liberauit. Ego verò præcipue bonorum largitorem Deum laudo, diuini timoris propugnatores nactus talem, qui hominum metum propellat, & pro Euangelicis dogmatibus alacriter pericula subeat, & Apostolorum certamina hilariter suscipiat. Quapropter omnis lingua ad tuam sanctitatem celebrandam concitatur. Non enim solum pietatis alumni tuæ fidei pietatem & sinceritatem admirantur, sed veritatis etiam hostes tuam fortitudinem mirum in modum extollunt. Veritatis enim fulgori mendaciam cedere cogitur. Hæc ad te nunc scribo, cum didicerim venerabilissimum & pientissimum Hyparium Anagnosten tuæ beatitudinis nutibus libenter ministrare, & frequenter tuæ recte facta omni laude digna in memoriam reuocare. Nos verò tuum sanctum & Deo carum caput salutantes, tuis orationibus nos confirmari precamur, vt quod reliquum est vitæ iuxta diuinas leges exigamus.] hætenus Theodoretæ epistola ad Flavianum, quam cum hic descripsimus, veluti permanens semper sculptam amplissimis titulis columnam perspicuam cunctis ereximus.

Consolatus est idem Theodoretus Ibam Edessæ Episcopum ab iisdem impijs in eodem Ephesino Latrocinio condemnatum, & longa exilij peregrinatione fatigatum, ista ad ipsum breuiter scribens^b:

^b Theodor.
epist. 113.
EPISTOLA
AD S. IBAM
THEODORETI
AD IBAM

Eos qui iniuria afficiuntur, non molestè ferre, sed lætari, præcepit Dominus, & ex vetustis exemplis trahere & lucrari consolationis occasionem & modum. Ex ijs enim qui primi nati sunt homines, vsque ad hoc tempus, eos qui Dominum omnium colere & venerari studuerunt, licet inuenire, ab ijs qui simul cum ipsi vitam ducebant, iniuria affectos, & infinitis malis circumuentos. Et horum catalogum percurrem & ponerem, si scriberem ad hominem qui sacram Scripturam minus exactè tractasset. Quoniam verò à puero in sacra Scriptura educatus & enutritus es, Deo dilectissime, superfluum duxi hoc facere. Ad illos tantum respicere precor, & ad clementissimos sacerdotes, qui eos, qui alios iniuria affecterunt, lugere; eos verò qui ipsos negligunt, miserari solent, & Ecclesiæ tempestatem conqueri. Quod verò pro pietate mala passi sumus, gaudere & lætari debemus, & illum indefinen-

CHRISTI
449.LEONIS PAP.
IO.THEODOSII 42. IMPP.
VALENTIN. 25.

A indefinenter laudare qui nos in hac forte collocauit. Et concedamus interfectoibus & honorem & voluptatem & primatum & gloriam miseram & infelicem: nos verò Euangelica dogmata teneamus: & cum illis, si oportuerit, quodcumque malum toleremus, & laudabilem paupertatem diuitijs curarum plenis præponamus.

Hæc autem scribo, non vt tibi consulam, vel te admoneam; noui enim fortitudinem & constantiam tuam in rebus aduersis: sed potius vt meam mentem tuæ dilectioni patefaciam: teque doceam, domine, quod commilitones habes, qui pro veritate libenter pericula subeunt. Hæc iamdiu cum scribere vellem, non inueni cui litteras darem: cum verò nunc nactus fuerim venerabilissimum & religiosissimum presbyterum Ozam, virum pro pietate pugnantem & pro tua perfecta pietate, & scribo & amplector tuam pietatem; teque oro, vt orationibus nobis opem feras ac litteris nos confirmes.] hucusque ad Ibam B Theodoretus.

Quinta enim mala ab aduersarijs idem passus sit Ibam, postquam sententiam damnationis accepit; ipsum audi hæc coram Patribus postea in Chalcedonenſi Concilio exclamantem^a: Eutyches aduersum me perfidè^a quædam falsa confinxit, nec me in Synodu in introire permisit: per quadraginta mansiones, per diuersos ad inuicem succedentes ordines deduxit me, in exilium scilicet: viginti & amplius carceres mutauit, tamquam non esset carcer Antiochiæ, &c.] Ita planè, dum vixit Theodosius Imperator, liberum fuit Eutycheri sceleratorum antesignano, quæ veller in condemnatos Episcopos perpetrare; sic fatigatis eos, vt labore peregrinationis (quod sancto contigit Flauiano) extremum emitere spiritum cogeret. Quam autem præfulerit Theodoretus ipse constantiam, cum eadem ex causa & ipse solum vertere coactus est, paulo inferius suo loco dicturi sumus. Porro ex his quæ passus est Ibam, reliqua meditare quæ sanctissimi Episcopi confessores ab iisdem Eutychanis hæreticis eadem ex causa damnati perpeſsi sunt. Vbi enim eadem inerat causa patiendi, idemque persecutor instabat Eutyches truculentus: eadem esse illos secuta supplicia, quique iure existimabit.

^a Cons. Chalced. A. 451.
* pro fide

Hunc tandem consecuta est finem Synodus œcumenica posterior, quam improbatam à S. Leone Romano Pontifice iure maiores nostri Prædicatoriam appellarunt: In qua nihil nisi per vim & metum tentatum & extortum: In qua loco sacrorum librorum gladij atque fistes: In qua suffragiorum libertas fuit vincita catenis: In qua pro Dei laudibus audite sunt militum minæ: In qua perfidus hæresiarcha patronus: In qua hæresis est stabilita: In qua nullus seruatus est à sanctis Patribus sancitus ordo iudicij, nulla viguit censura canonum & decretorum: In qua siluerunt Episcopi, clamauerunt hæretici: In qua de oppressa fide Catholica impietas triumphauit, & de manubijs lapsorum Episcoporum diabolus trophæa crexit, atque tandem de cæde martyris superbus tyrannus Dioscorus triumphauit: De qua in vniuersa Catholica Ecclesia auditi sunt vndique gemitus, luctus, & clamor: De qua iidem ipsi qui subscripserant Orientalis Ecclesiæ Præsules repleti sunt vndique lacrymis, semetipsos erubescerentes, aspectumque suorum vitantes, quod tam ignauiter fidem Catholicam prodidissent, infamem hæresiarcham restituisent, & innocentissimum Flavianum vnâ cum alijs sanctis Episcopis condemnassent.

QUALIS HÆC SYNODVS.

Triplex namque fuerat lapsorum Episcoporum negatio, triplici subscriptione firmata, videlicet in restitutione Eutycheris, in confirmatione promulgatæ ab eo hæresis, atque demum in damnatione sanctorum Episcoporum. Qui igitur metu percussus, tertio instar Petri negassent: cum ex atrio sunt egressi deterioris Anna & Caipha Dioscorigi, respiciente illos Domino, vt Petrus, flere coeperunt amarè, aded vt ad luctum suos omnes sibi subditos etiam prouocarint: id enim Theodoretus affirmat in epistola ad Ioannem Episcopum Germaniciæ, quam ad finem anni huius suo loco reddemus. Perseuerauit ita in luctu lugubribus induta vestibus pallens & mærens Orientalis Ecclesia biennij fermè temporis spatio: cum Deus haud diutius ferens vi potentium fidem Catholicam oppugnari, è medio sustulit Theodosium Imperatorem, & successorem dedit maximè piæ, qui prostratæ religioni manum porrigens, eandem in statum pristinum vindicauit. Quomodo autem hæc fieri contigerunt, suis opportunè locis oratio patefaciet. Nunc verò quæ subsecuta fuerint, enarremus.

Inter hæc autem Theodoretus Episcopus Cyri, cum audisset se à pseudosynodo Ephesina esse depositum: appellans (vt Flavianus fecerat) Romanum Pontificem, quem vnicum sciret esse reliquum legitimum Iudicem, qui perperam à Synodo facta rescindere posset:

Annal. Eccl. Tom. 6.

I 2

honori-

THEODORETI
EPISTOLA
AD S. IBAM
APOSTOLICAM.

CHRISTI
449.

LEONIS PAP.
IO.

THEODOSII 42.
VALENTIN. 25. IMPER.

honorificam ad eum legationem misit, profecuturus iam ipse praesens causam suam apud A
ipsum sanctum Leonem Papam, si qui iussus erat Theodosij rescripto à sua Ecclesia non re-
cedere, ab eodem comiteatum obtinere valuisset. Legati autem ab eo missi fuerunt Hypa-
rius & Abramius Corepiscopi, necnon Alypius Archimandrita, quem illum putamus cuius
idem Theodoretus meminit in libro Sanctorum Patrum Deum amantium in Marciano.
Ornavit insuper eandem legationem pluribus epistolis, atque in primis ad ipsum Roma-
num Pontificem istis verbis:

Theodor. lib.
SS. Patr. c. 3.
Theodoret.
epist. 113.
Act. II.
EPISTOLA
THEODO-
RETI AD
S. LEONEM
PAPAM.

Si Paulus praeco veritatis, tuba sanctissimi Spiritus, ad magnum Petrum cucurrit, ut ijs
qui Antiochia contendebant, ab ipso afferret solutionem: multo magis nos, qui abiecti su-
mus & pusilli, ad Apostolicam vestram sedem currimus. Vobis namque per omnia primos
esse convenit. Multis enim, quibus superiores estis, ornatur vestra sedes. Alias siquidem vr-
bes ornat vel magnitudo, vel pulchritudo, vel multitudo eorum qui inhabitant: non-
nullas autem priuata dona quadam illustant spiritalia: vestrae vero redundantem bono-
rum copiam dedit is, qui est bonorum largitor. Ea est enim omnium maxima & praclaris-
sima, & quae praestitit orbi terrarum; & eorum qui inhabitant, abundat multitudine. Accedit
his quoque, quod qui rerum potius peperit Imperium, propria sua appellatione eos quibus
imperat, impertijt.

Rom. I.
ROMANAE
ECCLESIAE
PRAECO-
NIA.

Præcipue autem & insigniter eam exornat fides, & fide dignus testis diuinus Apostolus,
qui clamat: Fides vestra annunciat in vniuerso mundo. Si autem diuinæ predicatio-
nis statim susceptis seminibus, mirabiles hos fructus, & tam vberes tulit: quænam ad eam,
quæ nunc in ea versatur, pietatem laudibus celebrandam suffecerit oratio? Habet autem
communium quoque Patrum & veritatis doctorum Petri & Pauli sepulchra, quæ Fide-
lium animas illuminant. Horum autem beatissimum par & planè diuinum exortum quid-
em est in Oriente, & radios omnem in partem emittit: in Occidente autem prompto &
alacri animo vitæ suscepti occasum, & nunc illinc orbem terræ suis radijs illustrat: Hi ve-
stram sedem effecere magis illustrem: ea est vestrorum bonorum colophon. Illorum au-
tem Deus nunc quoque sedem claram insignemque reddidit, cum vestram sanctitatem
in ea collocauerit, quæ radios fidei Orthodoxæ emittit. Atque huius quidem possunt
multa quoque alia inueniri indicia: sufficit autem & vester zelus in nefandos infaustos-
que Manichæos, quem vestra nuper sanctitas aperuit, ostendens vestrae in Deum pie-
tatis studium.

LAUDATVR
EPISTOLA
S. LEONIS
AD FLA-
VIANVM.

Satis sunt etiam quæ nunc à vobis scripta sunt ad significandum vestrum characterem
Apostolicum. Incidimus enim in ea quæ scripta sunt à vestra sanctitate de suscepta à Deo
Saluatore nostro humanitate, & quæ accurate & perfecte scripta essent, admirati sumus:
Vtrumque enim simul declarant, & æternam Vnigeniti ex æterno Patre diuinitatem, &
quæ erat ex semine Abraham & Dauid humanitatem: Et quod quæ sumpta erat natura, no-
bis similis erat in omnibus, solum autem erat dissimilis, quod ab omni peccato permanse-
rit alienus, quandoquidem id non à natura, sed ab animi instituto & libero arbitrio nasci-
tur. Habebant autem hæc quoque scripta, quod vnus quidem est vnigenitus Dei Filius, est
autem eius diuinitas impatibilis, immutabilis, & in quam non cadit alteratio, sicut is qui ge-
nuit eum Pater & sanctissimus Spiritus: & ideo patibilem suscepit naturam, quadoquidem
in diuinam naturam non cadit passio, vt suæ carnis passione largiretur impassibilitatem ijs
qui in ipsum credidissent. Hæc, & quæ sunt his similia, scripta continebant. Nos autem spi-
ritalem admirati sapientiam tuam, quæ per vos locuta est, sanctissimi Spiritus gratiam lau-
damus: horramurque, rogamus, obsecramus, & supplicamus sanctitati tuæ, vt quæ tempe-
state agitantur, Dei Ecclesijs opem feras.

QUERITVR
SE DEPOSI-
TVM E SE-
DE THEO-
DORÉVS.

Nam cum per ea quæ à vestra sanctitate Ephesum scripta sunt, sperassemus fore, vt seda-
rentur fluctus: in grauiorem tempestatem incidimus. Iustissimo enim Alexandrino Præ-
suli non suffecit iniqua atque aded iniustissima depositio sanctissimi & religiosissimi Con-
stantinopolitani Episcopi domini Flauiani, nee eius expleuit animum similis cædes alio-
rum Episcoporum; quineriam me quoque absentem calamo similiter iugulauit, cum me
nec in ius vocasset, nec praesentem iudicasset, nec quid de suscepta à Deo & Saluatore no-
stro humanitate sentirem, interrogasset. Atque homicidas quidem, & sepulchrorum ef-
fossos, & eos qui aliena cubilia violauerint, non prius condemnant Iudices, quam ipsi ac-
cusationem confessione sua confirmauerint, vel ab alijs aperte conuicti fuerint. Nos au-
tem, is qui in diuinis legibus est edoctus, trigintaquinque dierum spatio remotos condem-
nauit,

CHRISTI
449.

LEONIS PAP.
IO.

THEODOSII 42.
VALENTIN. 25. IMPER.

A nauit; vt voluit. Et nec hoc solum fecit, sed etiam anno superiore, cum duos viros, qui in
morbum Apollinatis inciderunt, illucque excurrerant, & calumnias in nos contexerant,
excitasset: nos in ecclesia notauit anathemate, idque cum ad eum ego scripsissem, & quæ
fencio litteris significassem.

Ego autem Ecclesiæ quidem desleo reimpetatem, quietem autem amplector. Nam cum
vigintifex annis ab vniuersorum Deo creditam Ecclesiam per vestras preces rexerim: non
tempore beatissimi Theodoti Orientis Præsulis, non tempore illorum qui ei in sede An-
tiochena succedere, quantumuis leuem subij reprehensionem: sed mihi diuina opem fe-
rente gratia, plusquam mille animas liberaui à morbo Marcionis, multas autem alias à se-
cta Arii & Eunomij adduxi Christo Domino: & vt in octingentis ecclesijs pastor essem mi-
hi sortito obrigit (tot enim patrocias habet Cyrus) in quibus per vestras preces ne vnus
quidem remansit zizanum, sed ab omni errore hæretico liberatus fuit grex noster. Nouit
qui omnia intuetur, quot à nefarijs hæreticis lapides in me inimissos sustinuerim, quàm
multa in multis Orientis ciuitatibus certamina suscepim aduersus Gentes, aduersus Iu-
dæos, aduersus omnem hæreticorum errorem. Et post tot sudores & labores, nec in ius qui-
dem vocatus sum condemnatus.

FIDES IN-
TEGRA ET
LABORES
THEODO-
RETI.

Ego autem Apostolicae vestrae sedis expecto sententiam: & supplico & obsecro vestram
sanctitatem, vt mihi appellanti iustum vestrum & rectum iudicium, opem ferat, & iubeat
ad vos accurere, & ostendere meam doctrinam vestigia Apostolica sequentem. A me enim
scripta sunt alia quidem ante viginti annos, alia vero ante decem & octo, alia ante quinde-
cim, alia ante duodecim, partim quidem aduersus Arianos & Eunomianos, partim vero
aduersus Iudæos & Gentes, partim vero aduersus Magos qui sunt in Perside, alia rursus de
Theologia & diuina humanitatis naturæ susceptione, & scripta Apostolica, & Prophetice præ-
dictiones: Et ex eis facile sciri potest, an seruaerim rectam atque inflexam fidei regulam,
an rectitudinem eius transilierim.

APPELLA-
TO THEO-
DORÉTI AD
S. LEONEM
PAPAM.

Sed supplicationem meam, quæso, ne respiciatis, nec miseram meam caniciem despiciatis,
quæ post tot labores affecta est contumelijs. Ante omnia autem rogo, vt sciam à vobis, an in
iniusta hac depositione me oporteat acquiescere, an no. Vestram enim expecto sententiam:
& si iudicatis me stare asseritis, stabo; nec vlli deinceps homini molestiam exhibebo: sed
(quod flecti non potest) Dei & Saluatoris nostri expectabo iudicium. Mihi autem (vt Do-
minus Deus est testis) nec honor cura est, nec gloria, sed tantum scandalum quod factum
est, quod multi ex simplicioribus, & maxime qui ex diuersis hæresibus à nobis capti sunt,
sedem eorum qui nos condemnauerunt, attendentes, existimabunt nos fortasse hæreticos,
vt qui quod sit rectum perfectumque dogma videre nequeant.

OB SCAN-
D AELVM
THEODO-
RETVS SE-
DEM REPE-
TIT.

Quod autem cum tot annis fuerim Episcopus, non domum possederim, non agrum,
non obolum, non sepulchrum, sed sponte electam amplexus sum paupertatem, & quæ no-
bis à parentibus obuenerant, post illorum mortem statim distribuerim, norunt omnes qui
in Oriente habitant. Ante omnia autem supplico vestro sacro & Deo amico capiti, vt pre-
cum mihi præbeat auxilium. Hæc per religiosissimos presbyteros Hybatium & Abramium
Corepiscopos, & Alypium Præsidem eorum qui sunt apud nos monachorum, vestram do-
cui sanctitatem: quandoquidem ne ad vos venirem, me Imperatoris litterarum vincula re-
tinuere. Sicut ergo alios, rogo etiam sanctitatem vestram, vt eos paternè afficiat, & inflexas
aures beneuolas eis præbeat; & quæ calumnijs & temerè oppugnatur, senectutem meam
vestra dignetur cura ac prouidentia; & ante omnia fidei, cui insidiae tenduntur, omnibus
viribus curam gerat; & Ecclesijs paternam suam integram conferuet hereditatem: vt pro
his quoque remunerationes accipiat sanctitas vestra à liberali & munifico Deo.] hactenus
Theodoretus appellantis ad Apostolicam sedem ad ipsum Leonem Papam epistola, ex qua
quidem perspicuo vides, contrectesque manu, vnus semper fuisse Hierarcham in Eccl-
sia, ad quem passi iniuriam vel à suis Episcopis, aut à comprouincialibus, siue œcumenicis
Concilijs, omnes confugiant.

donum
THEODO-
RETI PAV-
PERTAS.

Sed quid per eosdem legatos ad Renatum presbyterum Cardinalem tituli sancti Cle-
mentis, vnà cum Iuliano & Hilario legatione functum in Ephesino Concilio hoc anno ce-
lebrato, idem Theodoretus scripserit, dignum est recensere: siquidem perfunctos ab eo in
dicto Concilio Ephesino aduersus ingruentem impietatem labores in memoriam reuocet,
& perpetuis monumentis testata reliquit, quæ desiderantur in publicis Actis, haud dubium

DE EPISTO-
LIS THEO-
DORÉTI AD
HANC LE-
GATIONEM
SPECTAN-
TIBVS.

CHRISTI 449. LEONIS PAP. IO. THEODOSII 42. VALENTIN. 25. IMPP.

malitia Dioscori vel prætermiffa, vel dempta. Prodimus hanc, sicut alias Theodoretæ episto- las, ex thesauro Vaticanæ bibliothecæ, ex quo volumina Theodoretæ epistolarum (vt superius diximus) magno horum temporum rerum gestarum cognitionis emolumento, Latino sermone quàm fidelissimè reddendum curauimus à nostro Federico Metio vtriusque lingue peritissimo: inter quas cum aliqua sint quæ ad hanc legationem spectant, haud cunctabimur pro rerum gestarum scientiâ, hîc tibi describere. Ad Renatum igitur S. R. E. presbyterum Cardinalem data sic se habet epistola:

Theodor. epist. 116. EGREGIA FACTA RENATI EPHESI.

Cognouimus calidum & feruentem ac iustum tuæ pietatis zelum, ac iustissimam & legitimam auctoritatem, qua vsus, domine, ea quæ Ephesi audacter gesta sunt, arguisti & repressisti. Non autem nos soli hæc didicimus, sed in vniuersam terram tuæ rectitudinis sonus exiuit, & omnes celebrant iustitiam, zelum, auctoritatem, & maiestatem, & quas minas tu comminatus sis aduersus reprobos & prauos homines, vel aduersus iniquitatem illam. Et hæc fecit tua pietas, cum vnicam tantum eadem videris: si verò alias etiam vidiisses, quæ post tuam profectioem securæ sunt, fortasse Phinees illius zelum fuisses imitatus.

Vnus verò ex illorum numero qui fuerunt damnati, etiam ego sum, cui per litteras Imperatoris illuc accedere fuit interdictum, & absens fui damnatus. Post enim sex & viginti Episcopatus annos, post magnos & sexcentos labores, post certamina pro pietate gesta, postquam omnium Saluatori adduxi multas hæreticorum myriadas à primo errore reuocatas, me sacerdotio priuarunt: eiciunt etiam è ciuitatibus, neque senectutem veriti, neque canonicum in pietate nutritam. Hac igitur de causa tuam oro sanctitatem, vt persuadeas sanctissimo ac beatissimo Archiepiscopo, vt Apostolica vtatur auctoritate, & præcipiat ad vestrum conuolare Concilium. Habet enim sanctissima illa sedes omnium per Orbem Ecclesiarum ducatum & principatum multis quidem de causis, præcipue verò, quòd hæretica labe immunis permansit, & nullus qui contraria sentit veritati, in illa vquam sedit, sed Apostolicam gratiam integram & immaculatam seruauit.

ROMANÆ SEDI SPREMATVS.

Quæ enim à vobis decernuntur, contenti his erimus, & illis acquiescemus, quæcumque illa fuerint, vestro iusto iudicio confisi. Et rogamus, vt rex ijs quæ scripta sunt iudicium proferatur. Plures enim quàm triginta scripti libros aduersus Arium & Eunomium, aduersus Marcionem, aduersus Macedonium, aduersus Gentes, aduersus Iudæos. Exposui etiam diuinam Scripturam: & facile est, quicumque voluerit, discere quòd Apostolica vestigia sum secutus, vnum Filium prædicans, vt vnum Patrem, & vnum Spiritum sanctum, vnam Trinitatis diuinitatem, vnum regnum, vnam potentiam, immortalitatem, æternitatem, immutabilitatem, impariabilitatem, vnam voluntatem, perfectam Domini nostri Iesu Christi deitatem, perfectam humanitatem propter nostram salutem assumptam, & pro nobis morti traditam. Non alium noui Filium hominis, alium Filium Dei, sed eundem, Filium quidem Dei vt Deum à Deo genitum, Filium autem hominis propter assumptam à semine Abraham & David serui formam. hæc & his similia frequenter doceo: hæc etiam in litteris sanctissimi & beatissimi Archiepiscopi domini mei Leonis scripta inueni, & omnium Dominum laudauit, quòd Apostolicis eius dogmatibus consona sentio. Meas igitur preces suscipite. Hac enim de causa Deo dilectissimos presbyteros Hypatium & Abrahamium Corepiscopos, & Alypium monachorum qui apud nos sunt præfectum ad tuam Dei dilectionem misimus & destinauimus, vira quidem celebri ornatos, qui etiam coram diligenter vos docere valeant, quæ nostræ humilitati contigerunt.] hæc tenus ad Renatum Theodoretæ epistola; quam vnâ cum alijs ipsius litteris eodem argumento conscriptis, hoc anno datam esse, ex eo liquido patet, dum numerat annos sedis sue vigintifex, sicut & in epistola ad S. Leonem Pontificem. Cum enim (vt dictum est late superius) ipse creatus fuerit Episcopus anno Domini quadringentesimo vigesimo tertio, si huic numero vigintifex annos addas, iam ad præsentem annum quadringentesimum quadragesimum nonum peruenies.

CONTRA NESTORIANAM HÆRESIM THEODORETI CONFESSIO.

Theodor. epist. 117.

Eodem quoque argumento extat eiusdem Theodoretæ epistola ad Florentium Episcopum in commendatione legatorum, qua & hortatur eundem ad defensionem fidei. quoniam iste Florentius fuerit, nos quidem latet. Est eius epistolæ exordium: Non omnino dereliquit Dei & Saluatoris nostri gratia humanum genus, &c.] Addidit his insuper aliam ad Romanæ Ecclesiæ Archidiaconum perbreuem epistolam istis quidem verbis:

Theodor. epist. 118. EPI. THEODORETI AD ARCHIDIACON. ROM. ECCL.

Grauiissima tempestas nostris est exorta Ecclesijs: qui verò Apostolicam tuentur fidem, tuam sanctitatem faciem & promptum habent portum & tranquillum: non enim solum propugna-

CHRISTI 449. LEONIS PAP. IO. THEODOSII 42. VALENTIN. 25. IMPP.

A propugnatis Euangelica dogmata, sed etiam quæ contra nos iniuste facta sunt odio habetis. Cum enim nos procul abessemus, trigintaquinque videlicet mansionum & dietarum iter, condemnauerunt, vt voluerunt, iustissimi scilicet Iudices. Et præter eam, quæ à præsentia Dei & Saluatoris nostri vsque hodie viguit, cum dereliquissent doctrinam, introduxerunt nouam quamdam & spuriam, & omnino contrariam Apostolorum traditioni: & eos qui veterem disciplinam & doctrinam & dogmata tuentur & sequuntur, insectantur aperte.

Dignare igitur, Deo dilectissime, zelum accendere sanctissimi in omnibus & beatissimi Archiepiscopi, vt etiam Orientis Ecclesiæ vestra fruatur protectione; & præcipue fidem defendere à sacris Apostolis omnibus traditam, & integram & inuiolatam paternam fortem & hereditatem custodire, & imminentem nebulam dissipare, & pro tenebris puram serenitatem efficere; & quæ contra nos facta est cædes, arguere & castigare. Decet enim tuâ beatitudinem, ad alia sua publicè gesta opera hunc zelum etiam adijcere. Hæc ad Archidiaconum Romanæ Ecclesiæ Theodoretus: quibus vides præstantem Romani Pontificis auctoritatem in Orbis totius Ecclesiis. Haud tamen frustra ad sedem Apostolicam Theodoretus appellasse cognoscitur: nam ab ipsa & absolutus est, & in sedem restitutus, vt apparet ex Actiõne prima Concilij Chalcedonensis, sicut & Eusebius Dorilæi Episcopus, qui Romam venit, & à sancto Leone Papa itidem in sedem suam restitutus pariter fuit, vt constat ex eadem Actiõne prima eiusdem Concilij. Priuilegium quidem folius Ecclesiæ Romanæ esse reperitur, vt depositus à Synodo Episcopus absque alia Synodo maioris numeri restitui possit per Romanum Pontificem: quod alijs sedibus inconcessum fuisse liquet; nimirum, ne depositus in Synodo Episcopus ab alia non maioris numeri Synodo restitui queat.

Quòd verò ipsi Theodoro Romam, vt optabat, se conferre ad iudicium non liceret, eo quòd litteris Theodosij Imp. (vt dictum est) veritus esset è sua ciuitate recedere; ad Anatholium Patricium Constantinopolim scripsit epistolam, qua post plura hæc quæ ad suam profectioem in Urbem instituendam pertinent, habet, cum rogat eum vt ab Imperatore proficiscendi licentiam obtineat: Tuam magnificentiam oro, vt hanc gratiam à triumphatore Imperatore obtineas, vt ad Occidentem accedat, & ab illis Deo dilectissimis & sanctissimis Episcopis iudicet: & si vel minimum quidem fidei regulam transgressus esse ipse repertus fuero, in ipsum maris profundum proijciat. Si verò neque has nostras susceperit preces, liceat mihi per eum, nostrum incolere monasterium, quod Cyro abest centum viginti passuum milliariibus, & Antiochia septuagintaquinque, & ab Apamænsium ciuitate tribus milliibus: hoc quidem si fieri potest, prius gratissimum mihi erit: sin minus, posterius mihi concedi per tuam celsitudinem oro, &c.] Adiecit ad eundem Anatolium aliam epistolam, qua pluribus commendat sancti Leonis Papæ epistolam ad Flavianum de fide Catholica datam, cui in omnibus se consentire profiteretur & gauderet.

THEODOR. PETIT CONCEDI SIBI LICENTIAM ROMAM VENIENDI. Theodor. epist. 119.

Sunt & aliæ plures ad diuersos data ab ipso Theodoro eodem argumento his diebus epistolæ, quæ omnes haud dubium ab eo scriptæ sunt antequam à Theodosio Imperatore pro confirmatione pseudosynodi Ephesinæ promulgatæ esset edictum, quo inter multa auditu execrabilia, ipsius Theodoretæ, perinde ac Nestorij atque Porphyrij scripta fuerunt omnino vetita, incendioq; damnata: Si enim ante datas à se superiores litteras fuisset eiusmodi sanctio promulgata, quales putas clamores dictis litteris edidisset, & lugubres querelas iisdem intexuisset? Edidit quidem eam sanctionem Theodosius Imperator Eutychianorum artibus circumuentus, in primis verò eorumdem antesignani Chrysofthij: qua omnem gloriam, quam ob pietatem hæc tenus sincerè seruatum ipse Theodosius fuerat consecutus, penitus labefactauit. Sed iam ipsum audiamus edictum, quod sic se habet:

Theodor. epist. 121.

Olim quidem prius Nestorius, qui fuit Constantinopolitanus Episcopus, noua & pestifera, præter illa quæ tradita sunt, tentans inducere dogmatum Christianorum puræ & Orthodoxæ fidei contraria, à sancta Synodo est eiectus, quæ Ephesum ex vniuerso Orbe Principali sanctione conuenit. Quæ sancta Synodus pariter confirmauit etiam Catholicam fidem ab Episcopis qui Nicææ congregati sunt, traditam. Et nos confirmantes quæ salubriter instituta sunt ab eodem sancto Concilio quod Ephesi congregatum est, generalem promulgamus legem, qua tam prædictum Nestorium, quàm eos qui similia sapiunt, damnat; præcipientes ne Christiano saltem nomine censentur, sed vt Simoniani potius vocarentur, quoniam blasphemiam Simonis dilexerunt: Definimus enim ceteris eos debere vltionibus subiaceri, quas continet præfata præceptio.

Conc. Chalcedon. Act. 3. EDICTVM THEODOSII PRO PSEUDO CONCIL. EPHESE.

Quoniam

Quoniam verò præfenti tempore, dum post illam iam pridem quietæ essent Ecclesæ, A Flavianus Constantinopolitanus Episcopus, & Eusebius alter Episcopus, perniciosas seditiones sequendo, Nestorij schismata Ecclesijs iniecerunt: præcepimus rursus in eiusdem ciuitatis Ephesæ sanctissimam Ecclesiam utique denuò conuenire Concilium, vt cum omni subtilitate vera fide firmata, à sanctis Ecclesijs iniecta per eos hæresis auferretur. Hæc ipsa igitur sancta Synodus definiuit, obtinere quidem fidem, quæ Nicææ à trecentis decem & octo Patribus tradita est; excludi verò ab Episcopatu non solum Flavianum & Eusebium, sed & Domnum qui fuit Antiochenus Episcopus, & Theodoretum, & alios quosdam, qui eadem præfata hæreseos cecitate participant, & ob hoc sacerdotalibus indigni sunt sedibus. Et nos igitur eiusdem sanctæ Synodi decreta laudamus atque firmamus, hanc Orthodoxam fidem putantes atque nominantes, quæ à trecentis decem & octo Patribus exposita est, & firmata in sanctis Concilijs quæ Ephesi congregata sunt. B

Vt verò & in reliquum tempus perfectissima fiat totius solutio quæstionis: iubemus, vt in omni Orbe terrarum huic ipsi fidei, quæ in Nicæa prolata est, vndique Episcopi vniuersi subscribant per Metropolitanos singulorum locorum, & hoc ipsum nobis per proprias eorum litteras intimetur. Omnino autem nullus qui Nestorij & Flauiani & eorum qui eiusdem sententia detinentur, vilo modo Episcopus ordinetur: Sed & si quis iam maligno peruentu est ordinatus, aut si quis de cetero per concursum fuerit, simulationemque prouectus; hic Orthodoxorum proiciatur decreto Pontificum. Et nec vsque ad verbum eidem sanctæ fidei vel adijciatur aliquid, vel dematur. Sed nec habeat aliquis vel legat, aut transferat, proferatve Nestorium, vel terniones eius, aut codices noxios, & maxime quos contra solas Porphyrius edidit Christianas litteras, neque Theodoretici scripta: Sed quicumque huiusmodi codices habet, publicè illos proferat, & cunctis videntibus igni tradantur. C

Et eos qui hanc religionem colunt, vel doctores eorum, nullus neque in ciuitate, neque in agro, neque in suburbio suscipiat, neque eos secum patiatur habere confessum: alioquin rebus eius publicatis, ipse perpetuo exilio relegabitur, quisquis hoc egerit, vel qualislibet extiterit, vel quisquis codices habuerit interdixit fidem Nestorij ac Theodoretici continentes, vt interpretationes eorum, qui vocantur Sermones allocutorij, siue Traditiones, iisdem tormentis subiaceat; vel si ea quæ ab illis composita, alterius nominis fuerint prænotata. Hæc verò Theodosij edictum, Eutyrianae arte compositum, quo sub specie confirmandæ Nicææ fidei damnantur immeriti, probaturque posterior æquæ ac prior Synodus Ephesina, ac proinde Eutyriana hæresis validatur. In hæc planè præcipiti feruntur, qui priuatis indulgent affectibus, & incauti ipsi cæci cæcorum ducibus dirigendos imprudenter sese committunt. D

At qui tanta passus Theodoretus, nempe damnationem, sedis abrogationem, exilium (vt ipse testatur in epistola ad Anatolium^a) scriptorumque; ex Imperatoris edicto iacturam, numquid inferuens tempori tacuit, vel turpiter adulatus, liberationem supplicis ab aulicis implorauit? minime gentium: immo ipse ferme solus aduersus nefandos hæreticos exclamare auditis, & vehementius quam par esset, id facere visus est Vranio Emesæ Episcopo eius pernecessario: qui cum, vt taceret, ipsum Theodoretum admonuisset, audi quodnam ab eo responsum per litteras accipere meruit^b.

Quod litteris quidem coniuncti simus, qui iam animis coniuncti eramus, pergratum mihi fuit. Non animaduertentem tamen, quod non sint huiusmodi verba tua. Si enim salutationis causa tantum à te dicta sunt, non ægrè fero quod dictum est: si verò consilij memoriam reuocas, silere admonendo, & ea quæ dicitur œconomia & dispensatione vti: E nos gratiam habemus, admonitionem tamen non accipimus. Diuinus enim Apostolus^c contraria præcipit: Insta opportunè, importunè. Et Dominus^d etiam nos huic præconi similia mandat: Loquere, & ne taceas. Necnon Isaias^e: Exclama potentia tua, & ne desinas. Et Moyse^f: Descendens, testifica populo huic: Et Ezechiel^g: Speculatorem dedi tē domui Israël: si autem annunciaueris impio, & quæ sequuntur: superfluum est enim doctis viris orationem in longum protrahere. Nos igitur non patescimus, forti dum sumus animo: sed potius lætamur & exultamus, & laudamus eum, qui his malis nos dignos fecit: eos etiam qui huiusmodi certaminibus sunt exercitati, vt idem faciant, precamur. Si enim dicunt nos Apostolicam regulam fidei minus obseruare, sed declinare ad dexteram vel ad sinistram: odio nos prosequantur, & cum aduersarijs & inimicis nostris contra nos stent: Si verò rectam Euangelicæ prædicationis doctrinam nos sequi, testimonium ipsi perhi-

THEODOR.
SCRIPTA
DAMNATA.

^aTheodoret.
epist. 139. in
Iun.

^bTheodoret.
epist. 122.

^c2. Tim. 4.

^dLuc. 9.

^eIsa. 40.

^fExod. 19.

^gEzech. 3.

A perhibent; ad ipsos clamamus: State etiam & vos succincti lumbos vestros in veritate, & calceati pedes in preparatione Euangelij pacis: & quæ sequuntur. Aiunt enim virtutem non solum temperantiam, iustitiam, & prudentiam, sed etiam fortitudinem esse, & per hanc illas etiam dirigi. Iustitia enim in bello aduersus iniustitiam indiget fortitudine; & temperantia auxilio fortitudinis cum vitur, vincit intemperantiam. Hac igitur de causa omnium Deus Propheta dixit^a: Iustus autem meus fide viuuit: & si subterfugiat, non gaudebit anima mea in ipso. Subterfugere verò pusillanimitatem appellauit. Tuere igitur, o carum caput, Apostolica dogmata. Veniet enim iam qui venturus est, & non tardabit, & reddet unicuique secundum opera sua. Transiit enim^b figura mundi huius, & apparebit rerum veritas.]^c haec ad Vranium Episcopum Theodoretus.

His ille acceptis litteris alias reddidit amoris quidem plenas, & indices suæ erga dogmata sinceritatis & zeli: addidit & eulogias, quibus in exilio positus Theodoretus paupertatem, quam patiebatur, sustentare valeret: quas licet ab alijs renuisset accipere ipse paupertatis voluntarius cultor, grato accepit animo, eidemque breues litteras reddidit, dignas quidem digno fidei Catholicæ defensore: quibus numquam hæcenus editis tu primus, lector, frueris: indignum enim esse putamus, labores & præclaras virtutes in tanto cõflictu Orthodoxorum pugilum silentio sepultas prætermittere, & non porius vndique diligenti peruestigatione quæsitæ, in medium spectandas exhibere. Accipe igitur quas secundo reddidit Vranio Emeseno Episcopo litteras Theodoretus^d.

Et longa fuit epistola, & iucunda, & amoris vehementiam & veritatem indicauit, & tanta me læticia repleuit, vt minimè ipse animaduertentem, quod alia sit (vt inde cognoui) prioris epistolæ præemij sententia. Litterarum enim sententiæ ignoratio, fraternæ dilectionis thesaurum demonstrauit, & fidei perspicuitatem declarauit, & pietatis zelum significauit. Et Propheta quidem verba & tentationes inter nos distribuimus: tua quidem pietas verba sumpsit; nos verò fluctibus & tentationibus agitatur; & aduersus eos qui nauiculam remis impellunt, vnà cum illo clamamus: Qui custodiunt vanitates & mendacia, misericordiam suam dereliquerunt. Concedat autem Dominus noster & illius, vt nos è profundo emergamus, & à cete liberemur. Si verò fluctus feruens & vehemens durauerit: speramus etiam hoc pacto à diuina prouidentia non fore derelinquendos; & experientia discere quod virtus^e eius in infirmitate perficitur. Pericula enim nostra imbecillitate metitus est. Diuinum enim illum Prophetam^f omnes qui simul nauigabant, in mare proiecerunt: mihi verò etiam tuæ pietatis solatium præbuit, ac aliorum etiam Deo dilectorum hominum: quos mirabilis illius Onesiphori^g benedictionem obtinere vnà cum tua dilectione precor; quia catenam meam non erubuitis, sed passionum, quas ipse pro fide passus sum, socij mihi fuistis. Id quidem certo scito, o domine, quod cum alij Deo dilectissimi Episcopi eulogias mihi miserint, illas minimè accepi: non quod illos qui eas miserunt, contempserim; sed quia adhuc ab eo necessarium victum habemus, qui etiam coruis abundanter illum largitur. Tuæ verò pietati nihil tale feci: re vera enim vicit amoris feruor eam quam hucusque habui sententiam. Quod enim ex quo nobis consuetudo creuit, amor etiam vehementior fuerit factus, tua Deo dilecta anima certo sciat.] hæc ad Vranium Theodoretus: qui tunc exul curam gessit exulum Episcoporum eiusdem catenæ consortium: quod intelligere possumus ex perbreui illa epistola, quam ad Alexandram clarissimam feminam dedit his verbis^h:

Accepi paulo antè tuæ grauitatis litteras: & cum didicerim qua pro nobis vsa es diligentia, gratias habui, & omnium Dominum rogavi, vt præsentia tibi custodiat bona, & maiora addat, & futurorum & æternorum gloriam largiatur. Credimus autem ipsum exaudire relegatos, & hos multo magis, qui propter eius diuinam doctrinam hanc sustinent pœnam. Hæc per Episcopos Deo dilectos ad te scribo, te in primis orans, vt eorum curam suscipias: pro Euangelica enim fide & Ecclesiarum pace hanc longam sustinent peregrinationem.] hæc ad Alexandram Theodoretus.

Nactus est autem in his suis ærumnis adiutorem Sporatum Comitem Domesticorum, qui nihil penitus verens Chrysostrum, cuius arbitrio Imperator Theodosius mouebatur, Theodoretici suscepit patrocinium. Quisnam autem adeo pietate insignis Sporatus iste fuerit, nihil præterea quod de tanto viro dicamus, inuenimus, nisi quod ob excellentiam probitatis sinceræque fidei Orthodoxæ meruit sedere Iudex cognitor vnà cum alijs præstantissimis viris in Concilio Chalcedonensi, vt eius Acta declarant. Quod præterea iste

^aIlab. 2.

^bIieb. 10.

^c1. Cor. 7.

^dTheodoret.
epist. 123.

^e2. Cor. 2.

^fIoan. 1.

^g2. Tim. 1.

^hTheodoret.
epist. 100.

SPORATIVS
COMES AD-
DICTVS
THEODO-
REGO.

CHRISTI
449.

LEONIS PAP.
10.

THEODOSII 42.
VALENTIN. 25. IMPP.

iste præ ceteris animosè patrociniū Theodoretī suscepit, inde arbitror accidisse, quòd A
præ ceteris ipse sciret, quàm re vera idem Catholicus esset: Licet enim post restitutâ Eccle-
siæ pacem, Cyrilli tempore, idem Theodoretus apud Catholicos omnes, præsertim verò
Constantinopolitanos versatus sciretur esse Orthodoxus, & cõmunicare cum Orthodoxis,
haud tamen contractam semel ex pristina societate cum Nestorio maculam diluere valuit.
Sicuti enim Paulo olim persecutori accidisse scimus: qui licet ad Christum conuersus esset,
ac pro fide Christi multa certamina subiisset, & in extrema pericula incidisset; tamen (vt
Acta habent Apostolorum *) cùm Hierosolymis vellet se coniungere discipulis, haud ad-
miserunt, timètes, & non credentes quòd esset discipulus: ita, inquam, Theodoro to euenit,
qui licet à Nestorij societate penitus desciuisset, Catholicisq;e coniunctus esset, & pro Ca-
tholica fide verbis scriptisq;e strenuè laborasset; timor tamen prudentiores tenebat, num
ista ipse ex animo faceret, vel lupus intus latens, ouem extrinsecus præferret.

Aut. 9.

THEODOR.
MALA SV-
SPICIONE
LABORANS
QUADREGIT.

Soluit autem ipse omnes huiusmodi insidentes animis ambiguitates, vbi ad eundem Spo-
ratiū Comitē misit Constantinopolim historicam tractationem contra Nestorium, qua
simul docuit scitari se sinceræ fidei veritatem. est eius exordium: Cùm vniuersus Orbis iam
paulatim rueret, &c.] primum enim locum obtinet inter ipsius Theodoretī epistolas, meri-
toque præ foribus collocata, quòd eam legentes, statim intelligerent, pollere auctore fide
Catholica, absterfisseq;e penitus inuistam olim ex Nestorij consortio notam: quòd quidem ip-
sum alijs quoque litteris ad diuersos datis idem Theodoretus frequentissimè præstitit. Spo-
ratiū igitur inter alios plenissimè certior redditus sinceræ fidei Theodoretī, eundem vt ve-
rè Orthodoxum, quibus valuit, est profecutus officijs: cuius rei gratia, grates debitas reddi-
turus idem Theodoretus ad ipsam perbreuem eiusmodi epistolam dedit, indicem eiusdem
Sporatiij pietatis: sic enim se habet:

Theodoret.
pist. 97.
* Sporadio
EPISTOLA
THEODO-
RETI AD
SPORAD-
IUM CO-
MITEM.

2. Tim. 1.

Theodoretus Episcopus Cyri Sporatio * Comiti.
Tuæ magnificentiae litteræ magnoperè me sunt consolata: Longè autem maiorem læti-
tiam meam reddidit Deo dilectissimus presbyter & monachus Iamblychus, feruentem
tuum zelum cùm nobis narrauerit, & quo teneris circa res diuinas studio, & tuam ergo nos
animi propensionem. Ego verò cùm hæc didicerim, & gloriosissimi & Christo dilecti domi-
ni Patricij, quos pro nobis agones & labores sustinet, audierim: Apostolicam benedictio-
nem vobis pronuncio, quam beatus Onesiphorus à sancta illa lingua Apostolica obtinuit:
Tuæ familiæ Dominus misericordiam largiatur: Det misericordiam Dominus domui tuæ,
quia sæpe me refrigerauit, & carenam meam non erubuit: Det tibi Dominus inuenire mi-
sericordiam à Domino in illa die. Hæc vobis precor, licet maioribus malis veritatis hostes
me (vt putant) conculcēt. Ad præstitam enim mercedem respicere & intueri edocti sumus. D
Et hoc vnum sciat tua magnitudo, quòd cum pietate etiam mors nobis iucundissima, &
extremæ Orbis partes: Ecclesiarum tantum tempestas & turbo nos turbat, quem vniuer-
forum Dominus soluere & sedare potest.] hæcenus ad Sporatiū Comitē Theodore-
tus: Qui planè quicquid tempore œcumenici Concilij Ephesini deliquit, aucto scenore in
hoc tumultuario Ephesino celebrato Conuentu perfoluit, stans ante alios in suscepto certa-
mine indefessus fidei Catholicæ propugnator. Quo quidem officio nauiter impleto, & mu-
nere integrè perfoluto, non solum priores deleuit ex Nestorij cõtagio asperas maculas, sed
desuper illas iam ablutas superinducens opere Phrygio victricia signa, aureas palmas, palma-
tam inde sibi ad triumphum tunicam præparauit. At de Theodoro to modò satis.

S. LEO LA-
BORAT PRO
FIDE CA-
THOLICA.

Leo epist. 27

Sed iam res Occidentalis Ecclesiæ inuisamus. Quid in tanto Catholicæ fidei naufragio,
qui clauū tenebat, Romanus Pontifex S. Leo? Vt hæc sciamus, opus est vt singillatim res ab E
eo hoc anno gestas ex suis ipsius epistolis intelligamus. Ac primum quidè de eo illud occur-
rit: quòd dum adhuc dubius eiusdem Ephesini Conuētus penderet exitus, pendebar & ipse
animi anxius, ne (quod iam longè fuerat odoratus) fides Catholica circumuenta fraudibus
perditorum hæreticorum, detrimentū aliquod pateretur. Hinc ipse primum, cū quæ Ephesi
agerentur, penitus ignoraret, de futuro euentu sollicitus, tertio Idus Augusti, biduo post illa
habita ibi scelerata comitia, ad S. Flauianum Constantinopolitanum Episcopum litteras
dedit, dolens in primis, quòd cùm immensæ molis opus ageretur, in quo fides Catholica
magno discrimine laboraret, ipse nihilominus diutiùs siluisset: demum cum admonuit viri-
liter atque strenuè agere. est earum exordium: Auger sollicitudinem nostram taciturni-
tas tua, &c.] Ac rursus ad eundem scripsit, cùm Hilarus diaconus legatus fuga lapsus
Romam peruenisset, & ab ipso de eo quod Flauiano ante eius discessionem contigisset cer-
tior

CHRISTI
449.

LEONIS PAP.
10.

THEODOSII 42.
VALENTIN. 25. IMPP.

A tior redditus esset: cùm hæc paucis ad ipsum scribens vigesima nona mensis Septembris, cer-
to fidoque nuncio datis litteris significauit.

Leo epist. 27

Quæ & quanta dilectio tua pro Catholicæ fidei defensione patiat, per diaconum, qui
ab Epheso furtim est lapsus, cognouimus. Et licet magnificemus Deum, qui te gratiæ suæ
virtute confortat, necesse est tamen nos dolere eorum ruinas, per quos veritas impugnatur.
Quia verò prouidentia Dei semper suis necessarium præstat auxilium: scire debet fraterni-
tas tua, nos pro communi cãsa nihil eorum quæ agenda sunt præterire; vt primitus ad ea
quæ vniuersitati Fidelium profint, peruenire mereamur: Sin, est, vt fortiter interim dilectio
tua toleret, quæ sibi ad æternam gloriam non dubitat profutura. Perlator sanè breuis huius
epistolæ fideli sermone poterit enarrare, quicquid illud est, ad quod, adiuuante Domino, stu-
dio fidei & charitatis intendimus. Dat. tertio Kalend. Octobris, Actio & Protogene viris

B clarissimis Conss.] ita quidem Leo, nuncio magis credens secreta, quàm litteris, quòd time-
ret ne illæ ab aduersarijs Flauianum custodientibus interciperentur.

Sed quænam ista, quæ litteris minime committenda putauit? illud nimirum, quòd ipse
Leo Pontifex Synodum coëgisset, in qua cuncta quæ more prædonum Ephesi ab Eutychia-
nis hæreticis gesta essent, penitus damnauit. Collegit enim quàm citissimè potuit S. Leo
Episcoporum Occidentalium Synodum, in qua cuncta quæ perfidi illi præsumpsissent, Pon-
tificio decreto rescidit, irritaque penitus esse decreuit. His ergo peractis, summa celeritate
de rebz Romæ gestis ad Pulcheriam Augustam litteras dedit, & ad clerum Constantino-
politianum, necnon ad alios. At de Synodo tunc Romæ coacta reddendæ sunt in primis lit-
teræ Hilari diaconi tunc ad Pulcheriam Augustam scriptæ, quæ sic se habent:

LEO PAPA
CELEBRAT
ROMAN
CONCI-
LIUM.

Extat tom 1
Cœci. in præf.
Canc. Chalce-
HILARVS
AD PVL-
CHERIAM.

Gloriosissimæ & pijsimæ Augustæ Hilari diaconus.

C Studium mihi fuisse post Synodum venire Constantinopolim, dicere non habeo: quan-
do manifesta necessitas erat, quæ me litteras beatissimi Papæ ad vestram clementiam dire-
ctas afferre compelleret, & vestræ pietati ac inuictissimo Christiano Principi officium, quod
debebam, venerationis exoluere. Sed huic congruo meo proposito illud impedimentum
euenit, quod omnium bonorum inimicum est, & Christianorum ingemiscit affectus, hoc
est, Alexandrinus Episcopus in damnatione virorum inculpabilium potentissimus. Nam
postquam iniustæ eius voluntati atque sententiæ communicare non potui, ad aliud Conci-
lium * terroribus atque insidijs me euocare conatus est: quatenus me (quod absit) aut sedu-
ctionibus faceret consentire ad condemnandam sanctissimum Flauianum, aut resistentem
teneret, vt mihi non esset licentia ad pietatem vestram Constantinopolim percurrere, aut
ad Romanam Ecclesiam remeare. Verum tamen confidens de auxilio Christi, quod attinet
ad damnationem reuerendissimi & sanctissimi viri, innocentem me integrumq; seruari; li-
cet nulla flagella, nulla tormenta me possent facere eius sententiæ consentire. Sed omnibus
derelictis, inde discessi, per incognita & inuicia loca Romam veniens, vt reuerendissimo Papæ,
omnium quæ in Epheso gesta sunt, idoneus nunciator existerem.

* concilium

D ad damnationem reuerendissimi & sanctissimi viri, innocentem me integrumq; seruari; li-
cet nulla flagella, nulla tormenta me possent facere eius sententiæ consentire. Sed omnibus
derelictis, inde discessi, per incognita & inuicia loca Romam veniens, vt reuerendissimo Papæ,
omnium quæ in Epheso gesta sunt, idoneus nunciator existerem.

Vestra itaque veneranda clementia cognoscat, à Præfato Papa cum omni Occidentali
Concilio reprobari omnia, quæ in Epheso contra canones per tumultus & odia secularia à
Dioscuro Episcopo gesta sunt, & nulla ratione hæc in his partibus suscipi posse, quæ per
potentiam prædicti non sine læsione fidei, & præiudicio sanctissimi viri innocentijs, commissa
sunt. Quæ verò constanti ac forti auctoritate pro fide à me nunciata sunt, superfluum cre-
do narrare: nam hæc ex litteris beatissimi Papæ poteritis cognoscere. Vnde domina splen-
didissima atque clementissima Augusta, adoranda vestra pietas, in quibus libenter fecit ini-
tium, relinquere non debet, sed hæc zelo religiosæ fidei constanti voluntate seruare.] hæc
Hilarus ad Pulcheriam.

IN ROM.
CONCI-
LIUM
DAMNATA
ACTA EP-
HESI.

Quo autem mense vel die Romæ Concilium contra Dioscorum fuerit congregatū, inde
certius cognoscere potes, quòd litteræ à sancto Leone Papa post Synodum celebratam scri-
ptæ habentur octauo Idus Octobris: vt planè valeas intelligere, vel ea ipsa die, vel pridie eius
dici idem Romæ ad destruenda Acta Ephesina fuisse Concilium celebratum; in quo qui-
dem omnes Episcopi in vnam conspirantes sententiam, in rescissionē malè gestorum Ephe-
si tulere suffragium, omnium animis ad detestabile facinus vlciscendū incensis. Extat enim
ab hac Synodo data epistola ad Archimandritas hoc anno octauo Idus Octobris, & alia
plures tertio Idus eiusdem mensis ab eadem Synodo scriptæ ad Theodosium, ad Pulche-
riam, ad clerum, & populum Constantinopolitanum.

TEMPOR
CONGREGATI
ROMAN
CONCILIUM.

Leo epist. 28.
Et supra epist.
22. 23. 24. 25.

Sed cùm huiusmodi Synodus ex plurimis prouincijs congregata esse dicatur in litteris
Valen-

CHRISTI LEONIS PAP. THEODOSII 42. IMPP.
449. 10. VALENTIN. 25.

Valentiniani & Gallia Placidia, quas reddituri sumus inferiis: unde, dices, factitas suppeditata, vt tam breui temporis spatio tam magna Synodus potuerit congregari? Sed meminisse debes quæ hæc pridem dicta sunt ex eiusdem S. Leonis epistola ad Sicilia Episcopos^a data, moris fuisse annis singulis ad tertium Kalendas Octobris conuenire Romam Episcopos ad Synodum celebrandam, ad quam etiam iussit à Sicilia insula debere ternos accedere. Quamobrem opportunè accidit, vt absque alia Episcoporum vocatione, post Hilari diaconi reditum, Romæ ex pristino vsu sancta Synodus coegeretur, in qua cum danata esse Ephesina Acta testetur Hilarius ad Pulcheriam scribens, & innuat S. Leo in epistola nouissime data ad Flavianum, nec de ea damnatione mentio habeatur in Synodalibus litteris ad diuersos missis; factum putamus vt ad tempus voluerit Leo Pontifex ista obregi silentio; ob eam potissimum causam quod speraret, vniuersali Synodo in Italia cogenda, omnem illam Orientalium Ecclesiarum ruinam fore refarciendam: Patres enim ipsi huiusmodi consilium inierunt, vt de cogendo in Italia Concilio œcumenico scriberent ad Theodosium Imperatorem. litteræ autem sic se habent^b.

Leo Episcopus, & sancta Synodus quæ in vrbe Roma conuenit, Theodosio semper Augusto.

Litteris clementiæ vestræ; quas dudum ad B. Petri Apostoli sedem pro Catholica fidei amore misistis, tantam fiduciam sumpsimus defendendæ per vos veritatis & pacis, vt in causa tam simplici tamque munita nihil putaremus posse existere quod noceret: præsertim cum ad Episcopale Concilium, quod haberi apud Ephesum præcepistis, tam instructi sint missi, vt si scripta quæ vel ad sanctam Synodum, vel ad Flavianum Episcopum detulerunt, Episcoporum publicari auribus, Alexandrinus permisisset Antistes: ita manifestatione purissimæ fidei, quam diuinitus inspiratam & accepimus & tenemus, omnium concerrationum strepitus quicuisset, vt nec imperitia vltra desiperet, nec occasionem nocendi annulatio reperiret. Sed dum priuatæ causæ religionis exercentur obtentu, commissum est impietate paucorum, quod vniuersam Ecclesiam vulneraret. Vides ex his, probè nouisse S. Leonem, ob odium aduersus Flavianum conceptum tum ab Imperatore, tum etiam à Chrysaphio, omnia illa ad eod funesta Ephesi esse peracta pro Eutychete contra fidem Catholicam, vt Flavianum è sede deponerent, nulla habita ratione læsæ Catholice fidei: quod S. Leo deplorat, qui & subdit:

Comperimus enim non incerto nuncio, sed fidelissimo rerum quæ gestæ sunt narratore, Hilario diacono nostro (qui vix, ne subscribere per vim cogere, effugit) conuenisse ad Synodum plurimos sacerdotes, quorum vtique frequentia consultationi & iudicio profuisset, si is qui sibi locum principem vendicabat, sacerdotalem moderatorem custodire voluisset, vt (sicut moris est) omnium sententiis ex libertate prolatis, id tranquillo & æquo constitueretur examine, quod & fidei congrueret, & errantibus subueniret. In ipso autem iudicio, non omnes qui conuenerant, interfuisse cognouimus: nam alios reiectos, alios didicimus intromissos, qui pro supradicti sacerdotis arbitrio impiis subscriptionibus captiuas manus dederunt, quod nociturum statui suo scirent, nisi imperata fecissent: talemque ab ipso prolatam esse sententiam, vt dum homo vnus impetitur, in omnem Ecclesiam sæuieretur. Quod nostri ab Apostolica sede directi ad eod impium & Catholicæ fidei contrarium esse viderunt, vt ad consentiendum nulla potuerint oppressione compelli: constanterque in eadem Synodo (vt decauit) fuerunt protestari, nequaquam id quod constituebatur, sedem Apostolicam recepturam: quoniam re vera omne Christianæ fidei sacramentum (quod ablit) à temporibus vestræ pietatis excluditur nisi hoc scelestissimum facinus, quod cuncta sacrilegia excedit, aboleatur.

Quia verò diabolica nequitiâ subtiliter fallit incautos, & ita quorundam imprudentiam per similitudinem pietatis illudit, vt pro salubribus persuadeat nocitura: remouete, quæsumus, à vestræ pietatis conscientia periculum religionis & fidei; quodque in secularibus negotijs legum vestrarum æquitate conceditur, in rerum diuinarum pertractatione præstare, vt Christi Euangelio vim non inferat humana præsumptio. Ecce ego, Christianissime & venerabilis Imperator, cum confacerdotibus meis implens erga reuerentiam clementiæ vestræ sinceri amoris officium, cupiensque vos placere per omnia Deo, cui pro vobis ab Ecclesia supplicatur, ne ante tribunal Christi Domini rei de silentio iudicemur: obsecramus coram vnus Deitatis inseparabili Trinitate, quæ tali facto læditur, cum ipsa vestri sit custos & auctor Imperij, & coram sanctis Angelis Christi, vt omnia in eo statu

CHRISTI LEONIS PAP. THEODOSII 42. IMPP.
449. 10. VALENTIN. 25.

A statu esse iubeatis, in quo fuerunt ante omne iudicium, donec maior ex toto Orbe sacerdotum numerus congregetur: nec alieno peccato patiamini vos grauari: Quia (quod necesse est nos dicere) veremur, ne cuius religio dissipatur, indignatio prouocetur.

Præ oculis habete, & tota mentis acie reuerenter aspiciate beati Petri gloriam, & communes cum ipso omnium Apostolorum coronas, cunctorumque martyrum palmas, quibus alia non fuit causa patiendi, nisi confessio veræ diuinitatis & veræ humanitatis in Christo. Cui sacramento quia impiè nunc à paucis impudentibus obuiatur: omnes partium nostrarum Ecclesiæ, omnes mansuetudini vestræ cum gemitibus & lacrymis supplicant sacerdotes, vt quia & nostri fideliter reclamarunt, & iisdem libellum appellationis Flavianus Episcopus dedit, generalem Synodum iubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita aut repellat, aut mitiget, ne aliquid vltra sit vel in fide dubium, vel in charitate diuisum; contententibus vtique Orientalium prouinciarum Episcopis: quorum si qui superati minis atque iniuriis à veritatis tramite deuiarunt, salutaribus remediis in integrum reuocentur: ipsique quorum est causa durior, si consiliis melioribus acquiescant, ab Ecclesiæ unitate non excidant.

Quam autem post appellationem interpositam hoc necessariè postuletur, canonum Nicææ habitorem decreta testantur, quæ à totius mundi sunt sacerdotibus constituta, quæque subter annexa sunt. Fauete Catholicis, vestro more, parentumque vestrorum. Date defendendæ fidei libertatem, quam, salua clementiæ vestræ reuerentia, nulla vis, nullus poterit mundanus terror auferre. Cum enim Ecclesiæ causas, tum regni vestri agamus & salutis, vt prouinciarum vestrarum quieto iure potiamini; defendite contra hæreticos inconcussam Ecclesiæ starum, vt & vestrum Christi dextera defendat imperium. Dat. III. Idus Octobris,

C Asterio & Protogene viris clarissimis Coss.] Felix planè Theodosius, si patrem audisset sanctum Leonem talia monentem. Sed quod contempserit, illud planè ipsi euenit, quod vaticinatus est idè sanctissimus Pontifex, nimirum fore, vt nisi audiret, aduersum se diuinam prouocaret indignationem, cælitusque vindictam acceleraret. Etenim qui tot tantaque illi præstitit beneficia Deus creator omnium, terribilem, qui aufert spiritum Principum, se in eum iuxta Prophetam^a ostendit: talem ipse postea (vt suo loco patebit) infelix expertus est Deum, antea semper erga ipsum amplissimum bonorum largitorem.

Porro qui ex Synodo has ad Theodosium litteras dedit Synodales, priuatim idem sanctus Leo alias ad ipsum litteras scripsit eodem die sub iisdem Consulibus: est earum exordium^b: Olim & ab initio in Conciliis celebratis tantam nos percepimus à beatissimo Petro Apostolorum Principe fiduciam, vt auctoritatem habeamus ad veritatem pro nostra

D pace defendendam, quatenus nulli liceat sic eam munitam in aliquo commouere, dum repente læsio remouetur, &c.] Rursum verò eodem argumento quo superiores, scripsit idem S. Leo ex eadem Synodo Romæ collecta ad Pulcheriam Augustam Synodalem epistolam eadem die, tertio die Octobris^c necnon alias ad clerum populumque Constantinopolitanum & ipsas duplices^d. Alias præterea adiecit ad Archimandritas^e Constantinopoli agentes, illud in primis hortatus, vt in communionem atque dilectionem ipsorum Episcopi Flauiani peristerent, nec sine viuentur violentia tempestatis in transuersum agi, neque communicarent cum intruso æquè impiè per Dioscorum pseudoepiscopo Anatolio. Aliæ^f insuper eodem die hoc anno leguntur à S. Leone epistolæ ad Anastasium atque Iulianum Episcopos eadem ex causa conscriptæ, quas, si liber, lector consulere ipse poterit: hæc nobis satis ad rerum gestarum historiam quàm verissimam insinuandam. Misit autem ipse S. Leo has omnes litteras per certos fidosque Apostolicæ sedis nuncios, nimirum Epiphanium atque Dionysium S. R. E. Notarios, vt idem indicat in posterioribus litteris^g ad clerum Constantinopolitanum Idibus Octobris hoc anno datis.

Opportunè autem contigit, vt hoc ipso tempore celebrata Romæ Synodi, in Vrbe esset Imperator Valentinianus vnâ cum Eudoxia coniuge Augusta, & Galla Placidia ipsius Valentiniani Imperatoris Matre: venerant enim, ex more, ad sacra Apostolorum limina. Porro iidem, vt pij Principes, exhorruerunt, cum quæ Ephesi tyrannice facta essent, audissent. ad quod immane facinus destruendum singuli singulas dedere in Orientem litteras, atque Valentiniano in primis his verbis ad Theodosium scribens^h:

Domino meo Theodosio gloriosissimo Victori ac Triumphatori perpetuo Imperatori & patri Valentinianus gloriosus Triumphator semper Augustus & filius.

Cum aduenissem in urbem Romam, ad Diuinitatem placandam, sequenti die ad basilicam

^a Leo epist. 4. c. 7.

DE COGENDO SYNO- DO VNI- VERSALI CON- SILIUM.

^b Leo epist. 25.

EPISTOLA SYNO- DALIS AD THEODO- SIUM IMP.

DE SYNO- DO IN ITALIA HABENDA ADMONET.

PLURES SCRIPTAE EX SYNO- DO LITTERAE.

^c Leo epist. 26. ^d Leo epist. 23. ^e Leo epist. 28.

^f Leo epist. 29.

^g Leo epist. 23.

^h Exstant tom. 1. Cæcil. ante Chalc. Conc.

VALENTI-
NIANVS AD
THEODO-
SIYM.

Apostoli Petri processu: & illic post venerabilem noctem diei Apostoli, & à Romano Episcopo, & ab aliis cum eo ex diuersis prouinciis congregatis rogatus sum scribere vestre mansuetudini de fide, quæ cum sit conseruatrix omnium animarum, dicitur perturbata; quàm nos à nostris maioribus traditam debemus cum omni competente deuotione defendere, & dignitatè propriæ uenerationis beato Apostolo Petro intemeratam & in nostris temporibus conseruare; quatenus beatissimus Romanæ Ecclesiæ Episcopus, cui principatum sacerdotij super omnes antiquitas contulit; locum habeat ac facultatem de fide ac sacerdotibus iudicare, Domine sanctissime pater & venerabilis Imperator. Hac enim gratia secundum solemnitatem Conciliorum & Constantinopolitanus Episcopus eum per libellos appellauit propter contentionem quæ orta est de fide.

DOM. PONT.
DEFIDE ET
SACERDO-
TIIBVS IV-
DICAT.

Huic itaque postulanti, & coniuanti salutem nostram communem, annuere non negaui, quatenus ad tuam mansuetudinem meam petitionem ingererem: vt prædictus sacerdos, congregatis ex omni Orbe etiam reliquis sacerdotibus intra Italiam, omni præiudicio summo, à principio omnem causam, quæ uertitur, sollicita probatione cognoscens, sententiam ferat, quam fides & ratio vestre diuinitatis* exposulat. Non debet enim nostris temporibus contra religionem turbatam petulantia præualere, dum incommota fides hæcenus fuerit conseruata. Ad perfectiorem uero agnitionem vestre dignitatis direximus etiam gesta, per quæ desideria & acclamationes omnium pietas uestra cognoscat.] hæcenus Valentinianus ad Theodosium. Galla autem Placidia in hunc modum ad eundem Imperatorem Theodosium*:

adignitatis

* Extat ante
Concil. Chal-
ced. to. 1. Cæc.

Domino Victori Theodosio Triumphatori semper Augusto filio Galla Placidia piissima & perpetua Augusta mater.

GALLA PLA-
CIDIA AD
THEODO-
SIYM.

Dum in ipso ingressu ciuitatis antiquæ hæc curam habuissemus, vt cultum beato Petro Apostolo redderemus: in ipso adorando altari martyris reuerendissimus Leo Episcopus, paululum se post orationem retinens, propter Catholicam fidem apud nos desleuit, ipsum similiter summum Apostolorum, quem nuper audieramus, testem obiciens, Episcoporum multitudine circumseptus, quos ex innumerabilibus ciuitatibus Italiæ pro principatu proprii loci, seu dignitate collegit; & uerbis permiscens lacrymas, ad communionem sui fletus nostros quoque gemitus prouocauit.

* Concilio

Non modicum detrimentum est ex his quæ gesta sunt, vt fides, quæ tantis temporibus regulariter custodita est à sacratissimo Patre nostro Constantino, qui primus Imperator respicenduit Christianus, perturbata sit ad arbitrium unius hominis, qui in Synodo Ephesinæ ciuitatis odium & contentiones potius exercuisse narratur, militum præsentia & metu impetens Constantinopolitanæ ciuitatis Episcopum Flauianum, eo quod libellum ad Apostolicam sedem miserit & ad omnes Episcopos harum partium per eos qui directi fuerunt in Concilium* à reuerendissimo Episcopo Romæ, qui secundum definitiones Nicæni Concilij consueti sunt interesse, Domine sacratissime fili venerabilis Imperator.

* Extat ibid.
ante Concil.
Chalced.

Hac itaque gratia, tua mansuetudo tantis turbis resistens, ueritatem immaculatam fidei Catholice religionis seruari præcipiat: vt secundum formam & definitionem Apostolicæ sedis, quam & nos tamquam præcellentem similiter ueneramus, in statu sacerdotij illæso manente per omnia Flauiano, ad Concilij & Apostolicæ sedis iudicium transmittatur, in qua primus ille, qui cælestes clauis dignus fuit accipere, principatum Episcopatus ordinauit. Quando scilicet decet nos huic maximè ciuitati, quæ domina est omnium ciuitatum tuarum, in omnibus reuerentiam conseruare. Diligentius autem in hoc prouidere, ne quod præcis temporibus nostra generatio custodiuit, sub nobis imminui uideatur, & per præfens exemplum schismata generentur inter Episcopos & sanctam Ecclesiam.] hucusque Galla Placidia ad Theodosium. Eadem fermè Eudoxia^b filia Augusta ad patrem Augustum scripsit: at non est opus omnes hæc describere tunc datas epistolas, nisi tantum quæ ab eadem Galla Placidia tunc eadem occasione data fuit ad Pulcheriam Imperatricem, digna quidem perpetuis monumentis, quæ sic se habet:

* Ibid. ante
Conc. Chalced.

Galla Placidia piissima semper Augusta Aeliæ Pulcheriæ piissimæ semper Augustæ filix.

GALLA PLA-
CIDIA AD
PULCHER-
IAM.

Vt Romam frequentibus conuersionibus adæquè desideremus inspicere, causa nobis est amplectendæ religionis, vt terminis Sanctorum nostram exhiberemus præsentiam: quos certum est, pro sua uirtute in cælestibus constitutos, neque inferiora despicerent. Nos, inquam, sacrilegum esse credimus, si solemnium ordinem denegemus. Cum igitur beato Apostolo Petro nostram præsentiam dedissemus: illuc multitudine sacerdotum reuerendissimus

A dissimus Leo Papa circumdatus, pro dignitate sui loci, nos primus adit. Qui propter interpositam gemitus sui tristitiam desiderium plenè suum uerbis insinuare non potuit. Vicit tamen constantia sapientiæ sacerdotis, vt lacrymas paululum retineret; & causam uiolatæ fidei, tamquam huius vindex, manifesto sermone proferret. In quo sermone cognouimus, nostris temporibus Catholicam fidem esse turbatam, quàm à diuo patre nostro Constantino nostri generis parentes hæcenus seruauerunt

Secundum uoluntatem namque eiusdem prauum aliquid aduersus sacerdotem Constantinopolitanum excitatum dicitur. Nos itaque in Ephesino Concilio, in quo nullus ordinem sacerdotum custodiuit neque mensuram, sine consideratione Diuinitatis omnia esse gesta cognouimus, quatenus præsumptio & iniustitia in quorundam damnationem uim obtinuisse dicatur: quæ nostris temporibus terribilia esse uidentur. Debet itaque fides proprie ualere, sanctissima atque uenerabilis filia Augusta. Igitur tua clementia secundum Catholicam fidem (quod semper nobiscum fecit) & nunc similiter conspirare dignetur: vt quicquid in illo tumultuoso miserrimoque Concilio constitutum est, omni uirtute remoueatur: vt omnibus integris permanentibus, ad Apostolicæ sedis Pontificem, in qua primus Apostolorum beatus Petrus, qui etiam clauis regni cælestis suscipiens, sacerdotij principatum tenuit, Episcopatus causa mittatur. Debemus enim primatum in omnibus immortalis conseruationi* tribuere, quæ totum mundum propriæ uirtutis dominatione compleuit, & nostro Imperio Orbem gubernandum, seruandumque commisit.] hæcenus ad Pulcheriam Galla Placidia.

Porro quo tempore hæc omnes datæ sint litteræ, accuratiùs peruestigandum est, ne quis putet de natali die Apostoli Petri, qui ubique & semper uigesimalnona Iunij celebrari consueuit, Valentinianum Imperatorem in litteris ad Theodosium datis intellexisse, ubi ait: Post venerabilem noctem diei Apostoli.] nam eo tempore ne ipsa quidem Ephesina Synodus celebrata erat, in qua tot nefanda idem queritur esse commissa. Sed quæ alia dies solemnis Romæ Principis Apostolorum? Equidem puto debere intelligi de die dedicationis eiusdem basilicæ, quæ solemnissimo ritu solita est celebrari decima octaua Nouembris: ad quam existimamus retentos fuisse Episcopos qui Synodo interfuerunt, vel vt expectarét quid Theodosius ad datas ab eis litteras responderet, ut si placuisset illi generale Conciliū (vt petierant) in Italia peragi, absque alia mora & uiarum dispendio se ed omnes æquè conferrent.

At quid primum Theodosius ad Leonis Papæ & totius Synodi litteras responderit, licet non constet: ex illis tamen quas idem rescripsit ad Valentinianum Augustum, Gallam Placidiam & Eudoxiam filiam Augustas, satis intelligi posse uidetur. Audi uero litteras per breues à Theodosio ad Valentinianum redditas*:

Domino meo Valentiniano Augusto Theodosius. Et Romam peruenisse tuam mansuetudinem, & petitionem oblatam à sene reuerendissimo Patriarcha, in ipso principio litterarum, ex tua maiestate significatum est. Et de tua quidem incolumi in Romanam urbem reuersione gratias competentes diuinæ maiestati reddidimus, domine sanctissime fili, & uenerabilis Imperator. De his autem quæ dixit memoratus reuerendissimus uir, indicatum est ad eundem latius atque plenius (sicut arbitrati sumus) & cognouit nos in nulla parte à paterna religione & maiorum traditione resiliisse. Nihil aliud uolumus, quàm sacramenta paterna per successionem nobis tradita inuolubiler custodire. Propter hanc igitur causam, quoniam quosdam cognouimus sanctissimas Ecclesias nocibili nouitate turbare, Synodum decreuimus Ephesi fieri. In præsentia quippe reuerendissimorum Episcoporum cum multa libertate & integra ueritate, & indigni sacerdotio amoti sunt; & qui iudicati sunt esse digni, suscepti sunt. Nihil igitur ab his contrarium regulæ fidei, aut iustitiæ factum esse cognoscimus. Omnis igitur contentio sacro iudicio examinata est. Flauianus autem, qui reus inuentus est læsibilis nouitatis, debitum excepit: & hoc remoto, omnis pax & omnis concordia regnat in Ecclesiis, & nihil aliud quàm ueritas uiget.] hæcenus ipse.

* Extant ante
Concil. Chal-
ced. to. 1. Cæc.

Vides ne, lector, quàm difficile sit Principes, cum semel tuendam susceperint iniustam causam, ostensa licet ueritate, in rectum iter flecti & reuocari, quamuis millies certissimis reuocationibus arguantur erroris? Consideras insuper, quàm facile subdoli consiliarij animum Principis, licet pium, falsis relationibus atque suasionibus in præceps agant? Ita planè hæc ex parte infelicissimi Principes deplorandi, qui & facilius in errorem inducantur, & difficilius corrigantur. Sed reliqua prosequamur. Sunt quidem eiusdem generis alix

Annal. Eccl. Tom. 6. K 2 Theo-

CHRISTI
449.

LEONIS PAP.
10.

THEODOSII 42.
VALENTIN. 25. IMPP.

Theodosij litteræ, quas ad Gallam Placidiam, & ad filiam Eudoxiam reddidit: at non opus A
singulas recitare. Quæ autem Pulcheria ad sanctum Leonem rescripserit, ignoramus: quam
tamen strenuè ac fortiter aduersus impios & impietatem egisse, dicemus anno sequenti.

GALLA
PLACIDIAE
OBITVS.

Quod insuper ad Gallam Placidiam spectat: quoniam post litteras (vt vidimus) hoc an-
no datas tum ad Theodosium Imperatorem, tum etiam ad Pulcheriam Augustam, nulla
vsquam de ipsa mentio habetur, haud diutius creditur fuisse superstes, sed extremum clau-
sisse diem, femina quidem magni consilij, & diuersis agitata casibus, in qua potissimum eni-
tuit Christiana religio: quod & cusa numismata præferunt, dum nomen Christi super
dexterum gestasse brachium, vnum ex iis, quod hic tibi reddimus, docet.

*Num. aur.
Libj Paquin-
ini Rom.



Deo autem Imperium acceptum tulisse, cælitus demissa corona voluit demonstrari: & non- C
nisi Crucis virtute insurgentes cohibuisse tyrannos, signum Victoriæ Crucem dextera ten-
entis ostendit. Maximo quidem damno Valentinianum orbatum fuisse matre, eius poste-
riora in deteriora prolapsa, & in interitum tandem adducta, facile declarantur.

In Musæo opere super arcum maiorem basilicæ sancti Pauli memoria est Gallæ Placidia: istis versibus:

PLACIDIÆ PIA MENS OPERIS DECVS HOC faciebat.
SVADET PONTIFICIS STUDIO SPLENDERE LEONIS.

Porro ipsam quinto Kalendas Decembris die obiisse, sepultamq; esse Rauennæ in ecclesia
sanctorum martyrum Nazarij & Celsi, adhucque extare monumentum ipsius, fidem facit
qui eruditè scripsit res Rauennates Hieronymus Rubeus. Verùm de Galla Placidia hætenus.

DIOSCORI
EXEGRAM-
DVMSCE-
LV8.

Sed quid interea nefarius Dioscorus, cum reuersus est Alexandriam? Perinde ac si ad D
hoc vnum natus esset, vt mortales omnes peccando superaret, & scelera perpetraret quæ
nullus perditorum hætenus cogitasset: colligens paucorum Episcoporum Conciliū (haud
enim plures, quod facinus exhorrent, valuit impudens suæ impudentiæ atque dedecoris
habere confortes) ausus est in S Leonem Romanum Pontificem excommunicationis sen-
tentiam iaculare. Tali glorientur Nouatores antesignano, tantoque exultent auctore, qui
primus à primario, cui subiectus erat, Antislire, & à quo ducebat originem, & potestatem
acceperat, rebellans, illo afflatus spiritu quem eructat infernus, ferre in eum sententiam
anathematis ausus est. Testatur id quidem Liberatus Diaconus^b. Sed ipsa Acta Concilij
Chalcedonensis hæc his verbis habent ex Theodori libello^c:

^b Liberat.
Diac. c. 17.
^c Conc. Chal-
ced. Act. 1.

Hic autem sanctissimus, magis autem circa omnia ferocissimus (*Dioscorus scilicet*) in
consuetudine habens leges præuaricari, nihil arbitrans quod ab ipso in sanctæ & sacrae E
memoriæ Flavianum commissum est, insuper ad mala maiora se vertit. Excommunicatio-
nem faciens contra sanctissimum & beatissimum Apostolicæ sedis magnæ Romæ Episco-
pum, suavitè subscribere, qui cum ipso de Ægypto exierunt, sanctissimis Episcopis plus mi-
nus numero decem: neque enim plures ausi sunt exire cum ipso: propter ea, quæ ab ipso
in Epheso contra leges peracta sunt; aliquoties comminans, aliquoties volentes decipiens.
Vnde lacrymantes atque gementes nefandæ illi chartæ subscripserunt.] hæc ipse in libel-
lo Theodorus. Mirum dictu, longè maiorem numerum Episcoporum, qui Ephefi in Con-
cilio hæresi Eutychianæ contra fidem Catholicam subscriberent, inuenit Dioscorus, quàm
cum in Romanum Pontificem damnationis sententiam protulit: adeo enim omnes inau-
ditum hætenus exhorruere facinus & sunt execrati portentum, vt licet hæretici facti es-
sent, & Catholicæ fidei aduersarij, veriti tamen sint maiestatem sublimitatemque Apo-
stolici

CHRISTI
449.

LEONIS PAP.
10.

THEODOSII 42.
VALENTIN. 25. IMPP.

A stolici throni. Sed audi Liberatum Diaconum^a: Ægyptij, Thraces, & Palæstini Episcopi
(præterquam in anathemate Leonis Papæ) Dioscorum sequebantur; Orientales, Pontici, &
Asiani partes sanctæ memoriæ Flavianij: quod schisma permanfit vsque ad obitum Theo-
dosij Principis.] hæc Liberatus.

^a Liberat. in
breu. c. 12.

Ceterum illi ipsi qui Dioscorum sectati fuerunt, sed inuiti, postea autem ab eo facta de-
testati sunt; haud tamen tantæ erant animi constantiæ, vt licet ad suas sedes reuersi essent, in
ipsum facti pœnitentes insurgent; sed iacturam sedium timentes, mœrorem silentio
deuorabant. Proh dolor! eo statu reposita tunc erat Orientalis Ecclesia, vt non reperiretur
qui ex aduerso confurgeret contra nefandam impietatem, nec qui liberè loquens, stare^b pro
muro domui Israël, quæ sua essent singulis quæritantibus, & non quæ Domini. Deplorat
hæc quidem Theodoretus in epistola hoc eodem tempore ad Ioannem Episcopum Ger-
maniciæ scripta, qua cum fœda turpisque facies Orientalis Ecclesiæ exprimitur, ad rerum
gestarum exactam scientiam hic eam describere, operæpretiū ducimus: sic enim se habet^c.

ORIENTA-
LIVM EPI-
SCOPORVM
TORPOR.

^b Ezech. 13.

Priores litteras cum primū accepit, rescripsit. De rebus verò quæ in illis habentur, vel præ-
sentibus, nihil boni sperare licet. Vereor enim omnino de apostasia & defectione. Dum
enim illi qui lugent & dolent pro iis quæ (vt aiunt) Ephesi violenter gesta sunt, aliqua pœni-
tentiā non corrigantur: sed potius persistētes in iis quæ impiè ipsi ausi sunt, & superædificant
iniusticiam simul & impietatem: & quod ceteri neque illis consulunt, vt res ab illis audacter
gestas damnent, & tamquam malas abrenunciant & vituperent; neque vitant eorum com-
mercium, tamquam perseverantium in iniquitatibus: quid boni licet inde sperare? Si enim
laudarent quæ gesta sunt tamquam bene & rectè se habentia, meritò persistērent in iis quæ
ab ipsis laudarentur. Dum verò lugent (vt aiunt) & necessitate & vi ea fecisse dicunt: quæ
C igitur de causa non resutant & abrenunciant quæ impiè & iniquè gesserunt? sed potius quæ
præsentia sunt, licet sint breui tempore duratura, rebus futuris præponuntur.

^c Theod. epist.
125.
STATVSMI-
SERANDVS
LAPIDORVM
EPISCOPO
RVM.

Cur etiam apertè mentiuntur, & aiunt, nihil circa dogmata innouatum? Propter quas
cædes & magicas artes ego eiectus sum? Alius quænam adulteria perpetravit? Alius quæ se-
pulchra effudit? Perpicuum est etiam barbaris, quod propter dogmata me & alios eiecerūt.
Dominum enim Domnum Antiochenum Episcopum, quasi capitula non receperit (*Cyrilli
videlicet*) deposuerunt optimi illi, omni laude digna ipsa vocantes, & persistere in illis con-
sistentes. Ego enim eorum depositiones legi. Me verò tamquam hæresis principem damna-
uerunt, & alios similiter eadem de causa eiecerunt.] & inferiis: Non igitur ludant, atque
impietatem occultent, quam linguis & manibus confirmarunt & apertè ostenderunt. Si
verò hæc non ita se habent, dicant cædium causas, fateantur Salvatoris nostri naturarum di-
D stinctionem & vnionem sine confusione: dicant quod vnionem integra & diui-
nitas & humanitas permanfit: Deus non irridetur, &c.] multa enim habent de instabilitate
eorum pro aura spirante sese vndiquaque vertentium. Sic igitur infelices isti, perinde atque
in dogmatibus nihil esset innouatum, quod in pseudosynodo Ephesina ab omnibus recepta
esset Nicæna fides, gloriabantur Catholico nomine, cum tamen recentem Eutychetis hære-
sim minimè auderent condemnare. Cetera autem (vt quæque reddamus suis temporibus
tempora) dicemus anno sequenti.

Hoc ipso anno sub eodem Consulatu Protogenis & Asterij defunctam esse Marinam, MARINAM
Arcadij filiam, Theodosij sororem, habet Marcellinus in Chronico: verū mendosè ibi
legitur Marina vxor Theodosij, dicenda soror: Eudocia enim vxor Theodosij erat, eadem-
que etiam post obitum eius superstes. Porro Marina ista laude dignissima (vt potè alumna
E sanctæ Pulcheriæ maioris natu sororis) in sanctæ virginitatis professione educata consenuit,
atque diem in eodem vitæ instituto clausit extremum, admirante planè orbe terrarum,
quod ipsa Regia fuerit conuersa in monasterium; de qua planè in Galliis sanctus Eucherius
scribens ad Valerianum magna cum admiratione habuit mentionem, his verbis: Nonnulli
quoque ex recentioribus extiterunt, atque hac nostra tempestate Principes, qui ad agnitio-
nem veri Regis propius accesserunt, summumque illum Dominum dominorum summa
cordis contritione confessi sunt. Ad tantam diuinæ maiestatis reuerentiam etiam vterque
sexus ex aula exhibuit.] hæc S. Eucherius alludens ad Theodosium eiusque sorores, ea scri-
bens, cum nondum ille in deteriora prolapsus, egregium specimen sanctitatis edebat. At
iam tantorum pertæsa malorum ad feliciora festinat oratio, diuque tristium narratione de-
tenta, fatigataque immaniarum Ecclesiæ cladum dictione, ad tranquilliora suspirat.

Annal. Eccl. Tom. 6.

K 3

IESV

MESV CHRISTI LEONIS PAP. THEODOSII 43. IMPP. ANNVS ANNVS ANNVS VALENTIN. 26. 450. II.

ANNVS BE- NIGNITA- TIS.

1. Isai. 14.

2. Isai. 64.

3. Sidon. lib. 2. epist. 9.

4. Leo epist. 31. PRO PAPA AD PVLCHERIAM.

5. Matth. 28.

6. Leo HORTATUR ARCHIMANDRITAS.

7. Leo epist. 32.

8. THEODOSIUS AD LEONEM.

QVinquagesimus post quadringentesimum Domini illuxit annus, Iubilei numero con- secratus, faustus & felix: quo depulsis tandem tenebris, caelitus missa lux obiectas ca- liginem Orientales illustravit oras, & Occidentales mare squalentes exhilaravit: Etenim moritur Theodosius Imperator, cuius fauore impietas mirum in modum inualuerat; ac neci traditur malorum omnium Chrysaepius auctor, & inuentor haeresis Eutyches exulat, atque ad damnationem Dioscori iam iudicium praeparatur. Ut plane Propheticum illud licuerit occinere canticum: Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium. Tot igitur donis, tantisque muneribus diuinitus impertitis circumagitur praesens annus, dicendus plane pra bonorum fecunditate B Annus benignitatis; cui & aptari potest illud Dauidicum: Benedices coronae anni benignitatis tuae, & campi tui replebuntur vberitate. cum, euulsis zizaniis, valles abundarunt frumento, & induiti sunt arietes ouium, lapsis nimirum Episcopis per poenitentiam restitutis. Tam itaque felix annus aperitur Consulibus Valentiniano septimum cum Auieno col- lega, de quo pluribus meminit Sidonius ad Heronium. Sed quo ordine cuncta haec ad Deo sint hoc anno dona concessa, iam aggredimur enarrare.

Magna illa pietate insignis Augusta Pulcheria virgo (cui sicut Nestorij, ita & Eutyche- tis damnationem acceptam fert Summus Pontifex Leo) cum haecenus ob domesticas quas vidimus simultates vitam agens penè monasticam, procul à negotiis sese in Hebdomo con- tinuerit: mox instar Deborah, ubi deesse vidit qui pugnarent proelia Domini, fide armata pro- cessit, nec cessauit, quousque religionem prostratam erexit. Has quidem illi laudes tribuit S. Leo, qui ubi ab eadem litteras accepisset, magna spe erectus ad ipsam hoc anno mense C Martij ista rescripsit:

Gaudere me plurimum & exultare in Domino pietatis tuae scripta fecere, quibus eiden- ter ostenditur, quantum Catholicam diligas fidem, & quantum haereticum detesteris erro- rem. Haeresis quippe est nimis impia, & Euangelio veritatis inimica, quae non portionem aliquam laedere, sed ipsa religionis conatur fundamenta conuellere, negans sempiterni Pa- tris Filium sempiternum de vtero beatæ Virginis matris veram carnem nostræ sumpsisse naturæ; & eos damnatione percellens, qui ab Euangelica & Apostolica fide nullo deduci errore potuerunt, illudque frustra praetendens, quod Nicænae Synodi fidem teneat, cuius eum constat esse alienum, gloriosissima Augusta. Vnde quia non deserit Ecclesiam suam diuina protectio, dicente Domino: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem saeculi: eodem quoque opere & tempore Spiritus Dei & clementiae vestrae sollicitudinem & curam nostri cordis accendit, ut de remediis procurandis eadem vtrique cuperemus. Quae prius poposci, nunc quoque instantius peto, maiore vtens fiducia deprecandi, postea- quam praesidium venerandae exhortationis accepi, sperans ad futuram misericordiam Dei, ut cooperante vestra clementia, pestiferi erroris possit morbus auferri: ut quicquid ipso in- spirante atque auxiliante, poruerit salubriter fieri, cum vestrae fidei laude peragatur: quo- niam res humanae aliter tutae esse non possunt, nisi quae ad diuinam confessionem pertinent, & regia & sacerdotalis defendat auctoritas. Data XVI. Kalendas Aprilis, Valentiniano Aug. VII. & Auieno viris CC. Coss. Era quadringentesima octogesima octaua.] haec ad S. Pulcheriam Leo Papa.

Eadem quoque die ad Archimandritas Constantinopoli agentes (ut fecerat prius) lit- teras dedit, quibus eos hortatur strenue pro fide Catholica agere, suo exemplo, qui inde- fesso studio id ipsum per litteras soleat vbique praestare: & inter alia, haec ad finem de sua peruigili cura in protegenda fide Catholica: Memor enim sum, me sub illius nomine Ec- clesiae praesidere, cuius à Domino Iesu Christo, est glorificata confessio, & cuius fides omnes quidem haereses destruit, sed maxime impietatem praesentis erroris expugnat: & intelligo mihi aliud non licere, quam ut omnes conatus meos ei causa, in qua vniuersalis Ecclesiae sa- lus infestatur, impendam.] haec ipse, qui quidem non litteris tantum aduersus profanam haeresim egit, sed verbis etiam eandem crebrius pro concione infectatus est, in eam acerrime semper inuectus, ut eius qui extant sermones significant.

Quid verò inter haec Theodosius Imperator? Etti infelix ab Eutychete atque Dioscoro deceptus, & in transuersum actus ratam habuit Flauiani damnationem: haud tamen eo im- pietatis

CHRISTI LEONIS PAP. THEODOSII 43. IMPP. 450. II. VALENTIN. 26.

A pietatis profundi demersus est, ut auctoritatem Romanae Ecclesiae contemnendam prorsus existimaret: immo eandem sedium omnium caput intelligens, non prius Anatolium à Dio- scoro in locum Flauiani susceptum recipiendum putauit, quam id ipsius Romanae sedis Pon- tificis probaret assensus, de quo his litteras daret ad sanctum Leonem, exploraturus eius vo- luntatem, & auxilium imploraturus. Non extat illa quidem Theodosij ad Leonem epistola; sed quam ad eum reddidit S. Leo, omnia ista exactè demonstrat. Est verò Leonis ad Theo- dosium epistola hoc exordium:

Omnibus quidem vestrae pietatis epistolis, inter eas sollicitudines quas pro fide patimur, spem nobis securitatis maximam praestitistis, Nicænum commendando concilium: adeo ut ab illo (sicut saepe iam scribitis) non patiamini sacerdotes Domini deuiare, &c.] subdit verò, non recepturum se fore Anatolij communionem, neque electionem probaturum, nisi B prius constaret de eius fide Catholica: Quae in his quoque ad Verbi incarnationis rectam doctri- nam pertinent, explorata, probeque cognita tum ex sancti Cyrilli de Incarnatione Verbi scriptis voluminibus, tum ex epistola à se scripta ad Flavianum, examinata, cognita, proba- ta, publica quoque subscriptione munita, & clero ac populo declarata; tunc fore, ut bono pa- cis in Apostolicae sedis communionem recipiatur, & sedere sinatur. Quid insuper praeter haec ab eo impendendum exigat, idem sanctus Leo in eadem ad Theodosium epistola de- clarat his verbis:

Quia verò & nos & beati Patres nostri, quorum doctrinam veneramus & sequimur, in vnus fidei concordia sumus, sicut prouinciarum omnium protestantur Antistites: agat C clementiae vestrae deuotissima fides, ut quamprimum ad nos Constantinopolitani Episco- pi, qualia debent, probati & Catholici sacerdotis scripta perueniant, aperte scilicet & dilu- cidè protestantia, quod si quis de incarnatione Verbi Dei aliud aliquid credat, aut asserat, quam Catholicorum omnium & mea professio protestatur, hunc à sua communione secer- nat: ut ei fraternam in Christo charitatem merito possimus impendere.] haec sanctus Leo ab Anatolio exigit, quibus plane in Dioscorum, Eutychem, & omnes eius sectarios conexum esse voluit anathema. At quoniam non vnus Anatolij tantummodo exploranda fides erat, sed quod plurima esset lapsorum multitudo, ab eodem Pontifice aperta iam via omnibus lapsis Episcopis ab errore resipiscendi, & ad fidem Catholicam reuertendi, visum est eidem sancto Leoni Romano Pontifici Petri agenti personam, cui à Domino iustum est confir- mare fratres, Legatos à Latere mittere Constantinopolim, qui lapsos redire volentes ad Ecclesiam, à qua, impiè cogente Dioscoro, vefallente Eutychete, turpiter defecissent, pro- barent: de qua quidem legatione haec idem habet in eadem epistola ad Theodosium:

D Vt autem salubribus curis velocius, pleniorque, auxiliante Domino, per vestrae clemen- tia fidei praestetur effectus; ad pietatem vestram fratres & Coepiscopos meos Abundium & Asterium, sed & Basilium & Senatorem presbyteros, quorum mihi deuotio est probata, direxi: per quos, quae nostrae forma sit fidei, manifestatis instructionibus, quas misimus, possitis dignanter agnoscere. Ut si Constantinopolitanus Antistes in eandem confessio- nem toto corde consentit: securi (ut dignum est) de Ecclesiae pace laetemur, neque aliquid residere videatur ambiguum, ut de superfluis forsitan suspicionibus laboremus. Sin verò aliqui à puritate nostrae fidei atque Patrum auctoritate dissentiant: Concilium vniuersale intra Italianam (sicut Synodus, quae ob hanc causam Romae conuenerat, mecum perit) cle- mentia vestra concedat: ut in vnum conuenientibus omnibus, his qui aut ignorantia, aut timore prolapsi sunt, correctionis remediis consulatur: nec cuiquam vltra sit liberum, ita E Nicænae fidei facere mentionem, ut eius fidei inueniantur esse contrarius.] haec idcirco S. Leo, quod (ut dictum est) sub professionis Nicænae praetextu, quam probassent Eutychiani in pseudoconcilio Ephesino, haeresis quae damnanda erat occultaretur: ut inter alios ipse Theodosius sibi de fide Catholica blandiretur, qui eo praetextu Concilium illud abomi- nandum probaret, quod fidei Nicænae in eo fuisset professio conclamata. Haec quidem Leo ad Theodosium decimo septimo Kalendas Augustas.

Vetus ista fuit Romanae sedis consuetudo, ut collapsae Orientali Ecclesiae, qui eam erige- rent, Roma legatos mitteret: ita namque factum esse post Constantij obitum, quae dicta sunt superius ex Gregorio Nazianzeno atque Basilio, satis docent: id ipsum ab eadem pra- stitum sub Valente, plures ipsius sancti Basilij epistolae clamant. Id denique modo tentatur more maiorum ab ipso Leone Pontifice, qui sequenti die eodem argumento ad Archiman- dritas litteras dedit, quibus declarat se legatos mittere non vnus tantum Anatolij resti- tutionis

1. Leo epist. 33. 2. Quomodo RECIPIEN- DVS ANA- TOLIVS.

3. QVAE LEO PAPA ANA- TOLIO PRAESCRIBAT.

4. QVATVOR LEGATI A LATERE MISSI A S. LEONE.

5. ROMANA ECCLESIA ORIENTALI SUBVENIRE SOLITA.

6. Leo epist. 34.

CHRISTE
450.

LEONIS PAP.
II.

THEODOSII 43.
VALENTIN. 26. IMPP.

tutionis causa, sed lapsorum omnium, nempe ut per eos probarentur, qui lapsi in errorem A
vellent recipi in Ecclesiam.

Leo epist. 11.
PULCHERIA
RECONCI-
LIATRIX
PACIS RE-
GLESAR.

Diebus vero tribus interlapsis, ipso decimotertio Kalendas Augustas idem sanctus Leo ad Pulcheriam Augustam ea quoque de causa litteras dedit: cui & legatos commendans, laudat magnopere eius in restituenda Ecclesie pace studium, adeo ut ei tribuat totum quod ageretur in Ecclesia Catholica depressa nimium subleuanda: ipso enim epistolae exordio haec praefatur: Gaudeo fidei clementiae vestrae, quod religiosum studium dignanter impenditis, ut pax Ecclesiastica renouetur, quae quorundam dissensionibus videbatur esse turbata. Debetur enim hoc vestrae specialiter gloriae, ut ablatis omnibus scandalis, quae contra Catholicam fidem inimicus excogitavit, una eademque sit per totum mundum confessio veritatis.] haec sanctus Leo de sancta Pulcheria: cuius consilio donec Theodosius se ipsum & Imperium moderatus est, nihil felicius ipsi potuit accidere & gloriosius: aded ut licet B
olim puerulus, magno tamen splendore refulserit: nam summa pace atque concordia omnibus bene dispositis, felicissime illi cuncta cessere, perstiteretque, maioretque sunt augmento propagata, quod eiusdem arbitrio, quae diuini Spiritus instinctu in omnibus regebatur, cuncta omnino commiserit.

THEODOSII
VARIA CON-
DITIO.

Certe quidem in ipsius Imperij regimine eximio semper refulgens religionis exemplo Theodosius ex institutione Pulcheriae, & vitae moribus integerrimis pollens, superiores omnes Christianos Principes videri poterat superasse: cum vero vxoris & eunuchorum consiliis sese ab eadem sancta Pulcheria ablegauit, quasi optimi regiminis ruptis habenis, in praecipuus actus, deteriora ceteris Principibus perpetravit: cum fauens priuatis affectibus, summum Catholicae fidei intulit detrimentum, & immensa clade Ecclesiam Orientalem affecit: cuius rei gratia in se ipsum primo patientis Dei manu dirae ultionis fulmen extorsit. Ut plane ad eius exemplum, illud sit saepe Dauidicum repetendum: Et nunc Reges intelligite, & erudimini qui iudicatis terram: seruite Domino in timore.] etenim non homo laesitur, sed ipse Deus ultionum, qui auferit spiritum principum, & qui est terribilis super omnes Reges terrae. Ceterum quod miserationes Domini super omnia opera eius, non statim in Theodosium irae suae sagittas emisit, in quibus parauit vasa mortis, ne simul cum corpore & anima aeternae salutis dispendium pateretur; sed poenitentiae tempus indulgit, illuxitque fulgore gratiae suae, ut sanctae sororis consiliis acquiesceret, & remedia ab illa ministrata perciperet.

Nicoph. lib.
14. c. 49.
DE POENI-
TENTIA
THEODOSII
IMP.

Feruntur quidem multa & admiratione digna in expiationem admissi sceleris hoc anno ab ipso Theodosio praestita, quae Nicephorus ita describit: Deinde vero Theodosius, ubi resecum perpensa, se Chrysaephij astutia deceptum esse comperit: perquam grauiter & impietatem in Flavianum perpetrata, & aliis Episcopis nefarie illatam contumeliam & condemnationem tulit. Et cum dolori suo mederi non posset, in Chrysaephium legitimum iustumque effudit furorem. Itaque illum primum dignitate, mox etiam substantia omni spoliatum, in insulam quamdam relegauit. Cuius iudicium quod caelestis quoque calculus comprobaret, in mari nauigantem affecit.] haec ipse, in mare iersum significans. Sed diuersi Marcellinus in Chronico, ubi sub huius anni Consulibus ita habet de Chrysaephio auctore malorum omnium: Chrysaephium eunuchum, Pulcheriae Theodosij sororis nutu, sua cum avaritia interemptus est.] sed quomodo eius nutu, audi Cedrenum: Pulcheria autem iniustissimum istum eunuchum Chrysaephium Iordani tradidit Ioannis filio, quem ille dolo necauerat: atque Iordanes vicem repedit.] haec ipse. Ita plane qui inimicitias exercuit cum Flauiano, & in eis tum Theodosium tum Eudociam Augustam implicuit, atque illi nocendi causa haesiarcham in eum excitauit, & Dioscorum ad omne scelus impulsit, meritas poenas exoluit. Sed pergit Nicephorus dicere de poenitentia Theodosij Imperatoris: E

DE VINDI-
CTA IN
CHRYSAP-
HEIUM.

EUDOCIA
CONIUGA
TVRA THEO-
DOSIO.

Vide de hac
vna Nicoph.
lib. 14. c. 23.

Postea coniugem quoque Eudociam per acrem obiurgationem male admodum accepit: quippe quae malorum inualescentium causa fuisset: Ad haec iniuriam quoque germanae suae Pulcheriae, quae eius causa Imperiali aula eiecta esset, factam adiecit; atque insuper illam de Paulino suspicionem & contentionis ouem, vehementer eam perstringens, in medium protulit. Illa consilij dubia, cum in magnum esset coniecta metum, ut sibi Hierosolymam petere liceret, petiit: ad quam profectioem se, voto nuncupato, Deo obligauerat, si in matrimonium collocatam filiam vidisset. Imperator confestim in Septimum eam misit: fororem Pulcheriam septimum iam ibi annum agentem reuocauit, quae magno cum apparatu & comitatu in aulam rediit. Ephesum certis hominibus missis, sacrum Flauiani corpus

CHRISTE
450.

LEONIS PAP.
II.

THEODOSII 43.
VALENTIN. 26. IMPP.

A corpus inde in urbem imperantem transtulit; atque id per mediam ciuitatem cum obseruantia & pompa celebri illatum, intra adyta sanctorum discipulorum Christi templi splendide & religiosè reposuit.]

At nec in his quidem fides vera Nicephori: etenim id peractum esse ab eius successore Marciano Augusto, ex epistola S. Pulcheriae ad S. Leonem Papam habetur expressum, ut dubitationi nullus sit penitus locus. neque Ephesi mortuus est Flavianus, ut inde transfereendum peteretur corpus ipsius. Pergit vero Nicephorus: Postea Iudaeorum synagoga in fabricorum foro in templi formam redacta, pulchritudine simul & amplitudine exornata, insignem Dei Genitrici aedem sacram construxit: ubi minoribus aliis adiectis aedificiis, venerandam & sacram Dei Matris in ipso sanctioris mensae tumulo zonam reposuit; & ex eo tempore ea Dei Genitricis aedes Sacri tumuli nomen est consecuta.] haec tamen ibi Nicephorus, qui & inferius haec de Theodosij morte addit: B

Extat. to. 1.
Concil. ante
Conc. Chal.

Nicoph. lib.
14. c. 58.

Et cum obitus eius appropinquaret, Ephesum venit, S. Ioannem illum virginem & Euangelistam honoraturus: templumque illius ingressus, orationi sese dedit: in qua etiam, quis ei in Imperio Romano successurus esset, edoceri se à Deo petiit. Quod ubi per visionem ei Deus ostendit, Constantinopolim rediit. Nec ita multo post, exercitu ex bello aduersus Attilam gesto reuerso, vrbe egressus est, ut equitatione & venatione se recrearet. Atque inter equitandum equo delapsus, spinæ vertebra luxauit. Quapropter lectica in urbem reularus est. Atque ubi se moriturum esse sensit, cum Pulcheria sorore, secreto ad se euocata, de Marciano Tribunitio locutus est, Deo gratum placitumque esse dicens, ut ille post se Romanam administraret ditionem. Et ille quidem cum haec dixisset, mortuus est.] hucusque auctor: licet Zonaras diuersam tradat de eius obitu esse aliorum sententiam, quod alij dicant morbo periisse, alij lapsum ab equo: cui sententiae Cedrenus visus est assentire, sicut alii de peregrinatione Ephesum facta, & praedictione successoris Imperatoris. Theodorus Lector in Collectaneis agens de obitu Theodosij, nouam affert causam his verbis: Theodosius Iunior ad venationem egressus, & in fluium Albim abreptus, sequenti nocte mortuus est, & in sepulchro Arcadij patris ipsius sepultus. Et Eudocia Imperatrix Hierosolymam profecta, non est amplius reuerfa.] haec Theodorus.

CAUSA OBI-
TVS THEO-
DOSII.

Quod autem ad rationem temporis spectat, contigit Theodosij obitus quarto Kal. Augusti, anno eius Imperij ab exitu parentis Arcadij quadragesimo tertio per tres menses inchoato, aetatis suae vndequinquagesimo. Qui quidem attemperatam misericordia Dei vindictam expertus est, quod datum illi sit ante obitum admissum facinus intelligere, remedia quaerere, in auctorem vicisci, Romano Pontifici obedire, eidemque communicare, ut data mutuo litterae docent. Tanta haec, haud dubium, precibus sanctae sororis obtinuit, ne praeteritae optime sanctae vitae bona opera interirent. Sed & misericordiae quoque diuinae fuit, ut immanis perpetrati sceleris in hac vita potius daret poenas, quam in futura; cum non iudicet Deus bis in id ipsum: nam sic, ex sententia Apostoli, electi in hoc mundo corripiuntur à Deo, ut non cum hoc mundo damnentur.

1. Cor. 11.

Defuncto autem Theodosio Imperatore, voluntate sanctae Pulcheriae, ex Senatusconsulto delatum est Imperium Marciano. Quod enim nullum exemplum praecesserat, ut Augusta sola habenas moderaretur Imperij, & ipsa Deo (ut dictum est) virginitatem vouisset, iamque aetate grandior esset, utpote quae ageret annos quinquaginta & vnum, nata sub Consulatu Theodori & Eutropij: salubre illud consilium inuit, ut coniugij titulum virum eucheret in Imperium aetate maturum, consilio grauem, continentia probarum, atque militari virtute ubique spectatum: sicque optimo Imperij regimine opportunè consuleret, ut tamen deuotae Deo virginitatis integritati esset omnino prospectum: haud immemor, facti huius dignissimum in diuinis Scripturis exemplum haberi litteris commendatum, cum sanctissima Virgo Deipara ita fuit matrimonij legibus iuncta coniugi, ut nunquam desierit esse virgo. Hoc igitur tam nobile exemplum facere docuit, quod necessitas exegit temporis, & virtus hominis persuasit. Quisnam autem iste fuerit Marcianus, audiamus Euaग्रium: C

MARCIANI
IMPERA-
TOR.

Euaग्र. lib. 2.
cap. 1.
PRIMOR-
DIA MAR-
CIANI.

Thrax (inquit) erat genere, filius viri rem exercentis militaris: qui propterea quod studio paterna vitae emulandae ducebatur, ad Philippopolim recta se contulit, inique ea ciuitate adscriptus est in militum numerum. Fortè fortuna ei illuc proficiscenti, inter vias corpus recens occisum, humique proiectum visum est. Cui astans (erat enim cum in aliis vitae officis facile praestantissimus, tum propensissimus ad misericordiam) factum admodum

CHRISTE 450.

LEONIS PAP. II.

VALENTIN. 26. MARCIANI I. IMPP.

dum miseratus est; & diu ibi propterea commoratus, quod fratri iusta solvere cupiebat. A Verum vbi quidam ista viderunt, rem deferunt ad magistratus Philippopolis. Illiprehendunt Marcianum, quaestionem de caede facta in eum exercent: ac cum coniecturis ac signis plus tribueretur, quam aut veritati, aut verbis Marciani caedem pernegantis: cumque Marcianus iam poenas homicidae esset perfoluturus: ex improviso, diuina largiente gratia, deprehensus est ille ipse, qui caedem fecisset. quo praefacinoze capite multato, Marcianus capitis periculo liberatur.

MILITIAE DANS NOMEN SVB ROGATVR AVGVSTO.

Quocirca mirandum in modum ereptis discrimine, ad quamdam militum turbam ibi accolentium venit, cupiens in eorum numerum nomen dare. Illi admirati hominem, & praepotentem fore certis coniecturis augurati, libentissime eum admittunt, inque suum Album referunt; neque ponunt infimo in loco, sicut lex postulabat militaris; sed ad quemdam honoris gradum, quem vir nuper mortuus, cui nomen erat Augustus, obtinuerat, Marcianum, qui item Augustus appellabatur, efferunt, inque Album scribunt, sicut nomen quo donantur Imperatores nostri vna cum purpura (vocantur enim Augusti) priusquam potiretur Imperio obtinuit.] subdit de prodigio quod in Africa contigit sub Genferico, de quo nos suo loco superius egimus. Vitam vero ipsius a Patrisco huius temporis praefloro rhetore litteris commendatam fuisse, idem Euagrius tradit: non extat illa quidem. At nos ea recensere contenti erimus, quae ad Ecclesiasticam tractationem spectare videntur: atque illud in primis, quod simul ac in Imperium elatus est, nihil antiquius habuit, quam haereticos recens obortos edita sanctione vexare. Ipsis igitur Kalendis Augustis, biduo, sine triduo ab eius electione, eiusmodi per Palladium Praefectum Praetorio promulgauit edictum:

¶ vlt. C. de apojatis.

¶ QUID MARCIANVS IMP. ADVER SV: EVTYCHIANVS.

Eos qui Catholicarum Ecclesiarum clerici, vel Orthodoxae fidei monachi, relicto verae Orthodoxae religionis cultu, Apollinaris vel Eurychetis haeresim & dogmata abominanda C secuti fuerint: omnibus poenis, quae superioribus legibus aduersus haereticos constituta sunt, iubemus teneri, & extra ipsum solum Romani Imperij repelli, sicut de Manichaeis praecedentium legum statuta sanxerunt. Datum Kal. Aug. Valentiniano VII. & Auieno Consi.] Rursum vero eodem sui Imperij exordio idem Marcianus ad praecipuum Ecclesiae visibile caput conuertens oculos, eius nutu cuncta agere statuens animo, ad S. Leonem Romanum Pontificem has litteras dedit:

¶ Ante Concil. Chalced. to. 1. Concil. MARCIANVS A LEONEM PONT.

Ad hoc maximum Imperium venimus Dei prouidentia, & electione Senatus excellentissimi, cunctaque militiae. Vnde pro reuerenda & Catholica religione Christianae fidei, cuius auxilium virtutem nostrae potentiae confidimus gubernari, tuam sanctitatem principatum in Episcopatu diuinae fidei possidentem sacris litteris in principio iustum credimus alloquentiam; inuitantes atque rogantes, vt pro firmitate, statuque nostri Imperij aeternam Diuinitatem tua sanctitas deprecetur, vt & tale propositum atque desiderium habeamus, quatenus omni impio errore sublato, per celebrandam Synodum, te auctore, maxima pax circa omnes Episcopos fidei Catholicae fiat, ab omni scelere pura & intermerata consistens. Actum Constantinopoli, Consularu Valentiniani perpetui Aug.] haec tenus epistola.

¶ Ibid. tom. 2. Concil.

Inter haec autem legati, quos ad Theodosium Augustum ipse Romanus Pontifex Leo direxerat, Constantinopolim peruenerunt, Marcianoque nouo Augusto litteras reddidere, quae ad Theodosium scriptae fuerant. Quibus Marcianus acceptis, susceptisque legatis honorificentissime, per breues has ad eundem S. Leonem litteras secundo scripsit, quibus de cogenda oecumenica Synodo tractare coepit; probe sciens, non nisi eiusdem primariae sedis Antistitis auctoritate solere Synodos oecumenicas legitime conuocari:

¶ oratione POST SVSCEPTOS LEGATOS LITTE- RAE MARCIANI.

Leoni reuerendissimo Episcopo Ecclesiae gloriosissimae vrbis Romae Marcianus. De studio & ordinatione * nostra sanctitas tua non dubitet: quoniam veram Christianorum religionem & Apostolicam firmam fidem volumus permanere, & ab omni populo pia mente seruari. Denique sollicitudinem nostrae potentiae in recta religione, & propitiatione Saluatoris nostri consistere, non ambigimus. Quapropter reuerendissimos viros, quos ad nostram pietatem sanctitas tua direxit, libenter (sicut decebat) & animo grato suscepimus. Superest, vt si placuerit tuae beatitudini in has partes aduenire, & Synodum celebrare, hoc facere religionis affectu dignetur: nostris utique desideris vestra sanctitas satisfaciatur, & sacrae religioni quae sunt vtilia decernet. Si vero hoc onerosum est, vt tu ad has partes aduenias: hoc ipsum propriis litteris tua sanctitas manifestet, quatenus & in omnem Orientem, & in ipsam Thraciam & Illyricum nostrae litterae dirigantur, vt ad quemdam destinatum locum,

CHRISTE 450.

LEONIS PAP. II.

VALENTIN. 26. MARCIANI I. IMPP.

A locum, vbi vobis placuerit, omnes sanctissimi Episcopi debeant conuenire, & quae Christianae religioni & Catholicae fidei prosint, sicut sanctitas tua secundum Ecclesiasticas regulas definerit, sua dispositione declarent.] haec ad Leonem Papam Marcianus Augustus, egregium in omnibus Catholici Principis specimen edens.

His datis litteris, idem Marcianus totus est vt componat Ecclesiam dissipatam, atque ANATOLIAE FIDES EX- PERPERAM facta destruat, & fidem Catholicam proculcatam postliminio sanctae Ecclesiae PLO-RATA, RESTITUAT. Atque primum omnium, ex sancti Leonis Papae litterarum praescripto, per legatos EXVLES RE- missos Anatolij Constantinopolitani fidei Catholicam explorat, quae quidem eius publica LAXATI, ET professione (vt exigebat sanctus Leo) Catholica, in omnibus consentiens sancti Leonis Pa- FLAVIANI pae scriptis inuenta est. Quo etiam tempore idem Imperator Marcianus iussit exulantes ex- TRANSLA- Conciliabulo Ephesino confessores Episcopos ad propria reuocandos; iam in futuro Con- TYM. cilio suas sedes, e quibus eiectione fuerant, recepturos. Sed & illud per gratum Catholicis omnibus munus Dei obrulit, vt sicut iusserat quoscumque exules solui debere, ita etiam dederit in mandatis, vt sanctissimus Flavianus quantumlibet iam vita functus, ad suam tamen Ecclesiam summa gloria remearet: quam obrem factum est, vt ex loco exilij, vbi sacrae reliquiae sepulta iacebant ingloriae, transferrentur solemnem pompa Constantinopolim, perinde ac si ad triumphum de expugnata sua nece perfidia, & subiugata impietate inclytus martyr regiam inferretur in urbem. Haec autem aded operata atque iucunda voluit sancta Pulcheria Augusta sancto Leoni Romano Pontifici, his datis ad eum litteris, nota fieri:

¶ Tom. 1. Con- cil. ante Coe. Chalced.

¶ PVLCHERIA AD S. LEONEM.

Leoni reuerendissimo Episcopo Ecclesiae gloriosae ciuitatis Romae Pulcheria Augusta. Litterae tuae beatitudinis cum omni decenti omnem Episcopum veneratione suscepimus, per quas tuam fidem puram & talem cognouimus, qualis debet eum sanctitate sacro preberi C: templo. Ego vero, similiter ac meus dominus tranquillissimus Imperator meus conlux, in eadem semper mansimus & manemus, omnem prauitatem atque pollutionem & maleficium declinantes. Sanctissimus igitur gloriosae Constantinopolis Episcopus Anatholius in eadem fide permansit atque religione, & tuarum litterarum Apostolicam confessionem complectitur, illo errore sublato, qui ab aliquibus nunc ortus est, sicut ex eius quoque litteris clarius tua sanctitas agnoscere poterit; & epistolae similiter Catholicae fidei, quam ad sanctae memoriae Flavianum Episcopum tua beatitudo direxit, sine aliqua dilatione subscripsit.

Et propterea tua reuerentia, quocumque modo prospexerit, significare dignetur: vt omnes etiam totius Orientis Episcopi Thraciae atque Illyrici (sicut etiam nostro domino piissimo Imperatori meo coniugi placuit) in vnam ciuitatem velociter ab Orientalibus partibus valeant conuenire: & illic sancto Concilio & de Catholica confessione, & de his Episcopis qui ante hoc segregati sunt, sicut fides & Christiana pietas exigit, te auctore, decernant. Super haec autem sciat tua sanctitas, quoniam praepro nostro domini & tranquillissimi Principis mei coniugis, in gloriosam ciuitatem Constantinopolim sanctae memoriae Episcopi Flavianus corpus allatum est; & in basilica Apostolorum, in qua consueuerunt praedecessores Episcopi sepeliri, competenter est positum. Et omnes * similiter Episcopos, qui propter eandem causam, quoniam cum sanctissimo Flauiano ad concordiam fidei Catholicae conuenerant, exilio deportati sunt, reuerti debere, robore pragmatici sui praecipit, quatenus per approbationem Synodi, atque sententiam omnium Episcoporum conuenientium, Episcopatum & Ecclesias proprias recipere decernantur.] haec tenus ad sanctum Leonem sancta Pulcheria.

¶ hoc

Vides igitur ex his in primis, lector, pristinum morem oecumenici cogendi Concilij, vt E id inconsulto & absque auctoritate Romani Pontificis minime fieret, sed eius arbitrio Imperatores cuncta decernerent: vt ex his tum Marciani Imp. tum Pulcheriae litteris, quid ab aliis Catholicis Imperatoribus, quorum non extant litterae, praestitum sit in hoc ipso munere impertito, valeas intelligere; & per litteras ipsorum Augustorum quae extant, alias percipere possis quae desiderantur. Quomodo vero etiam pragmatica sanctione honestare voluit Imperator memoriam S. martyris Flavianus, suo loco dicemus.

Quoniam autem cuncta haec gesta sint ordine, vt intelligamus, illud in primis sciendum est, Apostolicae sedis legatos, simulac Constantinopolim peruenerunt, satagentes ex iussione S. Leonis Papae restituere lapsos Episcopos Ecclesiae Catholicae communioni, ex vicinis locis Episcopos Catholicos conuocari iussisse, haberi que Synodum Constantinopoli, in qua primum omnium Anatholius Constantinopolitanus Episcopus fidei Catholicae professionem offerret, ac deinde alij, & qui absentes essent, per suos mitterent, vt ab eisdem legatis exami-

CONCIL. CONSTAN- TINOPOLITANORUM LIB. 2. CAPIT. 1.

CHRISTI
430.

LEONIS PAP.
II.

VALENTIN. 26
MARCIANI I. IMPP.

examinaretur, quæ qualisve cuiusque fidei confessio esset. Sed & ex hac item Synodo per legatos Apostolicæ sedis missam esse ad singulos Metropolitanos Orientis epistolam S. Leonis olim datam ad Flavianum, cui omnes scriberent, fidem faciunt quæ habetur post Actionem quartam Concilij Chalcedonensis in causa Photij & Eustathij in Græcis codicibus. Sed describamus hîc, quod extat eiusdem Synodi Actorum fragmentum acceptum ex rebus gestis S. Abundi Comensis Episcopi, qui fuit vnus ex quatuor legatis à sancto Leone missus: sic enim se habet:

EPISCOPI
SUBSCRIBUNT
CA-
THOLICAE
FIDELI.

Anatolius Episcopus Constantinopolitanus Nouæ Romæ, accepta epistola S. Leonis Papæ de Confirmatione Catholicæ fidei contra vesaniam hæreticorum, congregauit Concilium omnium Episcoporum, Archimandritarum, presbyterorum, & diaconorum: & ante conspectum omnium recitata est epistola S. Leonis Papæ, quam beatus Abundius coram omnibus præsentauit. Concordantibus testimonij Romanorum Patrum ac Græcorum, Anatolius Episcopus Constantinopolitanus huic epistolæ S. Leonis Papæ continenti Catholicæ fidei veritatem, concordantibus etiam testimoniis Patrum ab eadem Apostolica sede decretorum, plena deuotione consensit & subscripsit, anathema dicens Eutycheti & Nestorio, & ipsorum dogmati cum sectatoribus eorum. Id ipsum fecere omnes qui aderant Episcopi, presbyteri, Archimandritæ, atque diaconi.

Mox sanctus Abundius, Asterius Episcopus, Basilius & Senator presbyteri dixerunt: Omnipotenti Deo gratias: quoniam reuerendorum Episcoporum, presbyterorum, Archimandritarum, diaconorum, actorius cleri professiones cognouimus, fidem rectam & à Patribus traditam profiteri, sicut eorundem subscriptio Gestis præsentibus inserta declarat. Ideo nos quoque, quia omnes hoc exigere & expectare cõperimus, secundum assertionem venerabilis viri Eusebij Episcopi Dorilæi, & sententiam sancti memorie Flauiani Episcopi, vel assensum Papæ Leonis, qui ad insinuandam cunctis fidem Catholicam nos Roma misit: anathema dicimus Eutycheti, vel omnibus qui eius perfidiã sequuntur, & dicunt in Christo Domino ante incarnationem duas fuisse naturas, post incarnationem vnã tantum naturam: cum Catholica fides & ante incarnationem vnã tantum Verbi fuisse, & post incarnationem duas, id est, Verbi & perfecti hominis, fateatur in vna persona, inconfusa proprietate sui, manere naturas. Nestorio etiam, qui vesanum (vt legitur) dudum dogma dispersit, dicendo Dominum Iesum Christum ex Maria Virgine hominem tantum, non etiam Deum natum: sed & sectatoribus eius in huiusmodi peruersitate durantibus anathema dicimus. Propter quod conuenit, ad confirmationem subscriptionis, sanctam quæ præfens est fraternitatem, in istis, vel omnibus qui eorum doctrinam sequuntur, anathema similiter dicere.] hæc ibi ex Actis Constantinopolitani Concilij coram legatis habiti.

*accusatione
DICTUM
ANATHEMA
EVTYCHETI
ET
NESTORIO.

Ceterum haud integra esse noscuntur, cum præter hæc alia etiam in eadem Synodo statuta esse legantur, quæ ibi desiderantur: nimirum vt Episcopis lapsis in Conuentu satanico Ephesino, qui communionem Apostolicæ sedis optarent, communicatio suæ tantummodo concederetur Ecclesiæ, Catholica autem communicatio nondum eisdem impartiretur. hæc quidem in hac Synodo acta esse, sancti Leonis Papæ epistola ad Anatolium, de qua agemus anno sequenti, demonstrat: qua pariter declaratur, à legatis Apostolicæ sedis statutum esse, ne in sacris nominarentur nomina Dioscori Episcopi Alexandrini, Iuuenalis Hierosolymitani, & Eustathij Episcopi Berythi, quod impænitentes essent antesignani schismaticorum. Quod autem ad litteras ab Episcopis absentibus ad eosdem Apostolicæ sedis legatos scriptas spectat: in iisdem rebus gestis S. Abundij Comensis Episcopi extat epistola Theodoretæ Cyri Episcopi, quam dedit ad ipsum Apostolicæ sedis legatum Abundium, istis verbis conscripta:

THEODORETI
EPI-
STOLA AD
ABUNDIUM
LEGATUM
APOSTOLICÆ
SEDIS.

*Isai. 1.

Domino verè amabili atque sanctissimo fratri Abundio Theodoretus in Domino S. Comperi quod vestra religio veram & Apostolicam fidem pia mente conseruet: & gratias egi Deo omnipotenti, quod religio, quæ periclitabatur, renouata est per sanctitatem vestram, & venit in lucem. Et sicut dudum in diluuium factum est, & ad semen generis humani Noë & filij eius relictæ sint: ita in præfenti, Occidentales Patres sunt referuati, vt ex iis etiam Orientales sacrosanctæ Ecclesiæ veram custodiant religionem, quam vastare iam & deuorare penitus sacrilega & noua hæresis tentabat. Et opportunè dici potest vox illa Prophetica: Nisi Dominus Sabaoth semen nobis reliquisset, similes facti effemus quomodo Sodoma & Gomorrha. Aded nobis quasi aliquod diluuium & bellum euenit ira Dei ex impia hæresi.

Nunc

CHRISTI
450.

LEONIS PAP.
II.

VALENTIN. 26.
MARCIANI I. IMPP.

A Nunc verò Saluatoris nostri in corpore humano præsentiam, & vnum Filium Dei, & perfectam eius Deitatem, & perfectam humanitatem confitemur: & non in duos Filios vnum Dominum nostrum Iesum Christum diuidimus, est enim vnicus; sed differentiam Dei & hominis cognoscimus; & scimus, quod alterum ex Patre est, alterum ex semine Dauid & Abraham iuxta diuinas Scripturas: quodque diuina quidem natura sine passione est: corpus autem antè quidem erat in passione, nunc verò & ipsum alienum est à passione: nam postquam surrexit, ab omni passione constat esse liberatum. Hæc & litteris sanctissimi ac religiosissimi Archiepiscopi domini nostri Leonis didicimus. Legimus enim quæ ad sanctam & beatam memoriam Flavianum scriptæ: & gratias egimus Domino nostro humanissimo Deo, quod aduocatum & propugnatorem veritatis inuenimus. His & ego litteris consensit, & huic epistolæ meæ exemplum earum copulaui, cui etiam subscripsi: & ex hoc probauit, quod regulas Apostolicas, hoc est, vera dogmata sequor, hodieque in his permanceo, & ideo bellum patior: Item dominus meus Ibas, & dominus meus Aquilinus, contra quos Imperatorum potestatem inuenciores nouæ hæresis armauerunt.

THEODORETI
FIDELI
CONFESSIO.

THEODORETI
VS, IBAS,
ET AQUILINI
SUBSCRIBUNT
EPI-
STOLÆ LEONIS.

Superest, vt vos cum sanctissimis viris auxilium sacrosanctæ Ecclesiæ feratis, auferatisque impia bella quæ impendebant. Prohibere itaque sacrilegam sectam, quæ contra pietatem commota est; & pristinam Ecclesiæ reddite pacem: vt fructus laborum Apostolicorum accipiatis à Domino, qui eisdem fructus redditurum se repromittit. Omnes religiosissimos & Dei amantissimos presbyteros & reuerendos diaconos & fratres per vestram sanctitatem saluto: & nos, & omnes qui nobiscum sunt, salutamus religionem vestram.] hæcenus Theodoretæ ad Abundium Comensem Episcopum litteræ, quibus (vt dictum est) adiecit exemplar S. Leonis epistolæ de fide Catholica, cui cum ipse Theodoretus, tum Ibas Episcopus Edeßæ, tum Aquilinus Bibliarcha in Palæstina Antites subscribere; quo se verè Catholicos esse; Apostolicæ sedis legatis significarent: Etenim etiam vt hostes Eutythianæ sectæ passi exilium sunt damnati in conuenticulo Ephesino, quoniam tamen Ibas & Theodoretus Nestorio aliquando fauissent, malè audiebant, apud nonnullos Orthodoxorum: cuius rei causa sæpèpius ipse (vt vidimus) Theodoretus litteris ad diuersos datis conquestus est se calumniis iugiter exagitari.

*Euseb. lib. 1.
cap. 10.

Constat autem, pro Theodoro stetit, fauisseque eius causæ Vincomalum Magistrum Officiorum: hic ille, qui vnã cum aliis clarissimis viris præfuit postea Iudex cognitor Concilio Chalcedonensi; qui que ob egregias animi virtutes post annos duos vnã cum Opilione viro clarissimo ab eodem Marciano Imperatore Consul ordinarius creatus est. Cum igitur Theodoretus accepisset, quod sibi ab eodem Vincomalo exhibitum fuisset officium (accepit enim de his ab eo epistolam) ad eundem litteras reddidit, & quidem hoc ipso tempore, cum restituta pace, nondum indictum esset Chalcedonense Concilium, sed de futura indictione faciendâ creber esset vulgaris sermo, quippe quod Orientalis Ecclesiæ pacificus status id exigere videretur. Sed audi eiusdem Theodoretæ redditam ad Vincomalum epistolam, qua de rebus suis exactam habet historiam, ex eodem Vaticano codice depromptam:

VINCOMALVS
PRO
THEODORETO
AGIT.

Vincomalo Magistro Officiorum Theodoretus Episcopus Cyri. Valdè sum miratus, quod cum omnino ignoret tua magnificentia res nostras, & tantum eam quæ contra me gesta est iniquitas cum didicerit, me consolari dignata est, ac omne adhibuit studium & diligentiam, vt ea quæ contra nos conficta sunt, dissolueret atque dilueret. Sed vestræ celsitudini dabit omnino retributiones bonorum magnorum largitor. Qui enim pro modica aqua mercedem se daturum pollicitus est, maiores proculdubio dabit retributiones iis qui maiora dederint.

*Theod. epist.
141.
THEODORETI
VS AD
VINCOMALVM.

Nos enim talia passi sumus non solum ab apertissimis inimicis, sed à propriis (vt veremur) amicis: ab illis quidem, dum oppugnamur, ab his dum prodimur: qualia nullus, vel valde pauci veterum passi sunt. Quis enim tale iudicium audiuit vnquam? Quis cum reum trigintaquinque dietarum spatium absentem detinisset, præcepit Iudicibus vt Iudicium decernerent de absente? Quis ita crudelis & ferox factus est Iudex, vt hominem iudicet, cuius vocem non audiuit: & non iudicet solum, sed condemnet? Et hoc valdè crudeliter & sæuè & inhumanè. Cum Dominus præceperit, errantem ex fratribus, & consilium non audientem, post primam & secundam & tertiam correctionem tandem illum haberi tanquam Ethnicum & publicanum: rectissimi isti & iustissimi Iudices, neque ea quæ Ethnicis & publicanis conceduntur, Fidelibus concesserunt: illos enim & vident, & aliquando

*Luc. 18.

Annal. Eccl. Tom. 6.

L allo-

CHRISTI
450.

LEONIS PAP.
II.

VALENTIN. 26.
MARCIANI I. IMPP.

alloquuntur, & maximo etiam cum honore, si aliquam habent dignitatis apparentiam: nos vero præceperunt, neque recto, neque aqua, neque quavis re participare. ita voluerunt imitatores esse Patris nostri, qui in cælis est, qui facit oriri Solem super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Sed hos quidem omittam: prope est enim Domini tribunal, ubi non quaeritur figuræ apparitio & figmentum, sed rerum veritas.

Tuam vero magnitudinem oro, pro nobis gratias Christo dilecto & victorioso Imperatori agas, & religiosissimæ & piissimæ Augustæ, qui pio suo Imperio radices ac fundamentum posuerint pietatem, & eorum maiestatem rogare, ut securam pacem & firmam Ecclesiis largiantur, & Synodum congregari præcipiant non iterum hominum perturbatorum, & qui cœterum sursum & deorsum agitant, sed veritatis studioforum, & Apostolicam doctrinam confirmantium, & novam hanc & vanam & mendacem hæresim reprobantium; ut istorum laborum laude dignorum fructus percipiat à clementissimo Domino.] hæc tamen ad Vincomalum Magistrum Officiorum Theodoretus solutus iam exilio litteris (ut vidimus) Imperatoris, sed nondum Ecclesiæ suæ plenè redditus, quod futuro fuit Concilio vniuersali reseruatum.

Eodem quoque tempore, eodemque pariter argumento idem Theodoretus ad Anatolium Patricium litteras dedit: Erat iste (ut ex Actis Synodi Chalcedonensis apparet) ille Anatolius, qui olim vnà cum Valentiniano Augusto ante annos decem Consulatum gesserat ordinarium, hoc vero tempore agebat Magistrum militum. Addidit insuper idem Theodoretus & alias eiusdem generis litteras ad Asparem Gothice militiæ Præfectum, eundemque Exconsulem ordinarium, qui cum Areobinda eandem primariam consecutus fuerat dignitatem, patrem item Consulis Ardaburij. Hos, inquam, Theodoretus litteris interpellat, ut Imperatori & Augustæ Pulcheriæ suo nomine gratias agant de solutis exilij vinculis, & reliquis antea condemnatis iniquo iudicio sanctis Episcopis liberis abire permittis. simulque admonet, quid de indicenda futura Synodo suggerere debeant Imperatori: ante omnia autem, quam iniquè fuerit ipse proscripius, pluribus docet. Egregias has quidem epistolas iungemus superioribus ex codice Græcè scripto depromptas, quas hæcenus Latinitas tamdiu desiderauit; cum an aliquando simul edendæ sint, ignoremus. Fruere igitur, lector, alieno labore partis tibi diuitiis, & vetera monumenta per tot sæcula conseruata auide suscipe: sunt hæc enim præambula Concilij Chalcedonensis, de quo sequenti anno dicturi sumus. Ad Anatolium itaque Exconsulem Magistrum militum à Theodoro scripta hoc anno, eademque occasione epistola sic se habet:

ut Theod. epist. 139.

THEODORETUS AD ANATOLIUM.

Philipp. 1. 42. Cor. 11.

Nos quidem, quam nocti sumus quietem, hilariter accepimus, & vtilis eius & iucundos percipimus fructus. Noster autem Christo dilectus Imperator suæ pietatis fructus Imperium adeptus, primitias Imperij illi, qui ipsi Imperium largitus est, obtulit, quietem videlicet Ecclesiarum, quæ tempestatibus iactabantur, & fidei quæ opprimebatur victoriam, & Euangelicorum dogmatum. His autem præposuit, ut nostra mala, quæ iniquè passi sumus, sanaret. Quis enim vniquam talem ac tantam audiuit iniquitatem? Quis homicida damnatus absens vniquam fuit? Quis nuptiarum insidiator, aut adulter non præfens condemnatus? Quis murorum effossor vel sepulchrorum, vel incantator, vel sacrilegus, vel quiduis aliud à lege prohibitum & interdictum ausus, ad tribunal currere festinando, fuit impeditus ne id faceret, & damnatus fuit absens iudicis sententia? Sed in illis nihil tale factum est. Leges enim præcipiunt, ut ante Iudicem & actor & reus ex aduerso stent, & Iudex expectet aperta argumenta & iudicia; & tunc vel ut innocentem dimittat, vel ut reum sententia condemnet. Nobis vero contrarium euenit. Imperatoris (nempe Theodosij) litteræ interdixerunt nobis ad celebrem illam venire Synodum: & iustissimi Iudices absentem condemnauerunt, non iudicantes, sed potius laudantes ea quæ ad nostram accusationem allata fuerunt scripta: & neque diuina lex, neque hominum vindicandi cædem meam & damnationem detinere potuit. Sed præcipiebat quidem Præfes, veritatem negligens & contemnens, & temporali potestati obsequens: obediebant etiam illi, qui idem nobiscum sentiunt & conueniunt in dogmatibus, & nostra aliquando maximè sunt admirati: tempus tamen illud horum quidem proditorem, illorum vero pusillanimitatem patefecit, nobis autem occasionem fiduciæ largita sunt ea quæ pro veritate passi sumus, & Christus Dominus concessit nobis, non solum ut in ipsum credamus, verum etiam pro ipso pati. Maxima enim gratia hæc est, pro Domino pati: Sanctus etiam Apostolus hæc præponit magnis miraculis.

His

CHRISTI
450.

LEONIS PAP.
II.

VALENTIN. 26.
MARCIANI I. IMPP.

His quoque ego gloriando, licet humilis & abiectus sim, & nullam aliam gloriandi causam habeam: vestram magnificentiam oro, ut gratiarum actiones pro nostra humilitate Imperatori Christo dilecto agas, ac piissimæ ac Deo dilectissimæ Augustæ, bonorum magistrix, quod huiusmodi dona retribuit Domino magis largitori; & quod sui Imperij basim, sustentaculum, & fundamentum pietatis zelum ambo constituerunt. Rogate præterea dilectum Deo ipsorum caput, ut finem imponant iis quæ rectè sancita sunt, & Synodum congregent, non iterum perturbatorum hominum & conuenarum plenam, sed ab his omnibus alienam, & eos qui res diuinas rectè iudicant magnificientium, & præ omnibus rebus humanis veritatem æstimantium.

Si vero ipsorum maiestas veterem Ecclesiis voluerit restituere serenitatem & tranquillitatem (velle autem certò scio) rogatè eorum pietatem, ut rebus, dum fiunt, adsint: ut eos qui contraria sentiunt, sua præsentia terreat, ut nullum habeat veritas aduersarium, sed ipsa perseipsam rerum naturam perquirat, & Apostolicorum dogmatum characterem, & veritatem. Hæc autem vehementer peto à vestra magnificentia, non quasi desiderio teneat iterum videndi Cyrum (nouit enim celsitudo tua ciuitatis desolationem, cuius deformitatem quodammodo teximus diuersorum ædificiorum magnis sumptibus) sed ut pateat, quod ea quæ à nobis prædicantur, Apostolicis conueniunt dogmatibus, & quod spuria sunt & fallacia aduersariorum inuenta. Hoc enim si fiat (ope enim diuina fiat) qui mihi reliqui sunt dies, cum hilaritate viuemus, vbi cumque Dominus viuere nobis præceperit.

Decet autem vos cum pietate enutritos & educatos, & virtutis diuitiarum diuites, hunc zelum resumere, & religiosissimum Imperatorem zelo & animi alacritate flagrantem, & Augustam Christo dilectam tuis exhortationibus alacriores reddere, ut laudabili zelo celeberrimum suum Imperium confirmet.] hæcenus ad Anatolium Patricium Theodoretus, nec quidem frustra: siquidem celebrandæ œcumenicæ Synodo Imperator Marcianus optatam suam exhibuit præsentiam: sed & ex eiusdem Theodoreti consilio, magnopere ab eodem Augusto cautum est, ne rerum perturbatores, discordiarumque dolosi artifices in locum Synodi se inferrent. At quæ idem Theodoretus ad Asparem Exconsulem scripserit, accipe. Sed illud antè præmoneam, quod cum in epistolæ titulo Asparis nomen Consulis & Patricij eidem indicum habeatur, certum est, quod ad nomen Consulis pertinet, textum esse mendosum, ut non Consul, sed Exconsul, siue forte Consularis, sit in eo restituendum: etenim longè antè præsentem annum contigit Asparis Consularatus. porò hoc anno eandem datam esse epistolam sub Marciano Imperatore, quæ in ipsa tractantur, facile docent; quæ sic se habet:

QUESTANT OBSERVAN DATI CON CELIO CELE BRANDO.

Theodoretus Aspari Consuli * & Patricio. Oportebat hoc etiam aliis tuæ fortitudinis & constantiæ virtutibus adlere, ut religiosissimus noster & Christo dilectus Imperator, quem diuina gratia pro subditorum beneficio nobis largita est, per tuam magnificentiam sciat iniquitatis quæ contra nos gesta est excessum, & lege iusta legem iniustam abroget. Si enim nos à diuina prouidentia roborati, eam quæ contra nos sancita est pœnam, bonorum causam & occasionem effecimus, & quietem hilari fronte accepimus & silentium: iniusta tamen & iniqua passi sumus, cum nihil deliquerimus eorum quæ calumniatores nostri & veritatis inimici nobis obiecerunt. Sed cum ea passi fuerimus mala, quæ decent eos qui maximas res patrare ausi sunt, vel potius his etiam grauiora: Indicta enim causa damnati sumus, & absentes; & litteris Imperatoris cum nobis interdictum esset Ephesum petere, iustissimam sacrorum iudicium accepimus sententiam.

Theod. epist. 140. Exconsuli THEODORETUS AD ASPAREM.

Sed hæc omnia soluit & sedauit serenissimus Imperator tuæ magnificentiæ studio & diligentia. Ego verò ratus me perperam facere, si silerem, nec gratias agerem: ut has litteras scriberem adductus sum; quibus tuam precor celsitudinem, ut gratias pro nobis victorioso & Christo dilecto Imperatori agas, & religiosissimæ Augustæ & piissimæ, pro quibus bonum precor Dominum pro virili, ut eorum Imperium securum confirmet, ut subditorum clementer curam gerant, & hostibus metum iniiciant, eosque terreat, & laudabilem pacem omnibus largiantur. Ipsos etiam orare tu nitatur celsitudo, ut perfectam solutionem & quietem Ecclesiæ tempestatibus imponant, & Synodum congregari præcipiant, non iterum eorum qui turbas eiere solent, & Synodum perturbare, sed eorum qui diuinas res quietè tractare soliti sunt: & consueuerunt Apostolica dogmata confirmare, & res falsas discernere & à veritate alienas: ut sum hinc lucrum tua celsitudo consequatur.] hæc Theodoretus

Annal. Eccl. Tom. 6.

L 2 ad

CHRISTI
450.LEONIS PAP.
II.VALENTIN. 26.
MARCIANI I. YMPER.

ad Asparem Magistrum militum, qui etsi Gothus, sectaque Arianus esset, odio tamen Euty-
cheticis hæresim persequebatur immenso. Sicut igitur David Goliaz gladio ad conficiendos
hostes est usus, ita & Theodoretus aduersus Eutythianos Arianum immittit.

DIGNAE
LAUDES
THEODO-
RETI.

Ex omnibus quidem Episcopis Orientalibus neminem nacti sumus, qui vehementius
atque constantius aduersus eiusmodi recens emergentes hæreticos egerit, quam Theodore-
tus, qui etsi sua damna desleuit, amplius tamen totius Ecclesiæ mala plorauit. cum itaque
ab exilio hoc anno est relaxatus, magis ex restituta edicto Imperatoris fide Catholica, &
hæresi ablegata lætatus est, quam sui causa: parui pendere enim se iacturam sedis suæ, supe-
rius recitatis litteris contestatus est, ut decet Apostolicum virum, non quærens quæ sua
sunt, sed quod esset totius Catholice Ecclesiæ emolumentum. Ita namque animo compo-
situs erat, ut suas calamitates apud viros clarissimos deplorando; illos ad Ecclesiam de-
pressam penitus subleuandam, eiusmodi ob oculos positis iustis causis, impelleret; cum ta-
men ea esset intrinsecus humilitatis virtute bene compositus, ut quæcumque pateretur,
suis existimaret esse adscribenda peccatis? nam audi, quæso, quam eo argumento breuem
hoc eodem tempore epistolam ad Ioannem Archimandritam scripsit his verbis:

Theod. epist.
138.

Beatus quidem David nonnulla commisit delicta: quæ etiam ut memoriæ mandaret ad
utilitatem eorum qui postea futuri essent, is qui omnia sapienter gubernat Deus effecit.
Absalom^b verò parricida & impurus & impius & pessimus tyrannus, non illorum causa rabi-
em aduersus patrem suum, sed tyrannidè desiderans, iniustissimum illud bellum suscepit.
Et diuinus quidem David, dum hæc fierent, quæ ipse patrarat delicta recordabatur. Et ego
quoque alia quidem multa deliquisse me noui: dogmaticam verò Apostolorum doctrinam
integram seruaui. Qui verò diuinas & humanas leges conculcarunt, & nos absentes con-
demnarunt, non illorum quæ nos deliquimus sententiam protulerunt: non enim erant
manifesta illis, quæ sunt occulta: sed mendacia & calumnias cõposuerunt cõtra nos: vel potius
Apostolica dogmata apertè conculcare quærentes, me, qui illa sectabar, condemnarunt.

2. Reg. 15.

THEODO-
RETI HY-
MILITAS.

Sed surrexit Dominus, tamquam dormiens, & arguit & confudit inimicos suos, & de-
decus æternum dedit illis, & dogmata adulterina & spuria dissipauit: quæ verò tradidit
nobis in sacris Euangelis, cum maiestate & auctoritate prædicari fecit. hæc dicens, planè
alludit ad obitum Theodosij & necem violentam Chrylaphij Catholice Ecclesiæ hos-
tis, neq̃ non ad edicta nuper à nouo Imperatore publicè pro fide Catholica promulgata.
sed de se ipso hæc ingenuè subdit: Nobis verò ad perfectam consolationem hæc sufficiunt:
neque enim ciuitatis desiderio tenemur, in qua laborantes totum absumpsimus tem-
pus; sed rectam Euangeliorum veritatem desideramus regnantem & prædominantem
videre. Hoc autem nostrum desiderium Dominus adimpleuit. Lætatur hac de causa, &
gaudemus, & Deum magnorum donorum largitorem laudamus; & tuam pietatem hoc
ipsum nobiscum agere precamur: & dum Deum laudatis, illum vehementer rogetis, ut
eos qui nunc hæc, nunc illa dicunt, & ad tempora instar cameleontum mutantur, qui flo-
rum colore vestiuntur, clemens Deus confirmet, ut in petra stabiles reddat, ac illis largiatur,
ut præ omnibus veritatem colant & tueantur.] hæc tamen Theodoretus, verè iusti, qui in
principio accusator est sui, reddens exemplum, ut qui non gloriam propriam quærat, sed
eius qui misit eum, quod Apostolici viri & veracis prædicatoris euidentis signum est. Sed de
ipso hæc tamen.

GAVDIUM
ORIENTA-
LIS ECCLE-
SIAR.

At sicut Theodoretus, ita & alij Orthodoxi, qui ex Ephesino nefando Concilio prosci-
ptionem passi fuerunt, & alij Catholici Episcopi, qui eidem minimè præsentibus fuere, cum
post tantas offusas tenebras Catholice veritatis claram cunctisque perspicuam lucem afful-
gere conspexerunt, æquè immenso repleti sunt gaudio: sed & infelices illi, qui licet Catho-
lici verè essent, tamen Dioscori minarum terrore percussi ad horam cessare tempore inser-
uientes, etiã lætati sunt, quod tempus aduenisset, quo liberè, quales essent, se possent osten-
dere, & præuaricationem daretur noua confessione delere: exultarunt verò multo magis,
cum ab Apostolice sedis legatis opportuna sunt remedia consecuti, nempe ut suorum
communicatione contenti essent, in futura Synodo communionem totius Catholice Eccle-
siæ fruituri. In tanto gaudio omnium Orthodoxorum, sola hæresis damnata mæret, impij
tantum in tenebris conticescunt.

Sic igitur sanctus Leo per legatos à Latere missos collapsam penitus Ecclesiam Orien-
talem, fidei veræ exacta ab Episcopis confessione, restituit. Sed quod reliquum tantum
esse videbatur, ut qui id facere detrectassent, suis sedibus priuarentur, & spoliari Episcopali
digni-

CHRISTI
450.LEONIS PAP.
II.VALENTIN. 26.
MARCIANI I. YMPER.

A dignitate Episcopi Orthodoxi eam recipere: id quidè ecumenicæ Synodo honoris causa
& disciplinæ seruatum voluit & custoditum. Hæc sunt quæ hoc anno sub Marciano Impe-
ratore contigerunt: quæ mox illud magni momenti bonum consecutum est, quod Orien-
tale imperium, ad multorum annorum spatia assiduis cladibus ab Attila Hunnorum Rege
labefactum, simulac est restituta per Imperatorem vera religio, continuè à barbaris libe-
ratur, abigiturque diuinitus flagellum Dei, vbi locus datur Catholice veritati: contra verò
patuit tunc barbaros præualere, cum impietas regnat. Sic ergo Attila sponte recedens ab
Oriente, copias conuertit in Occidentem, vbi imbellem sciret regnare Imperatorem per
Aetium Patritium bella gerentem. Quando autem in Gallis victus fuerit, dicemus anno
sequenti, quo fieri contigit.

ATTILA RE-
CEDIT AB
ORIENTE
IN OCCI-
DENTEM.

Quod autem ad anni huius res Gallicanas pertinet: cum (ut suo loco dictum est) anno su-
periori defuncto S. Hilario Episcopo Arelatensi, in locum eius Rauennius subrogatus esset:
Episcopi comprouinciales legationem sustinuerunt ad S. Leonem Romanum Pontificem pro
restituendis antiquis iuribus ac priuilegiis Arelatensis Ecclesiæ, illud in primis postulantes,
ut ex more antiquo Viennensis prouincia eidem Arelatensi Ecclesiæ subiceretur, quam (ut
dictum est superius) contra Zolimi Papæ decretum, ex præscripto Nicani canonis Bonifa-
cius & Cælestinus Romani Pontifices, ac demum Leo ipse, proprium habere Metro-
politani, nec subiaci Arelatensi voluerunt. Libellum supplicem dictorum Episcoporum
asseruatum hæc tamen in Ecclesia Arelatensi ex antiquo scripto codice hæc tibi reddimus:

Preces missæ ab vniuersis Episcopis Metropolis Arelatensis ad Leonem Papam.

Memores, quantum honoris & reuerentiæ beatissimæ sedi Apostolicæ, cui vos Domi-
nus noster Iesus Christus pro meritis sanctitatis voluit præfidere, semper debitum fuerit,
semperque debeat: ordinationem, qua sanctus frater & Coepiscopus noster Rauennius
in ciuitate Arelate post transitum beatæ recordationis Hilarij Episcopi, concordantibus
omnium votis, ad summum pontificium, Domino fauente, prouectus est, missis continuè
litteris Apostolatui vestro indicare curauimus. Quibus à beatitudine vestra tanta digna-
tione & charitate fuisse responsum, immensas gratias agimus; etsi tantas, quantas debemus,
referre non possumus.

Notum licet nobis antè iam fuerit, prædictum sanctum fratrem & Coepiscopum no-
strum maximè coronæ vestræ gratia morum suorum mansuetudinem & sanctitatem me-
ruisse: perceptis nunc tamen beatitudinis vestræ litteris, quanta eum charitate complectamini,
euidenter agnouimus. Vnde præmissis officiis, quæ Apostolatui vestro iure debentur,
suggestionem nostram, quæ iustitiæ partibus fungitur, audiendam à corona vestra, minimè
dubitamus. Quippe cum non aliqua noua institui, sed prisca per vos optamus & antiqua
reparari. Nec enim iustum est, ut honorem eius, quem (ut probauimus) impensè diligitis, illa
res minuat, quæ pietatem vestram altè offendit. Et sanè manifestum est Ecclesiæ Arelatensi
diuinæ gratiæ fauorem adesse, cui talem habere contigit sacerdotem, per quem priuilegia
dignitatis antiquæ, quæ dolebat sibi pro tempore diminuta, gauderet in perpetuum recen-
tioribus Apostolicæ sedis auctoribus reformata.

Omnibus etenim regionibus Gallicanis notum est, sed nec sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ
habetur incognitum, quod prima intra Gallias Arelatensis ciuitas missum à beatissimo
Petro Apostolo sanctum Trophimum habere meruit sacerdotem, & exinde aliis paulatim
regionibus Galharum bonum fidei & religionis infusum: priusque alia loca ab hoc riuo
fidei, quem ad nos Apostolicæ institutionis fluentia miserunt, meruisse manifestum est
sacerdotem, quam Viennensis ciuitas, quæ sibi nunc impudenter ac notabiliter primatus
exposcit indebitos. Iure enim ac merito ea vrbs semper apicem sanctæ dignitatis obtinuit,
quæ in sancto Trophimo primitias nostræ religionis prima suscepit, ac postea intra Gallias
hoc quod diuino munere fuerat consecuta, studio doctrinæ salutaris effudit. Cuius honoris
obtentu Ecclesiam Arelatensem omnes decessores prædecessoresque nostri velut matrem
debito semper honore coluerunt, tenentesque traditionem totam ab hac sibi ciuitatis
nostræ sede Episcopos postularunt. Ab huius Ecclesiæ sacerdote tam decessores nostros,
quam nos ipsos constat in summum sacerdotium, donante Domino, consecratos. Quam
quidem antiquitatem sequentes prædecessores beatitudinis vestræ, hoc quod erga priuilegia
Arelatensis Ecclesiæ institutio vetusta tradiderat, promulgatis (sicut & scriinia Apostolicæ
sedis proculdubio continent) auctoritatibus confirmarunt: credentes plenum esse ratio-
nis atque iustitiæ, ut sicut per beatissimum Petrum Apostolorum principem sacrosanctæ

Annal. Eccl. Tom. 6.

L 3

Ecclesia

CHRISTI
450.LEONIS PAP.
II.VALENTIN. 26.
MARCIANI I. IMPR.

A Ecclesia Romana teneret supra omnes totius mundi Ecclesias principatum, ita etiam intra Gallias Arelatenfis Ecclesia, quæ sanctum Trophimum ab Apostolis missum sacerdotem habere meruisset, ordinandi pontificium vendicaret. his secundum religionem vitur priuilegijs Ecclesia memorata.

Ceterum multa sunt, quibus secundum instituta Principum cunctis intra regiones nostras ciuitatibus præferatur. Hæc in tantum à gloriosissimæ memoriæ Constantino peculiariter honorata est, vt ab eius vocabulo præter proprium nomen, quo Arelas vocitatur, Constantina nomen acceperit. Hanc clementissimæ recordationis Valentinianus & Honorius fidelissimi Principes specialibus priuilegijs, & vt verbo ipsorum vtamur, matremonium Galliarum appellando decorarunt. In hac vrbe quicumque intra Gallias ex tempore prædictorum ostentare voluit insignia dignitatis, Consularum suscepit & dedit: hanc sublimissima præfectura, hanc reliquæ potestates, velut communem omnibus patriam, semper inhabitant. Ad hanc ex omnibus ciuitatibus multarum vtilitatum causa concurrunt: & planè ita sibi erga priuilegia memoratæ vel Ecclesiæ vel ciuitatis, diuina (vt credimus) dispensatione, omnia consenserunt, vt semper sicut Ecclesia Arelatenfis intra Gallias primatum in sacerdotio antiquitatis merito, ita etiam ciuitas ipsa principatum in sæculo, opportunitatis gratia possederit. Vnde factum est, vt non solum prouinciæ Viennensis ordinationem, sed etiam trium prouinciarum, contemplatione sancti Trophimi (sicut & sanctorum prædecessorum vestrorum parefacta sibi testatur auctoritas) Arelatenfis Ecclesiæ sacerdos ad sollicitudinem semper suam curamque reuocarit. Cui id etiam honoris dignitatisque collatum est, vt non tantum has prouincias potestate propria gubernaret, verum etiam omnes Gallias sibi Apostolicæ sedis vice mandata, sub omni Ecclesiastica regula contineret.

His itaque omnibus intimatis, & in notitiam beatitudinis vestræ fidei assertionem perlati, quæsumus & obsecramus coronam sanctimonie vestræ per nomen Domini nostri Iesu Christi, qui in vobis iustitiam, patientiam, tranquillitatem, & bona totius sanctitatis ac perfectionis elegit, & per beatissimum Apostolum Petrum, quem vita & conuersatione vestra nobis diuino munere redditum credimus, vt quicquid Arelatensis Ecclesiæ (sicut superius indicauimus) vel ab antiquitate suscepit, vel postea auctoritate sedis Apostolicæ vendicauit, id omne ad suum pontificium reuocare eiusdem Ecclesiæ sacerdotem beatitudinis vestræ auctoritas in perpetuum mansura præcipiat. Ipsi autem vel officiorum causa, vel huius legationis obrentu sanctimonie vestræ nos præsentassemus aspectibus, nisi alios infirmitas, alios anni præsentis penuria ab hac vororum nostrorum cupiditate reuocasset: sed confidimus in Domino Iesu Christo, qui precibus & desideriis nostris effectum promptissimæ pietatis vestræ præstitit: quod qui nunc legationis officio fraudamur, gratiarum postea referendarum per nosmetipsos actione fungemur.] hætenus Episcoporum preces sine die & Consule: verum hoc anno datas esse, sequens epistola S. Leonis ad eos reddita docet, ex qua pariter redditur manifestum, Ecclesiam etiam Viennensem misisse Romam eadem ex causa ad S. Leonem Papam legationem. Iuribus autem vtriusque partis diligenter examinatis, persistit S. Leo in sententia, vt Arelatenfis Ecclesia nihil sibi sumeret eorum quæ essent Viennensis Ecclesiæ. Epistola verò ipsius ex eodem exscripta codice sic se habet:

Dilectissimis fratribus Constantino, Armatario, Audentio, Seueriano, Valeriano, Vrso, Stephano, Nectario, Constantio, Maximo, Asclepio, Theodoro, Iusto, Ingenuo, Augustali, Superuentori, Vnatio, Fonteio, Palladio, Leo.

Lectis dilectionis vestræ litteris, quas ad nos filij nostri Petronius presbyter & Regulus diaconus detulerunt, quàm beneuolum fratri & Coepiscopo nostro Rauennio impendatis affectum, euidenter agnouimus: siquidem postulatis, vt ei quod decessor ipsius merito nimie præsumptionis amiserat, reformetur. Sed petitionem fraternitatis vestræ Viennensis Episcopus missis litteris & legatis sua suggestione præuenerat, conquerens Arelatensem Episcopum ordinationem sibi Vasensis* Antistitis vsurpassse. Cùm itaque nobis ita & paternarum reuerentia sanctorum, & omnium vestrum seruanda sit gratia, vt in Ecclesiarum priuilegijs nihil conuelli, nihil patiamur excidi: consequens fuit, vt ad conseruandam intra Viennensem & Arelatensem prouincias pacem adhiberetur iustitiæ moderatio, quæ nec antiquitatis vsum, nec desideria vestra negligeret.

Consideratis enim allegationibus vtriusque partis præsentium clericorum, ita semper intra prouinciam vestram & Viennensem & Arelatensem ciuitates claras fuisse reperimus, vt qua-

CHRISTI
450.LEONIS PAP.
II.VALENTIN. 26.
MARCIANI I. IMPR.

A vt quarundam causarum alterna ratione, nunc illa in Ecclesiasticis priuilegijs, nunc ista præcelleret, cùm tamen eisdem commune ius quondam fuisse à gentibus proderetur. Vnde Viennensem ciuitatem, quantum ad Ecclesiasticam iustitiam pertinet, inhonoratam penitus esse non patimur, præsertim cùm de receptione priuilegij auctoritate iam nostræ dispositionis vtatur. Quam potestatem Hilario Episcopo ablatam, Viennensi Episcopo credimus deputandam: qui ne repente semetipso factus videatur inferior, vicinis sibi quatuor oppidis præsidebit, id est, Valentie, & Tharantasiæ, & Geneuæ, & Gratiapoli, vt cum eis ipsa Vienna sit coniuncta, ad cuius Episcopum omnium prædictarum Ecclesiarum sollicitudo pertineat: reliquæ verò ciuitates eiusdem prouinciæ sub Arelatenfis Antistitis auctoritate & ordinatione consistant: quem pro modestiæ suæ temperantia ita futurum credimus studiosum charitatis & pacis, vt nequaquam sibi credat ablatum, quod fratri videat esse concessum. Data III. Non. Maij, Valentiniano Aug. VII. & Abieno V. C. Conf.] *In fine huius epistolæ hæc quæ sequuntur verba habentur*: Hoc præceptum domini Leonis confirmationem est à sede Apostolica, præfidente Symmacho Papa, Probo V. C. Conf.] Habes, lector, de antiqua quæstione S. Leonis Papæ sententiam ex recitata epistola nondum cusa, percepta ex codice Arelatenfi, quem eo fidelioem existima, dum quæ contra ipsam esse probarentur Ecclesiam Arelatensem, æquè integra asseruata custodit: vbi & extat eadem die & anno data ad Rauennium ab eodem Pontifice eiusmodi epistola:

Dilectissimo fratri Rauennio Leo.

Diu filios nostros Petronium presbyterum, & Regulum diaconum in Vrbe tenuimus: quoniam & de nostra hoc gratia merebantur, & fidei, quæ nunc quorundam errore vexata est, ratio postulabat. Voluimus enim eos interesse tractari, & vniuersa cognoscere, quæ per te cupimus ad omnium fratrum & confacerdotum nostrorum notitiam peruenire: charissimæ hoc dilectioni tuæ specialiter delegantes, vt sollicitudine vigilantie tuæ epistola nostra, quam ad Orientem pro fidei defensione direximus, vel sanctæ memoriæ Cyrilli, quæ nostris sensibus tota concordat, vniuersis fratribus innotescat, vt certiores effecti contra eos, qui incarnationem Domini prauis persuasionibus æstimant temerandam, spiritali se virtute præmuniant. Habes probabilem facultatem, qua cunctis Ecclesijs & Domino nostro Episcopatus, tui possis commendare primordia, si hæc ita vt credimus atque mandauimus, impleueris, frater charissime. Quæ autem committenda litteris non fuerunt, cùm prædictorum filiorum nostrorum insinuatione didiceris, charissime, Domini fretus auxilio efficaciter (vt diximus) aut laudabiliter exequemur. Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Data III. Non. Maij, gloriosissimo Val. Aug. VII. & Abieno V. C. Conf.]

D Ex hac epistola intelligis sanctum Leonem Papam misisse ad Gallicanos Episcopos insignem atque famosam illam epistolam de fide Catholica ad Flauianum scriptam, vt non Orientalibus tantum, sed & Occidentalibus innotescerent, quæ de Verbi incarnatione teneret hætenus atque tenuisset semper Ecclesia Catholica. Qua accepta ad Flauianum epistola, Episcopi Galliarum eadem probè cognita, & in omnibus fidei Catholicæ, quam hætenus custodissent, consentire probata, rescripserunt ad eundem S. Leonem epistolam illam, quæ sine die & Consule data cùm habeatur, eam sub dictis anni huius Consulis esse collocandam intelligis, cuius est exordium: Perlata ad nos epistola beatitudinis vestræ, &c.] habetur in recentiori editione Romana epistolarum S. Leonis post eius epistolam quinquagesimam tertiam, non tamen suo loco collocata. Sic igitur pluribus habes epistolis auctum numerum epistolarum S. Leonis Magni, cuius tanti Patris vel vna reperta sententia scriptis mandata magnarum loco diuiciarum fuerat æstimanda, atque litteris aureis exaranda.

E Hoc eodem anno ingens fames vexauit Italiam; adeò vt inedia pereuntes, filios ad cibum emendum vendiderint. est de his locuples testis Valentiniani sanctio anno sequenti mense Ianuario data, qua præcipit, vt parentibus liceret redimere filios: meminit autem huius penuriæ istis verbis*: Notum est proximè obscenissimam famem per totam Italiam defæuisse, coactos homines & filios parentes vendere, vt discrimen instantis mortis effugerent. Tantum vnicuique miseranda macies & letalis percuntium pallor extorsit, vt totius, quem natura concessit, amoris oblitus, alienare suos, pietatis genus putarent. Nihil est enim, ad quod non desperatio salutis impellat: nihil turpe, nihil vetitum credit efuriet: sola cura est, vt qualicumque sorte viuatur.] hæc Imperator. Sed & peste laborasse Italiam, Gelasius Papa testatur. Atque hætenus de rebus gestis præsentis anni.

INGENS FAMES ITALIAM VEXAUIT.

*Valentin. Nouel. tit. II. apud Coh. Theod.

b Gelas. in Andron.

IESV CHRISTI LEONIS PAP. VALENTIN. 27. IMPP. ANNVS ANNVS ANNVS 451. 12. MARCIANI 2.

ANATOLIVS PROFESSIO- NEM FIDEI MITTIT AD S. LEONEM PAPAM.

Leo epist. 40.

DE LITTE- RIS AD ANATO- LIVM RED- DITIS.

DE NON RE- CITANDIS NOMINI- BUS IMPOE- NITEN- TIVM.

Leo epist. 38.

Leo epist. 39. AD MAR- CIANVM EFVVLHS RIAMS. LEO SCRIBIT.

Conc. Chal- ced. Act. 16.

Leo epist. 41.

Quadragesimus quinquagesimus primus Christi annis lætis auspiciis Consulatus religiosissimi Imperatoris Marciani cum collega Adelphio aperitur, memorabilis Magni Concilij Chalcedonenſis pacifica celebratione: de quo nos acturi, quæ ante ipſum præceſſere, res geſtas diligenti narratione in medium adducemus. Ac primum de legatis Apoſtolicæ ſedis Abundio atque collegis dicendum. Hos quidem de rebus geſtis ad S. Leonem Papam relationem miſiſſe vñ cum Anatolij Conſtantinopolitani Episcopi epistoſa fidei profeſſionem continente, ex euſdem S. Leonis litteris conſtat: Quam cum ipſe S. Pontifex accepiſſet, atque eã in omnibus intellexiſſet eſſe Catholicam, in omnibus aſſentientem iis, quæ in epistoſa ad Flavianum conſcripta erant: gratulatorias atque pacificas eidem Anato- lio litteras reddidit hoc anno Idibus Aprilis, quarum huiusmodi eſt exordium: Gaudemus in Domino, & in dono gratiæ ipſius gloriamur, quia (ſicut dilectionis tuæ litteris, & fratrum noſtrorum, quos Conſtantinopolim miſeramur, relatione cognouimus) ſequacem te Euangelicæ eruditionis oſtendis: vt per ſacerdotis probabilem fidem merito præſumamus, quodd tota Eccleſia eidem credita nec rugam cuiuſquam ſit erroris habi- tura, nec maculam.] hæc exordians habet. Quodd verò lapſis in hæreſim Episcopis, vel hæreticorum communionem ſcedatis, ad Eccleſiam Catholicam reuerti cupientibus nonniſi propriæ Eccleſiæ communicatio conſeſſa eſſet; quid præterea iuſdem indulgeat S. Leo, ita ſubdens in eadem epistoſa iſta declarat: De fratribus verò, quos & epistoſis tuis & legatorum noſtrorum relatione communionis noſtræ cupidos eſſe cognouimus, eo quodd doleant ſe contra potentiam, contraque terrores non tenuiſſe conſtantiam, ſed alieno ſceleri præbuiſſe conſenſum, cum ita eos formido turbaveſſet, vt in damnationem Catholicam atque innocentis Antititidis, & in receptionem deteſtabilis prauitatis trepido famularentur obſe- quio: illud quidem, quodd præſentibus & agentibus noſtris conſtitutum eſt, approbamus, vt ſuarum interim Eccleſiarum eſſent communionem contenti.] hæc iam per legatos Con- ſtantinopoli decreta erant: ſed quidd his ampliùs ipſe Leo putauerit eſſe indulgendum, ex verbis ipſius accipe: Sed cum legatis noſtris, quos miſimus, participata tecum ſolicitudine volumus diſpo- nantur, quatenus hi qui plenis ſatiſfactionibus malè geſta condemnant, & accuſare ſe magis eligunt quàm tueri, pacis & communionis noſtræ vnitatem lætentur, ita vt digno priùs ana- themate quæ contra fidem Catholicam ſunt recepta damnentur.] hæc S. Leo, quibus de primis impietatis auctoribus iſta ſubiungit: De nominibus autem Diocori, Iuuenalis, & Eufſathij ad ſacrum altare non recitandis, dilectionem tuam hoc decet cuſtodire, quodd noſtri ibidem conſtituti faciendum eſſe dixerint, quoddque honorandæ S. Flavianij memorię non repugnet, & à gratia tua Chriſtianæ plebis animos non auertat. Nam iniquum nimis eſt atque incongruum, eos qui nocentes & Catholicos ſua perſecutione vexarunt, ſanctorum nominibus ſine diſcretionem miſceri: cum damnatam impietatem non deſerentes, ipſi ſe ſua prauitate condemnent: quos conuenit aut percelli pro perſidia, aut laborare pro venia.] hæc ipſe. Commendat demum eidem clericos Flavianij, quos vult ab ipſo ſuſcipi: ſed & Eccleſiam Eufebij Dorilæi Romæ hoc tempore agentis vt curet, admonet. Reddidit hæc ad Anatolium litteras ſanctus Leo (vt diximus) hoc anno, Idibus Aprilis. Eadem quoque die idem ſanctiſſimus Pontifex ad Marcianum Imperatorem litteras dedit, quibus immenſas illi de ſuſcepto Catholicæ fidei patrocinio gratias agit: aliam inſu- per addidit ad Pulcheriam Auguſtam, cuius ſtudium cum aduerſus Neſtorium, tum ad- uerſus Eutychem plurimum comendans, gratias pariter agit immortales de honorificè ab ea ſuſceptis Apoſtolicæ ſedis legatis, deque reſtitutis damnatis Episcopis, & ſacris reliquiis ſancti martyris Flavianij cum honore Conſtantinopolim tranſlatis, & aliis ab ea ſanctiſſimè geſtis. commendat inſuper eidem Eufebij Dorilæi Eccleſiam. Hic quidem Romã ad ipſum Leonem Pontificem, vt ab eo in ſedem ſuam reſtitueretur, venit: qui fidei Catholicæ pro- feſſione eidem oblata, ab ipſo Summo Põtifice ſuſceptus eſt. De hac enim ipſius profeſſio- ne ipſemet Eufebius meminit in ſacro ſanctõ Concilio Chalcedonenſi verbis iſtis: Hanc regulam ſanctiſſimo Papæ in vrbe Roma reſegi, præſentibus clericis Conſtantinopolitanis; eamque ſuſcepit, &c.] erant iſti qui Romæ aderant, ab Anatolio cum eius fidei profeſſione miſſi, quorum ipſe Leo meminit in epistoſa ad Iulianum: Post

A

C

D

E

Post

CHRISTI LEONIS PAP. VALENTIN. 27. IMPP. 451. 12. MARCIANI 2.

Post hæc agi cõceptum de Synodo vniuerſali cogenda: quodd quidem magna induſtria ſummaque diligentia à Leone Romano Pontifice Marcianus Imperator expetiit; ſed ipſe Pontifex ob ingruentes Hunnorum exercitus Gallias denaſtantes, & iam Italiam cogitan- tes, ad opportunius tempus exiſtimabat differendum eſſe vniuerſale Concilium: verum quodd Marciano in optatis eſſe videret quam primum ab his diſſentionibus cauſa Eutyche- tis obortis pacatum reddere Romanum Imperium, alios decreuit mittendos Conſtantino- polim legatos, qui Synodo intereſſent: cuius rei cauſa hæc primùm ad ipſum Marcianum Auguſtum litteras dedit, quibus in primis admonet conſultum eſſe debere Eccleſiaſticæ antiquitati, nec pateretur Filij Dei incarnationis ſacramentum ab Apoſtolis Eccleſiæ tra- ditum, quaſi recens dogma, in controuerſiam adducendum. Sed audi ipſam Leonis Papæ ad Imperatorem breuem epistoſam: Quamuis per Conſtantinopolitanos clericos ad pietatem veſtram antea ſcripſerim: ſumptis tamen clementiæ veſtræ litteris per virum illuſtrem Præfectum Vrbiſ filium meum Tatianum, magnam materiam gratulationis accepi, quia ſtudioſiſſimos vos Ecce- ſiaſticæ pacis agnouit. Cui ſanctõ deſiderio digna æquitate conſertur, vt quem ſtatim eſſe cupitis religionis, eundem habeatis & regni. Nam inter Principes Chriſtianos Spiritu Dei conſtitante concordiam, gemina per totum mundum fiducia roboratur: quia profeſtus charitatis & fidei vtroque armorum potentiam inſuperabilem facit, vt propitiato per vnam confeſſionem Deo, ſimul & hæretica falſitas & barbara deſtruatur hoſtilitas, glorio- ſiſſime Imperator. Aucta igitur per Imperialem amicitiam ſpe cæleſtis auxiliij, conſidentiùs pietatem ve- ſtram pro ſacramento ſalutis humanæ incitare præſumo, ne cuiuſquam procaci impuden- tiæ verſutia, quaſi de incerto, quidd ſequendum ſit, ſinatis inquiri: vt cum ab Euangelica Apoſtolicæque doctrina nec vno quidem verbo liceat diſſidere, aut aliter de Scripturis diui- nis ſapere, quàm beati Apoſtoli & Patres noſtri didicere atque docuerunt, nunc demum in- diſciplinatæ moueantur & impiæ quaſtiones, quas olim, mox vt eas per apra ſibi corda dia- bolus excitauit, per diſcipulos veritatis Spiritus ſanctus extinxit. Nimis autem impium eſt, vt per paucorum inſipientiam ad coniecturas opinionum & ad carnalium diſputationum bella reuocemur; tamquam reparata diſceptatione tractandum ſit, vtum Eutyches impiè ſenſerit, & vtum ineptè Dioſcorus iudicari, qui in ſanctæ memoriæ Flavianij condemna- tionem ſe perculit, & ſimpliciores quoſque, vt in eandem ruinam prouoluerentur, impedit: quorum multis iam (vt cognouimus) ad ſatiſfactionis remedia conuerſis, & veniam de in- conſtanti trepidatione poſcentibus, non cuiuſmodi ſit fides tractandum eſt, ſed eorum præ- cibus qualiter annuendum. Vnde piſſimæ ſolicitudini veſtræ, quam de indicenda Synodo habere dignamini, per legationem quæ conſeſtim ad clementiam veſtram, Deo annuente, peruenit, quicquid ad cauſam vrilitatem arbitror pertinere, plenius atque opportunius ſug- gereret. Dat. nono Kalendas Maij. Adelphio viro clariffimo Conſule.] hæc eſt prima epi- ſtoſa Leonis ad Marcianum de Synodo œcumenica cogenda. Dedit eodem argumento alias quoque litteras quinto Kal. Iunias, quibus de differenda Synodo agit, & quodd habebat in animo aperit; ſed & cauſam moræ eam oſtendit, nimirum vt liberati Episcopi à barbarica hoſtilitate, liberi ad Synodum ſe conferrent. Imminebat (vt diximus) cum Hunnorum exercitu Attila, de quo in fine anni huius acturi ſumus. Quinam autem ab eo legati mittantur, nominat, nempe Paſchaſinum Episcopum Lilibai in Sicilia, Lucentium Episcopum Aſculanum, Bonifacium & Baſilium S. R. E. preſbyteros Cardina- les, quibus participem adiunxit Iulianum Coenſem Episcopum. Interea verò quintum ante diem ab his datis ad Marcianum Auguſtum à ſanctõ Leone Pontifice litteris, idem Auguſtus decimo Kalendas Iunias publicam ſanctionem edidit de Synodo œcumenica, ad quam Episcopos conuocauit, Nicææ in Bithynia celebranda: ita enim ipſi erat in animo, ibi vniuerſale celebrare Concilium aduerſus Eutychem hæreſim, vbi primùm ſuit impietas Ariana damnata. De ipſa autem indiſtione futuræ Synodi ita ſe habet ad Metropolitanos primùm ſcripta epistoſa: Imperatores Cæſares Valentinianus & Marcianus Victores & Triumphatores ſemper Auguſti ad omnes vbique reuerendos Episcopos. Omnia ad veram fidem & Chriſtianam Orthodoxam religionem tendentia præponen- da aliis rebus exiſtimauimus. Deo enim propitio exiſtente, & noſtrum Imperium & com- munes cauſas meliores fore conſidimus. Quia igitur dubitationes quædam circa Ortho- doxam

AGI COE- PTVM DE COGENDO CONCILIO.

Leo epist. 42.

LEO AD MARCIA- NYM AVG. DE SYNODO COGENDA.

FIDES NON REVOCAN- DA IN DIS- PUTATIO- NEM.

Leo epist. 43.

LEGATI A S. LEONE MISSI.

Ante Concl. Chalced.

EDICTVM IMPP. DE SYNODI IN- DITIONE.

A doxam fidem motæ sunt, sicut indicant & litteræ sanctissimi Archiepiscopi felicissimæ Romæ Leonis: placuit nobis propriè * sanctum Concilium fieri in Nicæa Bithyniæ ciuitate: quatenus cunctis concordantibus, veritate examinata, & cessante omnium studio, quo quidam abusi, religionem turbauerunt Orthodoxam, vera & saluberrima fides sic omnimodo manifestetur, vt de cetero omnis quæstio & dubitatio auferatur. Vnde tua sanctitas cum quantis approbauerit reuerendissimis Episcopis sub suo sacerdotio constitutis sanctarum Ecclesiarum, expertas habentibus diuinas Scripturas, & in scientia & doctrina Orthodoxæ & veræ fidei præ cunctis eminentibus, ad memoratam Nicæam ciuitatem proximis Kalendis Septembris aduenire festinet. Quisquis autem generalem & omnimodo vilem futuram Synodum refutauerit, peccare quidem & circa diuinitatem ipsam, & pietatem nostram offendit*. Agnoscat autem tua sanctitas, quoniam nostra pietas aderit in ipso Concilio, nisi quædam publicæ & inuisibiles curæ fecerint occupari.] hæc ad Metropolitanos Episcopos, cuius pariter argumenti extant ibidem litteræ datæ ad omnes Episcopos decimo Kalendas Iunii.

B Interea autem cum ad Synodum œcumenicam noua legatio esset decreta, reuocata est illa prior anno superiore Constantinopolim missa, cuius legati Romam reuersi sunt ante Idus Iunias. Id quidem constat ex aliis litteris eiusdem sancti Leonis Pontificis ad Marcianum Imperatorem * datis ipsis Idibus Iunii, quibus de legatorum reuersione meminit: per eosdem enim ipse Romanus Pontifex ab eodem Marciano Imperatore datas accepit litteras, quarum occasione ad eundem ipse rescripsit gratias agens de omnibus superius numeratis pro fide Catholica ab ipso diligenter impensis officiis. Excusat iterum in fine, impossibile esse ob ingruentia bella complures Episcopos ex Occidente, derelictis suis Ecclesiis, ad Synodum proficisci. Scripsit itidem Idibus Iunii ad Pulcheriam Augustam^b, ad quam de Eutyche hęc habet in fine: De Eutyche autem totius scandali & prauitatis auctore hoc clementia vestra præcipiat, vt ab eo loco, qui Constantinopolitanæ vrbis nimis vicinus est, longius transferatur; ne frequentioribus solatiis eorum, quos ad impietatem suam traxit, vtatur. Monasterio quoque ipsius, cui perniciosè indigneque præsedet, Catholicum Abbatem iubete præponi, qui illam feruorum Dei congregationem & à prauo dogmate liberare, & institutis veritatis possit imbueri.] hæc de Eutyche ad Pulcheriam sanctus Leo.

C Eadem quoque die Iduum Iuniarum ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum litteras reddidit, in quibus inter alia de recipiendis lapsis Episcopis (quod admonuerat antè) illud rursus instantius ingerit: nimirum, recipiendos omnes dignè pœnitentes, qui leuius deliquissent; qui autem aliis malorum fuissent auctores, non ita quidem, sed maturius de his sedis Apostolicæ iudicium expectandum. Haud enim in recipiendis huiusmodi delinquentibus, perditorum antesignanis, festinatò currere Romana Ecclesia consuevit: Quæ etsi numquam cuius facinorosissimo delinquenti, vereque pœnitenti ianuas pœnitentiæ clausit: auctores tamen criminum, vel vehementissimis eorum fautoribus resistere consuevit, & detinere diutius, donec quid de illis esset agendum, maturior consultatio definiret. Ita namque vidimus haud pridem eundem sanctum Leonem tunc diaconum Sixto Pontifici suauis, ne Iulianum audacissimum Pelagianæ hæresis defensorè ad Ecclesiam reuertentem statim exciperet. Quod idem factus Pontifex in Eutychanis recipiendis custoditum omnino voluit. De his enim ad Anatolium ista sunt eius verba, vbi de indulgendo his qui leuius peccassent, antè scripsisset:

D De his autem qui in hac causâ grauius peccauere, & ob hoc superiorem sibi locum in eadem infelici Synodo vendicarunt, vt humilium fratrum simplicitatem arrogantia suæ præiudiciis aggravarent: si fortè respiscunt, & à facti sui defensione cessantes, in condemnationem proprij conuertuntur erroris: Horum si satisfactio talis accedit, quæ non refundenda videatur: maturioribus Apostolicæ sedis consiliis referuetur, vt examinatis omnibus atque perpensis, de ipsis eorum cognitionibus, quid constitui debeat, æstimetur. Neque prius in ecclesia, cui te Dominus voluit præsidere, cuiusquam talium (vt antè scripsimus) nomen ad altare recitetur, quàm quid de his constitui debeat, rerum processus ostendat.] hæc Leo: atque de his hætenus.

E Reuersi igitur vbi sunt legati Romam ad Leonem Pontificem, inde iidem remearunt ad propria, haud tamen otiose acturi. Etenim S. Abundius vnà cum Senatore presbytero, & in hac legatione collega, litteris eiusdem S. Leonis conuenit Eusebiū Mediolanensem Episcopum,

SYNODVS
MEDIOLANENSIS.

PRIORVM
LEGATORVM
RVDI-
TVS.

* Leo epist. 44.

* Leo epist. 45.

DE TRANS-
FERENDO
LONGIUS
EUTYCHETE
HAERESI-
ARCHA.

HAERETI-
CORVM DV-
CAS HAVD
FACILE RE-
CIPIENDI.

* Leo epist. 46.

A scopum, egiſque cum eo, vt prouinciali Conuentu, quæ scripta esset ad Flavianum de Verbi incarnatione doctrina, publicis subscriptionibus se omnes recipere restarentur: quod & impigrè curatum est. Conuocans enim ille Mediolanensi Ecclesiæ subiectos Episcopos, prouincialem Synodum egit. Quid in ea ex sententia S. Leonis actum fuerit; extat de his data ab eodem Eusebio Synodalis Epistola ad eundem sanctissimum Romanum Pontificem munita chirographo omnium qui interfuerunt Episcoporum, inter quos Abundantius mendose pro Abundio ipso subscriptus legitur*: qui quidem præter spectatam eruditionem, egregia quoque vitæ enituit sanctitate, dignusque est habitus vt eius memoria perpetuò in Ecclesia coleretur, relato ipsius nomine inter Sanctos quarto Idus Aprilis.

B Sed & ipse Eusebius, qui Synodo præfuit, ex vitæ pariter sanctitate perpetuam gloriam est consecutus in Ecclesia Catholica, à qua singulis annis eius dies natalis recolitur consuevit pridie Idus Augusti: ornauit eum præterea digno epigrammate Ennodius Ticinensis.

Rursum verò inter alios Episcopos qui huic Synodo interfuerunt, legitur sanctus Maximus Taurinensis Antistes, cuius cum ob præstantem eruditionem, tum etiam ob insignem vitæ sanctitudinem celebre nomen est in Dei Ecclesia. De ipso enim ista Gennadius habet: Maximus Taurinensis Ecclesiæ Episcopus, vir in diuinis Scripturis satis intentus, & ad docendum ex tempore plebem satis sufficiens, composuit in laudem Apostolorum tractatum, & in Ioannis Baptista natiuitatem, & generalem omnium martyrum homiliam, sed & de capitulis Euangeliorum & de Actibus Apostolorum tractatus multos] & quæ sequuntur. Quod autem in fine habet: Moritur Honorio & Theodosio regnantibus. nisi duos Maximos Taurinenses posueris (quod à nemine dictum reperi) manifestus deprehenditur error: etenim qui huic Concilio Mediolanensi sub Leone Papa hoc tempore celebrato interfuisse legitur, immo & quem Romano Concilio sub Hilario Leonis successore præsentem irem fuisse, eius Acta declarant, planè longè post Honorij tempora superuixisse cum oportuit, peruenisseque saltem ad Domini annum quadringentesimum sexagesimum quintum. Porro eius memoriam anniuersario cultu, septimo Calendas Iulij, Ecclesia celebrat.

C Dum verò in eodem Concilio post Eusebium Mediolanensem subscriptum legis Fauentium Episcopum Regensem; intelligere potes, alterius Regij, quod est in Gallijs, fuisse S. Prosperum Episcopum, qui his S. Leonis temporibus Regenti Ecclesiæ præerat Antistes. Ornauit etiam tantorū Patrum cōsensus S. Crispinus Episcopus Ticinensis, qui & ipse inter Sanctos relatus celebratur singulis annis septimo Idus Ianuarias, quo die ex hac vita migrans successorem æque sanctum reliquit Epiphanium, de quo inferius sæpius agendum erit. Extat de eodem Crispino Ennodij Ticinensis epigramma, cuius est exordium:

*Salue sancte Parens: saluete, o sape recepti,
Crispini cineres, &c.]*

D Discite ex serie subscribentium (quod & in alijs quoque Concilijs obseruari contingit) non sedium prerogatiuæ, sed temporis quo quisque Episcoporum sedere cœpit, haberi solitam rationem: quod vel hoc vno exemplo intelliges, dum in Concilio Aquileiensi, cui pariter Episcopus Mediolanensis S. Ambrosius præfuit, in ordine subscribentium Episcoporum ante Diogenem Episcopum Genuensem Philaster, siue Philastrius ponitur Episcopus Brixianus, in hac verò Synodo primò ponitur Paschalis Genuensis Antistes, & post alios subscriptus legitur Octavianus Episcopus Brixianus: Fuerunt sanè iidem florentissimarum Ecclesiarum Antistes: quarum Brixiana nobilitata sanguine martyrum, sanctis quoque Episcopis, Philastrio, Gaudentio, & alijs pluribus illustratur: Genuensis etiam nemini cedens antiquitate, sicut Mediolanensis, à S. Barnaba Apostolo se accepisse Euangelium gaudet, & sanctorum martyrum Nazarij & Celsi consuetudine gloriatur, atque sanctis quoque Episcopis Syro, Romulo, Valentino, Felice, atque Salomone, siue Salonio magis magisque facta conspicua nitet. Eadem quoque ratione Iustinus Vercellensis Ecclesiæ Episcopus hic in imo fermè positus reperitur, qui in Concilio Aquileiensi quarto loco legitur collocatus: quod & de alijs pluribus frequentissimè accidisse cognoscitur.

E Sed age iam, quod extat eiusdem Synodi tanta illustrata corona sanctorum vnicum monumentum, nempe breuem epistolam ad S. Leonem datam hic describamus:

Domino sancto & beatissimo Patri Leoni Eusebius Mediolanensis Episcopus. Reuersis, Domino annuente, fratribus nostris, quos ad Orientem fidei causa sollicitè prouida beatitudo vestra direxerat: decursisque litteris, quas per eos tua sanctitas destinauit: omni exultatione in Christo releuatus sum, quod affectum cōmissæ sibi legationis eosdem repon-

* Apud S. Leonem post epist. 51.

DE MAXIMO
TAURINEN-
SIS EPISCO-
PO.
* Gennad. de
vitis illustr.
cap. 40.

EPISCOPO
RVM SVB-
SCRIPTIO
QVO ORDINE
FIERI
SOLITA.

EPIST. EX
CONCIL.
MEDIOL.
AD S. LEONEM.

reportasse, vestra pagina designavit. Nec mirum quod Dominus noster Iesus Christus Catholicæ fidei, quam tenemus, maiestatis suæ gratiam, custodiamque præstiterit; quando vos idoneos cultus sui assertores in Apostoli sui sede Præsules collocavit, qui & recta sentire de incarnationis Dominicæ sacramento, & eadem potestis rectè custodire. Admonitis ergo fratribus & Coepiscopis meis, habitoque Conventu, vestrarum formam tenuimus litterarum. Nam recensens epistolam beatitudinis vestræ in sacerdotum Domini Concilio, quam sanctus frater & Coepiscopus noster Abundius, & presbyter meus Senator detulerunt, agnitoque, eorum narratione (sicut scripta vestra signauerant) rerum gestarum ordine: continud requisita est, recitataque epistola, quam fidei assertionem plenè digestam ad Orientem idum sanctitas vestra transiuerat; quæ ad nos ex vestra ordinatione, sancto fratre & Coepiscopo nostro Ceretio mutuante, peruenit: clarauit eam plenam fidei simplicitate fulgere, Prophetarumque etiam assertionibus; Euangelicis auctoritatibus; & Apostolicæ doctrinæ testimoniis, nitore quodam lucis & veritatis splendore radiare, omnibusque sensibus conuenire, quos B. Ambrosius de incarnationis Dominicæ mysterio suis libris, sancto Spiritu excitatus, inseruit.

Et quia omnia maiorum fidei nobis antiquitus traditæ tota puritate conuenerunt, domine sancte & beatissime Pater: placuit omnibus, quorum subscriptio subterannexa nomina poterit declarare, eos qui impiè de incarnationis Dominicæ sacramento sentiunt, quamuis intellectus sui præmitate à Catholicæ fidei veritate recedentes; se ipsos dignos abiectione fecerint, suo etiam consensu, auctoritatis vestræ præcedente sententia, damnatione congrua persequendos. Litterarum ergo vestrarum formam secuti, modum præscriptæ ordinationis nos seruasse, his per fratrem & Coepiscopum nostrum Cynacum missis ostendimus. Superest, ut annuente Domino, perfectis rebus, palmam fidei & cõsummati certaminis coronam quiete perpetua retinentes, hoc futuris memorabile sæculis relinquatis, ut ab hoc tempore præsentis extinctæ impiæ sectæ continuacia videatur, ut vobis propugnatoribus in æternum prostrata succumberec. *Et alia manu: Incolumem beatitudinem tuam summa Diuinitas tueatur atque custodiat, domine sancte ac beatissime pater.* sequitur in codice subscriptio tum ipsius Eusebii, tum etiam reliquorum Episcoporum.

Sed cur, iniquiles, iterum per Abundium & Senatorem missa S. Leonis epistola de Christi incarnatione, si ante iam missam in Gallias, Eusebius eandem acceperat à Ceretio? Ex his pristinum vsum intellige. Cum œcumenicum in Oriente Concilium indiceretur, cui cum haud omnes Episcopi Occidentales interesse possent: quo tamen & ipsi aliquo modo suum ferrent suffragium, soliti erant eisdem (si pateretur opportunitas temporis) Romam ad Synodum conuocari, vel saltem iisdem absentibus præcipere Romanus Pontifex, ut provinciales Metropolitanæ Episcopi Conuentus cogerent, ex eisque litteras darent ad ipsum Pontificem, qui Legatos è Latere dirigeret, non suo ipsius tantum nomine, sed totius Occidentalis Ecclesiæ. Sic igitur, cum sub Theodosio postremum Concilium Ephesinũ indictum esset, hæc opus fuit præstari ab Episcopis Occidentis: rursus verò cum hoc tempore aliud esset indictum Concilium œcumenicum, eadem requiri ab iisdem.

Inter hæc autem duo ex Oriente presbyteri hæretici penitentes Ioannes atque Basilius ad Leonem Pontificem Romani se contulere, ut coram ipso tum Nestorianam, tum etiam Eurychianam hæresim condemnarent: quo facto, acceptis ab eodem Summo Pontifice literis datis hoc anno decimotertio Kalendas Iulij ad Anatolum, Constantinopolim reuersi sunt. Exhorruisse adhuc eos putamus Anatolium, quod à Dioscuro, damnato Flauiano, Ecclesiæ Constantinopolitanæ fuisset substitutus Antistes: cum alioqui suscipiendi eiusmodi lapsos eidem Anatolio sciamus à S. Leone tributam esse licentiam.

Eodem verò mense, sexto Kal. Iulij idem S. Leo ad Marcianum Aug. de indicta Synodo scripsit epistolam, qua legatos à se ad eam missos commendat, & fidei Catholicæ patrociniũ ut suscipiat, rogat. Sequenti verò die, quinto Kalendas Iulij ad ipsam Synodum Chalcedone cogendam (locus enim ille delectus postea fuit, ut Imperator ipse presens esset) eiusmodi dedit epistolam, qua de legatis à se missis, qui vice ipsius Synodo præsiderent, edocuit, de que in eis tractandis admonuit. Falsò tamen habetur inscripta ad Synodum Chalcedonensem: nam de eo loco nequicquam fuerat hoc tempore mensis Iulij, quo scripta habetur epistola, ab Imperatore decretum. Ea autem sic se habet:

Optaueram quidem, dilectissimi, pro nostri charitate collegij, omnes Domini sacerdotes in vna Catholicæ fidei deuotione persistere, nec quemquã gratia aut formidine potestatum

secu-

Abundius

VETVS CON SVETVDO OCCIDENT. TALIVM EPISCOPO RVM.

PREBYTERI ROMAN VENIUNT PENITENTIAS CAUSA.

Leo epist. 48.

Leo epist. 49.

Leo epist. 47.

Leo epist. 47. LEONIS EPISTOLA AD SYNODVM CHALCEDONENSIVM.

A testatum secularium deprauari, vè à via veritatis abscederet. Sed quia multa sæpe, quæ peccitudine possint generare, prouenerunt, & superat culpas delinquentium misericordia Dei, atque ideo suspenditur vltio, ut possit locũ habere correctio: amplectendũ est clementissimi Principis plenũ religione consilium, quo sanctam fraternitatem vestram ad destruendas insidias diaboli, & ad reformandam Ecclesiasticam pacem voluit conuenire, beatissimi Petri iure atque honore seruato: adeo ut nos quoque suis litteris inuitaret, ut venerabili Synodo nostram præsentiam præberemus: quod quidem nec necessitas temporis, nec vlla consuetudo poterat permittere. Tamen in his fratribus Paschasino & Lucentio Episcopis, Bonifacio & Basilio presbyteris, qui ab Apostolica sede directi sunt, me Synodo vestra fraternitas existimet præsidere, non abiecta à vobis præsentia mea, qui nunc in Vicariis meis adsum; & iam dudum fidei Catholicæ prædicatione non desum; ut qui non potestis ignorare quid ex antiqua traditione credamus, non possitis dubitare quid cupiamus.

Vnde fratres carissimi, reiecta penitus audacia disputandi contra fidem diuinitus inspiratam, vana erantium infidelitas conquiescat; nec liceat defendi, quod non licet credi: cum secundum Euangelicas auctoritates, secundum Propheticas voces, Apostolicamque doctrinam plenissimè & lucidissimè per litteras, quas ad beatæ memoriæ Flavianum misimus, fuerit declaratum, quæ sit de sacramento incarnationis Domini nostri Iesu Christi pia & sincera confessio. Quia verò nõ ignoramus per prauas æmulationes multarum Ecclesiarum statum fuisse turbatum, plurimosque Episcopos, quia hæresim non receperint, sedibus suis pulsos, & in exilia deportatos, atque in locum superstitum alios substitutos: vultibus his primitus adhibeatur medicina iustitiæ; nec quisquam ita careat propriis, ut alter vtatur alienis: cum si (ut cupimus) errores omnes reliquit, nemini quidem perire honor debeat.

sed illis qui pro fide laborauerunt, cum omni priuilegio oporteat ius proprium reformari. Prioris autem Ephesinæ Synodi, cui beatæ memoriæ Cyrillus Episcopus tunc præsedet, in Nestorium specialiter statuta permaneant; ne tunc dånata impietas ideo sibi in aliquo blandiatur, quia Euryches iusta damnatione percellitur. Puritas enim fidei atque doctrina, quam eodem, quo sancti Patres nostri, spiritu prædicamus, & Nestorianam & Eurychianam cum suis auctoribus condemnat pariter & persequitur prauitatem. Data quinto Calend. Iulij, Adelphio V. C. Consule.] hæc ad Synodum œcumenicam Leo Papa.

Quid autem inter hæc Constantinopoli gestũ sit (ut sua quaque propriis reddamus temporibus) enarrandum est. Cum igitur promulgatum esset ab Imperatore edictum de Concilio œcumenico Nicææ celebrando, mox contigit misceri in populo turbas, renouari contentiones, studia partium iterum concitari, excitarique tumultus. quãmobrem Marcianus Imperator eiusmodi mense Iulij ad populum proclamari fecit edictum:

Denunciamus omnibus, ut in sacrosanctis ecclesiis, & in aliis quidem venerabilibus locis, in quibus cum pace & quiete vota competat celebrari, abstineatis ab omni seditione: nemo conclamationibus vtatur, nemo moueat tumultum, aut impetum committat, vel conuenticula collecta multitudinè in qualibet parte ciuitatis & vici vel cuiuscumque loci colligere aut celebrare conetur. Nam si quis aliquid contra leges à quibusdam sibi existimet perpetrari, liceat ei adire Iudicem, & legitimum postulare præsidium. Sciant sanè omnes, quod si quis contra huius edicti normam aut agere aliquid, aut seditionem mouere tentauerit, vltimo supplicio subiacebit. Dat. 111. Idus Iulij, ipso Marciano Aug. & Adelphio Consi.] ita quidem Imperator compescuit concitatos inter factiosos vtriusque partis in regia ciuitate tumultus.

Qui enim in gratia Theodosij Imperatoris, atque impulsibus Chrysaphij & aliorum potentium, Eurycheti semel fauissent; ne leuitatis arguerentur, persistabant in sententia, & omni conatu patrociniabantur susceptæ semel iniquæ causæ, & si non aliter, acclamationibus saltem nominis Eurychetis. His verò retinebantur maiori conatu atque fiducia, qui viribus præstabant & numero Orthodoxi: periculumque non mediocriter imminere, ne vniuersa ciuitas, his mutuo inter se altercantibus, cordibus turpiter fedaretur. Accidit verò, ut cum quæ Constantinopoli concitatae sunt turbæ, repressæ essent (ut vidimus) edicto Imperatoris: rursus timeretur, ne eadem transferrentur Nicæam Bithyniæ, præstitutum ad Synodum locum, confluentibus illuc compluribus monachis atque clericis, necnon etiam laicis vtriusque partis inter se mutuo diglantibus. Ad quos expellendos fauoribus diuersorum in diuersa commotos, sancta Pulcheria Augusta ad Strategium Consularem Bithyniæ eiusmodi litteras dedit:

Annal. Eccl. Tom. 6.

M

Intentio

Leo. C. de his qui ad Eccles. confug. EDICTVM ADVERSVM TUMVLTIVANTES.

DE SVVDIIS FAVTORVM EYTYCHETIS.

Estant ante Gene. Chalced.

PULCHERIA AD STRATEGIVM.

Intentio nostrae tranquillitatis est, ante civiles causas, sanctas Christi Ecclesias, eisque dicatos in pace consistere, & Orthodoxam fidem, quam continere iudicamus Imperium, imperturbatam & immotam ab omni hominum genere custodiri. Unde dudum prava quadam emergente discordia, multam curam habuimus, ut vndique multitudo sanctorum Episcoporum simul congregaretur in Nicæa, quatenus vniuersorum concordia omnis turba de medio tolleretur, & in futuro firma & immobilis fides venerabilis praevaleret. Quia ergo secundum nostram sanctionem reuerendissimi quidem Episcopi vniuersi conuenerunt sustinentes potestatis nostrae praesentiam, quae non post multum, Deo cooperante, adierit: quidam autem (sicut agnouimus) cum sint soliti conturbare & confundere Deo placitam disciplinam, superuenientes in Nicæam clerici ac monachi atque laici tumultum facere tentant, contententes absque his quae nobis placuerunt: necessarias has pias litteras ad tuam direximus claritatem, quatenus cum omni virtute eos qui praeter nostram euocationem, aut permissionem suorum Episcoporum, ibidem commorantur, clericos siue intra hunc ordinem constitutos, siue aliqui eorum a propriis Episcopis sunt remoti, vel monachos, atque laicos, quos nulla ratio ad Concilium vocat, omnino debeas de ciuitate & ipsis locis expellere: ut cum omni disciplina consistente sancta Synodo, sine aliqua commotione atque contentione, quae a Domino Christo reuelata fuerint, communitur ab omnibus confirmetur. Scito enim, quod si quis de cetero inuentus fuerit tumultuosus ibidem commorari, aut ante praesentiam nostrae tranquillitatis, aut certe post praesentiam, non fortuitum sibi imminere periculum.] haec Pulcheria ad Strategium.

EPISCOPI QUI NICAEAM PROFECTIONE SVNT QUID AD IMP.

Cum igitur ad praefinitam diem Kalendarum Septembrium Episcopi ad Synodum conuocati, se Nicæam Bithyniae contulissent, expectarentque Imperatoris aduentum, qui se in optatis habere Synodo interesse, missis ad Episcopos litteris significauerat, & diebus pluribus Nicæae expectassent: dederunt iidem Patres litteras ad Imperatorem, quibus & admonuerunt, complures ipsorum ob laborem itineris detineri infirmitatibus, & aliis afflictari angustiis, petentes simul, ut sineret ex more conuentus agi. Ad hos autem Marcianus Augustus rescripsit, visum esse Apostolicae sedis legatis, ne absque Imperatoris sententia Synodus ageretur: seque propediem affore pollicitus est: sin autem minimè maturare liceret aduentum, ut se Chalcedonem conferrent, hortatus est. Extant ipsae Imperatoris litterae ad Synodum datae.

In praesentibus Concilio Chalced.

Cum verò inter hæc perturbari Illyricum ob metum imminentis barbaricæ inuasionis idem Imperator certior redditus esset litteris Praefectorum: ea de re adeo commotus est, ut in Illyricum profectionem ipse pararet. Verum quod sciret, hostes tunc facilius superari, cum primò religioni consulitur, & impietas expugnatur; susceptum iam antea institutum de oecumenico celebrando Concilio implere laborat. Quod verò Nicæam se conferendi propositum deposuisset (haud enim tutum esse videbatur ob bellicas expeditiones Constantinopoli longè recedere.) hac de causa Patres conuocat iteratis litteris Chalcedonem, propinquam ipsi Constantinopoli ciuitatem. Posteriores autem ipsae ad eos tunc datae litterae sic se habent:

Extant autem de Concilio Chalced.

Imperatores Valentinianus & Marcianus Victores semper Augusti sancto Concilio quod Nicæae per Dei voluntatem nostra sanctione collectum est.

IMP. MARCIANVS CONVOCAT NICAEA CHALCEDONEM PATRES.

Dudum quidem & per alias diuinas nostras litteras indicauimus vestrae religioni, quatenus in Chalcedonensium ciuitatem veniretis, ut ea quae de sancta & Orthodoxa fide à sanctis Patribus nostris sunt definita, confirmaretis, ne diutius Orthodoxorum multitudo diuersis modis errando seduceretur, sed ut omnes Dominum nostrum Saluatorem Christum (sicut congruit, & sicut sanctissimi Patres nostri decreuerunt) confiteantur. Nos enim propter feruentissimum fidei zelum publicarum rerum necessarias utilitates in praesenti distulimus, multum desiderantes, ea quae Orthodoxae & verae sunt fidei, tranquillitatis nostrae praesentia confirmari. Nam ea quae in Illyrico contigerunt, & ad vestras aures peruenisse confidimus, licet Dei voluntate competenti vindicta contigerint: tamen publicarum rerum utilitas exigebat ad Illyricum nostrae tranquillitatis profectionem. Sed quoniam (sicut praedictum est) nihil Orthodoxae fidei, & ut hæc roboretur, praeposendum esse iudicauimus: propterea huic quidem expeditioni interim superfedemus. Et nunc propriè vestram venerationem per alias nostras sacratissimas litteras adhortamur, quatenus sine vlla dilatione accedatis Chalcedonensium ciuitatem.

Quoniam Attico diacono regiae ciuitatis sanctissimae & Catholicæ Ecclesiae referente nostrae

A nostrae tranquillitati, cognouimus, vestram sanctitatem formidare, ne fortè Eutychetis sectatores, aut alius aliquis seditiones & tumultus preparare pertinetet: qua gratia significamus vobis, ut praedictam causam nullatenus formidantes, adueniatis in Chalcedonensium ciuitatem. Speramus autem de Dei clementia, quia praeter aliquam turbam atque tumultum, omnibus secundum Orthodoxam & veram fidem iuste & Deo placitè constitutis, vnusquisque vestrum ad propria sub celeritate reuerteretur. Festinate itaque aduenire, & nullam dilationem negotio facere, ne per vestram segnitiam, dilationem habeat intentio veritatis. Nobis enim studium est, Diuinitate propitia, prosperum finem accipiente causa, velociter iterum ad expeditionem felicissimam remeare. Deus vos custodiat per multos annos. Dat. decimo Kalendas Octobris, Heracliae.] hæc ad Synodum Marcianus: quibus emendes locum deprauatum in epistola S. Leonis mensè Iulij ad Pulcheriam data, vbi legitur decreto Principis Synodus iam conuocata Chalcedonem: nam nonnisi mensè Septembris id factum, ipsæ litteræ Imperatoris Marciani declarant. Unde cum ibi dicitur: Quod ergo Synodum Chalcedone haberi vestra clementia praecipit, cum à me, ut in Italia haberetur, mansuetudo vestra retineat postulatam, &c.] pro Chalcedone, restituendum esse, Nicæae, nemo non videt.

Leo epist. 57

Sed quinam isti fuere improuisi rumores iuncti formidini in Illyrico agitati, ut à praescripto loco & die celebrandi Conuentus retardauerint Imperatorem? Illi quidem per Attilam tunc excitati sunt: cum enim malè pugnasset in Gallis, vna cum suis qui certamina superferant, longius à Romanorum regione atque viribus Gothorum abscedens, tentauit Illyricum: sed inde reiectus, consedit in superioribus Veneticæ prouinciæ partibus, illic hibernaturus, donec reparato exercitu, appeteret Aquileiam, quam anno sequenti feroci aggressus impetu expugnauit. Apparuit namque, quid bene culta religio, quidve impietas possit. Dum enim impietati faueatur, robustior factus Attila, indixit Orienti tributum: dum verò impietas cum impiis coërcetur, & proculcata religio subleuatur, idem Attila ab Oriente primum abigitur in Occidentem, & rursus repetens loca vbi semper vincere consuevit, nullo negotio, Dei virtute repellitur.

TVMVLTVS IN ILLYRICO EXCITATI.

Age verò antequam Chalcedonensis Concilij Acta aggrediamur, quatenam in Gallis gesta sunt à Romanis & Gothis aduersus Attilam terribilem & formidandum, non Hunnorum tantum exercitum, sed pluriū barbararum nationum copias potentissimum, profequamur. Hi namque fuerunt illi bellorum fluctus, quorum causa vidimus sancto Leoni magis placuisse differre Synodum generalem, eo quod ob ingruens bellum barbaricum, haud liberum esset Episcopus (vbi petierat Imperator) ex omnibus prouinciis ad Concilium mitri.

De his acturi in primis quid de viribus Attilae maiores posteris tradidere, hæc describamus: hæc enim de his in collecta historia Miscellanea nomine Pauli Diaconi scripta leguntur: Fultus namque Attila fortissimarum gentium, quas subiugauerat, praesidio, ad Occidentale demoliendum animum intendit Imperium; cuius exercitus septingentorum milium numero ferebatur: Vir in concussionem Orbis in mundo natus, terrarum omnium metu quoque vulgatus erat: namque superbus incesso, huc se & illuc circumferens, ut elatus potentia ipso quoque motu corporis appareret: Bellorum quidem amator, sed manu temperans ipse, consilio validissimus, supplicantiibus inexorabilis, propitius in fidem semel receptis, forma breuis, lato pectore, capite grandiori, oculis minutis, barba rarus, canis respersus, simus naso, teter colore, originis suae signa referens. Erant quidem eius subiecti dominio Rex ille Gepidarum famosissimus Andaricus, Vualamir etiam Gothorum Regnator ipso tunc cui seruebat Rege nobilior, fortissimæ nihilominus gentes, Marcomanni, Sueti, Quadi praeterea, Heruli, Turcilingi, siue Rugi cum propriis Regulis, aliaque praeter hos barbarae nationes in sinibus Aquilonis commanentes. Horum omnium Attila superbus Imperio, quamquam robore facile se adipisci putaret quod cuperet, tamen consilij astutia potius quam armorum fortitudine hostes aggredi satagebat.] hæc ibi.

ATTILAE IMMENSVS EXERCITVS. Paul. Diacon. lib. 15.

Porro barbaros populos, quos secum ducebat Attila, Sidonius Apollinaris recenset his versibus:

subito cum rupta tumultu
Barbaries totas in te transfuderat arctos
Gallia: pugnacem Rugum, comitante Gelono,
Gepedarum sequitur, Scotum Burgundio cogit
Chunus bello notus, Neurus, Basterna, Toringus,
Annal. Eccl. Tom. 6.

Sidon de Antio Pamegynic. POPVLIVM SECVTI SVNT ATTILAM

CHRISTI 451. LEONIS PAP. 12. VALENTIN. 27. IMPR. MARCIANI 2.

Bructerus, vluosa quem Velicer abluuit vnda, Prorumpit Francus. Cecidit citò sceta bipenni Hercinia in lintres, & Rhenum texuit aluo. Et iam terrificis diffuderat Attila turmis In campos se Belga tuos. vix liquerat Alpes Actius, tenue & rarum sine milite ducens Robur, in auxiliis Geticum male credulus agmen In cassum propriis presumens adfore castris, &c.]

addit de Auito tunc Galliarum Praefecturam moderante, qui conciliauit, iunxitque Gothos cum Romanis: sed de his inferioribus agendum.

ATTILA FLAGELLVM DEI.

1/2. 10.

PERGRINATIO S. SERVATII LONGRAN. TA.

Marc. Velf. rer. Aug. lib. 3.

Greg. Turb. hist. Franc. lib. 2. c. 6. DE METENSIS CIVITATE COMBUSTA, ORATORIO S. STEPHANI SALVO.

Antea enim de Attila aliqua sunt referenda: atque illud in primis, ipsum ex praedictione cuiusdam sanctissimi viri cognominari voluisse, Flagellum Dei, quod nimirum à Deo missus esset vltor scelerum peccantium Christianorum, instar Assur, qui Virga furoris Domini est nominatus. Contremuerunt quidem non Galliae tantum, sed vniuersus planè orbis Occidentalis ad nomen Attilae: expauisse etiam Urbem, ex iis intelligis, quae ex Leone Papa superius sunt recitata. Scimus à Gregorio Turonensi & aliis ad haec tempora referri susceptam ad anteuertendum huiuscemodi flagellum Dei peregrinationem ad limina Apostolorum à sancto Seruatio Tungrensi Episcopo. Verum nemini rationem temporis accuratè expendèti haec probari possunt: cum constet ex iis quae suo loco superius dicta sunt, sanctum Seruatium ante annos ferme centum vixisse, eiusque tempore alias clades barbaricas accidisse, vt non sit opus ad haec ea referri tempora, vt superius demonstrauimus. Nunc verò Octauia Tungrorum vrbs fertur excisa, non credentibus ciuibus suo ipsorum Episcopo Azanario venturam cladem praedicenti. Exufflanda verò sunt, quae Auentinus aequè impius atque imperitus somniauit de Theodorico & Anthemio Valentiniani Imperatoris Ducibus pacem cum Hunnis firmantibus: de quibus modò satis sit reddere, quae grauiissimus auctor, qui res Augustae Vindelicorum felicissimè prosecutus est, Marcus Velferus, deliria eiusdem sugillans, habet his verbis: Auentinus Theodoricum Veronensem Triarij filium, & Magistrum Anthemium, qui deinde imperauit, Consulem, Valentiniani Imperatoris generum, Danubiani limitis Ducem, harumque provinciarum legatos, pacem cum Hunnis firmasse, & exercitui clausis oppidis, itineris faciendi potestatem concessisse prodidit. At breui verborum gyro tot in vnum errorum nauos coegit, vt per immensum opus sparsi, haud dubiè toti simul dehonestando corpori satis futuri fuisse videantur, &c.] prosequitur vir doctissimus refellere hominis rudis in vnum locum congesta plura historiarum insomnia, cum tamen respectu aliarum eiusdem auctoris deformitatum, quas denudatas, opprobrio atque derisioni expositas idem Velferus frequenter ob oculos ponit, iure hos omnes in vnum coniunctos errores, nauos appellet. Ad finem verò ex Augustanis Annalibus subiicit ipse, aduetum Attilae nequaquam representum aliquibus pactis cum Ducibus conditionibus fuisse oppidis absque iactura, immo ferocissimum barbarum numerosissimo truculentorum barbarorum pollentem exercitu, instar fulminis, quaeque obuia disiecisse atque protriuisse, & inter alias ipsam nobilissimam Augustam Vindelicorum ciuitatem eadem vi tempestatis fuisse concussam, foedeque vastatam, Memoriamque S. Afrae martyris inflammatam. Ceterum de cladibus illatis ciuitatibus Galliarum, quae memoriae commendarunt Gallicani veteres scriptores, & inter eos Gregorius Turonensis, in primis afferamus in medium: sic enim ipse ait:

Igitur Chuni (hoc namque nomine Hunnos complures maiorum appellare consuevere) à Panonius egressi, vt quidam ferunt, in ipsa sancti Paschae vigilia ad Metensem urbem reliqua depopulando perueniunt, tradentes urbem incendio, & populum in ore gladij trucidantes, ipsosque sacerdotes Domini ante sacrosancta altaria perimentes: nec remansit in ea locus inuultus, praeter Oratorium beati Stephani primi martyris ac Leuitae. De quo Oratorio quae à quibusdam audiui, narrare non distuli. Aiunt enim, priusquam hi hostes venirent, vidisse virum fidelem in visu quasi conferentem cum sanctis Apostolis Petro & Paulo beatum Leuitam Stephanum de hoc incendio ita dicentem: Oro, domini mei, vt non permittatis obtentu vestro Metensem urbem ab inimicis exuri, quia locus in ea est, in quo paruitatis meae pignora continentur: sed potius sentiant populi aliquid me posse cum Domino. Quod si tantum facinus populi supererit, vt aliud fieri non possit, nisi tradatur ciuitas incendio, saltem hoc Oratorium non cremetur. Cui illi aiunt: Vade in pace, dilectissime frater: Orato-

CHRISTI 451. LEONIS PAP. 12. VALENTIN. 27. IMPR. MARCIANI 2.

A Oratorium tantum tuum carebit incendio. Pro vrbe verò non obtinebimus, quia Domine sanctionis super ea sententia iam processit. Inualuit enim peccatum populi, & clamor malitiae eorum ascendit coram Deo: ideo ciuitas haec cremabitur incendio. Vnde proculdubio est, quod horum obtentu, vrbe vastata, Oratorium permansit illaetum.] haec ipse: quae autem de Aurelianensi ciuitate subdit, dicemus suo loco.

Certè quidem Saluianus Episcopus Massiliensis, dum de cladibus à barbaris & inter alios ab Hunnis illatis agit, longè Gallis modestiores fuisse his temporibus Hunnos, Gipedas, Francos, Saxones, pluribus docet, vnde iuste hi ab illis meruerint ita affigi: Cum alioqui acerbius solere Deum punire peccata suorum Fidelium, quam Gentilium, Apostoli illa sententia doceat, qua ait: Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum & Graeci.] & iure quidem, vt ab eo plura exigantur, qui plura accepit. Qui verò ibi tunc inter eos inuentus est iustus, nequaquam cum sceleratis puniri Dei prouidentia finitur. Etenim Metensis Episcopus, Author nomine, cum ab Hunnis capitur, percussis illis continuo caecitate, liber abire finitur cum aliis qui ab iisdem ibidem capti fuerant. Sed & praclare tunc accidit, vt precibus clarissimae virginis Genouesae Parisiorum ciuitas ab iisdem Hunnis seruetur illaeta: id quidem Acta rerum ab ipsa gestatarum testantur.

Sed quae tranfacta sint inter Attilam & Lupum Trecentem Episcopum sanctitate clarum, ex Vita ipsius fidelissimè scripta hic enarremus: Non longa (inquit auctor) post tempora Hunni erumpentes, & per totam Galliam diffusi, partim simulatae pacis arte tenebant vrbes, partim vi expugnabant. Vbi ad Trecentem infesto agmine venire ciuitatem patentibus campis sitam, nec armis munitam, nec muris: sollicitus pius Antistes ad vltata se recipiens praesidia, solus ad Deum fufus precibus, supernae opis auxilio eam defendit. At immanis ille & ferus Attila fidem sancti viri altiori sensu suscipiens, pro sua exercitusque salute & incolumitate secum eum vult proficisci ad Rhenum vsque, pollicens ei, vbi eò ventum sit, se ipsum dimissurum. Mox copia offertur ab eo loco reuertendi: non negatur reditus, iter quoque indicatur. Orat tyrannus obnixè sanctum virum, vt velit pro ipso Domino deprecari, interprete vsus Hunigasio.

Reuersus autem vir Dei, vt vidit se desperatione suorum turbatum, ad montis perfugium Latifconem ceteris solertior festinauit, vt eò transferret plebem, quam orationum suarum suffragiis discrimini subiacentem inter excidia publica & arma defenderat. Illud perfugium distat ab vrbe milliariibus quinque & quadraginta. Manens verò illic biennij spatio, offensus raritate suorum eò venientium, Matifconem sibi censuit expetendam.] subdit miracula ab eo tunc edita, fidelissimus suorum temporum rerum scriptor, licet multa nimia breuitate transilierit: nisi fortè mutilata habeantur, quae extant eius Acta. haec enim alij superaddunt: Cum S. Lupus Attilae Flagello Dei Hunnorum Principi occurrisset, & pro patria intercederet, & Princeps ferox delere omnino ciuitatem proponeret: diuina virtute tum ipse, tum exercitus neminem videntes transierunt per ciuitatem à porta vsque ad portam, veluti caecitate percussi, sicque patria saluata est.] sed de his auctorem aliquem veterem non inuenimus.

Qui autem fufius res Attilae sunt prosecuti, ista adiiciunt: Lupus habitu indutus Pontificali, cum multitudine cleri, Attilae aduenienti sit obuius. Is facta salutatione, interrogat Attilam, quisnam esset, qui tot Regibus deuictis, nationibus, populisque prostratis, vrbibus euersis, cuncta sibi subderet? Cui Attila: Ego, inquit, sum Rex Hunnorum Attila Flagellum Dei. Ad haec Lupus: Et quis est mortalium, qui Dei flagello resistet? Veni igitur Dei mei flagellum: illoque vtere, vt Deus concedit. Ad haec verba Barbarus emollitus, Trecentem urbem illaetam transiit.] haec ipsi. Ceterum Trecentium rerum sub Attila adhuc alia desiderari videntur, nimirum Acta martyrij S. Nemorij eius Ecclesiae Archidiaconi & sociorum, quos iussos ab Attila occidi, referunt Acta publica Ecclesiarum, in quibus septimo Idus Septembris relati iidem inter martyres habentur.

Lupum verò ipsum ad plures adhuc annos vitam propagasse, Sidonij epistola ad eum scripta, cum iam nouem (vt ait) quinquennia haberet in Episcopatu, demonstrat. Sed quantum hic esset aestimationis, ex eiusdem Sidonij epistolae exordio accipe, vbi ait: Benedictus Spiritus sanctus, & Pater Dei omnipotentis, quod tu pater patrum, & Episcopus Episcoporum, & alter saeculi tui Iacobus de quadam specula charitatis, nec de inferiore Hierusalem tota Ecclesiae Dei membra superinpicis, dignus qui omnes consoleris infirmos, & ceter.]

CHRISTI
451.LEONIS PAP.
12.VALENTIN. 27.
MARCIANI 2. IMPP.

hæc quidem ipse ob eminentem egregiamque vitæ illius sanctitudinem, qua ceteris Episcopis emineret, licet aliis Galliarum Episcopis pluribus ditione inferior esset. Rursum vero sub eodem Attila martyrio coronatos ponunt alij sanctum Nicasium Rhemensem Episcopum, & eius sororem Eutropiam, atque alios ipsius Ecclesiæ eiusdem palmæ confortes: verum à Vuandalis hos esse trucidatos, eorum Acta^a referunt, de quibus nos suo loco superiori tomo.

^a NICASIVS
ET EUTROPIA
MART.
^b Apud. Sur.
die 14. Decemb.

^b Sigebert.
Chron. an.
451.

^c Psal. 92.

^d Prosper. in
presat. lib. do
pronid. Dei.
A QVINA
NIA AB AT
TILA DIRA
PASSA.

Nec reticendum quod Sigebertus hoc tempore Hunnicæ cladis accidisse tradit, post Vafatensem ciuitatem magno Dei beneficio liberatam, his verbis^b: Vafatenfi vrbe ab Hunnorum obsidione liberata per diuinum auxilium, cum Episcopus pro gratiarum actione Missam populo celebraret, respiciens sursum vidit super altare quasi de camera templi cadere æqualiter tres guttas æqualis magnitudinis crisallo clariiores, quæ simul defluentes in vnum coniunctæ quasi vnam gemmam pulcherrimam effecerunt: quam cum in medio Crucis aureæ posuissent, aliæ gemmæ ceciderunt: seorsum verò posita infirmis dabat sanitatem, adorantibus verò imaginem sanctæ Crucis augebat deuotionem; quia piis & mundis clara, immundis obscura videbatur.] hæc ipse, eam asserens occasionem miraculi, quod Arianismo regio illa nonnihil ob Gothos illic versantes infecta esset. Sanè quidem cum mirabiles instant elationes maris (iuxta Prophetam^c) tunc mirabilis in altis Dominus, faciens signa atque prodigia: & grandiora tunc semper diuinitus ostensa fuisse signa, vbi vehementiora instarent mala, plurima diuinæ Scripturæ docent exempla, vt non sint humani captus angusta mensura immensa omnipotentis Dei opera constringenda.

Conflagrasse verò hac etiam clade Regium in Aquitania sancti Prosperi patriam, ipse his versibus luget^d:

*Cumq; animum patria subiit fumantis imago,
Et stetit ante oculos quicquid vbiq; perit:
Frangimur, immodicis & sletibus ora rigamus:
Dumq; pios agimus, vertimur in querulos.]*

Porro scripsisse eam ob causam ipsum S. Prosperum carmen illud post cladem Hunnicam, de qua agimus, inde colligere certò datur, quod in eo insectatur hæresim Eurychetis confudentis in vnum duas Christi naturas haud pridem exortam.

Sed quæ hoc item anno contigerunt de Hunnis Aurelianensem ciuitatem obsidentibus, videamus. Atque primùm de iunctis Gothorum copiis cum Romano exercitu sub Actio Duce, opera (vt vidimus ex Sidonio) Auiti Galliarum hoc tempore Præsidis, ex auctore Miscella in medium adducamus: hæc enim ibi scripta habentur^e: Præuidens Attila sagacitate qua callebat, non sibi fore tutum, si Gothi qui intra Gallias morabantur, Romanis iungerentur auxilio: amicum se Gothis simulans, aduersum Aurelianensium urbem concitus pergit, Regem Vuifigothorum sollicitare nisus, vt pariter cum eo Romanum inuadens Imperium, æqua sorte possideret. Ad Valentinianum verò Imperatorem legatione missa, pacem simulat ad vlciendos Romanos de Gothis, & restituenda Republica: ad Gallias & Hispanias pergere se dolose denunciat. Sed Imperatorem doli eius minimè latuerunt. Itaque quàm celerrimè Theodoricum^f Vuifigothorum Regem per Actium Patricium cõueniens, in suæ pacis fauorem pertraxit, atque cum eodem Patricio contra Attilam post vastatam ferè omnem Galliam Aurelianos iam obsidentem direxit.] hæc ibi de fœdere Romanorum cum Gothis contra Attilam inito: quod per Auitum esse confectum, Sidonius (vt dictum est) in Panegyrico cecinit.

^e Paul. Diac.
lib. 15.
ATTILAE
DOLOSAE
ARTES.

^f Theodoridum

^g Apud Sur.
die 17. Nou.
DE ORSTI
DIONE AV
RELIANEN
SES CIVI
TATIS.

Sed de obsidione Aurelianensis ciuitatis agamus ex Actis^g sancti Aniani eius ciuitatis Episcopi, in quibus hæc descripta narrantur: Cum Rex Attila Aurelianensem urbem vellet euertere, beatus Anianus, non quoddam carnem poneret brachium suum, aut hominum viribus confideret, sed vt officio suo non deesset, Arelatem profectus est, vt Actio Patricio, qui tunc in Galliis erat, barbaræ gentis crudelitatem explicaret. Cum autem iter ageret, ad Marmerti viri potentis ades diuerit, qui grauissimè decumbens, spiritu & voce, omniq; gradienti facultate destitutus, spem viuendi omnem suis ademisse videbatur. Vt autem præsensit vxor eius, natione nobilissima, beatum Anianum aduenisse, ad eius se pedes adiecit, orans vt marito salus redderetur. Accedit vir Dei ad lectum ægrotantis, videt eum horas extremas ducere, procumbit ad preces, orat Dominum tota nocte cum lacrymis, donec mane eger pristinae sanitati redditus est. Inde pergit Arelatem, & ab Actio humanissimè exceptus, indicat quo in periculo versetur Aurelia: implorat eius opem, quam Actius libenter ac pro-

lixè

CHRISTI
451.LEONIS PAP.
12.VALENTIN. 27.
MARCIANI 2. IMPP.

A lixè pollicetur. Redit ad ciues suos, non parum tanti pastoris absentia mærentes: erigit animos illorum multa consolatione: præparant illi omnia propulsando hosti opportuna.] hucusque ibi: reliqua desunt in codice. Sed his iungimus quæ sunt scripta à sancto Gregorio Turonensi, qui hæc ex eisdem Actis accepit, atque^a:

^a Greg. Tur.
hist. Frank.
lib. 2.

Attila Rex Chunorum à Metensi vrbe egrediens, cum multas Galliarum ciuitates opprimeret, Aureliam aggreditur, eamque maximo arietum impulsu nititur expugnare. Erat eo tempore beatissimus Anianus supradictæ vrbis Episcopus, vir eximia prudentiæ ac laudabilis sanctitatis, cuius virtutum gesta nobiscum fideliter retinentur. Cumq; inclusi populi suo Pontifici, quid agerent, exclamarent: ille fesus in Deo, monet omnes in oratione prosterne, atque cum lacrymis præfens semper in necessitatibus Domini auxilium implorare. Denique iis, vt præceperat, deprecantibus, ait sacerdos: Aspiciate de muro ciuitatis, si Dei misericordia iam succurrat. Suspiciabatur enim per Dei misericordiam Aetium aduenire, ad quem & Arelatem abierat prius, suspensus futuri. Aspicientes autem de muro, neminè viderunt. Et ille: Orate, inquit, fideliter: Dominus liberabit vos hodie. Orantibus autem illis, ait: Aspiciate iterum. Et cum aspexissent, neminem viderunt, qui ferret auxilium. Ait eis teritiò: Si fideliter petitis, Deus velociter adest. At illi iterum fletu & ciulatu magno Domini misericordiam implorabant. Exacta quoque oratione, iuxta senis imperium aspicientes denudò, viderunt de longè quasi nubeculam de terra consurgere. quod cum renunciarent, ait sacerdos: Domini auxilium est. Interea iam trementibus ab ictu arietum muris, iamq; ruituris: ecce Aetius, & Theodoricus Gothorum Rex, ac Torismundus eius filius cum exercitibus suis ad ciuitatem accurrunt, aduersumq; hostem reiciunt ac repellunt. Itaque liberata obtentu beatissimi ciuitate, Attilam fugant.] hæc Gregorius. Sidonius^b verò, hostes non obsedisse tantùm & oppugnasse. sed & irrupisse in ciuitatem tradit, non autem diripiisse, interrupte repente Actij cum Gothis aduentu: hæc q; omnia precibus Aniani obtenta ait, atque vaticinio prædicta. Rursum Gregorius:

CIVITAS
LIBERATA
VR AB
ATTILAE
DIRPTIONE.

^b Sidon. Apoll.
lib. 3. epist. 15

His diebus Romam sonus adiit, Aetium maximo discrimine inter phalanges hostium laborare. Quo audito, vxor eius anxia atque mæsta assidue basilicam sanctorum Apostolorum adibat, atque vt virum suum de hac expectatione suscipere sospitem, precabatur. Quæ cum diu noctuque hoc ageret: quadam nocte homo pauperculus crapulatus à vino, in angulo basilicæ beati Petri obdormiuit. Clausis verò ex more ostiis, à custodibus non est eiectus: de nocte verò consurgens, reluctentibus per tota ædis spacia lychnis, patore perterritus, aditum per quem foras euadat, querit. Verum vbi primi atque alterius ostij claustra pulsata, & oblerata cuncta cognoscit, solo decubuit, trepidus præstolans tempus, vt venientibus ad macutinos hymnos populis, hinc liber abscederet. Interea videt duas personas se inuicem venerabiliter salutantes, sollicitosque de suis esse prosperitatibus. Tunc qui erat senior, ita exorsus est: Vxor is Aetij lacrymas diu sustinere non patior: perit enim assidue, vt virum suum de Galliis reducam incolumem, cum aliud exinde fuisset apud diuinum iudicium præfinitum: sed tamen obtinui immensam pietatem pro vita illius: & ecce nunc illuc propero, videntem eum exinde reducturus. Verumtamen obtestor, vt qui hæc audierit, sileat, arcanumq; Dei vulgare non audeat, ne pereat velociter de terra. Ille verò hæc audiens, silere non potuit, sed mox illucescente cælo, omnia quæ audierat, matri familiæ pandit: expletisque sermonibus, lumine caruit oculorum.] ita planè occæcari videntem Deus voluit, vt cæci viderent, intercessione Sanctorum plurima magnaq; diuinitus petentibus dari. Sed pergit auctor:

VXOR AETII
LABORAT
PRECIBVS
IN BASILI
CA APOSTO
LORVM.

E Igitur Aetius cum Franchis, Gothisque coniunctus, aduersum Attilam configit. At ille ad interneconem vastari suum cernens exercitum, fuga dilabatur: Theodoricus verò Gothorum Rex huic certamini succubuit. Nam nullus ambigat Chunorum exercitum obtentu memorati Antistitis Aniani fuisse fugatum. Verum Aetius Patricius cum Torismundo victoriam obtinuit.] hæc Gregorius. sed quòd Franchos dicit pugnasse in exercitu Romanorum, minimè probatur: nam eos pro Attila sterisse, Sidonius tradit. Eadem de victis Hunnis ait Isidorus^c, additque de Gothis: Adeò extitere victores, vt Attila Rex Hunnorum prælio victus, metu insequentis exercitus, nusquam comparuisse dicatur, in Galliis scilicet.] Torismundum autem non amplius anno vno regnasse, occisum à fratribus Theodoro atque Friderico, tradit. Sed cum ad annum primum Marciani hæc referat, redarguitur à Cassiodoro, qui sub anni huius consulibus ait: Romani, Actio Duce, Gothis auxiliariibus contra Attilam in campis Catalaunicis pugnaverunt, qui virtute Gothorum superatus abscessit.]

ATTILA
VICTVS AB
AETIO.

^c Isidor. in
Chro. Goth.

abscessit.] sequenti vero anno ab Attila Aquileiam excisam ponit: cui consentit Marcellinus in Chronico. De hoc praelio ita apud Paulum Diaconum: Hoc certamen circa horam diei nonam ceptum, de vtrisque partibus centum octoginta millia occisorum dedit.] Gloriantur quidem sunt posteri Gothorum Reges, à suis maioribus Attilam superatum, vt apud Cassiodorum * Theodorici Regis epistola docet ad Alaricum data.

* Cassiod. Var. lib. 3. epist. 1.

Huiusmodi belli describendi Prosper Aurelianensis Episcopus à Sidonio Apollinari promissionem accepit: sed ille magnitudine rerum reuocatus semel à ceptis, quid de his ad eum breui epistola scribat, in qua suscepti operis argumentum pandit, intelliges: sic enim se habet ^b:

^b Sidon. lib. 3. epist. 15.

Sidonius domino Papæ Prospero salutem.

ATTILAE BELLUM COEPTA SCRIBI A SIDONIO.

Dum laudibus summis sanctum Anianum maximum consummatumque Pontificem Lupo parem, Germanoque non imparem vis celebrari, Fideliumque desideras pectoribus insigi viri talis ac tanti mores, merita, virtutes: etiam illud non absque iustitia gloriae datur, quod te successore deceffit. Exegeras mihi, vt promitterem tibi Attilae bellum stylo me posteris intimaturum, quo videlicet Aurelianensis vrbs obsidio, oppugnatione, irruptio, nec direptio, & illa vulgata exauditi caelitus sacerdotis vaticinatio continetur. Coeperam scribere; sed operis arrepti fasce perspecto, tædium inchoasse: propter hoc nullis auribus credidi, quod primum, me censure, damnaueram. Dabitur (vt spero) precatui tuo, & meritis Antistitis summi, quatenus praerogatio suo sub quacumque & quidem celeri occasione famulemur. Ceterum tu creditor iustus laudabiliter hoc imprudentiae temerarij debitoris indulseris, vt quod mihi insolubile videatur, tibi quoque videatur irreposibile. Memor nostri esse dignare, domine Papa.] hæc Sidonius: qui perfecit ne semel ceptum opus, nullus prodidit.

DE FUGA ATTILLAE.

Sic igitur collectis copiis, quibus abundabat Attila, prudenti vsus consilio, dirimens bellum, fugaque lapsus, longè longius abiens, à regionibus illis recedens, quo vires collapsas instauraret, consternatosque erigeret animos, Galliam deserens, se contulit in Illyricum, in Orientem reuersurus: sed à Marciani Imperatoris exercitu repulsus, inter fines Veneticos ad sequentis anni bellum confedit. at de his suo loco dicendum. Atque hætenus de Attilae anni huius rebus gestis. Sic igitur diuino nutu ex insperato pacato Orbe Romano, summa pace celebratum est Chalcedonense Concilium, ad cuius rerum gestarum narrationem iam ad mouendus est stylus.

CONCILIUM CHALCEDONENSE.

Hoc igitur anno, iisdem Consulibus Marciano atque Adelphio, Indictione quarta, mense Octobris Chalcedone conuenit ad Synodum œcumenicam celebrandam ingens numerus Episcoporum. Quotnam autem fuerint, diuersæ reperiuntur sententiae: etenim Marcellinus in Chronico, sexcentos triginta eidem sacro Concilio praesentes fuisse, testatur: sed amplius addit Nicephorus ^c, nempe duplicatum illum fuisse numerum eorum qui Synodo interfutere Nicæne, videlicet sexcentos triginta sex omnes fuisse: sed triginta tantum super sexcentos numerat Liberatus Diaconus ^d: id ipsum Photius ^e, ac demum reliqui ferme omnes hos fecuti scripserunt. Verum S. Leo in epistola ad Episcopos Galliarum ^f hæc de numero: Non enim (inquit) vltra cuiquam excusationis refugium de ignorantia & inscientia, vel de intelligentiae difficultate conceditur, cum hæc ipsa sexcentorum ferme fratrum Coepiscoporumque nostrorum Synodus congregata, &c.] Vnde cum in prima eiusdem Concilij Actione nonnisi trecenti quadragintaquinque Episcopi scripti legantur; immo nonnisi trecentorum Episcoporum numerum subduxerit, qui eadem Acta edidit: dimidiam ferme partem in Actis, quæ extant, desiderari certum est.

^c Niceph. lib. 13. c. 2.

^d Liberat. in Breu. c. 13. tom. 2. Conc.

^e Photius de septem Concil. c. 3. extat to 3. Concil.

^f Leo epist. 52.

Euagrio lib. 2. cap. 3.

Quod autem ad locum spectat, haud intra mœnia Chalcedonensis ciuitatis collectum est, sed in suburbiis, in amplissima basilica sanctæ martyris Euphemiae; quæ ab Euagrio graphicè his describitur verbis ^g: Abest autem hoc templum à Bosphoro amplius duobus stadiis, situm in loco quodam amœno, qui aded paulatim erigitur in accliuatatem, vti ascensus perfaciles, minimeque molestos præbeat ad templum martyris accedentibus, qui quidem videntur sibi derepentè in sublime sublati, atque aded intra ipsum templi Sanctuarium versari. vnde tamquam è specula oculos deicientes, campos omnes substratos cernunt, eosque in æquabilem & patentem planiciem porrectos, herba quidem virentes, onustos segetibus, arboribus cuiusque generis pulchre ad aspectum vestitos, quinctiam montes asperos scitè erectos, in altitudinem leuatis, incuruatosque; diuersos præterea pelagos, partim præ tranquillitate purpureum colorem præferentes, & placitè & quietè cum ipsis ludentes

SITVS ET ASPECTVS BASILICAE S. EUPHEMIAE.

A ludentes littoribus, quibus adiacentes agri à tempestatibus vacui sunt; partim turbulentos & vastis furentes fluctibus, vnde vmbilici alga & munitiores pisciculi ex testaceorum genere reciproco vndarum impetu excutiuntur. Porro autem illud templum è regione Constantinopolis positum est, aded vt talis & tam egregiae vrbs aspectus illi permultum splendoris asserat.

Hoc templum constat ex tribus amplissimis ædificiis: vnum libero cælo patens, atrio oblongo, & columnis vndique concinnè exornatum: alterum deinceps latitudine, longitudineque paribus itidem columnis priori simile, fastigio supposito solummodo dissimile: ad cuius latus versus Aquilonem est alterum ædificium ductum in gyrum, quod spectat ad Solis ortum, ipsumque ad formam testudinis columnis valde artificiosè fabricatis ex eadem confectis materia, magnitudine eadem intus in orbem tornatum. Super his tabulatum est sublime, eodem opertum tecto, in quo liberum est cuique preces martyri fundere, & sacris interesse mysteriis. Intra testudinem ad Orientem est Sacrarium decorè constructum: in quo sanctissimæ martyris reliquiae in capsâ bene longa (quam propterea quidam ^h *manerit*, id est, longam, proprio nomine appellant) ex argento valde scienter confecta, conditæ reponuntur.

Miracula autem, quæ ab ista sanctissima martyre quibusdam temporibus eduntur, nemini Christiano obscura sunt. Nam sæpenumerò aut Episcopis qui ordine illius vrbs Ecclesiam rexerant, secundum quietem ipsa martyr apparens, aut aliis quibusdam obpiam vitæ rationem nobilitatis accedens, iubet vt in ipso templo festum deliciis & opiparis epulis celebrent, *sacram scilicet Eucharistiam sumendo, Deumque laudando*. Quod vbi significatum est Imperatoribus, Pontifici, & toti ciuitati: ad templum accedunt omnes, tam qui Reipublicæ clauum tenent, quam sacerdotes, magistratus, ac reliqua vniuersa multitudo, quo efficiantur mysteriorum participes. Deinde omnibus his inspectantibus, Episcopus Constantinopolitanus vnâ cum suis sacerdotibus Sacrarium, in quo sanctissimum martyris corpus, de quo supra dixi, reconditum est, ingreditur. Est in ipsa capsâ ad laeuam veluti transfenna exigua, paruis ianuis obfirmata, per quam ferrum oblongum spongia circumligatum ad reliquias vsque immittunt, quod quidem vbi circumferunt, spongiam plenam sanguine retrahunt, plenamque cruentis guttis concretis plurimis. Quod vbi videt populus, statim propterea Deum veneratur, gloria & laudibus effert.

Tanta est autem guttarum concretarum inde extractarum copia, vt piis Imperatoribus, sacerdotibus omnibus ibi congregatis, & vniuersi populi frequentiae abundè satis suppetant, tum ad participandum, tum ad mittendum ceteris Fidelibus per Orbem vniuersum illarum rerum cupientibus fieri participes. At guttae illæ concretæ manent integræ perpetuè, & sacer sanguis neutiquam in aliam formam commutatur. Quæ res fiunt non aliquo certo & definito tempore, sed prout Episcopi vita & morum illius grauitas fert. Aiunt namque, cum aliquis spectatus vir & in virtutibus eximius eam gubernat Ecclesiam, hoc miraculum sæpissimè fieri solere: cum autem improbus illo munere fungatur, rarè admodum signa illa diuina edi.

Aliud præterea commemorabo, cui neque tempus, neque occasio vlla est impedimento, neque discrimen inter Fideles & infideles ab ea confertur, sed omnibus ex æquo ostendit sese. Cum aliquis ed loci accedat, vbi sacra capsâ, in qua sunt conditæ sanctissimæ illæ reliquiae, reponitur, tam fragranti repletur odore, vt alij omnes odores, quibus homines vti solent, ab eo longè superentur: nam neque odori florum, qui ex pratis colliguntur, similis est; neque illi qui ex rebus suauissimè olentibus capitur; neque talis, qualis conficitur ab vnguentariis: sed peregrinus est, & præ ceteris eximius, ex ipsius martyris reliquiis vini & virtutem illam ei tribuentibus efflatus. Hoc eodem loco Concilium cogitur, &c.] hæc Euagrius. Porro ad miraculum illud de sanguine S. Paulinus Nolanus Episcopus alluisse visus est, dum ait ⁱ:

Et quæ Chalcidicis Euphemia martyr in oris Signat virgineo sacratum sanguine litus.

At de basilica satis.

Sed in quam parte dispositus fuerit Synodalis confessus, eiusdem Synodi Acta sæpius docent, dum omnes consedisse ante cancellos sacri altaris, habent. Nominat locum illum Liberatus Diaconus Secretarium, vbi ait ^k: Adueniens Marcianus Imperator ad Secretarium cum Iudicibus & sacro Senatu, allocutionis verba fecit in Concilio, &c.] cuius rei causa è loco mutuatus ipse nomen, singulas sessiones ibidem habitas, Secretaria nominavit.

STRUCTURA BASILICAE S. EUPHEMIAE.

MIRACULA S. EUPHEMIAE.

SANGVINE S. EUPHEMIAE REPLETUS ORBIS.

ODOR IMMENSVS EX SACRIS RELIQUIIS.

ⁱ Paulin in natal. 9. S. Felicit.

^k Liberat. Di. ac in Breu. c. 13. SYNODI IN SECRETARIIS.

CHRISTI
451.LEONIS PAP.
12.VALENTIN. 27.
MARCIANI 2. IMPP.

nauit. Moris namque fuit, vt in basilicarum Secretariis Concilia Episcoporum celebrarentur. habes de his, inter alia, plura exempla Ecclesiæ Africanæ, vbi Concilia Carthaginensia in Secretariis celebrata esse reperies: necnon Romanæ sub Martino, & aliarum Ecclesiarum. Sed quisiam locus ante cancellos, quem Liberatus nominat Secretarium: non alium quidem putamus, quam eum qui ab Euagrio^a describente ipsum sanctæ Euphemie templum ita delineatur: Ad cuius latus versus Aquilonem est alterum ædificium (*quod vocat tertiam templi partem, eandemq; intimum*) quod spectat ad Solis ortum, ipsumq; ad formam testudinis, columnis valde artificiosè fabricatis.] & paulo post: Intra testudinem ad Orientem & sacrarium decorè constructum, in quo sanctissimæ martyris reliquiæ in capsâ bene longa repositæ, &c.] nominat Euagrius sacrarium, quod Liberatus Sanctuarium: vtriusque namque vocis eandem esse significationem, docet canon Concilij Laodiceni verbis istis^b: Non oportet subdiaconos licentiam habere in Secretarium, siue Sacrarium, quod Græci B Diaconium appellant, ingredi, & contingere vasa Dominica.] & alio eiusdem Concilij canone^c: Quod non oporteat presbyteros ante processionem Episcopi introire Sacrarium, & sedere.] Græcè etiam inuenitur nuncupatum *ιεραριον*, quod est; Sacrarium, siue *βήμι*, quod præ ceteris ecclesiæ locis emineat.

Sed quomodo dici potest, ante cancellos fuisse Secretarium, siue Sacrarium? Meminisse debes (quod & in antiquis basilicis cernitur) inter ecclesiæ gremium & apsidem, vbi sedes Episcopi locari solebat, esse Sanctuarium collocatum, quod quidem altare erat primum in medio situm, vndique circumcirca cancellis septum. Describitur eius forma graphicè fanè ab Eusebio verbis istis^d: Sanctuario hoc modo absoluto & perfecto, sellisq; quibusdam in altissimo loco ad Præsidium Ecclesiæ honorem collocatis, & subsellis præterea vndique ordine dispensatis, decorè, eximieq; exornato: altariq; denique tamquam Sancto sancto- rum in medio Sanctuarij sito: ista rursum, vt à plebe & multitudine eò non posset accedi, cancellis ex ligno fabricatis circumdedit.] hæc ille.

Ante igitur altaris cancellos apsidem respicientes apparet congregatum fuisse Concilium, totumq; occupasse locum qui interiaceret inter cancellos & apsidem, vbi erat thronus Episcopalis: qui quidem in amplioribus basilicis haud mediocri latitudinis & longitudinis existeret, & quidem capax cuiusuis numerosi concessus Episcoporum. Intelligis, puto, & ex his, quam procul ab sit, vt veritatis scopum attigerint, qui de Secretariis aliter sunt opinati. Fuisse quidem ea intra apsidem, Paulinus^e in epistola ad Seuerum haud obscure significat, in iisdemq; disponi sacra vasa ad ministerium, & sacros codices ad lectionem, ostendit. Ad hæc etiã spectat quod S. Gregorius Papa^f iure exposulat, aduersus Ioannem Rauennatem Episcopum, quod tempore ieiunij gestaret pallum per plateas & vias, quando nec licet eo vti in Secretario, loco nimirum consueto, vbi in suo throno in apside collocato sedere soleret Episcopus, & cum eo presbyteri, diaconi nequaquam: nam hæc habet canon decimus quintus Concilij Arelatenis secundi: In Secretario diaconos inter presbyteros sedere non liceat.] At de Secretario satis.

Quod verò ad personas pertinet, constat pro Apostolica sede à S. Leone Papa & Occidentalibus omnibus Episcopis legatos quattuor ex Synodo Romana missos, Paschasium Episcopum Lilibæi in Sicilia, Lucentium Asculanum Antistitem, Bonifacium & Basilium S.R.E. presbyteros Cardinales. id quidem testatur ipse S. Leo in epistola data ad Synodum ipsam Chalcedonensem. Verum quoniam de Basilio in Actis eiusdem Synodi Chalcedonensis nusquam mentio, neque apud aliquem antiquorum scriptorum expressus habetur: coniectura ducimur, eum ante coactam Synodum prædefunctum, remansisseque Paschasianum, Lucentium, & Bonifacium. Porro hunc eundem esse Basilium putamus cum eo, qui anno superiori vnà cum Abundio & aliis collegis eodem functus est munere, penitentiæ vsus reum delectus, qui itidem in Orientem legationem obiret.

Voluit sanctus Leo & Iulianum Coensem Episcopum, solitum in Oriente agere res Romanæ Ecclesiæ, in eadem Synodo legati munere fungi, vt ex eiusdem sancti Leonis litteris & Episcoporum subscriptionibus liquet. Nec verò defuit ex Africana Ecclesiâ legatio, licet Vuandalica persecutione assidue vexaretur: missi sunt enim Aurelius Adrumetinus, & Ruficus Episcopi. Sed & adiuuere pro Saracenis Eustathius & Ioannes Episcopi, pro Siculis verò Ioannes Messanensis Antistes. Aduenerunt & hostes Catholicae fidei, qui simul conspirarant contra sanctum Flavianum, Dioscorus Alexandrinus, & Iuuenalis Hierosolymitanus: venit etiam Dominus Antiochenus iam priuatus, & qui eius loco sustitutus fuit Maximus;

^a Euagr. lib. 2. cap. 3.^b Conc. Laod. c. 21. secund. edit.^c Eod. conc. c. 17. prim. edit.^d Euseb. lib. 10. cap. 4.^e Paulin. epist. 1. 2.^f Greg. lib. 1. epist. 54.CHRISTI
451.LEONIS PAP.
12.VALENTIN. 27.
MARCIANI 2. IMPP.

Amus; itemq; subrogatus in locum sancti Flauiani Anatolius, iam à S. Leone Papa Catholica reconciliatus Ecclesiæ. At iure reprehenditur ab Euagrio^a Zacharias rhetor, cum affirmat ad hanc eandem Synodum accersitum etiam esse Nestorium. Manavit enim inde ipsi errandi occasio, quod inter alios Episcopos qui sancto Chalcedonensi interfuerunt Concilio, legatur^b Nestorius, sed Phanagoræ ciuitatis Episcopus: at longè hic alius à Nestorio hæresiarcha. Sed & præsto fuit Marcianus Imperator vnà cum Pulcheria Augusta, & aliis Imperij Magistratibus.

Confessus autem ita dispositus reperitur, vt inter apsidem atque cancellos Patribus constitutis^c, à laua parte sederent Apostolicæ sedis legati, & post eos Constantinopolitanus, Antiochenus, & alij Episcopi; à dextris autem Dioscorus Episcopus Alexandrinus, & post eum Iuuenalis, ambo licet iudicandi, ac subinde reliqui post ipsos Episcopi: in medio verò ipsorum super thronum sacrosanctæ Euangelia, ex more, fuere posita. Imperator autem Marcianus & Pulcheria Augusta, vnà cum magistratibus, Senatoribus, iisdemq; delectis Iudicibus cognitoribus (ita enim nominare cõsuevit antiquitas Iudices sæculares, quorum arbitrio cuncta, legitimo seruato ordine, tractarentur) cum his, inquam, Imperator ingressus, sedem habuit vnà cum Pulcheria Augusta ante cancellos.

Sed quid est, inquires, quod qui iudicandi rei venerant Dioscorus, Iuuenalis, & alij à parte dextera sunt collocati, legati verò Apostolicæ sedis, quibus primarius locus iure debebatur, à sinistris sunt positi? Vt autem intelligas legatos in sinistra vt nobiliori parte locatos, consule quæ à nobis abundè satis dicta sunt superioribus tomis secundo & tertio de ratione dignitateq; dexterae atque sinistrae.

Sed & si quæ sunt dicta non placent: quomodo maioris honoris causa id fuerit ordinatum, cum ipsa sinistra in dexteram, dextera verò in sinistram commutaretur, audi quæ in antiquo Romano Ordine leguntur his verbis: Sedebunt ea locali dispositione, vt intrantibus ecclesiam Episcopi sint ad sinistram, presbyteri verò ad dexteram: vt quando Pontifex federit, & ad eos respexerit, Episcopos ad dexteram, presbyteros contueatur ad sinistram.] hæc ibi. Ex quibus etiam illud intelligere possumus, sic à parte sinistra legatos Apostolicæ sedis & post eos Episcopum Antiochenum, à dextris verò Dioscorum Alexandrinum & Iuuenalem Episcopum Hierosolymitarum esse locatos, vt positus in medio Christus Dominus noster (cuius typum gerebat sacrosanctum Euangelium super thronum in meditullio collocatum) secundum illud P. Palmographi: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat.] in eos respiciens, à dextris haberet qui sederent in sinistra, & à sinistris qui considerent in dextera. Quæ quidem ratione habita, fiet vt multæ conciliari possint de sinistra & dextera parte obortæ & oboriri solitæ controuersia, concordenturq; variæ perplexitates, dum alia in progressu, in concessu ratio alia attendatur ex diuerso aspectu primariæ personæ in medio sedentis, atque astantibus præsentis. At de confesso satis.

De tempore autem, quo Synodus cœpta, quove fuerit absoluta: ex eiusdem liquet Actis inchoatam esse hoc anno, octauo Idus Octobris, absolutam verò Kal. Nouembris: quo medio tempore, duodecim diebus, duodecim Sessiones, siue Secretaria esse habita, Liberatus testatur^d: Actiones verò in eis habitas numerat ipse quindecim, sed tum Latina, tum Græca exemplaria sexdecim continent, cum tamen ob deprauatos codices interdum ex Græco corrigendus sit Latinus textus, & ex Latino Græcus, habeanturq; Actiones in Græco codice, quæ in Latinis desiderantur. Nos autem, quid singulis diebus gestum sit, Sessionis nomine suo ordine recensentes, tredecim numeramus: sed quod sub vna Sessione plures interdum inueniuntur celebratæ esse Actiones, extant omnes decem & septem.

Quod igitur ad primam pertinet Sessionem: dispositis eo quo diximus ordine Episcoporum sedibus in Secretario ante cancellos, Marcianus Imperator primus omnium allocutus est sanctam Synodum: qua quidem oratione post alia illud magnopere inculcauit, quod à sancto Leone Papa admonitus fuerat Patribus significandum, istis verbis: De cetero autem nemo de natiuitate Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi aliud disputare, præter quod Apostolicum proœmium trecetorum decem & octo sanctorum Patrum consonans huic doctrinæ tradidisse noscitur; sicut sanctissimi Papæ Leonis, qui Apostolicum gubernat thronum, ad sanctæ memoriæ Flavianum regis vrbis Constantinopolitanæ quondam Episcopum testantur litteræ. Nos enim ad confirmandam fidem, non ad ostendendam virtutem, exemplo Imperatoris Constantini, adesse Synodo cogitauimus, ne in posterum multitudo populi institutionibus prauis attracti inueniatur dissentiens, & cet. Profecuta est faustis

^a Euagr. lib. 2. cap. 2.^b Conc. Chalced. Act. 1. in princ.^c CONSENSVS SYNODI. Conc. Chalced. Act. 1.

DIGNIOR LOCVS LEGATIS DACTVS.

^d psal. 81.^e Liberat. in breu. c. 13.

PRIMA SESSIO.

MARCIANVS ARBITRIO LEONIS PAPAE VULT PRÆAGI SYNODVM.

faustis acclamationibus orationem Imperatoris sancta Synodus, eundem nouum Constantinum appellans, quem ipse imitaturus, ad ipsam Synodum se venisse testatus fuit.

Post hæc autem confidentibus omnibus, necnon Dioscoro Episcopo Alexandrino, Paschasinus Apostolicæ sedis legatus hæc ad S. Synodum: Beatissimi atque Apostolici Papæ vrbis Romæ, quæ est caput omnium Ecclesiarum, præcepta habemus præ manibus, quibus præcipere dignatus est eius Apostolatus, vt Dioscorus Alexandrinorum Archiepiscopus non sedeat in Concilio, sed audiendus intromittatur: hoc ergo obseruare necesse est, &c.] Ad hæc Lucentius Episcopus Apostolicæ sedis legatus adiecit in Dioscorum, ipsum esse indignum qui sedeat in Synodo, eo quod Synodum ausus est congregare absque sedis Apostolicæ consensu, quod nunquam antea factum esset, nec ritè fieri posset. His igitur auditis, Iudices statuerunt in Dioscorum afferri quæ aduersus ipsum essent accusationes. Instante rursum Lucentio, sedere cum aliis non debere, qui venerat iudicandus: interlocutione Iudicum factum est, vt è Patrum consensu dimotus Dioscorus, sederit in medio, reliquis Episcopis in propriis locis confidentibus, atque ita de ipso iudicium inchoaretur. hæc ipsa Acta docent: idem & Euagrius ait, nimirum quod tunc loco cedere compulsus est Dioscorus, & vt reus in medio statutus, rationem redditurus, de quibus ab aduersariis accusaretur.

Enag. lib. 2. c. 4.

Ita quidem consultius visum est, quam illum è Synodo iubere recedere, & trium citationum longa mora iuberi iudicio sisti. Sic igitur homo arrogans Dioscorus reus in medio constituitur causam dicturus, & iudicium subiturus. Quo facto, Eusebius Episcopus Dorilici accusator progressus in medium, obtulit libellum contra Dioscorum, seu epistolam ad Imperatores, hæc proclamans cum lacrymis inter alia: Læsus sum à Dioscoro, læsa est fides, occisus est Flavianus (lacrymis impleor) simul mecum iniuste damnatus est: iubete meas preces perlegi. Lectus est libellus precum Eusebij, quo etiam cognosci petiit Acta in Ephesina pseudosynodo confecta. His intercessit Dioscorus, atque agendum primum esse de fide contendit. Sed interlocutione Iudicum cognitorum, primum omnium ipsa Ephesina Acta iussa sunt legi.

DE THEODORETO DORETO IUDICUM INTERLOCUTIONE SVTIO.

Dum verò ea legerentur, ventumque esset ad Epistolam Theodosij Imperatoris, legereturque Theodoretus vetitus Synodo interesse: Iudices interlocuti dixerunt, eum admittendum esse in Synodum, cui S. Leo Papa Episcopatum restituisset, atque Imperator adesse sanxisset: sicque omnium Patrum consensu intromissus Theodoretus, cum Episcopis sedit, reclamantibus licet Aegyptiis, Palæstinis, & Illyricis Episcopis, qui eum Nestorianum esse calumniati sunt: aduersus quos, qui dira passi erant Ephesi, exclamarunt Episcopi Orientales, Pontici, atque Thraces. Sed reclamauit Dioscorus, asserens receptione Theodoreti cici S. Cyrillum, qui ab eo fuisset excommunicatus. In quem illi vnanimiter exclamantes, dixerunt: Dioscorum homicidam foras mitte. Sicque concertantibus ad inuicem Theodoreti causa Orientalibus & Aegyptiis, interlocutionibus Iudicibus, sedere iussus est Theodoretus, de cuius causa postea agendum esse definire.

Post hæc verò, vbi Ephesina legi cœperunt Acta, Dioscorus, cuius causam primò cognoscere debere, Iudices interlocuendo stabilierant, excusans se atque attenuans delictum suum, dixit, non se tantum, sed & Iuuenalem Hierosolymorum Episcopum, atque Thalassium Cæsariensem fuisse præfectos à Theodosio Imperatore Synodo Ephesinæ, atque Acta omnia confirmata esse ab absentibus Episcopis, qui præsentibus fuerunt. Contrà verò reclamantes Episcopi dixerunt, nullum voluntariè subscripsisse, sed vi coactos: his addidere vim adhibitam per milites fustibus, gladiis, minis exilij, & è sedibus abdicationibus, contumeliasque in Flavianum iactatas: inter alios hæc pluribus exaggerauit Stephanus Episcopus Ephesinus. Tunc verò Aegyptij Episcopi, qui Dioscoro fauebant, his omnibus suam ipsorum improbrauerunt ignauiam, nimirum quod dixissent, quod vi compulsi nolentes subscripsissent, exclamantes inre in eos verbis illis: Christianus neminem timet, Catholicus neminem formidat. longeque abesse à Christiana constantia addiderunt, per vim adigi ad id quod credit esse peccatum.

Rursum cum pergerentur eadem Ephesina Acta legi, iterum Orientales in Dioscorum concitantur ob contumeliam Flauiano irrogatam, qui in Synodo sit compulsus quinto loco sedere. Addiderunt & de vi tunc illata Notariis. Fit demum omnium lapsum, qui Ephesi subscripserunt, vna vox clamantium: Omnes peccauimus: omnes veniam postulamus. Ad hæc insuper, dum eadem Acta legerentur, crebræ ab Orientalibus Episcopis ingestæ querelæ fuerunt, asserentibus, eadem Acta à Dioscoro esse deprauata atque corrupta. Cumque ad finem

A ad finem professio facta ab Eutychete ex eisdem Actis recitaretur; aperuerunt Orientales versipellis imposturam, dicentes: Sic Eutychem confessum esse Filium Dei de Spiritu sancto incarnatum, vt tamen omiserit, Ex Maria Virgine.]

Expedita recitatione Actorum Ephesinorum, iussi sunt legi res gestæ in Synodo Constantinopolitana, in qua damnatus est Eutyches; ex quibus Apostolicæ sedis legati probauerunt Flavianum verè Catholicum, Eutychem verò absque dubitatione impium hæreticum. Tunc Dioscorus interlocutus, quam defenderat hæcenus, manifestauit hæresim, dicens, iure damnatum Flavianum esse, quod dixisset, post adunationem duas esse in Christo naturas: sed hoc nihil sanctius dici potuit, cum ille è contrà pertinaci studio contrariam sententiam penitus coram Patribus asseueraret. His adiecta est recitatio Actorum de cognitione facta de fide Notariorum Constantinopoli. Inde verò lecta absolutio Eutycheris facta Ephesi, atque eius occasione recitata sunt Acta quædam Synodi œcumenicæ Ephesinæ. Ad postremum verò lecta est impia sententia Ephesi à Dioscoro lata in Flavianum.

Quibus omnibus exactè percognitis, interlocutione Iudicum in sequentem Sessionem dilata est de fide tractatio. Interlocuti que iidem Iudices cognitores rogauerunt sententiam Patrum, num illi quos Dioscorus atque eiusdem impietatis collegæ damnassent, absoluedi essent, & in statum pristinum restituendi; contrà verò, qui in eos cum ipso Dioscoro ad eam iniquam sententiam tulissent, num ipsi damnandi essent. Hæc secuta mox est acclamatio Episcoporum, dicentium omnes illos ex præscripto sacrorum canonum esse damnandos, nominatim verò qui principem locum cum Dioscoro in Synodo tenuerunt, nimirum post Dioscorum, Iuuenalem Episcopum Hierosolymorum, Thalassium Cæsareæ Cappadociæ, Eusebium Ancyræ, Eustathium Berythi, & Basilium Seleuciæ. Consecuta est hæc cuncta pro gratiarum actione, & Dei laudum celebratione, sacri Trisagij acclamatio, videlicet: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis. J additumque: Multos annos Imperatori. J sed & multa in Dioscorum dicta. Hac breuissima summa contracta sunt omnia, quæ in prima Sessione facta fuerunt.

De qua illud considerandum quidem est, quod Iulianus Coensis Episcopus, agens & ipse vices sancti Leonis Papæ, per interpretem in Synodo loquitur, homo Græcus inter Græcos. habent enim hæc Acta: Iulianus Episcopus agens vices sanctissimi Episcopi Romanæ Ecclesiæ Leonis, interpretante eum Florentio Episcopo Lydiæ, dixit, &c.] Id quidem non aliunde accidisse certum est, nisi quod (vt primo Annalium tomo diximus) ob excellentiam Romanæ Ecclesiæ, moris esset legatorum sedis Apostolicæ, Latine semper loqui. Ne quis autem putet Iulianum imperitum fuisse linguæ Græcæ, ob idque locutum esse Latine: habes testificatione sancti Leonis Papæ ipsum Græcam linguam egregiè calluisse, cuius rei causa voluerit ab eo transferri in Græcum sermonem epistolam suam ad Flavianum: restatur id quidem ipse S. Leo epistola ad Marcianum: quin etiam Acta Chalcedonensis Concilij ab eodem Latinitati donari petiit, vt apparet ex litteris ad ipsum Iulianum ab eodem sancto Leone conscriptis.

DE IULIANO LEGATO PER INTERPRETEM LOQUENTE.

Secunda verò Sessio habita est eodem anno, iisdemque Consulibus, sexto Idus Octobris, in qua de fide tractatio à Patribus habita est. Atque primum omnium lectum est sacrum Nicæni Concilij Symbolum, secundumque eius definitionem sensisse veteres Patres, Cyrillumque & Leonem Romanum Pontificem, contestati sunt omnes. Recitatum deinde est pariter ex scripto Symbolum Constantinopolitani Concilij œcumenici, postea verò duæ sancti Cyrilli epistolæ, quarum alteram ad Nestorium, ad Ioannem Antiochenum Episcopum alteram dederat. Insuper magna illa sancti Leonis epistola, de Verbi incarnatione ad Flavianum nouissimè scripta, publicè recitari iussa est; quam mirificis laudibus Patres profecuti sunt, ita acclamantes: Hæc Patrum fides: Hæc Apostolorum fides: Omnes ita credimus: Orthodoxi ita credimus. Anathema qui non ita credit. Petrus per Leonem ita locutus est: Apostoli ita docuerunt. Piè & verè Leo docuit. Cyrillus ita docuit. Leo & Cyrillus similiter docuerunt. Hæc vera fides. Catholici ita sapimus. Hæc Patrum fides. Hæc in Epheso lecta non sunt. Hæc Dioscorus occultauit. J His dictis, & elucidatis atque solutis quæ ab Episcopis Palæstinæ & Illyrici fuerunt obiecta: acquiescentibus omnibus, ac comprobantibus, atque insuper aduersus Dioscorum conclamantibus Patribus vniuersis, secunda Sessio finem accepit.

SECUNDA SESSIO CONCILII CHALCEDONENSIS.

Ad tertium verò Idus Octobris denuo Conuentus cogitur, sed Episcoporum tantummodo absque magistratibus secularibus, eo quod in hac Sessione tractanda esset Dioscori

SESSIO TERTIA.

damnatio per Episcopos tantummodo facienda : neque enim ipse Imperator Marcianus admiffus, sed tantum Episcopi Synodum ingressi sunt. Sic igitur conuenientibus Patribus, primo loco recitatus est precum libellus Eusebij Dorilæi aduersus Dioscorum, quo cum Acta Ephesina damnari, tum Dioscorum debere deponi petebat. Et licet hæc omnia facta videri poterant in priori Synodi Actione: quod tamen non cuncta absoluta fuissent, sed præparatio quædam iudicij & causæ cognitio habita esset, etsi omnium acclamationibus tunc innotuisset, quid in Dioscorum statuendum esset: vt tamen seruaretur secundum Ecclesiasticos canones forma iudicij, iussus est citari absens à Synodo Dioscorus, qui domi erat custoditus à militibus, ne fugam arriperet. Citatus igitur à sancta Synodo per Episcopos, se excusauit, quod adesse non posset, cum à militibus custodiretur, & quod non adesset in Synodo Iudices sæculares, qui antea causam tractare cœperant. Secundò rursus vocatus, prætexit ægritudinem, illud ingerens, numquam fore vt adesset, nisi præsentessent Iudices sæculares. Ad quem tunc Cecropius Episcopus Sebastenus, vnus ex iis qui ad ipsum vocandum missi fuerant, hæc dixit: Quando quædam regularia (nempe Ecclesiastica) negotia examinantur secundum canones, neque Iudices alios vel laicos interesse oportet. Habes, lector, non vnus Episcopi, sed œcumenicæ Synodi, immò & totius vbique vigentis Catholicæ Ecclesiæ testimonium ex rerum vsu & sanctis canonibus comprobatum, quantum sibi laici, ipsi Iudices sæculares in Ecclesiasticis causis valeant vendicare: vt planè qui inconcessa præsumat, sacrilegus habendus sit.

DE LIBELLO THEODORI DIACONI, ET ALIO ISCHYRIONIS DIACONI.

Inter hæc autem iussi sunt legi libelli aduersus Dioscorum: oblatique omnes eiusmodi inscriptione notati: Sanctissimo & beatissimo vniuersali Patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & sanctæ & vniuersali Synodo Chalcedonensi.] primumque lectus qui oblati sunt à Theodoro diacono Ecclesiæ Alexandrinæ, qui priuatus ab eo fuit nulla alia de causa, nisi quod amicus fuisset sancti Cyrilli prædecessoris eius Episcopi: quo accusabat Dioscorum, quod Origenista esset hæreticus, & blasphemus in sanctam Trinitatem, & homicida, & incendiarius, atque vita turpissimus, quodque demum ausus fuisset excommunicare ipsum sanctum Leonem Romanum Pontificem. Lectus est post hæc libellus Ischyrionis diaconi aduersus eundem Dioscorum datus: qui præter cetera de blasphemis in Trinitatem, & alia supra narrata, addidit, frumentum Ecclesiis Libyæ, quæ ob nimiam prouinciæ ariditatem tritico carerent, ab Imperatoribus dari solitum ad conficiendam sacram Eucharistiam & solatium peregrinorum, à Dioscoro esse subreptum; aded vt eam ob causam diu in Libya non fuerit oblatum incruentum sacrificium. Adiecit insuper de bonis relictis cœnobiis & monasteriis à Peristeria nobilissima femina; ab ipso subreptis, & in turpes personas expensis; quodque (vt ait) nec pro eius anima incensum obtulerit.] Vides ex his veterem usum, quo pij prosequerentur memoriam defunctorum: quod nisi sanctè pieque soletur in vniuersa Ecclesia Catholica frequentari, nequaquam coram aded magna Synodo fuisset Dioscoro datum crimini.

Addidit plura de vita eius obscœna valde: vtpote qui subintroducitas feminas haberet in Episcopio, & lauaretur cum eis in balneo: & quod inter alias Panfophiam quamdam famosissimam præ ceteris haberet in deliciis, magno scandalo Alexandrinorum omnium. Ad postremum adiecit quæ ipse Theodorus ab eo passus esset; nimirum quod ob amicitiam cum sancto Cyrillo mox post obitum eius in ecclesia ministrare prohibitus esset, & possessiones, quas pertinetes habebat, à monachis per Dioscorum missis, arboribus excisis, incensæ essent, & domus quæ erant in eis dirutæ; & quod ipse iussus occidi, vix fugiens euasisset.

DE LIBELLIS ATHANASII ET SOPHRO- NII.

Oblatus atque etiam lectus subinde est libellus ab Athanasio presbytero Alexandrino, qui vnus erat ex nepotibus sancti Cyrilli, quo de his quæ crudelissimè tum in ipsum, tum in fratres Dioscorus perpetrasset, reddidit sanctam Synodum certiore, quæ à nobis in ipso Dioscori ingressu sunt enarrata; vt hic eadem repetere non sit opus. Postremo loco lectus est libellus Sophronij Alexandrini Christiani hominis aduersus Dioscorum conquerentis, quod sublata sua ipsius coniuge, Theodora nomine, à Macario Curiali; cum ea de causa venisset ad Imperatorem Constantinopolim, & rescriptum ab eo aduersus Macarium impetrasset: Dioscorus intercessisset ne executioni mandaretur, dicens se esse dominum, & Ægyptum ad se magis quam ad Imperatorem spectare, sicque nefarius homo etiam tyrannidem affectaret: quodque ipse ea de causa ab eo bonis omnibus spoliatus, vix mortem fuga vitasset. His iunxit de blasphemis eiusdem in sanctissimam Trinitatem: Adiecitque demum de arrepta tyrannide manifestissimum signum, nimirum quod allatas ex more Alexandriam Marciani

A Marciani noui Imperatoris imagines, quas Sacra Laureata nominare solebant, per suos eas foras exportari iussisset. hæc illa.

Vides quanta esset Alexandrinorum Aristitum potentia, qua tamen Dioscorus aburetur, pro nihilo ducens Imperatorum edicta, & cõtemnens ipsam Imperatoriam maiestatem. Intelligis etiam, quales esse consueverint hæresum propugnatores, quales sibi adsciscat diabolus milites ad veritatem Catholicam oppugnandam, & quibus fuerit compositus moribus, qui primus in Romanum Pontificem ausus fuit intorquere iaculum anathematis: vt planè respectu huius stultitiæ, sapientia sit reputanda derisa infania Cleopatrz appetere audientis Romanum Imperium sub Augusto.

His visis, placuit Patribus, vt Dioscorus adhuc tertio vocaretur per libellum cõscriptum, quo excusationes ab eo prætextæ falsæ sunt demonstratæ, & monitus ipse vt veniret responsurus accusatoribus Alexandrinis, qui aduersus eum libellos obrulissent. Verum ille penitus refragatus, adesse recusauit: nec quidem eum permouere potuit Ioannes Germanicæ Episcopus, hæc dicens: Sacerdotum delicta, communis est turpitudine. si igitur scit tua sanctitas calumpniam se ab aliquibus pati: non est longè sancta Synodus: fatigare, vt conuincas mendacium.] Sed obrigit ille, suaque duritie obstinatus permansit. Cum igitur nihil reliquum esset ad eius defensionem, vel excusationem; ipsi Apostolicæ sedis legati aduersus Dioscorum eiusmodi tulere sententiam:

Manifesta facta sunt, quæ à Dioscoro quondam Alexandriae magnæ ciuitatis Episcopo commissa sunt aduersus sanctum regularem ordinem & Ecclesiasticam disciplinam, tam ex iis quæ dudum examinata sunt in priori confesso, quam in iis quæ hodie acta sunt. Hic enim (vt plurima intermittamus) Eutychetem similia sibi sapientem, & regulariter à proprio damnatum Episcopo, id est, à sanctissimo Patre nostro & Archiepiscopo quondam Flauiano, præsumens sibi primatum, irregulariter in communionem suscepit, priusquam consideret in Epheso cum Deo amantissimis Episcopis. Sed illis quidem Apostolica sedes veniam præstitit de iis quæ ibi non voluntariè ab eis gesta sunt; qui & hætenus permanserunt obediens sanctissimo Archiepiscopo Leoni, & omni sancto vniuersali Concilio: Huius gratia & in sua communionem eos sicut confideles suscipit. Hic autem hætenus permansit glorians in eis pro quibus eum oportebat gemere, & se terræ prosternere. Super hæc verò neque epistolam legi permisit beatissimi Papæ Leonis scriptam ad sanctæ memoriæ Flavianum; & hoc frequenter rogatus à portitoribus. recitari eam, & cum iuramento fieri lectionem promittens: qua non lecta, scandalum & læsionem sanctæ Dei Ecclesiæ per totum orbem terræ pertulerunt.

D Sed tamen talibus ab eo audacter commissis, deliberabamus, vt de priorè sua pessimâ actione aliqua præstaretur clementia, sicut & ceteris reuerendissimis Episcopis, & iis qui neque similem ei auctoritatem iudicandi habuerunt. Sed quoniam secundis excessibus priorè iniquitatem valde transcendit: præsumpsit enim excommunicationem dicere aduersus sanctissimum & beatissimum Archiepiscopum magnæ Romæ Leonem: insuper etiam multi libelli multis pleni iniquitatibus contra eum in sancto & Magno Concilio oblatis sunt; & semel & secundò & tertio per Deo amantissimos Episcopos regulariter vocatus inimicè voluit obedire, propria vtique conscientia stimulat; & hos qui à diuersis Conciliis regulariter damnati sunt, contra diuinas leges suscepit: Ideo ipse contra se elicuit sententiam, sæpius Ecclesiasticos conculcans canones.

Vnde sanctissimus ac beatissimus Archiepiscopus magnæ & senioris Romæ Leo per nos, & per præsentem hanc Synodum, vnâ cum ter beatissimo & omni laude digno beato Petro Apostolo, qui est petra & crepido Catholicæ Ecclesiæ, & ille qui est rector fidei fundamentum, nudauit eum tam Episcopatus dignitate, quam etiam ab omni sacerdotali abalienauit ministerio. Igitur sancta hæc & Magna Synodus, quæ placent regulis, super memorato Dioscoro decernat.] hætenus sententia legatorum, cui vniuersi Episcopi subscripsere, singuli singulis impium Dioscorum perstringentes sententiis hoc ordine: Post legatos sententiam dixit Anatolius Episcopus Constantinopolitanus, inde verò Maximus Antiochenus, & subinde reliqui. Hanc tandem tumens arrogantia nouus Pharao iustissimam damnationem accepit, lexcentorum & amplius Patrum sententiis veluti fluctibus obrutus, concinentibus ex aduerso in tuto littore Fidelibus omnibus vnâ cum Moyse canticum Domino, qui Pharaonem cum curibus eius in mare demersit.

Damnato in hunc modum Dioscoro, S. Synodus ea de re Synodalem ad Valentinianum Annal. Eccl. Tom. 6. N 2 & Mar-

TERTIO FATVS DIOSCORVS VENIRE RENVI.

SENTENTIA A LEGATIS APPOSTOL. SED. LATA IN DIOSCOR.

* eos

PROMVLGATA SENTENTIA IN DIOSCORVM MULTIPLICITER.

& Marcianum Imperatores epistolam scripsit, cuius est exordium: Magna aegritudines & medicamento forti & medico indigent sapienti, &c.] dedit aliam eodem argumento conscriptam ad sanctam Pulcheriam Augustam, quae incipit: Multa tibi dona praestentur, &c.] in his omnibus plura Patres in commendatione ipsorum pietatis erga Deum, & vigilantis curae erga eius Ecclesiam exhibita. Propositum quoque fuit publicum a sancta Synodo de Dioscorigi damnatione decretum; itemque ad ipsum Dioscorum eiusmodi damnationis suae significatio missa:

Concil. Chalced. ad Dioscorum Patres.

Cognosce te ipsam, propterea quod diuinos canones despexisti, & inobediens extitisti huic sancto & vniuersali Concilio, superque haec praeter alia tua commissa, in quibus inuentus es reus, etiam tertio vocatus ab hac sancta & Magna Synodo secundum diuinas regulas, ut accusationibus responderes, minimè occurristi: Octobris mensis praesentis tertio decimo die, a sancto & vniuersali Concilio esse ab Episcopatu depositum, & ab omni Ecclesiastica functione summotum.] haec ad Dioscorum S. Synodus Chalcedonenfis: quae etiam de eiusdem damnatione litteras dedit ad clerum Alexandrinum: extant omnes, sed breuissimis causa eas scitasse sufficiat. Sic igitur iustissima damnatione Dioscorigi omnium superbissimi, crudelitate & turpitudine omnes facile superantis, atque impietate nulli secundi, clausa est Sessio tertia Synodi Chalcedonenfis.

Sessio quarta Concilii Chalcedonenfis.

Eodem vero anno, iisdemque Consulibus, ad decimum sextum Kalend. Nouembris iterum eodem in loco habita sunt sacra Comitria, iisdem Episcopis in vnum conuenientibus simul cum magistratibus & Iudicibus cognitoribus: vbi proposita est causa Episcoporum qui cum Dioscorigi praesuerunt improbo Ephesino Conuentui. Fuerunt hi Iuuenalis Hierosolymitanus, Thalassius Caesareae Cappadociae, Eustathius Berythi, Eusebius Ancyræ, & Basilus Seleuciae Episcopi. Atque in primis interlocutione Iudicum cognitorum recta fides accepta ab omnibus atque probata est, nempe Nicanum Symbolum atque Constantinopolitanum, decreta Eplacti, necnon epistola S. Leonis Papae: quibus vna cum aliis Episcopis subscribere quinque collegae Dioscorigi modò nominati, qui & damnauerunt his contraria sentientes: iussique sunt Synodum ingredi, a qua antè repulsi erant, utpote rei cum Dioscorigi in Synodo scelerum patratorem coniunctique sunt Ecclesiae, a qua communicatione Dioscorigi facti erant extorres.

Quinquagesima Episcoporum in Dyablenis Concilio.

Post haec ingressi Aegyptij Episcopi cum libello fidei quem obtulerant Theodosio Imperatori: eoque lecto, iussi sunt ab Apostolicae sedis legatis dicere in Eutychem anathema, & subscribere epistolae sancti Leonis, sed detrectantes id facere, quod expectaret noui Alexandrini Episcopi electionem, quem in subscriptione essent secuturi; instante rursum Synodo ut damnarent Eutychem, fecerunt tandem: vrgentibusque Patribus ut subscriberet litteris S. Leonis, renuerunt: eò tantum vsu praetextu, quod moris esset Aegyptiis Episcopis sequi in subscriptione Alexandrinum: sed magno periculo id tentaturos ob alios Aegypti Episcopos: prosternentesque se, petiere ut placeret sanctae Synodo primum eligi Alexandrinum Antistitem. Horum postulationibus, supplicibusque votis annuit tandem Synodus, cautione adhibita, ipsos omnes non recessuros Chalcedone, sed electionem noui Episcopi opperituros. Haec actio quarta. In Graeco autem codice ante nuper recensitam Actionem quartam ponitur Actio Synodalis de Eutychanis Archimandritis, distincta ab aliis vel superioribus vel posterioribus Actionibus. Verum quod spectat ad res in Synodo gestas ab Archimandritis, Latinis exemplaribus magis in his deferendum putarem, quam Graecis: ea potissimum ratione, quod non sit credendum Archimandritis haereticos auditos esse, antequam lapsorum Episcoporum causa pertractaretur, qua (ut vidimus) hac in Actione absoluta, datus est locus Archimandritis haereticis proponere quae vellent.

Aegyptij Episcopi expectant nouum Episcopum Alexandri.

Archimandritarum haereticorum perfidia.

Intromissis igitur post haec Archimandritis illis, qui in pseudosynodo Ephesina fauerant contra Flavianum Dioscorigi, & pro Eutychete prodeutes, fidem Catholicam prodiderunt, inter quos eminebat Carosus & Dorotheus, atque sceleribus factus notior Barsumas, in quem ut in famosissimum homicidam, quod S. Flauiani necis infligator fuisset, in Synodo postea conclamatum est. His igitur ingredi iussis, preces ab eis oblatae Imperatori, necnon libellus ab eisdem Synodo datus recitari mandantur: Qui vbi ex libello, siue epistola oblata Synodo cogniti sunt pro Dioscorigi supplices habere preces; ne lectio ulterius progrediretur, sed ut iisdem cum libello à Synodo euicerentur, Synodus exclamauit. At Iudices cognitores libellum integrum nihilominus legi iusserunt, quo illi profitebantur se tantummodo Nicenam fidem amplecti, nullamque eius expositionem admittere, contestati se po-

A se potius extra alios seorsum à communione ipsorum vitam acturos, quam quicquam noui ad fidem patri superinduci. Ita quidem hypocrita illi, more Eutychetis atque Dioscorigi, sub mentito pallio Nicenae fidei, nouam fouebant haeresim.

Post haec autem lectus est libellus à Catholicis Archimandritis oblatus aduersus Eutychem & eius perfidiam consectantes, qui quidem ut pius à sancta Synodo probatus fuit. Interea verò tridui spatium temporis datum est haereticis Archimandritis ad respiscendum atque Catholicae fidei aduersus Eutychem subscribendum. Erat inter illos Maximus, qui dicebatur Eutychetis magister, ceteri verò post Carosum, Dorotheum, & Barsumam, captiosè sibi Archimandritae nomen vsurpasse inuenti sunt, iisdemque omnium improbiissimi, utpote qui plurimis fuere scandalo atque ruinae. His itaque rebus gestis clausa est à Patribus quarta Sessio.

B Habet autem Graecum exemplar amplius quam Latinum quintam, quae sequitur, Sessio nem, continentem duas Actiones, vna eademque die habitas, nempe decimotertio Kal. Nouembris: in quarum priori actum ponitur de Caroso & Dorotheo, aliisque Eutychanis Archimandritis, qui libellum Marciano Imperatori obtulerant, petentes, ut sibi liceret de fidei veritate cum Catholicis disputare coram ipso Imperatore. Quid autem eisdem responderit Marcianus, voluit Synodo fieri manifestum per Alexandrum Visitatorem & Ioannem Decurionem: Qui vbi ingressi sunt Synodum, quae nomine Imperatoris significanda erant, nota fecere, verbis istis Alexandro docente de responsione ab Imperatore haereticis data: Haec cum audisset Dominus Orbis, significauit per me & dominum Ioannem Decurionem: Si voluissim ego sedere inter vos atque alios monachos, & audire inter utrosque vos, non hic sanctam & vniuersalem Synodum fatigassem, sed cum ipsi conuenissent, & nos de vobis certiores fecissent, dixi ut vos adessetis, & ea quae nescitis cognosceretis, & interrogando ea quae non nostis, addisceretis ab iis. Iustum igitur decreuimus vos ad Concilium abire. Nam (ut sciatis) quaecumque defuerit sanctum & vniuersale Concilium, ac mihi in scriptis dederit, ea sequor, his contentus sum, his fidem habeo. Hoc habete, nec à me aliud responsum accipitis.] Vbi verò haec ab Alexandro Imperatoris nomine sunt in Synodo coram Patribus enarrata: ab iisdem magnis praeconiis eidem Marciano (ut par erat) acclamatum est, dignis laudibus tanti Principis sententiam sequentibus. Haereticis verò ad respiscendum datae sunt induciae vsque ad decimam quintam Nouembris. Haec continet eius diei prior Actio: qua quidem dignissimum habetur expressum exemplum, quid Principes semper respondere haereticis debeant, cum ab eis frequentibus libellis interpellantur, petentibus concedi de Christianae fidei veritate liberè disputare: ut eisdem minimè quod exposcunt indulgeant;

Quinta Sessio de Caroso et Dorotheo.

sed ad Catholicam religionem Antislites, à quibus veritate addiscant, abire praecipiant. Quod quidem si ab iisdem hoc nostro infelicissimo saeculo (ut decebat) praestitum esset, nequaquam Borealis Ecclesia adeò immanis exagitata cladibus esset.

Posterior verò eiusdem diei Actio tractationem continet obortae controuersiae inter Phorium Episcopum Tyri metropolis Primae Phoeniciae & Eustathium Episcopum Berythi; eaque consignata Consulatu Marciani Imperatoris, die verò decimotertio Kalendas Nouembris, nempe post dies tres à celebrata quarta, de qua egimus, Sessione. Quamobrem etsi post quartam, non tamen sub quarta, quasi vna eademque die habita fuerit, ponenda est. Porro quod ad propositam in Synodo controuersiam pertinet, res ita se habuit.

Actio in causa Tyriacae diei.

Antiquitus, secundum veterem per canones factam prouinciarum distinctionem, Tyria Ecclesia praerat iure metropolis Primae Phoeniciae: Accidit autem ut Imperator pragmatica sanctione aliam fecerit eius Prouinciae diuisionem, ex qua complures ciuitates, quae subiacebant Tyriae, sub Berythi Ecclesia ponerentur, nempe Byblon, Borys, Tripolis, Orthosias, Arias, & Antaradon. Huic autem diuisioni cum minimè Photius acquieuisset, iudicium ea de re habitum est Constantinopoli coram Anatolio Episcopo Constantinopolitano & aliis cum eo residentibus Episcopis, qui absentem Photium excommunicauit: Qui ut anathematis vinculo solueretur, licet inuitus, iussus tamen subscripsit Synodali decreto de aucto iure Ecclesiae Berythensis super nominatas Ecclesias.

Cum verò ipse Photius Episcopus Tyri venisset ad Synodum hanc oecumenicam Chalcedone conuocatam, dedit libellum supplicem Marciano Imp. quo questus est de iure antiquo suae metropolis diminuto, ciuitatibus ab Eustathio vendicatis. Imperator accepto libello, causam illam sanctae Synodo tradidit iudicandam, sicque dicta die producta est ipsa coram sacro Patrum Conuentui: Vbi Photius constitutus, rogauit Synodum audire causam, quam

Quarta Sessio Photii de ciuitatibus ab Eustathio vsurpatis.

quam definiendam ab eadem mandauerat Imperator: petiitque in primis recitari libellum a se oblatum Imperatori. Sed ne fieret libelli lectio, Eustathius obiecit, id non faciendum ante absolutam in Synodo de sede tractationem, cuius rei causa omnes essent ad Synodum conuocati. Sed interlocuti Iudices cognitores, iusserunt legi libellum, auditaque ex eo Photij querelae de usurpatis ab Eustathio Tyriae metropolis ciuitatibus, deq; per vim & metum extorto consensu, qui nullius debeat esse momenti: quo demum rogauit, vt secundum pristina iura oblatæ ciuitates Tyriae Ecclesiae redderentur.

PRESENT LEGES IMPERATORVM, VBI CANONES ALITER MONT.

Iussus autem à Iudicibus cognitoribus ad hæc respondere Eustathius: rogauit idem eos, num secundum canones Ecclesiasticos, an verò secundum leges Imperatoris causa dirimenda esset. Tunc idem interlocuti Iudices ista dixerunt: Sacratissimo Domino Orbis placuit, non iuxta sacras Imperatoris litteras & pragmaticos typos res sanctissimorum Episcoporum procedere, sed secundum canones à sanctis Patribus datos. **Omni igitur cessante è sacris pragmaticis definitione, canones de hoc capitulo editi legantur.** Et inferius iidem ad Patres conuersi: Dicat, inquit, sancta Synodus, Vtrum ei placeat ex regulis Patrum huius causæ questionem examinari, an ex sacris pragmaticis, de quibus ea quæ sacro apici visa sunt, iam omnibus aperta fecimus. Sancta Synodus dixit: **CONTRA CANONES NIHIL PRAGMATICVM VALEBIT. REGVLÆ PATRVM TENEANT.**

REGL. TYRI IN INTERVM RESTITUTA.

Gloriosissimi Iudices dixerunt: Nunc tempus est, edoceri nos à sancta Synodo, an liceat ex sacro pragmatico alienæ Ecclesiae iura ab aliis Episcopis auerti. Sancta Synodus dixit: **Non licet hoc: est præter regulas.** His diebus, iussus est Photius docere Synodum de usurpatis ab Eustathio Ecclesiis Tyriae metropolis: quo facto, petiit idem Photius à S. Synodo irrita reddi, quæ ab Anatalio & aliis Episcopis haud pridem contra eandem Tyriam metropolim ex lege Imp. Constantinopoli definita fuissent. Ad hæc Eustathius se excusans dixit, non à se inuasa iura Tyriae Ecclesiae, sed factum esse lege Imperatoris, consuetudinisque esse, Imperatores metropoles facere. At tamen S. Synodus definiuit, nullam esse debere sententiam latam aduersus Photium absentem.

SECUNDVM CANONES IVDICIA ET ANT. ECCL. CASISTICA.

Rursum à Photio petitum, in suas ecclesias esse restituendos Episcopos à se ordinatos, ab Eustathio autem eiektos à piscopatu & inter presbyteros adnumeratos. Antequam autem de his S. Synodus aliquid definiret, iussere Iudices cognitores legi sacrum canonem: lectusque est canon quartus Magni Nicæni Concilij, quo iubetur vnum vnuscuusque provinciae esse debere Metropolitanum Episcopum. Lecto itaque canone, & Eustathio respondente, licere Imperatori iubere quod vellet: Iudices cognitores de his S. Synodi iudicium ita interpellarunt: Sancta Synodus quid sibi videatur, doceat, Vtrum placeat secundum canonem trecentorum decem & octo Patrum, vnum Metropolitanum Episcopum esse, qui in ordinationibus reuerendissimorum in vnaquaque provinciae ciuitate Episcoporum potestatem habeat, an duos, ita vt liceat separatim in ciuitatibus ordinationes facere. Sancta Synodus dixit: **Vnum iuxta regulas sanctorum Patrum postulamus esse Metropolitanum: Petimus vt regulas sanctorum Patrum teneat.** Atticus reuerendissimus Episcopus Nicopolis ciuitatis Epiri dixit: Centum decem & octo Patrum regula vnum vult Metropolitanum in vnaquaque provinciae Episcopum esse. Et supplicamus, vt nunc etiam virtus canonum in quolibet & in omnes provincias valeat, cessantibus omnibus quæ ex concursatione & ambitione pragmaticorum sunt, quæ & euerterunt ea quæ spiritualiter & secundum Deum à sanctis Patribus sancita sunt.] hæc Atticus.

SECUNDVM CANONES, NON SECUNDVM LEGES IMP. IVDICATVM.

His omnibus auditis atque exactè percognitis, Iudices cognitores definita à sanctis Patribus probauere, atque sua ipsorum sententia firmare, ita interlocuti: Iuxta regulas trecentorum decem & octo Patrum, & iuxta sententiam totius sanctæ Synodi, Photius reuerendissimus Episcopus totius Tyriorum metropolis omnem potestatem ordinandi in vniuersis ciuitatibus Primæ Phœnicis provinciae habebit. Eustathius reuerendissimus Episcopus à sacro pragmatico typo nihil amplius sibi vendicat, quam reliqui Episcopi eiusdem provinciae. At an his consentiat sancta Synodus, doceat. Sancta Synodus exclamauit: **Hoc iustum iudicium: hæc iusta sententia: Multos annos Imperatorum: multos annos Augustæ: multos annos Iudicium.**] Ita planè definitum est in perdifficili controuersia, in qua altera ex parte leges vigerent Imperatoris, staretque sententia ea de re in Synodo lata Constantinopoli ab Anatolio, præsentem etiam Maximo Episcopo Antiocheno; ex aduerso autem vnus canon Ecclesiasticus reclamaret: **Definitum, inquam, non calculis tantum vniuersæ œcumenicæ Synodi, sed etiam ipsorum Imperatoris magistratum, Iudicium cognitorum, quibus omni-**

A omnibus & religiosissimus Imperator Marcianus Augustus haud inuitus subscripserit: dignum planè factum, quod imitari debeant omnes Christiani Principes, sequi etiam ipsorum Iudices: nimirum, vt cum causam in iudicio agi contingat, cui altera ex parte faueant sæculi leges, repugnet verò ex altera canon Ecclesiasticus: quid tunc iustè, piè, sanctèque decernant, tantum extet de tanto iudicio, non vnus, sed plurium Iudicium præclarum quod scèntentur exemplum. Habent & sacræ religionis Antifites, non vnus tantum vel alterius, sed plurium Episcoporum, immo Synodi, eiusdemque œcumenici, & sexcentorum & amplius sanctorum Patrum egregium factum, quod imitentur: nimirum non turpiter adulatione molliri, frangi que potentia Imperatorum, sed aduersus ipsorum leges pro defensione sacrorum canonum acerrimos insurgere vindices, & indefesso studio pro sacris legibus inire certamen. Sed prosequamur quæ reliqua sunt eiusdem Actionis.

B Restitutis ex sententia totius œcumenicæ Synodi Episcopis in diuersis ciuitatibus à Photio ordinatis, redactis verò in ordinem presbyterorum ab Eustathio promotis, improbatòq; per Apostolicæ sedis legatos & alios vsu illo, vt qui ab Episcopatu deponerentur, sinerentur presbyteri ministrare: mox eiusmodi ad Iudices & ad S. Synodum facta est suggestio à Cæcropio Episcopo Sebastopolis: Ne potestas vestra accusationem & querimonias à quacumque persona accipiat & fatigetur, neve nos conteramur: petimus vt sine contradictione cessent ea pragmatica, quæ in detrimentum canonum à quibusdam facta sunt in omni prouincia: Canones verò per omnia teneant: sic enim & fides custoditur, & vnaquæque Ecclesia tutum statum habebit: Ac nec liceat præter canones ordinare. Magnificentissimi & gloriosissimi Iudices dixerunt: Si tota sanctissima Synodus consentit petitioni Cæcropij reuerendissimi Episcopi, doceat. Sancta Synodus exclamauit: **Omnes eadè dicimus: Vniuersa pragmatica cessabunt: Canones teneant, & hoc à vobis fiat.** Magnificentissimi & gloriosissimi Iudices dixerunt: Ex sententia S. Synodi, in aliis quoque omnibus prouinciis regulæ teneant.] His stabilitis, secuta est ex more fausta totius Synodi acclamatio. Iusseruntq; Iudices, vt quæ definita essent, effectui mandarentur. Sicque præsens Actio ex optato felicem finem accepit. Iam reliquas certis quibusque diebus habitas Actiones percurramus.

DEFINITIO VBI PRAGMATICAE VNIQUE CEDANT CANONIBVS.

Rursum verò conuenientes Patres sextam habuere Sessionem vndecimo Kal. Nouembris, in qua per diaconum Constantinopolitanæ Ecclesiae recitata est fidei Catholicæ definitio; quæ tamen vt minus perfecta explosa est in primis ab Apostolicæ sedis legatis, veritaque Actis interferi. Eiusmodi enim esse videbatur, vt etsi Catholica, nec errorem contineret, minime tamen satis sufficiens esset ad coarguendas damnandasque hæreses Eutychemis. Porro eiusmodi construendæ decipulae, qua simpliciores decipi possent, architectus compertus est **D** Anatolius Constantinopolitanus Episcopus, adhuc Diocori sui, cuius fuerat Apocrisarius, non oblitus; quippe qui & hac sexta Sessione coram aded numerofo Patrum conuentu, eorum præsentiam minimè veritus, aded temerè eam effutire sententiam non sit veritus, nimirum Dioscorum non propter fidem damnatum esse, sed ob excommunicationem in Romanum Pontificem temerè promulgatam. Quamobrem iure S. Apostolicæ sedis legati contestati in Synodo sunt, quòd nisi ab omnibus rursum consentiretur recitatae superius S. Leonis Papæ epistolæ, fore vt relictis omnibus, inde ipsi recederent, atq; Synodum œcumenicam in Occidente celebrarent: id etiam & Iudices cognitores pariter confirmarunt. Quòd autem re vera Dioscorus esset hereticus Eutychemis, & aduersantem illi doctrinam fidei sanctus Leo Pontifex conscripserit, Iudices prudenter quidem ita sunt interlocuti à Dioscoro dicebat: **Quod ex duabus naturis est, suscipio. Sanctissimus autem Archiepiscopus Leo duas dicit esse naturas in Christo vnitas inconfusè, inconuertibiliter, & indiuisibiliter in vnigenito Filio Saluatore nostro. Quem sequimini, sanctissimū Leonem, aut Dioscorum?**] Quidnam Patres hoc dilemmate coartati dicturi essent? num perfidiam probare Dioscori, quem damnassent: minime gentium: sed omnes vna voce ita clamare, etiam aduersarij conclamare: **Vt Leo, sic credimus.**] Sic igitur ex responsione ipsorum Iudices iusserunt addi quæ ad destructionem Eutychemianæ hæresis à S. Leone in sua epistola posita erant.

SEXTA SESSIO.

Conscripta itaque est fidei definitio, atque Actis inserta, cuius est exordium: **Dominus noster & Saluator Iesus Christus, &c.**] in Latina autem Suriana editione illud habet erroris, vt quæ sunt eiusdem fidei definitionis, ponantur sub titulo duarum definitionum, ab illis scilicet verbis: **Sufficeret quidem ad plenam cognitionem.**] & quæ sequuntur vsque ad finem, quæ in Græcis exemplaribus sub vna tantum habentur definitione cõprehensa, quibus & Acta ipsa consentiunt. In qua quidem definitione professionibus trium œcumenicorum

LEONIS PAP. FIDES RECIPIVA.

CHRISTI LEONIS PAP. VALENTIN. 27. IMPP.
451. 12. MARCIANI 2.

rum Conciliorum, Nicæni, Constantinopolitani, & Ephesini, coniuncta leguntur quæ ad damnationem Eutychie hæreſis acque Neſtorianæ à S. Leone Papa ſunt dicta in epiſtola ad Flavianum. Sic igitur ſcripta atque lecta ipſa ex ſententia legatorum & reliquorum Epiſcoporum & Iudicum cognitorum, eadem fidei definitio ab omnibus laudata, & ad perpetuam Catholicæ veritatis memoriam fuit publicis Actis intexta.

Quod verò nos præſtitimus in tribus œcumenicis Conciliis, nempe decretum fidei in ipſis editum intexere Annalibus: vt eiufdẽ quoque Concilij Chalcedonenſis fidei definitionem recensere minimè prætermittamus, par ratio perſuadet: quæ ex Græcis fontibus in Latinum alucum deriuata iſtis verbis habetur:

Definitio Concilij Chalcedonenſis.

^a Domini noſter & Saluator Ieſus Chriſtus notitiam fidei diſcipulis ſuis firmans dixit: ^b Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: vt nullus diſſonet à proximo circa dogmata pietatis, ſed ex æquo veritatis oſtendatur prædicatio. Quia verò non definit per zizania ſua diabolus ^b contra ſemina pietatis inſurgere, & ſemper aliquid nouum contra veritatem inuenire: propter hoc Dominus (vt conſuevit) prouidens humano generi, piſſimum & fideliffimum ad æmulationem erexit Imperatorem, & vndique ſacerdotij Præſides ad ſe conuocauit, vt gratia Domini omnium noſtrum Chriſti operante, omnem quidem mēdacijs à Chriſtianiſ omnibus peſtilentiam remoueret, floribus autem veritatis eos pingueſcere faciat. Quod & perficimus, communi iudicio dogmata expellentes erroris: & inenarrabilem Patrum renouauimus fidem, Symbolum trecentorum decem & octo omnibus prædicantes: & eos vt proprios Patres etiam adſcribimus, qui poſtea in magna Constantinopoli congregati ſunt centum quinquaginta, & eandem fidem ipſi quoque confirmauerunt.

Definimus igitur, ordinem & omnes formulas cuſtodientes quæ de fide ſunt conſtitutæ, & nos eius Synodi quæ quondã in Epheso facta, cuius præſides fuerunt beatiffimæ memoriæ Cæleſtinus Romanorum, & Cyrillus Alexandrinorum Antiffites: Præfulgere quidem rectæ & immaculatæ fidei expoſitionem ſanctorum trecentorum decem & octo Patrum, qui in Nicæa temporibus piæ memoriæ Conſtantini Imperatoris congregati ſunt: Seruari autem & ea quæ apud Conſtantinopolim à ſanctiffimis centum quinquaginta Patribus decreta ſunt ad expellendas quidem omnes germinantes hæreſes, & ad confirmationem eiufdem Catholicæ & Apoſtolicæ noſtræ fidei Symbolum Nicænum trecentorum decem & octo Patrum: Credimus in vnum Deum, &c. Idem centum quinquaginta ſanctorum Patrum qui Conſtantinopoli congregati ſunt: Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, &c.] vſque ad finem vtrumque: quibus mox hæc ſubduntur, quæ in hoc Concilio definita noſcuntur:

Sufficeret quidem ad plenam cognitionem pietatis & confirmationis hoc ſapiens & ſaluare diuinæ gratiæ Symbolum. De Patre enim & Filio & Spiritu ſancto perfectionem docet: Domini humanationem fideliter accipientibus repræſentat. Sed quoniam hi qui veritatis reprobare prædicationem conantur, per proprias hæreſes nouas genuerunt: Et hi quidem myſterium diſpenſationis Domini, quæ propter nos facta eſt, corrumpere præſumentes, & vocem denegantes qua Theotocos de Virgine prædicatur, alij autem confuſionem & mixtionem introducentes, vnam naturam eſſe carnis & Diuinitatis ſtultè conſingentes, & paſſibilem Vnigeniti diuinam naturam per confuſionem prodigioſè dicentes: Propter hoc illis omnem machinationem contra veritatem volens eludere præſens nunc Magna & vniuerſalis Synodus, prædicationem hanc ab initio immobilem docens, decreuit ante omnia fidem integram & inalteratam permanere trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum: & confirmat doctrinam, quæ de ſubſtantia Spiritus ſancti à Patribus centum quinquaginta poſtea congregatis in regia ciuitate tradita eſt propter illos qui Spiritui ſancto repugnabant, quam illi omnibus notam fecerunt, non quaſi quoddã aliquid deeſſet antecedentibus inferentes, ſed ſuum de ſancto Spiritu intellectum contra illos qui diuinitatem eius reſpuere tentauerant, Scripturarum testimonijs declarantes. Propter illos autem, qui diſpenſationis corrumpere conantur myſterium, & purum hominem eſſe genitum ex ſancta Virgine Maria impudenter delirant, epiſtolas Synodicas beatiffimi Cyrilli Alexandrinæ i. ceceſiæ Præſulis ad Neſtorium & ad Orientales, congruè ſe habentes, ſuſcepit ad conuincendas Neſtorij veſanias, & ad interpretationem eorum qui ſalutaris Symboli pio zelo noſſe deſiderant intellectum. Quibus etiam & epiſtolam magnæ & ſenioris vrbs Romæ Præſulis beatiffimi & ſanctiffimi Archiepiſcopi Leonis Papæ, quæ ſcripta eſt ad ſanctæ memoriæ Piſcopum Flavianum

^a Ioh. 14.
FIDEI DEFINITIO.

^b Matt. 13.

EPHESINUM, NICÆANUM, ET CONSTANTINENSE SYMBOLO CONFIRMANTUR.

CHRISTI LEONIS PAP. VALENTIN. 27. IMPP.
451. 12. MARCIANI 2.

A Flavianum ad perimendam Eutychetis malam intelligentiam, vt pote & magni illius Petri confeſſioni congruentem, & communem quamdam columnam nobis aduerſus praua dogmata exiſtentem, ad confirmationem rectorum dogmatum vtique coaptauit.

His namque qui in duos Filios diſpenſationis diuinæ myſterium diſcerpere nituntur, repugnat: Et illos qui paſſibilem Deitatem Vnigeniti auſi ſunt dicere, à ſacro cœtu expellit: Et his qui in duabus naturis Chriſti temperamentum aut confuſionem exquirunt, reſiſtit: Et eos qui cæleſtem, aut alterius alicuius eſſe ſubſtantiæ dicunt quam ex nobis aſſumpſit ſerui formam, delirantes, abegit: Et qui duas quidem ante vnitionem naturas Domini fabulantur, vnam verò poſt vnitionem conſingunt, condemnat.

Sequentes igitur ſanctos Patres, vnum eundemq; conſiteri Filium Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, conſtanter omnes docemus, eundem perfectum in Deitate, eundem perfectum in humanitate, Deum verum, & hominem verum, eundem ex anima rationali & corpore, conſubſtantialem Patri ſecundum diuinitatem, conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem, per omnia nobis ſimilem abſque peccato: Ante ſæcula quidem Patri genitum ſecundum Deitatem, in nouiffimis autem diebus eundem propter nos & propter noſtram ſalutem ex Maria Virgine Dei genitrice ſecundum humanitatem, vnum eundem Chriſtum Filium, Dominum Vnigenitum in duabus naturis inconſuſè, immutabiliter, indiuiſè, inſeparabiliter agnoſcendum: nuſquam ſublata differentia naturarum propter vnitionem, magisq; ſaluâ proprietate vtriuſque naturæ in vnam perſonam atque ſubſiſtentiam concurrentis: Non in duas perſonas partitum atque diuiſum, ſed vnum eundemq; Filium Vnigenitum Deum Verbum, Dominum Ieſum Chriſtum, ſicut antè Prophetæ de eo, & ipſe nos Ieſus Chriſtus erudiuit, & Patrum nobis Symbolum tradidit.

His igitur cum omni vndique exacta cura & diligentia à nobis diſpoſitis, definiuit ſancta & vniuerſalis Synodus, alteram fidem nulli licere proferre, vel conſcribere, aut componere, aut ſentire, aut alios docere. Eos autem qui audent componere fidem alteram, aut proferre, aut docere, aut tradere alterum Symbolum volentibus ad agnitionem veritatis conuerti vel ex Gentilitate, vel ex Iudæis, vel ex hæreſi quacumque: hos, ſi Epifcopi fuerint, aut clerici, alienos eſſe Epifcopos ab Epifcopatu, & clericos à clero: ſi verò monachi, aut laici fuerint, anathematizari.] hætenus fidei definitio, quam fauſtis acclamationibus S. Synodus profecta eſt: ſinemq; habuit ſexta Sefſio.

Septima verò Sefſio habita eſt octauo Kalend. Nouembris: die enim ipſa natali eiufdem, in cuius bæſilica agebatur, glorioliſſimæ virginis & martyris Euphemie, atque Gallinici martyris, iterum conuenere Patres, & ob dici celebritatem præſto fuit Marcianus Imperator, ſimulq; Pulcheria Auguſta vnà cum magiſtratibus ſolitis intereſſe Comitibus. Vbi idem Marcianus Imperator concionatus in Synodo, Latine primùm, ac ſubinde Græco ſermone perorauit. Ita quidem decebat, more maiorum, ob Romani Imperij dignitatem Romana primùm lingua loqui, vt primo Annalium tomo ſuſiſus dictum eſt. Ipſam autem orationem, quod haud prolixa ſit, hic deſcribendam putauimus: ſic enim ſe habet:

Vbi primùm diuino iudicio ad Imperium ſumus electi, inter tantas neceſſitates Reipublicæ nulla nos magis cauſa conſtrinxit, quam vt Orthodoxa & vera fides Chriſtiana, quæ ſancta atque pura eſt, indubitata omnium animis inſideret. Conſtat autem, auaritiâ, vel ſtudijs per media tempora nonnullis diuerſa ſentientibus, & pro voluntate ſua, non prout veritas atque doctrina Patrum poſtulat, populos ſeducuntibus, in errorem quamplurimos eſſe deductos. Quæ de re ſanctam Synodum hoc videlicet propoſito fieri ſtuduimus, & vobis labore indixiſſe videmur, quatenus omni errore atque caligine deterſa, prout ſe Diuinitas hominibus manifeſtare voluit, & doctrina Patrum oſtendit, religio noſtra, quæ pura atque ſancta eſt, vniuerſorum mentibus inſinuata, ſuæ veritatis luce fulgeſcat: Nec in poſterum quiſquã audeat de natiuitate Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti aliter diſputare, quam Apoſtolica prædicatione & inſtituta trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum eidẽ conuenientia poſteritati tradidiſſe noſcuntur, ſicut etiam ſancti Leonis Papæ vrbs Romæ, qui ſedem Apoſtolicam gubernat, miſſa ad ſanctæ memoriæ Flavianum Constantinopolitanæ vrbs Epifcopum ſcripta teſtantur. Remotis itaque ſtudijs, ablatis patrocinijs, ceſſante auaritia, cunctis veritas innotefcat.

Nos ad fidem corroborandam, non ad potentiam aliquam exercendam, exemplo religioſi Principis Conſtantini, Synodo intereſſe voluimus, ne vel vterius populi prauis perſuaſionibus ſeparentur. Facile enim ſimplicitas quorundam hætenus nonnullorum ingenijs atque

S. LEONIS
CONFIRMATIONE
MATRIS
EPISTOLA.

DE CHRI-
STI DVAS
NATURAS
IN VNA
PERSONA.

SEPTIMA
SESSIO.

*Cone Chalced. Act. 1.
CONCIO
MARCIANI
AD EPHO-
DYM.

atque superflua verboritate decepra est: & constat diuerforam prauis insinuationibus dif-

lecta post hac fuit definitio fidei in superiori Sessione conscripta, cui & Episcopi omnes subscripserunt.

Pia & Catholica fide a sancta & vniuersali synodo secundum Patrum expositionem declarata, iustum simul & expediens nostra tranqullitas approbauit, omnem de cetero contentionis occasionem de sancta fidei religione penitus amputari.

Fuit quidem primum capitulum omni acceptatione dignissimum, quo ad tollendos pseudomonachos, quorum causa adeo pestilens haeresis morbus Dei Ecclesiam infestarat, decerni petiit, non posse a monachis absque Episcoporum consensu monasteria edificari, eosdemque in omnibus esse subiectos Episcopis;

Addidit etiam, vt simul vetaretur, ne quis alienum clericum susciperet: & hac quidem ad cohibendam auaritiam & incostantiam clericorum, extra suas Ecclesias, in quibus essent ordinati, vagantium.

Hic autem adicienda putamus quae apud aliquot Gracos auctores leguntur de eadem fidei definitione diuinitus per sanctam martyrem Euphemiam confirmata.

Concil. Chalced. 27. 6.

Paganus.

PETITIO- NES MARCIANI IMP.

DE MONACHIS QUAE STATUTUM PETIT IMP.

DE CLERICIS QUID DEBERENT PETIERIT.

MIRACULUM DE CONFIRMATIONE FIDEI.

Apud Meoph. die 11. Iulij.

num conuenisset, & iam haereticos anathematizasset, & Orthodoxae fidei Symbolum confirmasset, & decretum exposuisset, columnam Orthodoxae fidei: dubitantibus iis qui erant ex parte contraria, bono capto consilio, dixerunt: Age, benedictae Euphemiae arcam aperientes, in eius quae sunt in carne, & sunt mirabilium operum effectrices, reliquiis, librum ponamus, vt per eam nunc quoque virtutum Dominus faciat miraculum, & per eius preces nobis aperiat, an ex eius voluntate editum sit hoc fidei decretum.

Sed apud Zonaram res aliter recensetur in hunc ferme modum: Cum autem Eutycheus & Dioscori sectatores, qui in vrbe versabantur, decreta Concilij subsannarent, eiusque auctoritatem non veritate, sed potentia Imperatoris niti dicerent, & prauitatem sententiae suae stabilire conarentur: Anatolius Patriarcha, & suffragatoribus suis & aduersariis conuocatis, ad hos ita loquitur: Quoniam sententiam vestram adhuc mordicus tenetis, neque vos perperam sentire creditis, sed nos inculcatis quasi Nestorij dogma approbemus, cum duas naturas in Salvatore praedicemus, vtraque citra confusionem proprietatem suam retinente: istius controuersiae dubitatio, si placet, Deo permittatur.

Nicephorus autem hac ipsa referens, id factum a Patribus qui ad Synodum conueniunt, affirmat: reliqua vero per omnia Zonarae consentientia habet. Sed quoniam horum trium Graecorum auctorum sit reicienda vel probanda narratio, videamus. Quod ad Constantinum spectat, haud probatur assertio de haereticis ea de causa ad fidem Catholicam redeuntibus: cum praesertim nec esse soleat illorum haereticae pertinaciae, de his quae afferunt dubitare, & a Deo quoquo modo auxilium quaerere.

Sic itaque nec recipiendum penitus quod asseritur a Nicephoro, id factum a Patribus in ipso Chalcedonenfi Concilio: longe longius enim abest, vt Patres in sacris oecumenicis Conciliis ex miraculis quaesierint dogmatum veritatem, quam ex diuinis in primis Scripturis, & antiquis Ecclesiae traditionibus, ac demum ex sanctorum Patrum assertionibus quaerere, proponere, affirmare, atque stabilire consueuerunt.

Quod reliquum est, assertio Zonarae examinanda venit, qua ponitur id post Synodum factum, dum in vrbe Constantinopolitana tumultuarentur Eutychiani: cum ad sedandas eiusmodi turbas, quibus populus potuisset perfacile commoueri, Anatolius magna fiducia illud consilij inierit, vt edito miraculo & populus in officio contineretur, & haereticorum cohiberetur audacia.

Zonar. An. nal. tom. 3. ANATOLIVS MIRACULO QUAE SIT CONFIRMATIONEM FIDEI.

Niceph. lib. 15. cap. 5.

NULLA SYNODVS QUAE SVIT IN FIDE MIRACVLA.

Chr. An. nal. par. 3. tradit

CHRISTI
451.LEONIS PAP.
12.VALENTIN. 27.
MARCIANI 2. IMPP.MIRACVLIS
SÆPE FI-
DES FIR-
MATA.

2. PET. I.

OCTAVA
SESSIO.DE THEO-
DORETO
SYRI EPISCO.DE CAUSA
IBÆ EPISCO-
EDESSEÆ.6 Nicoph. lib.
24. cap. 30.

tradit quadam fermè necessitate compulso hoc ipsum inire consilium. Quibus quidem au-
ctoribus haud penitus refragatur, cum alia plura non desint exempla suis locis inferius re-
censenda quibus probatum redditur, sæpè à sanctis viris altercationes insuperabiles cum
hæreticis obstinatissimis semel susceptas eiusmodi miraculorum virtute esse extinctas, & ti-
tubantem populum confirmatum, idque priuato diuini Spiritus factum instinctu: cum ta-
men ad veritatem confirmandam firmiorem esse Propheticum sermonem, ipsam nimirum
diuinam Scripturam, S. Petri Apostoli^a testificatione habeatur expressum. Sed iam ad octa-
uam Synodi Sessionem transeamus.

Ad septimum Kalendas Nouembris itidem ad Synodum conuenere Patres ad diuer-
sum Ecclesiarum controuersias dirimendas. Tres enim sub hac vna Sessione reperiuntur
habitæ Actiones: Quarum prima composita est controuersia inter Episcopos Antioche-
num & Hierosolymitanum: iudicataque causa, datæ sunt sedi Antiochenæ duæ Phœnicia^B
arque Arabia, Hierosolymitano verò Episcopo adiudicatæ sunt tres Palæstinæ. Ex quibus
iam perspicuo apparet, ius Metropolis Palæstinæ, quod erat Cæsariensis Ecclesiæ, in Hier-
osolymitanam Ecclesiam esse translatum. Secunda verò Actio de Theodoro Cyri Epi-
scopo actum est. Hic enim à Dioscoro in conuenticulo Ephesino depositus, & tamquam si
Nestorianus esset, exulare coactus, diu multumque conquectus tum apud Romanum Pon-
tificem, tum etiam Orientis Episcopos & magistratus Orientalis Imperij, se verè esse Ca-
tholicum, crebrioribus (vt vidimus) litteris significauit: cum tamen adhuc apud nonnul-
los, qui nosset eum aliquando secutum esse Nestorium, fidem minimè inueniret; eo quod
ipsum infensissimum hostem, nec defensorem tantum Nestorij, sed fortissimum impugna-
torem scriptorum sancti Cyrilli Alexandrini Episcopi Concilium œcumenicum Ephesi-
num esset expertum.

Quamobrem cum in hac Sessione de eo agi ceptum, vnà fermè omnium Orientalium
Episcoporum voce conclamatum est, ipsum Theodoretum ante omnia debere dicere anathe-
ma Nestorio; cum tamen ipse liberè profiteretur se esse Catholicum, eiusdemque Nes-
torij aduersarium. Sed & vrgentibus illis: quod antea sæpè fecerat, ingenuè iterum præ-
stitit. quo facto omnium Episcoporum conciliauit sibi gratiam, omniumque sententia in
pristinam sedem est restitutus, probantibus omnibus Leonis Papæ sententiam, à quo fue-
rat in communionem susceptus. At licet tum sanctus Leo Romanus Pontifex, tum ipsa
Synodus vniuersalis eundem Theodoretum Nestorium anathematizantem suscepissent:
tamen post eius obitum, per multos annos, cum Eutyechiani ausi essent infringere de Theo-
doreto iudicium Synodi; Vigilius Papa, quod par erat, suis scriptis (vt suo loco dicitur in-
ferius) Synodi sententiam confirmauit. Ita quidem Theodoretus præfagiens, bene sibi con-
sultuit, dum compluribus epistolis suis ad diuersos conscriptis fidem Catholicam aduersus
Nestorianam hæresim crebrò professus est, ne apud quempiam de se dubitandi reliqua re-
maneret occasio.

Eadem die, nempe septimo Kal. Septembris, octauæ (vt diximus) Sessionis celebrata est
Actio tertia, in qua de Iba Episcopo Edesseño actum. Hic licet fuisset iam ante duobus iudi-
ciis absolutus, in Ephesino tamen conuenticulo à Dioscoro condemnatus est. Quomodo
autem in hac Actioe, præteritis de eo iudiciis exactè percognitis, à Patribus fuerit absolu-
tus, sed & quonam pacto postea inuidiam passus sit, pluribus diximus, vbi egimus de Conci-
lio Berythensi. De Nonno autem Episcopo in locum Ibæ subrogato, à Synodo autem ab in-
debitè vsurpato loco deposito, actum est, vt Maximus Antiochenus Episcopus de eo curam
gereret. Porro constat Nonnum post obitum Ibæ reditum Ecclesiæ Edesseñæ successorem
Episcopum: etenim in litteris Syriæ Episcoporum datis tempore Leonis Imperatoris Non-
nus Edesseñæ Episcopus reperitur esse subscriptus. Sic igitur hac vna Sessione octaua, vna die
habita, tres fuerunt Actiones absolutæ: cui veritati consentit etiam Liberatus Diaconus, li-
cet eas ponat sub septimo Secretario, cum tamen locandæ fuissent sub octauo: vnum enim
ipsum præterit Secretarium, ex Græcis exemplaribus superius restitutum.

Quod autem ad Nonnum Episcopum, de quo mentio facta est, pertinet; tradit Nice-
phorus^b, hunc illum fuisse Nonnum, qui Pelagiam meretricem ad Christi fidem conuer-
tit: ait enim: Ecclesiæ verò Edesseñæ diuinus ille præfuit Nonnus, qui primariam in vrbe
Antiochena luxu perditam Menadem verborum persuasione adductam, & præter opinio-
nem omnem Deo consecratam, nympham & sponsam purissimam illi representauit, pro
Margarita Pelagiam eam cognominans, in qua certè meritoque aliquis diuini iudicij pelagus admi-
-

CHRISTI
451.LEONIS PAP.
12.VALENTIN. 27.
MARCIANI 2. IMPP.

A admiretur.] hæc ipse. Extat rei gesta præclara historia scriptis mandata à Iacobo diacono
Heliopolis: vbi cum dicatur idem Nonnus fuisse Episcopus eiusdem Heliopolis Phœnicia^a
ciuitatis subiectæ Episcopo Antiocheno, in dubitationem adduci possunt quæ à Nicophoro
scripta sunt: Num videlicet idem iste sit ille Nonnus cum eo qui à Dioscoro pro Iba substi-
tutus fuit Episcopus Edesse, & postea inde, restituto Iba, reiectus, & traditus Maximo An-
tiocheno, à quo potuerit creari Episcopus Heliopolis. Etenim qui Pelagiam Nonnus con-
uerit, primus ante hæc tempora fuisse videtur Episcopus Heliopolis: nam ista in Actis illis
de eo leguntur à prauo dæmone proclamata: Non tibi sufficiunt triginta millia Saracenorum,
quos mihi abripuisti, & baptiasti? Non tibi sufficiebat me eiecisse de tuis Heliopolitanis:
quoniam cum & ipsa ciuitas esset mea, & omnes qui in ea habitabant me adorarent, tu mihi
abripuisti, & obtulisti Deo tuo?] hæc ibi. Ceterum ante Nonni hæc tempora constat fuisse
B eiusdem ciuitatis Episcopum Iosephum nomine, qui huic interfuit Concilio Chalcedonensi:
sed & ante hunc alius Concilio Ephesino œcumenico sub Cyrillo Marinus Episcopus He-
liopolis subscriptus habetur. Liquet insuper ex epistolis S. Ioannis Chrysostomi^a, iam olim
Phœnicæ habuisse ecclesiæ, & monachos illuc profectos ad conuersionem Gentilium ibi
degentes, persecutionem tamen ab illis esse passos, vt dictum est pluribus superiori tomo: vt
planè appareat, ante Nonnum hunc, alium eiusdem nominis Euangelium ibidem prædi-
casse circa eiusdem Ioannis Chrysostomi tempora. Sed iam ad Acta redeamus.

Quæ sequitur Sessio, nona est, habita ipsa quidem sexto Kalendas Nouembris, in qua ab-
soluta est causa Ibæ Episcopi, de qua nos superius. Sed & eadem Sessione (inquit Liberatus^b
Diaconus) id etiam inuenitur esse decretum, vt quod sub Dioscoro in Epheso congregatum
est Concilium, nomen Concilij minimè obtineret, sed & vt peteretur ab Imperatore, vt de
C hoc ipse lege sanciret.] hæc Liberatus.

Sub hac ipsa die sexto Kalendas Nouembris alia habita legitur Actio de Domino Episco-
po Antiocheno, quam sub dicta die, non tamen suo loco exhibet vetus Latina editio, nem-
pe sub septima Actioe. Quæ enim sub vna eademque die tractata sunt, sub vna eademque
Sessione reponi debere, ratio persuadet. Quod verò ad posteriorem hæc eiusdem dici Actio-
nem spectat: Cum à Dioscoro & eius sectatoribus ipse Dominus Antiochenus Episcopus
sede priuatus fuisset in Conciliabulo Ephesino, in locum ipsius Maximo subrogato: & causa
cognita, eum iuste damnatum S. Leo Romanus Episcopus intellexisset, ac Maximi substitu-
tionem in locum Domini factam Apostolica auctoritate firmasset: visum est eidem Maxi-
mo, pio miserationis intuitu, à sacrosancta hac œcumenica Synodo petere, vt sibi liceret ex
sue Ecclesiæ redditibus Domino exauctorato alimenta præstare: cui sancta Synodus annuit.
D hæc habet Actio, quæ desideratur in Græco codice: certum verò est eadem caruisse Græca
exemplaria temporibus Iustiniani Imperatoris; quod & aperte declarat eiusdem Impera-
toris constitutio data ad Ioannem Romanum Pontificem, cuius est exordium^c: Scientes
quod nihil aliud sic potest misericordiam Dei placare, &c.] in qua & ista leguntur: Chalce-
donensis S. Synodus Dominum Antiochiæ factum Episcopum post mortem damnauit, qui
ausus est scribere, oportere solum taceri duodecim capitula Cyrilli.]

Sed quomodo dixisse potuit, damnatum à sancta Synodo Chalcedonensi Dominum post
mortem, si eidem hac Actioe hoc anno sub eisdem Consulibus dicta die sexto Kalen-
das Nouembris celebrata, decernuntur, petente Maximo Episcopo Antiocheno, alimen-
ta? Ex quibus quidem satis intelligitur, Iustinianum Augustum huius Actioe nescium,
alicuius alterius, quam nusquam legimus, cognitionem habuisse. Porro hæc ipsa Actio in
E Latino veteri scripto codice Vaticano, qui Proculi & Albini fuisse dicitur, sub nona
Actioe reponitur, & sub eadem die, nempe sub sexto Kalend. eiusdem mensis Nouem-
bris. sed dicenda potius Sessio nona, quam Actio nona: Actionum enim numerus exce-
dit numerum Sessionum, quod (vt dictum est) sub vna Sessione plures interdum reperian-
tur habitæ Actiones.

Quæ sequitur ordine decima Sessio, habita reperitur quarto Kalendas Nouembris: quas
enim diuersis diebus celebratas reperimus Actiones, easdem ad confusionem vitandam sub
suis singulis reponimus sessionibus, secuti Liberatum Diaconum, addentes tamen quæ
ipsum præterierunt, ex Græcis codicibus. Tractata autem in hac est controuersia inter Bas-
ilianum è sede depositum Ephesina, & Stephanum in eius locum subrogatum: sed cum nu-
tuis se criminationibus iidem Episcopi lacerarent, in sequentem vndecimam Sessionem res
dilata est, in qua ea sententia prolata fuit, vt neuter esset Ecclesiæ Ephesinæ Episcopus, sed

Annal. Eccl. Tom. 6.

O

alius

a Chryf. epist.
27. 51. 55.
69. 103. 110.NONA
SESSIO.
b Liberat.
Disc. in Litu.
c 13.DE CAUSA
DOMNI
EPISCOPI
ANTIO-
CHENI.c Extra. tom.
1. conc. 2. c.
est. in nou.
tom 2.SESSIO
DECIMA.

alius ordinaretur: ita tamen, vt vterque remaneret in Episcopali dignitate, singulisque præstandi essent solidi ducenti ab eadem Ecclesia Ephesina. Ad accusationem verò atque depositionem Stephani facta est acclamatio sancto Flauiano iam martyri, vt pote quòd præsto esset, & indicaret causam suam, & oraret pro Synodo in vltionem eiusdem Stephani potentissimi Dioscori administri.

¶ UNDECIMA
Sessio.

Cùm verò ad tertium Kal. Nouembris Patres denud conuenissent, Sessio vndecima celebrata est, in qua post absolutam præcedentis Actionis controuersiam, agitata est etiam causa Eunomij Nicomedensis Episcopi cum Anastasio Nicæno. Licet enim rescripto Imperatorum Valentiniani atque Valentis Nicæna Ecclesia consecuta esset dignitatem Metropolitans: tamen Episcopo Nicomediæ debere subiacere decreuit S. Synodus. Anastasius autem, qui ibi dicitur Nicænus Episcopus, longè diuersus est ab eiusdem ciuitatis Episcopo Anastasio, qui scripsit librum Diuersarum quæstionum: nam post Iconomachos Imperatores cum B vixisse, ex suis ipsius scriptis intelligi potest.

¶ DUODECIMA
Sessio.

Sequenti verò die, nempe pridie Kalendas Nouembris, duodecima Sessio celebratur, in qua Sabinus, siue Sabinianus restitutus est in Ecclesiam Parenorum, qua fuerat à Dioscuro spoliatus: Anastasius verò in locum eius antea subrogatus, quiescere iussus est, apud Maximum Antiochenum infra octo mensium spatium sua iura prosecuturus.

Hac absoluta causa, soluta sunt Comitia, abiереque Iudices, atque legati Apostolicæ sedis egressi sunt pariter: remansere autem callida arte Orientales Episcopi, canones sancientes, omnes numero vigintiseptem, vel (vt Græcum habet exemplar) triginta clanculo scriptos. Verùm à S. Leone Romano Pontifice haud recepti videntur: nam nihil præter fidei definitionem esse firmatum, ipse postea testatus est in epistola data post sequentem annum ad Episcopos Synodi Chalcedonenfis, quam suo loco ponemus.

¶ Leo epist. 61.
¶ Io. iii. 3.

Planè apparuit, secundùm illud Euangelij: Qui malè agit, odit lucem] dum Anatolio Constantinopolitano Episcopo rem omnem dolo malo agentis, subripereq; clam conanti iura Alexandrinæ & Antiochenæ Ecclesiarum, sibiq; furtim vendicare curanti, assentientes Orientales Episcopi, rem planè tam digno Confessu indignissimam perpetrarunt. Tantam infamiam notam inuissit sacrosancto Conuentui vnius Anatolius ex schola Dioscori prodiens, sed eum deferens, vt Constantinopolis esse posset Episcopus. Hic igitur totius fraudis inuentor, & dolosæ machinæ architectus, cum iam expertus esset Apostolicæ sedis legatos petitioni suæ ipsius aduersantes, eam occasionem aucupatus est, vt illis absentibus, clandestinè atq; dolosè tractaret, eliceretq; à reliquis quod cuperet, nemine contradicente. Decretum enim ab eo conscriptum, & in Synodo recitatum est, quo Ecclesia Constantinopolitana primum post Romanam locum obtineret. Canon autem ibi propositus, & sequenti Actione iussus D prodi atque coram Patribus recitari, ita se habet:

CANON DE
PRIVILEGIIS
ECCLESIE
SANTIANE
CON-
STANTINOP.

Definitiones sanctorum Patrum sequentes vbique & regulam, & quæ nunc relecta sunt centum quinquaginta Episcoporum, qui congregati sunt sub piæ memoriæ Imperatore Maiore Theodosio in regia ciuitate Constantinopoli noua Roma, cognoscentes & nos eadem definiuimus de priuilegiis eiusdem sanctissimæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ nouæ Romæ. Etenim sedi Senionis Romæ propter imperium ciuitatis illius Patres consequenter priuilegia reddiderunt: Et eadem intentione permoti centum quinquaginta amantissimi Deo Episcopi æquè sanctissimæ sedi nouæ Romæ priuilegia tribuerunt; rationabiliter iudicantes, Imperio & Senatu Urbem ornata æquè Romæ senioris priuilegiis frui, & in Ecclesiasticis, sicut illa, maiestatem habere negotiis, & secundam post illam existere; & in his quæ in Pontis sunt & in Asia & Thracia diocæsisibus Metropolitanos solos, rursus autem & qui E inter barbaros sunt Episcopos præfatarum diocæsiu ordinari à prædictæ sanctissimæ Constantinopolitanæ sedis sanctissima Ecclesia: quippe, vt vnusquisque Metropolita præfatarum diocæsiu cum Episcopis suæ prouinciæ ordinet suæ regionis Episcopos, sicut diuinis canonibus est præceptum. Ordinari autem Metropolitanos (sicut dictum est) præfatarum diocæsiu à Constantinopolitano Archiepiscopo, decretis consonis secundùm morem factis, & ad eum relatis.] hætenus de priuilegiis Constantinopolitanæ Ecclesiæ canon clandestinus & subreptitiuus. Quod cum legati sedis Apostolicæ accepissent, rursus conuenire Patres die sequenti voluerunt, vt aduersus subdolum factum publicè reclamarent: idque haud segniter præstiterunt.

¶ Sess. XIII.

Sequenti igitur die, nempe Kalendis Nouembris, rursus collecta est Synodus, atque decimatertia Sessio eademque nouissima habita est, præsentibus ipsis quoque Iudicibus cognito-

A cognitoribus, & aliis ex more Episcopis. De qua Sessione antequam agamus, perspicuè factis intelligi potest (nescio qua incuria) tum Græca, tum etiam Latina exemplaria reperiri mendosa, dum hanc nouissimam decimam sextam Actionem celebratam habent quinto Kalendas Nouembris, cum tamen in eiusdem contextu habita reperitur sequenti die post decimam quintam Actionem, quam pridie Kalendas Nouembris absque vlla ambiguitate celebratam esse, eadem exemplaria æquè consentiunt. Apostolicæ enim sedis legati, die sequenti post decimam quintam Actionem ob res perperam gestas per Anatolium se conuenisse, in hac eadem decimalexta Actione professi sunt. Id ipsum quidem affirmat Liberatus Diaconus verbis illis: Alia die, nempe sequenti (quæ est vltima & duodecima dies Concilij) cognoscentes legati Papæ Leonis, petierunt, vt rursus cum Iudicibus ad Concilium conuenirent. Quibus requirentibus à Concilio, quid pridie fuerit ordinatum: lectis Gestis, cognouerunt, &c.] Rursum igitur, dicta die, sacro instaurato confessu, legati sedis Apostolicæ coram Iudicibus his verbis conquesti sunt: Hesternò die, postquam potestas vestra surrexit, & humilitas nostra vestigia vestra secuta est, quædam Gestæ facta dicuntur, quæ nos & præter canones Ecclesiasticos existimamus effecta. Poscimus ergo, vt vestra magnificentia relegi hæc præcipiat, vt omnis fraternitas inspiciat, vtrum iusta, an iniusta sint ea quæ gesta sunt.] hæc legati.

¶ Liberat.
Diac. Brov.
613.

Iussum itaque est decretum pridie eius diei sancitum legi; post cuius lectionem illi adiacens subscriptio Episcoporum recitata est, primoque loco positus Anatolius. Lecta autem subscriptione, quid Apostolicæ sedis legati iure questii obiecerint, & præ ceteris Lucentius, audi ex Actis ipsis, quæ sic se habent: Lucentius reuerendissimus Episcopus sedis Apostolicæ Vicarius dixit, compellans ita Iudices: Primò gloria vestra perpendat, qua circumuentione cum sanctis Episcopis gestum sit, vt non conscriptis canonibus, quorum mentionem fecerunt, subscribere sint coacti.] & paulo post: Accedit ad cumulum, quòd trecentorum decem & octo constitutionibus postpositis, centum quinquaginta qui in Synodicis canonibus non habentur, mentionem tantum fecisse noscantur, qui dicunt ante octoginta prope annos constituta fuisse. Si ergo his temporibus hoc beneficio vti sunt, quid nunc requirunt? si nunquam vti sunt, quare requirunt?] Vbi hæc Lucentius locutus est, petiti sunt legati edere quod haberent mandatum à S. Leone Romano Pontifice: protulit illud Bonifacius, quod sic se habet:

LEGATI
ADVERSAN-
TYR. ANA-
TOLITANÆ
SYNODI;
N. 1.

Sanctorum quoque Patrum constitutionem prolatam nulla patiamini temeritate violari, seruantes omnimodis personæ nostræ in vobis, quos vice nostra transmisiuimus, dignitatem. Ac si qui fortè ciuitatum suarum splendore confisi aliquid sibi tentauerint vsurpare, D hoc qua dignum est constantia surundatis.] ita se habuit Leonis Papæ mandatum istæc omnia longius antè subodorantis.

LEONIS
PAP. MAN-
DATVM.

Post hæc interlocuti Iudices, iusserunt ab vtraque parte edi canones, quibus sua ipsarum iura stabilirentur. Recitauit Paschasius legatus canonem Nicænum quintum de diocæsiu distinctione, cuius illud habetur exordium: Quod Ecclesia Romana semper habuit primatum.] id ipsum Græcè pariter legitur, vt canonis sit illud initium, non autem titulus in scriptis: de qua lectione consule dicta superius, dum de Nicæno Concilio actum est, deq; sexto illo canone verba fecimus. Lecto autem Nicæno canone, oblatu est alius codex Nicænorum canonum ab Actio diacono sedis Constantinopolitanæ: subdoleq; dempto dicto exordio, decurratoq; sine ipsius, idem lectus est canon sextus: moxq; ingesta est lectio asserti canonis Concilij Constantinopolitani sub Nectario de priuilegiis Ecclesiæ Constantinopolitanæ; in quo de his quæ ad quæstionem propositam pertinerent, inter alia hæc habentur: Episcopatum tamen Constantinopolitanum habere Primatum honorem post Romanum Episcopum, propterea quòd sit noua Roma.] ita ibi.

At cerè si non aliunde canon suffulcitur, quàm ex reddita ratione nulla ex parte subsistente; ipsum necesse est penitus euanescere. Vbinam gentium, quæso, prærogatiua sedium ex pulchritudine, vel amplitudine vel dignitate ciuitatum à maioribus reperitur esse sancita, & non potius ex Apostolorum successione, vnde & ipsæ sunt Apostolicæ nominatæ, & præ ceteris à Patribus exaltatæ reperiuntur? Sed quòd fortiter hæc reuicis disputans Gelasius Papa aduersus Acacium, de his suo loco pluribus agemus. Quid tandem? Faucibus Iudicibus cognitoribus Constantinopolitanæ Ecclesiæ priuilegiis, ipsis nimirum existentibus Constantinopolitanis ciuibus, itum est in sententiam Anatolij: cum & aduersariam his protestationem Lucentius Apostolicæ sedis legatus his verbis appofuit:

CHRISTI
451.

LEONIS PAP.
12.

VALENTIN. 27.
MARCIANI 2. IMPP.

EVGENII
PROTESTA-
TIO.
circumcidi

Sedes Apostolica, quæ nobis præcepit præsentibus, humiliari non debet. Et ideo quæcum- que in præiudicium canonum vel regularum hesternæ die gesta sunt, nobis absentibus, sub- limitatem vestram petimus vt circumduci * iubeatis: sin aliàs, contradictio nostra his Ge- stis inhæreat, vt nouerimus quid Apostolico viro vniuersalis Ecclesiæ Papæ referre debeat- mus: vt ipse aut de suæ sedis iniuria, aut de canonum euersione possit ferre sententiam.] hæc Apostolicæ sedis legatus Lucentius in plena Synodo contestatus.

MULTIPLI-
DOLVS ET
TRAYS.

Confidera, lector, stropham, admirare vasricem, & execrare proditorem. Non enim tan- tum absentibus, qui post Iudices recesserant absoluta Actione, legatis, ea de priuilegijs Ec- clesiæ Constantinopolitanæ statuere cum Anatolio ausi sunt Orientales Episcopi: sed quodd- eiusmodi decretum verteretur in præiudicium Ecclesiæ Alexandrinæ, distulerunt post Syn- odum electionem Alexandrini Episcopi, ne, si præsens esset, obistere valuisset. Immo & maiorem attende calliditatem. Ne Ægyptij Episcopi itidem præsentibus reclamarent & ex- clamarent, noluerunt eos præsentibus esse, eo prætextu, quod absque Alexandrino Episcopo iis minimè liceret Synodicis decretis subscribere: vnde & inter tres illos addititios canones, postremus is fuit, quo excusandos esse Ægypti Episcopos, neque ob id vt schismaticos ha- bendos declarant, si minimè, vt alij, subscriberent rebus in Synodo Chalcedonensi decretis; sed (vt Alexandrinæ Ecclesiæ leges postularent) expectandam illorum fore subscriptionem, postquam ipsorum esset creatus Episcopus Alexandrinus. habet tres canones illos tamquam appendicem Theodorus Balsamon ex Nomocanone Photij.

NUMQUAM
ANTE CO-
GNITVS
PRIMATVS
ECCLECON-
STANTI-
NOPOLITANÆ
ALEXAND.

Vidisti quot quantisque oportuit velamentis obtegi turpe factum, & adminiculis suffulciri corruens omni ex parte mendacium? Porro non vfos esse adscititij illius canonis auctoritate de primatu Constantinopolitanæ Ecclesiæ prædecessores Episcopos Constantinopolita- nos (quod non extaret ille quidem, vel commentitium esse scirent) ex rebus ante hæc tem- pora gestis potest perfacile intelligi: Nam si Episcopus Constantinopolitanus primus post Romanum vt esset, decretum fuisset: quomodo, quæso, (quod & suo loco notauimus) ad condemnationem sancti Ioannis Chrysostomi accersiretur Alexandria Theophilus Alexan- drinus? Vnde appositè quidem Paschasius Episcopus Apostolicæ sedis legatus illa subintu- lit: Si vsi sunt, quid requirunt? si non vsi, quare requirunt? At quo animo ista tulerit Leo Pontifex, suo loco dicemus: constat enim hæc ipsa ab eo irrita prorsus reddita esse, data de his epistola ad omnes Episcopos qui fuerunt Chalcedone congregati.

S. SYNODVS
STVDIOSIS-
SIMA S. LE-
ONIS PAP.

Ceterum haud quis putet, ob huiusmodi legatorum contradictiones aduersus tum ip- sum in primis Anatolium Constantinopolitanum Episcopum; tum aduersus vniuersam quæ decretis illis subscripserat Synodum, imminutum esse aliquid reuerentiæ & obseruan- tiæ erga ipsum Leonem Romanum Pontificem, cuius ea de re mandatum audierant. nam in postrema allocutione eiusdem sanctæ Synodi apud Marcianum Imperatorem hæc in pri- mis de ipso Leone habent: Vnde nobis impenetrabilem in omni errore propugnatorem Deus prouidit, & Romanæ Ecclesiæ Papam ad victoriam præparauit, & doctrinis cum per omnia veritatis adstringens: vt quemadmodum Petrus, & hic affectu feruentiore decer- tans omnem ad Deum sensum & intelligentiam perducatur.] Et inferius pro eodem sancto Leone Papa, quem Eutychiani iam blasphemis profcindere inchoarant, nimirum calum- niantes ab ipso innouatam fidem Catholicam, ista sancta Synodus subdit: Confidere nam- que oportet vestram pietatem, quia nihil præter fidem, quæ olim à sanctis Patribus annun- ciata est, venerabilis Romanus Pontifex innouauit. Atque vt nulla his, qui Apostolicum vi- rum per inuidiam lacerare nituntur, relinquatur occasio: consonantiæ epistolæ eius ad san- ctorum Patrum testimonia, ad certiore notitiam vestræ pietatis, ex multis pauca subdi- dimus.] & sic incipiunt: Testimonia sanctorum Patrum, qui duas naturas in Christo, &c.] prosequuntur enim adiciere auctoritates tum Græcorum tum Latinorum Patrum, qui- bus sancti Leonis Papæ epistola in omnibus firmæ atque solidæ veritatis esse, luce clarif- sima demonstraretur. Hactenus quæ reperiuntur gesta esse in sacrosancti Concilij Chal- cedonensis nouissima Actione. Desiderari autem in eisdem Actis postremas acclamations, mihi facile persuadeo.

QVOD SYN-
ODVS AD
S. LEONEM.

Absolutis rebus propositis, eadem sancta Synodus nouissimo loco Synodalem episto- lam scripsit ad S. Leonem Romanum Pontificem de cunctis rebus in Synodo pertractatis, petens ab eo cuncta rata haberi atque firmari. est epistolæ exordium: Repletum est gau- dio os nostrum, & lingua nostra exultatione, &c.] De qua quidem illud monendum esse lector sciat, quod habet in fine: Scripsi pridie Kalendas Aprilis, feria tertia, Indictione de- cima-

CHRISTI
451.

LEONIS PAP.
12.

VALENTIN. 27.
MARCIANI 2. IMPP.

A cimateria.] verba enim hæc non sunt eius epistolæ, sed librarij, qui eam exscripsit. Etenim sicut certum est, Synodum mensè Nouembris absolutam, non peruenisse ad anni sequentis mensè Aprilis; ita multo certius est, nihil pertinere decimamtertiam Indictionem ad Chalcedonense Concilium, quod Indictione quarta esse celebratum, ipsa Acta perdocent. Nec verò ipse Marcianus Augustus Imperium vsque ad decimamtertiam Indictionem pro- pagauit, qui defunctus est indictione octaua. Constat autem, ipsa œcumenica absoluta Syn- odo, eam Synodalem esse conscriptam epistolam, qua inter alia Patres expetunt ab eodem confirmari quæ in ea statuta essent, vt Constantinopolitana Ecclesia primum post Roma- nam locum obtineat, quod non ipsam tantum S. Synodum, sed & Imperatorem & Senatam vehementer cupere ingesserunt. At describamus hic tantum quæ ad hæc spectant ipsius Synodalis epistolæ verba:

B Confirmauimus autem & centum quinquaginta sanctorum Patrum, qui in Constanti- nopolim congregati sunt, regulam sub piæ memoriæ Theodosio: quæ præcepit, post vestram sanctissimam & Apostolicam sedem, honorem habere Constantinopolitanam, quæ secun- da est ordinata: Confidentes, quia lucente apud vos Apostolico radio, & vsque ad Con- stantinopolitanorum Ecclesiam consuetè gubernando illum spargentes, hunc sæpius ex- panditis, eo quod absque inuidia consueueritis vestrorum bonorum participatione ditare domesticos. Quæ igitur definiuimus, ad interemptionem quidem totius confusionis, con- firmationem verò Ecclesiasticæ ordinationis definiuimus. Hæc sicut propria & amica & ad decorem conuenientissima dignare complecti, sanctissime & beatissime pater. Qui enim locum vestræ sanctitatis obtinent sanctissimi Episcopi Paschasius & Lucentius, & qui cum eis est reuerendissimus presbyter Bonifacius, iis ita constitutis vehementer resistere tenta- uerunt; proculdubio à vestra prouidentia inchoari hoc bonum volentes, vt sicut fidei, sic bonæ ordinationis vobis deputetur effectus.

Nos enim curante tam piissimos & Christianissimos Imperatores, qui super hoc dele- ctantur, quam clarissimum Senatam, & totam (vt dicere conuenit) Imperij ciuitatem, op- portunum credidimus esse, honoris eius confirmationem ab vniuersali Concilio celebrari: & velut hæc à tua sanctitate fuerint inchoata (eo quod fouere * semper studeas) roborauimus præsentibus, dum nouerimus, quia quicquid reuerentiæ à filiis sit, ad patrem recurrit, facientes hoc proprium sibi. Rogamus igitur, & tuis decretis nostrum honora iudicium; & sicut nos cupidi in bonis adiecimus consonantiam, sic & summitas tua filiis (quod decet) ad- impleat. Sic enim & pij Principes complacebunt, qui tamquam legem tuæ sanctitatis iudi- cium firmauerunt; & Constantinopolitana sedes suscipiet præmium, quæ omne semper D studium vobis ad causam pietatis expleuit, & semetipsam vobis ad concordiam eodem zelo coniunxit. Vt autem cognoscatis, quia nihil alicui donando per gratiam fecimus, aut per inimicitias aduersando, sed quippe nutu gubernati diuino: omnem vobis Gestorum vim insinuauimus, ad comprobationem nostræ sinceritatis, & ad eorum quæ à nobis gesta sunt firmitatem & consonantiam.] hactenus Patres, qui vnâ cum his litteris ad S. Leonem Pon- tificem (vt profitentur) Synodalia Acta miserunt.

Ex his igitur, quæ in omnibus fermè integra extant, Chalcedonensis Synodi Actis, quid antè in reliquis œcumenicis Synodis fieri consueuerit, vnusquisque facillè poterit intelli- gere, nempe à sancta Synodo ad Romanum Pontificem solita mitti quæ à Patribus decreta essent, vt auctoritate ipsius Romani Pontificis firmarentur. Sed & obserua illud, quod vni- uersi congregati sexcenti Patres sacrosancti Concilij Chalcedonensis cognoscentes in Ro- mano Pontifice summum Pontificij culmen effulgere, se ipsos, licet ordinatione collegas & fratres esse simul scirent, filios tamen appellant, vniuersalis Ecclesiæ Catholicæ eum esse ca- put intelligentes, cuius & sit gradus summos in Ecclesia distribuere: quod profitentur, cum obnixè petunt vt concedat Constantinopolitanum Episcopum secundum in Ecclesia lo- cum obtinere, primum verò post ipsum Romanum Pontificem, cuius & auctoritatem tanti æstimant, vt putent esse infirma, nec posse subsistere, quæ in duobus œcumenicis Concilijs esse decreta dicebat, nempe Constantinopolitano & Chalcedonensi, nisi accedat ipsius Ro- mani Pontificis confirmatio.

Vnde ex omnibus his & alijs superius enarratis perspicue appareat, nullum officium à sancta Synodo prætermisum, quo non profecuta fuerit ipsum primarium Christianæ reli- gionis Antistitem, & vniuersalis Ecclesiæ visibile caput, eum in omnibus vniuersalem Ec- clesiæ Pontificem professum tum factis, tum scriptis, & ipsum titulum Occumenici Ecclesiæ Episcopi

* Habetur in
Conc. Chal-
ced. in sm.
Act. 3.
DE ECCLE-
SIA CON-
STANTI-
NOPOL.

* fauere

NOMEN
OECUME-
NICI OE-
LATVM RO-
MANORUM
TITVLVS
SYNO-
DO
CHALCED.

CHRISTI LEONIS PAP. VALENTIN. 27. IMPP. 451. 12. MARCIANI 2.

Episcopi eidem tribuens, ne pures dumtaxat Alexandrinos clericos eum titulum in suis ipso- rum libellis indidisse. Nam audi S. Gregorium Papam in epistola ad Eulogium Episcopum Alexandrinum, dum hæc habet: Sicut enim veneranda vestra sanctitas novit, vni per sanctam Chalcedonensem Synodum Pontifici sedis Apostolicæ (cui, Deo disponente, deseruio) hoc vniuersitatis nomen oblatum est: sed nullus vniquam decessorum meorum hoc tam profano vocabulo vti consensit.] hæc ibi: & in epistola ad Ioannem Constantinopolitanum Episcopum istud ipsum habet, necnon in litteris datis ad Mauritium Imperatorem. Quamobrem mihi facile persuadeo, cum nomen Oecumenici desideretur in epistola Synodali ad S. Leonem Papam, ab ea esse librarij dolo subductum.

Greg. lib. 4. epist. 7. op. 50.

Greg. lib. 4. epist. 38. Greg. lib. 4. epist. 32.

LEO INSCRIBITUR EPISCOPVS VNIVERSALIS.

Quod verò S. Gregorius in nuper citatis locis dicat nullum prædecessorum suorum vsum esse nomine Oecumenici, vt inscriberetur vniuersalis Ecclesia Episcopus: ita quidem intelligendum est, vt nemo Romanorum Pontificum eo titulo ex solempni ritu semper & in omnibus vsum sit inscriptionibus, vel subscriptionibus: Ceterum eo interdum ipsorum aliquem esse vsum, superius est demonstratum. Et ne longius progrediamur, ipse S. Leo in epistola, quam post annum sequentem sub Consulatu Herculanum Imperatorem aduersus Anatolium querentem subiugare sibi nobiliores Ecclesias, nempe Alexandrinam & Antiochenam, cum ex dictis Synodis primum sibi vendicaret locum post Romanam Ecclesiam, in suæ ipsius epistolæ inscriptione ipse sanctus Leo vsum est titulo Vniuersalis: habet id quidem non solum Latinus codex epistolæ S. Leonis, sed & Græcum exemplar in appendice ad Concilium Chalcedonense. At de Chalcedonensis Synodi rebus gestis hæctenus, quam tredecim diebus, totidem consummatam vidimus Sessionibus, siue Secretariis, Actionibus in eis habitis decem & septem absque illa spuria & clandestina ab Anatolio furtim adiecta.

MIRACVLIS CONFIRMATA FIDES.

Extat apud Sur. die 20. Januarij.

EUTHYMIVS PROFESSOR EPISCOPICVS CHALCEDONENSIS.

SANCTISSIMI VIRI PROBANT CONCILII CHALCEDONENSIS.

Quod rursus ad eandem S. Synodum spectat: præter Episcoporum sententiam, quorum partium fuit de fide agere, præterq; confirmationem Apostolicæ sedis, accesserunt etiam ad eam corroborandam sanctissimorum virorum, qui his temporibus illustrabant Orientalem Ecclesiam, & miraculorum virtute nitebant, elogia: Hi enim se eandem in omnibus tenere fidem, quam sacrosancta Synodus Chalcedonensis probasset, testati sunt verbis: eamque verè Catholicam & ex Deo esse, miraculorum etiam crebra editione firmarunt. Iungamus his in primis quæ de eadem Synodo in rebus admirandi illius Euthymij à Cyrillo conscriptis habentur (erat iste Abbas sanctorum in Palæstina monachorum, de quo nonnulla superius dicta sunt digna memoria.) Septuagesimo (inquit) & quinto anno ætatis magni Euthymij congregata fuit Synodus Chalcedonensis, in qua omnes totius ferme orbis terrarum vndique conuenerunt Pontifices: eos enim ad conueniendum vocabant quæ Ephesi scilicet innouata fuerant, à Dioscoro inquam Alexandrino: quem simul cum iis qui illius tuebantur dogmata à sacris eiiciunt catalogis, & accuratum fidei decretum exposuerunt. Ei autem Synodo insignes Euthymij discipuli intererant, Stephanus Iamneæ, & Ioannes Episcopus Saracenorum, cum Petrus quidem iam è vita decessisset, qui eum autem secutus est Auxolus, Dioscoro accessisset, & ideo magno (proh dolor!) Euthymio inuisus vitam finiisset.] Extat quidem Auxolai nomen recensitum inter eos qui aduersus S. Flavianum vnà cum Dioscoro subscripsissent: ipsa enim Acta Ephesina hæc produnt, quæ intexta habentur Actioni primæ Concilij Chalcedonensis. Sed pergit Cyrillus:

I ergo, Stephanus scilicet & Ioannes, cum Synodo interessent; quoniam fidei decretum iam erat mandatum litteris: iter statim arripientes, quàm potuerunt celerrimè, accedunt ad Euthymium. Quàm causam? Volentes scire an ipse quoque consentiret iis quæ scripta fuerant: Non mediocriter enim eos terrebat, quod Auxolao acciderat, neque sciebant, an assentirentur, vel differrent, priusquam scirent illius sententiam. Postquam autem ille legisset; & quæ scripta erant, rectè se habere inuenisset, & concinere rectæ regulæ veritatis: peruasit repente fama totam solitudinem, quod magnus quoque Euthymius sequatur Synodum Chalcedonensem.] fuit quidem maximi momenti ad continendum in officio complures eremi Palæstinæ monachos, qui sanioris essent mentis, ne seducerentur à Theodosio Eutychemo pseudomonacho, qui Palæstinam prouinciam ea hæresi magna ex parte fœdauit: id verò quomodo se habuerit, dicemus anno sequenti. Probauerunt insuper & magno gaudio receperunt decretum fidei Synodi Chalcedonensis magnus ille Simeon Stylita, admirandus Saba, & Theodosius insignis cœnobiarcha longè diuersus ac prorsus contrarius Theodosio Eutychemo monacho: sed & æquè magnus Auxentius Abbas, gratia & ipse

CHRISTI LEONIS PAP. VALENTIN. 27. IMPP. 451. 12. MARCIANI 2.

A ipse miraculorum illustris, his nuper nominatis haud impar, eandem verè esse secundum Deum fidem miraculorum virtute etiam consignauit.

Cum enim videret Marcianus Imperator decreta fidei cognita & firmata in Concilio Chalcedonensi labefactari calumniis monachorum Eutychemorum asserentium Nestorij hæresim in ea Synodo esse restitutam ac roboratam, illumque fuisse Nestorianorum conuentum: hæcque longè lateque eos sparsisse in damnum haud leue simplicium intelligeret: cum inquam hæc audiret, salubre illud iniit consilium, vt Auxentium sanctissimum anachoretam virtute miraculorum insignem, omnibus fama cognitum, ex solitudine aduocaret, vt miraculorum virtute coram populo eum ad stipulari faceret decretis fidei Concilij Chalcedonensis. Quæ autem inter eum & Imperatorem transacta sint, audi periuocandam historiam omni fide litteris commendatam ab auctore qui eo tempore eius res gestas in vnum collegit, in quibus inter alia ista scripta leguntur:

S. AVXENTIUS AC-CERSITUR AB IMPER-RAIORE.

Extat apud Sur. die 14. Febr. AVXENTIUS DIV RELV-CTATVS AG-QUIESCIT.

Cum omnes conuenissent Episcopi, aded vt essent numero sexcentorum triginta: iussurunt etiam conuenire beatum Auxentium Imperator & Episcopi. Cum autem magnus & diuinus pater noster Auxentius resisteret, & nollet descendere, dicens: non esse monachorum docere, sed potius doceri, hoc verò iis solis conuenire qui sunt honorati Pontificatu: Misit Marcianus Imperator quosdam ex monachis & clericis qui erant circumcirca simul cum militibus, res eius cognoscentes: & iussit, vt nisi vellent sua sponte venire cum eis, iniurum adducerent. Hi autem cum accessissent, eum maxime virgates, nequaquam persuade- re: aded vt sint conuersi ad eum incessendum maledictis, & affirmarent eum non sapere. Conabantur itaque eum vi exturbare: sanctus autem eis cedebat, sed nondum perfecta mente absque superna voluntate: nam cum duxissent artifices ad globum in quo erat, soluen- dum, & totum diem permansissent, nihil potuerunt facere. Manè verò dicit eis: Dicite mihi, fratres & patres, in quam re malè credo, & deinde sic prouidentia Dei globus aperietur. Illi autem dixerunt: Quod cum pius Imperator Marcianus pios qui vbiq; sunt Episcopos congregauerit ad vtilem considerationem dogmatum sanctissimæ Ecclesiæ, tu non vis venire. Scis enim eam quæ nunc est conditionem, cum alij quidem sentiant cum Nestorio, & schisma moliantur, propterea quod vocem Dei parentis auferant à casta & veneranda Virgine & matre Domini: alij verò Eutychemis, vel potius Appollinaris tuentur dogmata, & consententur Dominum nostrum Iesum Christum non perfecte carnem suscepisse ex semine David, sed ex visione eum fuisse hominem prodigiosè dicunt.

Hæc cum audisset beatus Auxentius, dixit: Ego confiteor Verbum perfecte carnem suscepisse ex Virgine, non experta opus nuptiarum] & cetera adiecit quæ spectant ad Catholicam fidem. Subdit auctor: Hæc cum dixisset, & eos instare vidisset, & manibus in caelum sublatis iussisset intentam fieri precationem, non tradidit se ipsum. Illis autem insultantibus, & globum dissoluere rursus aggredientibus, & nihil omnino valentibus efficere: beatus cum signasset globum, & ter dixisset, Benedictus Dominus, miti voce imperauit artificibus: & sic eius voluntate sublatis tabulis quæ erant in clauis affixæ eius fenestræ, eum eiecerunt. Assisterunt verò iumenta & currus, vt vbi vellent, ascenderet. Cum verò recusaret locari super iumentum, strato curru sanctum in eo reclinauerunt: erat enim imbecillus & deiectus toto corpore ex nimia exercitatione, & maxime ex laboribus, &c.] recitat auctor miracula ab eo in ipso itinere edita, quæ cum plura sint, breuitatis causa præterimus: lector, si vult, consulat eadem Auxentij Acta, inueniet planè insignia sancti viri miracula. Post multa verò hæc de Auxentij rebus gestis cum Imperatore:

AVXENTIUS RECTA RE-DEI COH-FESSIO, ET PRO-FECTIO.

MARCIANVS IMP. QUID CVM AVXENTIO.

E Post hæc autem pius Imperator, misso dromone ex Hebdomo, quod illic esset Procensius, ad se accessit beatum Auxentium: & cum eum vidisset toto corpore afflictum ob exercitationem, magnam in eum ostendens misericordiam, dicit ei: Scio te esse Dei seruum, domine Auxenti, & debes consentire sanctæ & oecumenicæ Synodo, ad hoc, ne tu fias auctor offensionis iis qui eam volunt admittere. Sanctus autem respondens, dicit Imperatori: Quis sum ego canis mortuus, quod vt cum sanctis pastoribus connumerer, iubet tua potentia: qui non recuso pasci, & doctrina egeō. Imperator autem postquam plurima cum eo esset locutus, dicit: Considera quid expediat, & ne nos afficias molestia: Nam nec nos quidem quippiam præter id quod oportet, sed vt decet, ad sanctissimæ Ecclesiæ vniōnem & non destructionem Concilium congregauimus. Hæc cum dixisset Imperator, & preces ab eo petiisset, eum dimisit. Cum verò venisset beatus Auxentius in monasterium sancti Hypatii in Ruffianis (erat locus ille sic dictus à Ruffino Consule, qui ecclesiam ibi Apostolorum

CHRISTI LEONIS PAP. VALENTIN. 27. IMPP. 451. 12. MARCIANI 2.

cum monasterio edificavit) & vidisset illic magnam affuisse multitudinem, cepit omnibus precipere vt abstinerent à theatris, &c.] subdit auctor de puella ab obidente dæmone per eum liberata: atque post hæc:

VNDI CYN- CTATIO AVXENTII.

Cum verò rursus mittens Imperator eum accersisset, rogavit an assentiretur sanctæ Synodo, & cum sancta communicaret Ecclesia. Dixit ad eum beatus (quod nesciret, qua decreta essent in Synodo, & accepisset à Nestorianis eam esse collectam.) Quomodo possum communicare, si non confiteatur esse Dei parentem semper Virginem? Dixit ei Imperator: Si videris quæ sunt rectè confirmata & stabilita à Synodo ad destructionem reliquarum hæresum, tu ne quoque assentieris? Respondit sanctus: Si nihil aggressa est sancta Synodus, quod tendat ad euertendum Concilium trecentorum decem & octo Patrum qui erant Nicææ, sed perfectam enunciauit carnis œconomiam Saluatoris nostri Iesu Christi, & quæ conuenit Virgini Dei parentis, Deo non rursus abstulit; communico & assentior, Deo agens gratias & pietati vestræ. Hæc cum audisset Imperator, osculatus est venerandum & sanctum eius caput, & sic deinde iussit cum maximo honore venire in magnam & sanctissimam Dei ecclesiam: quamobrem magna eum populi consequebatur multitudo. Significans autem Imperator Archiepiscopo Constantinopolitano, quæ ab eo dicta fuerant, iubet ei legi omnia quæ à sancta Synodo fuerunt definita.

PROBAT FI- DEM CHAL- CEDONEN- SYNODI AVXENTII.

Qui cum diligenter & accuratè Acta legisset, & persuasum habuisset, quod Dei voluntate, quæ aduersus Nestorij impias nugæ & Eutychetis manifestum furorem decreta fuerunt, sancta firmavit Synodus] nempe demonstrasset veram certamq; incarnationem Dei Filij, duasq; naturas in vna persona indiuisè & inconfusè & inseparabiliter esse coniunctas, verèq; prædicari Deum verum & hominem in vna persona, asseriq; verè dici debere Dei genitricem sanctissimam Virginem, & secundum diuinas Scripturas & traditiones maiorum & Patrum testimonios, atque secundum S. Cyrilli scripta, ac iuxta nuper editam S. Leonis epistolam cuncta esse definita atque sanctissimè stabilita: Hæc inquam (subdit auctor) cum legisset & admisisset beatus, in diuina satisfactione & spiritali intelligentia assensus, abiit Ruffinianas, dicens: Non oportet autem nos ex ignorantia maledictis insectari, aut calumniari hanc S. Synodum, sed potiùs quod manifestum est & verum agnoscentes admittere. Itaque cum sancti quidem Patres hæc concorditer in Synodo declarassent & definiissent, & vnusquisque ad suos reuerteretur: noluit beatus Auxentius redire ad priorem montè, sed in alium asperiores & altiorem, propiores autem Ruffinianas, nomine Scopem, &cet.] pergit auctor reliquas præclaras ab eo res gestas & innumera ferè quotidie miracula edita recensere. Vt planè Dei consilio factum fuisse apparuerit, quod prope Chalcedonem in prominenti loco, tamquam super cathedram collocatus, sublimis professor fidei Chalcedonensis Auxentius degeret: vt clarissima atque altissima voce virtutis, nempe signorum omnium, plus satis manifestum redderetur, quænam esset fides vera, nempe eam, quam Deus in Auxentio iugi operatione miraculorum firmissimè comprobaret.

DIOSCORI RELEGATIO. Liberat. in Euan. c. 14. Enag. lib. 2. cap. 5. CONSECRA- TA MEMO- RIA SYNO- DICHAL- CEDONEN-

Absoluta igitur hoc anno (vt dictum est) sacra Synodo mense Nouembris, Patres ad suas singuli Ecclesias redire. Dioscorus verò Gagaram in Paphlagonia ciuitatem iussus proficisci, immò militari manu perductus, ibidem relegatus est (tradunt id Liberatus Diaconus, Eua- grius, & alij qui de his agunt) vbi infelix diem clausit extremum. Tanti autem à Deo præstiti beneficij in damnatione perditissimæ hæresis, quæ sacræ incarnationis mysterium abolere præsumperat, Orientalis Ecclesia memor, eandem ipsam Synodum Chalcedonensem perpetua colere statuit celebritate, anniuersaria eam memoria consecrans, cum annis singulis in ecclesia hæc publicè occinenda in Menologio scripserit die decimasexta mensis Iulij: Celebritas sexcentorum triginta Patrum Quartæ Synodi œcumenicæ in vrbe Chalcedone tempore Marciani Imperatoris.] ita ipsi, & quidem iure ob acceptum per eam ad eò immensum diuinitus beneficium; de quo etiam hæc habet sanctus Leo in epistola ad Theodoretum Cyri Episcopum: Secunda est post aduentum Domini hæc Orbi festiuitas: redditum sæculo est, prædone prostrato, incarnationis diuinæ mysterium.] & paulo post: Solis iustitiæ iubar, densis per Orientem Nestorij & Eutychetis nebulis impeditum, purè ab Occidente resplenduit, vbi culmen sanctum in Apostolis & doctoribus principaliter Dominus collocauit; quamuis nec illic vnquam defuisse credendus sit, vbi confessores sibi egregios reseruauit.] ista sanctus Leo. atque de Synodo modò hæctenus.

*Leo epist. 63.

*quo

Post hæc autem eodem anno, duodecima die mensis Nouembris, idem Marcianus Imperator cupiens omni ex parte esse Christianæ religioni benè consultum, cum iam per sacrosanctum

CHRISTI LEONIS PAP. VALENTIN. 28. IMPP. 452. 13. MARCIANI 3.

A sacrosanctum Concilium omnes emergentes hæreses compressisset, voluit sacro edicto quicquid reliquum esset Gentilitiæ superstitionis penitus dissipare, huiusmodi promulgando sanctionem:

*L. 7. C. de Pagan. Quid Marcianus in idololatras.

Nemo venerandi, adorandique animo delubra, quæ iam olim clausa sunt, referet. Abfit à sæculo nostro infandis execrandisque simulacris honorem pristinum reddi, redimiri ferentis templorum impios postes, profanos aris accendi ignes, adoleri in iisdem thura, victimas cædi, pateris vina libari, & religionis loco existimare sacrilegium. Quisquis autem contra serenitatis nostræ sanctiones, & contra interdicta sanctissimarum veterum constitutionum sacrificia exercere tentauerit: apud publicum Iudicem reus tanti facinoris accusetur, & conuictus proscritionem omnium bonorum suorum & vltimum supplicium subeat. Conscij criminis ac ministri sacrificiorum eandem pœnam, quæ in illum fuerit irrogata, sustineant: vt hac legis nostræ seueritate perterriti, metu pœnæ desinant sacrificia interdicta celebrare. Quod si vir clarissimus Rector prouinciæ post accusationem legitimam, & post crimen in cognitione conuictum, tantum scelus dissimulauerit vindicare: quinquaginta libras auri ipse Iudex, quinquaginta etiam Officium eius confessum Fisco nostro inferre cogatur. Dat. pridie Idus Nouembris, Marciano Aug. & Adelphio Conss.] hæc Imperator in idololatras, quos haud plures ante annos plurimum inualuisse diximus. At de rebus hoc anno gestis hic finis esto: reliqua autem eiusdem Marciani Imperatoris edicta, quæ eandem Chalcedonensem Synodum sunt subsecuta, qui proximè sequitur annus, quo sunt sancita, faciet manifesta.

IESV CHRISTI LEONIS PAP. VALENTIN. 28. IMPP. ANNV S ANNV S MARCIANI 3. 452. 13.

Sequenti anno Domini quingentesimo quinquagesimo secundo, Consulibus Herculano atque Sporatio vigesima sexta Ianuarij Marcianus Imperator pro firmitate Chalcedonensis Concilij sollicitus edidit sanctionem, ne cui amplius liceret publicè de fide differere, cui quidem eiusmodi legitur indita inscriptio:

*Asporatio

Imperatores Cæsares, Flavius Valentinianus Pontifex, Germanicus inclytus, Alemannicus inclytus, Sarmaticus inclytus, Tribunitiæ potestatis viciesepies, Imperator viciesepies: Et Flavius Marcianus Pontifex inclytus, Germanicus inclytus, Sarmaticus inclytus, Alemannicus inclytus, Francus inclytus, Tribunitiæ potestatis viciesepies, Imperator, Consul semel. De prohibitis disputationibus à Christianis ciuibus Constantinopolitanis.] ita inscriptio, quam quidem puto ab aliquo additam otioso, cum plurimum mendaciorum arguatur. Etenim quid sibi vult Tribunitia potestas viciesepies repetita in Marciano, cum eadè vnà cum annis augetur Imperij? Vndenam iste sibi comparauit, vt trium tantum annorum Imperator, describeretur vigesima septima Tribunitiæ potestatis? quam non nisi cum Imperio impertiri solitam, satis superius demonstrauimus.

h. Apud Conc. Chalced. Act. 3. TITVLVS SVBPOSI- TVS.

Rursum verò quomodo vterque inscribitur Pontifex, cum is titulus (vt à nobis tertio tomo Annalium dictum est) defecerit in Gratiano, qui primus, eo aliquando sicut à ceteris prædecessoribus vsurpato, sponte carere voluit? quem nec ab alio, nisi à Iuliano Apostata, liquet esse resumptum. Sed etsi titulos ex populis debellatis inspicias (vt de Valentiniano dicere prætermittamus) vnde Marciano tot ex subiugatis populis tituli? Possent fortè hæc dissimulari, quod hæreses Imperij iisdem vterentur titulorum insignibus, quibus prædecessores fuerant decorati, si reliqua sibi constarent. At recitemus ipsum edictum, quod ex parte descriptum in Codice Iustiniano mendosissimè datum legitur sub Consulatu Ricimeris, cum iam ante triennium ab eo Consulatu ipse Marcianus, cuius est sanctio, ex humanis excessisset. Sunt autem hæc sanctionis verba:

*L. 4. C. de Summis Tit.

Tandem aliquando, quod summis votis atque studiis optabamus, euenit. Remota est de Orthodoxa Christianorum lege contentio. Tandem remedia culpabilis erroris inueta sunt, & discors populorum sententia in vnum consensum concordiamque conuenit. E diuersis enim prouinciis religiosissimi sacerdotes Chalcedonem venerunt iuxta nostra præcepta; & quid obseruari in religione debeat, perspicua definitione docuerunt. Cesset igitur iam profana contentio. Nam verè impius atque sacrilegus est, qui post tot sacerdotum sententiam opinionum suarum aliquid tractandum reliquit. Extremæ quippe dementiæ est in medio & perspicuo

MARCIANI EDICTVM.

CHRISTI 452. LEONIS PAP. 13. VALENTIN. 28. MARCIANI 3. IMPP.

DISPUTATIO DEI DE PEOHI BIVR.

spicuo die commentitium lumen inquirere. Qui enim post veritatem repertam aliquid vlt...

Apud Metaph. aff. die Nouemb.

Exat in fine d. 3. Conc. Chalced. R. V. R. S. V. S. IMP. EXAGITAT NOVA LUCE EUTYCHIANOS.

Nam in contemptores huius legis poena non decrit : quia non solum contra fidem bene...

Verum quod ad edictum pertinet : cum vano loqui adhuc obstreperent , & Eutyechiani...

Sic igitur rum Episcoporum sententia,rum Imperatoris sanctionibus damnata est cum...

Sed

CHRISTI 452. LEONIS PAP. 13. VALENTIN. 28. MARCIANI 3. IMPP.

A Sed vt anni huius quæ reliquæ sunt, res gestas prosequamur: Hoc item anno sanctus Leo...

Impletis per misericordiam Dei communibus votis, dignum est fraternitatem vestram...

Peruenerunt inter hæc Romam ad S. Leonem Papam legati missi Constantinopoli cum...

Nulla sibi met de multiplicatione congregationis Synodalia Concilia blandiantur : ne...

Leo epist. 94.

S. LEO PRO-MVLGAT IN OCCIDENTE SYNODVM CHALCEDON.

Leo epist. 94.

Leo epist. 53. LEO PAPA REDARGVIT ANATOLIVM EPISCOPVM CONSTANTINOP.

CONTRA NICÆNAM SYNODVM NULLA ALIA SYNODVS PRÆVALET.

bendo commendas; sed te ipsum, quod eis parere nolueris, dum illicita moliris, accusas, A superflue non concedenda appetens, & insalubriter contraria concupiscens; quae nullum unquam potuerunt nostrum obtinere consensum.

Abfit enim a conscientia mea, ut tam praua cupiditas meis studiis adiuuetur; ac non potius & meo & omnium qui non alta sapiunt, sed humilibus consentiant, opere subruatur. Sancti illi & venerabiles Patres, qui in vrbe Nicæa sacrilego Ario sua cum impietate damnato, mansuras vsque in finem mundi leges Ecclesiasticorum canonum condiderunt, & apud nos in toto orbe terrarum in suis constitutionibus viuunt; & si quid vsquam aliter quam illi statuerunt, praesumitur, sine cunctatione cassatur: ut quae ad perpetuam vnitatem generaliter instituta sunt, nulla commutatione varientur, nec ad priuatum trahantur commodum quae ad bonum sunt commune praefixa: & manentibus terminis, quos constituerunt Patres, nemo in ius tendat alienum; sed intra fines proprios atque legitimos, prout B quis valuerit, in latitudine se charitatis exerceat; cuius satis vberes fructus Constantinopolitanus potest Antistes acquirere, si magis humilitatis virtute nitatur, quam si spiritu ambitionis infletur.

Noli frater altum sapere, sed time, & Christianissimorum Principum piissimas aures improbis petitionibus inquietare desiste: quibus certum habeo modestia te magis quam elatione placitum. Persuasioni enim tuae in nullo penitus suffragatur quorundam Episcoporum ante sexaginta (vt iactas) annos facta subscriptio, numquamq; ad praedecessoribus tuis ad Apostolicæ sedis transmissa notitiam, cui ab initio sui caduce, dudumque collapsa, fera nunc & inutilia subiicere fomenta voluisti, eliciendo a fratribus speciem consensionis, quam tibi in suam iniuriam verecundia fatigata praebet. Memento quid Dominus ei qui vnum de pusillis scandalizauerit commineatur. Et sapienter intellige, quale sit iudicium Dei subituro, qui tot Ecclesiis, tot sacerdotibus scandalum inferre non metuit. Fateor enim, ita me dilectione vniuersæ fraternitatis obstringi, ut nemini prorsus in his quae contra se poscit, assentiam; possisque euidenter agnoscere, me dilectioni tuae beniuolo animo contraire, ut fanior consilio ab vniuersalis te Ecclesiæ perturbatione contineas.

Non conuellantur prouincialium iura primatum, nec priuilegiis antiquitus institutis Metropolitanis Antistes fraudentur. Nihil Alexandrinæ sedi, eius quam per S. Marcum Euangelistam beati Petri discipulum meruit, pereat dignitatis, nec Dioscoro impietatis suae pertinacia corrumpente, splendor tantæ Ecclesiæ tenebris obscuratur alienis. Antiochena quoque Ecclesiæ, in qua primum, predicante beato Apostolo Petro, Christianum nomen exortum est, in paternæ constitutionis ordine perseueret; & in gradu tertio collocata, numquam se fiat inferior. Aliud enim sunt sedes, aliud praesidentes. Et magnus vnicuique honor est integritas sua: Quæ cum in quibuslibet locis propria ornamenta non perdat, quanto magis in Constantinopolitanæ vrbis magnificentia potest esse gloriosa, si per obseruantiam tuam, & defensionem paterni canonis, exemplum probitatis multi habeant sacerdotes? Hæc tibi scribens, frater, in Domino hortor ac moneo, ut deposito ambitionis desiderio, spiritu potius ferueas charitatis, &c.] Vidisti, lector, & quam perspicue, vnius fuisse Romani Praefulis, irrita reddere, quæ sexcenti & triginta constituerunt vna simul Episcopi, & Imperatores atque Senatus expetiissent, obtentaque firmassent?

Eadem quoque die, qua data est hæc epistola, vndecimo Kalendas Iunij, sub dicto Herculani Consulatu, ad Marcianum Imperatorem idem sanctus Leo eadem ex causa scripsit epistolam, vbi post congratulationem de propulsata vna cum hæreticis hæresi, & fide Catholica stabilita, hæc de ambitiosa Anatolij temeraria praesumptione: His autem, propter E quæ tanta facta est congregatio sacerdotum, bono & optabili fine compositis: miror & doleo, quod pacem vniuersæ sanctæ Ecclesiæ diuinitus reformatam ambitionis rursus spiritus inquietet. Quamuis enim necessarîe sibi frater meus Anatolius consuluisse videatur, ut ordinatum suorum errorem deserens, in assensum Catholicæ fidei salubri correctione transiret: custodire tamen debuit, ut quod vestro beneficio noscitur consecutus, nullius cupiditatis prauitate turbaret. Nos enim vestrae fidei & interuentionis habentes intuitum, cum secundum suæ consecrationis auctores eius initia titubarent, benigniores circa ipsum quam iustiores esse volumus; quo perturbationes omnes, quæ operante diabolo fuerant excitatae, adhibitis remediis leniremus; quæ illum modestum magis quam immoderatum facere debuere.] hæc sanctus Leo; eo quod, cum esset deponendus Anatolius, qui cum Dioscoro sectatus fuerat Eutychanam hæresim, & vitiose atque tyrannice per Dioscorum fuerat

ROM. 12. * OPC. LEO PAPA TENAX CVSTOS SACRORVM CANONVM.

* octoginta

Matth. 18. Marc. 9.

LEO CVSTODITA VVLTPRIVILEGIA ECCLESIA RVM. Ad. 11.

SAVBRIS LEONIS AD MONITIO.

Leo epist. 64. QUAE DE ANATOLIO LEO PAP. AD MARCIANVM IMP.

* OPTIMO DISPENSAVIT LEO CVM ANATOLIO.

A fuerat in locum S. Flauiani subrogatus; abdicata hæresi, precibus Imperatoris indulserat bono pacis ipse sanctus Leo, ut remaneret Constantinopolitanus Antistes: non enim alterius quam Romani Pontificis erat dispensare, ut tot aspersus sordibus homo sederet Episcopus. Subdit verò hæc S. Leo:

Qui etiam si praecipuis meritis, optimoque iudicio legitime fuisset ac solemniter ordinatus: contra reuerentiam tamen canonum paternorum, contra sancti Spiritus instituta, contra antiquitatis exempla, nullis posset suffragiis adiuuari. Apud Christianum & verè religiosum, vereque Orthodoxum Principem loquor. Multum Anatolius Episcopus proprio detrahit merito, si illicito crescere operat augmento. Habeat (sicut optamus) Constantinopolitana ciuitas gloriam suam, ac protegentem dexteram Dei, diuturno clementiae vestrae fruatur Imperio: Alia tamen ratio est rerum saecularium, alia diuinarum; nec praeter illam petram, B quam Dominus in fundamento posuit, stabilis erit vlla constructio. Propria perdit, qui indebita concupiscit. Satis sit praedicto, quod vestrae pietatis auxilio, & mei fauoris assensu, Episcopatum tantæ vrbs obtinuit: non dedignetur regiam ciuitatem, quam Apostolicam non potest facere sedem: nec vilo speret modo, quod per aliorum possit offensiones augeri.

Priuilegia enim Ecclesiarum sanctorum Patrum canonibus instituta, & venerabilis Nicænae Synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari. In quo opere, auxiliante Christo, fideliter exequendo, necesse est me perseuerantem exhibere famulatum: quoniam dispensatio mihi credita est, & ad meum tendit reatum, si paternarum regulæ sanctionum, quæ in Synodo Nicæna ad totius Ecclesiæ regimen, Spiritu Dei instruenta, sunt conditæ, me (quod abfit) coniuente, violentur; & maior sit apud me vnius fratris voluntas, quam vniuersæ domus Domini communis vtilitas. Et ideo sciens gloriosam clementiam vestram Ecclesiasticæ studere concordiae, & his quæ pacificæ congruunt veritati piissimum praestare consensum: precor, & sedula suggestione vos obsecro, ut ausus improbos vnitati Christianæ paci; contrarios ab omni pietatis vestrae abdicetis assensu; & fratris mei Anatolij nocituram sibi, si perstiterit, cupiditatem salubriter comprimatis; ne ea quæ vestrae gloriae temporibus inimica sunt cupiens, maior suis velit esse prioribus, &c.] Ad finem verò: Conuenit (inquit) fidei vestrae, vel gloriae, ut sicut hæresis (Deo per vos agente) destructa est, ita etiam omnis ambitus retundatur. Agite quod & Christianæ est pietatis & regiae, ut praedictus Episcopus pareat Patribus, consulat paci, neque sibi æstimer licuisse, quod Antiochena Ecclesiæ sine vilo exemplo contra statutum canonum Episcopum ordinare praesumpsit: quod nos amore reparandæ fidei, & pacis studio, retractare cessauimus.] hæc & alia ingerens, ad postremum legatos ab Imperatore missos excusat, quod per eos non steterit, quo minus eam causam sedulo pertractarint; sed quod esset iniusta, nihil potuisse opera sua consequi.

Scripsit idem S. Leo ad Pulcheriam Augustam eodem quoque argumento epistolam, eadem pariter die & Consule. est eius exordium: Sanctis & Deo placitis clementiae vestrae studiis, &c.] eadem quæ superius ingerens, cassare se & irrita penitus reddere testatur, quæ per Synodum de primatu Constantinopolitanæ sedis essent, Anatolio instigante, decreta: nam post multa, hæc ad finem: Consensiones verò Episcoporum & sanctorum canonum apud Nicæam conditorum regulis repugnantes, vnita nobiscum vestrae fidei pietate, in irritum mittimus, & per auctoritatem beati Petri Apostoli generali prorsus definitione cassamus.] hæc S. Leo, magnis resistens animis, infringensq; quicquid Anatolius tanto conatu œcumenicæ Synodi perficere nisus erat: planè docens, super arenam erigere molem, qui absque Apostolicæ sedis, in qua est firma petra, consensu, ædificium construit.

At quid Anatolius, cum ipsius Romani Pontificis litteras accepisset? homo fraudulentus occultauit quidem eas, utpote quæ suam ipsius decantarent iunctam cum ambitione nequitiam: sed & (quod deterius est) illud in scandalum plurimorum sparsit in vulgus, Leonem Romanum Pontificem minimè recepisse Chalcedonense Concilium. hæc quidem hoc anno transacta sunt, reliqua verò anno sequenti, de quibus suo loco dicendum. Vidisti hominem ambitionis facibus æstantem, in quod discrimen Catholicam fidem inducat, dum noua ea excogitata calumnia, cuncta quæ in sacrosancto Concilio aduersus hæreses essent decreta ac stabilita, contradictione Romani Pontificis, nullius esse vigoris, sed irrita planè reddita proclamaret, ipsumq; Pontificem prauearicatorem constitueret & proditorem, dum quæ essent credenda scripsisset, & eadem, non recipiendo Concilium, condemnasset. Sed veritas tandem redarguit impostorem.

ROM. PONTIFEX VIII. DE X. CANONVM.

Leo epist. 65. LEO IRRITAT DECRETVM CHALCEDONENSE FACIVM.

Liberat. Diac. in Epi. uar. c. 14.

PROTERIVS CREATVR EPISCOPVS ALEXAN- DRINVS.

Euagr. lib. 1. c. 5. PRO DIOS- CORO CER- TANT ALE- XANDRI- NI.

MILITIA SARCULARI VALLATVS EPISCOPVS.

DE ALE- XANDRI- NIS DIOS- CORVM O- SENTIVS.

Quid verò hoc anno Alexandria actum sit in electione noui eius ciuitatis Episcopi, dica- mus: atque in primis quæ habet Liberatus Diaconus, qui ait: Reuerſi sunt autem, re- legato Dioſcoro, Alexandria qui cum eo venerant Episcopi & clerici, Athanasius Buſi- rios Episcopus, & Nestorius Philagoneos, & Auxonius Sebennitenſis, & Macarius Chaba- ſenſis, qui confederant in Chalcedone, & anathematizauerunt Eutychem & eius do- gma cum Dioſcori damnatione, epistolam Papæ Leonis ſubſcribentes, vt cum omnium ciuium voluntate eligerent ordinandum Episcopum, ſacris ad hoc litteris præcedentibus ad Theodorum tunc Auguſtalem. Collecti ſunt ergo nobiles ciuitatis, vt eum qui eſſet vita & ſermone Pontificatu dignus eligerent: hoc enim & Imperialibus ſanctionibus iube- batur. Cumque ſuper hoc multa dubitatio præceſſiſſet, volentibus ciuibus neminem peni- tus ordinare, ne adulteri viderentur, Dioſcoro quippe viuente: nouiſſimè in Proterium vni- uerſorum ſententia declinavit; vtique cui & Dioſcorus commendauit Eccleſiam, qui & B eum Archiepiscopum fecerat. Ordinatus eſt ergo Proterius, præſentibus ſuprà memoratis Episcopis, qui Synodo (vt dictum eſt) ſubſcripſerunt, & inthronizatur.] hæcenus Liberatus.

De ſeditionibus verò tunc in populo excitata iſta habet Euagrius: Proterio in ſede Episcopali collocato, maximus tumultus & penè intolerabilis à populo variis æſtuante ſen- tentiis cietur. Nam vt in iſtiusmodi rebus euenire ſolet, alij Dioſcorum reſpocere, alij par- tibus Proterij firmiter adhæreſcere cœperunt; adeò vt clades ingens, eaque certè inſanabi- lis inde naſceretur. Nam Priſcus Rhetor ſcribit, Præfectum Thebaidis eadem tempeſtate veniſſe Alexandria, viſiſſeque populum vno conſentiu contra magiſtratus impetum fe- ciſſe, icciſſeque lapides in militum copias, quæ ſeditionem comprimere ſtudebant; atque milites vi coegiſſe in templum, quod olim Serapidis dicebatur, conſugere: tum populum cucurriſſe ed, templum expugnari, militeſque viuos ignis concremaſſe incendio. De quibus C rebus cum certior factus eſſet Imperator, militum recens ad eam rem lectorum duo millia illò miſiſſe; quos adeò ſecundo vento & proſpera vſos nauigatione, vt ſexto poſt die Alex- andriam appellerent.

Deinde cum milites petulanter in vxores & filias Alexandrinorum inſultarent, eadem poſteriore priorem ſua acerbitate penè obſcuraffe. Poſtea populum in Circo congrega- tum oraffe Florum, qui præſidiorum militum geſſit præfecturam, & ciuilem vrbiſ admini- ſtrationem tenuit, vt iſtis frumenti congiarium, quod illis ademerat, quinque balnea, ſpectacula, & alias denique res, quæ propter tumultuoſam ipſorum ſeditionem ablata fuerant, curaret reddendas. Florum autem populi impetum, cum coram ad eſſet, ſua cohorta- tione cohibuiſſe, pariterque ſeditionem ad tempus ſedaſſe.] Quæ verò poſt hæc contige- rint, ſuo loco dicemus. Sed quid inter tot turbas concitatas ſuæ electionis cauſa Proterius? D Audi Liberatum: Multa (inquit) pericula Proterius paſſus eſt, ita vt militari pro custodia indigeret auxilio, plurimo tempore ſui Pontificatus, & vſque ad mortem Marciani Impera- toris inimicorum manus valuit euadere.] Sedatis autem vtcumque rebus, ſcripſit Pro- terius, ex more, anno ſequenti litteras de ſua ordinatione ad Leonem Romanum Pontifi- cem: agemus de eis ſuo tempore.

Vix credat aliquis, quanta poſſint populi ſtudia & factiones, præſertim apud Ægyptios: quorum in cœndis turbis leuitatem, in altercando crudelitatem, & ſummam animi obſti- nationem ac pertinaciam in proſequendo quod ſemel ſiue iuſtè ſiue iniuſtè ſuſceperint de- fendendum, abſque delectu boni vel mali, veri vel falſi: cum etiam Gentiles omnis generis ſcriptores teſtata hæc ſæpè reliquerint, noſque eorum ſententias ex parte pro temporis op- portunitate & rerum geſtarum occasione ſuperius recitauerimus; certè id maxime præſens E declarauit exemplum. Quis credere poſſet, quòd adeò deforme monſtrum in quo monſtra omnia in vnum poterant videri coniuncta, vtpote in quo ſchiſma, hæreſis, innumera ſacri- legia, rapacitas incredibilis, turpitudine inenarrabilis, incomparabilis ſuperbia, crudelitas ineffabilis cum aliis omnibus vitis altis eſſent fixa radicibus: Dioſcorum dico ſemel hoc tempore cœptum defendi à ſtultiſſimo vulgò: eundem indefinentibus officiis & ſtudiis frequentatum, ac ſublimatum, religioſo etiam cultu ſanctorum (proh ſceluſt) eius poſteri fuerint venerari; & vſque in hanc diem idem perſeuerant in Chriſtianorum Alexandrino- rum & Ægyptiorum face delirium, vt Dioſcorum velut ſanctum colerent, idque adeò pu- gnaculo ſtudio, vt parati eſſent millies mori potiùs, quàm dicere anathema Dioſcoro? Vi- des in quas palpabiles & horribiles tenebras à principe tenebrarum immiſſas offendant incauti, qui operibus tenebrarum à luce Catholica fidei receſſerunt, & à Petri cathedra, vnde

A vnde & originem acceperunt, & à petra è qua præciſi erant, ſeſe penitus diuulſerunt.

At ſerò licet, tandem hoc ipſo anno, quem numeramus Domini milleſimum quingen- teſimum nonageſimum quartum, ab Eccleſia Alexandrina vniuerſaque Ægypto ſolemnis miſſa eſt legatio Romam ad Clementem Octauum Rom. Pontificem, qua ſe expetere Catho- licam ſedem, & Apoſtolicæ ſedis communicationem quàm auidiſſimè illi cupere ſigni- carunt. Miſſos autem ad hoc munus obeundum legatos ipſos duos monachos Macarianos, & cum ipſis proſectum Archidiaconum Eccleſiæ Alexandrinæ idem Pontifex benignè ex- cepit, munificè alit, atque paternè fouet: qui Catholicam fidem proſitentes, Dioſcorumque damnantes, vt idipſum ab eis à quibus ſunt miſſi præſtetur, internuncio litterarum expe- ctant. Faxit Deus, vt qui iſta ſcribentes dolemus eorum lapſu atque ruina, pariter, & repara- tione lætemur. At iam quæ inchoatæ tragœdiæ ſunt reliqua, proſequamur.

B Qualem autem ruinam, quantàmve iacturam ſecum inuexerint non in ſeculares tan- tum homines, ſed & in Ægypti monachos eiufmodi pro Dioſcoro ſtudia concitata, vix cre- di poteſt. Atrocioſus eſt ſane bellum, quod per homines nullis aliis curis implicitos atque dif- tractos conſtari & exerceri ſolet, quàm per illos qui ſecularibus moleſtis iugiter tenentur obſeſſi. Porrò hæc de monachis, quæ ſuis locis dicentur, maniſeſte declarant. Ceterum qui optimi atque Chriſtianiſſimi Principis ſpecimen in omnibus edidit Marcianus, ita per mi- lites curauit Alexandrinos ſeditioſos coercere, vt tamen & ſalutis ipſorum animarum ſedu- lam curam non prætermiſerit. Miſit enim ad eos Ioannem Decurionem virum maxime IOANNES DECVRIO MISSVS ALEXAN- DRIAM. piùm atque diſertum, qui cum aliis magiſtratibus ſacroſanctæ Synodo Chalcedonenſi præ- ſens fuerat; vt eos quæ eſſent Catholica fidei in Concilio cõſtituta faceret certiores: pru- denter quidem laicum hominem ſibi ad opus legauit, quòd ſciret populum Alexandri- num Episcopos omnes auerſari Catholicos; adeò vt potiùs irritamentum fuiſſet ad iras, quàm ad pacem conciliandam fomentum, ſi ad eos aliquem Episcoporum miſiſſet. Dedit eidem ad ipſos epistolam, qua eos conatus eſt ad manſuetudinem reuocare, reddereque veritatis amplectendæ cupidos atque concordiaſtudioſos; inſinuans illud in primis, nihil noui in Concilio Chalcedonenſi eſſe ſancitum, ſed omnia ſecundum Nicænæ fidei regulam, iuxta Alexandrinorum Episcoporum ſententiam Athanaſij, Theophili, atque Cyrilli; eſſe decreta: adeò vt refragari velle Synodo, idem eſſet quod ſuis ipſorum doctõribus aduerſari. Ad ſinem verò epistolæ iſta habet: a

Hæc igitur & nunc agnoſcentes, ſi qui forſitan eſtis adhuc falſitate decepti; ad veritatem recurrere ſeſtinate, nefandis voſmetipſos & canonibus contrariis collectionibus abſtinentes; ne ſuper hoc quòd animas veſtras perditis, etiam legali caſtigationi ſubdamini. Vnre D vos omnes ſanctiſſimæ & Catholica Orthodoxorum Eccleſiæ, quæ vna eſt, ſicut & venera- biles definitiones Patrum nos docent. Hoc enim agentes, animam quidem veſtram ſaluti donabitis; Deo verò cunctorum quæ ſunt placita facietis; ſed etiam noſtræ tranquillitati commendantes, eius cura fruemini. Propterea ſiquidè & Ioannem Decurionem eligentes miſimus, qui certiffimè valeat ea quæ de fide ſunt explanare: nam & ſanctorum Episcoporum vniuerſali Concilio interfuit, & vniuerſa quæ geſta ſunt clarè nouit: vt per omniam ſatis- factione ſuſcepta, hi qui (quod non credimus) adhuc dubitant, tandem aliquando ad ve- ram & immaculatam fidem remeare ſeſtinent.] hæc Marcianus Imperator ad Alexandri- nos. Quid autem hic effecerit, non liquet: ſed certum eſt illud, Alexandrinos magna ex parte diu eſſe tumultuatos, & ſchiſmate fuiſſe ab Eccleſia Catholica omnino diuiſos, de quibus hæc Damascenus: b

E Ægyptij, qui iidem Schematici & Menophyſitæ vocantur, ſpecioſo titulo libri legis qui Chalcedone probatus erat, à vera Eccleſia deſecerunt, Marciano & Valentiniano Impera- toribus. De ceteris rebus cum Eccleſia conſentiunt. Hi autem ob ſtadium ſuum erga Dio- ſcorum Alexandrinum, qui in Chalcedonenſi Concilio vt Eutychem deſectorum defen- ſor de gradu honoris motus fuerat, Concilio interfuerunt, tumque ſexcenta crimina, quæ in eis inerant, contra ipſum Concilium conſinxerant. Horum principes fuerunt Theodoſius Alexandrinus, à quo Theodoſiani, & Iacobus Syrus, à quo Iacobitæ ſunt nominati, conſcij deſenſores & propugnatores.] hæc Damascenus. Quæ autem ſubdit de Seuero, longè poſtea contigerunt: ſed & quem nominat Theodoſium, diuerſus ab eo fuit de quo modò dicturi ſumus.

Maximi quoque tumultus Palæſtinam inceſſere concitati à pseudomonachis Eutychia- nis; qui hoc tempore magnas ob Concilium Chalcedonenſe turbas excitantes, in ſuam Annal. Eccl. Tom. 6. P 2 ipſorum

RECENS LEGATIO AB ECCL. ALEX. AD ROM. PONT.

IOANNES DECVRIO MISSVS ALEXAN- DRIAM.

Epist. t. in epist. vniuersi- tati pro Cõ- cil. Chalced. Quid MAR- CIANVS AD HAERETI- COS.

Damascen. de heres.

ÆGYPTII ITA NOMI- NATI HABENTUR.

^{ENAGI lib. 2. 6. 5.} ipforum sententiam quam plurimos seduxere. Rem gestam Euagrius ita narrat ^A:
 Interea monachi, qui solitudinem in confinis Hierosolymorum sitam incolabant, minime pacato & tranquillo animo fuere: Nonnulli enim eorum qui Concilio interfuissent, & ab eius decretis penitus dissentirent, veniunt in Palaestinam de fide prodita conquesturi; & alios monachos ad seditionem incendere excitareque coeperunt. At cum Iuuenalis ad sui Episcopatus sedem reuertisset, & vi compulsus ab illis aduersariis qui illum in contrariam sententiam trahere nitentur, suam ipsius sententiam refellere, detestarique, ad Urbem vsque dum vixit Imperator confugisset: qui Chalcedonensi Concilio (vti supra diximus) refragabantur, in vnum coacti, in die sancto festi Resurrectionis, Theodosium, qui maxime omnium Concilium illud perturbasset, qui que primus illos de eo certiores fecisset, designant Episcopum: de quo postea monachi in Palaestina scripserunt ad Acclifonem ^B, quod a suo proprio Episcopo in maleficiis deprehensus, expulsus fuit e monasterio; & quod dum forte Alexandria versabatur, adhaeserat Dioscoro, & multis vt pote seditiosus, verberibus dilaceratus, cameloque maleficorum more impositus, circa urbem ductus fuerat.] huiusmodi plane infamia hominem laborantem Eutychni habuere ducem. Sed subdit: Ad istum multi ex vrbibus Palaestinae accedentes, effecerunt, vti ipsis ab eo designarentur Episcopi: inter quos Petro ex Hiberia orto Episcopatus Maiumae prope Gazam donatus fuit.] haec ipse. quae autem addit de Theodosio ex Palaestina Constantinopolim iussu Imperatoris per milites ducto (si vera sunt) ea post sequentem annum contingere, vt colligere facile est ex sancti Leonis Papae litteris, de quibus suo loco dicendum erit. Horum Palaestinae tumultuum mentio habetur in Actis Danielis Stylitae, quorum causa idem cupiens ad sancta inuisenda loca pergere, fuit a proposito reuocatus, vt pote quod non sine vitae periculo hoc tempore illuc accedere Catholicis fas esset. Ex quibus quidem Acta illa satis veritati concinna cognosces. ^C

At praeter haec quae de nefando Theodosio dicta sunt, alia plura ex diuersis auctoribus collegimus, & sane lectu dignissima. Etenim flamma ab eiusmodi impostore semel incensa, vniuersam ferme Orientalem Ecclesiam longe lateque combussit, quae nec per longum temporis spatium extingui potuit: ea namque perturbatione accidit, vt veluti cribratione quadam, qui vere essent monachi Dei cultores, qui vero sub monastico habitu laterent lupi rapaces, fuerit signis perspicuis demonstratum; apparueritque quos semel sua nigredine imbuisset monachos haereticos, hos omnes turpius cunctis facinorosis hominibus euasisse: tales enim eorum profectus esse solent: vt non mireris, si nostri temporis iridem apostatas monachos in haeresim lapsos audias cognitos esse omnium scelestissimos. Sed age iam ceptam semel de Theodosio pseudomonacho historiam prosequamur. Nicephorus enim ex antiquioribus monumentis ab eius Episcopatu sic exorditur enarrare ^D:

Hic (inquit) Theodosius, Eudocia Augusta, quae adhuc in vita erat, in partes suas raptam, & sodalitate monachorum omni sibi conciliata, praedonis & sanguinarij hominis more, quod Iuuenalis (sicut diximus) Constantinopolim petierat, Hierosolymorum thronum occupauit, adiutoribus ea in re vsus, qui Synodi constitutionibus aduersabantur, & Eudociae gratificabantur.] haec enim post Theodosij Imperatoris obitum Hierosolymam se contulerat, ibi vitam a strepitu quietam tranquillamque ductura: sed contrarium plane accidit; etenim molestissimam eam reddiderit, qui ipsam in Eutychnianam haeresim captiuam duxerunt: semel enim in alterius & deterioris partis factionem se implicans, in turbas maximas & aerumnas innumerisque se laqueos coniecit imprudens. Sed pergit Nicephorus de Theodosio: Cum Episcopi nondum e Synodo reuersi fuissent, alios ipse delectos in vrbes ^E quasque misit: Seuerianum autem Scythopolis Episcopum, quod maleuolentiae illius suffragari nollet, oppido exactum interemit.] Recepti vero inter sanctos martyres Seueriani Episcopi vigesima prima Februarij elogium anniuersaria memoria cantat Ecclesia. Subdit auctor:

Magnam quoque persecutionem mouit in ciuitate sancta aduersus eos qui communicare cum eo nolebant: quosdam namque tormentis cruciauit, aliquibus substantiam ademit, aliorum aedibus ignem iniecit: ita vt vrbs a barbaris capta videretur.] & inferius: Athanasius quidam in diaconorum ordinem cooptatus, in media Ecclesia Hierosolymis cum multa dicendi libertate, iniquitatis abominatione throno sanctissimo insidente, vocem illam praecclamam emisit: Desine, Theodosi, tantam caedem committere: desine Christo bellum inferre, & gregem eius in praedonum morem e diuino ouili eicere: & aliquando tandem beneuolentiam

^{MONACHI PALAESTINAE INVTYCHIANI.}

^{Aclifonem}

^{Niceph. lib. 2. cap. 9. EUDOCIA AVGVSTA DECEPTA A BARBARIS TICIS.}

^{SEVERIANI MARTYRIVM. Rom. Martyrolog. 21. Febr.}

^{ATHANASII MARTYRIVM.}

lentiam erga verum germanumque pastorem nostrum cognosce. Haec cum diceret, a satellitibus Theodosij arreptus, & ex ecclesia raptus est; atque insolentis petulantiae & cruciatuum genus omne propter Christum perpeffus, & flagellis multis concisus, postremo etiam ferro vitam amisit. Cadauer eius ex pedibus per urbem omnem raptatum, canibus tandem in escam proiectum est.] cuius pro Catholica fide susceptae coronae quinta Iulij dies fuit perpetuae memoriae consecrata. Sed pergit ille.

Porro Dorotheus, qui Palaestinam prouinciam ab Imperatore acceptam administrabat, & cum apud Moabitidem bello aduersus barbaros occupatus erat, vbi ea quae sic in vrbe gerebantur, cognouit: celeritate summa cum exercitu forti, rebus praesentibus consulturus, accurrit. Ceterum Theodosij & Eudociae satellites, portis clausis, non prius eum admiserunt, quam eis pollicitus esset, se quoque ad partes eorum defecturum, sicuti monachorum omnium ordo, & vniuersae ciuitatis multitudo fecisset. Ita menses viginti exitiosus Theodosius tyrannidem in sede Hierosolymitana exercuit. Quam rem postquam Marcianus intellexit, a Dorotheo ille eiectus est: quem is capere quidem (sic enim Imperatoris praecerat iussio) conatus est: sed id ab eo fieri non potuit, propterea quod pestis illa (nempe Theodosius) in Sina montem profugerat. Quam ob causam plurimi qui partibus eius fauerant, tormentis subditi sunt, non plebei tantum homines, sed etiam qui propter habitum in monachorum ordinem censi fuerant.] hucusque Nicephorus de rebus Theodosij pseudoepiscopi Hierosolymitani, qui per menses viginti illam occupauit sedem: Ex cuius plane temporis catulo colligitur, hoc anno ipsum se in eam sedem intrusisse, mansisse vero vsque ad anni sequentis finem: quibus satis consentiunt quae sanctus Leo ait, post sequentem annum fugato sedis illius inuasore, liberum fuisse Iuuenali suam e qua fugerat, repetere Ecclesiam. Discrepat autem ab uagrio Nicephorus, dum ille de Theodosio ait, iussu Imperatoris ductum esse captiuum Constantinopolim; iste vero illum fugam arripuisse, cui magis inharemus.

Quid praeterea, antequam Theodosius fugaretur egerit in Palaestina, quae uerba transacta fuerint inter ipsum & sanctum Euthymium spectatae sanctitatis virum, & quomodo tandem ipsa Eudocia Augusta in haeresim infeliciter lapsa ad meliorem frugem per eundem virum Dei fuerit restituta, audiamus a Cyrillo eiusdem Euthymij discipulo quam fidelissimam conscriptam historiam, quam his verbis aggreditur ^b: Postquam autem Euthymius illa legisset, & quae scripta erant a sacro Concilio Chalcedonensi recte se habere inuenisset & concordare rectae fidei veritatis: peruasit repente fama totam solitudinem, quod magnus quoque Euthymius sequatur Synodum Chalcedonensem. Hoc autem omnes propemodum monachos ad eam attraxisset, nisi quidam Theodosius habitu quidem monachus, moribus vero praestigiator importunissimus, & mente corruptissimus, veniens in Palaestinam, cum de dicta Synodo quaedam improbe confinxisset, quod euerteret quidem dogma rectae fidei, introduceret autem, vel potius reuocaret dogma Nestorij, cepisset Eudociam, quae tunc versabatur in Palaestina. Per ipsam autem induxit omnes monachos. Et deinde etiam sedem Hierosolymitanam inuerecunde (o iustitia!) & impudenter inuadit: & cum ex potestate accepisset facultatem, bellum gerit aduersus diuinos canones & leges: hincque factum est, vt homines probi & moderati a sedibus & sacris expellerentur, & nonnulli etiam ab eo interimerentur, & manus scelcratas Pontificum sanguine (proh dolor!) pollueret: malefici autem & praestigiatores & pestes, & carceribus potius digni quam sedibus, sacrorum interpretes crearentur & sacerdotes, & apud hunc sceleratum & exitiosum hominem magnam assequerentur potentiam.

Cum vero ipse sic haberet omnes monachos a se perdentes, & eos duceret quo uellet: ij soli qui magni erant sectatores Euthymij, fugiebant eius communionem tamquam aliquod scelus & piaculum. Quoniam autem eum quoque tenabat impius Theodosius & ad se accersebat, illo ne ipsius quidem sermonem audire sustinente, mittit ad eum legationem, Elpidium & Gerontium, quorum vnus quidem magni Passarionis, alter autem beatae Melanij monasterij erat successor, rogantes, vt si ad ipsum venire nollet, conuenirent tamen vterque ad locum aliquem, & de his quae vterque haberet, inter se differerent. Ille vero ad haec grauius exclamans: Absit inquit, vt aut iniuste suso sanguini sacerdotum, aut haeresi communiceum cum Theodosio: Illi autem: Sed necesse est, inquit, vt tu communices Nestorio, quoniam & is duas tuetur naturas: quod quidem ne in hodiernum quidem diem ab aliquo accepimus, & eum secuta est Chalcedonensis Synodus.

^{Martyrolog. Rom. 50. Iul.}

^{EXPPELLITVR THEODOSIVS.}

^{Cyril. in Vita Euthym. apud Sur. 20. Ianuar.}

^{SCELERA HAERETICORVM.}

CHRISTI 452.

LEONIS PAP. 13.

VALENTIN. 28. MARCIANI 3. IMPP.

EUTHYMIUS PROPHETA CATHOLICAM EPISCOPUM.

Magnus autem respondens Euthymius: Quae ab ea quidem Synodo sunt statuta, nondum, inquit, singulatim consideravi omnia: sed quod attinet ad decretum ab eis expositum, non possum ea quae illis visa sunt, reprehendere. statuit enim ipsa quoque sequi sententiam trecentorum decem & octo sanctorum Patrum qui Nicææ conuenerunt, & suadet amplecti Synodum centum quinquaginta Patrum qui congregati fuerunt Constantinopoli; & iubet eos sequi qui conuenerunt Ephesi aduersus impium Nestorium: Cyrillum autem Alexandriae Episcopum sibi adiungit, tanquam qui sit eiusdem sententiae, & recte sententiae fateretur esse magistrum: Deiparam sanctam Virginem libera lingua nominat, & vnigenitum Dei Filium ex ea natum esse asserit: sine tempore quidem & sine corpore ex Patre, in tempore autem & secundum carnem ex matre, vnum Christum, qui à nobis inconfuse, immutabiliter, citra diuisionem in duabus naturis cognoscitur: & propter eos qui audent quamdam inducere diuisionem in inexplicabili & arcana vnione, quae in hypostasi seu persona facta est in vtero; & eos qui per conuersionem carnem factum dicunt Verbum Dei, & Vnigeniti carnem asserunt esse eiusdem essentiae cum diuinitate; & alioqui propter eos qui non confitentur Verbi factam esse carni vnionem in hypostasi, sed per confusionem & coalescentiam, & deinde etiam *συνουσίωσιν*, hoc est, simul coniunctam essentiam, impiè & prodigiose affirmant, qui quidem diuinitatis & carnis vnam dicunt fuisse naturam: adeò vt si ea spectentur quae ab illis dicta sunt, praeter rationem, non possit seruari id quod est Christi patibile propter diuinitatis impassibilitatem, neque id quod est impatibile propter passibilitatem ipsius humanitatis. Conuenienter ergo instituto huius rectae sententiae illud, in duabus naturis, decreto additum est à Synodo, non tanquam scorsum & per partes Christum diuidens, sed eundem in vtroque continens, & vtrumque in eodem.] haec quidem Euthymius, quo dilueret maculam illam calumniosè aspersam, Orthodoxos euasisse Nestorianos, quo praetextu complures detrectassent eandem Synodum recipere, & vt iisdem prodesset legatis, qui tam ignominiosè Theodosium haereticum sectarentur, cum sanctissimorum iisdem essent haeredes Dei amicorum, ille Passarionis, iste sanctae Iunioris Melaniae monasterij. Subdit verò Cyrillus:

ELPIDIVS DISCIT FIDEM CATHOLICAM.

Haec prosequente Euthymio, laudabat quidem Elpidius, & fatebatur rectè habere quae dicta fuerant, etiam si non recesserit à communione Theodosij, & statim ostendit mutationem: Gerontius autem manebat in eadem sententia. Et sic reuersi, minimè inter se consentientes, Theodosio responsa annunciant. Cum ille verò haec audisset: quoniam in Palaestina iam omnia obtinebat, maius studium adhibebat, vt eum in suam nassam traheret: magnoque Euthymio assidue tendebat laqueos, & cum inescabat, & quotidie aliquos ad eum mittebat, qui bona scilicet suaderent & vtilia, nempe vt discederet ab eis quae recta & pia sibi visa fuerant, Theodosio autem assentiretur, & amplecteretur illius communionem. Ille verò, quòd hi quotidie venirent, aegre ferens, quid facit? Cum qui sub ipso erant omnes fratres conuocasset, & eis praecipisset, vt diligenter cauerent, & nullo modo cederent, nec assentirentur malae Theodosij sententiae, sed potius ora obstruerent eorum qui sic sentiunt, & pro viribus deducerent ad veritatem: nunc quoque recedit in vastam solitudinem, cum effecisset vt multi quoque alij imitarentur secessum.] imitatus planè Eliam* qui videns Palaestinam Achab & Iezabelis impietate vastatam, secessit in montes.

* 3. Reg. 18.

EUTHYMIUS EVRATANA CHORETAS AB ANACHORETIS.

Sed & alia quoque ex causa impulit eum Spiritus in desertum, nimirum ob magnos anachoretas ibi degentes, quos ad suam Theodosij pertraxisset communionem eo dolo, quòd Nestorianos esse mentiretur, qui decretum fidei Concilij Chalcedonensis consecrarentur. Ait ergo Cyrillus: Erat autem illic quidam magnus anachoreta, qui nuper quidem venerat è Lycia, vocabatur autem Gerasimus: qui cum omne vitae institutum, quod monachos decet, in patria ostendisset, multos quoque passus erat sudores aduersus spiritus nequitiae. Is ergo cum pulchrè exerceretur in ea quae est ad Iordanem solitudine, & saepe daemones percuteret; pulsatur ipse quoque, vel potius supplantatur ab eorum improbitate & abducitur ab haereticis. Cum autem ab omnibus fere anachoretis audiret de Euthymio, iisque qui de eo sermones celebrabantur, aures haberet oppletas, aliquando ad eum venit in Ruban (ita nominabatur solitudo, in qua degebat Euthymius) cumque cum eo diu esset versatus, & illius linguae bibisset fluentem suauissimum: veluti quemdam morbum euomit haereticum, & ad sanam fidem reuertitur: Quod deceptus esset, magna ductus poenitentia, & cor variis seductum sermonibus doloris stimulo castigans & puniens. Hunc autem ipsum alij quoque secuti sunt anachoretae, Petrus cognomine Gurnitis, & Marcus, & Iulon, & Siluanus, qui & ipsi

CHRISTI 452.

LEONIS PAP. 13.

VALENTIN. 28. MARCIANI 3. IMPP.

A ipsi quoque Theodosij sectabantur communionem.] haecenus de his Cyrillus. Quomodo verò post biennium idem S. Euthymius Eudociam Augustam reddidit Orthodoxam, dicendum suo tempore. Sed non praetereat, quòd Gerasimus iste, quem Euthymius deceptum reuocauit ad fidem, magni sane fuit nominis anachoreta; illius enim, & non sancti Hieronymi opus fuit, vt Leone vteretur pro asino ab illo interfecto, ad subeunda consueta asini onera, vt nos alibi alia occasione dixisse meminimus.

Porro tantam Palaestinarum monachorum cladem per Theodosium his diebus illatam, non armis solum (vt vidimus) sed & piis admonitionibus tum Marcianus Imperator, tum Pulcheria Augusta sunt conati auertere, atque lapsos ad fidem Catholicam reuocare: quarum ad eos missarum exemplaria litterarum Romam in manus S. Leonis Pontificis allata sunt, vt ipse tradit ad sanctam Pulcheriam scribens inter alia istis verbis*: Indicant enim fratre meo Iuliano Episcopo, peruenerunt ad nos in exemplaribus praerceptionum vestrarum saluberrimae sanctiones, quibus insanam imperitiam monachorum dignati estis parcendo plectere, & docendo punire, vt si eos ad poenitentiam miseratio diuina conuerterit, multis lacrymis & à nefandis caedibus & ab haereticorum blasphemis diluantur.] Extant quidem ipsae litterae, quibus eorundem haereticorum monachorum fraudulentum consilium detegitur: nimirum quòd cum traxissent ad sua vota Eudociam Augustam uxorem Theodosij, qui decesserat, Imperatoris; haud id sibi satis visum: sed decipere, in haesimque pellicere tentarunt S. Pulcheriam, rati nimirum, si illam seducerent, haud dubium simul etiam Marcianum Imperatorem sibi facturos consentientem: sicut enim, seducta Eudocia, Palaestina potiti sunt, ita quoque si lucrarentur Pulcheriam, vniuersum se putabatur esse seducturos Imperium. talibus namque sciebant artibus Arianam haesim & alias ex praesidio feminarum, earumque parrocino altiores fixisse radices, eandemque toto Orbe fecundiori germine propagatas. Sed & obserua vafriciem: Ne vt haeretici videantur intrudi, se Eurychetem damnare profitentur, atque pariter Nestorium detestari.

* Leo epist. 60.

FRAVDES HABRETI-CORVM, VT ABBVCANT PVLCHERIAM.

Acceptis his ab eis Pulcheria litteris, quae supplicem potius libellum praeseferebat, ostendit (vt decebat) illas viro suo Marciano Imperatori, memor verbi Domini^b dicentis Samaritanæ: Voca virum tuum.] Si enim quam instituebat ipse Christus, confcio viro suo, illud ipsum vult adimpleri: quomodo femina ad lapsum facilis cuiusque monentis admittit in animum sine viro doctrinam? Consuluit namque lubrico feminarum animo & Apostolus Paulus^c, dum monet eas, vt domi interrogent viros suos. Quae autem suo arbitrio malè sibi fidens regitur femina, in qua praecipitia ferat incauta, recens toto Orbi vulgatum docet exemplum. Marcianus itaque ista accipiens, quae ad eisdem Palaestinae pseudomonachos scripserit, videamus: magno enim Dei beneficio conseruata sunt posteris praecleara huiusmodi antiquitatis monumenta, quae sic se habent^d:

^b IOAN. 4. FERMINA CONSVLANT VIROS.

^c 1. Cor. 14.

^d In epist. Vir. Illustr. pro Concil. Chal. epist. 2. tom. 2. Conc. MARCIANVS AVG. EPISTOLA AD MONACHOS HABRETI-COS.

Agnoscentes nostra maiestas preces, quas ad sacratissimam piissimamque dominam nostrae tranquillitatis coniugem direxistis; rebus ipsis mihi persuasum est, quomodo non supplicationes misistis, sed sub schemate precum impiam & Dei legibus Romanaeque Reipublicae contrariam existentem vestram demosttrastis intentionem. Nam cum oportuerit vos quieti vacare, & esse sub sacerdotibus, eorumque doctrinis obedire; doctorum potius ordinem audacia vehementi assumere praesumpstis: qui neque à rectè docente doceri patimini; & vobismetipsis stultè persuadetis, quia cunctos oporteat circa aptae fidei scientiam vos potius sequi, quam sanctorum Apostolorum, Prophetarumque volumina, & sanctae memoriae Patribus mandata contradita. Et quasi priorum minora delinquere vos putastis, si fallis doctrinis vestras praesumptiones obumbrare volentes, nihil veritatis in vestris precibus dicere, asserentes neque incendiorum, neque homicidiorum, neque aliarum incongruarum rerum esse vos auctores, aut monasteria; sed & incolae ciuitatis & quosdam peregrinos memoratarum rerum originem extitisse. Sed nihil horum quae testata sunt, nostram latuit pietatem: quando & monumentorum Gestis & singulorum relationibus nobis apertum est, quomodo Acliorum ciuitas à vobis velut hostibus capta sit, qui habitare in monasteriis & in eiusmodi locis obseruare debuistis: Insuper & venerandae memoriae diaconi commissi caedes, & quod illius corpus post necem etiam communi sepultura priuatum, & insensibiliter tractum subdebatur iniuriis: Quomodo etiam domus incensae & portae clausae sint ciuitatis, & quasi legibus propriis ciuitatis custodiebatis muros, & carcere violenter aperto, malorum praesumptoribus remisso poenarum, & periculosa fugae praebatur occasio.

Profi-

CHRISTI
452.LEONIS PAP.
13.VALENTIN. 28.
MARCIANI 3. IMPP.CAEDIS AB
HÆRETI-
CIS FACTA

Proficientibus autem ad peiora, postremis minora fuisse præcedentia demonstrantes, A
Iuuenalem sanctissimum & alios reuerendissimos sacerdotes per quemdam ad hoc desti-
natum interficere voluistis. Cum verò is qui missus fuerat, fuisset spe sua deceptus, sine ef-
fectu suam vesaniam & eorum à quibus missus fuerat, esse non sinens, Severianum sanctæ
memoriæ Episcopum gladio percuciens, neque iis qui erant cum eo pepercit. Hæc ergo &
his peiora delicta & quomodo præsumpta, & quibus agentibus aut inuitantibus acta sint,
manifestant ea, quæ frequenter in diuersis iudiciis propriè demonstrata, & sacratissimis no-
stris auribus intimata sunt, certissimum indicium vestræ voluntatis habetia, quàm promptè
ad delinquendum decederetis, non Dei fidem iudicare vel fouere volentes, sed vestras pe-
tulantias & sacerdotia defendentes, quorum vos ostendistis omnimodis alienos, dum in per-
ditionem ciuitatum habetis studium.

SIMVLANT
EVTYCHIA-
NI SEDAM-
NARE EV-
TYCHETEM

Nostri quidem pietas admiratur, qua causa Eutychetem equidem anathematizatis, be- B
nè tamen facientes; Theodosio verò, qui peior est omnibus, vos ipsos contradidistis, sapienti
ea quæ sunt Eutychetis: qui circa Valentini & Apollinaris contra Orthodoxam fidem ha-
bens zeli vesaniam, sanctissimas conturbat Ecclesias, ciuitatibus verò subuersionis importa-
bilis & vexationis existit occasio: sed etiam vobis factus est nefandarum & iniquarum cau-
sarum princeps. Et impietatis quidem suæ delictorum poenas dignissimas dabit omnium
Domino & Saluatori Christo; aduersus quem rei excitantes originem, non cum patietur
sacra potestas sine supplicio finire ea, quæ in eius fidem blasphemi & in sanctam Ecclesiam
& in sanctos viros miserandè peremptos nefandè commissa sunt. Nostri quidem tranqui-
litas nihil tale fieri contra monachos imperauit, sed vt tantummodo Aeliorum sedaretur ci-
uitas, quatenus de cetero quies eius ab omnibus seruetur. Vestra autem procacitas man-
datis contraria monachorum agens, bellum aduersus communem quietem assumpit; & C
multitudinem congregans latronum, & aliorum iniquè agere solitorum, armaque contra
legitimè viuientes commouens, causa cædis & deuastationis, aliarumque crudelium rerum,
provinciae habitatoribus fuit.

MARCIAN-
VS PENI-
GNE AGIT
CVM HÆ-
RETICIS.* Marc. 10.
Luc. 6.

Vnde mota quidem maiestas nostra vt indignaretur rerum talium commissoriis, insita
clementia superata est, vt quatenus cædis & incendiolorum auctores rei, licet etiam aduersus
vos iustum esset vt indignatio nostra proueniret: relinquentes quidem monasteria quibus
vos semper obseruare mandata præcipiunt; præsumentes autem & illa quæ vltimo suppli-
cio digna consistant: Quia verò docere potius quàm discere præsumitis, diuina nescientes
eloquia apertè præcipientia^a, quia non est discipulus super magistrum suum: Quas doctrin-
arum Saluatoris animarum nostrarum, aut sanctissimorum Apostolorum & Patrum securi
estis? Non enim, licet proprias sequentes impietates, dicere præsumitis, quia per cædem D
aliaque delicta quæ vos egistis, Sanctorum eruditio procedebat. Proinde duas naturas au-
dientes, perturbatas vestras animas fuisse docuistis, veluti quadam nouitate auribus vestris
illata, &c.] subdit his Imperator rectæ fidei doctrinam Conciliis & sanctis Patribus consen-
tientem. Atque post hæc de conatibus & violentiis ab iis adhiberi solitis, vt quisque suæ
ipforum hæresi subscriberet:

QVTD IN S.
SYNO DV M
ET ROM.
PONTIF.
AVDENT
HÆRETI-
CIS.

Igitur nostra clementia nulli penitus necessitatem præcepit imponi, quatenus aut subscri-
bat, aut consentiat, si noluerit. Non enim terrore aut violentia aliquos volumus ad viam tra-
here veritatis. Diuersè autem vos super ea quæ dudum præsumpistis gladiis, aliisque cru-
delitatibus, insuper & iniuriis & tormentis in mulieribus honestis & nobilibus perpetratis;
etiam necessitatem pluribus non dubitastis inferre, vt consentirent quidem peruersis do-
ctrinis, vt cum clamoribus & subscriptionibus anathematizarent eandem sanctam Syno-
dum, & sanctissimum Patriarcham sedis Apostolicæ maximæ Romæ Leonem, & sanctissi-
mos Patres. Pro quibus causis necessariò reddituri estis omnium Deo & Domino ratio-
nem, in cuius iniuriam (si dici fas est) talia facere præsumpistis; opprobrium & irrisio sce-
lestis Paganis & hæreticis iustissimè constituti, quibus estis exemplum confusionis effecti.]
Incelligis, lector, derisorio esse & à Paganis atque hæreticis aliis huiusmodi insanientes pseu-
domonachos, dum audent in sanctam Synodum & ipsum sanctum Leonem Romanum
Pontificem anathema dicere, & alios per tormenta ad istud ipsum agendum impellere: par
quidem est causa recentiorum hæreticorum, digni sanè & ipsi qui & ab iis qui foris sunt de-
rideantur etiam infidelibus. Sed recto illud accipias sensu, quod ait Imperator, neminem
inuitum se cogere ad fidem, eo scilicet modo quo ipsi faciebant hæretici in Palæstina. Ce-
terum plura ab eodem Imperatore aduersus hæreticos data esse rescripta, tum quæ sunt
dicta

CHRISTI
452.LEONIS PAP.
13.VALENTIN. 28.
MARCIANI 3. IMPP.

A dicta superius, tum etiam quæ paulo post dicturi sumus, manifestè declarant. Sed quid in-
super in eodem Imperator? audi hæc postremum:

Quia verò & Samaritas accusastis, tamquam qui aduersus sanctas Ecclesias crudelia & QVARE TRI-
BYTA SINT
SAMARITIS.
nefanda commiserint: & cædis partem & alia simul incongrua fuerint meditati: cognosce-
te quia fanciimus, vt inquisitione subtilissima subsecuta per virum spectabilem Comitem
Dorotheum, ea quidem quæ direpta sunt sanctis Dei Ecclesiis, & eis qui perdidit, resti-
tuantur: Illi autem qui harum rerum inueniuntur auctores, legitimæ vltioni subiacent: ni-
hilq; vobis in eorum defensione commune sit, quos oportet agnoscentes quomodo credit
nostra potentia, & à nostra pietate pariter inuitatos, à sancta & Orthodoxa fide nullatenus
deuiare, sed residere potius in monasteriis, & ad profectum meliorem orationibus vacare, &
consona paternis mandatis semper efficere, nullamq; turbam omnino miscere. Sed neque
B his quæ ad perditionem animarum à prauis doctoribus proferuntur incautè consentientes,
ab Orthodoxa fide & Dei vos separetis Ecclesiis.

Collectas verò canonibus contrarias nequaquam facere præsumatis, scientes ea quæ du-
dum sancita sunt à diuæ memoriæ priorum temporum Principibus, qui sanctam Catholi-
camq; religionem roborantes, maximis supplicis extraneas collectas præsumentes facere,
subdi sanxerunt: Nos autem priorum vos pœnitentiam habere credentes, clementiam nul-
latenus denegauimus, multis vtique precibus vtente sanctissimo Iuuenale, per quas nos ex-
orauit, hæc ad vos scripta transmitti. Agnoscentes autem diuersorum precibus, quia à militi-
bus custodire iussis Aeliorum ciuitatem multitudine caballorum atque virorum vestra mo-
nasteria conturbantur: etiam in hoc indignati per Dorotheum virum spectabilem Comi-
tem ab hac eum molestia liberare fanciimus: licet nec antea iniuriæ fieri monasteriis, aut
C vestra refugia sustinere præceperimus angustias.] hæcenus litteræ indulgentiæ Marciani
Imperatoris ad monachos Palæstinae, ad quos eiusdem argumenti alias dedit sancta Pul-
cheria Augusta, quarum est exordium: Preces equidem, quas ad nostram direxistis pieta-
tem, &c.] At ne sic quidem obdurata eorumdem impiorum monachorum corda emollita
sunt: nam quousque in ea regione Theodosius ille scelestissimus mansit, iidè in omnia mala
cum illo conspirauere. Laborauit quoque in his sedandis turbis Romanus Pontifex Leo, vt
ex litteris anno sequenti datis ad Eudociam Augustam in Palæstina degentem apparet: di-
cemus de his opportuniùs suo loco.

Ipsè autem Marcianus Augustus hoc anno rursus res actas in Synodo Chalcedonensi
suis muniuit edictis, & quæ iisdem contraria essent deleuit; atque primùm aboleri præcepit
quæ contra sanctæ memoriæ Flauianum Constantinopolitanū Episcopum fuissent Theodosij
D lege statuta; itemque stabilita esse voluit quæ de eodem S. Flauiano in Concilio Chalcedo-
nensi decreta essent, ita rescribens ad Palladium Præfectum Prætorio Orientis^a:

Gloria numquam gloriosa morte perimitur: nec pereunt cum in orientibus virtutes: im-
mo obitu etiam existimatio augetur bonorum, quia omnis aduersus mortuos euanescent in-
uidia. Inde tanto studio ac præconio maiorum facta laudamus: inde optimorum maxima
cum veneratione memoria celebratur: inde magnorum animi virorum exitus appetuere
verè gloriosos, quia compertum erat eos solummodo perpetuò mori, quorum de vita ac
morte taceretur. Id ita esse etiam præsentem in tempore diuinum ostendit, humanumq; iudi-
cium. Cum enim falsa inuidia & improbè concinnata calumnia religiose ac venerabilis me-
moriæ Flauianus huius almæ vrbs Episcopus Episcopatu fuisset expulsus, (quâuis hoc fue-
rit plenius retinere sacerdotium, fidem quam acceperat conseruare: is enim solus est, qui esse
E meretur, Episcopus) tamen ita eius reliquias & exoptat hæc sacratissima ciuitas & recepit,
vt beatorum omni viuente videretur: vt exitus ille qui putabatur acerbus, optandus credatur
fuisse, quo illam immortalem mercatus est laudem: secutumque est illud quod meritis
eius Diuinitas præstitit, vt venerabilis Synodus innumerabilium penè sacerdotum Chal-
cedone conueniret: quæ dudum fidem diligenter inquirat, auctoritate beatissimi Leonis
Episcopi æternæ vrbs Romæ, & religionis fundamenta constituit sanctæ ciuitati, & Flauia-
no palmam mortis tribuit gloriosæ.] Quæ post hæc sequuntur, relata etiam habentur in
Iustinianicum Codicem^b:

Ergo quoniam venerabilis recordationis Flauianus tanto ac tali decoratus est testimonio,
vt Eutyches, qui contra senserat, cum sceleratis dictis suis ab omnibus vno ore damnaretur:
aboleatur illa constitutio * Theodosij, quæ subreptione sceleratorum post obitum sanctæ me-
moriæ Flauiani aduersus eum lata cognoscitur: cesserque in totum, cuius initium fuit ini-
quum,

QVARE TRI-
BYTA SINT
SAMARITIS.BENIGNI-
TAS MAR-
CIANI BR-
GA PRAVOS
MONACHOS* Erat apud
Concil. Chal-
ced. c. 3.
SANCTO
IMPER. DE
ABLENDA
LEGITHEO
DOSII CON-
TRA FLA-
VIANVM.b Iustinian. C.
de Episc. Ec-
cler.* ille à cons-
titutione

AVSERBIVS
ST THEO-
DORST. L.
GE IMP.
DEFENDVN
TVR AB IL-
LATA CA-
LVNNTA.
A expuncta

quum, & iniusta sententia. Nihil obstat quoque Eusebio Dorilai & Theodoro Cyri religioſis Episcopis, qui eadem lege continentur: quoniam non poſſunt ſacerdotes conſtitutione damnari, quos Synodicum ornat ſuper conſervanda religione decretum. Expulſa itaque illa ſanctio, retineat vitæ gloriæque Flavianus, quam meretur, perpetuam laudem, ceteris conſtantiaæ erga fidem futurus exemplum. Illuſtris igitur & magnifica auctoritas tua hanc ſaluberrimam legem, edictis propoſitis, ad omnium noticiam faciat peruenire. Datum Conſtantinopoli, pridie Nonarum, . . . Sporatio viro clariffimo & qui fuerit nunciatus Conſſ.

Extat apud
Conc. Chal-
ced. A. 3.

Menſe verd Julij idem Marcianus aduerſus eoſdem Eutychianos promulgavit edictum, quos & diuerſis pœnis exagitavit: eſt eius initium: Amplæ omnipotenti Deo referendæ ſunt gratiæ, &c.] Poſt nonnulla autem, quæ demum aduerſus eos decreuerit, ita habet: Verum quoniam Principaliſ prouidentia eſt, omne malum inter initia opprimere, & ſerpentem morbum legum medicina reſecare: Hac lege decernimus, eos qui Eutychetis decipiuntur errore, ad exemplum Apollinarianorum, quos Eutyches ſecutus eſt, quoſque venerabiles parentum regulæ, id eſt, Eccleſiaſtici canones, & Principum diuerſorum ſacraſſima ſcita condemnant: nullum Episcopum, nullum habere præſbyterum, nullos habere vel appellare clericos; ipſumque Eutychetem nomine præſbyteri (quo & indignus & ſpoliatus eſt) in totum carere. Si qui autem contra definita noſtra, Episcopos, præſbyteros, ceteroſque clericos auſi fuerint creare; tam factos, quàm facientes, vel præſumentes ſibi clericorum gradum, bonorum amiſſione percuſſos, exilio perpetuo præcipimus contineri. Coeundi, vel colligendi, vel congregandi monachos, vel ædificandi monaſteria nullam eos iubemus habere licentiam; locaque ipſa, in quæ conuenire aliquando tentauerunt, conſcificari, ſi tamen domino loci ſciente conuenerint: Quod ſi ignaro actore; conductorem loci ſuſſibus cæſum, deportationem ſubire cenſemus.

create
P OBNA
RECBNS
SANCITAS
CONTRA
EVTYCHIA-
NOS.

Ipfos præterea nihil ex teſtamento cuiuſquam capere, nihil eis qui euſdem erroris ſunt relinquere teſtamento. Ad nullam eos patimur aſpirare militiam, niſi forte ad cohortaliciam vel limitaneam. Si quis etiam extra prædictam militiam inuentus fuerit militare, vel quia ignorabatur eius in religione peruerſitas, vel quia poſt adeptum cingulum ad hunc deuenerit errorem: ſolutus militia, infidelitatis ſuæ fructum hunc habeat, vt optimorum hominum & Palatij communionem priuetur: nec alibi quàm in quo natus eſt vico vel ciuitate verſetur. Quod ſi qui eorum in hac alma vrbe (quod credi nefas eſt) geniti ſunt: tam hac ciuitate venerabili, quàm ſacraſſimo Comitatu, & omni excludantur metropolitana ciuitate. Et hæc quidem generaliter circa omnes conſtituimus, qui tali labe polluti ſunt, vel polluentur. Eos autem qui ante hæc clerici Orthodoxorum fidei & monachi, qui quondam Eutychetis habitauerunt diuerſorum (neque enim monaſterium dicendum eſt, quod religionis habuit inimicos) qui ad hoc uſque infaniae proceſſerunt, vt relicto venerabilis religionis cultu, & Synodi decreto, quod totius penè Orbis Chalcedone coadunati decreuere ſacerdotes, infauſtam Eutychetis ſequerentur aſſertionem: quia vera luce deſerta, tenebras eligendas eſſe crediderunt: omnibus pœnis, quæ vel in hac vel præcedentibus legibus aduerſus hæreticos definitæ ſunt, iubemus teneri: immo extra Romanum expelli ſolum, ſicut præcedentes religioſiſſimæ conſtitutiones de Manichæis conſtituere; ne eorum venenatis fraudibus, ſcleratiſque commentis innocentum & infirmorum animi decipiantur.

ADVERSVS
SCRIPTA
ET EOS QVI
DOCENT
VEL DIS-
CVNT HAR-
RESIM.

Comperimus præterea, quædam eos in contumeliam religionis & inuidiam venerabilis Synodice definitionis fuiſſe mentitos, conſcriptiſque libris & chartarum tomis plura finiſſe, quæ eorum infaniam aduerſus veram fidem aperte ſignarent: Atque ideo præcipimus, vbicumque huiuſmodi ſcripta reperta fuerint, ignibus concremari. Eos verd qui vel ſcripſerint, vel aliis legenda tradiderint docendi ſtudio, vel diſcendi: cenſemus deportationem puniri. Docendi etenim hanc infauſtam hæreſim (ſicut pridem edictis ſerenitatis noſtræ continetur) omnibus adimimus facultatem: quia vltimo ſupplicio coerebitur, qui illicita docere tentauerit. Eos verd qui diſcendi ſtudio audiverint ſclerata diſſentientem, decem librarum auri mulcta compeſcimus: ita enim materia ſubtrahetur erroris, ſi peccatorum & doctor deſuerit & auditor, Palladii parens cariffime. Illuſtris itaque & magnifica auctoritas tua, edictis propoſitis, omnibus faciat nota quæ iuſſimus: Cognofcentibus Moderatoribus prouinciarum, eorumque Officiis, Defenſoribus etiam ciuitatum: quod ſi ea quæ mera fide & ſancto propoſito cuſtodienda cenſuimus, aut neglexerint, aut permiſerint

vera

A miſerint temerari, denarum librarum auri mulcta percuſſi, vt religionis legumque proditores etiam exiſtimatione laborabunt. Dat. decimoquinto Kal. Auguſti, Conſtantinopoli, Sporatio & qui fuerit nunciatus Conſſ.] hæc ſunt quæ ſpectant ad ea quæ legibus Marciani Imperatoris aduerſus hæreſim Eutychianam fuere hoc anno ſtatuta. Inuiſamus iam res in Occidente geſtas ab ipſo Valentiniano Imperatore.

Hoc quidem anno, decimoſeptimo Kalendas Maij, Valentinianus Imperator indignam planè Chriſtiano Principe edidit ſanctioem, qua abſtulit iudiciale Episcoporum tribunal: ius enim dicere eos vetuit, niſi partes ex conſenſu apud aliquem Episcoporum ſponte agere delegiſſent; nullamque voluit eſſe clericis fori exceptionem, omne adimens iudicium Eccleſiaſticum, niſi in his quæ ad religionem pertinent iudicandis. Sed & vetuit curiales clericos ordinari, vel monachos fieri, ſimiliter & originarios inquilinos, colonos, & ſeruos. Hæc quidem Valentinianus turpiter Romæ promulgat: ſed quàm iniquè & impiè, lata à ſucceſſore Maioriano his contraria ſanctio demonſtrauit. At putas ne, lector, iſta adeo impia & temeraria abſque vltione à Deo præterita? Conſidera (dicam cum Iob) ſemitas Thema, & itinera Saba, & expecta pauliſper.

Quam autem malè cõſulatur Imperio, dum in Eccleſiarum iura inſurgunt Imperatores, pluribus ſepè ſuperius eſt demonſtratum, & nunc grauiori damno id ipſum Imperatorem contigit experiri. Hoc namque anno (vt habent Marcellinus & Caſſiodorus in Chronico & alij omnes) Attila, qui anno ſuperiori maxima aetura ſuorum in Gallis ab Aetio & Gothis victus fuerat, ex peccatis Imperatoris ipſe, Flagellum Dei dictus, viribus auctus, Aquileiam nobiliſſimam Italiae vrbe, alteram Romam antiquitatis dictam, & alias nobiliſſimas ciuitates expugnat & diruit, perditurus & ipſam vrbe Romanam vnà cum Imperio, niſi ille cuius Valentinianus depreſſerat auctoritatem, diuina ſultus potentia obuiaſſet. indiguit infelix Auguſtus Papæ præſidio, cuius humiliauerat poteſtatem: vt planè euenerit, quod mox in Iob recitata ſententia ſubditur: Confuſi ſunt, quia ſperavi: venerunt quoque uſque ad me, & pudore cooperiti ſunt.] Intelligis ex iſdem, quando polleat, vigeatque flagellum Dei, quo erat nomine Attila nuncupatus, quando videlicet Principes in ſancta delinquant. At vitiam cana tantum de his extarent exempla, & non recentia videremus, addi quotidie hoſtibus robor, cum iura violantur Eccleſia: ſicuti hoc anno accidiffe vidimus Valentiniano, cui poſt latum impium edictum nulla ceſſere proſpera, ſed aduerſa, cunctaque in deterius ſunt prolapſa, atque penitus labefactata, ipſeque demum miſerando interitu perit: contra verd propter peccatum admiſſum, reddita ſunt vires Attilæ, licet victo antea & proſtigato; & Genferico ad cladem vrbe, captiuitatemque regiarum feminarum, aperta eſt, Deo vltore, via.

FORVM EC-
CLESTASTI-
CVM DE M-
PTVM A VA-
LENTIN.
Nuel. Vall.
im. tit. 12 de
Epiſe. indic.
10.

Job 6.

QUESTA
AB ATILA
DIRVTA.

Hæc verd de Attila quomodo ſe habuerint, qui ex Theophane & aliis antiquam collegit hitoriam, quæ Pauli Diaconi eſſe perperam fertur, his verbis habet: Attila continuo reſumpta fiducia cruentus Italiam petit, Aquileiam captam funditus eradit, Ticinumque Mediolanum regias vrbes excidit.]

Paul. Dia.
Miſcel. lib. 15

Quid autem Mediolano potitus, illic egerit, accipe ex Suida, qui ait: Attila cum Mediolanum vrbe populofam perueniſſet, & Romanorum Imperatores in aureis ſoliis ſedentes, Seythas verd ad eorum pedes depictos vidiffet: ſe in folio ſedentem, Romanorum verd Imperatores ſaccos ſuper humeros ferentes, & ante pedes ſuos aurum effundentes pingi iuſſit.] hæc Suidas. Vidiffi tumorem Hunnicum & barbaricam arrogantiam? unde magis intelligas, haud humanarum fuiſſe virium, adeo ferociſſimum atque ſuperbiſſimum Seytham reddere manſuetum, ſanè quidem. Deus enim, qui ſauienti mari clauſtra poſuit atque vices, ipſe coercuit nullo negotio mentem magnam, ſpirituſque vehementes cohibuit. Sed quomodo id præſtiterit, ipſe qui ſuperius narrare pergit auctor:

Job 38.

Inde (inquit) vaſtatis circum circa locis, cum Romam quoque pararet irrumperè: Leo Magnus Papa miſſus ad eum Valentiniani Imperatoris acceſſit: cumque adeo mitem reddidit, vt illico promiſſa pace firmiſſima, vltra Danubium non rediturus abierit.] hæc ibi. Teſtis eſt etiam Caſſiodorus, ſequeſtre S. Leone Papa Attilam pacem conſeſſiſſe Romanis. Porro cum ſancto Leone profectos eſſe aliquot nobilium Romanorum, idem ſcribit Caſſiodorus, dum agit de patre ſuo vnà cum Carpilione ad Attilam legatione fungente, his verbis: Ad Attilam igitur armorum potentem cum ſupradicti filio Carpilione legationis eſt officio non irritè deſtinatus: Vidit intrepidus, quem timebat Imperium: facies illas terribiles & minaces fretus auctoritate deſpexit: nec dubitauit eius altercationibus obuicare, qui furore neſcio

Cassiodor. in
Chron. hoc
an.
Cassiodor.
Ver. lib. 1.
LEGATIO
PATRIS
CASSIO-
DORI.

neſcio quo raptatus *, mundi dominatum videbatur expetere. Inuenit Regem ſuperbum, A ſed reliquit pacatum, & calumnioſas eius altercationes tanta virtute deſtruxit, vt voluiſſet gratiam quaerere, cui expediebat pacem cum regno ditiffimo non habere. Erigebat conſtantia ſua partes timentes: nec imbecilles ſunt crediti, qui legatis talibus videbantur armati. Pacem retulit deſperatam. Cuius legatio quid perfeccrit, datur intelligi, qua tantum eſt gratulantet excepta, quantum & videbatur optata.] haec Caſſiodorus, dum haec agit, vt ſuos commendet maiores: verum liberiori affectu ſcribens Chronicon, iſtud ipſum tribuit S. Leoni. Sed & in epiſtola Orientalium Epiſcoporum ad Symmachum Papam cum vocarent eum in Orientem, eiufdem S. Leonis legationis mentio habetur his verbis *: Feſtina (inquiunt) & noli tardare ad Orientis auxilium, magis autem ad maiores partes habitabilis mundi: quia non tantum pro centum viginti millibus illis in magna quandoque conſtitutis ciuitate Niniue b, ſed a multo plurimis ſpera expeſtari tuam poſt Deum medicinam. Si enim qui praecellit beatitudinem tuam inter ſanctos conſtitutus Leo Archiepiſcopus ad Attilam tunc eronem barbarum per ſe currere no duxit indignum, vt captiuitatem corrigeret corporalem, nec tantum Chriſtianorum, ſed Iudaeorum (vt credibile eſt) atque Paganorum, quanto magis feſtinare, ad tuam attinet ſanctitatem? &c.]

* Extat inter epiſt. Symmachii tom. I. epiſt. Rom. Pont. 10. an. 4.

Grande plane miraculum, vt inundatem, & rapido curſu abſque impedimento fluentem, cunctaq; obuiantia ſibi ſternentem atq; vaſtantem barbarorum torrentem Summus Dei Sacerdos retro conuertens, alueo ſiccato relicto, vnde fluxerat, velociori fecerit fluxu recurrere. Sed vnde tanta Leoni, vt vincentem vinceret Attilam, & abſque armis conditiones pacis quas obtulit veluti victum accipere atque ſeruare coegerit, & iam ſe inferentem victoricibus armis in Urbem, concito gradu ad propria remeare copulerit? Ille, inquam, qui ab Aetio & Gothis victus, ceſſit ad tempus, vt vehementiori iterum irrumperet impetu, tanta iam fretus potentia victor, quomodo a Leone cogitur furens barbarus & relinquere Italiam, & vltra montes ad Iſtrum no amplius rediturus abire? Senſit citò, quod tardiùs Antiochus c impius experimento conſeſſus eſt, aequum eſſe hominem ſubditum eſſe Deo, nec mortalem paria cum Deo ſentire. Sed & vnde immaniſſimo Regi tanta de Deo ſcientia, vt putauerit obuianti ſacro Antiftiti eſſe cedendum? Dicam quaerunt Romanae Eccleſiae vetera monumenta in eccleſiis publice legi, & annis ſingulis repeti conſueſta, qua ſic ſe habent:

Cum Romam ardenti furore Attila raperetur, iamque copias vbi Mincius in Padum inſluit, traicere pararet: occurrit ei Pontifex Leo malorum Italiae impendentium miſericordia motus: cuius diuina eloquentia perſuaſum eſt Attilae, vt regrederetur. Qui interrogatus a ſuis, cur praeter conſuetudinem inſlexus eſſet, atque tam humiliter Romani Pontificis imperata faceret? Reſpondit & conſeſſus quod verum eſſet, nimirum ſe vidiffe, Leone loquente, aſtante alium quemdam habitu ſacerdotali decorum, quid diuinum praefereſentem, minantemq; mortem, niſi Leonis Papae iuſſa capeſſeret.] Alij textus habent, duos viros apparuiſſe, alterum a dexteris, a ſiniſtris vero alterum: quorum viſione perterritus, nihil ſibi preterea fuiſſe reliquum, quam quod minaci vultu numen exigeret, ipſe homo quam citò perſolueret, quod non eſſet mortalium facultatis Diuinitati reſiſtere, vel in ſuperos bellum inferre. Teſtabantur quidem ipſum vera fateri interrupta pauore atque concifa tremore verba; trucis atque inexorabilis vultus pallor, & robuſti audaciſque animi improuiſa deiectione, atque totius ſimul corporis conſternatio.

Ceterum non de duobus Apoſtoliſ, ſed de vno tantum, Petro videlicet, qui viſus ſit Attilae, teſtatur Paulus Diaconus in historia rerum Romanarum, quam poſuit appendicem ad Eutropium, in qua eandem, eodemque modo narrat rei tunc geſtae ſeriem.

Conſideraſti ne, lector, quam terribilis ſit Deus in conſiliis ſuis ſuper filios hominum? Eo tempore, quo Valentinianus Auguſtus Eccleſiaſticum tribunal deprimit; tunc Deus illu comprimit, atq; ſuper Reges Pontificem Romanum exaltat: Et ne quid minus habere videretur nouae legis Summus Sacerdos a veteris Teſtamenti Propheta, ad que Dominus *: Ecce conſtitui te ſuper Gentes & regna:] dat ei vt barbarum atque trucem Regem coerceat, pareteq; cogat, & Valentinianum Imperatorem labantem cofirmet in eo de quo periclitabatur Imperio, qui nuper ab eo fuerat e tribunali depositus. Ita plane qui nutu cuncta gubernat, huc humilians & hunc exaltans, ſacra ſemper voluit praefare profanis.

At quid ad haec tanta Gentiles, qui adhuc Romae reliqui erant? Ne id Deo Chriſtiano- rum ferrent acceptum, aſtrorum potentia & fati neceſſitate, ne in Urbem irrueret Attila, ſatum eſſe iactabant. Porro haec omnia reſellens, beneficio Apoſtolorum fuiſſe Vrbi tanta bona

A. S. LEONE COERCITVS ATTILA.

apſal. 65.

* Hierem. 3. Fruſtra Reges inſurgere in Eccleſiam. Pſal. 74. Ethnico- rum mira ingratitudo.

A bona conceſſa idem ſanctus Leo pro concione exprobrat ingrato populo anniuerſaria die huius accepti a Deo beneficij ludis occupato Circenſibus, cum huiusmodi ad populum perbreuem habuit concionem*:

Religioſam deuotionem, dilectiſſimi, qua ob diem caſtigationis & liberationis noſtrae cunctus Fidelium populus ad agendas Deo gratias conſuebat, penè ab omnibus proximè fuiſſe neglectam, ipſa paucorum qui adſuere raritas demonſtrauit, & cordi meo multum triſtitiae intulit, & plurimum timoris inculſit. Magnum enim periculum eſt, eſſe homines ingratos Deo, & per obliuionem beneficiorum eius, nec de correptione compungi, nec de remiſſione laetari. Vereor igitur, dilectiſſimi, ne vox illa Prophetica tales increpaſſe videatur, quae dicit b: Flagellaſti eos, & non doluerunt: caſtigali eos, & noluerunt accipere diſciplinam. Quae enim in eis correptione oſtenditur, in quibus tanta auerſio reperitur: Puder dicere, ſed neceſſe eſt non tacere: Plus impenditur daemoniis, quam Apoſtoliſ; & maiorem obtinent inſana ſpectacula frequentiam, quam beata Martyria. Quis hanc Urbem reformauit ſaluti? Quis a captiuitate eruit? Quis a caede defendit? ludus Circenſium, an cura Sanctorum? Quorum vtique precibus diuinae cenſurae flexa ſententia eſt, vt qui merebamur iram, ſeruaremur ad veniam.

Tangat obſecro, dilectiſſimi, cor veſtrum illa ſententia Saluatoris c, qui cum decem leproſos miſericordiae virtute mundaeſſet, vnum tantum dixit ex eis ad agendas gratias reuertiffe; ſignificans videlicet de ingratis, quod huic pietatis officio, etiam ſi corporis aſſecuti ſunt ſanitate, non tamen ſine animi impietate deſuerunt. Ne ergo iſta ingratorum nota etiam vobis, dilectiſſimi, poſſit adſcribi: reuertimini ad Dominum, intelligentes mirabilia, quae in nobis dignatus eſt operari: & liberationem noſtram, non ſicut opinantur impij, ſtellarum effectibus, ſed ineffabili omnipotentis Dei miſericordiae deputantes, qui corda furentium barbarorum mitigare dignatus eſt; ad tanti vos beneficij memoriam toto fidei vigore conferre. Grauis negligentia maiore ſatiſfactione curanda eſt. Ad emendationem noſtram vtimum lenitate parcentis *, vt beatus Petrus, & omnes ſancti, qui nobis in multis tribulationibus adſuerunt, obſecrationes noſtras pro vobis apud miſericordem Deum iuuare dignentur, per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.] ita ſanctus Leo; & quidem propheticè, quod debetur ingratis, eſt comminatus ſupplicium. Etenim qui tantum Dei donum non (vt par erat) iugi gratiarum actione ſunt proſecuti, denuo tradi barbaris meruerunt, nempe Vuandalis. haud enim ſerò vindicta prodiit, nimirum poſt biennium, vt ſuo loco dicturi ſumus.

Deſiderantur res ab Attila geſtae fuſius ſcriptae a Prifco Rhetore huius temporis nobili ſcriptore, vt teſtatur Euagrius d. Addunt alij, precibus ſancti Geminiani Epiſcopi Mutinam ab Attila liberatam. Referunt & Rauennam, Ioannis Praefulis, qui Neoni ſucceſſit, orationibus tantum euaiſſe periculum. Tradunt pariter, ex hac inuaſione Attilae, Venetiae prouinciae occaſionem manaeſſe, vt Veneti in inſulas tranſmigrarint, atque Putauini occupauerint Riium altum, iidemque neceſſitate primum impellente, poſtea vero & ratione ſuadente, ad euitandos frequentes barbarorum incurſus ibi habitare delegerint: vt paulatim creſcentibus aedificiis, ampliffimae Venetiarum ciuitatis condendae ex ea inſelicitate feliciffima iacta fuerint fundamenta: vt diuino plane nutu acciderit, ne Italia relinqueretur ſine Republica; quae olim florentiffima, dominantium vi oppreſſa, iam cum Imperio collabente, prorfus videretur extincta.

Quod vero ad Aquileiae excidium pertinet; quomodo acciderit, vt vrbs munitiffima a tyrannis ſape obſeſſa, numquam vero capta, ab Attila fuerit expugnata: qui haec cupit, veteres hiſtoricos conſulat: quibus tamen in eo aſſentiri minimè poſſumus dicentibus ab hoſte direptam, incenſam, ac funditus cuerſam, adeo vt diu habitari deſierit. Etenim ſurgatos habitatores, vel captos ab hoſtibus poſtliminio rediſſe, ſatis certò intelligi poteſt ex epiſtola ſancti Leonis Romani Pontificis data ad Niceam e, alias Nicetam Aquileienſem Epiſcopum, poſt annos ſex, nimirum Domini anno quadringenteſimo quinquageſimo octauo ſub Conſulatu Maioriani: qua ad eiufdem Epiſcopi conſultationes reſpondit, nimirum quid agendum de feminis illis Aquileienſibus, quae, captis viris, aliis nupſiſſent, num illis e captiuitate reſgreſſis, eiſdem reddendae eſſent? In quibus Aquileienſium mulierum nonnihil impudicitia ſuggillatur, quam tamen ab aliis f, qui haec minimè perſpecta habuere, legi plurimum commendari. Quod vero ad eandem epiſtolam ſpectat; No- uatores, iidemque calumniatores, in ea velut in ſcirpo nodum quaerentes, ſanctum Leonem

cap. 17. Venetiarum ciuitatis origo.

cap. 17. Venetiarum ciuitatis origo.

cap. 17. Venetiarum ciuitatis origo.

cap. 17. Venetiarum ciuitatis origo.

cap. 17. Venetiarum ciuitatis origo.

* Leo ſerm. in Oſtunus Apoſt. LEONIS PAP. RE-DARGVTIO AD INGRA-TVM PO-PVLVM. Hierem. 3.

Luc. 17.

* parentis

Euagr. li. 2. cap. 17. VENETIARVM CIUITATIS ORIGO.

AQUILEIA HABITARI ITERVM COEPTA. Leo epiſt. 79.

Sabel. En. mod. 8. lib. 9.

CHRISTI
452.453.

LEONIS PAP.
13.14.

VALENTIN. 28. 29. IMPP.
MARCIANI 3. 4.

carpunt, quem volunt dixisse, non peccare mulierem, si nupserit alteri viro, quando existimet primum virum adhuc esse superstitem. At non hæc quidem tantus Pontifex tradit, sed de ea tantum muliere loquitur, quæ nubit alteri, dum putat virum esse defunctum. sunt hæc verba S. Leonis: Nec tamen culpabilis iudicetur & tamquam alieni iuris peruasor, qui personam eius mariti, qui iam non esse æstimabatur, assumpsit.] Cum verò idem S. Leo viuentium adhuc virorum insolubile omnino velit esse coniugium, eo tantum casu inculpabile esse subdit, quòd mortis necessitas præstitisset, nimirum cum mulier nupsit putans virum suum esse defunctum. Ad hoc namque caput, cum creditum est virum esse defunctum, se respondere, ipso ferme exordio epistolæ idem Pontifex profertur. Reuersis verò viris, quæ eis se iungunt cum laudet, renuentes anathemate damnat. Agitur præterea in eadem epistola de illis Aquileiensibus, qui cibos immolationis timore compulsi, vel virgente fame, sponte comedissent, necnon de illis qui metu coacti fuerint iterum baptizati: ex quibus intelligere possumus, Hunnorum exercitum non ex paganis tantum, sed & ex Ariamis barbaris fuisse conflatum, qui captiuos more suo rebaptizabant.

Leo epist. 91.
MOS VETVS
INCONS-
LENDO
ROM. PON-
TIF.

Vict. de per-
secut. Vuan-
dal. lib. 1.

DEOGRA-
TIAS EPI-
SCOPVS
CARTHA-
GINENSIS
CREATVR.

Hoc item anno, dum hæc agerentur, consultus S. Leo à Theodoro Foroiulienfi Episcopo de pœnitentia his qui in extremo laborarent impertienda, rescripsit ad eundem quarto Idus Iunij: in cuius epistolæ exordio, quid consuetudinis esset Ecclesiæ docet, nimirum Episcopos primò consulere debere suos Metropolitanos: quos si eadè contingeret ignorare, tunc demum consulendū esse Summum Pontificem, sicq. absque consultis antè Primitibus nihil debere Episcopos illis subiectos inquirere. satisfaciens tamen ipsius petitioni, decretalem scripsit epistolam de non neganda quibuslibet pœnitentia in exitu vitæ petentibus.

Quod reliquum est huius anni (quantum ex Victore Vticensi colligitur) Carthaginensis Ecclesiæ, quæ diu, nempe à tempore captæ ciuitatis, annis videlicet tredecim, absque Episcopo fuerat, agente Valentiniano apud Gensericum, accepit facultatem creandi Episcopum, creatusque est Deogratias ita nominatus Episcopus, vir planè sanctissimus: quem cum sedisse Victor dicat tantum annis tribus, defunctumque esse cum captiuo ab vrbe Roma delati sunt in Africam; planè dicere opus est hoc anno ipsum fuisse Ecclesiæ Carthaginensi præfectum. Qualis autem quantusque fuerit homo iste, paucis his declarat Victor, cum ait: Huius si nitatur quisquam, quæ per illum Dominus fecerit, paulatim excurrere; antè incipient verba deficere, quàm ille aliquid valeat explicare.] hæc Victor: sed de eo pluribus suo loco.

IESV CHRISTI
ANNVS
453.

LEONIS PAP.
ANNVS
14.

VALENTIN. 29. IMPP.
MARCIANI 4.

ANATOLIUS
DECRETIS
OCCULTA-
TVM VENE-
NYM.

Quadragesimus quinquagesimus tertius Christi annus Consulatu Opilionis & Vincomali redditus Fastis legitur: quo nequitia Anatolij Constantinopolitani Episcopi rursus perturbatur Ecclesia. Sanè quidem exemplum docuit, cum hæreticis non nisi graui Ecclesiæ damno vt plurimum indulgentius agi: Iste enim (vt dictum est) Eutychanus hæreticus, Dioscori Alexandrini olim Episcopi Apocrisarius Constantinopoli, in locum viuentis S. Flauiani ab eodem impio Dioscoro in Ephesino conuenticulo subrogatus fuit Constantinopolitanus Episcopus; cuius ordinatio, nulla licet, vt validaretur auctoritate Leonis Romani Pontificis, Marcianus Imp. pacis studio procurauit, dum ipse Anatolius sese Catholicæ fidei professione Catholicum esse docuit: vnde factum est, vt ipse Romanus Pötifex bono pacis indulsit vt Constantinopoli idem Anatolius sederet Episcopus: Qui post Episcopalem thronum adeptum dolo malo (vt vidimus) arrogauit etiam sibi primatum super Ecclesiam Alexandrinam & Antiochenam. sed cum resistere & aduersari sibi eundem S. Leonem Papam audisset, mouit instar Iudæ aduersus eum calcaneum suum, proditoriè in ipsum agens, sicuti superius demonstratum est. Sed & vbi accepisset litteras S. Leonis anno superiori ad se datis iustam de inualo primatu obiurgationem; tantum absfuit vt mitior & remissior redderetur, vt maiori fastu & arrogancia in eundem sanctum Pontificem insilliret, non quidem palam ad eum rescribens defensionem, vel excusationem aliquam: sed vatriè in primis occultans litteras Pontificis ad se scriptas, cepit primò susurros, inde rumores in vulgus (vt dictum est) spargere de sanctissimo Papa, ipsum respuisse Synodum Chalcedonensem; sed & grauiori calumnia addidit ipsum querere occulta via deprimere defen-

IOAN. 16.
ANATOLIUS
QUID IN
S. LEONEM
PONTIF.

CHRISTI
453.

LEONIS PAP.
14.

VALENTIN. 29. IMPP.
MARCIANI 4.

A defensores fidei Orthodoxæ, & suspectos hæresis exaltare. Ad hæc etiam illud adiecit, vt Archidiaconum Constantinopolitanæ Ecclesiæ, quem sciret esse Romani Pontificis studiosum, è gradu deponeret sub prætextu maioris honoris, & in locum eius subrogaret Andream, qui tamquam hæreticus antea eiectus fuerat: hic ille namque fuit omnium nequissimus S. Flauiani calumniator. Adiecit insuper persequi omnes qui à Flauiano fuerant ordinati, contra verò fauere & in Ecclesiæ honores prouehere illos qui Eutychanæ hæresis fuerant infamati: ista quidem in contumeliam atque contemptum eius quem aduersarium patiebatur, Romani Pontificis, Anatolius ab anno superiori machinari non destitit.

Hæc autem omnia cum fidelibus nunciis S. Leoni significata essent, immo (vt docent eiusdem Pontificis litteræ ad Pulcheriam) ipse Marcianus Romanum Pontificem admonuisset, rogassetque vt litteris confirmationem fidei Concilij Chalcedonensis notam faceret: ipse S. Leo eam in vulgus sparsam studens datis litteris abolere de non recepto Concilio Chalcedonensi calumniam, litteras dedit ad eandem Synodum Chalcedonensem: non quòd adhuc Synodus Chalcedone perduraret; sed ad Episcopos omnes qui ad ipsum Concilium conuenerant, Circularem epistolam verbis istis conscriptis:

Leo Episcopus sanctæ Synodo apud Chalcedonem habitæ. Omnem quidem fraternitatem vestram nosse non ambigo, definitiones sanctæ Synodi, quæ ad confirmationem fidei in Chalcedonensi ciuitate celebrata est, toto corde me fuisse complexum: quia nulla sinebat ratio, vt qui vnitatem Catholicæ fidei dolebam ab hæreticis fuisse turbatam, non exultanter in integrum rediisse gauderem. Hoc autem non solum ex ipso beatissimæ cõsensionis affectu, sed etiam ex epistolis meis, quas post reditum meorum ad Constantinopolitanæ vrbs Antistitem dedi, potuissetis agnoscere, si vobis responsum sedis Apostolicæ manifestare voluisset. Ne ergo per malignos interpretes dubitabile videatur, vtum quæ in Synodo Chalcedonensi per vhanimitatem vestram de fide statuta sunt, approbem: hæc ad omnes fratres & Coepiscopos nostros, qui prædicto Concilio interfuerunt, scripta direxi: quæ gloriosissimus & clemētissimus Princeps (sicut poposci) in noticiam vestram mittere pro Catholicæ fidei amore dignabitur: vt & fraternam vniuersitas & omnium Fidelium corda cognoscant, me non solum per fratres, qui vicem meam executi sunt, sed etiam per approbationem Gestorum Synodalium propriam vobiscum iniisse sententiam, in sola videlicet fidei causa (quòd sæpe dicendum est) propter quam generale Concilium & ex præcepto Christianorum Principum, & ex consensu Apostolicæ sedis placuit congregari, damnatis hæreticis, qui si corrigi voluissent, nulla penitus resideret de vera Domini nostri Iesu Christi incarnatione dubitatio.

Leo epist. 60.

Leo epist. 61.

EPIST. S.
LEONIS DE
CONCILII
CHALCEDON.
AP-
PROBATIO.
NE.

QUAE DE
FIDE DE-
CRETASUNT
TANTVM
PROBAT.

VT NICAE-
NI CONCIL.
DECRETA
INVIOLETA
PERMANE-
ANT.

C Vnde si quis vquam apus fuerit vel Nestorij perfidiam tueri, vel Eutychetis ac Dioscori impium dogma defendere: à Catholicorum communione reseretur, nec habeat eius corporis participationem, cuius abnegat veritatem, fratres carissimi. De custodiendis quoque sanctorum Patrum statutis quæ in Synodo Nicæna inuictabilibus sunt fixa decretis, obseruantiam vestra sanctitatis admonet; vt iura Ecclesiarum sicut ab illis trecentis decem & octo Patribus diuinitus inspiratis sunt ordinata, permaneant. Nihil alienum improbus ambitus contempseat, nec per alterius inuentionem suam aliquis querat augmentum. Quantumlibet enim extortis assentationibus sese instruat vanitatis elatio, & appetitus suos Conciliorum æstimet nomine roborandos: infirmum atque irricum erit, quicquid à prædictorum Patrum canonibus discreparit: quorum regulis Apostolica sedes quàm reuerenter vratur, scriptorum meorum; quibus Constantinopolitani Antistitis conatus repuli, poterit sanctitas vestra lectio cognoscere; & me, auxiliante Domino nostro, & Catholica fidei & paternarum traditionum esse custodem. Data xii. Kalendas Aprilis, Opilione V. C. Consule.] hæc S. Leo ad Patres, quibus profertur Chalcedonensis Concilij nihil præter illa quæ ad fidei decretum pertinent se recipere.

Extant & ipsæ litteræ, quarum meminit, ad Marcianum Imperatorem datæ, quibus hæc ad Episcopos Synodi datam epistolam de confirmatione Concilij Chalcedonensis quòd ad fidei decretum spectat, voluit omnibus fieri manifestam: scriptæ autem sunt hoc anno sub eodem die & Consule, est earum exordium: Multa mihi in omnibus clementiæ vestræ litteris, &c.] quibus potissimum queritur de Anatolio, qui Apostolicæ sedis litteras occultasset, eo quòd illis eius primatus malè usurpatus abrogaretur: Sed & gratulatur eidem Imperatori, quòd acquieuerit iis quæ ipse S. Leo statuisset de non violandis decretis Nicæni Concilij, ac proinde irrita profus reddi voluerit quæ in fauorem sedis Constantinopolitanæ

Annal. Eccl. Tom. 6. Q. 2. Anato-

Leo epist. 59.
DE ANATO-
LIO AD
MARCIA-
NYM LEO.

^aLeo epist. 59. Anatolius ab Episcopis extorsisset: sunt enim hæc verba Leonis ad Marcianum: Et merito A
gematur gaudium meum, cum vobis religiosissime placere cognosco, ut & fides Nicæna
suam teneat firmitatem, & privilegia Ecclesiarum illibata permaneant.] Eodem quoque
^bLeo epist. 60. argumento, eadem itidem die ipse sanctus Leo litteras scripsit ad S. Pulcheriam, quibus
palam fecit quæ ab ipso Marciano Imperatore de Anatolio significata essent.

DE ACTIS
CONCILII
CHALCED.

^cLeo epist. 56.

Quod insuper ad Chalcedonense Concilium pertinet, eiusdem Anatolij fortasse factum
est impostura, ut exemplar Actorum eiusdem Concilij, quod ad Apostolicam sedem Ro-
mam perlatum fuit, haud aded clarum compertum esset. Quamobrem idem sanctus Leo
hoc anno in litteris ad Iulianum Coensem Episcopum datis, iussit ex originali typo Acta
quàm fidelissimè scribi, arque in Latinum transferri; cuius ad eum scriptæ in fine epistolæ
ista sunt verba: Gestorum Synodaliū, quæ omnibus diebus Concilij in Chalcedonensi
ciuitate confecta sunt, parum clara propter linguæ diuersitatem apud nos habetur instru-
ctio: & ided fraternitati tuæ specialiter iniungo, ut in vnum codicem vniuersas facias con-
gregari, in Latinum sermonem absolutissima interpretatione translata; ut in nulla parte
Actionum dubitare possimus, neque vilo modo esse possit ambiguum, quod ad plenam
intelligentiam reuerit studente perductum.] hæc ad Iulianum hoc anno quinto Idus Mar-
tiæ, Leo Papa. Videt, lector, iam ab ipso exordio promulgati Concilij Chalcedonensis in
illud hostem humani generis insidias parare cœpisse.

QVÆRE-
LABS: LEO-
NIS DE
AETIO AR-
CHIDIAC-
DEPOSITO.
^aLeo epist. 57.

De causa autem Aetij Archidiaconi ab ipso (vt dictum est) Anatolio è gradu amoto,
substituto in eius locum Andrea Eutychemo: haud silendū putauit idem sanctissimus Leo,
acceptis ab eodem Aetio de ea re querelarum litteris. Quamobrem voluit de his commo-
tione aliis litteris eundem Marcianum Imperatorem, necnon etiam Pulcheriam Augu-
stam: Ad Marcianum autem ista est de Anatolio iusta ex postulatione, post recensita quæ olim
in eius commendationem scripsisset ipse Imperator, cum petiit vt ab ipso Romano Ponti-
fice in sede confirmaretur: Miror (inquit) quid causæ aut occasionis emerferit, vt virum
Catholicæ fidei & Nestorianis atque Eutychemis hæreticis constanter etiam aduersarium
Archidiaconum sub honoris specie degradaret, & dispensationem totius causæ & curæ
Ecclesiasticæ in Andream Eutychemianam repente transferret; aded nimia commotione
turbatus, vt consecrationem, quam pro iniuria dabat, sexta sabbati, traditionis Apostolicæ
aut nescius, aut oblitus, inferret: quasi non ad Episcopum magis, quàm ad presbyterum, ordi-
nationis illius vitium pertineret: qui non inueniens quod argueret in fide, quod improbatet
in moribus, deiectionem innocentis per speciem prouectionis impleuit; addens sententiæ
illud iniuriæ, vt eum cœmeterio deputando, condemnaret exilio. Quem tamen pietati
vestræ commendare præsumo, ne vllis alterius hominis ingratuari possit insidiis, quem Domi-
nus (vt comperi) sub vestra defensione constituit.

QVÆRE-
LABS: DE
ANATOLIO
FAVENTE
ADVERSARIIIS FLA-
VIANI.

^aLeo epist. 58.

Adiicio autem etiam hanc obsecrationem, vt prædictum Episcopum à professione sua
dissolui, & nimium testimoniū vestri ac fauoris oblitum necessarè increpare dignemini,
cesset Catholicos insectari; cesset eos qui sanctæ memoriæ Flauiano placere, contere; &
corum societatem, quos improbauit, eligere. Fraternali enim illi charitatem non aliter
poterimus impendere, quàm vt se inimicos Catholicæ fidei approbet execerari, eiusque à se
consortium, quem meritò abiecit, Andream nempe, abluat: qui etiam si magna fuisset
satisfactione purgatus, post dubium tamen reuersus errorem, Catholicis diaconibus postpo-
ni debuit, non præponi.] hæc cum scribat sanctus Leo, excommunicationem proculdubio
Anatolio comminatur. Eandem ingeminat idem Pontifex querelam, ad sanctam Pulche-
riam scribens. Agit de his & in epistola ad Iulianum Coensem Episcopum data, qua cur
statim ex hac causa in ipsum Anatolum censuris Ecclesiasticis auctoritate Apostolica non

^bLeo epist. 56.

insurrexerit, eiusmodi rationem affert his verbis: In quem pro causæ merito differo com-
moueri, & quid ipse mecum cum suis epistolis agat, quas missurum eum filius noster Aetius
indicauit, expecto, dans locū voluntariæ emendationi, qua dolorem meum cupio mitigari.]
hæc Leo, qui quidem ita Anatolum ipsum perstrinxit, vt nisi Catholica communicatione
omnino carere veller, Aetium in primum locum restitueret. Quomodo autem ad arbi-
trium Romani Pontificis hæc omnia Anatolius emendarit, atque etiam à causa de arrogan-
do sibi primatu penitus resisterit, datis de his omnibus ad sanctum Leonem litteris anno
sequenti, suo loco dicturi sumus: modo verò quæ reliquæ sunt huius anni cum Orientalibus
sancti Leonis res gestæ (vt ordo postulat temporis) prosequamur.

Quod enim ex his quæ in contumeliam Chalcedonensis Concilij & Apostolicæ sedis
inu-

A iniuriam ab Anatolio tentata essent, portam hostibus aperiri ad labefactandam fidem Ca-
tholicam Leo Papa pastorali vigilantia perscrutaret: ad obuiandum iisdem, Iuliano
Coensi Episcopo, quem fidelissimum semper expertus esset, vicariam iterum delegat
præfecturam. Ad eum enim hoc anno scribens, hæc inter alia habet: Hac speciali cura
vice mea sanctus vtaris, ne hæresis Nestoriana, vel Eutychemiana in aliqua parte reuiscat:
quia in Episcopo Constantinopolitano Catholicus vigor non est, nec multum aut pro
sacramento salutis humanæ, aut pro sua estimatione sollicitus.] Hoc eidem munere
impertito, quod & antea in Chalcedonensi Concilio (vt vidimus) delegauerat, quid curare
debeat, & in primis vt sollicitus esset de omnibus quæ ab hæreticis tentarentur, Apo-
stolicam sedem reddere certiore admonuit, & vt doceat etiam quod progressa sit causa tu-
multuantium in Palæstina monachorum: id enim vt quàm exactè litteris ipse significaret,
B præcepit his verbis:

EUTYCHANVS
VICARIVS
CAPOST. IN
ORIENTE.
^aLeo epist. 56.

^bLeo eadem
epist. 56.

DE MONA-
CHIS PA-
LÆSTINIS
EUTYCHIA-
NIS.
^cpotuisse

De Palæstina verò monachis, qui iam pridem in tumultu dissensionis esse dicuntur, quo
ad hæc animo moueantur, ignoro: neque cuiusquam sermone mihi patefactum est, quas
causas videantur antefacere discordiæ: vt scilicet Eutychemianæ peruersitati tali
furore famulentur, an implacabiliter doleant Episcopum suum in hanc impietatem posse
traduci, qui contra ipsorum locorum sanctorum testimonia, quibus totus mundus instrui-
tur, ab incarnationis Dominicæ veritate desierit; & quod in aliis per indulgentiam cura-
re placuit, in illo putent non esse veniale. Vnde cupio me super his plenius edoceri, vt etiam
talem correctioni congruè studeatur: quia aliud est contra fidem impiè armari, aliud in
errore quempiam detineri.] hæc idcirco Leo, quod accepisset ab illis expulsum Iuuenalem
Episcopum, qui Dioscorum & Eutychemum fuisset aliquando sectatus, & alium in eius lo-
cum fuisse subrogatum Hierosolymorum Antistitem, putans eos in ipsum esse commotos,
quod in hæresim antè lapsus, in sedem fuisset immeritus restitutus.

Paulo post has datas ad Iulianum litteras, idem S. Leo alias accepit ab ipso missas, qui-
bus de iisdem monachis Palæstina quid rescripsisset Marcianus Imperator, quasve ad eos
sancta Pulcheria litteras reddidisset, admonitus fuit, missis exemplaribus litterarum. Te-
stantur hæc quidem eiusdem sancti Leonis litteræ paulo post tum ad Marcianum, tum ad
Pulcheriam datæ: Nam ad Marcianum: Per fratrem meum Iulianum (inquit) innotuisse
significo, quàm pio dignati fueritis responso, imperitorum monachorum animos cohæbere
pariter & docere; vt si illos non penitus deseruerit diuina miseratio, sentiant se & didicisse
quod credant, & agnouisse quod timeant.] hæc ad Imperatorem. ad Pulcheriam verò
ista: Indicante fratre nostro Iuliano Episcopo, peruenerunt ad nos in exemplaribus præ-

^aLeo epist. 60

D ceptionum vestrarum saluberrimæ sanctiones, quibus insanam imperitiam monachorum
dignati estis plectere, & docendo punire; vt, si eos ad pœnitentiam miseratio
diuina conuerterit, multis lacrymis & à nefandis cædibus & ab hæreticorum blasphemis
diluuantur.] hæc ad Pulcheriam S. Leo hoc anno, duodecimo Kalendas Aprilis, eadem die
qua ad Marcianum litteras dedit.

Scripsit hoc pariter anno, mense Iunij, de eisdem Palæstina monachis turbas cientibus
idem S. Leo ad Eudociam Augustam Hierosolymis agentem, rogans vt quantum valeat
suis admonitionibus curet eosdem à fide deuos monachos ad Catholicam Ecclesiam
reuocare. Ita planè prudenter visum est sancto Leoni cum femina agere, non (vt par erat)
actionibus eam redarguendo litteris, quod eius fidi patrocinio (vt vidimus) Eutychemiani
monachi aded nefaria perpetrassent; sed dissimulando eius errorem, blandis rogat potius

AGIT CVM
EUDOCIA
AVG. S. LEO
DE CON-
VERTENDIS
HÆRETI-
CIS.

E verbis, eius implorans auxilium: vt ita in castris Fidelium eam quodammodo cogeret ex
præsumpta de ipsa fiducia militare. Tale quippe sciebat esse ingenium hæreticarum mulie-
rum, vt eo pertinaciùs in hærescant errori, quo instantius fuerint admonitæ & increpatæ.
Sed ipsam perbreuem sancti Leonis Papæ ad eam eo argumento accipe datam epistolam,
& tanti Pontificis admirare prudentiam.

^aLeo epist. 66.

Quanta mihi Catholicæ cura sit fidei, & qua solitudine (in quantum Dominus
adiuuat) debeat præcaueri, ne vquam ab imperitis & impiis veritatis Euangelio resi-
statur, pietatem vestram scire non dubito. Et ideo cum salutationis officio, quo semper mihi
est vestra oranda clementia, obsecro Dominum, vt me tuam incolumitatem in causa
fidei, in qua quorundam intra prouinciam Palæstinam monachorum fuerant corda turbata,
magis magisque faciat adiuuare: vt tantum (quod pietatis tuæ studio fieri potest) hæreticæ
peruersitati omnis fiducia subtrahatur.] hæc idcirco Leo, quod scisset, Eudociæ fiducia

LEONIS
EPISTOLA
AD EUDOCIAM.

impios illos armatos nefaria perpetrasse. Sed subdit: Quos enim nec ratio sacramentorum, nec auctoritas scriptorum, neque sanctorum locorum testimonia commouebant: quid eis nisi abruptum periculum timeretur? Profit ergo Ecclesiis, sicut fauente Deo & prodest, & profit generi humano in verbis Dei vestram ibi esse voluntatem, ubi Dominum nostrum Iesum Christum vobis sicut Deum verum, & verum quoque hominem in unitate personæ, & mirabilium indicia, & passionum documenta loquuntur. Si ergo prædicti nomen Catholicum venerantur & diligunt, & inter Domini corpus se volunt membra nominari: prauos errores, quos temerè admiserunt, derestentur; & agant pœnitentiam impiarum blasphemiarum, cruentorumque factorum. Succumbant pro salute animarum suarum Synodalibus, quæ in ciuitate Chalcedonensi sunt confirmata, decretis: Et quia ad intelligendum sacramentum salutis humanæ, nisi fides vera & humilitas quieta non peruenit: credant in Euangelio quod consitentur in Symbolo, nec impiis dogmatibus misceantur. Fides enim Catholica sicut damnat Nestorium, qui in vno Domino nostro Iesu Christo duas ausus est prædicare personas; ita damnat etiam Eutychetem cum Dioscuro, quod ab vnigenito Dei Verbo negant in vtero Virginis matris veritatem carnis humanæ esse susceptam. Si quid autem erga prædictorum conuersionem exhortatio vestra profecerit (quod gloriam vobis præstabit æternam) peto hoc mihi clementiæ vestræ litteris indicetis: vt & in vobis boni operis fructum, & in illis gaudeamus misericordiam Domini non periisse. Data VII. Kal. Iulij, Opilione V. C. Consule.]

2. LIBRO SCRIBIT AD MONACHOS PALÆSTINÆ.

Excusat Monachos, vt conuertantur.

Sed vt qui pastoralis muneris essent S. Leo numeros omnes expleret, eosdem in transfuersum ductos miserimos monachos ad conuersionem inuitauit litteris suis, & quidem amantissimis: Quod enim aliter sibi agendum esse sciret cum recens lapsus in errorem, aliter cum iterum restitutus & non recto pede in Euangelium incedentibus: hinc ipse tractans cum Anatolio comminationibus agit; monachos verò istos, quos furor in præceps adegerat, mitius atque blandius monet est enim eiusmodi litterarum exordium, quo vt eos ad conuersionem attrahat, ipsorum delicta excusat:

Solicitudo meæ, quam vniuersali Ecclesiæ, omnibusque eius filiis debeo, multorum relatione patefactum est, dilectionis vestræ animis quiddam offensiois illatum, dum aut imperiti (vt apparet) interpretes, aut maligni quædam vos aliter intelligere, quam à me sunt prædicata, fecerunt, non valentes in Græcum eloquium aptè & propriè Latina transferre; cum in rebus subtilibus & difficilibus explicandis, vix sibi etiam in sua lingua disputator quisque sufficiat. Quod tamen apud me eò proficit, vt dum ea quæ Catholica fides respuit improbatis, intelligamus vos veri amiciores esse, quam falsi; & id meritò refutare, quod ex antiquæ institutione doctrinæ etiam ipse derestor. Quamuis enim epistola mea ad sanctæ memoriæ Flavianum Episcopum data satis sibi ad manifestationem sui ipsa sufficiat, neque in aliquo aut purgationis aut expositionis indigeat: & alia tamen cum eadem mea scripta concordant, in quibus similiter prædicationis meæ sensus in aperto est, &c.] Excusat ergo, quod ipsi Catholicæ mentis sint, sed in deprauatam ab hæreticis ipsis epistolam offendentes, extra Catholicam Ecclesiam se constituerint: quamobrem rursus quæ vera sit Orthodoxa fides quæ duas simul intra se contrarias hæreses Nestorianam & Eutychianam iugulet, eadem epistola pluribus docet. Magna quidem summi pastoris apparuit prudentia, pro diuersitate rerum, temporum, ac personarum gregem pascentis, qui factus omnibus omnia, vt omnes lucrificeret, singulis accommodata impertit medicamenta. Et quidem ex sententia accidit, vt anno sequenti (prout suo loco dicendum erit) iidem omnes simul ad Ecclesiam Catholicam se conuerterint.

Laicos separant.

Sparserat impius ille Theodosius (vt dictum est) rumorem, cum Synodum Chalcedonensem, tum S. Leonem Nestorij hæresim confirmasse, id ipsum quoque sapere Imperatorem atque Augustam Pulcheriam: quamobrem miseros illos, prætextu defendendæ Catholicæ fidei, conuerteat in furorem, adeo vt ea monachi ausi fuerint, quæ & latrones sæuissimi exhorruissent. Sed respuisse ex lapsis primùm Dei benignitate permissos litteris Imperatoris superiori anno datis laicos Hierosolymitanos, ex epistola sanctæ Pulcheriæ constat, quam dedit ad Bassam Abbatissam monasterij quod erat Hierosolymis: quarum quidem scribendarum litterarum cauta illa præcessit, vt sanctis monialibus à scelestissimo Theodosio deceptis succurreret, illisque significaret, non nisi Catholicæ religioni consentientia tum Synodum Chalcedonensem statuisset, tum se etiam credere: vt his persuasæ feminæ illæ ad Catholicam unitatem conuincerentur. Extat quidem eiusmodi sanctæ Pulcheriæ epistola

A epistola in appendice ad Acta Concilij Chalcedonensis Græcè conscripta, vltimaque datarum ab ipsa epistolarum; qua digna memoria ac testimonio pietatis, finem viuendi faciens, suum ad Deum transitum egregie consignauit. Quoniam autem nullibi hætenus extat (quod sciamus) impressa, hic ipsam describere è Græco in Latinum redditam, operæ pretium existimauius: postrema enim sanctissimæ Imperatricis elogia sæpè sæpius piis auribus inferenda quis non aude audiat, mentisque thesauro recondat? Est autem eius epistolæ eiusmodi in codice titulus:

Exemplum regiarum litterarum scriptarum ad Bassam Præfectam Ascererio in Ælia à piissima & Christi amante Augusta Pulcheria.

Serenitatis nostræ studium, animumque in sanctam & Orthodoxam fidem, & quomodo eam vsquequaque amplificare & celebrare studemus, nemini dubium esse arbitramur: maxime verò omnium id nosse certè tuam reuerentiam confidimus. Sed quoniam his temporibus exiit Simonis magi Samaritani imitator, seu potius Antichristi præcursor Theodosius, qui quemadmodum affecerit Æliensium ciuitatem, Palæstinæque sanctissimas Ecclesias turbauerit, contra diuina & humana iura mala innumerabilia perpetrans, & calumniis sanctam & venerabilem collectam Chalcedone Synodum, quod Symbolum trecentorum decem & octo Patrum commouerit & labefactauerit; & duos Filios, duosque Christos, ac duas personas adorari oportere docuerit; nec reuerentiam tuam later: necessarium duxit pietas nostra per sacras nostras litteras antea missas redarguere memorati nefarij viri mendacia, nostramque fidem nobis à maioribus traditam declarare: & quod iuxta Symbolum trecentorum decem & octo Patrum credimus; quod quidem sancta Synodus Chalcedone habita, nihil vel addens, vel minuens, confirmauit. Cum verò benignitate atque humanitate Domini nostri & Saluatoris Christi, ij qui Æliensium urbem incolunt, cognouissent meæ serenitatis & religiosissimi Domini Orbis terræ & coniugis meæ maiestatis veram & Orthodoxam fidem: ad eam accurrerunt, multisque laudibus Dominum nostrum & Saluatorem Iesum Christum ac nostram potestatem celebrarunt, veniamque delictorum, quæ antè commiserant, orarunt.

S. PULCHERIAE EPISTOLA AD BASSAM.

ÆLIENSES RECEPISSENTES.

At de illis quidem sacratissimus & piissimus dominus & coniux meæ serenitatis, solita vsus humanitate, tum typum dedit quem ipsius pietatem deceat: Nostra autem serenitas considerans præfari scelesti ac nefarij Theodosij calumnias, meruensque ne quas è religiois feminis simpliciores circumseripserit, suisque præstigijs ac fallacijs eas valuerit à veritate abducere, volensque vndique delere memorati scelesti hominis impietatem: idcirco has ad vos sacras litteras dirigimus, quibus fidem nobis vsque à Patribus traditam declaramus, atque volumus omnibus Deo consecratis feminis prout manifestum esse, quod nos fidem sancto Symbolo à trecentis decem & octo sanctis Patribus seruamus: Detestamur verò Photini & Apollinaris & Valentini & Nestorij impietatem, ad hæc verò & nouellam improbatamque Eutychetis sententiam.

CATHOLICAE FIDEE ASSERTIO.

Et credimus Dominum & Saluatorem nostrum Iesum Christum de Spiritu sancto & Maria Deipara natum esse: Consistentes vnum & eundem Filium Iesum Deum perfectum & hominem perfectum eundem, Deum verè & hominem verè eundem, nulloque modo diuisum, aut separatum, aut conuersum, Saluatorem Christum semper adoramus: in hac fide sine fluctuatione agere optantes; & anathematizantes eos qui dicunt duos Filios, aut duos Christos, aut duas personas, vel qui dixerunt, aut scripserunt, aut dicere audent. Quam quidem sanctam & Orthodoxam fidem venerabilis Synodus, quæ proximè Chalcedone habita fuit, confirmauit, nullumque vel additamentum, vel detractionem fecit in exposito sancto Symbolo à trecentis decem & octo sanctis Patribus; ac solius Eutychetis peruersam opinionem condemnauit, suffragio sanctis Patribus concinente. Quamobrem reuerentia tua, cognita serenitatis nostræ vera & Orthodoxa fide, impensius pro nobis nostroque Imperio orare studeat. Hætenus Pulcheria ad Bassam Ascereriam, quæ quidem Catholicam fidem sectata est, vt suo loco dicturi sumus inferius.

Porro ipsa Pulcheria post hæc vndecima mensis Septembris, vita in virginitate honestissime atque sanctissime perfuncta, migravit in caelum, ibi coronam cum sanctis virginibus acceptura. Sub his namque Consulibus eam obiisse diem, Marcellinus antiquior chronographus affirmat his verbis: Pulcheria Augusta Marciani Principis vxor beati Laurentij ætium mirabili opere consummauit, beatumque viuendi finem fecit. Hæc ipse: cui magis quam Nicephoro assentimur, dum ait, ipsam viuere desuisse anno sexto Marciani Imperatoris.

OBITU S. PULCHERIAE.

Niceph. l. 5. cap. 15.

Hæc

Hæc quidem Christianæ religionis summum decus, cum se ipsam in primis puram sanctamque Deo, cui se vouerat, conseruauit, & à tenera ætate Imperium diuinitus inspirata mirabili prouidentia gubernarit: cum & omni virtutum genere semper temporibus etiam perditissimis enituerit, & ad diem vsque nouissimum semper steterit pro fide Catholica sedula patrona & pugnatrix inuicta, ad eod, vt de omnium sui temporis hæresum expugnatione acceptam victoriam ipse (vt vidimus) sanctus Leo eidem ingenuè acceptam semper tulerit: hæc, inquam, Catholicæ fidei ornamentum, dicta die, à cælesti vocata sponso, in æternum cum eo felicius regnatura calum conscendit. Cuius memoria benedictionibus locupletata, nobili epitaphio in Albo Ecclesiæ ob oculos omnium posita, perenniter permansura notis amplissimis collocata, annis singulis solemnè ritu, publicoque diaconorum præconio recolitur consuevit, virginisque Augustæ augustum atque celebre monumentum eiusmodi inscriptione piorum auribus redditur semper viuens: Commemoratio sanctæ Pulcheriæ Reginæ in pace quiescentis: Hæc fuit soror Theodosij Iunioris, coniunx Marciani pietate præstantissimi Imperatoris: quæ cum virginitatem ipsam ad senectutem vsque seruasset, multaque præclara opera in templorum & hospitalium domorum ædificia contulisset, & sanctæ Chalcedonenfis Synodi Patres adiuuasset, in pace quieuit.] hæc Orientalis Ecclesia: Occidentalis quoque paribus eadem die votis ipsam est prosecuta.

DE BASILICIS A. PVLCHERIA REECTIS.

German. ser. de fasciis Domini. Niceph. l. 14. Theod. Lett. Coll. l. lib. 1. Cyril. de Orthod. fide ad Regin.

Defuncta autè est anno ætatis suæ quinquagesimo quarto, quippe que, Marcellino auctore, nata ponitur sub Consulatu Eutropij & Theodori, anno Domini vndequadringentesimo: Quæ, iam absoluto martyri templo, in Dei templum non manu factum semper manens transferri promeruit: in his enim viuens semper fuit, vt siue ecclesias, siue monasteria, vel domos erigeret hospitales. In ædificiis verò sacris à se erectis primum locum tenuit illud, de quo dictum est, templum Dei Genitrici dicatû in Blachernis: post hoc illud in via Ducum, ob idque dictum, in quo tradit Nicephorus collocatam ab ea diuinam imaginem Deiparæ Virginis, quæ à S. Luca depicta traditione maiorum ferebatur; Saluatoris infantis fasciis ab Eudocia Augusta Hierosolymis missis ibidem ab ipsa recõditis, in quarum memoriam trigesima prima mensis Augusti dies fuit perpetuò consecrata. Sed quas sanctus Germanus^a Constantinopolitanus Episcopus fascias infantis vocat, Nicephorus^b fascias sepulchrales appellat. Nobilis pariter fuit basilica ab eadè sancta Pulcheria erecta in Foro Fabrorum, cui Sancti Sepulchri nomen inditum fuit. Agit de his Nicephorus, necnon de dicta sacra imagine: sed ante eum Theodorus Lector^c ait, Pulcheriam ab Eudocia donatam esse imagine Dei Genitricis Mariæ à sancto Luca depicta, conciliatæ inter eas amicitia signo.

Ad hæc ipsa planè egregia S. Pulcheriæ opera Cyrillus^d alludere visus est, dum in libro ad Reginas conscripto: Ecce (inquit) & valde sapienter confugientes ad Regnum Christi, operam datis, vt quæ illi probantur, & sciatis & faciatis: partim (vt dixi) openibus & irreprehensibili fide & vestras & Regum aulas perspicua virginitatis gloria decoratis, partim sumptuosissima Christo templa erigitis:] hæc & alia in Reginarum laudem Cyrillus, Pulcheriæ inquam, atque sororum virginum. Præstitit quidem ipsa S. Pulcheria illud egregium, vt non solum ipsa sacre virginitatis cultrix existeret, sed & sanctis sororibus, vt & ipsæ cælestè munus consequerentur, optima conciliatrix extiterit.


PVLCHERIA SPERATA VIRTVS.

Theod. Lett. Coll. l. lib. 1.

Fuit planè grande videre miraculum, in Regia illa regiarum virginum monasterium contineri: sed illud singulare superexcellens, in femina eademq; virgine enitescere vnà cum monastica obseruantia simul optimum Imperij regimen, altero munere sine alterius detrimento iuncto alteri, immo maximo adiumento vtrisque connexis. Nam euidenter apparuit (quod & sæpè superius demonstratum est) cum Imperij habenas eius arbitrio moderandas germanus ipsius Theodosius Imp. reliquit, nullum vnquam felicius, tutiusve Romano Imperio regimen obrigisse, neque aliquando terrarum Orbi tempora felicitiora illuxisse. Cum verò perfidia eunuchorum & mentis euerse Eudociæ coniugis suasionibus Theodosius in transuersum actus, à sanctæ sororis consiliis declinavit: se ipsum planè vnà cum Imperio præcipitem egit, atque simul religionem in maximû discrimen adduxit, & perdidisset illic omnino, nisi (quod testificatione sancti Leonis sæpè superius dictum est) ipsa S. Pulcheria collabentem sæpè Orientalem Ecclesiam, hæreticorû impulsibus actam, indefesso semper studio suffulisset. Reliquisse insuper sanctam Pulcheriam cuncta sua bonâ pauperibus, tradidit Theodorus his verbis^e: Pulcheria pia moritur, multis post se præclaris factis, & cunctis bonis quæ habuit ad sustentationem pauperum relictis: quibus Marcianus non contradixit, sed cunctorum necessitatibus animo propenso seruiuit.]

Ad

Ad postremum accedat ad eiusdem sanctæ Pulcheriæ funeris atque sepulchri decorem, ipsius Augustæ regnantis imago, quam diu quæsitam, vix tandem in aureo nummo cusam inuentam, exhibitam nobis à D. Lælio Pasqualino, hic tibi formis reddendam curauimus.



Quam in postica vides Crucem corona cinctam, eam super diadema gestare consueuisse Christianas Imperatrices, quæ sunt dicta superius in Eudoxia, satis docent. At de sancta Pulcheria hæc tenus. Iam ad Leonem Pontificem redeamus.

Quem autem consecutæ finem fuerint, quas sanctus Leo, necnon cum Marciano Imp. Augusta Pulcheria litteras dedere ad restituendâ fidem exulem Palæstinis, declarat his verbis idem Leo Pontifex in epistola ad Iulianum scripta anno sequenti quinto Idus Ianuarij, dum accepta cuncta fert religioni & diligentia Imperatoris maximè pij: ait enim de ipso^a: Cuius post Deum beneficiis hoc debetur, quod Hierosolymitanus Episcopus est receptus, & monachos, quos perfidia hæreticæ falsitatis inuaserat, ad sanitatem Augusta auctoritas reuocauit. Mox itaque vt accepi epistolas tuas talia continentes, non solum eadem die, sed prope eadem hora responsum reddere maturavi, vt certior de omnibus quæ scriperas redderis.] hæc de his Leo sequenti anno dicta die quinto Idus Ianuarij: vt planè necesse sit affirmare, hoc anno vel autumnali, vel hiemali tempore, Iuuenalem esse reuersum Hierosolymam: quid autem ibi egerit, dicemus anno sequenti.

Qui pro Palæstinæ Ecclesia ex munere vniuersalis regiminis pastoralem sanctus Leo Papa (vt vidimus) propensiorum curam suscepit, idem & tumultus Aegyptios, quos anno superiori recensimus excitatos, sedare pro viribus non prætermisit. Hinc ipse in litteris^b hoc anno missis ad Iulianum Coensim Episcopum agentem Constantinopoli Vicarium Apostolicæ sedis: De Aegyptiis (inquit) monachis, quam quieti & cuius sint fidei, scire desidero; & de Alexandrinæ Ecclesiæ pace quid ad vos veris nunciis perferatur: Ad cuius Episcopum & ordinatorum ipsius, seu clericos, quod alia scripta direxerim, missis exemplaribus scire te volui.] hæc ipse.

Post has autem litteras quinto Idus Martias hoc anno ab ipso Pontifice datas, perlatam esse Romam ad S. Leonem epistolam Proterij^c noui Episcopi Alexandrini continentem ex more fidei Catholicæ professionem, quo Catholicam ab ipso Pontifice communicationem mereretur accipere, testatur ipse quidem S. Leo in litteris ad eundem Iulianum anni sequentis exordio quinto Idus Ianuarij scriptis, vbi ait: Fratrem Proterium Alexandrinæ vrbis Episcopum gratulor satisfactionis plenas de fide sua ad nos litteras direxisse, & manifeste quidnam teneat indicasse: cui me dignam gratiam pro fidei ipsius sinceritate necesse est præstare, vt honorem in nullo suæ perdat Ecclesiæ, sed sedis suæ priuilegia paternæ antiquitatis exemplo iuxta canonum illibata iura possideat.] hæc sanctus Leo. Sed excidit quædam Proterij ad Leonem, tum etiam Leonis ad Proterium reddita litteræ.

Constat autem post hæc ab eodem Proterio fuisse collectum Orthodoxorum Concilium, in quò actum est, vt ad Catholicam communicationem, qui hæc tenus ob hæresim Eutylianam separati fuissent, Catholica oblata professione redirent: sed cum illi penitus restitissent, irrogatum in eos fuit ab Imperatore exilium. Mentio huius Synodi habetur in epistola Catholicorum Episcoporum Aegypti & clericorum Orthodoxorum ad Leonem Imperatorem data^d, de qua suo loco dicendum erit.

Misit insuper hoc anno Maximus Antiochenus Episcopus legatos Marinianû presbyterum & Olympium diaconum vnà cum litteris ad ipsum S. Leonem Romanum Pontificem, qui de

DE REBUS ECCLESIAE ALEXANDRINAE.

Leo epist. 58.

Leo epist. 58.

Leo epist. 68.

SYNODVS ALEXANDRINAE ORTHODOXORVM.

Estat inter epist. vrb. illust. pro Concil. Chalced.

LEGATIO MAXIMI EPISC. ANTIOCH. AD S. LEONEM.

qui de statu Syrorum Ecclesie eundem redderent certio- rem, & rogarent pro cōseruatione A
privilegiorū sedis Antiochenę, quę ē gradu suo deici Anatolij Constantinopolitani Episcopi
ambitu periclitabatur: dum enim primatum post Romanā Ecclesiam sibi dari ille satageret,
vtique id in detrimentum vertebatur Ecclesie Antiochenę, vt quę tertia esset ordine, iam
quarta numeranda foret. Fautet rogationi Maximī sanctus Leo, & vt cōperat, se Anatolij

Leo epist. 62.

NE LAICI
VEL MONA-
CHI DO-
GRANT.

infringere temeritatem non defuturum, redditis ad eum litteris pollicetur: quibus inter
alia salubre illud admonuit, vt sicuti laicos, ita nec monachos populum docere permitteret,
optimē recolens huiusmodi occasione omne fluxisse malum: Nestorius quippe cum doce-
ret Antiochię, monachus erat, & Eutyches pariter monachus. ait enim: Illud quoque dile-
ctionem tuam conuenit pręcauere, vt pręter eos qui sunt Domini sacerdotes, nullus sibi ius
docendi & prędicandi audeat vendicare, siue sit ille monachus, siue sit laicus, qui alicuius
scientię nomine gloriatur. Quia etsi optandum est, vt omnes Ecclesie filij quę recta & sana B
sunt sapiant: non tamen permittendum est, vt quisquam extra sacerdotalem ordinem con-
stitutus gradum sibi prędicatoris adsumat; cum in Ecclesia Dei omnia ordinata esse con-
ueniat, vt in vno Christi corpore & excellentiora membra suum officium implcant, & infe-
riora superioribus non resulent.] hęc S. Leo hoc anno, tertio Idus Iunij.

Vidisti pręsidentem vniuerso gregi pastorem, totius Orientalis Orbis eodem ferme tem-
poris momento suis scriptis Ecclesias visitare, modō inuisere Constantinopolitanos, & ea
quę essent corrigenda monere; modō Palęstinos adire, & lapsos ad pœnitentiam reuocare;
penetrare rursus Ægyptum, & deuos corrigere, stantēsq; firmare; percurrere insuper
Syros, eisdemque salubres pręscribere leges, quę essent vniuersę Ecclesie Orientali com-
munes, tamquam opportunum cauendę pestis antidotum: Etenim has ad Maximum An-
tiochenum litteras datus voluit idem sanctus Pontifex esse Encyclicas, communes om-
nibus, & toto Catholico Orbi proficuas. testatur id ipse quidem in epistola, quam pridie
eius diei ad Theodoretum dedit, vbi hęc in fine: Quas tamen litteras pro vtilitate Eccle-
sie per prędictum fratrem Coepiscopum nostrum Maximum ad omnium volumus perue-
nire notitiam, & ob hoc hęc volumus earum exemplar adicere: quia quę prędicto fratri
iniunximus, non dubitamus implenda.]

Leo epist. 63.

LEOPAP AD
THEODOR.

Scriptis ad Theodoretum hęc sanctus Leo eodem anno pridie eius diei quo ad Maxi-
mum eas litteras dedit, nempe quarto Idus Iunij. Quod enim sciret inter Orientales omnes
Episcopos Theodoretum excellere: eundem ad pugnam aduersus hæreticos sibi intimē
iungere, & in illos immittere habuit in consilio: quapropter eius operam aduersus hæreti-
cos exhibitam pluribus commendans, vt pergat viriliter agere exhortatur. nam inter alia
Exulta igitur (inquit) carissime frater, & in vnico Dei Filio victor exulta. Vicit per nos ille D
pro se, cuius carnis veritas negabatur. Vicit per nos & pro nobis ille, cui vicimus, &c.]
Quinctiam curam eidem delegat, vt de omnibus quę in Orientalibus illis prouinciis mo-
lirentur hæretici, Apostolicam sedem sedulo faciat certio- rem. nam ait ad finem epistolę:
Quod superest, exhortamur, vt quia illic nonnullas Eutychiani ac Nestoriani erroris reli-
quias cognouimus remansisse, nunc etiam sedi Apostolicę collabores.] & paulo post: Vnde
in hoc quoque tuę vigilantię sollicitudine volumus adiuuari, vt tua relatione corrente, quid
apud illos religionis doctrina Dominica proficiat, Apostolicam sedem festines instruere,
quatenus illius regionis sacerdotes in quocumque vsu exegerit adiuuemus.] hęc & alia ad
Theodoretum sanctus Leo.

DE THEODO-
RETI OBI-
TVS TEM-
PORE.

Quid verō Theodoretus? equidem nauiter collaborasse, certum ducimus argumentum
ex iis quę ab eodem gesta sunt ante Concilium Chalcedonense, cum legatos Romam (vt
vidimus) ad eundem Romanum Pontificem misit. Ceterum ipsum haud diu fuisse super-
stitem, iisdemque ferme temporibus mortuū esse, ex eo possumus intelligere, quod in litteris
Syrorum Episcoporum pro defensione Chalcedonensis Concilij ad Leonem Imperatorem
post biennium datis nulla eius mentio haberetur, nec subscriptus in illis, aut aliis sicut reli-
qui Orthodoxi, reperitur: qui quidem si fuisset superstes, haud dubium requisitum à Leo-
ne Imperatore, & expetitur à sancto Leone Romano Pontifice officium iuuandę Catho-
licę fidei non denegasset. Porro antequam vita defungeretur, quod ab Orthodoxis Orien-
talibus haud secure in communionem fuisset acceptus, eo quod fauisset aliquando Nesto-
rio, quodque in Magno Chalcedonensi Concilio à Patribus iussus esset publicis illorum
conclamationibus Nestorio dicere anathema; testatam fidem suam Catholicam pluribus
epistolis voluit reliquisse, & inter alias in ea (vt superius dictum est) ad Sporatum data, quę
inter

A inter eius epistolas primū obtinet locum. Qui ergo malē cōcepit, gratia Dei (quod pauco-
rum est) bene perfecit, honestatus ante obitum egregius S. Leonis Papę pręconis, epistola
ad eum hoc anno, quam diximus, data, affigenda tamquam nobile epitaphium lapidi sepul-
chrali. Sed rursus ad Leonem.

Hoc eodem anno idem qui supra speculā pro vniuersa Ecclesia agebat excubias S. Leo, LEO PAPA
quod muneris quoque eius esset cunctę Catholicę Ecclesie sequētis anni indicere Paschę
diem ab omnibus celebrandum; cum ex Theophili cętenario cyclo Paschali definitū repe-
risset eam diē anno Domini quadringentesimo quinquagesimo quinto ad octauum Kal. Ma-
ias incidere, contententibus nonnullis errasse Theophilum: de his consulere peritos voluit
ante annum, quā indicendi Paschatis tempus ad esset: datisque ad Orientales litteris, in pri-
mis ad Marcianum Imperatorem hoc anno decimo sexto Kal. Iulij ista post alia scripsit: Leo epist. 64.

B Paschale festum, quo sacramentum salutis humanę maximē continetur, quamuis in pri-
mo semper mense celebrandum sit: ita tamen est lunaris cursus conditione mutabilis, vt
plerumque sacratissimi diei ambigua currat clectio; & ex hoc fiat plerumque quod non li-
cet, vt non simul omnis Ecclesia, quod non nisi vnum esse oportet, obseruet. Studueruntque
sancti Patres occasionem huius erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino Episcopo
delegantes: quoniam apud Ægyptios huius supputationis tradita esse videbatur peritia,
per quam qui annis singulis dies prędictę solemnitatis eueniret, sedi Apostolicę indicare-
tur, vt huius scripti ad longinquiores Ecclesias iudicium * generaliter percurreret. * iudicium

Sed sanctę memorię Theophilus Alexandrinę vrbis Ecclesie Episcopus, cum huius
obseruationis annos centum numero collegisset, septuagesimo sexto Paschale festum longē
aliter quā alij decreuerant, tenendum esse constituit. A primo augustę memorię Theo-
dosij Senioris Consulatu succedentes sibi sacrę obseruantię ordines ponens, vt longioris
temporis ratio eius litteris teneretur adscripta: cuius complexionis septuagesimus & quar-
tus est annus, in qua pridie Idus Aprilis (hoc nempe anno Domini quadringentesimo quinquagesimo
quarto supra quadringentesimum, pridie Nonas Aprilis eadem, propitio Deo, erit habenda
festiuitas, sicut regulariter centenarię annorum rationis ordo declarat: Sed in anno qui erit
septuagesimus sextus, Domini verō quadringentesimus quinquagesimus quintus, Paschę dies
inuenietur adscriptus, quem à passione Domini nullus exempli, nullius constitutionis ad-
mittit auctoritas: nam diem octauum Kalendarij Maiarum ab eo cognoscimus pręfinitum,
qui anni limitem antiquitus constitutum excedit, cum alij quintodecimo Kalendarum
Maiarum huic festiuitati deputauerint diem.

D Siquidem ab vndecimo Kalendarum Aprilium vsque in decimū Kalendarum Maiarum
legitimum spatium sit pręfinitum, intra quod omnium varietatum necessitas concludatur,
vt Pascha Dominicum nec prius possimus habere, nec tardius. Quod enim in decimum &
in nonum Kalendarum Maiarum videtur nonnumquam peruenisse festiuitas, quadam ra-
tione defenditur: quia etsi dies Resurrectionis vltra terminum videtur exisse, dies tamen
Passionis limitem positum nō inuenietur egressus: Ad octauum autem Kalendarum Maia-
rum Paschalem obseruantiam perducere, nimis insolens & aperta transgressio est.

Quia ergo in illa (vt dixi) centenaria supputatione Theophili septuagesimus sextus
annus diem Paschę contra morem Ecclesiasticum statuisse monstratur; & non leuiter de-
linquitur, si in principio sacramenti veritas & vnitas ab vniuersali Ecclesia non tenetur:
obsecro clementiam vestram, vt studium vestrum pręstare dignemini, quatenus Ægyptij,
vel si qui sunt alij, qui certam huius supputationis videntur habere notitiam, scrupulum
huius sollicitudinis absoluant, vt eum diem generalis obseruantia dirigat, qui nec paterna-
rum constitutionum normam relinquat, nec vltra pręfixos terminos euagetur. Quicquid
autem pietas vestra de hac consultatione cognouerit, ad meam iubeat mox notitiam per-
uenire, vt in diuinis mysteriis nulla dissonantię culpa nascatur.] hęc sub Consulatu Opi-
lionis dicta die xvi. Kalend. Iulij S. Leo: Qua etiam die eodem argumento ad Eudociam
Augustam Hierosolymis agentem litteras dedit. Scripsisse etiam de his ad Proterium Ale-
xandrinum Episcopum, Beda auctor est, qui & eiusdem Proterij ad sanctum Leonem data
epistolę meminit, breueque fragmentum redditz ad eum Leonis epistolę recitat, vbi ait: Leo epist. 65.
Cuius circuli (nempe Theophili) Proterius Alexandrinę vrbis Antistes ad inquisitionem san-
cti Leonis Papę luculentissimam reddens rationem, talis rescripti ab eo meruit tenore prę-
dicari: Latificauerunt me litterę dilectionis tuę, quas frater & Coepiscopus meus Nesto-
lius

LEO PAPA
DVBITAT
DE CYCLO
THEOPHI-
LI.

QVIB IEO
AD MARCIA-
NUM IMP.
DE PASCHA-
LICONTRO-
VERSIA.

* iudicium

DE CYCLO
THEOPHI-
LICONTRO-
VERSIA.

Leo epist. 65.

Beda de vn-
tione t. c. 42.

rius pio adportauit officio. Oportebat enim, vt ab Alexandrina Ecclesie Præfule talia scripta ad sedem Apostolicam mitterentur, quæ ostenderent magisterio beatissimi Petri Apostoli hoc ab initio per beatum Marcum eius discipulum didicisse Ægyptios, quod constat credidisse Romanos.] hæc ex epistola Leonis ad Proterium Beda.

PROBATA
CYCLUS
THEOPHILI

Apud S. Leo
non post
epist. 63.

Scriptis præterea idem S. Leo ad Paschasium Episcopum Lilibæi in Sicilia, legatum olim Apostolicæ sedis in Concilio Chalcedonensi, virum eruditione præstantem: qui non solum ex Theophilo cyclo, sed & ex Hebræorū calculo probatam reddidit veritatem, eandemque & miraculo consignatam: ostendens non esse absurdum, vt ad octauum Kalendas Maias Pascha Domini in Ecclesia celebraretur. Extant ipsæ litteræ Paschasini, quas datas anno sequenti, ex eo potest cetero cognosci, dum de sequentis anni Paschalis die tradit esse dubitatum, anni nimirum (vt dictum est) quinquagesimi quinti supra quadringentesimum. ait enim: Domine venerabilis Papa, iubere dignata est corona vestra, vt quod Paschali suppuratione veritas anni post hunc futuri haberet, sacrosanctis auribus vestris exiguitas mea intimaret, &c.] Ex iisdem quoque litteris intelligitur, barbaricam illam inuasionem, cuius in earum exordio meminit, anno sequenti contigisse. agemus igitur de ea suo loco.

Quod verò ad præsentem de Paschalis die consultatione pertinet: exordio anni sequentis, quinto Idus Ianuarij, de eodem S. Leo adhuc ambiguus scripsit ad Iulianum Coensem Episcopum Constantinopoli agentem. Rescripsisse autem ad S. Leonem Marcianum Imperatorem, eam Orientalium esse sententiam, vt secundum Theophili cyclum octauo Kalendas Maias Pascha celebraretur, testatur ipse S. Leo in litteris Circularibus datis ea de re anno sequenti ad Episcopos Galliarū & Hispaniarum. Ex his omnibus vides, quam procul abhorreat, vt Romani Pontifices inconsulto, ex animique sententia proponere cõsueuerint in Ecclesia Catholica obseruanda decreta; cum in ambiguis ipsi prius omnium rogare sententias, consulere, & omnes audire, cunctaque multo consilio examinare soliti fuerint.

Leo epist. 95.

Extat to. I.
Concil.
CONCLLIVM
ARELAT.
TERTIVM.

Sub huius anni Consulibus celebratum legitur Arelate Concilium, quod tertium ordine positum est, in quo plura de Ecclesiastica seruanda disciplina in ordinandis Ecclesiæ ministris; sed & alia pleraque ab eodem Concilio sancita apud diuersos auctores leguntur, quæ in vnum collecta consulere poteris. Agemus nos de eo, qui præfuisse legitur huic Synodo, sancto Cæsario eius ciuitatis Episcopo doctrina æquè ac sanctitate conspicuo.

Sed dubitatio hic haud leuis insurgit: Quonam modo Cæsarius dici potest interfuisse huic Arelatensi Concilio iam creatus eius ciuitatis Episcopus, cum ex litteris S. Leonis Papæ constet anno superiori eidem Ecclesiæ præfuisse Rauénium Hilarij successorem, post quem eiusdem Episcopus fuisse reperitur Eonius, idemque sedisse faltem triennio, vt Cyprianus discipulus S. Cæsarij eiusdemque Vitæ scriptor affirmare colligitur; quo tempore Cæsarius præfuit Abbas monasterio Arelatensi. Porro in tanta rerum certitudine nihil est quod dici possit, nisi necessariò asserere illapsum esse errorem in Consulatum; sicut & in notam Æræ mendum irrepsit, dum ponitur quadringentesima sexagesima prima, ex qua colligitur numerus annorum Domini quadringentorum vigintitrium: vnde longè absurdius reddidit, vt eo tempore Cæsarius præfuerit dicto Concilio Arelatensi. Sed & cum nihil sit in quo emendari error possit, vt suo loco dictum Arelatense Concilium restituatur; hic de ipso nobis agendum fuit.

Iam verò de Cæsario, qui huic præfuit Concilio dicendum est, vt pote viro qui eximia claritudine tum ex doctrina, tum ex vitæ sanctitate comparata, Gallias hoc tempore illustrauit: breuique narratione in primis sunt nobis eius percurrenda primordia, atque vitæ progressus vsque ad præsentis temporis statum: Eo enim splendore sanctitatis effulsit, vt nobilissimæ totius Galliarum Ecclesiæ eligi mereretur Metropolitanus Antistes, hoc potissimum tempore, quo eas regiones occupantibus barbaris, iisdemque vel Gentilibus, vel Arianis, magno opus esset inter tot ingruentes vndique fluctus nauis gubernatore.

Apud Sav.
diel. 7. Aug.
CAESARIJ
TYROCI-
NIVM.

Scriptæ sunt res gestæ S. Cæsarij ab eius discipulo Cypriano ad sanctam Cæsariam illius fororem, id ipsa ab eo efflagitante: extant ipsæ quidem, Dei benignitate, inter tot Galliarum busta seruata. Placuit, inquam, diuinæ prouidentiae, vt afflictæ prostratæque vndique Gallicanæ Ecclesiæ hoc perditissimo tempore, tam docto tamque sancto illustrarentur Episcopo, cuius sanctitas ipsi inhærens ab incunabilis, septennio ætatis fructus præcoces emisit, & in dies magis magisque fecunda annorum augmento consurgeret: Cum primò rogatus quæ sibi licuit in pauperes bonis clarissimorum parentum, domo spreta, ad sanctum

Silue-

A Siluestrum meritis insignem Cabilonensem Episcopum conuolans, ab eo, ex sacro præscripto ritu, in clericum voluit attonderi, atque clericali institui disciplina, tanto dignus Antistite educatore atque doctore, qui mira sanctitate resplendens, in Cæsarium quem dilexit vt filium, transmisit opulentam virtutum hereditatem. Est celebris eiusdem Siluestri memoria sacris tabulis adnotata, in Ecclesia semper vigens, annis singulis rediuiua, nosque in Notis de eo pluribus egimus. At Cæsarius, vbi flores eius sanctitatis tamquam apis auide suxit, ad Lerinense secretius aluearium conuolauit, ibique (vt idem auctor habet) sub Porcario Abbate diu monasticam conuersationem summa excoluit obseruantia: licet præ immenso animi ardore ipse sibi semper segnior videretur: vt apparet ex eius homilia, quam postea in eodem habuit monasterio, vbi primùm ista inter alia interfertur de florentissimo statu huius temporis eiusdem cœnobij Lerinensis: Benedicimus Dominum nostrum, qui sanctam institutionem & admirabilem consuetudinem loci huius iugiter crescere, & in maiori dignatur gloriæ cumulo sublimare. O felix & beata habitatio insulæ huius, vbi tam sanctis quotidie & tam spiritualibus lucris gloria Domini augetur, & tantis damnis diaboli nequitia minoratur! Beata, inquam, & felix insula Lerinensis, quæ cum parvula & plana esse videatur, innumerabiles tamen montes ad cælum misisse cognoscitur.] hæc dicens Cæsarius, alludere ad ea videtur quæ superius recitauimus ex carmine Eucharistico, quod ad Faustum scripsit haud pridem Sidonius Apollinaris, vbi ait:

Martyrol.
Rom. & alia
die 10. Nouē.
CAESARIUS
MONACHVS
LERINENSIS.

Cæsar. ho.
ml. 20.
DE MONA-
STERIO LE-
RINENSIS.

quantos illa insula plana
Miserit ad cælum montes, &c.

per montes Sanctos intelligens; cum ipsa insula vndique planicie lata gaudens, montibus careat. Hinc & Cæsarius ista subdit:

Hæc est quæ eximios nutrit monachos, & præstantissimos per omnes prouincias erogat sacerdotes.] vix enim reperiri erat, qui his temporibus assumptus in regionibus illis ad regimen Ecclesiarum, non delectus esset ex nobilissimo & regularis institutionis obseruantissimo cœnobio Lerinensi: Ac sic (subdit ipse) quos accipit filios, reddit patres, & quos nutrit paruulos, reddit magnos: quos velut tyrannos excipit, Reges facit: Nam omnes quoscumque felix & beata habitatio ista susceperit, chancatis pennis ad excelsa virtutum culmina Christo sublimare consuevit. Quæ res cum penè in cunctis habitatoribus fuerit feliciter consummata, tamen resistentibus meritis meis, in me non probatur impleta. Cum enim paruitatem meam hæc sancta insula velut prælara mater & vnica singularis omnium bonorum nutrix brachijs quondam pietatis exceperit, & non paruo spatio educare & enutrire contenderit: licet reliquos ad virtutum culmina crexerit, à me tamen (quia cordis duritia contradicit) omnes negligentias auferre non potuit. Et ideo cum omni humilitate supplico; & tota cordis contritione deosco, vt quod negatur meritis meis, vestris orationibus suppleatur, &c.]

REVEREN-
TIA BARBA-
RORVM ER-
GA MONA-
STERIVM
LERINENSE

Mira res, vt sub tot barbararum gentium frequenter factis in Gallias grassationibus, à Sueuis, Vandalis, Alanis, Gothis, Burgundionibus, Hunnis, & Francis, nihil ad hæc tempora passum fuerit detrimentum eidem monasterio insulæ Lerinensis, factum ipsis etiam barbaris atque Arianis venerandum: Vnde quod valde erubescant habent nostri sæculi Nouatores, qui in Gallias plusquam sexcenta monasteria combusserunt, vt taceam de cineribus innumerabilium ecclesiarum. Quanta insuper hoc tempore esset gloria eiusdem cœnobij Lerinensis, præter illa quæ superius dicta sunt, ipsum rursus audi Cæsarium ad monachos concionantem: ab Oriente (inquit) vsque ad Occidentem, & omnibus penè locis, in quibus Christiana religio colitur, religiosissima vestra conuersatio ad Christi gloriam prædicatur. Iure à vobis exigitur, vt quod de vobis creditur, hoc probetur. Agite ergo, Deo auxiliante, quod semper egistis, &c.]

Cæsar. hom.
20.

Sed quod sub Fausti nomine peruulgata legitur fabula de eodem Lerinensi cœnobio exciso à Saracenis sub Porcario Abbate institutore S. Cæsarij: eam hic obiter refellere, ex instituto onus incumbit. Primùm verò scias, non esse Fausti scriptionem illam, sed appendicem ad Fausti instructionem ad monachos, vt apparet ex ea nuper edita diligentia viri doctissimi Genebrardi nunc Aquis Episcopi post funebrem orationem S. Hilarij Episcopi Arelatensis; & alia illi coniuncta, vbi post absolutam Fausti illam tractationem subicitur narratio de excidio monasterij Lerinensis, qua dicitur idem monasterium à Saracenis dirutum, & sanctum Porcariam Abbatem cum suis esse necatum. At quæ fidei scriptum illud auctoris incerti? Et vbinam gentium Saracenorum incurso his temporibus in Occiduis oris innotuit, qui vix post trecentos annos auditi sunt mare mediterraneum infestasse? Sed haud

DE CLAUDE
MONASTE-
RII LERI-
NENSIS.

maioris nobis fidei quæ habentur in spuria Vita S. Honorati, vbi hæc facta dicuntur per A
Genfericum Vuandalorum in Africa Regem: cum & additur idem monasterium per
Genfericum sub Abbate Porcario dirutum, numquam vsque ad Pipini Francorum Re-
gis tempora esse restitutum. Si hæc vera sunt; quomodo post Genfericum iam defunctum
ad eum celebratur gloria eiusdem monasterij Lerinensis, vt audiuimus à Cæsario? Quomodo
de tanti cœnobij clade nulla penitus habetur mentio in actis ipsius sancti Cæsarij, quæ sunt
scripta (vt diximus) ab huius temporis scriptore Cypriano: Vel quonam pacto dici potest
vsque ad Pipini tempora eius desolationem perdurasse, si S. Gregorius Papa eiusdem memi-
nit^a monasterij sub Bono Abbate (ad quem scribit) existētis? Sic igitur cum neque sub Sara-
cenis, neque sub Genferico ea accidisse funera monasterio Lerinensi sub Abbate Porcario
dici possint: necesse est affirmare, vel Porcarium, quem cum suis martyrem dicimus, qui &
Cæsarium à pueritia educauit, longissimam vixisse ætatem; & ea quæ narrant, non à Gen-
ferico, neque à Saracenis, sed ab alijs passos esse successoribus Genferici; vel alterum dicere
eiusdem nominis post hæc in eadem insula sub Saracenis Porcarium floruisse, cuius Ecclesia
ipsa cum suis celebrat martyrium pridie Idus Augusti.

TEMPORA
PORCARI
ABBATIS.
^a Greg. lib. 9.
epist. 8.

POMERIUS
RHETOR
MAGISTER
CÆSARII.
^b Gennadius
de Scrip. Eccl.
c. 48.

^c Martyrol.
Rom. die 8.
Martiij.

CÆSARIUS
QVO VIXIT
TEMPORIB.

HOMILIAE
CÆSARII
CATHOLI-
CAM DO-
CENT TI-
DEM.

^d Galat. 3.

CONCIL. AN
DE GAUEN-
SE NVNC
PRIMUM
EDITVM.

Sed ad Cæsarium redeamus, quem diximus in eadem insula in exercitatione monastica
sub eodem Abbate vixisse; quo iubente, Arelatem postea se contulit, ibique excultus est
rhetoricis facultatibus sub Pomerio Afro insigni eius temporis rhetore: Hic ille namque
Pomerius, quem natione Maurum fuisse tradit Gennadius^b, eundemque ordinatum in
Gallia presbyterum: quem alij Iulianum nominatum dixere: Quam autem decepti sint
qui Iulianum Pomerium putauere fuisse Episcopum Toletanum, tu consule Notationes
nostras in Romanum Martyrologium^c. Porro huius Pomerij, quo vsus est præceptore Cæ-
sarius, lucubrationes Gennadius recenset, quem post Gelasij obitum sub Anastasio Impe-
ratore adhuc fuisse superstitem docet. Cæsarius autem egregie doctrinis sacris potissimum
institutus, dignus iudicatus est, qui post Eonnum à populo & clero exeretetur in Episcopum
Arelatensem: cui nec profuere latebræ sepulchrales, quin inde traheretur ad regimen Epi-
scopatus inuitus.

Sed non prætermittimus dicere (quod & magnopere admiratus sum) Trithemium, siue
alios ad posteriora tempora eundem Cæsarium retulisse sub professoribus regulæ S. Bene-
dicti, quem constat ante S. Benedicti monachatum his ipsis vixisse temporibus, interfuisse-
que pluribus Concilijs his item temporibus celebratis. Porro id ipsum eius vitæ Acta per-
spicue docent: nam vixisse tunc dicunt, eum Alaricus regnaret in Gallia Narbonensi, &
Theodoricus Rex potius esset Italia: sed & cum tradat idem eius Vitæ auctor, vsum ipsum
esse præceptore Pomerio Afro, atque probasse Felicem Papam, vulgasseque eiusdē Cæsarij D
scripta, nulla penitus de his vel leuiter dubitandi occasio potuit esse relicta: cum alioqui &
eius homilia id ipsum facile rectè intuenti demonstrent.

Porro (quod dolendum est) sanctissimi atque doctissimi viri exciderunt nobilissima mo-
numenta, vixque reliquæ sunt quadraginta sex homilia diuersis temporibus dictæ: ad quas
prouoco Gallos illos, qui turpiter à fide refugæ, ad hæreticos transfugæ defecere: videant
quæ de Catholicis dogmatibus, quæ ipsi insectantur, senserit tatus doctor, miraculisque con-
signata reliquerit, hoc potissimum sæculo, quo Franci in Gallijs regnantes eandem fidem
Catholicam, in qua & baptizati sunt, acceperunt. Vt planè si quis eiusdem Cæsarij legerit
homilias, ex illis facile intueatur illorum qui à Catholica veritate descuerunt amentiam,
cogaturque præ stupore exclamare cum Paulo^d: O infensati Galatæ, quis vos fascinavit non
obedire veritati? multo magis verò si peruiderit quæ alij nobiles huius temporis scriptores
Ecclesiastici itidem Galli gentiles sui, nempe Prosper Aquitanus, Hilarius Arelatensis,
Saluianus Massiliensis, Eucherius Lugdunensis, Claudianus Mamercus Viennensis, Alci-
mus Auitus, itidem Viennensis, Sidonius Apollinaris Aruernus, & alij suis scriptis, vitæque
sanctitate, atque miraculorum virtute egregie reliquere testata, in omnibus consentientia
illis quæ Hilarius Pictauiensis, Irenæus Lugdunensis, atque Dionysius Parisiensis omnes
sanctissimi Episcopi olim iisdem tradiderunt, & nuperrimè Cæsarius docuit. At de Cæsario
modò hætenus, suis locis inferius de eodem sæpe dicturi. Iam verò ad aliud Gallicanum
Concilium hoc item anno celebratum orationem conuertamus, immoreturque in eo pau-
lo longius, quæ Arelatense citò aliquibus tantum inspectis, pertransijt.

Hoc itaque eodem anno sub eiusdem Episcopatu item in Gallijs celebratum est
Concilium Andegauense: Quod quidem è temporum obscuritate haud pridem in lucem
vindi-

A vindicatum scias à docto pioque viro P. Frontone Societatis I E S V in Gallijs professore, à
quo & accepimus: ipsum autem cum perbreue sit, necdum in lucem editum, hic tibi ver-
batim reddendum putauimus: sic enim se habet:

Cum ad ordinandum Episcopum in ciuitate Andegauorum conuenissent, & Thalassius
esset Episcopus ordinatus: omnibus pariter residentibus, Leone, Eustochio, Charilatore,
Rumorido, Vincentio, Victorio, & Thalassio Episcopis, pari consilio atque tractatu, decisio-
nem quam verbis decreuerant, etiã scripturæ mandare voluerunt, vt hac die, hoc est, quarto
Nonas Octobris, Opilione V. C. Consule, hæc regulæ Ecclesiasticæ seruarentur, quæ à senio-
ribus iuxta auctoritatem Scripturarum iam fuerant constitutæ.

Primum, vt contra Episcopale iudicium clericis non liceat resiliere, neque inconsultis sa-
cerdotibus, sæcularium iudicia expetere: sed nec de loco vno in alium sine Episcopi per-
B missione transire, nec sine commendatiis sacerdotum suorum litteris commeare.] habet
hæc primus canon, quo proculdubio aduersari sunt Patres illi constitutioni Valentini
Imperatoris datæ anno superiori, qua Ecclesiasticum forum suis (vt vidimus) priuilegijs spo-
liauit: haud enim timuerunt refragari Imperatori pro Ecclesiastica immunitate sanctissimi
sacerdotes. Sed describamus reliqua:

Vt diaconi presbyteris nouerint omni humilitate deferendum esse.] cuiusnam rei causa
hæc sancierint Patres, dictum est Annalium quinto tomo. Sed tubdunt: vt à violentia &
crimine perputationis^a abstineant.] mendosus est locus.

Familiaritatem extranearum feminarum nouerint esse vitandam. Sed si qui sunt cæli-
bes^b, non nisi à fororibus, aut amicitis suis, aut à matribus consolentur. Quia sicut bonum non
est homini solum esse; ita familiares esse clericis feminis non oportet extraneis: quia fre-
C quenter plurimorum ruinas sub hac occasione deflemus. Si quis autem post hoc interdi-
ctum à prædictis familiaritatibus se reuocare noluerit, nequaquam gradu altiori donabitur,
& si iam ordinatus fuerit, non ministret.

Tum si qui in tradendis vel capiendis ciuitatibus interfuisse fuerint detecti: non solum à
communione habeantur alieni, sed ne conuiuiorum quidem admittantur esse participes.

Quod etiam de his qui accepta pœnitentia resilierunt, debita seueritate seruabitur. Quæ
forma etiam circa eas, quæ de virginitate sanctimonialium crimine proprio deciderunt,
statuto rigore permaneat.

Hi quoque qui alienis vxoribus, supersticijs ipsorum maritis, nomine coniugij abutun-
tur, à communione habeantur extranei.

Clerici quoque, qui relicto clero, se ad sæcularium militiam & ad laicos contulerint, non
D iniuste ab Ecclesiâ, quam reliquerunt, amoueantur.

Monachi quoque, qui cœptam obseruationis viam reliquere, & absque epistolis &
absque certis negotijs vel necessitatibus per regiones vagantur alienas, cognita districtio-
ne, si se non emendauerint, ab Abbatibus suis, vel à sacerdotibus ad communionem non
recipiantur.

Alijs quoque Episcopis aliorum clericis gradum augere non liceat.

Quicumque autem vel de laicis vel de clero ministri fuerint ordinati, & obseruare no-
luerint, si laicus, communicare non liceat, nisi fortè reprobauerint criminosos.

Non nisi vnus vxoris viri iidemque virginibus copulati, diaconi, vel presbyteri or-
dinentur.

Pœnitentiæ sanè locus omnibus pateat, qui conuersi errorem suum voluerint confi-
teri; quibus, perspecta qualitate peccati, secundum Episcopi æstimationem erit venia lar-
gienda:

..... Quod ita inter prædictos viros pari consilio & ordinatione decretum est, vt
si quis ex ipsis contra hanc ordinationem agendum esse præsumperit, obuius fuisse regulæ
Ecclesiasticæ iudicetur: aduersus quem ceteris fratribus suis, quasi aduersus contemptores
hæbit infurgere.] hætenus Andegauense Concilium Romam missum:

De quo quantum ad Episcoporum qui interfuerunt nomina pertinet, egregie idem Fron-
to deprompsit ex primo Concilio Turonensi, quod post annos octo legitur celebratum sub
Seuerini Consulatu; & quarumnam Ecclesiarum aliquot ex his Episcopi essent inuenit,
nimirum Victorium siue Victurium fuisse Episcopum Cenomanensem, Leonem Bituri-
censem, Thalassium hinc ordinatum Episcopum fuisse Andegauensem, qui idem Thalassius
scriptus pariter habetur vna cum dicto Victurio in Concilio Veneto: qua ratione idem
Annal. Eccl. Tom. 6. R. 2. auctor

DE CONCI-
LIO VENE-
TICO.

CHRISTI
454.

LEONIS PAP.
15.

VALENTIN. 30. IMPR.
MARCIANI 5.

auctor iure opinatur non esse congregatum illud Concilium in Venetia Italiae prouincia, sed Venetensi ciuitate in Gallia Lugdunensi; cui & libentius assentimur, cum sciamus & eiusdem Venetensis ciuitatis in Gallia Episcopum, Modestum nomine, cum aliis Gallicanis Episcopis sedisse in Concilio Aurelianensi sub Clodoueo. Habes hac diligentia exploratum, lector, quo tempore fuerit dictum Veneticum Concilium celebratum, nulla licet Consulium nota perspicuum: in quo quidem complura leges, quae in celebrato hoc anno Concilio Andegauensi sunt statuta, pauloque fusiuis repetita. Obseruauit idem vir doctus & alia pleraque in eo notatu digna; sed haec nobis modo ad historiam satis.

IESV CHRISTI
ANNVS
454.

LEONIS PAP.
ANNVS
15.

VALENTIN. 30. IMPR.
MARCIANI 5.

ARTI CON
SVLATVSET
OBIIVS.

* Procop. de
bell. Vuandal.
lib. 1.

QVIB IN
VALENTI-
NIANVM
MAXIMVS
MOLIATVR.

VALENTI-
NIANVS
OCCIDIT
AETIYM.

* Paul. Dia.
lib. 11.
* Cassiodor. in
Chron. hoc
anno.

Qui sequens est annus Domini quadringentesimus quinquagesimus quartus, Studio & Aetio Consulibus Fastis reperitur adscriptus: illum quidem Marcianus, hunc autem Valentinianus Romae creauit. Sed funeste ipsi Aetio accidit, ut ipsius Consulatus occisionis eius index sit positus temporis: na de ipso hoc anno Marcellinus in Chronico sub eius Consulatu: Aetius (inquit) Patricius, magna Occidentalis Imperij salus, & Regis quoddam Attilae terror, a Valentiniano Imperatore cum Boetio amico in Palatio trucidatur, atque cum ipso Hesperium cecidit regnum, nec haecenus valuit reuelari.] haec Marcellinus.

Quomodo autem id molitus sit Maximus Romanus Senator, Procopius ita narrat: Maximus erat quidam e Senatoribus, vnus ex stirpe illius Maximi tyranni, quem Theodosius Senior sustulerat, pro qua victoria Romani quolibet anno festum agunt: huic vxor formosissima, sicut & pudicissima fuerat, qua Valentinianus amore captus cum potiri cuperet, resque admodum ardua foret, rem iniquam excogitauit: Maximum iussit ad se in Palatium venire, quo cum talis colludens, auro certo proposito, annulum eius victor naetus est: hunc clam ad vxorem misit viri nomine, ut quamprimum signo perspecto, in Palatium salutarum Eudoxiam Imperatricem veniat. Illa subito paret: quam certi, quibus res nota ac mandata erat, protinus in aula excipientes, longè in Gyneconitidem duxerunt, vbi Valentinianus occurrens, vim ei intulit. Illa post haec maesta domum regressa, calamitatem fatumque suum flere, virumque magnopere detestari coepit, ut qui occasionem huic rei dederit.

Maximus vero dolore ingenti percussus, de insidiis contra Imperatorem secum meditatur. Cumque videret Aetium tunc maximum Ducem, qui paulo ante clarissimam victoriam de Attila, Massegetarum, Scytharumque exercitu armato contra Romanum Imperium retulerat, succurrit ei ita agere, ut laudem omnem & merita gestorum amitteret, suspectumque illum redderet Imperatori.] Hic considera & in mentem reuoca, lector, quomodo iisdem insidiis Aetius pereat, quibus ipse olim circumuenerat magnum Ducem Bonifacium, cuius occasione Vuandali potiri sunt Africa: vnde perspicias & diuinam in tarditate supplicij patientiam, & æquum in exhibitione vindictae iudicium. Sed pergit Procopius: Tempus quoque commodum tunc visum, quod longe abesset, quod spes in eo potissimum Romanorum esset. Cum eunuchis agit, quorum custodiae vti fidissimorum corporis sui curam Imperator tradiderat, ut ei persuaderent Aetium nouis rebus studere. Imperator facile credens, suspectamque illius habens virtutem, ut interficeretur mandat. Fertur & proximum quemdam ex Romanis interrogasse, an utilis foret Aetij mors: ille autem respondisse; hoc ipse videret, bene an male; se tantum scire, quod sibi dexteram altera manu inciderit.] haec de Aetij nece Procopius: quae autem subdit de grassatione Attilae in Italiam, ea ante Aetij mortem accidisse, iam superius perspicue demonstratum est. Quid vero sublato de medio Aetio Maximus in Valentinianum molitus sit, suo loco dicendum anno sequenti. De Aetij porro nece est versus Sidonij Apollinaris in detestationem Valentiniani:

Aetium Placidus maetauit semiuir amens.

Manibus etiam ipsius Valentiniani Imperatoris necatum esse Aetium, auctor b Miscellae restatur. sed ita ante eum Cassiodorus: Aetius Patricius in Palatio manu Valentiniani Imperatoris extinctus est: Boetius vero Praefectus Praetorio ab amicis eius circumstantibus interemptus.] At de Consulatu & nece Aetij satis: iam reliquas anni huius res gestas perssequamur.

Sanctus Leo Romanus Pontifex, ut componeret res Orientalis Ecclesiae omne adhibens studium,

CHRISTI
454.

LEONIS PAP.
15.

VALENTIN. 30. IMPR.
MARCIANI 5.

A studium, plures hoc anno ea de causa ad Marcianum Imperatorem litteras dedit, ac primum quidem Idibus Martij, quibus laborantem magno discrimine commedit Ecclesiam Alexandrinam, itemque Proterium recens eius creatum Antistitem, cuius anno superiori sincerae fidei professionis litteras accepisset. In his quidem curandis, primo vnde morbus irrepisset docet, atque mox praesentaneum remedium assert his verbis: Quia vero quorundam haereticorum versuta nequitia ad conturbandam aliorum simplicitatem epistolam meam, quam ad beatam memoriam Flavianum dedi, falsasse perhibetur, ut commutatis quibusdam verbis, vel syllabis, receptorem me Nestoriani erroris adferant: Obscuro venerabilem clementiam vestram, ut eandem epistolam per fratrem meum Iulianum Episcopum, vel eos quos idoneos ad hoc opus pietas vestra delegerit, in Graecum sermonem iubetis integre diligenterque translata, per idoneum latorem sub vestri signaculi impressione deferri, tradendam Iudicibus Alexandrinis, qui eam clero & plebi ipsius ciuitatis cum praedictorum Episcoporum praedicationibus, qui & meo scripto consentiunt, faciant recitari: ut agnoscant se fallacium hominum fraude ulterius decipi non debere. & probentur Apostolicae sedis sinceri esse discipuli, apud quam nec Eutyches, nec Nestorius vllum obtinent locum, quia sicut alios haereticos, ita & istos damnauit.] haec sanctus Leo.

Quenam autem fuerint quas dicit praedicationes Episcoporum esse vna cum epistola ad Flavianum Alexandrinis significandas, superius manifestat, nempe laborasse se ad conuincendos & reducendos Alexandrinos ad fidem Catholicam, ut quaecumque ipse scripsisset in dicta epistola ad Flavianum, ea cuncta probata testataque redderet assertionibus Alexandrinorum Episcoporum illorum qui maiori apud eos gloria claruissent. nam ait: Et ne memoratis noua inferre & propria dicta epistola videatur adstruere: venerabilium Patrum, qui ei Ecclesiae praefuerunt, scripta relegantur, & quid beatus Athanasius, quid Theophilus, quid Cyrillus, quid etiam Orientales magistri de incarnatione Domini senserint, recognoscant.] & paulo post: Sed nunc (ut dixi) hic docendi optimus modus est, ut patrum sensuum linea Alexandriae plebis & cleri auribus innotescat; ac si qui sunt qui nostra scripta despiciant, illis saltem qui nobiscum Apostolicis sensibus congruunt acquiescant.] haec sanctus Leo ex diuino plane deprompta Spiritu: Nam hoc vnum exhibitum Ecclesiae Alexandrinae remedium satis esse potest ad expurgandas haeresibus omnibus cunctas Ecclesias, prouocando nimirum singulas ad illos doctores, qui in eis doctrina & sanctitate claruerunt, a quibus & Euangelium vel praedicatum ipsis, vel propagatum fuisse constat. Haec quidem (ut diximus) sexto Idus Maias Leo Pontifex ad Marcianum.

Paruit Marcianus Augustus Leoni Pontifici, atque ex eius sententia promulgauit edictum ad ipsos potissimum Alexandrinos, quo iussit eos non recedere debere ab his quae a sacris oecumenicis Conciliis statuta fuissent, & quae ipsis praedicata essent a sanctis ipsorum Episcopis Athanasio, Theophilo, atque Cyrillo. Quod autem in eo de sancti Leonis epistola non meminit Imperator, inde fortasse accidit, quod illa nondum esset Graeco sermone donata, vel ex prototypo emendata, quae ad illos ab haereticis corrupta allata fuerat. Sed illud aduerte, in Codice Iustiniano deprauatam Consulibus eiusmodi recitari sanctionem quippe cum in eius inscriptione a Valentiniano & Marciano promulgata feratur, Consules in fine ponuntur & dies, in quibus neuter illorum superstes erat. Quamobrem quoniam eadem sanctio concinnationem habere cognoscitur cum dicta epistola S. Leonis Papae hoc anno data ad Marcianum Imperatorem tertio Idus Martij; eandem ipsam sub huius anni Consulibus Idibus Augusti (ut se habet) fuisse editam, iure dici posse videtur: Quam quidem veluti affinem dictae Leonis epistolae hic describere dignum putamus: sic enim se habet:

Quicumque in hac sacra vrbe, vel Alexandrina, vel in omni Aegyptiaca dioecesi, diuersisque aliis prouinciis Eutychetis profanam peruersitatem sequuntur, & non ita credunt, ut trecenti decem & octo sancti Patres tradiderunt, Catholicam fidem in Nicæa ciuitate fundantes; centum quoque & quinquaginta alij venerabiles Episcopi, qui in alma vrbe Constantinopolitana postea conuenerunt; sicut & Athanasius & Theophilus & Cyrillus sanctae recordationis Episcopi Alexandrinae ciuitatis credebant, quos etiam Ephesina Synodus (cui beatam memoriam Cyrillus praefuit, in qua Nestorij error expulsus est) in vniuersis secuta est; quos & nuper venerabilis Chalcedonenis Synodus est secuta prioribus Conciliis sacerdotum in omni prorsus parte consentiens, nihil adimens sacrosancto Symbolo, neque adiciens, sed Eutychetis dogmata funesta condemnans: sciant se esse haereticos Apollinaristas:

Annal. Eccl. Tom. 6.

R 3

ristas:

LEO SOLI-
CITVS PRO-
REBUS ALEX-
ANDRI-
NIS.
* Leo epist. 69.
S. LEONIS
EPISTOLA
AB HAERETI-
CIS FALSATA.

QVAB RE-
CTA FIDEI
CATHOLICAE
PRAEDICATIO.

SALVBERE
REMEDIUM
AD CONVINCEN-
DAS
OMNES
HAERESSES.

MARCIANVS
RESCRIBIT
ADVERSUS
HAERETICOS.

* L. S. C. de
haeret.
SANCTIO
MARCIANI
ADVERSUS
HAERETI-
COS.

ristas : Apollinaris enim facinorosissimam sectam Eutyches, & Dioscorus mente sacrilega sunt secuti. Ideoque hi homines, qui Apollinaris, vel Eutychetis peruersitatem sequuntur, illis pœnis, quæ diuorum retro Principum constitutionibus contra Apollinaristas, vel serenitatis nostræ postmodum sanctione contra Eutychanistas, vel hac ipsa augustissima lege contra eosdem decreta sunt, nouerint se esse plectendos.

POENAE
STATUTAE
ADVERSUS
EUTYCHIA-
NOS ET A-
POLLINA-
RISTAS.

Idcirco Apollinaristas, hoc est, Eutychanistas (quibus et si est in appellatione diuersitas, tamen est in hæresis peruersitate coniunctio, & dispar quidem nomen, sed idem sacrilegium) siue in hac alma Vrbe, diuersisque prouinciis, siue in Alexandrina ciuitate, siue intra Ægyptiacam diœcesim sunt, & neque ita credunt, vt prædicti venerabiles Patres credebant, neque viro reuerendissimo Alexandrinæ vrbis Antistiti Proterio fidem Orthodoxam tenenti communicant; Episcopos, presbyteros, aliosve clericos creare & habere prohibemus. Scientibus tam his Eutychanistis, qui ausi fuerint cuiquam Episcopi, vel presbyteri, vel clerici nomen imponere, quàm his qui passi fuerint impositum sibi nomen sacerdotale retinere, pœnam exilij cum facultatum suarum amissione se habituros.

Vniuersi præterea Apollinaristæ, vel Eutychanistæ non ecclesias, non monasteria sibi construant: parasynaxes & conuenticula tam diurna quàm nocturna non contrahant: neque ad domum, vel possessionem cuiusquam, neque ad monasterium, vel quemcumque alterum locum operaturi sectæ funestissimæ congregentur. Quod si fecerint, & hoc factum fuisse domino volente constiterit: post rem in examine Iudicis approbatam, domum vel possessionem eius, in qua conuenerint, vel monasterium, eius ciuitatis Orthodoxæ Ecclesiæ, in cuius territorio est, iubemus addici. Si verò ignorante domino, sciente verò eo qui pensiones domus exigit, vel actore, vel conductore prædij, parasynaxes & conuenticula interdita collegerint: conductor, vel procurator, siue actor, vel quicumque eos in domum vel possessionem vel monasterium receperint, & passi fuerint illicitas parasynaxes, conuentusque celebrari; si vilis & abiectæ sint conditionis, fustibus publicè & in pœnam suam & in aliorum coerceantur exemplum: si honestæ verò sint personæ, decem libras auri mulctæ nomine Fisco nostro cogantur inferre.

Nullum præterea Apollinaristam, vel Eutychanistam ad aliquam iubemus aspirare militiam: & si inuenti fuerint militare, cingulo soluto, honestorum hominum & Palatii communionem priuentur: nec in aliqua, nec in qua nati sunt ciuitate, vel vico, aut regione versentur. Si qui verò in hac alma vrbe nati sunt, tam sacratissimo Comitatu, quàm omni per prouincias metropolitana ciuitate pellantur. Nulli insuper Eutychanistæ, vel Apollinaristæ publicè vel priuatim conuocandi cœtus, vel circulos contrahendi, & de errore hæretico disputandi, ac peruersitatem facinorosi dogmatis afferendi tributur facultas. Nulli etiam contra venerabilem Chalcedonensem Synodum liceat aliquid vel dictare, vel scribere atque emittere, aut aliorum dicta vel scripta super eadem re proferre. Nemo huiusmodi habere libros, & sacrilega scriptorum audeat monumenta seruare. Quod si qui in his criminibus fuerint deprehensi, perpetua deportatione damnentur. Eos verò qui discendi studio adierint de infausta hæresi disputantes, decem librarum auri, quæ Fisco nostro inferenda sunt, iubemus subire dispendium. Vltimo etiam supplicio coerceantur, qui illicita docere tentauerint. Omnes verò huiusmodi chartæ ac libri, qui funestum Eutychetis scilicet & Apollinaris complexi fuerint dogma, incendio concrementur, vt facinorosa peruersitatis vestigia flammis combusta depercant. Equum namque est, vt immanissima sacrilegia par pœnæ magnitudo percellat. Scientibus Moderatoribus prouinciarum, eorumque apparitoribus, Defensoribus etiam ciuitatum, quod si ea quæ legis huius religiosissima sanctione custodienda decernimus, aut neglexerint, aut aliqua permiserint temeritate violari; denarum librarum auri mulctam Fisco nostro inferre cogentur, insuper etiam existimationis suæ periculum sustinebunt. Dat. Constantinopoli, Idibus Augusti, Constantio & Rufo Consulibus.] sed reddenda hæc ad huius anni Consules Studium & Aetium. Quod si non mutandos Consules quis pertinaciter asseueret: tunc necesse ipsi erit, vt titulum legis mutet, ac pro Valentiniano & Marciano restituat Maionianum atque Leonem. Sed cum hac constitutione Imperator profiteatur se contra Eutychanos alias edidisse sanctiones, nihil est quod ad Leonem post eum in Oriente regnantem, ipso primo sui Imperij anno, qui dictis Consulibus consignatur, spectare possit. Porro qui re vera legem sancit Marcianus Augustus, idem in transgressores eius animaduertisse reperitur: Etenim fautores Dioscori, qui turbas Alexandriæ excitabant, ab Ecclesia pullos, in exilium mitti præcepit,

RESTITVTI-
TUR TENTVS
COD. IVSTI-
NIANI.

A cepit, vt fidem faciunt litteræ Orthodoxorum Ægyptiorum ad Leonem Imperatorem post necem Proterij datae, quæ suo loco recitabuntur. Modò ad Leonem Romanum Pontificem redeamus.

Apoll. Enag.
lib. 2. c. 3.

Sequenti mensè post datam epistolam ad Marcianum Imperatorem, decimosextimo Kal. Maij ad eundem de Anatolio Episcopo Constantinopolitano, cum factum, quo creatus erat, demisisse videretur, hæc scribit: Constantinopolitanus Episcopus ad omnem pietatis profectum præfati clementiæ vestræ doceatur exemplo: Si fideliter vestris acquiescat hortatibus, habebit in me sinceræ gratiæ animum; tantum vt quod verbis spondet, corde perficiat. Si verò quæ Deo & pietati vestræ displicent, pertinaci intentione delegerit: salua mansuetudinis vestræ reuerentia, vtat cum omnibus, & pro omnibus, vobis quoque adnitentibus, aduersus superbientem liberiori constantia: quem (quod sæpè dicendum) best) mallem pro sanctis actibus fraterna charitate complecti.] hæc de Anatolio ad Imperatorem.

Leo epist. 70
ANATOLII
FASTI RE-
PRESSVS.

Peruasius igitur litteris Leonis Pontificis Marcianus Augustus, Anatolij repressit audaciam, nihilque ipsum sibi voluit de sedis primatu amplius arrogare, sed iussit stare decretis sacrosancti Nicæni Concilij: quod studuit innotescere, publica sanctione hoc anno data sub dictis Consulibus Aetio & Studio, qua omnibus notum fecit, nihil penitus innouandum de priuilegijs antiquos concessis Ecclesiis: Quinetiam omnia cassa reddidit, quæcumque ex ambitione Anatolij contra antiquos canones Chalcedone præsumpta essent de primatu Constantinopolitanæ Ecclesiæ. desideratur ipsa quidem integra sanctio, cuius tantum fragmentum in Iulianeo insertum est Codice. Puto enim, dedita opera eam esse decurtatam sanctionem de abrogando primatu sancitam, eo quod ipse Iulianus contrarium postea firmare voluit, cum sua sanctione eundem primatum contulit. Sed reddamus hic eiusdem sanctionis Marciani fragmentum illatum in Iulianeo (vt dictum est) Codicem, istis verbis:

MARCIANI
SANCTIO
CONTRA
ANATOLI-
LIVM.

Impp. Valentinianus & Marcianus Augg. Palladio Præfecto Prætorio. Priuilegia, quæ generalibus constitutionibus vniuersis sacrosanctis Ecclesiis Orthodoxæ religionis retro Principes sanctioniterunt, firma & illibata in perpetuum decernimus custodiri. Omnes sanè pragmaticas sanctiones, quæ contra canones Ecclesiasticos interuentu gratiæ vel ambitionis elicitæ sunt, suo robore & firmitate vacuatas esse præcipimus. Et quia humanitatis nostræ est, egenis prospicere, ac dare operam vt pauperibus alimenta non desint: salaria etiam, quæ sacrosanctis Ecclesiis in diuersis speciebus de publico hæcenus ministrata sunt, iubemus nunc quoque inconcussa & à nullo prorsus imminuta præstari: liberalitèque promptissimè perpetuam tribuimus firmitatem. Data Aetio & Studio Confl.] quam quidem legem vt dicamus à Marciano potius quàm à Valentiniano sancitam, cum vtriusque Imperatoris habeat nomina inscripta, Præfecti Palladij nomen, ad quem data est, Marciani esse necessariò fateri admonet: etenim ipse Constantinopoli gerebat Præfecturam, vt ex Nouellis eiusdem Marciani Imperatoris apparet. Quæ autem de sua emendatione idem Anatolius ad sanctum Leonem hoc anno rescripserit, ex redditus ad eundem ab ipso Pontifice litteris satis potest intelligi: nimirum recepisse in amicitiam, quem ab archidiaconatu deposuerat Aetium, & prouectum in illius gradum Andream Eutychanum in ordinem redegisse; itemque à cæptis destitisse, quibus primatum Ecclesiæ Constantinopolitanæ quæsierat. Sed quod magni momenti res hæc sunt: quomodo commotus Magni Leonis rugitu, perterrefactusque ille paruerit, reddamus hic de his ad eundem Anatolium scripta in epistola verba, quæ sunt huiusmodi:

Iustin. No-
uel. 131. c. 1.
l. 11. c. de
sacrosanctis
Eccles.

MARCIANI
SANCTIO
DE PRIVI-
LEGIIS EC-
CLESIA RVM.

Leo epist. 71.

Quod ergo in Constantinopolitana Ecclesia quædam in officiis clericorum correctæ significas, vt & Aetium presbyterum in gratiam tuam affectionemque reuocaueris, & Andream Archidiaconi actione submoueris: nobis placuisse rescribo, quia existimationem tuam (vt optabam) plurimum erigit & commendat. Et merito post correctionem in obliuionem deducitur, quod reprehensioni obnoxium videbatur, cum hæreticorum prouentione, & sanctæ memoriæ Flauiani iniuria grauaretur: quæ nunc simul ab omni offensione cum tui (vt volui) laude cesserunt, quia in ordinem suum quæ fuerant turbata redierunt. Andream sanè, qui rationabiliter Archidiaconi est priuatus officio, & Euphratam qui sanctæ memoriæ Flauiani (vt comperi) improbus extitit accusator, si professionibus plenissimè scriptis non minùs Eutychanam hæresim quàm Nestorianum execrabile dogma condemnant, quoniam venia est præstanda correctis, presbyteros consecrabis, vt sibi remedium

OBTEMPE-
RAT LEONI
ANATOLIVS.

Catho.

Catholicæ fidei sentiant profuisse; electo primum & probato qui Archidiaconi officium possit implere, quem nulla vniquam prædictarum impietatum fama resperserit. Ceteri vero quos par reatus inuoluerat, si veniam simili professione cum satisfactione deposcunt, suis ordinibus reformentur, his tantum ad officium primorum admittis, quos ab omni errore liberos esse constiterit. Vides ne, lector, sanctum Leonem suo arbitrio adeo longe positam moderari Constantinopolitanam Ecclesiam, perinde ac in Romanæ vrbis suburbis esset constituta? Sed quod ad illam de primatu causam pertinet, ab ea insania respuisse Anatolium laudat: redarguens tamen frigidam ab eo excusationem assertam, emendationem verò maxime probans, hæc ait:

ABBICT CVRAM PRIMATVS ANATOLIVS.

Illam autem culpam, quam de augenda potestate, aliena (vt asseris) adhortatione contraxeras, efficacius atque sincerius tua claritas diluisset, si quod tentari sine tua voluntate non potuit, non ad sola clericorum consilia transfuisses: quia sicut in mala suasionem delinquitur, ita & in mala consensione peccatur. Sed gratum mihi, frater carissime, est, quod dilectio tua profiteretur sibi displicere quòd tunc etiam placere non debuit. Sufficit in gratiæ communis regressum professio dilectionis tuæ, & attestatio Principis Christiani: nec videtur tarda correctio, cui tam venerabilis assertor accessit. Abiiciatur penitus inconcessi iuris, qui diffensionem fecerat appetitus, &c.] Vides igitur frustra nisum sexcentorum Episcoporum suffragiis Anatolium, dum vnus ei restitit Romanus Pontifex super omnes & in omnibus arbiter, & aduersus omnes legitimus legum Ecclesiasticarum vindex & custos, qui solus irritum reddat, quod Concilium sexcentorum Patrum sententiis comprobasset.

Leo epist. 7. DE EUTYCH LONGIVS IN EXILIVM BELLENDO.

Ad hæc insuper iisdem ad Marcianum Imperatorem sanctus Leo litteris datis aduersus improbum Eutychem fouentem adhuc in exilio hæresim ista conscripsit: Quia verò suggestiones meas pro tranquillitate Catholicæ fidei libenter accepistis: significatum mihi fratris & Coepiscopi mei Iuliani sermone cognoscite, Eutychem impium pro suis quidem meritis exulare, sed in ipso suæ damnationis loco multa aduersus integritatem Catholicam blasphemiarum desperationis venena profundere; & quod in illo totus mundus horruit atque damnauit, impudentia maiore, vt innocetes decipere possit, euomere. Plenum itaque rationis aestimo, vt vestra clementia ad longinquiora eum iubeat & secretiora transferri. Monasterio verò eius Constantinopoli constituto, in quo habitatores ipsius monachi Evangelica Apostolicaque doctrina crebrius sunt & plenius roborandi: salubriter (vt arbitror) fiet, si is qui ipsi monasterio præpositus esse dicitur, à societate veneratoris vestri Iuliani Episcopi, quem in speculis propter fidem illic esse constitui, non recedat, cuius assidua visitatione profectus feruorum Dei illic habitantium possit augeri.] hæc sanctus Leo. Quid verò post hæc factum sit de Eutyche ignoratur.

Leo epist. 72

LEO REDARCVIT IVVENALEM EPISCOPV.

Quod autem pertinet ad res Palæstinas: Iuuenalis Episcopus, quem anno superiori reuersum diximus in suam Ecclesiam, pacificè agens, hoc anno legatos misit ad S. Leonem Romanum Pontificem, simulque dono dedit particulam ligni sanctissimæ Christi Crucis: Accipit illud grato animo ipse Leo; sed rescribens noluit prætermittere dignam quam ob res præteritas perperam gestas obiurgationem ille commouisset: ad ipsum igitur hoc anno, dictis Consulibus, scribens, hæc habet ipso exordio epistolæ: Accepit dilectionis tuæ litteris, quas ad me filij nostri Andreas presbyter & Petrus diaconus detulerunt, gauisus quidem sum, quòd tibi ad Episcopatus tui sedem redire licuisset: Sed confluentibus in recordationem omnibus quæ te per quosdam excessus laborare fecerunt, dolui aduersitatum tuarum temeripsum tibi fuisse materiam, & resistendi hæreticis constantiam perdidisse, qui existimant non esse tibi liberum, vt eos auderes redarguere, quos tibi professus sis in suo errore placuisse: Beatæ enim memoriæ Flauiani condemnatio, & impiissimi Eutychetis receptio, quid nisi Domini nostri Iesu Christi secundum carnem negatio fuit? & paulo post: Vnde quia in tempore indulgentiæ respicientiam magis quam pertinaciam delegisti: ita gaudeo te cælestem recepisse medicinam, vt fidei ab hæreticis impugnata tandem possis esse defensor. Quamuis enim nulli sacerdotum liceat nescire quod prædicat, quoniam qui ignorat ignorabitur: inexcusabilior tamen est omnibus imperitus quilibet Hierosolymis habitans Christianus, qui ad cognoscendam virtutem Euangelij non solum paginarum eloquiis, sed ipsorum locorum testimonij eruditur, &c.] pluribus verò docet & monet pro fide sincera strenuè agere, & ad postremum de misso sanctæ Crucis ligno gratias agit.

His itaque Leonis Papæ litteris ceu flagris excitatus Iuuenalis Episcopus, in Palæstina prouin-

A provinciale Concilium collegit, in quo ad expurgandam ab hæresi totam prouinciam illam, omnibus fidem Catholicam seruandam proposuit. Extat adhuc Synodalis eiusdem Concilij epistola scripta ad Archimandritas & monachos eiusdem prouinciæ Palæstinae: est eius exordium: Cum summus & primus Apostolorum Princeps dixisset: Tu es Christus, &c.] habetur inter epistolas virorum illustrium scriptas pro Concilio Chalcedonensi. Porro in litterarum subscriptione primo loco positus legitur ipse Iuuenalis Hierosolymorum Episcopus, secundo verò loco Irenæus Episcopus Cæsariensis Ecclesiæ, quæ ex decreto Nicæni Concilij constituta fuit totius Palæstinae metropolis, aduersus quod ipse sibi Iuuenalis arrogauerat primatum: cuius rei causa idem sanctus Leo eidem magnopere restitit, cum hæc accepisset à Maximo Episcopo Antiocheno, ad quem de eodem talia sibi arrogante Iuuenale ista respondit:

Extat. 20. 2. Concil. noua edit. IUVENALIS ARROGATA ECCLES. ANTIOCHENSIS. Leo epist. 62

B Subrependi occasiones non prætermittit ambitio, & quoties ob incurrentes causas generalis congregatio facta est sacerdotum, difficile est vt cupiditas improborum non aliquid supra mensuram suam moliat appetere: sicut etiam in Ephesina Synodo, quæ impium Nestorium cum dogmate suo percudit, Iuuenalis Episcopus ad obtinendum Palæstinae prouinciæ principatum credidit se posse sufficere, & insolentes ausus per commentitia scripta firmare: Quod sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinus merito perhorrescens, scriptis suis mihi, quid prædicta cupiditas ausa sit, indicauit, & sollicita prece multum poposcit, vt nulla illicitis conatibus præberetur assensio. Nam cuius epistolæ ad nos exemplaria direxisti sanctæ memoriæ Cyrilli, eam in nostro serinio requisitam, nos authenticam noueritis reperisse. Hoc autem proprium definitionis meæ est, vt quantumlibet numerus sacerdotum amplior aliquid per quorundam subreptionem decernat, quod illis trecentorum decem & octo Patrum constitutionibus inueniatur aduersum, id iustitiæ consideratione cassetur: quoniam vniuersæ pacis tranquillitas non aliter poterit custodiri, nisi sua canonibus reuerentia interrata seruetur.] hæc Leo.

LEO PAP. IRRITAT QUÆ IUVENALIS VSV PARAT.

Vides igitur in Iuuenale nihil optimo dignum Episcopo reperiri, & secundum prouinciam illam, in bello ceruum, in pace se præstitisse leonem: qui malis artibus, mentitisque scriptis contra Nicænum Concilium inuadens iura primatus; licet Cyrillus primò eidem (vt dictum est) restitisset in Concilio Ephesino, ac sanctus Leo penitus cassum reddidisset quicquid ab eo vsurpatum esset; adhuc tamen non erubuit in dicta Synodo ante Cæsariensem totius Palæstinae Primatem locum sibi principem vendicare, qui (vt Leo redarguit) nec inter Episcopos inferiores ob violatam fidem pacemque Catholicam locum habere dignus erat; sed bono pacis, indulgentia Romani Pontificis factum esset, vt post lapsum sederet Episcopus. Quòd autem sanctus Leo dicat, ea de re tempore Concilij Ephesini Cyrillum Episcopum Alexandrinum ad se scripsisse; puto intelligendum, vel ad se, hoc est ad Romanum tunc existentem Pontificem, vel (quòd magis placet) quod eo tempore esset ipse Leo Ecclesiæ Romanæ Archidiaconus, & eiusdem Ecclesiæ negotia tractaret. Sed de Iuuenale hæc tenent.

IUVENALIS EPISCOPI QUALIS.

Hoc ipso anno Vuandali, qui Africam occupabant, pyriticam exercentes, Siciliam insulam depredari sunt. Id cum alij complures scribant, est de his querela Paschasini Episcopi Lilibæi in Sicilia in epistola hoc anno (vt diximus) ad sanctum Leonem scripta, qui cum litteris fuerat consolatus, in cuius exordio hæc de his habet: Apostolatus vestri scripta, diacono Panormitanæ Ecclesiæ Silano deferente, percepi; quæ nuditati meæ atque ærumnis, quas amarissima captiuitate faciente incurri, solatium in omnibus atque remedium attulerunt, cælesti rore animi recreantes, atque omne quod triste fuerat abstergentes.] Ado Viennensis de his agens in Chronico, hæc de eadem clade ex eodè auctore: Vuandali Carthagine capta, Siciliam quoque deleuerunt: cuius captiuitatis Paschasinus Lilibetanus Antistes, in epistola quam de ratione Paschatis Papæ Leoni scripsit, meminit.] hæc ipse, licet captiuitati Carthaginensi malè coniungat Siciliæ insulæ cladem, cum ante annos quindecim illa cõtingerit. Sed & ex eadem Paschasini epistola corrigendus est Victor, dum tradit hæc post Valentiniani Augusti obitum facta esse, qui contigit anno sequenti: nam ait: Post eius mortem Gensericus totius Africæ ambitum obtinuit, necnò & insulas maximas Sardiniam, Siciliam, Corsicam, Elusam, Maioricam, Minoricam, & alias multas, & superbia sibi consueta defendit.] hæc Victor, qui (vt dictum est) Paschasini testificatione corrigitur: Sed excusari potest, dicique diuersam fuisse huius anni per Gensericum factam pyriticam grassationem, ab illa inuastione, cum post Valentiniani obitum omnibus illis potitus est insulis, & sub tributo redegit.

CLADES INSULAR SICILIAE.

Apid S. Leonem post epist. 63.


Hoc

CHRISTI
454.LEONIS PAP.
15.VALENTIN. 30. IMPP.
MARCIANI 5.DE INTER-
RITV AT-
TILAE.

Hoc eodem anno, Actio adhuc viuentis: Attila (inquit Marcellinus) Aetij hortatu noctu mulieris manu cultro confoditur. Quidam verò sanguinis reiectionem eum necatum perhibent.] hæc sub anni huius Consulibus Marcellinus, Cassiodorus autem sub anni superioris Consulatu. Porro feminam hanc recens amatam ab Attila; cum plures nominent Hildiconem, Micholtam alij: Paulus diaconus in sua rerum Romanarum historia, quam appendicem posuit ad Eutropium, eam appellat Indicto, nisi sit mendum in codice, cum de Honoria sorore Valentiniani Augusti, filia videlicet Gallæ Placidie eiusmodi etiam textit historiam: Igitur Attila tali modo à sua sæuitia repressus, relicta Italia Pannonias repetit. Ad quem Honoria Valentiniani Principis germana, dum à fratre ob decus pudicitie districtè seruaretur, suum Eunuchum dirigit, quatenus eam sibi à fratre in matrimonium extorqueret. Accepto itaque hoc Attila nuntio, qui iam Italiae fines excesserat; nec tamen fatigato exercitu regredi poterat: mandat Valentiniano Imperatori, minitans peiora se proximè illaturum Italiae, nisi mox ei suam germanam cum parte Regni debita transmississet. Qui reuersus ad proprias sedes, supra plures quas habebat vxores, puellam valde decoram Indicto nomine sibi in matrimonium iunxit. Ob cuius nuptias profusa conuiuia exercens, dum tantum vini, quantum vnquam antea in simul bibisset; cum supinus quiesceret, eruptione sanguinis, qui ei de naribus solitus erat effluere, suffocatus & extinctus est. Eadem denique apud Constantinopolim nocte, Marciano Imperatori in somnis Dominus apparens, arcum Attilæ fractum ostendit.] hæc Paulus.

w Indico vel
Ildico

Quod autem ad Honorium spectat, quod vnicum Romæ Honorie aureum reperitur numisma, illud hic tibi cudendum curauimus. est huiusmodi.



Verum dubitatum est, num hæc illa sit Honoria, de qua actum est, Valentiniani Augusti sorore petita ab Attila, filia Gallæ Placidie: certè quidem cum nullum sit ei maternum cognomen, vt dicta sit, Galla, vel Placidia, sed Grata; & quod appelletur Augusta (quod nomen non sororibus sed coniugibus competat Imperatorum) vt diuersa censeatur ab illa; iure dubitari potest. Verum quod nulla alia possit reperiri Imperatoria femina Honoria dicta, nisi ista: quod ad Augustæ nomen spectat, existimari potest, vt quam vnà cum parte Regni sibi dari Attila petiisset, ea de causa à fratre timente Regis barbari feritatem, eo titulo eam ab ipso auctam fuisse.

w Apud Suv.
die 8. Ianna.

Ab Attilæ obitu contexit Eugipius Abbas suam historiam, qua profecutus est res gestas sancti Seuerini Norici Apostoli nominati, ita exordiens: Tempore quo Attila Rex Hunnorum defunctus est, in vtraque Pannonia ceterisque confinibus Danubij res turbantur ambigua: ac primò inter filios eius de obtinendo regno magna sunt exorta certamina: qui morbo iniquæ dominationis inflati, materiam sui sceleris acceperunt patris interitum. Quibus diebus sanctissimus Dei famulus Seuerinus de partibus Orientis in Pannoniam veniens, morabatur in oppido quod Casturis dicitur, vbi secundum Euangelicam & Apostolicam doctrinam omni pietate præditus in confessione Catholice fidei venerabile propositum sanctis operibus adimplebat.]

w Asturis

At quod audis, de partibus Orientis aduenisse ad Noricos Seuerinum; haud tamen putet eum hominem fuisse Orientalem; sed Latinum potius, ex eiusdem Vitæ scriptore Eugipio ipsius discipulo intelligi potest: Cum alioqui patriam atque genus suum, inanis glorie vitandæ gratia, celare voluerit, vt idem auctor in epistola ad Palschadium diaconum data testatur his verbis: Cum multi igitur sacerdotes & spirituales viri, necnon & laici nobiles atque

w SEVERINI
MAGNA HV
MILITAS.CHRISTI
454.LEONIS PAP.
15.VALENTIN. 30. IMPP.
MARCIANI 5.

A atque religiosi, vel indigenæ, vel de longinquis ad eum regionibus confluentes sæpius hæsitarent, inter se quærentes, cuius nationis esset vir, quem tantis cernerent fulgere virtutibus; nec vllus ab eo penitus auderet inquirere: tandem Primenius quidam presbyter Italiae nobilis, & totius auctoritatis vir, qui ad eum confugerat, tempore quo Patricius Orestes iniquè peremptus est, interfectores eius metuens, eo quod interfecti velut pater fuisse diceretur: Post multos itaque familiaritatis adeptæ dies, erupit quasi pro omnibus, & ita sciscitatus est, dicens: Domine sancte, de qua prouincia Deus his regionibus tale lumen donare dignatus est? Cui vir Dei faceta primùm hilaritate respondit: Si fugitiuum putas, para tibi pretium, quod pro me possis, cum fuero requisitus, offerre. His talia lenior mox subiiciens: Quid prodest (inquit) seruo Dei significatio loci vel generis sui, cum possit id tacendo, facilius vitare iactantiam, vt pote sinistram, qua nesciente cupit omne opus bonum, Christo donante; perficere, quo mereatur dexteris socius fieri, & supernæ patriæ ciuis adscribi: quam si me indignum veraciter desiderare cognoscis; quid te necesse est terrenam cognoscere, quam requiris? Verumtamen scito, quia Deus, qui te sacerdotem fieri præstitit, ipse me quoque periclitantibus his hominibus interesse præcepit. Tali memoratus presbyter responsione conticuit, nec quicquam antè vel postea beatum virum super hac parte percunctari præsumpsit. loquela tamen ipsius manifestabat hominem omnino Latinum; quem constat ad quamdam Orientis solitudinem seruire perfectionis vitæ fuisse profectum, atque deinde post ad Norici Ripensis oppida Pannoniæ Superiori vicina, quæ barbarorum crebris premebantur incuribus, diuina compulsius reuelatione, venisse; sicut ipse clauso sermone tamquam de alio aliquo referre solitus erat, nonnullas Orientis vrbes nominans, & itineris immensa pericula se mirabiliter transisse significans.] hæc Eugipius in epistola ad Palschadium præfixa ipsius Seuerini Vitæ, quæ desideratur in ea quam edidit Surius, sicut & pleraque alia: habemus autem ipsam integram in nostra bibliotheca, eamque claudit eiusdem Palschadii diaconi epistola ad eundem Eugipium reddita, de qua inferius.

Quod autem ad ipsius Seuerini genus pertinet, fuisse illud sanè clarissimum, quod ob humanam vitandam laudem silentio obuolutum reliquit, vnusquisque facile poterit opinari: quam minimè timuisset, si humili loco, obscuraque se ortum profapia dicere potuisset. Seuerinos quidem Romæ inter Senatores claros eluxisse, Fastisque sæpè dedisse nomina Consulium, ipsæ Consulares tabulæ docent.

Quod igitur qui perfectionis vitæ studio (vt idem ait Eugipius) profectus erat in Orientem, inde recesserit; causam illam planè patere vides, quod his temporibus, tum in Ægypto primaria sanctissimorum monachorum sede, tum Palæstina, vniuersaque Syria dirè vexati concussique essent Orthodoxi motibus Eutythianorum monachorum; quos, vt vitaret Seuerinus, profectorem parans, Dei (vt audisti) monitu, ad Noricos Ripenses, vt illis præsto esset in opportunitatibus, proficiscitur.

Magno sanè Dei beneficio factum est, vt Ecclesia illa olim nobilis, sanctorum martyrum multiplicibus aucta coronis, frequentibus tamen barbarorum incurfionibus valde depressa, aduentu Seuerini confurgeret, fidelique tepescens denuò miraculis incalesceret. Sed quibus signis idem continuò innotuerit, hæc accipe ab eodem Eugipio enarrata: Dum (inquit) talibus exercitiis roboratus palmam supernæ vocationis innocuè sequeretur, quadam die ad ecclesiam processit ex more. Tunc presbyteris, clero, vel ciuibus requisitis, cœpit tota mentis humilitate prædicere, vt hostium insidias imminentes orationibus & ieiuniis ac misericordie fructibus inhiherent. Sed animi contumaces, ac desiderijs carnalibus inclinati, talia prædicentis oracula, infidelitatis suæ discrimine probauerunt. Famulus autem Dei reuersus ad hospitium, quo ab ecclesie fuerat custode susceptus, diem & horam imminentis excidij prodens: De contumaci, ait, oppido & citius perituro festinus abscedo. Inde ad proximum quod Comagenis appellatur oppidum declinauit: hoc barbarorū intrinsecus consistentium, qui cum Romanis fœdus inierant, custodia seruabatur arctissima; nullique ingrediendi vel egrediendi facilis licentia præstatur: à quibus tamen famulus Dei, cum esset ignotus, nec interrogatus est, nec repulsus.

Itaque mox ingressus ecclesiam, cunctos de salute propria desperantes ieiunio & orationibus atque elemosynis hortabat armari, proponens antiquæ salutis exempla, quibus diuina protectio populum suum contra opinionem omnium mirabiliter liberasset. Cumque salutem omnium in ipso discrimine articulo promittenti credere dubitarent: senex qui dudum Casturis tantis hospitis susceptor extiterat, venit, atque à portarum custodibus sollicita

SEVERINVS
ECCLESIAE
NORICO-
RVM VALDÈ
PROFICVVS.PROMITTEN-
TIA DOCEB
IRAM DEI
AVERTEN-
DAM.w Asturis
interro-

CHRISTI
454.LEONIS PAP.
15.VALENTIN. 30. IMP.
MARCIANI 5.

interrogatione discussus, interitum sui oppidi habitu verboque monstravit, adiiciens, eadem **A** die, qua quidem homo Dei prædixerat, barbarorum vastitate deletum. Quo audito, solliciti responderunt: Putas ne ipse est, qui desperatis rebus, Dei nobis subsidium pollicetur? Mox igitur in ecclesia recognito Dei famulo, senex pedibus eius prostratus, aiebat ipsius de meritibus liberatum, ne cum ceteris oppidanis subiret excidium.

BARBARI
SEIPSO
TRUCI-
DANT.

His auditis, habitatores oppidi memorati incredulitatis veniam pestulantes, monitis viri Dei sanctis operibus paruerunt: ieiunioque dediti, in ecclesia per triduum congregati, errata præterita castigabant gemitibus & lamentis. Die autem tertio, cum sacrificij vesperini solemnitas impleretur, facto subito terræmotu, ita sunt barbari intrinsecus habitantes exterriti, ut portas sibi Romanos coegerint aperire, velociter exeuntes. Igitur conciti disrugerunt, existimantes se vicinorum hostium obsidione vallatos: auctoque terrore diuinius, errore confusi, mutuis se gladiis conciderunt. Tali ergo aduersariis internecione consumptis, **B** diuino plebs seruata præsidio, per tantum virum armis didicit pugnare caelestibus. Igitur à domesticis primum atque ab externis liberati sunt hostibus, qui S. Seuerini monitis paruere. Complura auctor subdit, quæ post hæc sunt subsecuta: sed hæc modò satis de virtutibus Seuerini, cui parentes Norici, filiorum Attilæ euasere furorem. Hæc ego considerans, proximamque cladem à Turcis illatam eisdem populis lugens, ad eos plane clamare compellor illud Machabæi: Memores estote, quomodo salui facti sunt patres vestri. Si hæc tanta sunt vobis parta à Catholico & Apostolico viro Romanæ Ecclesiæ communicatione coniuncto; quæ vobis reliqua spes salutis, cum pro vobis hostes Catholicæ fidei & Romanæ Ecclesiæ perduelles hæretici contra aduersarios pugnant: At illud ingerendum Ioëlis vociferantis: Expergiscimini ebrii, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum cum dulcedine, quia peribit de ore vestro: Gens enim ascendit super vos fortis & innumerabilis, dentes eius **C** ut dentes leonis, & molares ut catuli leonis. Interpellate iterum precibus, qui vos liberet, Seuerinum; & Deum colite sicut ille. At de his hæc tenentur.

1. Mach. 4.

2. Joel. 1.

Eugr. li. 2.
cap. 6.
INGENS
PENURIA
VEXAT
ORBEM.

Hoc item anno, qui obitum Valentiniani præcessit, magna penuria laborasse complures Orientis prouincias, & diuino auxilio subleuatas esse, Euagrius & alij tradunt. Porro reni gestam ipse narrat his verbis: Inisdem temporibus tanta fuit imbrium paucitas in vtraque Phrygia, Galatia, Cappadocia, & Cilicia, ut homines rerum necessariarum penuria coacti alimentum pestiferum & exitiale caperent: vnde etiam pestis nata est, & ob victus mutationem ægrotare cœperunt; & corporibus intumescens propter nimiam inflammationem lumina amiserunt; ac tussi simul afflictati, tertio die migrarunt à vita. Cui quidem pesti quamquam nullum potuit omnino remedium inueniri; fames tamen iis quibus vita supererat, per salutarem Dei omnium moderatoris prouidentiam leuata est. Quippe anno illo sterili & effæto alimentum ex aëre non aliter ac manna olim Israelitis delapsum dicitur, & insequenti anno fructibus maturos terra sua sponte produxisse. At non modò hæc mala per Palæstinam grassabantur, verum etiam aliæ graues calamitates per alias multas & prope infinitas regiones pererrabant. Hæc ipse, qui mox subdit de nece Aetij, de qua nos huius anni exordio. Occidentales quoque & boreales oras penuria afflictatas deplorat Gelasius in Andromachum scribens. Sed eluxit eiusmodi famis occasione Noricorum Apostoli Seuerini sanctitas. nam audi quid de ipso scribat Eugipius:

VIENNEN-
SIBVS FAMES
LABORAN-
TIBVS SE-
VERINVS
SVCCURRIT.

Eodem tempore ciuitatem nomine Fabianas (quam eam tradunt esse ciuitatem, quæ Vienna **A**ustriæ appellatur) sæua fames opprefferat: cuius habitatores vnicum sibi remedium adferre crediderunt, si ex supradicto oppido Comagenis hominem Dei religiosi precibus inuiterent. Quos ille ad se venire prænoscens, à Domino, ut cum eis pergeret, commonetur. Quo cum veniret, cœpit ciuibus suadere dicens: Pœnitentiæ fructibus poteritis à tanta famis perniciæ liberari. Qui cum talibus proficeret institutis: beatissimus Seuerinus diuina reuelatione cognouit, quamdam viduam nomine Proculam fruges plurimas occultasse. Quam productam in medium arguit vehementer: Cur (inquit) nobilissimis orta natalibus, cupiditatis te præbes ancillam, & extas auaritiæ macipium, quæ est (dicente Apostolo) seruitus idolorum? Ecce Domino famulis suis misericordia consulente, tu quid de malè partis facias non habebis, nisi fortè frumenta, luce negata, in Danubij fluuenta proiciens, humanitatem piscibus exhibeas, quam hominibus denegasti: quamobrem subueni tibi potius quàm pauperibus ex his, quæ adhuc te existimas, Christo esuriente, seferuare.

Quibus auditis, magno mulier pauore perterrita, cœpit seruata libenter erogare pauperibus. Igitur non multo post rates plurimæ de partibus Rariarum mercibus onustæ quamplurimis

CHRISTI
455.LEONIS PAP.
16.MARCIANI 6. IMP.
MAXIMI

plurimis insperatè videntur in litore Danubij, quæ multis diebus crassa fluminis glacie fuerant congelatæ: quæ Dei imperio mox resoluta, ciborum copias laborantibus detulerunt. Tunc cœperunt omnes Deum insperati remedij largitorem continuata deuotione laudare, qui de tabe diuturnæ famis interire crediderant, fatentes euidentius rates extra tempus glaciali resolutas frigore serui Dei precibus aduenisse. At de penuria satis, rebusque hoc anno gestis, hæc finis esto.

IESV CHRISTI
ANNVS
455.LEONIS PAP.
ANNVS
16.MARCIANI 6. IMP.
MAXIMI

B AG E iam annum vltionis aggrediamur, qui quadringentesimus quinquagesimus quintus ordine currit funesto Consulatu Valentiniani octauo, Anthemiique collegæ: quo ipse Valentinianus Augustus obruncatur, sed & qui tyrannicè inuadit imperium occiditur Maximus, atque in Urbem ab Eudoxia aduocantur ex Africa Vuandali: hæc quidem ab iis ex iniuriis acceptis sibi inuicem vltionem parantibus, vlciscente simul infenso numine peccata populi, sunt perpetrata: ut merito vltionis annus hic sit nominandus.

Destituitur diuino penitus patricinio Imperator (ut vidimus) simulac iura perturbat Ecclesiæ, cuius præsidio, cum antea de religione benè mereri satageret, ad triginta ferme annos inter varia oborta rerum discrimina vitam incolumis propagarat: sinitur verò in sæculus se precipitem ferre, cum meatamentis & magis (ut inquit Procopius) operam dedit, hisce artibus matronarum castitatem expugnaturus: cum & aggressus est illud nefas, vnde sibi ipse parauit interfectores, ad quos perdendos barbari ex Africa vocarentur in Urbem: quæ ab imminenti super ceruicem Hunnorum gladio iam semel diuino beneficio liberata, non gratiarum actionem, sed peccata ingrata rependit, cum (ut testificatione sancti Leonis Papæ diximus) Gentiles illud insigne Dei munus adscriberent fato, Christiani verò Circensibus dediti & voluptatibus præpediti ad ecclesiam accederent infrequentes. In memoriam reuocanda est concio illa Leonis, qua de acceptis à Deo beneficiis ex insperata salute liberatum populum ingratum arguit: cum ipse ista procul intuens atque præuidens exclamauit: Magnum (inquiens) periculum est, esse homines ingratos Deo, & per obliuionem beneficiorum eius nec de correctione compungi, nec de remissione lætari. Vercor igitur, dilectissimi, ne vox illa Prophetica tales increpasse videatur, quæ dicit: Flagellauit eos, & non doluerunt: castigauit eos, & noluerunt accipere disciplinam, &c.] Sed singulorum funera prosequamur.

Hoc igitur anno, decimosexto Kalendas Aprilis, Valentinianus Imperator occiditur in Campo Martio (ait Cossiodorus) ab amicis Aetij, dolo Maximi (subdit Marcellinus) per Othlam & Transilam Aetij satellites, iam percussio Heraclio spadone. De his item Euagrius & alij. Tenuit Valentinianus Imperium annos triginta minus mensibus septem & diebus sex.

Sed ne ignominiosè omnino Valentinianus sepeliatur, quod reliquit posteris pietatis monumentum, hæc perspicuum cunctis eius affigamus sepulchro. Agens Hadrianus Papa in epistola ad Carolum Magnum de cultu sacrarum imaginum, cum quæ essent in Vrbe nobiliores recenset, hæc subdit: Sed & per rogatum eius (nempe Sixti Papæ) Valentinianus Augustus fecit imaginem auream cum duodecim portis & Salvatore gemmis pretiosis ornatam, quam voto gratiæ super Confessionem beati Petri Apostoli posuit, & à tunc vsque hæcenus apud nos ab omnibus Fidelibus venerantur. Hæc Hadrianus. Ex quibus & illud obseruatione dignissimum æquè intelligere potes, Vuandalos hoc anno ingressos in Urbem, pretiosa quæque prædantes, abstinuisse tamen ab ecclesiæ sancti Petri ornamentis: Quomodo rogo, ad Hadriani Papæ tempora aureum illud monumentum intextum gemmis super Confessionem Petri Apostoli immobiliter inhærens integrum perdurasset, nisi manus Vuandalica religionis intuitu pepercerit? Sed cœptam iam prosequamur historiam.

Occiso Valentiniano, Maximus horum omnium architectus, nullo obice, inuadit, sibi que sumit Imperium, de quo ista Procopius: Interea Romæ Maximus, Imperatore nullo negotio interfecto, tyrannidem capit, Eudoxia potitur, eamque sibi coniugem iungit, cum fortè antea prima vxor decessisset. Sidonius de Maximo agens, tradit ipsum mox

Annal. Eccl. Tom. 6.

S creasse

AVITVS
MAGISTER
MILITVM
CREATVS.

creasse Magistrum militum, Avitum, virum quidem insignem, & nobilibus præfecturis clarum. Tanto autem Duce Maximus meditabatur Romanum Imperium in pristinum vindicare: nam de eo agente in Galliis ista Sidonius:

sed perditia cernens

*Terrarum spatia Princeps iam Maximus, unum
Quod fuit in rebus pedum, equitumq; Magistrum
Te sibi, Avite, legit.]*

ita ipse de electo à Maximo Duce Avito peritia militari Aetio quidem impari, sed probitate maiore. Agebat tunc in Galliis Avitus Præfectum Prætorij, quem magistratum summa cum laude pluribus annis administruerat: cum & iniunxit eidem Maximus legationem ad barbarorum Reges, ad fœdera cum illis paciscenda, nam ipse apud Sidonium hæc ad illos pro concione fertur orasse:

*Sed dum me nostri Princeps modò Maximus Orbis
Ignarum, absentem, procerum post mille repulsas
Ad lituos post iura vocat, voluitq; sonoris
Præconem mutare tubis: promptissimus istud
Arripui officium, vos quo legatus adirem.
Fœdera prisca precor, &c.]*

dedere illi dexteram, spēsque magna meliorum illuxit temporum, si licuisset.

EOE DV8
CVM BAR-
BARRIS.

EVDOKIAE
PRODOTIO.

Verùm foris cautus, intus fœcior Maximus, citò nimis Eudoxiæ credens, se ipsum perdidit & Imperium. Subdit enim Procopius: Eiusque tandem amore, dum vnâ dormirent, factus est, se virum interfecisse. Quare illa exacerbata, priùs animo de vltione viri cogitans multo magis ob eius verba & animum impudicum detectum ad vindicandum facinus est incensa. Vbi igitur illuxit, Carthaginem mittit rogatù Genericum, vt viri necem ab impio tyranno vlcisci velit, ipsam verò indigna ab eodem pati, Imperium occupatum, omnia perditum iri. Addit quoque pro officio illud facturum, si afflictis auxilium ferat, cum in amicitia societateque Valentiniani esset, è Constantinopoli nullam esse spem, Theodosio iam extincto, & Marciano imperante. Genericus igitur avaritia in primis permotus, spēque opum maximè consequendarum, ingenti classe in Italiam adnauigans, Romam, nullo aduersante, faciliè ingreditur. Maximum euestigio Romani fugientem insectati, lapidibus obruunt, membratimque discerpunt.] hic finis Maximi, cum menses tantum duos & dies aliquot imperasset. De quo quidem hîc Sidonij Apollinaris egregiè philosophantem describamus epistolam, quam ad Serranum, qui eum laudauerat, reddidit verbis istis:

MAXIMI
IMP. OBI-
TUS.

Sidon. lib. 2.
epist. 13.
SIDONII
EPISTOLA
DE STATV
MAXIMI.

Epistolam tuam nobis Marcellinus Rogatus exhibuit, homo peritus, virque amicorum: que primoribus verbis salutatione libata, reliquo sui tractatu, qui quidem grandis est, patroni tui Petronij Maximi Imperatoris laudes habebat: quem tamen tu pertinacius, aut amabilius, quam rectius, veriusque felicissimum appellas, propter hoc quippe, cum per amplissimos fascium titulos fuerit euectus vsque ad Imperium. Sed sententiæ tali numquam ego assentior, vt fortunatos putem qui Reipublicæ præcipitibus ac lubricis culminibus insistant. Nam dici nequit, quantum per horas fert in hac vita miseriarum vita felicium illorum (si tamen sic sunt pronunciandi, qui sibi hoc nomen vt Sylla præsumunt) nimirum qui supergressi ius fasque commune, summam beatitudinem existimât summam potestatem, hoc ipso fati miseriores, quòd parum intelligant inquietissimo se subiacere famulatu: Nam sicut hominibus Reges, ita Regibus dominandi desideria dominantur.

QUANDO
MAXIMVS
RELIQ.

Hic si omittamus antecedentium Principum casus, vel secutorum: solus iste peculiaris tuus Maximus maximo nobis documento potuit esse: qui quamquam in arcem Præfectoria, Patriciam, Consularemque intrepidus ascenderat; eosque quos gesserat magistratus, cœu recurrentibus orbitis, inexpletus intrauerat: cum tamen venit omnibus viribus ad Principalis apicis abruptum, quamdam potestatis immensæ vertiginem sub corona patiebatur, nec sustinebat dominus esse, qui non sustinuerat esse sub domino. Denique require in supra dicto (Maximo scilicet) vitæ prioris gratiam, potentiam, diuturnitatemque, eque diuerso principatus paulo amplius quam bimestris originem, turbinem, sinem: profectò inuenies hominem beatiorem priùs fuisse, quam beatissimus æstimaretur.

Igitur ille, cuius antierius epistolæ, mores, pecuniæ, falces, pompæ, litteræ, patrimonialia & patrocina florebant; cuius ipsa sic denique spatia vitæ custodiebantur, vt per horarum dispositas clepsydram explicarentur: is nuncupatus Augustus, ac sub hac specie Palatinis liminibus inclusus, ante crepusculum ingemuit, quòd ad vota peruenerat. Cumque mole

limitibus

curarum

A curarum pristinae quietis tenere dimensum prohiberetur, veteris actutum regulæ legibus renuntiavit; atque prospexit pariter ire non posse negotium Principis, & otium Senatoris. Nec fefellerunt futura mærentem: nam cum ceteros aulicos honores tranquillissimè percurrisset, ipsam aulam turbulentissimè texit inter tumultus militum popularium, fœderatorum: quod & exitus prodidit nouus, celer, acerbus, quem cruentauit fortunæ diu lenocinantis perfidus finis, quæ virum, vt scorpium, vltima parte percussit.

Dicere solebat vir litteratus, atque ob ingenij merita Quæstorius, partium certè bonarum pars magna Fulgentius, ore se ex eius frequenter audisse, cum perosus pondus Imperij, veterem desideraret securitatem: Felicem te (ait) Damocles, qui non vno longius prandio regni necessitate tolerauisti. Iste enim (vt legimus) Damocles provincia Siculus, vrbe Syracusanus, familiaris tyranno Dionysio fuit. Qui cum nimis laudibus bona patroni, vt cetera scilicet inexpertus, efferret: Vis, inquit Dionysius, hodie in hac mensa bonis meis ac malis pariter vti? Libenter, inquit. Cum ille confestim lætum clientem, quamquam artonitum, plebeio tegmine erepro, muricis Tyrij seu Tarentini conchiliato ditat induit: & renitentem gemmis, margaritisque aureo lecto, fericatoque toreumati imponit. Cumque præfuro, Sardanapalium in morem, panis daretur è Leontina segete confectus, in super dapes cultæ ferulis cultioribus apponerentur: spumarent falerno gemmæ capaces, inque crystallis calerent vnguenta glacialibus; hinc suffita cinnamomo ac thure cœnatio spargeret peregrinos naribus odores, & madefcentes nardo capillos circumfusa florum ferta siccarent: cœpit supra tergum sic recumbentis vibrari mucro districtus è lacunaribus, qui videbatur in iugulum purpurati iam iamque ruiturus: nam filo equinæ setæ ligatus, & ita pondere minax & acumine gulam formidolosi Pantaleo frenabat exemplo, ne sibi ingressi per ora, per vulnera exirent. Vnde post mixtas fletibus preces, atque multimoda suspiria, vix absolutus, emicatumque prosiliens, illa refugit celeritate diuitias, deliciasque regales, qua solent appeti: reductus ad desideria mediocrium, timore summorum, & fatis cauens ne beatum vltra diceret, duceretque, qui septus armis ac satellitibus, & per hoc raptis incubans opibus, ferro pressus, premeret aurum. Quapropter ad statum huiusmodi, domine frater, nescio an constet tendere beatos: patet certè miseros peruenire.] hæc tenus Sidonius ad Serranum suum, egregiè sanè philosophatus de vita Maximi. Sed iam quæ reliqua sunt historiæ lugubris prosequamur.

Vna Eudoxia furens femina Orbem simul cum Vrbe prostravit, cum eam Vuandalico gladio volens libensque subiecit, barbaro nimium credens, fidensque, ignorans infelix se cum filiabus fore captiuam. De his enim ista Procopius: Genericus verò Eudoxiam simul cum Eudocia & Placidia eius ex Valentiniano filiabus cepit, gazamque omnem Imperatoriam in nauibus positam secum in Africam tulit: ac si qua erant Romæ decora, itemque Iouis Capitolini tegularum ex ære auratarum partem dimidiam abripuit. Vnam verò ex his nauibus, vbi statum fuerant, tempestate periisse dicunt, ceteras iucolumes in Africam delatas.] hæc de direpta Vrbe Procopius, ex innumeris perpauca recensens. Constat siquidem, inter alia vetera monumeta hæc tenus asseruata, vasa illa Hierosolymitani templi à Tito Romam translata, à Genérico esse ablata, atque delata in Africam: que postmodum per Iustinianum Imperatorem belli iure vindicata, Constantinopolim translata fuisse, suo loco dicemus.

Sed & de capta hoc anno Vrbe à Vuandis, simulque & de nece Maximi, Sidonius hos habet versus, cum Aviti Imperatoris laudes celebrat, sui temporis res gestas tractans, atque Romam alloquens:

*Interea incautam furtiuus Vuandalus armis
Te capit: infidoq; tibi Burgundio ductu
Extorquet trepidas matrandi Principis iras.
Heu facinus! in bella iterum: quartosq; labores
Persida Elise crude scunt classica Byrsa.
Nutritis quod fata malum? Conscenderat arces
Euandri Massyla phalanx, monesq; Quirini
Marmarici pressere pedes. Rursumq; reuexit,
Quæ capriua dedit quondam stipendia Barche,
Exilium patrum, &c.]*

Incensam à Genérico Vrbe, Euagrius tradit: spectacula tantum combusta, ait Nicephorus. Habet autem auctor Miscellæ, occursum sancti Leonis liberatam Vrbe à cæde Annal. Eccl. Tom. 6. S 2 atque

SE INFELI-
CEM MAXI
MVS NOVI
CVM IMPU-
RIVM SVM-
PSIT.
* XCIIT

DAMOCLIS
DESCRIBI-
TVR CASVS.

EVDOKIA
VOCANS IN
VRBEM
VANDALOS
DAT POE-
NAS.

Procop. de
bello Vuand.
lib. 1.

Procop. de
bello Vuand.
lib. 2.

Niceph. li. 15.
c. 11.

Justinian.
de offic. Presf.
Præf. Afric.
Sidon. in
Panegyric.
Aviti Imp.

Euag. lib. 2.
cap. 7.

Niceph. lib.
15. cap. 11.
Paul. Diac.
lib. 15.

atque incendio: Genfericus (inquit) continuè vacuam præsidio ciuitatem capit, & occurfu Leonis Papæ mitigatus, ab incendio, cædibus, atque suppliciis Vrbem immunem serauit: omnibus tamen opibus ablati, multa inde captiuorum millia cum Augusta Eudoxia & eius filibus Carthaginem reuexit.] Adde his amplius, coercitum pariter à S. Leone Genfericum fuisse, ne in thesauros trium præcipuarum basilicarum manus iniiceret, direptis ceteris, quod & certo exemplo docuimus in obitu Valentiniani. Sanè quidem post cladem Vuandalicam remanisse integra vasa à Constantino tribus illis maioribus basilicis donata, quæ in Leone leguntur in libro de Romanis Pontificibus fidem faciunt istis verbis: Hic renouauit post cladem Vuandalicam omnia ministeria sacrata argentea per omnes titulos de conflatis hydriis sex, duas basilicæ Constantinianæ, duas basilicæ beati Petri Apostoli, duas beati Pauli Apostoli, quas Constantinus Augustus obtulit, quæ pensauerunt singulæ libras centum.] hæc ibi: ex quibus intelligere possumus, pepercisse Vuandalos tribus primariis Romanæ vrbis basilicis, titulos autem tantum prædatos esse: quod quidem summa admiratione dignum est, truces barbaros, eosdemque Arianos maioribus pepercisse basilicis, in quibus immensas thesaurorum recondita erat, à Constantino collata. Durasse autem Vrbis direptionem diebus quatuordecim, Isidorus in historia Vuandalorum affirmat, sed illud malè, quòd habet Valentianum post direptionem Romæ relictum, quem liquet ante esse necatum: Periisse autem naufragio direptas opes affirmant.

WVANDALI
DEPERCERE
PRIMARIIS
BASILICIS.

Procop. de bello Vuandal. lib. 1.
QV D DE EVD OXIA ET FILLI BV S.
E Nag. lib. 2. cap. 7.
Nicoph. lib. 15. cap. 11.

Victor de persec. Vuand. lib. 1.
QV D ERGA CAPTIIVOS EPISCOPVS CARTHAG.

scia

ARIANI INVIDIA COMMOMENTVR.

Sed miseros captiuos delatos Carthaginem prosequamur. ait de illis ista Procopius: E captiuis mulieribus Eudociam Honorico filio, Placidiam verò Olybrio nobili Senatori Romano locauit: quam Placidiam simul cum Eudoxia matre, rogante Leone Imperatore, qui post Marcianum successit, Constantinopolim misit.] hæc de his Procopius, eadem Euangrus: sed nuptias Placidie cum Olybrio non per Genfericum, sed per Marcianum Constantinopoli esse contractas, cum illuc, capta Vrbe, Olybrius confugisset, testatur, eademque Nicephorus, qui tamen errare conspicitur, dum viuente Pulcheria hæc facta esse affirmat. Exhibuit tamen istam humanitatem barbarus, vt Placidiam cum Eudoxia matre Constantinopolim honorificè miserit, vt cognouit eam iam ante inuasam Vrbem esse desponsatam Olybrio, qui Vrbe capta profugus Constantinopolim se cõtulerat. ista Nicephorus. At quod ad nuptias Eudociæ cum Honorico spectat suo loco dicemus.

Quod verò ad reliquos captiuos pertinet, quanta charitate eos profecutus fuerit Deo gratias Episcopo Carthaginensi, Victor his narrat verbis: Illo igitur Episcopo constituto, factum est, peccatis vrgentibus, vt vrbem illam quondam nobilissimam atque famosam decimoquinto regni sui anno Genfericus caperet Romam: & simul exinde Regum multorum diuitias cum populis captiuauit. Quæ dum multitudo captiuitatis Africanum attin- geret litus, diuidentibus Vuandalis & Mauris ingentem populi quantitatem (vt moris est barbaris) mariti ab vxoribus, liberi à parentibus separabantur. Statim sategit vir Deo plenus & carus vniuersa vasa ministerij aurea vel argentea distrahere, & libertatem de seruitute barbarica liberare, & vt coniugalia fœderata manerent, & pignora genitoribus redderentur. Et quia loca nulla sufficiebant ad capefcendam multitudinem tantam, basilicas duas nominatas & amplas Fausti & Nouarum eorum lectulis atque straminibus deputauit, decernens per singulos dies, quantum quis pro merito acciperet. Et quia plerisque insuetudo nauigij & crudelitas captiuitatis afflixerat, non paruus inter eos numerus fuerat ægrotorum: quos ille beatus Antistes, vt nutrix pia, per momenta singula cum medicis circuibat, sequentibus cibis, vt inspecta vena, quid cui opus esset, illo præfente, daretur. Sed nec nocturnis horis ab hoc opere misericordie feriabatur, sed pergebat currens per singulos lectos, sciscitans qualiter se quisque haberet. Ita se tradiderat omnino labori, vt nec detessis membris, nec cariofæ iam senectuti parceret.

Quo liuore Ariani succensi, dolis eum quamplurimis voluere sapius enecare. Quod, credo, præuidens Dominus, passerem suum de manibus accipitrum voluit liberare. Cuius exitum ita Vrbici captiuu planxerunt, vt tunc se putarent magis tradi manibus barbarorum quando ille perrexit ad cælum. Functus est autem eo sacerdotio annis tribus. Cuius amore & desiderio populus attentus potuerat membra digni corporis rapere, nisi consilio prudenti dum euocatur, nesciente multitudine, sepeliretur.] hæc de Episcopo Deo gratias atque Romanis captiuis Victor. Porro honorifica memoria tabulis Ecclesie publicis eiusdem sanctissimi viri commendata certa die annis singulis rediuiua vndecimo Kalendas Aprilis peragi consuevit.

Sed

A Sed quod impij agere non valuerunt in sanctum, quem ab oculis eorum Deus eripuit, conuerterunt in ipsius ordinatorem Thomam, de quo ista mox idem subiicit Victor: Et quia tacendum semper non est de impietatibus hæreticorum, nec verecundum potest esse, quod ad laudem proficit patientis: ordinator quidam memorati sacerdotis, nomine Thomas, dum variis insidiis ab eis sepius arctaretur, quodam tempore venerabilem senem in publica facie catomis cæciderunt: quod ille non ad opprobrium, sed ad mercedem com- putans gloriæ suæ, in Domino lætabatur.] hæc Victor. At quid sit catomis cædere, vel catomum cædi, consule nostras Notas ad Romanum Martyrologium. Porro defuncto Deo gratias Episcopo Carthaginensi, impius barbarus Genfericus, vt quædam vixit, nullum alium passus est in locum defuncti Carthaginensem Episcopum subrogari. Sed quomodo grassari cepit grauior in Catholicos persecutio, dicemus anno sequenti.

IN ORDINA- TOREM EPISCOPI CARTHAG. QV D ARIA NI.

Martyrolog. Rom. die 15. Iunij. b.

B Profuit grauis ista afflictio & captiuitas Eudociæ Augustæ & filiarum eius, matri Eudociæ itidem Augustæ, vxori quondam Theodosij Iunioris, Hierosolymis agenti. Etenim cum ita imbibisset Eutychniam hæresim, vt respicientibus ceteris, ipsa obstinata persisteret; his atritica flagellis, tandem reddita menti, quam hæctenus fouisset hæresim est detestata: id in primis operante sanctissimo viro Euthymio, de quo plura superius. At quomodo se hæc habuerint, Cyrillum monachum eadem fidelissimè describentem audiamus. Vbi enim eiusdem Eudociæ conatus recensuit aduersus Catholicam fidem, eam instigante subdolo illo Theodosio ex monacho pseudoeppiscopo, ista subdit: Postquam verò iustitia aggressa est Theodosium, & ille quidè procul abest (sive fuga lapsus, sive in exilium deportatus) luuenalis autem suam sedem recepit, & ea dissoluntur quæ Ecclesiis afferebant molestiam: Valerij fratris & Olybrij generi (cui, vt dictum est, desponsata erat filia Eudociæ Placidia) cæpè mitruntur litteræ ad Imperatricem Eudociam hac de causa, vt Eutychnianistarum relicta communione, sequatur ea quæ decreta fuerant ab Ecclesia Catholica. Illa autem primùm quidem cunctabatur & differebat mutationem; neque sciebat quemadmodum dimitteret ea quæ sibi visa fuerant. Postquam verò intellexisset suum generum (nempe Valentinianum Imperatorem) fuisse interemptum in Vrbe, filiamque & eius filias esse in potestate hostium, & captiuas abductas Carthaginem: corde valde sauciata, & rerum carissimarum amissione ea esse repensâ arbitrata, inuenit calamitatem magistræ eius quod rectè habet: Ipsa enim (inquit) tua disciplina me docebit. Et ad rectam & veram fidem per illam reducta, statuit deinceps viris diuinis vacare, ab eis instrui, & vt ducibus ad salutem.

EVDOCIA AVGVSTA EX AFFLICTIONE REDDITVR ORTHODOXA.

Cyrill in Vita S. Euthym. apud Sur. die 10. Ianuar.

Psalm. 17.

Et ideo Anastasium Corepiscopum cum quibusdam aliis, qui ei seruebant, mittit Antiochiam ad Simeonem, id est, columnam habitantem, qui erat multo altius sub- latus virtute quàm columna, & verè totius Orbis miraculum: ei scopum cordis sui per litteras significans, rogansque vt ab illo rursus acciperet, quænam sua esset sententia. Quidnam autem respondit? Scias (inquit) quòd malignus videns opus tuarum virtutum, expetiuit te, vt cribraret sicut triticum, & per pestiferum illum Theodosium tuam corruptit animam. Sed esto bono animo: non enim defecit fides tua. Mihi autem hoc succurrit admirari, quòd cum sit tibi fons propinquus, ipsum quidem despicias, procul verò quæris eamdem aquam haurire: habes enim diuinum Euthimum, cuius sequens doctrinam, non errabis à salute. His auditis, non fuit negligens Eudocia, neque supina in boni inquisitione: sed cum statim de viro inquisisset, & intellexisset ei esse prohibitum ad ciuitatem aliquam accedere: turrin in solitudine, quæ vergit ad Orientem, in altissimo ædificat promontorio, quod non plusquam triginta stadia distat à Laura. Et illa quidem in eam ascendit, vt nullo prohibente frueretur ad satietatem doctrina Euthymij.

LEGATOR. MITTIT EVDOCIA AVG. AD SIMEONEM STYLITAM.

Luc. 22.

Statim autem mittit ad eum quærendum Cosmam Crucis custodem, & qui à me supra dictus est, Anastasium Corepiscopum. Illi autem cum ardenti mandato æquè vehemens ad parendum studium attendissent, in Lauram quidem protinus perueniunt. Cum verò accepissent eum non adesse, sed iam diu transisse in Ruban; locum eremi secretiorem: nec sic quidem à cæpto destiterunt: sed cum simul beatum accepissent Theodistum, ad eum abeunt, & eum vehementer simul orant & obsecrant, & tandem persuadent, vt ad turrin veniat, vbi nunc est ædificatum Scholarij monasterium.

Cum autem eum vidisset Imperatrix Eudocia, non leuiter aspexit, sed vt qui in ætate aquam sicut, ad illius pedes præ gaudio procidens: Nunc cognoui (inquit) quòd Deus me visitauit. Ille autem cum eam solita impertisset benedictione: Sed oportet (inquit) ô filia, te tibi deinceps attendere, & in futurum diligenter cauere: Nam quoniam vel parum abducta

EVDOCIA AVG. AD PEDES S. EUTHYMII.

fuisse vna cum Theodosio, propterea tibi molesta eueniunt in rebus carissimis. Sed vt per totam vitam abstineas ab hac à ratione aliena contentione; oportet te præter tres sanctas & œcumenicas Synodos, nempe Nicœnam quæ conuenit aduersus Arium, & Constantinopolitanam quæ ipsa quoque congregata fuit aduersus Macedonium, & Ephesinam priorem aduersus Nestorium, accipere etiam decretum quod fuit editum ab ea quæ nunc fuit congregata Chalcedone; & cum te separaueris à communione Dioscori, Iuuenali Hierosolymitano Archiepiscopo omnino communicare, & cum eo omnino consentire. Cum hæc quidem dixisset, & precatus esset pro Imperatrice, & deinde ei vale dixisset, recedit.

Illa autem statim re ipsa est executura ea quæ mandata fuerant, sanctamque ingressa ciuitatem, Iubenali & Catholicæ communicauit Ecclesiæ; magnamque & frequentem inducit multitudinem monachorum & laicorum, vt quæ sicut dissensionis, ita etiam communionis optimum fuit exemplum. Quorum fuit etiam vnus Archimandrita Eleutherius. Nam Gerontius (quem vidimus præfectum Melaniæ monasterio) in malo maluit consensescere, & non sibi solum, sed multis quoque aliis fuit causa interitus, cui etiam similem & similitem ducentem ad exitum duo quidem ingressi sunt Elpidij conuētum Marianus & Romanus, & construxit vterque monasteria, vnus autem circa sanctam Bethlehem, alter verò in viço Theocorum. Et beata quidem Eudocia accessit à Laura fratres custodis Crucis, nempe Chrysippum & Gabriellum, & effecit vt ordinarentur presbyteri. Et Chrysippus quidem cum fuisset in presbyteratu insignis, reliquit scripta sua, digna quæ mandarentur memoriæ: Gabriello autem committit præfecturam monasterij Stephani protomartyris.

MONASTE-
RIIS PRÆ-
FICENTVR
CATHOLICI

BASSA RE-
DITA CA-
THOLICA.

Nicoph. lib.
25. cap. 13.

AVITVS
CREATUS
IMP.

Bassa autem pia & Deo amabilis cum Andream fratrem Stephani Iamneæ Episcopi à Laura accessit, eum pastorem effecit & præfectum monasterij, quod ab ea fuerat ædificatum: ædificatum autem fuit in nomine Menæ martyris.] hæc de his Cyrillus: quibus intelligas non Eudociam Augustam tantum redditam pietati, sed & per eam monasteria, quæ fuerant hæresi maculata, fidei Catholicæ restituta esse, cuius exemplo id ipsum tunc Bassa clarissima femina præstitit: hæc namque illa, ad quæ sancta Pulcheria (vt vidimus) scribens, istud ipsum litteris expetierat. Istæ autem ex Cyrillo recitata fermè omnia etiam Nicephorus⁴ habet, sed nos maluimus è fonte petere, ab auctore nimirum qui res temporum suorum scribens præsens interfuit. Sic igitur maximo Dei beneficio factum est, vt femina potens, hæresi valde labefacta, tandem ea vexatione excitaretur, & ad bonam frugem per sanctissimos Patres Simeonem atque Euthymium perduceretur, facta & ipsa plurimis causa salutis.

Hoc eodem anno, à cæde Maximi interstitio duodetriginta dierum interregni elapso, in Galliis Auitus, qui magister militum à Maximo creatus fuerat & Præfectura Prætorij Galliarum à Valentiniano donatus, legatum tunc apud Gothorum Regem Theodoricum agens, ab exercitu, aduentibus Gothis, Imperator acclamatur: immo primum Gothorum Regem nomen illi Augusti detulisse, magnaque simul Romanæ Reipublicæ spondidisse, Sidonius docet his versibus, cum hæc Theodoricum dixisse referret:

*Testor, Roma, tuum nobis venerabile nomen,
Et socium & de Marte genus, vel quicquid ab auro,
(Nil te mundus habet melius, nil ipsa Senatu)
Me pacem seruare tibi. Vel velle abolere
Quæ noster peccauit auus: quem fuscet id vnum,
Quod te, Roma, capit. Sed dijs si vota secundant,
Excidij veteris crimen purgare valebit
Vltio presentis: si tu, Dux in clype, solum
Augusti subeas nomen. Quid lumina flectis?
Inuitum plus esse decet, &c.]*

Compositis in hunc modum rebus, & iam cum Gothis sancita firmissima pace, tum militum tum Galliarum procerum omnium animis in vnum conspirantibus, ab iisdem acclamatus est Imperator, licet inuitus atque reluctans. Erat Auitus domi militiæque spectatus, nobilissimo ortus genere, orator egregius, iuris consultissimus, laborisque bellici haud expers; cuius res gestas Sidonius perstrinxit paucis in Paganegyrico anni sequentis exordio in Consulatus auspicatione versibus edito. Quomodo autem Imperium deposuerit, suo loco anno sequenti dicturi sumus.

Tantam illatam Occidentali Imperio cladem longè positus Marcianus Imperator contemplatus, doluit & ingenuit, quod nec satis tunc sibi virum esset, nec temporis, vel occasionis (iam Vandalis præda onustis reuersis in Africam) tantis malis occurrere; quibus

iam

iam perpetratis, non esset sibi integrum, ne fierent, præcauere. Sed qui prudens erat, religionis contemptum considerans intercessisse, cuius causa ruinam & casum Imperium passum esset, cum intelligeret Valentinianum diuinam in se ipsum iram concitasse, simulac sanctionem edidit aduersus Ecclesiasticam immunitatem: sed & Principes haud impunè in religionem peccare solere, docuisset Theodosij prædecessoris exemplum: his monitus ipse prudens, haud sibi satis visum fidei Catholicæ se exhibuisse patronum, sed & personas etiam Ecclesiasticas pristina restitui voluit iurium libertati, antiquatis legibus illis aduersus libertatem Ecclesiasticam ab aliis Imperatoribus antea promulgatis, quibus & interdicebatur clericis ne quid ex testamento relictum à viduis caperent: itaque ista ad Palladium Præfectum Prætorio rescripsit:

MARCIANVS IMP.
VINDICAT
LIBERTATEM IN
PRISTINAM
LIBERTATEM.

Sæpè materiam scribendis ferendisque legibus negotia inopinatò exorta suppeditant, & aut nouas constitui sanctiones, aut durius & asperius latas faciunt abrogari. Æqualis enim in vtroque æquitas est, vel promulgare quæ iusta sunt, vel antiquare quæ graua sunt. Nuper cum de testamento clarissimæ memoriæ Hipatiæ, quæ inter alios virum religiosum Anatolium presbyterum in portione manifesta bonorum suorum scripsit heredem, amplissimo Senatu presente, tractaret pietas mea, & dubium videretur, an verè esse deberent hæc voluntates viduarum, quæ testamento suo aliquid his clericis relinquunt, qui sub prætextu religionis huiusmodi feminarum domos adeunt: Cum lex diuæ memoriæ Valentiniani & Valentis & Gratiani, Ecclesiasticos, vel eos qui se continentium volunt nomine nuncupari, nihil quacumque liberalitate viduarum extremo iudicio permittat adipisci: cõtra verò hæc diuæ memoriæ Valentiniani, Theodosij, & Arcadij constitutio legeretur: Inspicientibus & æstimantibus nobis latoris animus: visum est iusta ac rationabili pœnitentia priorum constitutionum vigorem antiquare voluisse. Nam cum in prima legè viduarum tantummodo mentio facta sit, in secunda autem tantummodo diaconissarum; intelligitur, eam constitutionem, quæ viduarum & diaconissarum meminit, de lege vtraque dixisse.

Marcian.
Nouel. tit. 5.
MARCIA-
NVS ABRO-
GAT LEGES
ADVERSVS
CLERICOS
LATAS.

Quod cum de voluntate latoris & de sanctione legis nobis videretur: vniuersum testamentum nobis iussimus relegi atque replicari: & cum repertum fuisset alias quoque partes eiusdem voluntatis ita iuste & prudenter institutas, vt nullum bene de se meritum neglexerit, multa sacrosanctis Ecclesiis, multa pauperibus, multa monachis religionis intuitu, multa captiuorum redemptioni commota miserabili eorum sorte contulerit, multa libertis suis eadem latorum sibi obsequiorum contemplatione præstitit: alteram quoque partem institutionis, in qua Anatolium presbyterum reliquit heredem, aduertimus ordine fuisse dispositam. Ea enim mobilia, quæ plurimis iuste ac piè reliquit, per hunc voluit vniuersa compleri, vt non solum heredis, sed etiam dispensatoris fungatur officio. Ideoque huiusmodi clarissimæ memoriæ Hipatiæ voluntatem etiam in ea parte, qua Anatolium presbyterum instituit heredem, mea auctoritate firmavi.

Sed ne in posterum, vel ex prioribus constitutionibus, quarum fecimus mentionem, & quas nunc præcipio penitus abrogari, vel ex præsentis negotij dubitatione aliquid forte relinquantur ambiguum; securitati vel fiduciæ morientium prouidentes, generali perpetuoque victura hac lege sancimus, vt siue vidua, siue diaconissa, siue virgo Deo dicata, vel sanctimonialis mulier, siue quocumque alio nomine religiosi honoris vel dignitatis femina nuncupetur, testamento, vel codicillo suo, quod tamen alia omni iuris ratione munitum sit, Ecclesiæ, vel Martyrio, vel clerico, vel monacho, vel pauperibus aliquid vel ex integro, vel ex parte in quacumque re vel specie crediderit relinquendum, id omnibus modis ratum signatumque consistat, siue hoc institutione, siue substitutione, siue legato, aut fidei commissio per vniuersitatem, vel specialiter, siue scripta, siue non scripta voluntate fuerit relictum, omnia in posterum de eiusmodi negotio ambiguitate summota: donationibus etiam, vel qualibet liberalitate tam viduarum, quam diaconissarum, siue virginum quæ Deo dicatæ sunt, vel sanctimonialium, quæcumque in Ecclesiam, vel Martyrium, vel clericum, vel monachum, vel pauperes collata fuerint, pari robore firma esse præcipio, Palladi parens carissime Augustorum. Illustris igitur & magnifica auctoritas tua, ea quæ generali legis huius sanctione decreui, edictis ex more propositis, ad omnium notitiam faciat peruenire. Data decimo Kalendas Maias, Constantinopoli, Anthemio viro clarissimo Consule.] hæc Marcianus, cum iam potuerit rescivisse Valentiniani necem: mensis enim spatium per veredarios perferri solitas Roma litteras Constantinopolim, superius demonstratum est. Probauit hæc eadem Iustinianus, suoque Codici voluit intexuisse.

CONCESSA
FACULTAS
DONANDI
CLERICIS.

l. generalis
lege. C. de
Episc. & Clero.

Sed

CHRISTI
456.

LEONIS PAP.
17.

MARCIANI 7. IMPP.
AVITI

PROSPERI
CHRONI-
CON.
Cassiod. In-
str. auin.
l. 8. c. 17.
Gennadius
de Vr. illustr.
c. 84.

Sed iam finem huius anni rebus gestis imposturi, haud prætereundum putamus, quod tradit Cassiodorus, in hunc usque annum, quo à Genferico Vrbs depopulata est, S. Prosperum Chronicon perduxisse: quod etiam affirmat Gennadius, dum ait usque ad Valentiniani obitum ea scriptione Prosperum peruenisse. Ex quibus redarguas qui cum ad Leonis Senioris Imperatoris tempora scripsisse tradunt: antiquioribus enim & res suorum temporum scribentibus maior debetur fides. Cum alioqui sciamus, quod cufum extat Prosperi Chronicon, decurtatum ac planè mutilatum esse; cum nonnisi usque ad sextum Consulatum Valentiniani cum Nomo, annum Domini quadringentesimum quadagesimum quintum, tempora digesta habeat; vt planè decem annorum spatia intercisa noscantur.

IESV CHRISTI
ANNVS
456.

LEONIS PAP.
ANNVS
17.

MARCIANI 7. IMPP.
AVITI

AVITI CON-
SVLATVS.

R eddunt Facti Consulares præsentem annum Domini quadringentesimum quinquagesimum sextum notatum Consulibus Ioanne atque Varane, seu Varare, vt Cassiodori atque Marcellini Chronica docent. Verùm Sidonius Apollinaris huius temporis scriptor alterum Consulatum Auitum Augustum ponit in Panegyrico ipsi dicto Kalendis Ianuarij: qui enim anno superiori creatum eum tradit Imperatorem, hoc anno Consulatum adisse his explicat versibus:

Principis anterior iam Consul isse coruscet
Annus, & emerita trabes diademata cre(cunt).] Ostendit id ipsum in fine. Sed & de eodem Auiti Consulatu vetus extat monumentum: vt nullum penitus de his dubitandi locus reliquus esse possit. In basilica enim sanctæ Agnetis via Numentana, eiusmodi inscriptio legitur incisa lapidi pavimento inhærenti:

LOCVS. CERONT. PRESB. REQVIESCIT
IN DOMINO. CONS. EPARCHI AVITI V. C.

Sic igitur de Auiti Consulatu nulla remanet dubitatio. Sed accidisse puto vt cum Imperio eidem abrogatus fuerit Consulatus: Hoc enim anno (inquit Cassiodorus in Chronico) Placentiæ deposuit Auitus Imperium.] qui illud tenuisse tradit menses decem & dies octo, licet Euagrius octo tantum menses eius Imperio tribuat.

AVITVS DE-
PONTI-
M. PERIVM.
Euang. lib. 2.
cap.
Naceph. lib.
15. cap. 11.
Gregor. Tur-
vo. hist. Franc.
lib. 2. cap. 11.

Porro de eiusdem Imperij depositione diuersæ sunt sententiæ: peste eum extinctum idem Euagrius tradit, Nicephorus autè fame vitæ imposuisse terminu. sed longè ab his abhorrent, quæ de eo habet Gregorius Turonensis his verbis: Auitus vnus ex Senatoribus, & (vt valde manifestum est) cuius Aruernus, cum Romanum ambiuisset Imperium, luxuriosè agere volens, à Senatoribus eiectus, apud Placentiam urbem Episcopus ordinatur. Comperto autem quod adhuc indignans Senatus vita eum priuare vellet, basilicam sancti Iuliani Aruerni martyris cum multis muneribus expetiuit. Sed impleto in itinere vitæ cursu, obiit, delatusque ad Briuatensem vicum, ad pedes dicti martyris est sepultus.] hæc ipse Gregorius.

Ceterum ob odium in Maximum Imp. à populo occisum, Auitus qui ab eo electus fuerat Magister militum, passus inuidiam, Romano populo Senatuique perinensus redditus, haud ab eo receptus est Imperator: quamobrem quod nec sibi satis virium in militibus, nec ruta fides ob odium conceptum in Maximum, cui accepta ferebatur clades illata Vrbi, Auitum sponte se abdicasse putamus. Ne autem errare contingat in nomine & genere, alius Auitus vixit hoc tempore, idemque Sidonio sanguine propinquus, ad quem extat data ab eo epistola, cuius est exordium: Multis quidem vinculis charitatis, &c.] qua quidem cum demonstret se illius esse ætate æqualem, planè fateri necesse est, longè alium ipsum esse ab Auito qui purpuram induit: nam constat hoc tempore Sidonium planè adolescentem fuisse, qui testatur se sub Consulatu Asterij, qui incidit in annum Domini quadringentesimum vnde quinquagesimum, ex nuper puero adolescentulum fuisse annorum puto sexdecim, vel circiter: cum tamen ex Panegyrico à Sydonio dicto satis appareat, Auitum Imperatorem, cum est creatus Augustus, fuisse emeritæ militiæ senem, qui iam quater Præfecturam Prætorij Galliarum administrasset, longè antè, cum Alaricus infans esset, apud quem nuper pro Maximo egit, qui antè apud patrem eius sanctus erat legatione. Quomodo igitur qui æqualis Sidonio iuuenis fuisse in ea epistola Auitus dicitur, ille esse potuit Imperator, quem scimus eiusdem Sidonij assertione in Panegyrico dici senem? Hæc ad ambiguitates tol-

AVITVS A-
LIVS AB
IMPERA-
TORE.
Sidon. lib. 3.
epist. 1.
Sidon. li. 8.
epist. 6.

endas lendas dicta sunt. Porro quod ad Auiti Imperatoris abdicationem pertinet, hoc anno decimo sexto Kalendas Iunij facta ponitur, fuisseque interregnum decem mensibus & diebus quindecim. Sed quid inter hæc qui suppetias cum auxiliaribus copiis pollicitus adeo liberaliter fuerat Theodoricus Gothorum Rex Auito? Audi sanctum Isidorum: Theodoricus pro eo quod Imperatori Auito sumendi Imperialis fastigij cum Gallis auxilium præbuisset, Aquitanias cum ingenti exercitu & cum ingenti licentia eiusdem Auiti Imperatoris ingreditur. Cui cum magna copia Rex Sueuorum Rectarius occurreret, duodecimo Asturicensis vrbs milliario, apud fluuium qui Vrbicus appellatur, inito mox certamine superatus est, caesis suorum agminibus, aliquantis captis, plurimisque fugatis, ipse postremum Rex telo fauciatus fugit. Rectarius verò ad locum Porculæ profectus, Regi Theodorico captus adducitur. Quo precepto, ceteris qui de priori certamine superfuerant, sese tradentibus, aliquantis nihilominus interfectis, regnum Sueuorum penè destructum est & finitum. Reliqui Sueui qui remanserant in extrema Gallicia Massylæ filium nomine Masdrum sibi Regem constituunt, regnumque reparatur Sueuorum. Theodoricus autè de Gallicia in Lusitaniam victor succedens, dum Emeritensem urbem deprædari molitur, beatissimæ Eulaliæ martyris terreitur ostentis. Mox aduersis sibi nunciis territus, de Emerita egressus, Gallias repetit, & partem exercitus cum suis ducibus iterum ad campos Gallicæ dirigit: qui cæsa Asturicensi regione, rursus reuertuntur in Gallias, &c.] hæc Isidorus, quæ quidem hoc anno cæpta, plurium annorum impleuere curricula.

CHRISTI
456.

LEONIS PAP.
17.

MARCIANI IMP.
7.

A lendas dicta sunt. Porro quod ad Auiti Imperatoris abdicationem pertinet, hoc anno decimo sexto Kalendas Iunij facta ponitur, fuisseque interregnum decem mensibus & diebus quindecim.

Sed quid inter hæc qui suppetias cum auxiliaribus copiis pollicitus adeo liberaliter fuerat Theodoricus Gothorum Rex Auito? Audi sanctum Isidorum: Theodoricus pro eo quod Imperatori Auito sumendi Imperialis fastigij cum Gallis auxilium præbuisset, Aquitanias cum ingenti exercitu & cum ingenti licentia eiusdem Auiti Imperatoris ingreditur. Cui cum magna copia Rex Sueuorum Rectarius occurreret, duodecimo Asturicensis vrbs milliario, apud fluuium qui Vrbicus appellatur, inito mox certamine superatus est, caesis suorum agminibus, aliquantis captis, plurimisque fugatis, ipse postremum Rex telo fauciatus fugit. Rectarius verò ad locum Porculæ profectus, Regi Theodorico captus adducitur. Quo precepto, ceteris qui de priori certamine superfuerant, sese tradentibus, aliquantis nihilominus interfectis, regnum Sueuorum penè destructum est & finitum. Reliqui Sueui qui remanserant in extrema Gallicia Massylæ filium nomine Masdrum sibi Regem constituunt, regnumque reparatur Sueuorum. Theodoricus autè de Gallicia in Lusitaniam victor succedens, dum Emeritensem urbem deprædari molitur, beatissimæ Eulaliæ martyris terreitur ostentis. Mox aduersis sibi nunciis territus, de Emerita egressus, Gallias repetit, & partem exercitus cum suis ducibus iterum ad campos Gallicæ dirigit: qui cæsa Asturicensi regione, rursus reuertuntur in Gallias, &c.] hæc Isidorus, quæ quidem hoc anno cæpta, plurium annorum impleuere curricula.

Porro Sidonius in epistola ad Agricolum Theodoricum hunc mirificè celebrat, & cum animi tum corporis egregiam effigiem calami penicillo perspicuam cunctis reddit; & quod ad religionis cultum pertinet, hæc habet quæ in Principe belligero admireris: Antelucanos sacerdotum suorum cœtus minimo comitatu expetit, grandi sedulitate veneratur: quamquam (sit sermo secretus) possis animaduertere, quod seruet istam pro consuetudine potius quàm pro ratione reuerentiam.] ista quidem Sidonius, quod Theodoricus Arianus scæta esset. addit alia plura optimo Principe digna: vt non mirum videatur, si dignus habitus sit qui clarissimi viri Sidonij Apollinaris laudibus celebraretur. Quod autem Theodoricus bella in Hispanias conuertit: cesserunt hæc percommode Childerico Franchorum Regi, qui his diebus successerat Moroueo, dum absente Romano exercitu in Italiam secuto Auitum, & Gothorum viribus in Sueuos conuersis, atque in Hispaniam opportuna occasione transmisit, datum est Franchis, cum sæpè frustra Gallias perentassent, vt figerent tandem in eo solo feliciter regni radices. Iam enim diu antè temporibus Aureliani Imperatoris (vt Flauus Vopiscus est auctor) Gallias inuasent, & repulsi sunt, rursusque tempore Iuliani cum eorum partes extremas attingissent, fuerunt ab eodem repressi. Insuper (vt alias repentinus ab occasione oblatas eorumdem grassationes in eisdem regiones dicere præmittamus) sub Valentiniano Maiore vnà cum Burgundionibus magno exercitu rursus Gallias inuasere, sed æquè reiecti: itemque sub Valentiniano tertio in Gallias sese intrusere, sed per Aetium atque Maiorianum (vt Sidonius tradit) sunt victi, Tauro & Felice Consulibus, quod sanctus Prosper & Cassiodorus affirmant. Demum verò iidem cum Attila sese in Gallias immisere, vt Sidonius docet. discesserint ne amplius, haud certum est: Liqueat tamen ab huius anni tempore, cum res Romanæ collapsæ essent, & Gothis negotium esset cum Sueuis, Franchos in Gallia suas firmasse sedes, regnumque stabiliisse Parisiis, dicto Childerico regnante, qui (vt dictum est) successit Moroueo, quem præcesserat Clodio: quinam autem hos antecesserint, obscurum est: habuisse tamen gentem fortissimam semper Reges, ex Ammiano & aliis constat.

Præfenti igitur anno, qui est primus à nece Maximi, cæptum apparet regnum Franchorum in Gallia: quibus cum consentiat Sigebertus, nempe à nece Maximi regnare in Gallia cæpisse Childericum, errat tamen ponens post annu sequentem eius exordium, deceptus nimium, dum sequenti anno Maximum interfectum esse putauit. De Parisiorum longa obsidione per Franchos mentio habetur in Actis sanctissimæ virginis Genouefæ, quæ miro modo periclitantem fame populum liberauit. Potitos verò tandem esse Franchos Parisiorum ciuitate, & in ea Childericum ipsorum Regem sedem firmasse, eadem Acta fidelia sanctantur: quibus etiam significatur, ipsum Regem etfi Ethnicum mirificè coluisse sanctissimam virginem, auditis ingentibus ab ea solitis edi miraculis, adeo vt petenti aliquid virgini nihil auderet omnino negare. Sed accipe id ex his quæ in eisdem Actis de rebus ab

ca gestis

Isidor. in
Chron. Goth.
THEODORI-
CVS VICIT
SVEVOS

Sidon. lib. 3.
epist. 2.

Vopisc. in
Aurelian
Cassiod. in
Chron. Conf.
Valentinian.
& Valentin.

Sidon. in Pa-
negyr. Maior-
ian.
Sidon. in Pa-
negyr. Auiti.

CHILDERI-
CVS PRIMVS
FRANCHO-
RVN RE-
GNAT IN
GALLIA.

Sigebert. in
Chron.

Extat apud
Str. die 3. l. 6.
CHILDERI-
CVS REK
MIRIFICVS
COLVIT
S. GENOVS-
FAM.

CHRISTI
456.LEONIS PAP.
17.MARCIANI IMP.
7.

ea gestis narrantur verbis istis: Childericus Rex Franchorum, tametsi non esset Christiana A religione initiatus, virginem hanc sanctissimam singulari veneratione persecutus est: Nam cum aliquando quosdam reos capitis pertinaci animi sententia decreuisset occidere, ne sanctæ Genouefæ precibus posset flecti ad misericordiam, ex vrbe egressus, iussit portas cludi. At vbi sanctæ Genouefæ renunciatum est, Regem eos necandi gratia extra oppidum processisse: mox illis veniam precatura, festina abiit. Atque adueniente illa ad portas obsecratas, confestim ei, stupefactis custodibus, quasi ad quoddam iubentis imperium, referatæ sunt; sicque cœptum carpens iter, vbi ad Regem peruenit, ne miseri illi capite plecterentur, obtinuit. Ita illi iam iamque perituri, à præsentissimo mortis discrimine sunt liberati.] hæc ibi de rebus inter sanctam Genouefam & Childericum Regem transactis, cum multa alia hæc oportuit præcessisse, quibus tantam sibi apud nouum Regem, & à religione Christiana alienum, natura ferum, fiduciam comparasset.

Vides quidem, & puto admiraris, lector, barbarum Regem idolorum cultorem, hostem Romani nominis, inuaforem Galliarum, eundemque (quod Gregorius ait) & moribus impudicum, tanto honore persecutum esse virginem Christianam, vt exerti & iam ad ictum sublimem elatum gladium, veluti vetante numine, eius rogatu cohiberit, & incruentum vaginæ reddiderit. Vt planè ex his intelligas, quàm longè deteriores Ethnicis sint hæretici, & quàm longissimè à piissima illa sint Franchorum nobilitate degeneres ij, qui cum se profiteantur esse Fideles, vincuntur tamen in veneratione & cultu Sanctorum ab Ethnicis Rege: cui quidem pro munere illud videtur à Deo omnium remuneratore largiter impertitum, vt sicut Aegyptiis obstetricibus ob subtractos à nece Hebræorum infantes domus in præmium fuerunt ædificatæ, ita Regi Franchorum regnum (quod hæcenus barbarorum nulli licuit) in nobilissima parte Galliæ stabiliretur, permansurum tamdiu ipsum, quoadusque C eiusmodi in cultu Sanctorum piè iacta fundamenta permanserint; periturum verò omnino, cum eadem ipsa impiè admodum fuerint hæretica prauitate reuulsâ. At de rebus Franchorum modò satis, de illis acturi frequentius suis locis.

*Exod. 1.

VERITATI
SVNT ELIGI
EPISCOPI.Victor. de
Persecut.
Vuand. lib. 1.

*Macedonia

DE MAXI-
MA SACRA
VIRGINE
ET SOCIIS.

Hoc ipso anno, vita functo (vt dictum est anno superiori) Deogratias Episcopo Carthaginiensi viro sanctissimo, qui ad preces Valentiniani à Genferico permixtus fuerat ordinari: nulla facta est Catholicis potestas alicuius in locum eius subrogandi; quin eius ordinatore Thoma (vt vidimus) ludibrio exposito & verberibus affecto, remotioribus quoque prouinciis dempta est facultas ordinandorum Antistitum. Sed hæc tam dira, quæ Africanæ Ecclesiæ hoc anno ad cumulum præteritorum malorum passa est, verbis Victoris ^b ea describentis in medium afferamus: Factum est (inquit) vt post obitum Episcopi Carthaginiensis, Zeugitanæ & Proconsulari prouinciæ Episcopos interdiceret ordinandos, quorum erat D numerus centum sexagintaquatuor: qui paulatim deficientes, nunc simul qui supersunt tres tantum esse videntur, Vincentius Gigitanus, Paulus Sinnaritanus, verè merito & nomine Paulus, & alius Quintianus, qui nunc persecutionem fugiens, apud Edeffam Syriæ* ciuitatem commanet peregrinus.

Sed etiam martyria quamplurima esse probantur, confessorum autem ingens & plurima multitudo, ex quibus aliqua enarrare tentabo. Erant tunc serui cuiusdam Vuandali (fuit hic Vuandalus ex illis, quos Millenarios vocant) Martinianus, Saturianus, & eorum duo germani; erat & conferua eorum quædam egregia Christi ancilla, nomine Maxima, corpore simul & corde decora (ex capta nuper Vrbe his Vuandali omnes erant ditati seruitiis.) Et quia Martinianus armifactor erat, & domino suo satis videbatur acceptus, & Maxima vniuersæ domui dominabatur: credidit Vuandalus, vt fideles sibi magis memoratos faceret famulos, E Martinianum Maximamque coniugali consortio sociare. Martinianus, adolescentulorum sæcularium more, coniugium affectabat: Maxima namque iam Deo consecrata humanas nuptias refutabat. At vbi ventum est vt cubiculi adirent secreta silentia, & Martinianus nesciens quid de illo decreuerat Deus, maritali fiducia, quasi cum coniuge cuperet cubitare: viua ei voce memorata famula Christi respondit: Christo ego, ô Martiniane frater, membra mei corporis dedicavi, nec possum humanum fortiri coniugium, habens iam cælestem & verum sponsum: sed dabo consilium, si velis poteris & ipse tibi præstare, cum licet, vt cui ego concupiui nubere, delecteris & ipse seruire. Ita factum est, Domino procurante, vt obediens virgini etiam adolescens suam animam lucraretur.

*mutatus

Nesciente igitur Vuandalo, compunctus, atque spiritualis secreti commercium mutatus* Martinianus, etiam suis fratribus persuasit, vt thesaurum quem inuenerat, haberent, vt pote

CHRISTI
456.LEONIS PAP.
17.MARCIANI IMP.
7.

A vt pote germani, communem: conuersus est itaq; cum tribus fratribus. Dei puella comitante, nocte clam egredientes, Tabraceno monasterio, cui præerat tunc nobilis pastor Andreas, sociantur: illa verò laud procul monasterium incoluit puellarum. Sciscitante igitur barbaro inquisitionibus & muneribus crebris, quod gestum erat, celari non potuit. Inueniens itaque iam non sua sed Christi mancipia, coniecit in vinculis, & variis tormētis Christi seruos insectatur, agens cum eis non tantum vt pariter miserentur; sed quod grauius est, per rebaptizationis cœnum fidei suæ ornamenta turparent. Peruenit hoc ipsum vsque ad notitiam Genferici. Decernit Rex, vt tamdiu implacabilis herus seruos affligeret, quamdiu illius succumberent voluntati. Iubet in modum serrarum fustes robustos veluti palmatos cum stirpibus fieri, qui, quantentibus tergis, non solum ossa confringerent, sed etiam terebrantes aculei intrinsecus remanerent. Qui, dum sanguis efflueret, & dissipatis carnibus, viscera nudarentur: sequenti die, Christo medente, incolumes reddebantur. hoc sæpius ac multo factum est tempore, vt nulla piagarum vestigia viderentur, sancto Spiritu subinde curante.

Post hæc arctatur Maxima diræ custodiæ, cuspidique crudeli extenditur. Cui cum Dei seruorum non deesset frequentia visitantium, videntibus cunctis, ingentium lignorum putrescens soluta est fortitudo. Miraculum hoc & voce omnium celebratur, & nobis, ad quem custodia pertinebat, cum sacramento testatus est ita fuisse. Ast vbi Vuandalus virtutem neglexit cognoscere diuinam, cœpit in domo eius vindicatrix ira grassari. Moritur ipse simul & filij, familiæ, atque animalium quæcumque optima erant, pariter intereunt. Remansitque domina vidua marito & filiis & substantia destituta. Seruos Christi cognato Regis Sefæoni gratia muneris offert. Qui cum eos vt pote oblatos cum gratulatione nimia suscepisset: filios & domesticos, sanctorum merito, malè cœpit dæmon variis motibus agitare. Ex ordine illè cognatus, vt gestum erat, suggerit Regi. Decernit statim Rex cuidam Gentili Regi Maurorum, cui nomen erat Capfur, relegandos debere transmitti. Maximam verò Christi famulam, confusus & victus, propriæ voluntati dimisit: quæ nunc superest virgo, mater multarum virginum Dei, nobis etiam nequaquam ignota.

Peruenientes autem tradunt memorato Regi Maurorum commanenti in parte eterni quæ dicitur Caprapicti. Videntes igitur Christi discipuli multa apud Gætiles & illicita sacrificiorum sacrilegia, cœperunt prædicatione & conuersatione sua ad cognitionem Domini Dei nostri barbaros inuitare, vt tali modo ingentem multitudinem Gentilium barbarorum Christo Domino lucrarentur, vbi antea nulla fama Christiani nominis fuerat diuulgata. Tunc deinde cogitatur, quid fieret, vt ager iam cultus & egraminatus vomere prædicationis Euangelicum suscipere semens, & imbre sacri baptismatis rigaretur. Mittunt legatos per itinera distenta deserti: peruenitur tandem in ciuitatem Romanam. Rogatur Episcopus vt presbyterum & ministros credenti populo destinaret. Explet cum gaudio quod petebatur Pontifex: Dei constituitur Ecclesiæ, baptizatur multitudo maxima barbarorum, & de lupis grex fecundus multiplicatur agnorum.

Hoc Genferico relatione sua nunciat Capfur. De qua resurgens inuidia iubet famulos Dei, ligatis pedibus post terga currentium quadrigarum, inter spinosa loca siluarum pariter introire; ducta & reducta dumois lignorum aculeis innocentium corpora carperentur, ita deligans, vt exitum suum inuicem periderent. Qui cum è vicino currentibus Mauris, sese mutuo conspicerent, Vale, sibi in angusto fugæ vnu (quisque ita dicebat: Frater, ora pro me: impleuit Deus desiderium nostrum: taliter peruenitur ad regnum cælorum. Itaque orando atque psallèdo, gaudentibus Angelis, piæ animas emiserunt. Vbi vsque in hodiernum diem non deest ingentia mirabilia Iesus Christus Dominus noster operari: Nam nobis beatus quondam Faustus Biaronitanus Episcopus attestatus est, cæcam quamdam mulierem illuminatam fuisse, vbi ipse aderat præsens.] hæc de martyribus & fide Christi in Mauritania Interiori propagata Victor. Claret adhuc vigetque horum sanctorum martyrum in publicis Ecclesiæ tabulis memoria rediuiua singulis annis decimasexta die mensis Octobris, vnâ cum Maxima horum bonorum omnium conciliatrice.

Quòd autem iidem martyres suaserint pro sacris ministris legationem esse mittendam ad Romanum Pontificem, cū tamen illi prouinciæ proxima esset Mauritania Cæsariensis, quæ nondum erat exhausta sacerdotibus: inde conicimus hos martyres ex Romana vrbe fuisse captiuos, & vnde venerant, petiisse ministros, vel potius voluisse ex ipso limpidiissimo fonte petere Catholicæ fluente doctrinæ. Constat autem Episcopos, qui his temporibus erant in Mauritania, à sancto Leone Romano Pontifice admonitos esse, vt Ecclesiasticam

CONFUGI-
VNT AD
MONASTERIUM.MAXIMA
DIVINITVS
LIBERATA.FIDES PRO-
FAGATUR
IN MAURO.DIRVM SVT
FLICIVM
SANCTO-
RVM FRAT-
TRVM.CVR MIT-
TANT RG-
MAM.

sticam obseruantiam custodirent. Etenim qui totius Ecclesie vniuersalis cura inuigilabat, A Potentium Episcopum delegauerat, qui in ea prouincia de Episcopis inquireret, an iuxta canones ordinati essent. Est de his ipsius sancti Leonis Epistola ad Episcopos per Mauritaniam Casariensem constitutos, quae haec habet sui exordio:

Leo epist. 87. CYRA PRO- PENS A S. LEONIS DE ECCLESIA MAVRITANIAE.

Cum in ordinationibus sacerdotum quaedam apud vos illicitè vsurpata, crebrior ad nos commecantium sermo perferret: ratio pietatis exegit, vt pro sollicitudine, quam vniuersae Ecclesiae ex diuina institutione dependimus, rerum fidem studeremus agnoscere, vicem curae nostrae proficiscenti a nobis fratri & confacerdori nostro Potentio delegantes, qui secundum scripta quae per ipsum ad vos direximus, de Episcopis, quorum culpabilis ferebatur electio, quid veritas haberet, inquireret, nobisque omnia fideliter indicaret. Vnde quia idem plenissime notitiae nostrae cuncta reserauit, & sub quibus qualibetque rectoribus quaedam Christi plebes in partibus prouinciae Casariensis habeantur, sincera nobis relatione patefecit: necessarium fuit, vt dolorem cordis nostri, quo pro Dominicorum gregum periculis aestuamus, datis nunc ad vos litteris promeremus, mirantes tantum apud vos per occasionem temporis impacati, aut ambientium praesumptionem, aut tumultum valuisse popularem, vt indignis quibusque & longè extra sacerdotale meritum constitutus pastoralis fastidium & gubernatio Ecclesiae crederetur, &c.] Porro huiusmodi ordinationes Episcoporum fuisse oportuit secretas, ne scirentur a Gensericō Rege, qui (vt nuper vidimus) edicto vetuit defunctis novos subrogari ab illis Episcopos; nisi fortè quod denegatum vidimus Zeugitanae & Proconfulari Africae prouincis, id permissum fuerit Mauritaniae Casariensi, de qua agitur.

CVM BIGAMIS NEC TEMPORE NECESSITATIS LEO DISPENSAT

Sed illud planè admiratione dignum est, quòd cum occasione perturbati temporis indulgendum videri posset Ecclesiae illi, quae ex conflata persecutione ministris videretur maxime indigere, vt aliqua ex parte rigor canonum relaxari posset: tamen Pontifex Leo nihil voluit praetermitti Ecclesiasticae disciplinae. quamobrem bigamos ordinatos, vel qui antea viduam vxorem accepissent, deponi voluit, nec quidem cum eis dispensandum putauit: cum alioqui incredibilis esset in Africa penuria Dei ministrorum. Si enim (vt suo loco superius dictum est) temporibus sancti Augustini, & Aurelij Episcopi Carthaginensis, licet florentissimus tunc status esset Ecclesiae Africanae, ita tamen ministris indigens erat, vt illos ipsi a Romano Pontifice & ab Episcopo Mediolanensi litteris expetierint: quanto indigentior illis eandem Ecclesiam esse oportuit his temporibus Vuandalicae persecutionis vrgentis? Et tamen cum bigamis idem Leo minimè relaxandam censuram Ecclesiasticam existimauit. Agit insuper in eadem epistola sanctus Leo de Lupicino Episcopo, qui ad eandem Apostolicam appellauerat, ac de aliis, quibus Romani Pontificis supremum in omnes D Ecclesias ius & potestatem vsu frequenti exhibitum manifestat.

DE VICTORE CARTENNAE EPISCOPO.

Illustrabat his temporibus eam prouinciam Mauritaniae Victor Cartennae Episcopus, qui aduersantes & insultantes, exagitantisque fidem Catholicam Arianos scripto libro redarguit, quem quidem neque intra parietes continuit edendum post obitum, sed misit ad Gensericum Regem, paratus oppetere pro fidei confessione martyrium. meminit eius lucubrationis Gennadius, & aliorum ipsius scriptorum, his verbis: Victor Cartennae Mauritaniae ciuitatis Episcopus scripsit aduersus Arianos librum vnum longum, quem Gensericō Regi per suos audiendum obtulit, sicut ex proemio ipsius libri didici. Et de poenitentia publica librum vnum, in quo & regulam viuendi poenitentibus iuxta Scripturarum auctoritatem instituit. Ad Basilium quemdam super mortem filij librum consolatorium spe resurrectionis perfecta instructione munitum. Homilias etiam composuit multas, quas a fratribus salutis propriae sollicitis in libris digestas seruari cognoui.] haec de Victore Gennadius.

DE VOCATIONE SCRIPTORE. Gennadius de Scrip. Eccl. 6. 78.

Sed & exiliuit in proelium pro domo Dei aduersus Arianos Voconius in eadem prouincia Mauritaniae Episcopus, de quo idem auctor haec pauca: Voconius Castellani Mauritaniae oppidi Episcopus scripsit aduersus Ecclesiae inimicos Iudaeos & Arianos & alios haereticos. Composuit etiam Sacramentorum egregium volumen.] Claruit & his ipsis temporibus itidem in Mauritania Pomerius scientia celebris: qui illinc recedens, Romam primum, inde se in Gallias contulit, multaque scripsit, quae Gennadius numerat, laudatque simul eius vitae mores sanctissimos. Tot planè siderum illustrata radiis prouincia illa fuit: quae etsi nihil profuerunt Vuandalis, & ipsi Regi eorum Gensericō, constat tamen horum & aliorum sanctorum Episcoporum labores Catholicis fuisse proficuos, vt pote qui eorum classico ad subeundum pro recta fide martyriū animarentur, quod cum occasio exegit, egregiè praestiterunt. Siqui-

A Siquidem quod pertinet ad Gensericum, tantum absuit vt ex Martiniani ac fratrum martyrio & miraculis vllum poenitentiae signum ostenderit, vt acerbius ferociusque Catholicos exagitare perseuerarit. nam audi Victorē: Accenditur (inquit) propter haec aduersus Dei Ecclesiam Gensericus. Mittit Proculum quemdam in prouinciam Zeugitanam, qui coarctaret ad tradendum ministeria diuina, vel libros cunctos Domini sacerdotes: vt primò armis nudaret, vt ita facilius inermes hostis callidus captiuasset. Quibus se non posse tradere clamantibus, ipse rapaci manu cuncta populabatur: atque de pallis altaris (proh nefas!) camisias sibi & femoralia faciebat. Qui tamen Proculus huius rei executor, frustatim comedens linguam, in breui turpissima consumptus est morte.] ita vitus est pessimus daemon, eum obsidens, Dei omnium creatoris iniuriam. Sed pergit:

Ysa. de per. scut. Vuand. dal. lib. 1.

apallis

B Tunc enim sanctus Valerianus Abensis ciuitatis Episcopus, dum viriliter, sacramenta diuina ne traderet, dimicasset: foras ciuitatem singularis iustus est pelli: & ita praecipuum est, vt nullus eum neque in domo, neque in agro dimitteret habitare. Qui in strata publica multo tempore nudo iacuit sub aere: annorum erat plus octoginta: quem nos tunc indigni in tali exilio meruimus salutare.] Sed Valeriani defuncti senis memoria indita facris chartis die decima quinta Decembris in Ecclesia perseuerat. Subdit autem:

VALERIANVS EPISC. BORGIVS CONFESSOR.

Quo tempore Paschalis solemnitas agebatur, & dum in quodam loco qui Regia vocatur, ob diem Paschalis honoris, nostri sibi met clausam ecclesiam referent, copererunt Ariani: statim quidam presbyter eorum, Andiot nomine, congregata secum armatorum manu, ad expugnandam turbam accenditur innocentium. Introierunt euaginatae spathis, arma corripunt, alij quoque testa confidunt, & per fenestras ecclesiae sagittas spargunt. Et tunc fortè, & canente populo Dei, lector vnus pulpito sistens, Alleluaticum melos canebat: quo tempore sagitta in gutture iaculatus, cadente de manibus codice, mortuus post cecidit ipse. Nam & alij quamplurimi sagittis & iaculis in medio crepidinis altaris probantur occisi: Nam qui gladiis tunc interempti non sunt, postea poenis attriti, regio iussu omnes penè necati sunt, praesertim maturioris aetatis.] quorum omnium natalis dies coronis martyrum laureatus annuatim in Ecclesia exhibetur Nonis Aprilis. Ad haec Victor:

PASCHALI DIE MVLTIFACTI MARTYRES.

Alibi namque, sicut Thunazudae contigit, Galibus, vico Ammoniae, vel aliis in locis, tempore quo sacramenta Dei populo porrigebantur, introeuntes maximo furore, Corpus Christi & sanguinem pauimentis sparserunt, & illud pollutis pedibus calcauerunt.] Vides ad quam execranda & horrenda sacrilegia inducantur infelices haeretici. Quae autem his diebus Carthagine facta sint, eundem Victorem referentem audi, cum subdit:

Ipsē enim Gensericus praeeperat (ita persuadentibus Episcopis suis) vt intra aulam suam, filiorumque suorum, non nisi Ariani per diuersa ministeria ponerentur. Inter alios ventum est tunc ad Armogastem nostrum. Cuius cum diu ac saepius tibias torquendo tumentibus confringerent cordis, & frontem, in qua Christus vexillum suae fixerat Crucis, rugaram, magisque aratam extendentes atque mugientes distenderent nerui, vt fila araneorum, sancto caelum respiciente, crepabant. At vbi tortores neruicas cordas disruptas esse viderunt, allatis crebrius fortioribus cordis atque cannabinis, illo nihil aliud nisi nomen Christi inuocante, illa omnia vanescebant. Sed & capite deorsum, dum ad vnum penderet pedem, dormire quasi super lectum plumis stratis, omnibus videbatur.

ARMOGASTIS NOBILIS CERTAMEN.

Quem cum Theodoricus Regis filius, qui eius dominus erat, poenis non valentibus, capite truncari iussisset: a suo prohibetur Iocundo presbytero, dicente sibi: Poteris cum diuersis afflictionibus interficere. Nam si gladio peremeris, incipient Romani martyrem praedicare.]

ROMANI IDEM QVOD CATHOLICI.

E Vides, lector, vsu loquendi, vt qui dicerentur Catholici, idem Romani nominarentur: quod aliàs superius est demonstratum. Quod enim ad Arianos vel alios haereticos spectat: cum more praedonum vendicarent sibi Catholicum nomen: qui verè essent Catholici (quòd eo potissimum discernere signum, nempe si communicarent cum Romana Ecclesia) eos appellare Romanos consueuerunt, non secus ac hodie recentiores haeretici vsurpantes sibi & ipsi Catholicum titulum, Papistas nominant, quos ex coitione cum Romano Pontifice Ecclesiastica antiquitas semper nouit esse Catholicos, & eo semper nomine nuncupauit: vt planè ipsorum confessione appareat eos verè esse Catholicos Orthodoxos, quos eo nomine celebrant, quo se illos infamare ac reddere viles putant. Sed prosequamur coeptum fortissimi Armogastis certamen.

ARMOGASTIS EXITVS ET SEPVLCHRVM.

Tunc (subdit Victor) Theodoricus in Bizacenam prouinciam ad fodiendas eum condemnat scrobes. Postea quasi ad maius opprobrium, haud procul Carthagine, vbi ab omnibus

CHRISTI
456.

LEONIS PAP.
17.

MARCIANI IMP.
7.

nibus videretur, pastorem eum praecepit esse vaccarum. Inter hæc, Domino reuelante cum dormitionis suæ proximum cerneret diem, aduocat quemdam Felicem venerabilem Christianum, procuratorem domus filij Regis, qui Armogastem vt Apostolũ venerabatur: dixitque illi: Tempus meæ resolutionis aduenit: Obsecro te per fidem quam vtrique tenemus, vt sub hac siliquæ arbore me sepelire digneris, redditurus Domino nostro, nisi feceris, rationem. Non quod ille curaret, vbi, aut qualiter suum sepeliretur corpus; sed vt illud demonstraretur, quod seruo reuelauerat Deus. Respondit Felix, & dixit: Absit à nobis, confessor venerabilis; sed sepeliam te in vna basilicarum cum triumpho & gratia, quam mereris. Cui beatus Armogas: Non; sed quod dixi, facturus es. Ille timens Dei hominem contristare veraciter quod dixerat, promisit se esse facturum. Statim intra paucos dies Comes bonæ confessionis de hac vita migravit. Festinauit Felix sibi delegatum sub arbore fodere sepulchrum. Cui cum intextæ radices & soliditas aridæ telluris moram facerent, & calore angeretur, quod tardiùs sancti membra corporis humarentur: tandem abscissis radicibus, multò altius terram cauans, conspicit sarcophagum splendidissimi marmoris præparatum, qualem fortè nullus omnino habuit Regum.] hucusque de consummato Armogastis agone Victor.

Vides, lector, esse diuinæ curæ & prouidentiae, vt confessores sui, quos in cælo celebrat coram Patre, in terra condantur honesto sepulchro; quod & in aliis factum sæpe legimus: Vt vel ex his intelligas, quam pugnent contra Deum, qui in sepulchra Sanctorum insanunt. Porro vincentis nomén athletæ inferuit triumphantium martyrum choro Catholica Dei Ecclesia his solita nobilitari triumphis, cum persecutione aduersariorum vrgetur; quæ in ipsorum commemoratione victoriæ, certis diebus quibus exultauere victores, eorum coronas annuatim publico præconio exhibet venerandas: & sicut de aliis facere consuevit, ita clarissimo Armogasto, quarto Kalendas Aprilis, annis singulis digna persoluit.

ARCHIMI-
MI FRV-
STRA TEN-
DATA FIDE

Subdit Victor & reliquorum certamina martyrum istis verbis: Sed nec quemdam Archimimum, nomine Masculan, debeo præterire; qui cum multis insidiis præmeretur, vt Catholicam amitteret fidem: ipse eum Rex postea blandiendo astutibus secularibus mutabat, promittens eum multis diuitiis cumulandum, si voluntati eius auditum faciliè commodasset. Qui cum fortis atque inuictus maneret, iubet eum subire sententiam capitalem: ita tamen callidus occultè præcipiens, vt si in illa hora vibrantis gladij pertimesceret idem, magis eum occideret, ne martyrem gloriosum fecisset: si autem fortem in confessione conspiceret, à gladio temperaret. Sed ille, vt columna immobilis, Christo solidante effectus, confessor reuertitur gloriosus. Et si martyrem inuidus hostis noluit facere: confessorem tamen nostrum non potuit violare.] Porro quod & iste perseuerans in Christi semper confessione contumauit agonem; eundem inter Sanctos Deo caros, hominibus colendos, Catholica descripsit Ecclesia quarto item Kalendas Aprilis.

PRAECIA-
RYM CER-
TAMEN SA-
EVRI.

Sed audi vltimo loco positum viri clarissimi Saturi illustre certamen, quod sui splendore coruscum absque eloquentiæ fucò ita Victor enarrat: Nouimus & alium ea tempestate, nomine Saturum: qui cum lucidum esset membrum Ecclesiæ Christi, & prauitatem Arianorum libertate Catholica frequenter argueret (fuit hic procurator domus Hunerici) conuenitur, accusante Mariuado quodam diacono, quem Hunericus infaustus singulariter honorabat: Vt fieret Satorus Arianus, promittuntur honores & diuitiæ multæ si faceret: præparantur supplicia dira, si nollet. Hac optione proposita, vt si regalibus iussis non obedi- ret, primò facta discussione, & antè amissa domo vel substantia, distractus omnibus mancipiis ac filiis, vxor ipsius, ipso præsentè, camelario in coniugium traderetur. Quod ille plenus Deo, magis vt velociter præuenisset, impios prouocabat. Ob quam causam vxor eius inducias visa est ab iis qui exequabantur, nesciente marito, petiisse. Accedit ad maritum alia Eua, consilio magistrata serpentis: Sed ille Adam non fuit, qui illecebrosa vetitæ arboris poma contingeret: quia non indigens, sed Satorus vocabatur, saturatus ab vbertate domus Dei, & torrente deliciarum eius potatus.

Aduenit mulier ad locum, vbi maritus singularis orabat, conscissis vestibus, crineque soluto, secum comitantibus filiis, vnamque infantulam, quæ tunc lactabatur, manibus gestans, quæ nescientis proicitur ad pedes mariti: etiam ipsa suis genua complectitur vlnis, sibilans vociferatione draconis: Miserere mei, dulcissime, simul & tui: miserere communibus liberis, quos conspicias ipse: Non subiaceant conditioni seruili, quos clara profapia edidit generis nostri: Non subiiciar ego indigno & turpi coniugio, viuente marito, quæ mihi semper

CHRISTI
456.

LEONIS PAP.
17.

MARCIANI IMP.
7.

A semper inter coeuias plaudebam de Saturo meo: Cognoscit Deus, quia inuitus facturus es hoc, quod fortè voluntariè aliquanti fecerunt. Cui ille, Iob^a sancti voçe respondit. Tamquam vna ex insipientibus mulieribus loqueris. Formidarem, mulier, si sola esset huius vitæ amabilis dulcedo: artificio, coniunx, diaboli ministraris: si diligeres maritum, numquam ad secundam mortem attraheres proprium virum. Distrahant filios, separent vxorem, auferant substantiam: mei Domini ego securus de promissis verba tenebo^b: Si quis non dimiserit vxorem, filios, agros, aut domum, meus non poterit esse discipulus. Quid vltra? Discedente muliere cum filiis refutata, confortatur Satorus ad coronam, discuitur, expoliatur, pœnis conteritur, mendicus dimittitur: interdicitur ei prodeundi accessus: totum ei tulerunt, stolam tamen baptismatis auferre non potuerunt.] ita Satorus longo iugique martyrio auctiorem nobilioremque de aduersariorum perfidia reuexit triumphum, B qui & suæ victoriæ insignibus velut trophæis erectis, in Ecclesiasticis monumentis perpetuè permanens, viuens semper anniuersaria memoria perseuerat, quarto Kalendas Aprilis iugiter rediuita.

Post hæc (addit Victor) Gensericus ecclesiam Carthaginis claudi præcepit, dissipatis atque dispersis per diuersa exiliorum loca (quia Episcopus non fuerat) presbyteris & ministris. Quæ vix referata est, Zenone Principe supplicante per Patricium Seuerum, & sic vniuersi de exilio redierunt.] sed de his suo loco. Porro hæc quidem hoc anno (vt vidimus) cœpta, in sequentes sunt propagata. At verò non Africa tantum passa dirum barbarum, acerbum persecutorem ingemuit, sed & aliæ Romani orbis prouinciæ, cum ipse annis fermè singulis valida classe ora maritima infestaret. Hinc idem Victor ad ea quæ sunt dicta adiiciens corollarium, ista subiicit: Quæ autem in Hispania, Italia, Dalmatia, Calabria, Apulia, Sicilia, Sardinia, Brutiis, Lucania, Epiro, vel Hallada gesserit, melius ibi ipsi quæ passi sunt miserabiliter lugenda narrabunt.] hæcenus ipse.

Hoc eodem anno defuncto Maximo Episcopo Antiocheno, in locum ipsius Basilus subrogatus est. At ne hoc de obitu Maximi tempore diuinatio esse credatur: inde certum deducimus argumentum, quod cum cõstet assertione Nicephori, qui vnus catalogum Episcoporum Antiochenorum recensuisse scitur, sedisse Basilium successum Maximo annis duobus, & qui illi substitutus fuit Acacius annum vnum, addatque memorabilem cladem illam terræ motus Antiochiam subruentis sub Acacio contigisse; constat verò eandem factam esse anno secundo Leonis Imperatoris, vt suo loco dicemus: cum idem Leo regnare cœperit anno sequenti, & ab hoc anno vsque ad cladem illam tres intercedant inchoati anni, quibus impletur locus sedis Basilij & Acacij: dicendum vtrique est, anni huius exordio Maximum esse ex hac vita subductum, cum sedisset annos septem, quippe quem creatum vidimus anno Domini quadringentesimo quadragésimo nono, cum Ephesi sub Dioscoro improbatum illud Ephesinum Concilium ageretur. Fuisse verò Basilium Catholica fide præstantem, litteræ Syrorum Episcoporum datæ postea ad Leonem Imperatorem significant.

Hoc item anno, dum Auitus cum Marciano regnaret: Philippus presbyter (inquit Genadius) optimus auditor Hieronymi, commentariorum in Iob edidit sermone simplici librum. legi eius familiares epistolas valde salvas, & maximè ad paupertatis & dolorum tolerantiam exhortatorias. Moritur Marciano & Auito regnantibus.] hæc ipse.

E IESV CHRISTI LEONIS PAP. LEONIS I. IMP.
ANNVS ANNVS MAIORIANI I.
457. 18.

Sequitur Christi annus quadringentesimus quinquagesimus septimus, Constantino & Ruffo inscriptus Consulibus, quo Marcianus Imper. ex hac vita migrasse ponitur à Marcellino & Cassiodoro^d & aliis: ex quibus corrigendus est Euagrius^e, qui cum imperasse tradit vsque ad Imperium Seueri in Occidente regnantis: sed & redarguitur ex epistolis S. Leonis Papæ ad Leonem Imperatorem ante Imperium Seueri conscriptis. Numerat verò annos Imperij Marciani sex integros, menses sex, & dies duos. Anni quidem huius exordio, nempe vigesima sexta Ianuarij defunctum esse Marcianum, Theodorus Lector^f cum tradat, de eo ista præmittit: Marcianus ad supplicationes, quæ in Campo fiebant, egressus, Annal. Eccl. Tom. 6. T 2 multa

Job 2.
SYMMASIA-
TVRI CON-
STANTIA.
Matth. 19
Marc. 10.

INSVLAR ET
LOCA MA-
RITIMA
GRAVIA
PASSA A
GENSERICO.

OBITVS MA-
XIMI, ET
CREATIO
BASILII
EPISC. AN-
TIOCH.

Marcellin.
in Chron.
Cassiodor.
in Chron.
Euag. lib. 2.
cap. 8.
MARCIANI
IMP. OBI-
TVS.
Theod. Lect.
Collect. lib. 1.

CHRISTI
457.

LEONIS PAP.
18.


LEONIS I. IMP.
MAIORIANI I.

multa largitus est egenis: Anatolium verò Episcopum hortatus est, vt secundum consuetudinem vrbis illius Episcoporum, à Tauro vsque ad Campum veetus supplicaret: Hic cum Marcianum peditem ingredientem videret, pedes & ipse supplicauit.] ad hæc addit idem auctor: Marcianus cognitis quæ contra Romanam ciuitatem & Imperatrices ab Afris fierent, pro maiestate Imperij commotus, ad bellum se parauit. Contigit autem, vt ad supplicandum in Campum cum egrederetur, vigesima sexta Ianuarij diem obierit.] hæc Theodorus de tempore eius obitus.

MARCIANI
DIGNAE
ZAVDES.

Prædicatur & inter alias eius virtutes digno præconio à Nicephoro effusa in pauperes Marciani largitas, & in primis inculpata religio, propèssimumque erga fidem Catholicam studium, & in Imperij administratione prudentia, cuius tempore omnes barbari conticuerint: legum insuper in eo laudatur inuolata custodia, vt nihil præter fas sibi concessum esse putaret; vnde non curauerit in canonum contumeliam sancitum tueri de primatu sedis Constantinopolitanæ in Concilio Chalcedonensi decretum: celebratur & admiranda eius tum corporis, tum animi castitas; vt non tantum ab alienis abstinens fuerit, sed quam accepit Augustam virginem coniugem, virginem pariter transmisit ad Christum primum eius sponsum in cælis cum eo perpetuo regnaturam. Atque demum (vt vna sententia plura tamquam vno fasce perstringam) vix sit reperiri inter Constantinopolitanos Imperatores aliquis post Constantinum, qui cum Marciano conferendus videatur. Quod igitur robore bellico arque religione polleret, in numismatibus galeatus & dextera iaculum tenens exprimitur, ex parte verò altera insignis Cruce geminata Victoria collocatur, prout ex aureo numismate hic tibi reddendum curauimus.

Exat apud
Lulium Pas-
qualin. Roma



Sed & ipsius pariter cedit laudi, quòd ad eò modestum & bene obsequentem (quod raro contigit) reliquit in omnibus Senatui exercitum, ipsumque Senatui ad eò summa pace coniunctum animis, vt ipso defuncto, quamuis legitimus deesset heres, & plures essent tum in militia, tum in Senatu qui sibi Imperij iura prætextu aliquo vendicare, vel tyrannicè arripere potuissent: summa tamen pace atque concordia, tamquam si in illa florentissima olim Romana antiqua Republica tractaretur, qui optimus videbatur, ipse à Catonibus eligeretur Augustus: Sic igitur (inquit Nicephorus^b) communi Senatui calculo Leo Tribunitius, Thrax ipse quoque genere, Imperator Romanorum salutatus est, & à Patriarcha Anatolio diademate coronatus.] hæc ipse. Verum Ardaburius & Aspar filius militiae Magistri videri voluerunt ipsius Leonis in Imperium promotores; quorum officium Leo non recusauit, & ipsorum petitionibus annuit, ea arte è manibus Arianorum hominum exercitus robur eliciens, quòd timebatur à Catholicis omnibus. At non prætereunda putamus, quæ de rebus ante Imperium gestis tradita posteris de Leone sunt. Nicephorus enim de eius rebus ante Imperium præclare tractatis eiusmodi narrationem instituit:

LEONIS
IMP. ELE-
CTIO.
^aNiceph. lib.
15. cap. 15.

^aNiceph. lib.
15. c. 25.
LEONIS
ERGA CAE-
CUM OFFI-
CIUM.

Leo iste cum nondum diuino nutu Imperiali dignitate exornatus, priuatus degeret, & circa eum locum (vbi scilicet postea factus Imperator construxit ecclesiam) in hominem cæcum tota via errantem incidit; & vicem eius miseratus (erat enim vir bonus & misericors & in rebus omnibus consideratus & prouidus) manu eum duxit, oculi ei vicem præstans; gressumque eius per loca plana dirigens, si quid in itinere spinarum aut duri esset, quod incedentem offendere posset, remouit: atque ille quidem hunc ducebat, ille autem sequebatur. Et iam itinere aliquanto confecto, prope cœnosum hunc locum venerant. Cæcusque ille siti plurimum conficiebatur, & quin concideret, parum aberat: ita humor omnis in eo æstu

vehe-

CHRISTI
457.

LEONIS PAP.
18.

LEONIS I. IMP.
MAIORIANI I.

A vehementissimo exaruerat. Itaque Leoni valde inquit, ab eoque crebrius contendit, vt siti eius mederetur, & via laborem in vmbra quapiam aliquantulum recrearet. Erat hoc inenarrabilis cognitionis & sapientiae Dei, quæ mirificè omnia instituit.

Ille igitur misericordia erga pauperem motus, densam siluam omnè perlustrauit, & si quis aquæ humor ibi scaceret, scrutatus est. Vt verò post fatigationem multam, infecta re ad illum rediit, & anxie admodum queritur, quòd misero illi in tali casu nihil solatij cõferre posset: Vocem incredibilem præter opinionem omnem ex alto ad se delatam audiit, quæ diceret: Non ita anxietate te macerari oportet, Leo: ecce aqua prope est. Proinde noua hac voce consternatus, denudò vndam inquirere instituit. sed & ipse cæcus prorsus fuit: circum enim eam versabatur, minimè tamen eam videbat; quòd & siluæ densæ opacitas ei obstaret, & cœnum profundius illum inde remoueret. Quapropter partim indignans, quòd quem manum duxerat, cæcus ærumnam eam pateretur; partim vocem eam in animo fixam considerans, & equam rursus inuestigans; denudò eam ipsam exaudiit suaue quiddam & incundum cælitus sonantem vocem. Nam & de nomine eum compellauit, & Imperialem dignitatem primo quoque ei tempore aduenturam certò denunciauit, ita inquit: Leo Imperator, densam hunc & vmbrosam lucum ingressus, turbidam aquam hauri, eaque sicuti hominis ægri refice, & limum cœnosum manibus cape, quo cæci oculos inungas. Quæ verò sum, dudum hunc obtinens locum, eoque me oblectans; mox scies. Tu fac vt ædem hic mihi sacram construas, in qua identidem verfer & suauius deambulem, in qua etiam precantibus omnibus, locumque hunc cum ardore & fide certa aduentibus optata præstem omnia. neque quicquam est prorsus quod mihi aduerfer, & non continuo meæ potestati cessurum sit, etiam si dæmon sit, aut morbus qui omnem superet medicinæ curam, aut aliud quicquam quod factura non sim: dummodo ritè pieque sit peritum.

DE LEONE
ANTE IM-
PERIVM
MIRACV-
LVM.

Verbis eius Leo parens, cœnum & vndam ad cæcum parum id iam curantem, vt in quo spiritus propè extinctus esset, attulit; & oculos eius luto, non secus atque Saluator illius à natiuitate cæci, liniuit. Deinde etiã aquam præbuit. Oculos atrectanti, ecce autem maiestas & magnificentia tua, ò Dei genitrix, se exhibet, & misero illi aqua turbida & lutum Siloe fit. Confestim enim visum recipit, & diurnas abiicit tenebras, oculis præter spem omnem Solem, seu potius cœnum & lutum inspiciens. Sicuti namque Sol primum, qui visui lucem primus dat, ab eo conspicitur; sic tum lutum, quò lumen illi ministrauerat, primum ab eo est conspectum. Quia in re illud etiam admirandum fuit: nam quod oculis valentibus maximè aduerfatur, id tum natura & vi sua deposita, salutare est factum.] hæc Nicephorus de his que ante Imperium adeptum, de Imperio tamen adipiscendo sunt prænunciata Leoni: qui & de templo ibi Dei Genitricis Mariæ, ad fontem nuncupato, ab eodem, postquam factus est Imperator, erecto, historiam narrat. Quòd autem referant plures, necem Asparis & Ardaburij ipsius exordio Leonis Imperij patratam esse; manifestè errare conuincuntur auctoritate Marcellini, qui post annos tredecim id factum ponit: agemus ergo de his suo loco.

DE ECCLE-
SIA S. MA-
RIÆ AD
PONTIEM.

Interea autem cum S. Leo Romanus Pontifex de electione Leonis Imperatoris nuncium accepisset, litteras ad eum, ex more, gratulatorias dedit, vt ipse testatur in litteris ad eum dem secundo datis. hortatus verò est idem S. Leo Leonem nouum Imp. ad custodiam eius quam vnà cum Imperio acceperat à prædecessore Marciano Augusto fidem Catholicam, defensionemque Chalcedonensis Concilij, quod tantopere hæretici cum in Ægypto, tum in Palæstina labefactare conati essent. Leo Augustus igitur tanto excitatus classico, licet sponte curreret, vehementius tamen in opus fertur. Quamobrem nihil antiquius habuit, quam fidei Orthodoxæ consulere, & quibus eam valeret viribus obfirmare, atque solidius stabilire. Ad quod præstandum salubre illud consilium inuit, vt sanctionem amplissimam ederet, qua significaret se confirmare omnia à prædecessoribus Imperatoribus aduerfus hæreticos promulgata decreta, atque in primis quæ pro firmitate Chalcedonensis Concilij haud pridem à Marciano Augusto sancita fuissent edicta.

^aLeo epist. 73.

LEO IMP.
CATHOLI-
CAM FIDEM
TERTVR.

Adiecit postea, vt ad Metropolitanos omnes Orientales litteras daret, quibus reliqui pariter admonerentur Ecclesiarum minores Episcopi, vt cuius essent fidei, redditis litteris facerent manifestum: ex quo alterum de duobus efficeretur, vt vel in hunc modum calculo omnium Orthodoxorum iterum ipsorum confessione Chalcedonense Concilium firmaretur, & perinde ac præsentem essent in Synodo, sua scriptione fidem Catholicam communiarent, vel ex hoc qui essent hæretici, palam fierent, detectique tum sententia Episcoporum, tum etiam legibus Imperatorum è gradu sedeque protinus pellerentur. Horum omnium

LEO IMP.
QVOD EXI-
GATA ME-
TROPOLIT.

fidem faciunt litteræ Alexandrinorum & Ægyptiorum Orthodoxorum ad ipsum Leonem A

**Exstat inter
epist. ill. per
sonar. in Conc.
civ. Chalced.
to. 1. Concil.*

DE SAN-
CTIONE
LEONIS IM-
PER. PRO
FIDE CA-
THOLICA.

Imperatorem postea reddita, in quarum exordio isto narratur:
A superna gratia modò diuinitus confortatus, iuste non cessas pro communi vtilitate cogitare, post Deum, cunctorum venerabilis Imperator. Quapropter etiam omnis fortitudo verborum tuis vincitur actibus, quibus Diuinitas exornatur, & verba ad hoc eis necessaria non sunt, quibus opera facere noscuntur indicium. Nuper enim electus à Deo & purpura exornatus, optimam iudicasti propositum tuum magnum ostendere, quem ipse omnium creator elegit, benignis initiis largitore remunerando bonorum: quando repente in ipso principio, voce vestra ex scripto procedente piissima; ad sanctissimos Metropolitanos Episcopos, infrangibilem Ecclesiæ Catholicæ crepidinè roborastis, & priorum omnium piissimorumque Principum constituta pro Orthodoxa religione firmastis.

licentia

Insuper & iis quæ nuper à sanctæ memoriæ Marciano Principe nostro sancita sunt, con- B
sona decernentes, nihil aliud estis mercari, quàm pacem omnium & stabilitatem Reipublicæ, frenantes linguas eorum, qui aduersus Ecclesiæ Christianas confurgunt, & blasphemant Deum, aut in eum quocumque modo delinquant. Iniuria namque Dei manifesta est hæreticorum abscondentium semetipsos à rectæ fidei sententiâ. Quapropter hanc optimè sciens, venerabilis Imperator, maligni prolem existere insidiantis quieti sanctarum Christi semper Ecclesiarum, eamque immutatam pacem consistere non sinentis: rectè providentiam tuam studuisti mox adhibere, ei per omnia resistentem: quod est opus piissimum Principum pro Orthodoxa fide pugnantium & resistentium primitus malis extrinsecus venientibus, & animabus Fidelium aduersantibus.] hæc de institutione Leonis Imperatoris ipso regni sui exordio fidem Catholicam confirmantis, optimique Principis specimè edentis, sic posteris relinquentis exemplam Imperatoribus, quòdnam tantæ moli regiminis debeant subicere fundamentum, vt sit ab omni hostium turbine inconcussa atque stabilis permanens. Sicut enim Catholicæ fidei confessioni neque ipsæ portæ inferi, Domini promissione, valent obistere: ita pariter super eadem Imperium stabilitum, perseverant aduersus ingruentes aduersarios omnes semper illæsum.

TURBATVR
ECCLESIA
ALEXAN-
DRINA.

Excidit autem eiusmodi Leonis Imp. sanctio, qua Deo sui Imperij primordia consecra-
uit: sed satis ad rei gestæ historiæ veritatem consequendam, hæc modò ex litteris Alexan-
drinorum & totius Ægypti Orthodoxorum in medium adduxisse. At vnde earum scriben-
darum litterarum occasio eisdem Orthodoxis Ægyptiis data fuerit, ex ipsis itidem petenda
est. Dum enim hæc pro firmitate Catholicæ fidei Constantinopoli à Leone Imperatore
omni studio agerentur, contigit Alexandrinam ciuitatem vnà cum omnibus Ægypti pro-
uinciis turbis vehementioribus agitari, vexarique mirum in modum à factione Dioscori, D
ex improviso omnem quam per septem ferme annorum spatium in stomacho continuerat,
auxeratque in dies bilem, in ipsum sanctissimum Alexandrinum Proterium euomente.
Hæc autem quomodo se habuerint, iam narrare aggrediamur.

QUÆ NE-
FARIA PA-
TRATA AB
HÆRETI-
CIS ALE-
XANDR.

*^bTheod. Lect.
in Coll. lib. 1.*

Cum Ægyptij illi hæretici, qui Dioscori studiosissimi erant, licet sæpe moniti, numquam
tamen respicere voluissent, & in exilium eam ob causam exturbati essent, simul ac defun-
cti Marciani nuncium acceperunt, duce Timotheo olim ex monacho creato presbytero
Alexandrino, venientes Alexandriam, ad eò in sanctum Proterium eius sedis Episcopum
confortes hæreseos concitarunt, vt eundem occiderint, & in locum eiusdem ipsum Timo-
theum subrogauerint: de quo quidem Timotheo hæc habet in primis Theodorus Lector
his verbis: Timotheus Ælurus, antequam occideretur Proterius, nigra ves. indutus cellas
monachorum circuibat, & vnumquemque monachum ex nomine vocabat: Cum autem E
illi auscultarent, vnum se ex administratoriis spiritibus esse dicebat, ad hoc missum, vt cun-
ctis ediceret, ne cum Proterio communicarent, sed Timotheum Ælurum Episcopum de-
signarent, hoc pacto cunctis sese insinuans.] hæc Theodorus.

**Exstat inter
epist. datas à
diuersis pro
Conc. Chalced.*

Sed quomodo tantum nefas & inauditum hæcenus in sanctissima illa Ecclesia sacri-
legium sit perpetratum, cum in loco sacro venerabilis baptisterij, tempore sacro, nempe
matonis hebdomadæ prope Pascha, vir sanctissimus atque primus in Ecclesia Dei post
Romanum Episcopus occisus fuerit atque disceptus, enarrare progrediamur. Exstat ea de re
dicta epistola cleri Alexandrini & Ægyptiorum Episcoporum Orthodoxorum ad Leonem
Imperatorem missa, qua cuncta quæ ab impio Timotheo facta sunt exactè describuntur.
Nos igitur ex ea illa tantum quæ ad historiæ spectant hic inferemus. est autem eiusmodi
epistolæ titulus.

Oblatæ

Oblatæ preces ab vniuersis Episcopis nostræ Ægyptiæ diocesis, & clericis sanctissi-
mæ vestræ maximæ ciuitatis Alexandrinæ.] epistola verò sic exorditur: A superna gratia
modò diuinitus confortatus, &c.] recitauimus ex ea superius qui ibi sequuntur de edita ab
Imperatore sanctione aduersus hæreticos: quæ autem ad res Alexandriæ gestas pertinent,
ita se habent, vt primum doceant se Catholicæ fidei cultores esse, his verbis: Hunc igitur
animus te possidentem religiosum & tutorem humani generis, tantumque circa Christum
studium demonstrantem, adimus & nos importabilia mala passi, licet peccatores, Christi
Pontifices, quæ neque sermonibus sufficimus presentare, nec lugere dignè valemus. Quem
admodum autem nostra sit gesta calamitas, enarramus. Catholica siquidem intemerata &
Apostolica fide in Nicæa à sanctis trecentis decem & octo Patribus posita & vbique firma-
ta, & apud omnes verbum veritatis rectè prædicantes habita, quam etiam vnaquæque per
B tempora Orthodoxorum Episcoporum ad peremptionem quidem sapius exortarum con-
tra rectam fidem vanarum quæstionum, custodiam verò rectè consentium Patrum firma-
uit atque roborauit. Simili quoque modo & Chalcedone sanctum & vniuersale Concilium
congregatum dudum sub pio sanctæ memoriæ Principe Marciano hanc inuiolatam incon-
taminateque seruauit, abscondens quidem zizaniam pestem à quibusdam rectis superfemi-
natam dogmatibus, confirmans autem venerabilis Nicæanæ fidei (sicut diximus) Symbolum
salutare, & signis inuertibiles terminos super eum, sicut gratia Spiritus sancti dictabat,
formamque constituit, per quam omnem adiectionem, omnem imminutionem aduersus
confessionem rectam penitus abnegauit.

QUERRELAZ
DE TIMO-
THEO AB-
LVRO.

Quapropter & nostro Ægyptio Concilio necessariè cum Archiepiscopo nostro sanctæ
memoriæ Proterio indubitanter ei consentiente, & ea sapiente & vnanimiter cum vniuersis
totius Orbis Christi sacerdotibus, & præ omnibus cum suis sanctis Episcopis, id est, Romæ
C Leone, regiæ Constantinopolis Anatolio, & Antiocheno Basilio, & Iuuenali Hieroso-
lymorum, & omnibus Orthodoxis Episcopis consentiente: laborantibus nobis secundum
S. Apostolum pro Euangelicæ fidei firmitate, & in Christo sapientibus cum nostris Ecclesiis
& ciuitatibus, & incommutata pace Orthodoxi populi apud nos & apud Alexandriam
consistentis, excepto Timotheo, qui semetipsum ab Ecclesiæ Catholicæ fide dirupit pariter
& abscondit mox post Chalcedonense Concilium; dum tunc dignitate presbyterij fungeretur,
cum quatuor aut quinque solis Episcopis & paucis monachis hæretica Apollinaris & eius
similium secta languentibus: propter quam damnati tunc regulariter à sanctæ memoriæ
Proterio & omni Ægyptiaco Concilio, etiam Imperiali nutu dignè exilium sunt experti.

PROFITE-
TUR SEOR-
THODOXOS

xianomote.

Hunc Timotheum malignus inuenit arma suæ machinationis aptissima: quem nouimus
D quidem boni cuiuslibet extorem, diabolicæ verò mentis solummodò instrumentum op-
portunum existere. Qui dudum inhians in Episcopatum Alexandrinæ maximæ ciuitatis
(sicut rei euentus ostendit) apparens, quòd eum oportebat effugisse, si tamen saperet, bene
proponens schema, quod vitare se primum dolosè fingebar, insidiatusque transitum sanctæ
memoriæ Principis Marciani, quo migravit ad Deum, blasphemis vocibus impudenter ad-
uersus eum insurgens, & sanctum & vniuersale Concilium Chalcedonense anathematizans
inuerecundè, & vulgus populi sediciosorum & vilium congregans, denique contra sanctas
regulas, Ecclesiasticam disciplinam, & communem Reipublicam, legesque coarctans irruit
in Ecclesiam sanctam Dei, habentem pastorem atque doctorem sanctissimum nostrum tunc
fratrem Archiepiscopum Proterium, & collectas solitas celebrantem, & orationes funden-
tem omnium nostrum Saluatori Christo pro vestræ pietatis Imperio & Christianissimo ve-
stro Palatio, congregatis in ipsa ciuitate magnificentissimis Iudicibus & curia & plebe fidei,
E omnibus que simul clero & monachis.

TIMOTHEVS
SCIENTVS
NOVA TEN-
TAT.

Hoc itaque malo procedente, & vix adhuc facta die, dū in Episcopo secundum consue-
tudinem degeret Deo amabilis Proterius: assumens secum Timotheus iuste condemnatos
duos Episcopos & clericos similiter, qui (vt diximus) in exilium fuerant habitare damnati,
tamquam manus impositionem suscepturus à duobus, nullo penitus Orthodoxorum Epi-
scoporum ex diocesi Ægyptiæ presente, vt moris est in Alexandrinorum Episco-
porum ordinationibus interesse (vt credit) adeptus est Pontificatus sedem, adulterium
apertè presumens in Ecclesia proprium sponsum habente & agentem in ea diuina mysteria,
& sedem propriam regulariter exornantem.

TIMOTHEVS
INTRVDIT
TUR IN SE-
DEM ALE-
XANDRINA.

Iste optimus odibilem Deo & vndique periculofam differri non sinens actionem, cum
rabie quadam incomprehensibili repente semetipsum inthronizauit, legem & ordinem
Eccle-

Ecclesiasticum irrationabilem iram populi permixti esse confidēs, & neque regulas Patrum, non legem Imperialem, non iudicialem severitatem mente percipiens, mox ordinationes effecit Episcoporum simul & clericorum, Episcopus sine impositione manus existens. Sed neque priorem habens presbyteratus ordinem baptisma fecit, & omnes operationes quæ ei nullatenus agere competebant, exercuit. His ita audacter & nefariè per eum quotidie procedentibus, post aliquot dies, dum alibi degeret magnificus & gloriosissimus Dionysius civitati adfuit laboranti, & egit quatenus pestifer Ecclesiæ crudelissimus tyrannus etiam ab ipsa civitate recederet: quo facto Ecclesiæ & civitati communem vtilitatem contulit.

Sic ergo decursis paucis diebus, dum commotio & rationabilis ira pro Timotheo concitaretur ab aliquibus contra sanctæ memoriæ Proterij: nihil aliud erat quod faceret ille beatæ memoriæ, quàm vt locum daret iræ (secundùm quod scriptum est) & ad sacrum baptisterium se conferret, inuasionem fugiens contra suam concurrentium necem. In quo scilicet loco à barbaris & cunctis ferocibus hominibus timor fuit, etiam nescientibus loci culturam & exinde gratiam emanantem. Tunc hi verò qui ab initio intentionem Timothei ad effectum perducere festinabant, neque in illis intemeratis locis eum saluari volentes, neque cultum loci meruentes, neque tempus, cum esset salutaris Paschæ festiuitas, nec ipsum sacerdotium pauescentes, quod est mediatio Dei & hominum, hoc quod de Pascha dicitur, de Cœna Domini intelligi debet, in qua id perpetratum fuisse, habet Liberatus^b Diaconus. Sed pergunt:

Percusserunt inculpabilem virum, eumque crudeliter occiderunt etiam cum aliis sex: & circumducentes eum vbiq; cadauer vulneratum, crudeliterque trahentes per omnia penè ciuitatis loca, insensibile corpus plagis sine misericordia verberabant, diuidentes membratim eum, & neque parentes interiora, more canum, gustare illius viri, quem nuper habere se Dei & hominum mediatorem putauerunt: tradentesque reliquum eius corpus igni, etiam dispergebant eius cineres in ventos, ferocitatem bestiarum omnium transcendentis. Horum siquidem omnium auctor fuit & sapiens (si Deo placet) architectus Timotheus, primò siquidem adulter, postea etiam homicida, penè manibus propriis hoc nefas efficiens, & propterea condemnandus: quando agenti, qui iubet malum fieri, in supplicio proximus est.

Adiecit etiam his malis sine timore peiora, dum iniquè contra regulas operatur. Hactenus agit sacra mysteria, qui neque communionem habere laicorum sanctis canonibus potest: & gubernat quidem auctoritate sua sanctam Alexandrinam Ecclesiam; res autem eius, vt ei visum fuerit, malè deuastat; & habentes alimenta pauperes ab Ecclesia, eius solatijs priuat omnimodis, aliis hæc sceleratissimis expendèdo. Et apertè quidem Episcopos condemnatos quatuor vel quinque contrarios Orthodoxæ fidei (sicuti diximus) existentes, alios quidem secum habet, alios verò per ciuitates mittit, vt in eis Episcopos Orthodoxos persequantur: sed & alios ordinare non cessat. Eos autem qui regulariter consistunt, velut communicatores sancti & vniuersalis Concilij & sanctæ memoriæ Proterij, anathematizat: & iam expulit omnem sanctissimum vrbis Alexandrinæ clerum communicantem similiter generali Concilio & sanctæ memoriæ Proterio Archiepiscopo. Sed etiam clericos, qui in nostris Ecclesiis, & à nobis sunt ordinati, omnes velut hæreticos anathematizando verè monstrauit. Orthodoxos verò senes, & sanctæ memoriæ Theophilum Alexandrinorum ciuitatis Episcopum, & sanctæ memoriæ Cyrillum, & beatæ memoriæ Proterium, omnes antiquitus ordinatos, & vt diximus, anathematizauit, & à sacerdotio cuncto prohibuit.

Addit etiam istis malis, quod ex venerabilibus Diptychis abstulit quidem sanctæ memoriæ Proterij vocabulum: posuit verò suum nomen, & Dioscori ab vniuersali Concilio condemnati, cuius nec ordinationes suscepit: sic vndique velut ebrius varia calliditate conuincitur: & per singulas ciuitates & venerabilia monasteria præcipit, vt nullus communionem suscipiat aut ab Episcopis, aut à clericis qui communicatores sunt aut fuerunt sancti & vniuersalis Concilij Chalcedonensis & memoriæ venerandæ Proterij. Nec putat clericos qui à nobis sunt ordinati, sed pro illis alios iubet introduci, tam quos ipse ordinat, quàm quos alios facere iubet. Hinc igitur cunctas Ægyptiacæ dioceseos sanctas Ecclesias obtinente caligine atque mærore, eisq; confusione rerum in eis sic existentium cumulat: coacti sumus, contemnentem salutem propriam, multo itineris labore suscepto, de ciuitatibus nostris exire, & leporibus atque ranis formidolosiore agere vitam propter calumnias à Timotheo & aliis ei concordantibus contra nos singulos meditatas; & tamquam ad serenissimum & imper-

^aRom. 12.
GRASSATIO
HÆRETICORVM.

^bLiberatus.
in Breviar.
cap. 15.
OCCIDITVR
S. PROTERIUS.

TIMOTHEVS
SACRILEGVS
HÆRETICVS
OCCIDITVR
S. PROTERIUS.

NOMEN
PROTERII
ABRASVM
A DIPTYCHIS.

imperturbatum portum, id est, ad vestræ tranquillitatis vestigia conuolare; deferentes confacerdotes nostros in quibusdam latentes locis propter intidias ab iis factas, nec valentes nobiscum longa itinera peragrarè, expectantes per nos vestræ pietatis auxilia, vnam eandemque nobiscum & simul cum Alexandrinis omnibus clericis habentes fidem.

Quia verò sic aperta sunt quæ quotidie à Timotheo præsumuntur, vt neque conuictionibus, neque laboribus egeant ad probandum, quando eius superbia manifesta est, & contra regulas Patrum, & contra sanctiones Ecclesiarum, contraque ipsam Rempublicam, contra omne cingulum & potestatem (præsumimus autem dicere apertè) etiam contra vestræ pietatis Imperium: Supplicamus & deprecamur vestram Christianissimam pietatem, vt Orthodoxam & intemeratam fidem, & integrè vbiq; seruata, & indubitabiliter consistentem, nulloque nostrorum circa eam discrepante, sed (sicut diximus) concordantibus nobis

cum omnibus totius Orbis sacerdotibus, non patiamini tyrannidem rectitudinem fidei sustinere, sed vindicare potius sanctas Patrum regulas in ordinem Ecclesiasticum, ciuilemque disciplinam, & sanctorum magnorumque Conciliorum diuersis temporibus pro Orthodoxæ fidei vigore celebratorum iniuriam. Et scribere dignemini sanctissimo Romanæ ciuitatis Episcopo, quatenus hæc ei à vestra tranquillitate nota fiant; necnon & Antiocheno, & Hierosolymitano, & Thessalonicensium vrbis Episcopo, & Ephesio, aliisque quibus vestre visum fuerit potestati: nam Archiepiscopo huius regiæ ciuitatis Anatolio declarata est nostris libellis huiusmodi causa: vt eorum sanctitas certissime cognoscens mala quæ prouenerunt contra Orthodoxorum Ecclesias & Episcopos per Timotheum, vestræ pietati renunciet quid in tantis malefactis sanctorum Patrum regulis sit decretum. Et nunc sanciat quidem vestra potentia, vt qui ita vastauit Ecclesiasticas sanctiones, ab Alexandrinorum Ecclesia sancta recedat, cui præfederalat tyrannico modo, & non legitima dispositione tentauit atque perfecit, tantarumque præsumptionum pœnæ subiaceat.

Deinde iubeat (sicut sanctæ Patrum regulæ præcipiunt, & antiqua consuetudo tradit Ægyptiacæ diocesis) omnem Synodum Orthodoxam & communicatricem totius Orbis Episcoporum, quempiam sanctæ vitæ eligere dignum sacerdotio virum, & communicatorem venerabilis Concilij & vestræ pariter pietatis, & qui sedi S. Marci irreprehensibilis esse videatur, quiq; possit vita Alexandrinum populum in sanctitate atque iustitia gubernare, nosque valeat veluti propria membra defendere, & sit ad satisfaciendum idoneus verbo simul & doctrina secundum Apostolum^a, vt possit erudire resistentes, & ad veritatem cum satisfactione reducere. Si verò (quod non credimus) postquam secuta fuerint hæc quæ poscimus supplicantes, opus fuerit etiam Synodo, non pro causa fidei, quia (sicut prædiximus) nullo modo dubitamus, sed propter Timothei nouitates & vanitates & nefandos actus: neque hoc euitamus, neque leges ad hoc erimus, sed potius confidentes accedimus: quia ipsa nostra iustitia defensionem nobis apportat, quando nobis nullum sermonem facientibus pro redargutione vel probatione eorum, ipsa quæ ab illis iam contra sanctas regulas prauè commissa sunt & hactenus perpetrantur, penè vocem suam aduersus eos emittunt, nec occultari possunt.

Cumque ipse cum suis instanter vsque ad præsens, impudenterque deroget & anathematizet summos Archiepiscopos, id est, Romanum Leonem, & Constantinopolitanum Anatolium, & Basilium Antiochenum, cunctumque Chalcedonense Concilium, omnesque totius Orbis Episcopos, & vndique Orthodoxos clericos simul & laicos: hinc itaq; vestram tranquillitatem suppliciter exoramus, quatenus dum petitiones nostræ perueniant ad effectum, sancire iubeatis vestræ syllabis pietatis, Timotheum ab appetita vesania prohiberi, vt nec ordinationes aliquas tamquam Episcopus faciat Episcoporum, seu clericorum, aut quorumlibet aliorum, neque collectas debeat celebrare, aut quodlibet aliud Episcopi opus efficere, vel contra nostras ciuitates aut Ecclesias & aduersum eos aliquid tentare vel innouare: quoniam absolute contrarius apparuit & Concilio & Catholicæ simul Ecclesiæ.

Sed vt neque res Alexandrinæ Ecclesiæ, vt visum ei fuerat dispergat; ne (sicut malè putat) per pecunias suæ vtilitati prospiciat, sed vt concilio senioris cleri Alexandrinæ ciuitatis, præter eos scilicet qui ab ipso nunc sine iudicio & contra regulas ordinati sunt, constituat: qui etiam dudum iudicium diligentis & fauoris sanctæ Ecclesiæ temporibus Patrum præcedentium præbuerunt, quatenus & prouidere rebus Ecclesiæ, & custodire eius redditus possit Domino. Hæc forma à vestra pietate proferatur. Clericos verò vniuersos honore dignos & in reuerentia senescentes, qui ab eo sunt (sicuti iam diximus) expulsi, sanciri

PERTVNT
HÆC FIBRI
MANIPES
A ROM.
PONT. ET
ALIIS.

DECREAN-
DO NOVO
EPISC. ALEXANDR.

^aTit. 1.

SACRILEGVS
TIMOTHEVS
MIRA PRO-
CAGIA.

QVID PRO-
BONIS EC-
CLIS. ALEXANDR.
PANTANT.

CHRISTI
457.LEONIS PAP.
18.LEONIS I.
MAIORIANI I. IMPP.

fanciri præcipite, sine calumnia, ad suas ecclesias, in pace celebrantes pro vestra pietate solemnes orationes, cum quiete seruari, urbemque pariter, & in ea sanctas ecclesias constitutas, ad Christi gloriam & salutem & perpetuitatem vestrae Christianissimæ pietatis: litteras dirigentes pro his quæ poscimus ad magnificentissimum Dionysium Ducem, necnon ad singularum prouinciarum Iudices, quatenus ea quæ à vestra mansuetudine sunt sancita, & seruentur, & effectui contradantur.] hæcenus Episcopi Ægyptij & clerici Alexandrini ad Leonem Imperatorem.

Scripterunt iidem tunc etiam (vt dictum est) litteras ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum, quibus eadem quæ sunt in litteris ad Leonem Imperatorem recensent; adduntque de virginum sacrarum & monachorum monasteriis ab eodem Timotheo profanatis, itemque de sede Proterij à Timotheo igne succensa: rogantes eundem, vt ea quæ scripserant, Romano Pontifici significanda curaret: Quod quidem quàm diligentissimè ad hoc præstitit, vt ex litteris ipsius sancti Leonis apparet, de quibus proximè dicturi sumus.

Vidisti, lector, & exhorruisti ferale spectaculum, crudele facinus, immane scelus, horrendum flagitium, & sacrilegium portentosum, siue ad personam, siue ad locum, tempusve respicias in nece Proterij perpetrata: vnde consideres, qualia esse soleant opera à fide Catholica deuiantium impiorum. Sed licet irrumpat audacia, furatque temeritas, atque debacchetur soluta licentia, grassetur insuper infrenis perfrecta fronte procacia, occidat, trahat, discerpat, comburat, & tenues cineres spargat in ventum, atque ne eius nomen memoretur ampliùs, abradat è Diptychis: longè tamen securior quibusuis zreis tabulis Proterij nomen liber vitæ habet descriptum in caelis, & in terris non vna tantum, sed omnes totius Orbis Ecclesiæ indelebilibus notis perpetuæ memoriæ commendatum solemniter acceperunt annis singulis magno præconio repetendum: quem sciunt sacerdotali corona decorum, martyrij splendèntem purpura, partem in caelis cum sanctis Apostolis accepisse.

Intuitus es pariter, nescire in delinquendo terminum semel transgressam vallum fidei Catholicæ hæresim: haud enim cruenta bestia exariari valuit nece Proterij, sed debacchatur in clerum Alexandrinum; sed & peruadit ciuitates omnes Ægyptij, fuit in Orthodoxos Episcopos, omnes explorat vicos, penetralia solitudinis penetrat, irruit in monasteria, exagitat Catholicos omnes: nec his contenta limitibus, longius amés sagittas emittit, intorquet furens anathematis iacula in Romanum Pontificem, quem pertimescit vindicem necis sanctissimi viri, Iudicem læsæ fidei, & vltorem omnium scelerum patratorem: ex quo intelligere valeas, vnde emergat cornuta bestia, quæ cornibus petat supremum Ecclesiæ thronum, nimirum è portis inferi, inferorum satellitio constipata: quibus nostri temporis infelicissimi hæretici satellites accesserunt, contententes totis viribus, ne à suis maioribus crudelitate atque perfidia superentur. Sed stat sui firmitate Christi promissio solidata, atque supra firmam petram erecta, cum Petro dixit: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.] At reliqua prosequamur.

Non desuerunt hæretici partibus suis: miserunt & ipsi ad Leonem Imperatorem legatos, litterasque dedere, in quibus de nece ex vi publica illata sancto Proterio nec verbis quidem, solum in eo insistentes, sedente Timotheo, pacem esse redditam Alexandriæ, omniaque statu tranquillissimo collocata. Sed & quod litteris Imperatoris omnes Metropolitanis (vt diximus) exigerentur professionem fidei, quam profiterentur, scribere; iidem quæ tum ipsi tum Timotheus crederent, magna procacia iisdem litteris adiunxerunt, quæ sic se habent:

Piissimo & Christianissimo Imperatori Orthodoxo Leoni, Victori, Triumphatori, semper Augusto, Episcopi & clerici Ægyptiacæ diocesis ab Episcopo Timotheo Æluro destinati.

Scriptum est: Omni petenti rationem esse reddendam de spe quæ in nobis est: atque multo magis piissimo atque Christianissimo Principi. Nos itaque sanctissimi & Deo amantissimi Patris nostri Timothei litteras tranquillitati vestrae detulimus gratiarum actione plenissimas, & quod Alexandrinorum magna ciuitas, auspice Deo, sub vestra pietatis Imperio pacem habeat, cum quiete multa tam ipsa ciuitas quàm sanctissimæ ecclesiæ & venerabilia monasteria gubernantur. Quia verò necesse visum fuit etiam spem nostram & fidem breuiter vestra mansuetudini declarare: suggerimus, nos trecentorum decem & octo sanctorum Patrum, qui in Nicæa ciuitate collecti sunt, & per sanctum Spiritum sunt locuti, Symbolum atque fidem tenere & custodire, & neque augmentum aliquod, neque imminutionem recipere.] Considera hic, lector, peculiare esse hæreticorum, quo decipiant simplices atque rudes, speciem saltem aliquam induere Catholicæ formæ, atque ipso primo cum

PRÆVA-
LET VERI-
TAS.TIMOTHY
MIRAPRO-
CAGIA.LEGATIO
HÆRETI-
CORVM AD
LEONEM
IMPER.*Inter epist.
Vir. illust. pro
Conc. Chal.
ÆGYPTII
HÆRETICI
AD LEONEM
AVG.
1. Pet. 2.HÆRETI-
CORVM
PRÆTE-
XTVS SO-
LITVS.CHRISTI
457.LEONIS PAP.
18.LEONIS I.
MAIORIANI I. IMPP.

A cum eis congressu, illa prima verba habere in ore, se credere quod crediderunt Apostoli; Symbolumque ipsum Apostolicum reddunt, siue (vt isti) Nicænum, sed planè suo ipsorum illud sensu interpretatum, & diuerso prorsus ab eo quem Ecclesia Catholica ob emergentes hæreses declarans apposuit: sitque vt qui additionem respuunt, ipsi impia addant, & qui interpretationem Ecclesiæ renuunt, ipsi pro animi sententia ad praua sensa illud distorqueant. Sed pergunt illi: Ea namque quæ à sancto Spiritu dicta atque conscripta sunt, fas non est aliquo modo retractari, nec augmentum aliquod nec imminutionem eis inferre, sicut scriptum est: Noli transponere terminos æternos, quos posuerunt patres tui. quando neque interpretatione eget prædictorum sanctorum Patrum fidei Symbolum, cum per se interpretatum sit, & clarè prædicet mysteria pietatis.

Hanc ergo fidem firmè & inconculsè atque immobiliter retinemus: hæc ad satisfactionem perfectam mansuetudini tuæ suggerimus, & ita credimus tam nos, quàm Deo amantissimus Archiepiscopus noster Timotheus. Hoc autem manifestum tuæ facimus pietati de prædicto Archiepiscopo nostro Timotheo, quia confidens de tua pietate, eidem Symbolo trecentorum decem & octo sanctorum Patrum, in quo baptizati estis, bonamque confessionem confessi, credere, & in eo persistere, & spem salutis habere: & communicat tuæ pietati, & confietur Orthodoxum ita sapientem atque credentem, vt etiam collectas & sine sanguine sacrificia celebret pro vestra potentia. Quia verò satisfacimus præcepto vestrae tranquillitatis: suppliciter exoramus, vt annuatis precibus nostris, & Deo amantissimo & sanctissimo Archiepiscopo nostro rescribatis, & nos ad eius sanctitatem protinus dirigatis. Speramus enim, quoniam Deus, qui tuæ serenitati pius hoc donauit Imperium, pacemque in Alexandrina ciuitate dispensare dignatus est, vestrum corroborabit ampliùs Imperium, maioremque pacem donabit cuncto terrarum orbi, & sanctis Ecclesiis.

Quia verò vestra pietas imperauit, vt quemadmodum de Synodo sapiamus, nostram sententiam faciamus manifestam: quoniam communicat Ecclesia Synodis in Epheso celebratis, Synodum verò centum quinquaginta nescimus: nouimus autem quia B. Patres nostri & Archiepiscopi post Concilium & in Constantinopolitana Ecclesia congregati sunt: Synodum autem Chalcedonensem Ecclesia maximæ ciuitatis Alexandriæ non suscipit.] Hæc pro Timotheo ad Imperatorem. Sed dolo hæreticorum factum, vt istiusmodi suis litteris subscriptionem non apposuerint, vt fecerant Orthodoxi: sugillat enim id S. Leo Romanus Pontifex, vt suo loco dicemus. Considerasti ne eorumdem hæreticorum perfidiam, profiteri eos Ephesina Concilia non vnum sub Cyrillo dumtaxat, sed aliud sub Dioscoro nefandissimum, quod vel nominare saltem erubescere debuissent: Missas autem has fuisse litteras postquam de edenda à singulis fidei suæ professione Leo Augustus Sacram dedisset, ipsæ sui narratione demonstrant: quamobrem errare videtur Liberatus Diaconus, dum habet post horum legationem ea de re fuisse ab Imperatore scriptas epistolas:

His omnibus acceptis litteris atque libellis, Leo Imperator Anatolio Episcopo Constantinopolitano legenda ea misit, ad quem & hæc scripsit:

Imperator Cæsar piissimus Victor & Triumphator Maximus semper Augustus Anatolio Regiæ ciuitatis Episcopo. Fuit meæ pietati in optatis, vt tum omnes sanctissimæ Orthodoxæque Ecclesiæ, tum præterea ciuitates Reipublicæ Romanæ subiectæ summa tranquillitate fruerentur, nihilque accideret, quod quietum earum statum perturbaret. Quæ autem turbe nuper Alexandriæ contigerunt; tuæ sanctitati minimè iam obscurum arbitramur. Verum quo accuratius omnia intelligas, & quæ causæ tanti tumultus, tantæque perturbationis exiterint, vera cognoscens: exemplaria supplicum libellorum, quos sanctissimi Episcopi & clerici à prædicta vrbe & diocesi Ægyptiaca Constantinopolim urbem Imperij primariam aduentantes contra Timotheum ad meam pietatem attulerunt, quin etiam exemplaria supplicum libellorum, quos quidam etiam Alexandria à Timotheo ad nostra castra venientes, nostræ clementiæ tradiderunt, ad tuam pietatem misimus; ad eum planè finem, vt quod factum sit à Timotheo, quem & populus Alexandrinus, & curiales viri, ac ciues, & naucleri sibi proposuerunt Episcopum, deque aliis rebus in ipso supplicum libellorum corpore comprehensis, & præterea de Chalcedonensi Concilio, cui minimè assentiuntur, sicut libelli supplices infra positi declarant, tua sanctitas prospicere & intelligere possit.

Proinde tua pietas agat, vt omnes Orthodoxi & sanctissimi Episcopi, qui in hac vrbe primaria in præsentia commorantur, quin etiam omnes sanctissimi clerici cõfestim apud te conueniant: vt omnibus rebus (quippe Alexandria, quæ vti in statu tranquillo & pacato locetur,

Prou. 2. 2.

Leo epist. 78

Liberati.
diac. Brevia.
cap. 15.*Extr. inter
epist. vir. ill.
pro Concil.
Chalc. 10. 2.QUID AD
ANATO-
LIUM IM-
PERATOREM.CONSULY
MANDAT
EPISCOPOS.

maximæ

CHRISTI
457.

LEONIS PAP.
18.

LEONIS I.
MAIORIANI I. IMPP.

maximæ curæ est, iam vehementer turbata est) diligenter tractatis, disquisitisque; quid de eo, de quo supra diximus Timotheo; quid etiam de Concilio Chalcedonensi, omni humano timore, gratia, & odio penitus deposito, soloque Dei omnipotentis timore ante oculos statuto (nostis enim vos de hac re sanctæ eius & sinceræ Diuinitati rationem reddituros) quid, inquam, vobis videatur, planè significetis: quo nos de omnibus per vestras litteras certiores facti, edictum quod appositè illis conueniat, promulgare possimus.] hætenus ad Anatolium Imperator: in quibus diligenter praxim obserua in causis Ecclesiasticis pertractandis, cum etiam si manifesta & nefanda essent crimina, minimè se solerent ingerere Imperatores, nisi consultis prius Episcopis. Quid autem ad ista rescripserit Anatolius, accipe:

Exstat inter
epist. vir.
illust. pro C.
cil. Chal.

Piissimo & Christianissimo Imperatori Augusto Victori: & Triumphatori Leoni Anatolius Constantinopolitanus Episcopus.

QVID AD
LEONEM
AVG. ANA-
TOLIVS.

Orationi siquidem nostræ opus est, Christianissime & fidelissime Imperator, vt non circa meditationem à diabolo prouenientium rerum contra communem Ecclesiarum pacem occupemur. Quia verò (sicut apparet) aduersarius non sinit præsentem sine fluctuatione nauigare nos vitam: necesse est supernæ gratiæ gubernaculo vt oportere nos omnes, qui Deo auctore sumus in sacerdotio constituti, illius certaminibus obuiantes. Vnde etiam nunc in his quæ sunt præsumpta in Alexandrinorum Ecclesia non quieui: sed sequens vestræ tranquillitatis intentionem, volens & sanctorum Patrum regulas non sperni, & ciuilia iura seruari, quod me facere congruebat, scilicet sedem gubernantem huius regiæ ciuitatis, egi: & hæc vestræ pietati manifesta sient, per ea quæ scripsi tam Romano sanctissimo & venerando Leoni Pontifici, quàm omnibus cuiuscumque diocesis Metropolitanis Episcopis: apud quos ingenui petulantiam contra sanctorum Patrum regulas perpetratam, & facta scelesti Timothei, sicut accusationes aduersus eum vestræ pietati & nobis scriptæ testatur: qui conculcauit Ecclesiasticas sanctiones, & leges ciuiles; quique secundum quod scriptum est, malam potius partem libenter elegit, & quæ illis, quæ in rebus decentibus deficiunt, commodatur. Ait enim: Impius dum ceciderit in profundum malorum, spernit.

Proh. 18.

TIMOTHEVS
INDIGNVS
IUDICATVR
SACERDOTIO.

Significauit nihilominus eis & de sancto beatoque nostro Concilio Chalcedonensi quæ digna sunt. Ergo quoniam aliis hæc conuenienter exposui, prolixior non extitit, vt cum fiducia clariùs de rebus præsentibus meam possim publicare sententiam. Notum igitur facio vestræ tranquillitati, quod piissimis vestris syllabis à nobis fieri præcepistis: quia constituo Timotheum quidem (quantum ad integritatem sanctorum canonum, aduersum quos semper ea quæ gessit & gerit, hætenus irritauit) in ordinatione sacerdotij nullatenus esse dignum: Quomodo enim sacerdos erit, qui ita à proprio Pontifice & ab omnibus totius Orbis sacerdotibus sponte semetipsum abrupit, & hæreticum per omnia demonstrauit, dum se à sancto & famosissimo Chalcedonensi Concilio separando, & reuerendissimos Episcopos Ægyptiæ diocesis & clericos, necnon & Orthodoxorum multitudinem & monachorum Catholicæ fidei & ipsi vniuersali Concilio communicantium, veluti hæreticos, ab Ecclesiis propriis expellendo: insuper & aliarum multarum malarumque rerum auctor existens, sicut accusationes aduersus eum oblata proclamant? Sed hic aduerte, lector, hanc non esse Anatolij iudicalem definitiuamque sententiam damnantis Timotheum Alexandrinum intrusum Episcopum (haud enim id partium eius erat, sed maioris sedis Episcopi) verum potius eiusdem fuisse suffragium in Timothei damnationem collatum per litteras, vt quæ de eo inferius dicenda sunt, facile declarabunt. Sed pergit ad petitionem Imperatoris respondere quid de Chalcedonensi Synodo sentiat, atque ait:

DE RATO
HABENDO
CONCIL.
CHALCED.

De Chalcedonensi verò sancto & vniuersali Concilio hoc aperte pronuncio, quia tentate omnino retractare aliquid eorum quæ à Deo definita sunt, hominum est insidiantium solummodo Catholicæ Ecclesiarum Christi concordia, congaudētium turbis ac tumultui: quando Apostolica quidem & paterna dogmata olim nobis tradita, in eo roborata sunt & confirmata: Nullum enim dogma rectitudini Ecclesiasticæ contrarium illic peregrinè aut nouiter est probatum. Illa siquidem Deo amabilis & veneranda Synodus ex Imperiali tunc sanctione celebrata, ad peremptionem scandalorum, quæ tunc contra fidem intemeratam videbantur exorta, non aliam innouauit fidem, non peremit antiquitas existentem, non adiecit aliquid confessioni olim contradita, non imminuit ea quæ semper custoditur & saluat, sed trecentorum decem & octo sanctorum Patrum Symbolum incontaminabile & inuiolabile à domesticis fidei custodiri, & eis qui imbuuntur ab impietate cum errore tradi præcepit: necnon Synodos sanctas & Orthodoxas post illam maximam ei consonas existentes,

CHRISTI
457.

LEONIS PAP.
18.

LEONIS I.
MAIORIANI I. IMPP.

existentes, & pro illius confirmatione diuersis temporibus celebratas rectè probauit; & solummodo (sicut diximus) semen zizaniorum tum exortum exterminauit; ne vlla ex hoc malitiæ radix per eos qui ineruditè contendunt, denuò pullularer, & puram intemeratamque nostram fidem in aliquo noceret, quatenus ab hoc aliqui simplicium fœdarentur.

Nunc igitur, famosissime & fidelissime noster Princeps, insertæ tibi iustitiæ congruit sancire, ne quorumdam mala voluntas, seu hæretica prauitas cuncto orbi terrarum, & omnibus Christi sacerdotibus vnitis secundum Deum & pacem habentibus, vexationis communis & contritionis fiat occasio, & sacris canonibus suum robur contra Timotheum spernentem eos per nos demonstrantibus decernere, vt quæ necessaria sunt, vt per vestræ pietatis Imperium, sicut in illis quoque contra talium rerum præsumpta prouenire sancitum est, hæc secundum legum seueritatem effectui contradantur, ad vindictam contemptarum Ecclesiæ sanctionum, & innoxij sanguinis, hoc est, sanctæ memoriæ Proterij Orthodoxi Alexandrinæ ciuitatis Episcopi, sicut visum fuerit vestræ tranquillitati, Christianissime ac fidelissime Imperator Auguste, immaculata & intemerabili dextera.] hætenus epistola Anatolij ad Leonem Augustum.

Porrò idem Anatolius (vt rogatus fuerat ab Orthodoxis Alexandrinis, velut ipse in nuper recitata epistola ad Imperatorem habet) de his omnibus quæ Alexandria accidissent adeò execranda certiore in primis reddidit sanctum Leonem Romanum Pontificem, ac demum publicis circularibus litteris totius Christiani orbis Ecclesias. Quibuscumque autem scriptum est à Leone piissimo Principe, simul cum eius litteris sunt annexæ duæ petitiones Episcoporum Ægypti, & eorum qui ex persona Timothei Aeluri preces obtulerunt, necnon eiusdem Anatolij dictæ litteræ circulares ad Metropolitanos totius Orientis Episcopos, vt patet ex redditis ab iisdem litteris ad Leonem Imperatorem. Ceterum quod ad Anatolium spectat, constat quidem ad eam functionem ab ipso diaconum Asclepiadem esse missum, vt tradit Liberatus. Porrò ipse Romanus Pontifex, acceptis ab Anatolio litteris, ad Leonem Augustum ista mox scripsit:

Liberat. in
Ercolan. c. 15
Leo epist. 73
LEONIS
PAP. EPI-
STOLA AD
IMPER.

Officijs, quæ ad gratulationem Imperij pertinent, persolutis: etiam hanc paginam necessariæ supplicationis adieci, qua Catholicæ fidei diuinitus præparatum fauoris vestri posco præsidium. Nam talia in Alexandrina Ecclesia perpetrata, fratris & Coepiscopi mei Anatolij relatione cognoui, vt omnis Christiana religio sentiat se impeti atque violari, nisi vniuersali fidei vestra deuotione prospiciatur; & memoratæ Ecclesiæ, quæ antea Catholicis fuit clara doctoribus, reddatur Christiana libertas: vt cessantibus hæreticorum impugnationibus, Euangelica doctrina, quæ illic ante Dioscorum vixit, vnita cum totius Ecclesiæ pace reparetur. Quod opus virtutibus vestris gloriæque conueniens eulorem & Deo placitum habebit effectum, si apud sanctam Chalcedonensem Synodum de Domini nostri incarnatione firmata, nulla permiseritis retractatione pulsari.

Christi

Quia in illo Concilio per Spiritum sanctum congregatò tam plenè ac perfectè definitio- nibus cuncta firmata sunt, vt nihil ei regulæ, quæ ex diuina inspiratione prolata est, aut addi possit, aut minui. Hoc autem etiam apud clementiæ vestræ scientiam non ambigimus esse perspicuum, si quidem (vt multorum ante relatione comperimus) molitiones hereticorum, quæ contra prædictæ Synodi auctoritatem conabantur insurgere, nihil ex hoc permiseritis audere. Vnde quod negandum illis sponte vidistis, gloriosum vobis est vniuersali Ecclesiæ, me supplicante, concedere, & incommutabiliter perpetuèque præstare, vt quæ secundum Euangelium Christi & prædicationis Euangelicæ veritatem ab omnibus retro seculis vna fide, vnaque intelligentia roborata sunt, nulla vltèrius possint actione conuelli. Prout ergo misericordia Dei, consilio Spiritus sui, mentem vestræ pietatis instruxerit: sanctæ primitus Alexandrinæ Ecclesiæ pacis reparationi consulite; & per Catholicos sacerdotes talem prouideri iubete Pontificem, in quo & in Actum probitate & in fidei perfectione nihil possit reprehensibile reperiri: vt omnibus ritè compositis, eadem vbique seruetur prædicatio veritatis. Dara sexto Idus Iunij, Constantino & Rufo viris clarissimis Consulibus.] hætenus Leonis Papæ ad Leonem Imperatorem epistola.

Scripsit etiam ad ipsum à quo ea de re acceperat litteras, Anatolium Constantinopolita- num Episcopum: quibus cum eius laudet studium & Ægyptijs Orthodoxis legatis exhibi- tam charitatem; obiurgat tamen, quod non ageret censura canonum in aliquos ex suæ ip- sius Ecclesiæ clericis, qui cum aduersarijs habere consuetudinem dicerentur. Sed audi ip- sum: Illud (inquit) sanè plurimum mihi displicere significo, quod inter dilectionis tuæ cle- ricos

Annal. Eccl. Tom. 6.

V

Leo epist. 76

FAYTORES
HARETI-
CUM IN
VENT. GAN-
DI ET CO-
ERGENDI.
Matt. 16.
Mat. 19.

ricos quidam esse dicuntur, qui aduersariorum conuincant prauitati, & vasa iræ vasis misceantur. Quibus inuestigandis & seueritate congrua coercendis debet diligentia tua vigilantiter insistere; ita vt hi quibus prodesse non potuerit correctio, non parcat abscessio. Oportet enim nos Euangelici meminiſſe mandati, quod ab ipsa veritate percipitur; vt si nos oculus, aut pes, aut dextera scandalizauerit manus, à compage corporis auferatur: quia melius sit in Ecclesia carere membris, quàm cum ipsis in æterna ire supplicia. Nam superfluo extra Ecclesiam positus resistimus, si ab iis qui intus sunt, in eis quos decipiunt, vulneramur. Abiicienda prorsus pestifera hæc à sacerdotali vigore patientia est, quæ sibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcat, &c.] hæc & alia ad Anatolium S. Leo: planè significans, etsi quibuslibet peccantibus præsto esse debeant sacerdotes, spiritu lenitatis atque clementiæ fracta membra componentes, & patientia solidantes, aduersus tamen hæreticos atque fautores eorum absque mora seueriori debere insurgere disciplina, & quàm celerimè B acriori medicamento, atque etiam sectione, si opus sit, vt, aduersus eos nimirum, quos ignorantia non excusat, sed perfidia obstinata condemnat.

* Leo epist. 71

Sed & de iisdem hæc ad Imperatorem: Sacerdotalem namque & Apostolicum tuæ pietatis animum etiam hoc malum ad iustitiam vltionis debet accendere, quod Constantinopolitanæ Ecclesiæ puritatem pestilentes obſcurent, in qua inueniuntur clerici quidam hæreticorum sensui consonantes, & intra ipsa Catholicorum viscera assertionibus suis hæreticorum partem adiuuantes. In quibus deturbandis si frater meus Anatolius, cum nimis benignè parcat, segnior inuenitur: dignamini pro fide vestra etiam istam Ecclesiæ prestare medicinam, vt tales non solum ab ordine clericatus, sed etiam ab vrbs habitatione pellantur, ne vltius sanctus Dei populus peruersorum hominum contagio polluat.] hæc de his S. Leo, fugillans planè clericos illos, qui licet fidem profiterentur Catholicam, (aliter autem C nec licuisset illis in Ecclesia Catholica ministrare) hæreticorum tamen partibus fauerent, fouerentque ipsorum causam: quos sanè vel ex hoc ipso esse eiiciendos, S. Leo præcepit. Sed ad hæc quid Leo Augustus?

LEO PAPA
PER IMPER-
ATORIBUS
AGI VULT,
CVM EPI-
SCOPI DE-
BENT OF-
FICIO.

* Leo epist. 74

CONCILI-
VM VNI-
VERSALE
FONCVNT
HARETI-
CI.

S. Leonis Papæ litteris admonitus, ardentiori animo hæreticis restitit, publiceque professus est, se Chalcedonensis Synodi esse custodem. restatur id ipse S. Leo se accepisse ex Anatolij litteris. Tamen quod cuperet Imperator omnes simul in vnam concordiam Fideles vniri: missos à Timotheo legatos haud (vt par erat) spreuit atque reiecit, nec in ipsum Timotheum vltus est: sed petentibus illis causam agi debere in vniuersali Concilio, factum perperam, vt moræ importunæ neſterentur, dum de congregando iterum Concilio œcumenico tractaretur. Sic igitur Leo Augustus bono pacis illictus, sed deceptus, de celebrando œcumenico Concilio assensum præbuit, optauitque ad terminandas omnes D quæ vbique essent in Ecclesia lites, præsentiam requiri debere Romani Pontificis, ad quem, vt præsto esset, rogans litteras dedit, misitque pariter vtriusque partis oblatos precum libellos ab Alexandrinis acceptos. His Imperatoris S. Leoni redditis litteris, conatus est Pontifex vehementer huiusmodi conatibus hæreticorum obniti atque penitus refragari: primum verò quod ad suum Constantinopolim aduentum & ad celebrationem Concilij pertinere, hæc ad eum rescripsit:

* Leo epist. 75

QVAD AD
IMP. DE
CONGRE-
GANDO
CONCILIO
S. LEO.

Litteras clementiæ tuæ, plenas virtute fidei & lumine veritatis, veneranter accepi: quibus cuperem, etiam in eo quod præsentiam meam pietas vestra necessariam existimat, obedire, vt maiorem fructum conspectu vestri splendoris assequerem: sed magis id vobis arbitror placiturum, quod eligendum ratio demonstrauit.] nempe non opus esse nouum rursum Concilium œcumenicum cogere, & statuta semel iterum tractanda proponere. hinc E subdit: Nam cum sancto & spiritali studio vniuersam pacem Ecclesiæ muniat, nihilque sit conuenientius fidei defendendæ, quàm his, quæ per omnia, instruente Spiritu sancto, irreprehensibiliter definita sunt, inhærere: ipsi videbimur benè statuta conuellere, & auctoritates, quas Ecclesia vniuersalis amplexa est, ad arbitrium hæreticæ petitionis infringere, atque ita nullum colligendis Ecclesijs modum ponere; sed data licentia rebellandi, dilatare magis quàm soppire certamina.] hæc S. Leo.

Porò quodd eiusmodi Concilium expetiissent ij qui erant ex parte Timothei agentes Constantinopoli, vt hoc prætextu fouere iustitiam viderentur, qui totius Ecclesiæ iudicium implorarent; ista idem S. Leo Pontifex eadem epistola ad Imperatorem addit: Apud Christianissimum igitur Principem, & inter Christi prædicatores digno honore numerandum, vtor Catholice fidei libertate, & ad consortium te Apostolorum ac Prophetarum se-
curus

A curus exhortor, vt constanter despicias ac repellas eos qui se Christiano nomine priuauerit, nec patiaris parricidas sacrilega simulatione de fide agere, quos constat fidem velle euacuare. Cum enim clementiam tuam Dominus tanta sacramenti sui illuminatione ditauerit: debes incunctanter aduertere, regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam, vt ausus nefarios comprimendo, & quæ benè sunt statuta defendas, & veram pacem his quæ sunt turbata restituas, depellendo scilicet peruafores iuris alieni, & antiquæ fidei sedem Alexandrinæ Ecclesiæ reformando: vt correctionibus tuis Dei iracundia mitigata, regie ciuitati non retribuat quæ antea admissa sunt, sed remitrat.

QUANDO
N VELLO MO-
DO AVDIEN-
DI SINT
HARETI-
CI.

Constituere ante oculos cordis tui, venerabilis Imperator, omnes qui per totum Orbem sunt Domini sacerdotes pro ea tibi fide, in qua totius mundi est redemptio, supplicare: B in qua re specialiter ambiunt, qui Apostolicæ fidei sectatores Alexandrinæ Ecclesiæ præsident, agentes apud pietatem vestram, ne hæreticos homines & merito pro sua peruersitate damnatos vti sua persuasione patiamini: cum siue impietatem errorum aspicias, siue opus perpetrati furoris attendas, non solum ad sacerdotij honorem admitti nequeant, sed ab ipso Christiano nomine mereantur abscondi. Nam (quod exorata pietatis vestra venia dixerim) quædam contagio splendorem vestræ serenitatis obſcureat, cum sacrilegi parricidæ id audeant petere, quod nec innocentes liceat obtinere.] hæc de his Leo. Intelligis hinc, lector, non nisi consentiente Romano Pontifice, esse iuris Imperatoris œcumenica congregare Concilia; qui si resistat, nihil penitus posse confici, vt modò vidimus accidisse.

NE QVIC-
QUAM IN-
DVLGEN-
DVM HÆ-
RETICIS
ALEXAND.

Vides & captiosos hæreticos sub pulchræ pacis nomine detinuisse diutius Imperatorem, C ne in seuum parricidam & grassatorem, inuasoremque Ecclesiæ Alexandrinæ Timotheum (vt par erat) lege ageret, deluissetque hætenus eidem sub specie Nicæne fidei confessionis, ostentantes se esse Catholicos. Sed & hanc omnem eadem epistola sanctus Pontifex ipsorum aperuit imposturam; nimirum cum docet, non satis esse ad perfectam confessionem his temporibus Nicænum tantummodò Symbolum profiteri, in quo non de humanitate Christi, sed de diuinitate potissimum actum esset, in Concilio verò Chalcedonensi tractatum sit de vera & perfecta Christi humanitate: atque proinde sicut verum hominem & verum Deum Christum vnum confiteri Fideles debent, ita pariter astringi omnes vtramque Synodum profiteri. Hinc illa accedit iusta contestatio eiusdem Pontificis iisdem in litteris ad Leonem præmissa:

TENDANT
TVR CA-
PTIONES
HARETI-
CORVM.

Cum ergo (inquit) vniuersalis Ecclesia per illius principalis petreæ ædificationem facta sit D petra, & primus Apostolorum beatissimus Petrus voce Domini dicentis audierit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: Quis est nisi Antichristus, aut diabolus, qui pulsare audeat inexpugnabilem veritatem? qui sua in malitia inconuertibilis perseuerans, per vasa iræ & suæ apta fallaciæ, falso diligentia nomine, dum veritatem se mentitur inquirere, mendacia desiderat seminare. Atque contemnenda & euitanda merito, quæ sibi incontinens furor & impietas cæca præscripsit, vt dum diabolico instinctu in sanctam Alexandrinam sauit Ecclesiam, quales essent qui Chalcedonensem Synodum retractari cupiunt, disceretur: in qua nullo modo accidere potuit, vt à nobis contra sanctam Nicænam Synodum sentiretur; quod hæretici mentiuntur, qui se fidem Nicæni Concilij tenere cõsingunt, in quo sancti & venerabiles Patres nostri contra Arium congregati, non carnem Domini, sed diuinitatem Filij hominison Patri esse firmare: In Chalcedonensi autem Concilio aduersus Eurychianam impietatem definitum est, de substantia Virginis matris Dominum Iesum Christum sumpsisse nostri corporis veritatē.] Istis verò reuelatis à sancto Leone reclinis hæreticorum, ac pariter confutatis, idem ipse arbiter sedens, de vtriusque partis libellis oblati iudicans, quid demum Imperator agere debeat, admonet. sed audi ipsum ad eundem Imperatorem ad finem prope epistola ista scribentem.

* Leo epist. 75

QUI PRO-
FRI AN-
TICHRIS-
TVS.

Oblatæ sunt gloriosissimæ pietati vestræ preces, quarum exempla vestris litteris subdidistis. Sed in his quæ Catholicorum subscriptio continetur: & quia causa probabilis est, fiducialiter nomina singulorum, vel dignitas sui honoris aperitur. In illis autem, quas Orthodoxo Principi hæretica porrigere non formidauit obreptio, sub incerto confusæ vniuersitatis vocabulo ideo certum nomen retrahitur, ne non solum paucitas personarum, sed etiam meritum detegatur: latere enim sibi vtile æstimant eorum quantitas, quorum est qualitas iudicata, nec incongruè, cuius loci homines sunt, profiteri me-
curus

DE DVGBVS
OBLATIS
LIBELLIS
LEONIS
SENTEN-
TIA.

CHRISTI
457.

LEONIS PAP.
18.

LEONIS MAIORIANI I. IMPR.

tuunt, qui meruere damnari. In vna ergo Catholicorum supplicatio continetur; in alia hæreticorum commenta panduntur: Hic sacerdotum Domini & totius Christiani populi ac monasteriorum defletur inuersio; ibi immanium scelerum continuatio demonstratur; vt quod non licuit audiri, liceat dilatari. Nõnne perspicuum est, quibus pietas vestra succurrere, & quibus debeat obuiare, ne Alexandrina Ecclesia, quæ semper fuit domus orationis, spelunca nunc sit latronum?

Manifestum quippe est, per crudelissimam immanissimamque sæuitiam, omne illic cælestium sacramentorum lumen extinctum. Intercepta est sacrificij oblatio, defecit christi matris sanctificatio, & parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere mysteria. Nec villo modo ambigi potest, quid de his decernendum sit, qui post nefanda sacrilegia, post sanguinem probatissimi sacerdotis effusum, & concremati corporis cinerem in contumeliam aëris cælique dispersum, audent sibi ius peruasæ dignitatis expetere, & Apostolicæ doctrinæ inuiolabilem fidem ad Concilia prouocare. Magnum ergo vobis est, vt diademati vestro de manu Domini etiam fidei addatur corona, & de hostibus Ecclesiæ triumphetis: Quia si laudabile vobis est, aduersus gentium arma conuertere; quanta erit gloria, ab infamissimo tyranno Alexandrinorum Ecclesiam, in cuius contricione omnium Christianorum est iniuria, liberare? hæc sanctus Leo ad Leonem Augustum prope finem anni huius, nempe Kalendis Decembris. Ad hæc vsque tempora potuerunt fallacis suis impudicam tenere hæretici Imperatorem de indicendo Concilio, qui tandem his sancti Leonis litteris à proposito destitit.

Aderat in Palatio Basiliscus, qui postea inuasit Imperium: Hic licet specie tenus se Catholicum profiteretur, hostis tamen erat Chalcedonensis Concilij, faucebatque hæreticis clanculò: cuius putamus persuasione ita retardatum fuisse Leonem Imperatorem, & persuasum de nouo celebrando Concilio. Sed Leonis Papæ præualuit auctoritas, cuius impulsu tandem anno sequenti (vt suo loco dicemus) Timotheum abijciendum, & alium in eius locum subrogandum præcepit. Addit ad hæc Euagrius: Primum igitur Leo Episcopus antiquæ Romæ pro defensione Concilij Chalcedonensis scripsit; creationemque Timothei, vt prope contra Ecclesiæ leges factam improbauit. Quam Leonis epistolam Imperator per Silentiarium eius mandata exequentem Timotheo Alexandrino Antistiti mitit: cui respondit Timotheus, & cum Concilium Chalcedonense, tum Leonis epistolam coarguit. Istarum epistolarum exemplaria extant in litteris Leonis Imperatoris generatim ad omnes scriptis.] hæc Euagrius.

Reliquum autem est, vt quæ Orientales diuersarum prouinciarum Episcopi ad Leonem Imperatorem rescripserint, cum Metropolitanis singuli, quid de fide Catholica sentirent, & de fidei decreto Concilij Chalcedonensis, litteris ipsius fuissent interrogati. Rem ipsam Liberatus Diaconus his paucis absoluit: Rescribunt (inquit) Chalcedonensem Synodum vsque ad sanguinem vindicandam, eo quod non alteram fidem teneret, quam Synodus Nicæna constituit: Timotheum verò non solum inter Episcopos non haberi, sed etiam Christiana appellatione priuari. Et hæc epistolæ, vel relationes Episcoporum omnium in vno codicis corpore posita, vocantur Encyclicæ.] hæc Liberatus.

Extant triginta septem prouinciarum Metropolitanorum cum subscriptione suorum Episcoporum epistolæ ea de re simul redditæ ad Leonem Imperatorem: quæ omnes eodem sunt argumento scriptæ; in vnam sententiam conspirantes in confirmando fidei decreto edito in Concilio Chalcedonensi, atque damnatione Timothei pseudoepiscopi Alexandrini: de quibus hæc Euagrius: Porro alij itidem Episcopi Chalcedonensis Concilij firmiter adhæserunt decretis, & creationem Timothei consentientibus suffragijs damnauerunt. At solus Amphilo-chius Episcopus Sydæ epistolam scripsit ad Imperatorem, in qua vti contra Timothei creationem grauitè vociferatur, sic Concilium Chalcedonense improbat: quæ res sunt etiam à Zacharia Rhetore litteris mandata, ipsaque epistola Amphilo-chij in eius libro posita.] ista Euagrius. Porro reperitur quoque post hæc scripsisse idem Leo Imperator ad sanctissimos monachos Simeonem Stylitam & alios magni nominis anachoretas, sed anno sequenti potius quam præsentis. agemus de his itaque suo loco.

Hoc item anno Rauennæ creatus est Imperator Occidentalis Imperij Valerius Maiorianus, nepos illius Maioriani, de cuius genere ista Sidonius:

*Fertur Pannonia qua Maria pollet Achintus
Illyricum rexisse solum cum tractibus Istræ*

Huius

DE VLTI-
SCENDO
IN TIMO-
THEVM.

BASILISCVS
FIDEI PRO-
DITOR.

^a Euag. lib. 2.
cap. 10.

PROBANT
METROPO-
LITANI
CONCILI-
VM CHAL-
CEDONEN-
SE.

^b Liber. diacon.
in Diac. c.
23. et 2. C. de.

^c Euag. lib. 2.
cap. 10.

AMPHILO-
CHIVS SY-
DÆ EPISC.
EVTYCHIA-
NVS.

^d Sidon. in
Panegy. Ma-
iorian.

CHRISTI
457.

LEONIS PAP.
18.

LEONIS MAIORIANI I. IMPR.

A Huius annus. Nam Theodosius quo tempore Syrmij Augustum sumpsit nomen, per vtramque Magistrum Militiam, ad partes regni venturus Eoas, Maiorianum habuit.] & paulo post: Hunc socerum pater huius habet vir clarus, & vno Culmine militia semper contentus, vt vnum Casibus in dubijs inuictus sequeretur amicum, &c.] Fuerat enim ob victos Franchos & superatos Alemannos iam Magister militiae creatus: quæ omnia pluribus Sidonius cecinit: additque summa concordia creatum fuisse Imperatorem, annuentibus simul Senatu atque militibus & Leone Imperatore, dum ait:

simul ordine vobis

B Ordo omnis regnum dederat, plebs, curia, miles, Et collega simul.] subdit de victoria, simulac creatus est Imperator, obrenta de Vuandalis, quos ad Campanum littus classis Genserici Regis inuexerat. tu ipsum consule: hæc nobis satis ad noui Imperatoris exordium consignandum.

Hoc etiam anno defunctum esse Iuuenalem Hierosolymorum Episcopum, cum sedisset annos viginti octo, Cyrillus monachus in Vita sancti Sabæ Abbatis, res sui temporis posteris tradens, narrat his verbis: Cum Saba in hoc quidem monasterio annos decem transegisset, ætatis verò ageret annum decimum octauum, quo Marcianus & Iuuenalis, ambo pij & religiosi, ille ab Imperio, hic autem à Pontificatu morte desistunt, &c.] Fertur idem Iuuenalis ex maiorum traditione de Transitu Virginis libellum scripsisse, tradit hoc Nicephorus. (sed quod addit sepulchrum Dei Genitricis ab eodem translatum fuisse Constantinopolim, de inhaerentibus ipsi lapidibus intelligendum puro; siquidem (vt suo loco dictum est) non in mobili lapide, sed in montis rupe illud more Iudæorum fuerat excauatum. Vacasse autem successore Episcopo Hierosolymitanam sedem vsque in annum sequentem, Acta Quiriaci anachoretæ nos admonent, in quibus qui nonus numeratur annus Leonis Imperatoris, idem Anastasij sedis recensetur octauus; adeò vt qui primus Anastasij, idem Leonis fuerit annus secundus: agemus ergo de eius creatione anno sequenti.

Quo item anno Saba ille sanctorum monachorum vertex, vbique egregia sanctitate conspicuus, in Palæstinam perrexit adolescentulus ad magnum Euthymium, cum ageret annum ætatis suæ decimum octauum, natus nimirum (vt idem Cyrillus tradit) sub Theodosij Minoris Consulatu decimo septimo: Iste quidem hoc anno ad nobilem structuram iecit egregia fundamenta. dicturi sumus de eo sæpe inferius pro temporis ratione, & rerum ab eo gestarum occasione. Cum enim plurima turba monachorum, Eutychetis atque Dioscori veneno semel hausto, non à Catholica tantum fide, sed & ab omni monastico instituto penitus deuiasset: summa Dei misericordia factum est, vt eiusdem monasticæ professionis homines sublime perfectionis culmen attigerint, iidemque in Palæstina claruerint, nimirum Euthymius, Saba, Ioannes cognomento Silentarius, Cyriacus, Gerasimus, Theodosius, & alij plures; quorum res gestas, qui eodem vixit tempore Cyrillus, posteris (vt diximus) commendauit.

IESV CHRISTI LEONIS PAP. LEONIS MAIORIANI I. IMPR.
ANNVS ANNVS ANNVS
458. 19.

E Nouus annus nouis Consulibus, ambobusque nouis Augustis, Leone & Maioriano, vtriusque Imperij summa lætitia aperitur, qui Christi Redemptoris numeratur quadringentesimus quinquagesimus octauus. Porro Consulatum Maioriani Panegyrico celebravit Sidonius Apollinaris; qui clarissimus genere, litteris probè excultus, eodem tempore publicis meruit monumentis honestari, gemina nempe corona, donarique statua in Foro Traiano: nam ipse ad Firminum suum post alia hæc habet:

*Sistimus portu, gemine potius
Fronde corona:
Quam mihi indulsit populus Quirini
Blattifer, vel quam tribuit Senatus:*

Annal. Eccl. Tom. 6.

V 3

Quam

MAIORIA-
NVS IMP.

IVVENALIS
EPI SC.
OBIVS.
^a Apud Sur.
to. 6 die 5.
Decemb.

^b Niceph. lib. 2.
c. 3. Et lib.
15 cap. 14.

^c Apud Sur.
die 29. Se-
ptemb. tom. 5.

^d Sidon. lib. 9.
epist. 16.
SIDONIVS
DONATVS
STATVA ET
CORONIS.

CHRISTI
458.

LEONIS PAP.
19.

LEONIS
MAIORIANI 2. IMPER.
2.

Quam peritorum dedit ordo consors
Iudiciorum:

Cum meis poni statuum perennem
Nerva Traianus titulus videret
Inter auctores utriusque fixam
Bibliotheca.]

alludit Sidonius ad Forum Traiani, vbi huiusmo-
di statuae collocari solitae erant.

Maorianus autem, postquam adiit Consulatam, haec ad Senatum, cum esset Rauennae,
conscriptit:

Maorian.
Novel. tit. 3.
MAIORIA-
NVS AD SE
NATVM.

Imperatorem me factum, Patres Conscripti, vestrae electionis arbitrio, & fortissimi exer-
citus ordinatione, agnoscite. Adit ordinationi omnium propria Diuinitas, quae regni nostri
augeat pro vestra utilitate & publica successus, qui ad sustinendi Principatus apicem non
voluntate mea, sed obsequio publicae deuotionis accessi, ne aut mihi soli viuerem, aut in-
gratus Reipublicae, cui natus sum, sub hac recusatatione iudicarer. Dicatis quoque Iano Ka-
lendis suscepti feliciter Consulatus exercimus fasces, vt praesens annus nascentis Imperij no-
stri incrementa suscipiens, nostro etiam nomine signaretur. Fauete nunc Principi, quem fe-
cistis, & tractandarum rerum curam participare nobiscum: vt Imperium, quod mihi, vobis
adnitis, datum est, studijs communibus augeatur. Praesumite iustitiam nostris vigere
temporibus, & sub innocentiae merito proficere posse virtutes.

Ricimero

Nemo delationes metuat, quas & priuati in aliorum moribus condemnauius, & nunc
specialiter persequimur. Nullus calumnias reformidet, nisi quas ipse commouerit. Apud
nos cum Patre Patricioq; nostro Richemere rei militaris perugili cura Romani Orbis sta-
tum, quem communibus excubijs & ab externo hoste & domestica clade liberauimus, pro-
pita Diuinitate seruemus. Peto institutionis nostrae vobis inesse notitiam, quam mihi amo-
re vestrum vitae & periculorum quondam socios indubitanter expondeo. Enitar tamen re-
bus communibus (si superna concesserint) auctoritate Principis & obsequio collegae, vt ve-
strum in me vobis non possit displicere iudicium. Et manu diuina. Optamus vos felicissimos
& florentissimos per multos annos bene valere, sanctissimi ordinis Patres Conscripti. Data
Idibus Ianuarij, Rauennae, Maioriano Augusto primū Consule. Idemque septimo Idus
Martij publicae indugentiae edidit sanctionem, qua tributa omnia in praesentem vsque
annum non soluta, quae multiplicia erant, penitus relaxauit.

Maorian.
Novel. tit. 4.

Sed & hoc eodem anno promulgauit edictum aduersus eos qui filias virgines inuitas
cogebant sacrum velum accipere, Deoque in perpetuo virginitatis cultu dicari: prohi-
bens, ne aliqua huiusmodi a parentibus oblata virgo, ante quadragesimum aetatis annum
sacrum velamen acciperet, vt vsque ad illud tempus libera esset, possetque nubere, si vel-
let. Eadem quoque lege pariter exagitauit viduas illas, quae non amore continentiae, sed
vt liberius viuerent, refugerent nuptias iterare. Haec quidem suadente S. Leone Romano
Pontifice, qui Ecclesiastico decreto eadem prohibuerat, fuisse a Maioriano constituta, ad
coercendam nobilium Romanorum potentiam vim inferentium filiabus, quae de eodem
sancto Leone habentur scripta in libro de Romanis Pontificibus, satis ostendunt, dum
haec ab ipso instituta esse, traditur his verbis: Hic quoque constituit, vt monacha non ac-
ciperet velaminis capitis benedictionem, nisi probata fuerit in virginitate annis quadragin-
ta. Porro idem sanctus Leo de virginibus, quae sponte habitum virginitatis susceperant,
ad Rusticum Narbonensem ita rescripsit: Puellae, quae non coactae parentum imperio,
sed spontaneo iudicio virginitatis propositum atque habitum susceperunt, si postea nuptias
eligunt, praeruaricantur, etiam si consecratio non accessit, cuius utique non fraudarentur
munere, si in proposito permanerent. Ex his intelligis, lector, cum de rebus sacris Impe-
ratores leges sancire, id ipsum admonitione sanctorum Praesulum requirementium eorum
officium ex scriptis legibus statuisse, nimirum vt Imperatoria coercerentur auctoritate, qui
sanctiones Ecclesiasticas paruipenderent.

Leo epist. 92
cap. 14.

DE PETRO
PORTA ET
MAGISTRO
SCRINII.
Sidon lib. 9.
epist. 17.

His igitur optimis legibus Maiorianus primordia stabiluit Imperij, quod & muniuit
ministris insignibus: contulit enim Ricimero exercitum gubernandum, Magistrum consti-
tuens militum, quem Sidonius pluribus laudat. Magistrum verò Scrinij creauit Petrum,
quem idem auctor in eodem de Maioriani Consulatu Panegyrico valde commendat, eum-
demque poeticis facultatibus apprime imbutum tradit, dum editi ab eo libri, scribens ad
Tonantium, meminit.

Sed

CHRISTI
458.

LEONIS PAP.
19.

LEONIS
MAIORIANI 2. IMPER.
2.

A Sed ad res Orientales haereticorum turbibus agitatae transeamus. Cum Leo Impera-
tor datas a sancto Leone Romano Pontifice Kalendis Decembris anni superioris litteras
accepisset, & quae esset de indictione noui Concilij eius sententia, percepisset: a ceptis pe-
nitus destitit, ad ipsumque rescribens, se ei in omnibus assensurum fore pollicitus, ad com-
ponendas tamen res Orientalis Ecclesiae petijt ab eo legatos mitti Constantinopolim. An-
nuit his libenter sanctus Leo, & absque mora ad eundem reddidit litteras hoc ipso anno, vigesima-
secunda die Martij: contestatus tamen est illis, non se missurum legatos ad dispu-
tandum cum haereticis, quod non esset Ecclesiasticae dignitatis ac maiestatis, in dubita-
tionem reuocare, ac rursus disceptationi subijcere, quae oecumenicis iam fuissent definita
Concilij. Exigunt autem a nobis dignitas argumenti, personarum sublimitas, atque vti-
litas rerum, hanc Leonis ad Leonem (cum dies diei eructat verbum) epistolam recitare, &
tamquam Ecclesiasticam regulam exhibere, qua omnes erudiantur, post sacrosanctas
Patrum in Spiritu sancto legitime simul congregatorum definitiones, non esse haereticorum
perulantiae atque garrulitati vllatenus assentiendum, vt rursus de iisdem agatur, atque
Catholicae veritatis amplitudo iterum subijciatur arbitrio iudicantium. Sed ipsam redda-
mus epistolam:

PETIT LE-
GATUS MIT-
TI ROMA
LEO AVG.

Leo epist. 78

Psal. 118.

Leo epist. 78

LEONIS
EPIST. DE
LEGATIO-
NE MIT-
TENDA.

Multo gaudio mens mea exultat in Domino, & magna mihi est ratio gloriandi, cum
clementiae vestrae excellentissimam fidem augeri per omnia donis gratiae caelestis agnosco,
& per incrementa diligentiae deuotionem in vobis animi sacerdotalis experior. Nam in ve-
stra pietatis alloquijs non dubie patet, quid per vos in totius Ecclesiae salutem Spiritus san-
ctus operetur, & quantum vniuersorum Fidelium precibus sit optandum, vt in omnem
gloriam vestrum extendatur Imperium, qui supra curam rerum temporalium religiosae pro-
uidentiae famularum diuinis & aeternis dispositionibus perseueranter impenditis: vt scilicet
Catholica fides, quae humanum genus sola viuificat, sola sanctificat, in vna confessione per-
maneat, & dissensiones, quae de terrenarum opinionum varietate nascuntur, a soliditate il-
lius petrae, supra quam ciuitas Dei aedificatur, abigantur. Haec autem Dei munera ita diui-
nitas demum nobis conferentur, si de his quae praestita sunt, non inueniamur ingrati, & tam-
quam nulla sint quae adepti sumus, contraria potius expetamus. Nam quae patefacta sunt
querere, quae perfecta sunt retractare, & quae sunt definita conuellere, quid aliud est, quam
de adeptis gratiam non referre, & ad interdictae arboris cibum mortiferos appetitus morti-
ferae cupiditatis extendere?

Vnde quia ad pacem vniuersalis Ecclesiae, & ad custodiam Catholicae fidei cura digna-
mini sollicitiore respicere: euidenter agnoscitis, quod magnis haereticorum audetur insi-
dijs, vt inter Eutychetis, Dioscorique discipulos, & eum quem Apostolica sedes direxerit,
diligentior, tamquam nihil fuerit ante definitum, tractatus habeatur, & quod totius mun-
di Catholici sacerdotes in sancta Chalcedonensi Synodo probant, gaudentque firmatum,
in iniuriam etiam sacratissimi Concilij Niceni efficiatur infirmum. Quod enim no-
stris temporibus apud Chalcedonam de Domini nostri Iesu Christi incarnatione firmatum
est, hoc etiam apud Nicenam mysticus ille Patrum numerus definiuit, ne Catholicorum
confessio aut Vnigenitum Dei Filium in aliquo crederet Patri imparem, aut eundem qui
factus est Filius hominis non veram carnis nostrae atque animae habuisse naturam. Dete-
standum ergo nobis est, perseueranterque vitandum, quod fraus haeretica nititur obtinere:
nec in aliquam disceptationem pie & plene definita reuocanda sunt, ne ad arbitrium dam-
natorum ipsi de his videamur ambigere, quae manifestum est per omnia Prophetis & Eu-
angelicis & Apostolicis auctoritatibus consonare.

SEMEL DE
FIDE SAN-
CITA IN
DISPUTA-
TIONEM
NON RE-
VOGANDA.

Vnde si qui sunt, qui ab his, quae caelitus sunt constituta, dissentiant, suis opinionibus re-
linquentur, & ab vnitae Ecclesiae cum ea quam elegere perueritate discedant. Nam nullo
modo fieri potest, vt qui diuinis audent contradicere sacramentis, aliqua nobis communi-
one socientur. Iactent se in sui eloquijs vanitate, & de argumentationum suarum verlutia, quae
inimica est fidei, gloriantur: nobis placet Apostolicis obedire praecipis, dicentibus: Videte
ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem seductionem hominum. Nam secundum
eundem Apostolum: Si quae destruxi, haec aedifico: praeruaricatorem me constituo, & eis
me vtrionum conditionibus subdo, quas non solum auctoritas beatae memoriae Principis
Marciani, sed etiam ego mea consensione firmavi: quia sicut sancte veraciter dixistis, Per-
fectio incrementum, & adiectionem plenitudo non recipit.

QUANDO
IN SVA PER-
VERSITATE
RELIN-
QUENDI
HAERETI-
CI.

Colos. 2.

Galat. 2.

Vnde cum hoc sciam, te, venerabilis Princeps, sincerissimo veritatis lumine imbutum in
nulla

SALVTRIS S. LEONIS AD IMP. ADMONE. TIO.

nulla fidei parte nutare, sed sancto perfectoque iudicio a pravis recta discernere, & a refu- A tandis amplectenda diuidere: obsecro, ne humilitatem meam de dissidentia putes esse cul- pandam; cum hæc mea cautio non solum vniuersali Ecclesie consulat, sed etiam tuæ gloriæ famuletur; ne sub Imperij tui tempore, & hæreticorum aucta videatur improbitas, & Catholicorum perturbata securitas. Quamuis ergo multum per omnia de pietatis vestræ corde confidam, & per inhabitatem in vobis Spiritum Dei, satis vos instructos esse perspiciam, ne fidei vestræ vllus possit error illudere: præceptioni tamen vestræ in eo adnitar obedire, vt aliquos de fratribus meis dirigam, qui apud vos præsentia meæ instar exhibeant; & quæ sit Apostolicæ fidei regula, licet (vt dixi) vobis benè sit nota, demonstrant; patfacientes in omnibus & probantes, non esse omnino inter Catholicos computandos, qui definitiones venerabilis Synodi Nicænæ, vel sancti Chalcedonenfis Concilij regulas non sequuntur: cum vtrorumque sancta decreta ex Euangelico & Apostolico sit manifestum fonte prodire; & B quicquid non est de irrigatione Christi, poculi esse viperei.

NON AD. MITTENDOS AD DISP. TATIONEM HAERETI. COS.

Pernoscat igitur pietas vestra, venerabilis Imperator, hos quos spondeo dirigendos, non ad confligendum cum hostibus fidei, nec ad certandum contra illos, a sede Apostolica profecturos: quia de rebus & apud Nicæam & apud Chalcedonam, sicut Deo placuit, definitis nullum audemus inire tractatum; tamquam dubia vel infirma sint, quæ tanta per Spiritum sanctum fixit auctoritas. Instructioni autem paruulorum nostrorum, qui post lætis alimoniam cibo desiderant solidiore satiari, ministerij nostri præsidium non negamus. Et sicut simpliciores non spernimus, ita a rebellibus hæreticis abstinemus, memores præcepti Domini dicentis: Nolite dare sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos. Nimis quippe indignum, nimisque iniustum est, eos ad libertatem disceptationis admitti, quos significat Spiritus sanctus per Prophetam dicens: Filij alieni mentiti sunt C mihi. Qui etiam si Euangelio non resisterent, de illis tamen se esse monstrarent, de quibus scriptum est: Deum se profitentur scire, factis autem negant: Clamante adhuc iusti Abel sanguine aduersus impium Cain: qui increpatus a Domino nõ requieuit ad poenitentiam, sed exarsit ad cædem. Cuius vindictam sic Domini iudicio volumus referuari, vt improbus prædo & parricida crudelis in se ipsum recidat, & nostra non teneat. Neque sanctæ Ecclesie Alexandrinæ lamentabilem captiuitatem pariamini vterius prolongari: cui oportet fidei vestræ, iustitiæque præsidio suam restitui libertatem, vt per omnes Aegypti vrbes dignitas Patrum & ius sacerdotale reparetur. Data vndecimo Kalendas Aprilis, Leone & Maioriano Augustis Consulibus.]

Matt. 7.

Psal. 17.

Tit. 1.

Gen. 4.

DE LEGA. TIS A. E. LEONE MISSIS.

Leo epist. 70.

Quod autem nulla in his de legatorum nominibus mentio habeatur, alias præter has literas a Leone Põfice datas existimamus, quibus ex more de certis missis legatis & eorum- D dem commendatione sit actum. Quinam autem hi fuerint, ex eiusdem sancti Leonis Papæ litteris ad Gennadium Constantinopolitanæ sedis hoc anno post Anatolium successorem datis satis potest intelligi; missos nimirum fuisse Episcopos Domitianum & Geminianum: sed quarum Ecclesiarum Episcopi fuerint, mentio ibi nulla est. putatur tamen Geminianus ille fuisse sanctitate clarus Martinensis Episcopus, quem eius Acta habent claruisse temporibus Artillæ. Domitianum autem Episcopum, qui hoc tempore claruerit, inuenimus neminem præter Catalaunensem sanctitudine æque conspicuum, cuius est mentio in Concilio Turonensi, & apud Venantium Fortunatum, vt notauimus in Romano Martyrologio, vbi vtriusque certi dies eorum natalibus habentur adscripti. Porro hoc eodem anno ad eumdem Leonem Imperatorem sanctus Leo Papa prolixiorum dedit epistolam de Verbi incarnatione conscriptam cum appendice sententiarum sanctorum Patrum de eadem incarna- E tione vera certa que testantium: est eius exordium: Promississe me memini, &c.]

Leo epist. 71.

Leo epist. 77.

Sed & eodem mense Martij, quo (vt vidimus) ad Leonem Imperatorem recitatam nu- per sanctus Leo scripsit epistolam, dedit aliam ad Anatolium Constantinopolitanum An- nistitem, redarguens eum, quod non eo modo quo decebat, hæreticos poenitentes reciperet in Ecclesiam; & quoniam modo esset eorum recipienda confessio, docet: quod & diligenter attende. Cum enim solius esset sedis Apostolicæ iuris, poenitentes hæreticos recipere in Ecclesiam, vt hoc ipsum idem Anatolius Constantinopoli præstare posset, delegauerat eidem ipse Pontifex vices suas: quibus ille abusus, Atticum quemdam presbyterum lapsum in hæresim, speciem quamdam poenitentia præferentem, absque legitima satisfactione inter Catholicos esse patiebatur: cuius rei causa idem sanctus Leo Papa commoratus, litteris ad eum datis amicè redarguit, hæc inter alia scribens:

Leo epist. 77.

Admonui,

A Admonui, ne ad negligentiam rectoris referretur, si quisquam in Ecclesia Catholica ea predicare præsumeret, quæ hæreticorum sensibus conuenirent: Quod vtrum veraciter fama iactaret, dilectionis tuæ inquirendum iudicio delegavi: neque in aliquo honorem tuum læsi, cui discutienda ea quæ ad me erant perlata commisi: Vt scilicet Atticus presbyter, quem talia audere cognoueram, nisi perfecta se satisfactione purgasset, & non solum voce hæreticos, sed etiam propria manus subscriptione damnasset, a communionis gratia esset alienus. Qui scripta mittendo dubiæ fidei & professionis incertæ, confirmauit magis quàm diluit, quicquid ad nos de eo fama pertulerat: cum si conscientiam suam voluisset probare sinceram, non Eutychem sibi odiosum fuisse, sed quod perfidiam ipsius reprobarat atque damnaret, debuerat confiteri: quia aliud sunt humanæ etiam inter Catholicos similitates, aliud diabolici, quos fides Catholica damnat, errores.] & paulo post, quonam modo recipiendus B Atticus esset, docet his verbis:

DE ATTICO HAERETICO POENITENTIAM ST. MYLANTE.

Prædictus autem Atticus vt ab omni suspitione contraria liber appareat: quid in Euty- chete anathematizet & damnet, euidenter ostendat: & in damnationem erroris expressi, remota omni dubitatione, subscribat; ita vt Chalcedonenfis Synodi definitionem de fide, cui etiam dilectio tua subscribendo cõsensit, & quam Apostolicæ sedis firmavit auctoritas profiteatur se per omnia seruaturum, adiecta subscriptione propria manus, quæ in Ecclesia, Christiano populo præsentem, recitetur: vt pro Catholica fide neque nos negligentes, neque ipse ultra suspectus habeatur.] hæc sanctus Leo ad Anatolium, more maiorum, ne videlicet homo in Ecclesiam peccans, absque Ecclesia, præsentia scilicet populi Orthodoxi, recipiatur: cuius quidem praxis plura superius singulis sparsa tomis exempla prodidimus.

QUOMODO RECIPIENDVS HAERETICVS POENITENS

Inter hæc autem Leo Imperator, consulturus in omnibus Catholicæ fidei: etsi anno superiori ex vniuerso Orbe Orientali exegerat litteris ab Episcopis Catholicæ fidei confessionem, qua illi cum Chalcedonensem Synodum comprobarent, tum impudentem Timotheum codemnarët: adhuc putauit vtile fore ad simplicium corda potissimum confirmandam, ne hæreticorum vacillarent impulsibus, & labefactarentur ictibus, si sanctissimorum virorum, quos Deus innumeris miraculis illustrasset, qui & vitæ mirifica sanctitudine vbique splendescerent, ipsum Chalcedonenfem fidei decretum testificatione corroboraret; quod idem planè videri posset, ac si fidem Catholicam omnium scriptura & subscriptione firmatam, etiam miraculis consignaret. Quamobrem consiliu illud iniit, vt scriberet ad celeberrimi nominis sanctos anachoretas, præcipuè verò ad magnum illum adhuc superstitem Simeonem, quem super omnes mortales columnæ incolatus euexerat, ac subinde ad alios, ad quos singulos dedit epistolas certis nuncijs.

LITTERAR. IMP. AD SS. ANACHORETAS.

D Contigisse verò huiusmodi ad sanctos anachoretas legationem hoc anno, non autem superiori, ex eo inducimur, quod redditæ ad Imperatorem literæ datæ leguntur (vt dicimus) mense Augusti hoc anno secundo ipsius Leonis Imperatoris. De his autè agens Euagrius, hæc ait: Non dissimiles ab eodem Imperatore scriptæ fuerunt literæ tum ad alios Episcopos, tum ad viros illustres, qui id temporis (vt supra demonstratum est) vitam inopem in rebus omnibus ad victum necessarijs destitutam egerunt: ex quorum numero Simeones, de quo superius nostra mentionem fecit historia, fuit; qui quidem primus omnium cœpit in columna habitare, illudque domicilij genus inuenit. his adnumerati Baradatus & Iacobus Syrii.] est horum illustri memoria apud Theodoretum in libro Sanctorum Deum amantium Patrum. Per Eutropium enim Magistrum ad Syriæ anachoretas Imperatorem misisse litteras, habet idem Baradatus in epistola ad ipsum reddita. Subdit verò Euagrius hæc inferius sequenti capite: Simeones item vir sanctæ memoriæ binas de iisdem rebus scripsit epistolas, alteram ad Leonem Imperatorem, ad Basilium Antiochiæ Episcopum alteram. Quarum eam quæ est ad Basilium, vt pote breuiem, in hæc mea ponam historia, cuius hæc est sententia:

Euag. lib. 2. cap. 90.

Theodoret. lib. 2. cap. 27.

Domino meo religiosissimo, sanctissimo, Deoque carissimo Basilio Archiepiscopo, Simeones humilis peccator, in Domino salutem: Iam opportunè dicere possumus: Benedictus Deus, qui non amouit orationem nostram & misericordiam suam a nobis peccatoribus. Cum litteras vestræ amplitudinis accepissem, admiratus sum singulare studium & pietatem Imperatoris nostri sanctissimi, quam non modò erga sanctos Patres, verum etiam erga fidem ab illis confirmatam demonstrauit, declarauitque. Verum hoc non ex nobis donum (vt sanctus loquitur Apostolus) sed ex Deo, qui per preces vestras hanc propensam illi largitus est voluntatem. Postea adiungit ista: Quapro-

EPIST. SIMEONIS STYLITAE AD BASILIVM. Eph. 2.

CHRISTI
458.LEONIS PAP.
19.LEONIS
MAIORIANI 2. IMPP.

Quapropter ego abiectus & vilis vermis, abortus monachorum, Imperatori significavi, tum A quid ipse de fide sexcentorum illorum & triginta sanctorum Patrum Chalcedone in vnum coactorum senserim; tum me illi adhærescere, & ab eadem non recedere, utpote sancti Spiritus afflatu demonstrata & confirmata, affirmavi.

CYR STAN-
DYM CON-
CILIORUM
DECRETIS.

Nam si Saluator adest in medio duorum vel trium in nomine eius congregatorum: qui fieri potest, ut tam multorum, tamque sanctorum Patrum non interit Concilio, cum Spiritus sanctus fuerit cum illis ab initio & postea? Quamobrem confortare & esto robustus in veræ pietatis defensione, non aliter atque Iesus filius Naue seruus Domini in populo Israelitico gubernando, tuendoque. Vniuerso clero tuæ sanctitati obsequenti, & populo benedicto ac fidei, à me, quæso, salutem dicito.] hæc magnus ille ad Basilium Antiochenum Episcopum. Intelligis, lector, quanti vir ille diuinus, totius Orbis luminare resplendens, miraculorum radiis ubique resurgens, quanti, inquam, fecerit sacra Conciliorum decreta: ut plane per ipsum Deo sacratum organum non nisi Spiritum sanctum esse locutum, quisque, dummodo mentis sit compos, intelligat. Vtinam ita his addere liceret & eam quam scripsit idem Simeon ad Leonem Imperatorem epistolam, cum tati viri singuli apices quibusuis gemmis pretiosiores extiterint. Functum verò esse legatione à Simeone ad Leonem Imperatorem Sergium monachum, per eundemque missum cucullum suum ad eundem Augustum, habent A&A S. Danielis cognomento Stylitæ: sed quoniam casu eandem vestem ipse Daniel accipere meruerit, suo loco dicemus.

Apud Syr.
diell. Deceb.

Theodoret.
li. SS. Patr.
c. 17.
DE BARA-
DATO ANA-
CHORETA.

Extat autem epistola Baradati: de qua antequam agamus, hic describamus quæ de eo Theodoretus posteris tradidit, cum ait^b: Isemim (*Baradatus scilicet*) excogitauit nouas rationes exercendæ tolerantæ. Nam cum primùm quidem longo tempore se inclusisset in domuncula, sola diuina fruebatur contemplatione. Illinc cum occupasset rupem eminentem, & paruum quamdam arcem; nec iusta quidem symmetria corpori congruentem ex lignis construxisset: in ea vitam degebat, deorsum assidue incuruari coactus: Non enim habebat altitudinem eius longitudini iusta proportione conuenientem: Non erat autem ea compacta asseribus, sed erat aperta similiter atque cancelli, & erat similis fenestris, quæ latiores habent ingressus luminis: Quocirca nec à pluuiæ erat impetu libera, nec erat tecta à flamma Solis, sed vtraque non minùs admitterebat, quàm alia quæ sunt sub dio: in hoc autem solo ea superabat, quòd accederet labor inclusionis.

THEODOTO
EPISC. OB-
TEMPERAT.

Cum autem longum tempus hoc modo transgisset, postea egressus est cedens precibus diuini Theodoti, cui obtigerat Pontificalis sedes Antiochena. Stat autem assidue manus ad cælum tendens, & vniuersorum Deum laudans, totum corpus tunice pellicea contegens: circa nasum autem solùm & os reliquit modicum ingressum spiritui, ut respiret, D communem aërem excipiens, quòd humana natura non possit aliter viuere. Omnem autem eum laborem sustinet, cum non sit corpore valde robusto, sed valetudinario & multis morbis obnoxio: feruens autem animi alacritas & diuino amore incensa cogit ut laboret qui non potest laborare. Iam verò sapientia quoque & intelligentia ornatus, optimè & interrogat & respondet, & ratiocinatur nonnumquam meliùs & potentiùs iis qui Aristotelicos legere labyrinthos.

Cum sit autem in ipso summo virtutum fastigio, non sinit ut arrogantia simul efferatur spiritus, sed iubet ipsum deorsum reperere circa ipsum latus montis: scit enim, quantum sibi clamnum mens conciliat, quæ tumet & ardet insolentia. hæc est in summa eius philosophia. Cui concedatur, ut crescendo possit metam cursus attingere. Est enim communis piorum lætitia, horum, qui victoria potiti sunt, gloria. Mihi autem detur, ut eorum suffultus E precibus, non sim procul ab hoc monte, sed paulatim conscendam, & me eorum contemplationis voluptate expleant.] hæcenus de Baradato scripsit Theodoretus, dum adhuc ille viueret: cum & Syrorum sibi notorum sui temporis anachoretarum res gestas posteris tradidit. Reliquum verò est, ut cuius audiuius adeò præclara facta, auidius legamus & scripta: sed prius consideremus ætatem.

Qui enim sub Theodoro maiorem cursus ætatis partem Baradatus (ut vidimus) confecerat, hoc tempore ætate senem valde fuisse liquet. Ad hunc igitur Baradatum (ut ex Euagrio dictum est) Leo Augustus cum dedisset epistolam, ut quid de fide in Chalcedonensi Concilio firmata sentiret, litteris declararet; paruit ipse æquè ac Simeon Stylita, scripsitque ad eundem Imperatorem epistolam, quæ integra, mendosa licet, adhuc extat inter epistolas Episcoporum ea de re scribentium ad eundem Leonem Augustum: qua inter

alia

CHRISTI
458.LEONIS PAP.
19.LEONIS
MAIORIANI 2. IMPP.

A alia multa his verbis eundem hortatur ad insequendos hæreticos, ad ipsum Leonis nomen alludens^a:

Audiuius quomodo incedunt lupi super greges, & rapiunt oues ab ouilibus suis, & non metunt à voce pastorum: Quapropter repente, amice Leo, rugies, fiasque eis valde terribilis; ut pro metu Leonis impetum fugientes, quod abripuerunt, de suo reddant. Sic ergo vestram facere concedet pietatem, ut sicut nomen est Imperij vestri, ita prædicetur in toto mundo terribile pietatis vestræ decretum, cum scriptum sit^b: Sicut nomen tuum Deus, ita & laudatio tua. Sed & Salomon Dauid filius ait^c: Similis est ira Regis furori Leonis. Et Dominus omnipotens glorificauit nomen Leonis super omnia quæ in terra sunt, ut subiiciat omnes volentes extolli contra timorem Dei, &c.] Subdit etiam persans in leonis metaphora, quòd sicut leo insurrexit vindex mandatorum Dei aduersus Prophetam^d

B qui Dei præceptum fuerat præuaricatus, ita ipse Leo Imp. exurgat armatus aduersus transgressores Catholicæ fidei: Sic decet (inquiens) nomen pietatis vestræ terribilia ferre præcepta in omni terra contra eos qui præsumunt diuina mandata corrumpere. Isti enim sunt filij Timothei, qui latenter egit iniqua, &c.] Post hæc autem de leonis similitudine ad eum excitandum aduersus hæreticos inculcata, plura habens in detestationem perfidorum atque eorum antesignani Timothei, subiicit ex diuinis Scripturis Orthodoxæ fidei confessionem consentientem Catholicæ pietati, cum exprobratione impietatis hæreticorum abiicientium Chalcedonense Concilium eo prætextu, quòd nihil admittendum dicerent præter Nicænum fidei Symbolum: meminitque de redditis ad ipsum Imperatorem litteris eodem argumento conscriptis: pluraque disertissimè disputans & inculcans, planè quàm verissimum esse declarat, quòd de ipso scribit Theodoretus, ipsum fuisse sermone atque doctrina præstantem. De tempore autem scriptæ ab eo hoc anno epistolæ, in fine ista habet, cum salutationem apponit: Hæc cum tremore scripsi vestræ pietatis Imperio, septima & vigesima die Augusti mensis, anno secundo Imperij, Indictione decima, &c.] Vides, qualis ac quantus anachoreta ad excitandum aduersus hæreticos Imperatorem classicum occinat.

At cum plurium sanctorum monachorum Syriam incolentium, tum Iacobi etiam Syri admirabilis sanctitate viri litteræ in eandem sententiam ad Leonem Imperatorem datæ desiderantur. Quàm autem hic extiterit sanctitate eximius, prolixam narrationem profecutus est Theodoretus, tu ipsum consule: longa nimis esset digressio, cuncta de eo ab ipso descripta narrare: Inuenies quidem mira. De eodem meminit & Theodorus Lector in Collectanis; & ad tollendam dubitationem, vel errorem eorum qui putarunt hunc eundem esse cum Nisibeno illo Iacobo, hæc ait^e: Sciendum est, Iacobum illum, qui miraculum hoc circa fontem & puellas operatus est, non esse eum qui ad Encyclicam rescripsit. Hic Nisibenus Constantij temporibus vixit. Verumtamen ille alius Iacobus magnus erat & clarus miraculis, sicut Theodoretus in sua historia dicit. Vtinam Theodoretus magno Iacobo ad sepulturam parauit, ipsum autem Theodoretum prius mori contigit: in eadem tamen & ipse magnus Iacobus est reconditus.] hæc Theodorus: quem si legisset Nicephorus, vel aliter rem accuratiùs perpendisset, haud in errorem lapsus esset, ut diceret^f Iacobum hunc Syrum, ad quem Encyclicam Leo scripsit, fuisse Iacobum Nisibenum, quem longè ante hæc tempora constat ex hac vita migrasse.

Quod verò spectat ad circulares datas litteras ad eos qui erant in Syria monachos præstantissimos: haud putandum præterisse Leonem Augustum alios sanctissimos viros in aliis prouincijs agentes: sed ipse Euagrius patria Epiphaniensis proximorum tantum meminit sanctorum virorum, ad quos scripsit Imperator: cum haud dubium esse debeat, ad alios aliarum prouinciarum celebres sanctissimos anachoretas ipsum eadem in causa dedisse litteras, præcipuè verò ad eos qui incolerent Syriam Palæstinam, ut inter alios ad magnum illum Euthymium, & ceteros superius nominatos monachos celeberrimos, itemque ad admirandum illum Auxentium degentem in Bithynia æquè sanctissimum virum, quem aliàs confirmasse suo elogio sub Marciano Concilio Chalcedonense, superius dictum est. Rursus etiam scripsisse ad admirabilem Daniele Stylytam, probè notum Constantinopolitanis, & in primis Anatolio eius ciuitatis Episcopo, quem antea ægra valetudine laborantem curarat, nemo iure poterit dubitare. Sic igitur voluit Leo Augustus contra omnem aduersantium hæreticorum calumniam sacrosanctum Concilium Chalcedonense in omnibus custoditum ac veluti munitionibus obfirmatum, ut sic os penitus oblatranti occluderet impietati.

^aExtat tom.
2. Concil.

^bQuæ ab Baradatus
ad Leonem
Avg.

^cPsal. 47.

^dProu. 19.

^eReg. 13.

^fvndecima.

DE LITTE-
RIS AD
ALIOS A-
NACHORE-
TAS DATIS.

^gTheodor.
Collect. lib. 2.

^hNiceph. lib.
15. c. 42.

DE ALIIS
SANCTIS
MONACHIS,
AD QUOS
LEO IMP.
SCRIPSEIT.

Hoc

TERRAE-
MOTUS AN-
TIOCHENVS.

^a Marcell. in
Chronico.

^b Gennad. de
Script. Eccl.
c. 84.

^c Euzeg. lib. 2.
c. 12.

DE CAUSA
TANTAE
GLADIS.

DE CLADE
PER TER-
RAEMOTVM
ELLATA.

ANATOLII
EPIS CON-
STANTINO-
POLITANVS.

Hoc item anno (vt superius diximus) defunctus est Basilius Episcopus Antiochenus, an-
no nimirum eius sedis secundo; in cuius locum fuit subrogatus Acacius, sub quo hoc praesenti
anno memorabilis clades accidit ex terramotu Antiocheno. Tradit autem sub anni
sequentis Consulibus Marcellinus, cladem hanc scriptam fuisse ab Isaac eius Ecclesiae pres-
bytero, viro disertio: ait enim ^a: Isaac Antiochenae Ecclesiae presbyter scripsit Syro sermone
multa, praecipue aduersus Eutychanos & Nestorianos: ruinam quoque Antiochiae elego
carmine planxit, quemadmodum Ephraem monachus Nicomediae lapsus.] haec Marcel-
linus: eadem quoque Gennadius ^b. Sed audi de eodem terramotu Antiocheno haec dicen-
tem Euagrium ^c:

Secundo (inquit) anno Imperij Leonis ingens terramotus & conuulsio Antiochiae
accidit: ante cuius initium quidam e populo eiusdem urbis satis supra modum insanire &
omnem belluinam feritatem superare visi sunt, quasi procemium eiusmodi cladibus praer-
bituri.] haec ipse. sed quod subdit computans annos a ciuitate illa condita vsque ad praesens
tempus, numeratque annos sex supra quingentos, errorem putamus in numerum irrepis-
se: cum ciuitas illa (vt auctor est Eusebius in Chronico) condita sit anno duodecimo Seleuci,
qui regnare coepit eodem quo mortuus est Alexander anno, Olympiade centesima quarta;
praesens vero annus ponatur sub Olympiadis trecentesima nona anno secundo. Cum au-
tem idem ibi tradat, id factum esse hoc anno secundo Leonis Augusti, cum aetatis annum
ageret quinquagesimum sextum; plane indicat ipsum creatum Imperatorem anno suae aeta-
tis quinquagesimo quarto.

Sed vnde tanta urbi Antiochenae clades? Non aliunde quidem ea manasse videri potest,
quam ex impietate haereticae prauitatis. Confertam sane fuisse ciuitatem illam Apollinari-
stis & Nestorianis, quae dicentur inferius demonstrabunt. Etenim neque ex hac tam ingen-
ti clade, abiecta scoria, Ecclesia illa purgari valuit. Quod enim Nestorius diu ibi degens, ma-
lum semen ibidem seruit, sub Ioanne Nestorij fautore in messem creuit, & foecundo pro-
uentu est congregatum in horrea impietatis. Sic igitur non sera vindicta fuit Antiochenis
magna ex parte haeresi deprauatis.

Sed prosequamur de eodem terramotu Euagrii narrationem: quae cum ipse anno secun-
do Imperatoris accidisse tradat, id factum dicit decimaquarta die mensis Septembris, hora
quarta noctis: lugubre plane spectaculum praebens, terrorem ingentem spectantibus & hor-
rorem incutiens: cum non vna ciuitas, sed machina ipsa mundi videretur penitus ruitura. Hic
quidem (inquit) omnes ferere aedes urbis nouae disturbauit: quae urbs a multis hominibus in-
colebatur, nullaque eius pars deserta fuit aut neglecta, sed tota Imperatorum magnificentia,
aliorum alios in ea re superare contendentium, exquisitae elaborata constructaque. Quin-
etiam prima & secunda Palatii domus deiecta, alijs stantibus vna cum adiuncto balneo, quod
cum ante nulli fuisset vsui, iam tum in ea calamitate necessariò propter clades quae reliquis
balneis obtigerunt, ciuitati ablucendae inseruiuit. Euerfae etiam porticus ante Palatium, & lo-
cus qui Tetraphylon dicebatur, & turres Circi prope ianuas: & quaedam etiam porticus ex
illis egredientes, aliquam item partem balneorum Traiani, Seueri, & Hadriani concussit, di-
ruitque: aliam quoque viciniam, quae Ostracina dicitur, vna cum porticibus, & Nymphaeum
(sic enim nominatur) prostrauit: quorum singula accuratè a Ioanne Rhetore narrantur. Ait
porro, tum ciuitati de tributis mille auri talenta ab Imperatore esse condonata, tum ciuibus
etiam vectigalia, qui ea clade afflicti erant; tum denique ab eodem curam de publicis aedifi-
cijs reficiendis esse susceptam.] haecenus de his Euagrius, addit Nicephorus: Ea tempestate
Thracia etiam & Hellespontus, Ionia omnis, & quae vocantur Cyclades insulae concussa
sunt, aedificia vero plura in Gnido & Coos collapsa.] dirutum Cyzicum in Hellesponto pos-
tum terramotu, sub anni sequentis Consulibus Marcellinus narrat.

Inter haec autem contigit, vt sanctiori Antistite Constantinopolitana Ecclesia ornaretur,
Anatolio sublato de medio, qui hoc anno, cum iam sedisset annos octo & totidem menses,
ex hac vita discessit. Qualis autem iste fuerit, Dei iudicio relinquatur iudicandus: illud con-
stat, non per portam ingressum, sed aliunde in ouile ouium ascendisse, cum ab interfectore
sanctissimi Flauiani Dioscoro fuerit Episcopus successor indignissimus ordinatus: scimus
pariter eundem saepesepius diuersis ex causis redargutum fuisse a sancto Leone Romano
Pontifice, maculatumque potissimum tolerantia haereticorum, quos adscitos inter clericos,
opus fuit iussione eiusdem sancti Leonis expelli: vt non sit mirum, si tanto fulti praesidio
ijdem haeretici inualuerint in Oriente. Ceterum ipsum videri voluisse Catholicum, ex scri-
ptis

Aptis ipsius facis liquidò constat: verum vt qui magnam cum Dioscoro olim inijsset familia-
ritatem, cui & sedem illam acceptam ferebat, haud aduersus haereticos (vt par erat) ardore
Catholicae fidei insurrexit.

Leo autem Imperator, defuncto Anatolio, omniem adhibuit diligentiam, vt vir pius nul-
la suspitione labefactatus, omni que macula purus, sanctus, atque doctus illi subrogaretur
Episcopus. Cumque in hoc non nihil esset collaboratum, rem ipsam Deo gubernante, ex
sententia accidit, vt virtutibus insignis Gennadius eligeretur Constantinopolitanae Eccle-
siae Episcopus; de cuius electione haec Theodorus ^a: Mortuo Anatolio, Gennadius Eccle-
siae presbyter eligitur, suffragatore Acacio orphanorum nutritore. Designauit autem Gen-
nadius Marcianum Oeconomum, ad Ecclesiam, relicta Catharorum secta, translatum: qui
mox atque Oeconomus esset factus, quae in vnaquaque Ecclesia offerebantur, ab eius loci
clericis auferri decreuit, donec ^b magna Ecclesia cuncta illius acciperet.] haec Theodorus
de Marciano Oeconomio; eadem verbis istis dilucidius apud Nicephorum ^c: Constituit (in-
quit) vt quae in Ecclesia quacumque loco muneris offerretur, ea vt loci cuiusque clerici fer-
rent: cum ad id tempus Ecclesia Catholica, seu vniuersalis, dona huiusmodi omnia tulif-
set.] plane significans, vsurpasse maiorem Ecclesiam oblationes aliarum minorum sibi sub-
ditarum Ecclesiarum; sub Gennadio vero factum, vt quique clerici suarum Ecclesiarum
oblationibus fruerentur, ita cohibente auaritiam primariae Ecclesiae ministrorum, subiecta-
rum sibi Ecclesiarum oblationibus inhiantium.

Inualuerat quidem mirum in modum in illa Ecclesia auaritia, sed & creuerat simoniaca
labes, quam anno sequenti cum Synodali, tum Imperiali decreto excisam esse, suo loco di-
cturi sumus, vbi agemus de Concilio prouinciali Constantinopoli eo tempore congregato
praesentibus Apostolicae sedis legatis. Simulac enim Gennadius thronum illum conscendit,
ad sananda illata vulnera tum ab haereticis, tum a prauis clericis labefactantibus Ecclesiasti-
cam disciplinam, adiecit animum; simulque ad impurum illum inuasorem Ecclesiae Alexan-
drinae pellendum, vna cum legatis Apostolicae sedis a Leone Pontifice missis, omne studium
curamque prudenter adhibuit. Ad haec autem omnia praestanda, Concilium in sequentem
annum Constantinopoli celebrandum indixit, de quo suo loco dicendum.

Hoc eodem anno secundo Leonis Imperatoris (vt anno superiori dictum est) in locum
Iuuenalis Hierosolymorum Episcopi successit Anastasius ex presbytero illius Ecclesiae
vatorum custode: ordinatus quidem, secundum Apostolum, praecedentibus prophetijs.
Quae enim aure haec fuerint, accipe a Cyrillo in rebus gestis ^a S. Euthymij Abbatis ab eo con-
scriptis, qui ait: Sequenti autem anno Iuuenalis quidem Patriarcha, x l i i i . anno eius Pa-
triarchatus, ex hac vita excedit: Anastasius vero communi omnium suffragio ad sedem il-
lius promouetur, de quo Euthymij fuerunt praedictiones, & de eo verae promissiones. Qua-
rum is statim recordatus, Phidium, qui in Lauram cum ipso accesserat, & illas audierat
praedictiones, ordinat diaconum, & rursus ad magnum illum mittit Euthymium vna cum
custode Crucis, & prophetae significans euentum, & rogans vt sibi permitteretur ad eum
descendere. Is autem haec dat responsa: Ego quidem semper desidero vestram videre per-
fectionem, & sic lucrum consequi spirituale: sed prior quidem vester aduentus erat ab om-
ni turba remotus, & separatus ab omnibus negotijs: nunc autem vestri magistratus magni-
tudo dat vobis alium locum & ordinem, Deo ita volente. quamobrem longè meam supe-
rat imbecillitatem vestra scilicet praesentia. Rogo ergo te, ne amplius vexeris hoc iter sus-
cipiendo: sin minus, ego quidem te venientem prompto & alacri animi studio accipiam;
& deinde necesse erit vt non possim alios amplius repellere; nec potero amplius deinceps
hic versari, vt qui ab eorum qui accedunt, hic sim comprimendus multitudine.] haec ad
Anastasium Patriarcham sanctus Euthymius: cuius de eo praecedentes prophetias, quas te
cupere scio, lector, ex eodem auctore hic describamus.

Euthymium (inquit Cyrillus) videre valde desiderabat Anastasius, cuius fidei credita
erat custodia sacrorum vatorum sanctae resurrectionis ecclesiae, eratque Corepiscopus, fuit-
que simul discipulus & imitator sancti Passarionis. Cum ergo teneretur tanto eius videndi
desiderio, Phido Ioppes Episcopo, & Cosmae, cuius munus erat custodire Crucem, illam
pulchram communicat cupiditatem. Cumque eos assumpisset, quinetiam quoque Phi-
dum Phidi Episcopi nepotem (erat autem is adhuc aetate iuuenis & in chorum lectorum
coopatus, qui etiam Cyriaco haec tradidit & narrauit) cum eis proficiscitur ad magnum Eu-
thymium. Postquam autem fuerunt iam prope Lauram, ab alijs quidem, cum nondum per-
uenisset,

^a Theod. Hist.
Collect. li. 1.

^b GENNADI-
VS EPISC.
CONSTANT.
ELIGITVR.
* neque

^c Niceph. lib.
1. c. 22.

ANASTA-
SIVS EPISC.
HIKOSOL.
CREATVS.

^a Euthymij
S. die 20.
Iunij.
* xxvii.

PRAE-
DICTIO-
NES
EUTHYMI
DE EPISCO-
PATO ANA-
STASII.

CHRISTI LEONIS PAP. LEONIS 2. 3. IMPP. 458. 459. 19. 20. MAIORIANI 2. 3.

uenisset, ignorabatur, Euthymio vero arcano quodam modo aperuit Spiritus. Cum vero statim vocasset Lauræ Oeconomū Chryssippum: Sint, inquit, tibi parata quæ sunt ad recipiendos hospites necessaria: Ecce enim simul cum fratre tuo ad nos venit etiā Patriarcha. Cum autem ipsi iam aduenissent, diuiniore quadam contemplatione magnus correptus Euthymius colloquebatur & diserebat cum Anastasio, tamquam cum Patriarcha Hierosolymorum. Atque qui aderant quidem omnes admirabantur.

Chryssippas vero quoque ipse obstupefactus, & ad aurem se inclinans Euthymij: Sed non est, inquit, apud nos Patriarcha, & venerande Pater: hic autem est sacrorum vasorum custos Anastasius. Vides quisnam sit eius vestitus? ostendens eius vestes: ex autem erant splendidae & sericæ: quas quidem (inquit) non est fas Hierosolymitanum Patriarcham inducere. Ad imitationem enim primi eius Ecclesiæ Episcopi, qui sindone tantum simplici induebatur, Sancti Iacobi fratris Domini, & in ipsius Domini in eo loco crucifixi memoriam, factū est, vt Hierosolymitani Episcopi haud circumspēctē vestiti incederent, sed viliori habitu quā illius Ecclesiæ clerici, qui sericis etiam (vt vides) utebantur indumentis. Sed pergit Cyrillus: Cum aliquo autem tempore se repressisset senex, & veluti ad se rediisset: Sed mihi crede, fili, inquit: hunc vidi candida veste indutum, & quali decet indui Patriarcham; & existimo me non esse deceptum. Sed quod Deus præsciuit, id ad finem quoque deducet. Sunt enim eius charismata minimè pœnitenda. Ille ergo hæc quidem dixit, multis audientibus; & consecutus fuit rerum euentus.]hactenus de his ibi.

Hoc item anno, qui primus Gennadij Constantinop. Episcopi numeratur, facta est translatio reliquiarum sanctæ Anastasiæ martyris, impulsu Marciani Oeconomi, Gennadio id suadente Leoni Imperatori, collocataque sunt in ecclesia ab eodem Marciano nobiliter erecta Constantinopoli super ædiculam Anastasiæ, ita nominatum locum illum, vbi primum hospitatus S. Gregorius Nazianzenus prostratam fidem erexit, vnde Anastasiæ nomen accepit; id ipsi Gregorio diuino reuelante Spiritu, fore aliquando, vt ædícula illa in basilicam ingentem confurgeret. Hæc quidem facta esse hoc anno, non superiori primo Leonis Imperatoris (vt vult Cedrenus) ideo affirmamus, quod sententia Theodori^a, Nicephori^b, & aliorum, eam translationem factam liquet sub Gennadio Patriarcha. De ipsius autem templi dedicatione agemus anno sequenti.

EPISCOP. HIERSO. LYMORVM HVNILIS VESTITVS.

^a Theod. Ccl. lict. lib. 2 in fin. ^b Niceph. lib. 14 c. 10 & Cedr. in Ccl.

IESV CHRISTI LEONIS PAP. LEONIS 3. IMPP. ANNVS ANNVS MAIORIANI 3. 459. 20.

CONCILI. VM CON. STANTINO. POLITA. NYM.

Christi annus quadringentesimus quinquagesimus nonus novis aperitur Consulibus Ricimere atque Patricio: cum Constantinopoli, presentibus Apostolicæ sedis legatis, exoptatum diu à Leone Imp. celebratum est Concilium, non quidem œcumenicum, vt petebat, ad quod omnes conuocarentur Episcopi, sed ex proximis tantum prouincijs, Gennadio admittente Constantinopolitanæ sedis Episcopo, fidei Catholicæ & Ecclesiasticæ disciplinæ acerrimo vindicæ arque custode: qui inter alias deformitates cum nactus esset Ecclesiam illam simoniaca labe deturpatam, ad eam penitus euellendam, aliosque prauos mores extirpandos, Synodum colligi festinauit. Interfuit huic Synodo numerus septuagintatrium Episcoporum, presentesque fuere (vt dictum est) Apostolicæ sedis legati à S. Leone missi (cum anno superiori Imperator eos expetijset) Domitianus atque Geminianus Episcopi, quos E constat Constantinopoli vsque ad sequentem saltem annum commemoratos esse, prout litteræ S. Leonis Papæ ad eundem Gennadium datæ declarant.

^c Leo epist. 100 QVAB ACTA IN SYNO. DO.

Perierunt quidem huius Synodi Acta, vt non nisi canon vnus aduersus Simoniacos datus reperiri possit. Actum vero in ea esse de abolenda penitus Eucychiana hæresi nulla potest esse dubitatio: Etenim ipse Leo Augustus eius rei causa expetierat presentiam S. Leonis Romani Pontificis: quam cum obtinere minimè licuisset, vt saltem legatos è Latere ipse mitteret, exorauit: quibus missis, etsi ab eodem S. Leone non valuerit impetrare vt œcumenica Synodus haberetur, egit tamen vt ex finitimis saltem prouincijs Concilium cogeretur. Vbi autem conuenere Patres, ex more primum omnium actum esse de firmando fidei decreto in Chalcedonenſi Concilio edito, quod frequentibus ictibus hæretici concutere atque penitus disijcere conabantur; recitataque ibidem fuisse omnes epistolas illas cum

CHRISTI LEONIS PAP. LEONIS 3. IMPP. 459. 20. MAIORIANI 3.

A cum ab Episcopis Orientis, tum etiam à sanctissimis anachoretis conscriptas, in primis verò Romani Pontificis litteras eo argumento anno superiori datas, omnes puto cõsentient absque aliqua contouersia; cum (vt dictum est) ea potissimum ex causa hæc fuerit Synodus conuocata. Sed quod ipsa Acta Synodalia, quæ hæc ostenderent, periere: illud saltem vnum quod Synodi huius fragmentum superest, recitemus, relictum tamquam fortem arietem ad demolendas simoniacas molitiones: sic enim se habet quæ tunc ab eadem Synodo scripta est epistola Circularis:

Religiosissimo & sanctissimo in sacris comministro N. Gennadius, & quæ in Christi amante regia ciuitate Constantinopoli coacta est sancta Synodus.

Cum Dominus & Deus Saluator noster Iesus Christus suis discipulis Euangelij prædicationem credidisset, cosque per vniuersum terrarum orbem inter homines ad docendum misisset: aperte iussit, vt quod gratis accepissent, eis quoque gratis darent, non aurum vel argentum, aut alias omnino materiales & terrenas facultates pro eis acquirentes: Cælestibus enim & spiritualibus donis nulla est cum terrenis & temporalibus commutandi ratio. Hoc autem præceptum non solum illis, sed etiam nobis per illos dedit, quos in illorum gradum & locum substituere dignatus est: & oportet, sicut illi tunc, nos quoque nunc accurate & diligenter seruare, nec in iis quæ technas sophisticas non admittunt, vti sophistica calliditate, nec aleam periculosam iacere. Gratis (inquit) accepistis, gratis date: Non possidentes ars, neque aurum, neque argentum in zonis vestris. Simplex est & aperta huius mandati ratio, quæ nihil habet varium, nihil quod non sit facile & explicatum, nihil quod sophistica expositione egeat. A me (inquit) accepistis dignitatem sacerdotij. Si mihi pro ipso parum quid vel magnum soluistis, & hoc à me venditum est, vos quoque ipsum aliis vendite: si autem gratis accepistis, vos quoque gratis date. Quid hoc est mandato aperius? Quid autem iis qui parent, vtilius? Væ illis re vera qui Dei donum acquirere, vel illud pro pecunia dare in animum inducunt: In sel enim amaritudinis & vinculum iniquitatis iij (iuxta sancti Petri sententiam) à sua malicia comprehensi sunt.

Vnde & sanctorum & beatorum Patrum sanctæ & magnæ Synodi œcumenicæ Chalcedone congregatæ huic legi Dominicæ conuenit canon, qui sic à nobis aperte iisdem verbis editus est:

Si quis Episcopus pecunijs ordinationem fecerit, vel non venalem gratiam ad venditionem deduxerit, & pecunijs ordinauerit Episcopum, vel Corepiscopum, vel Presbyterum, vel Diaconum, vel aliquem eorum qui in clero connumerantur, vel pecunijs prouehat Oeconomum, vel Defensorem, vel Paramonarium, vel omnino aliquem ex clero propter suum turpe lucrum: qui hoc aggressus esse conuictus fuerit, de proprio gradu veniat in periculum; & qui ordinatur, nihil ex ordinatione, vel promotione, quæ fit instar mercaturæ, iuuetur, sed sit alienus à dignitate, vel curatione, quam pecunijs assecutus est. Si quis autem his turpibus ac nefarijs lucris sequester intercessorve apparuerit: is quoque si sit clericus, à primo gradu excidat; si autem laicus, vel monachus, anathematizetur.] Quæ sequuntur, tamquam Theodori verba sint, diuerso caractere habentur exarata: sed eorundem Patrum Constantinopoli hoc anno congregatorum epistolæ Encyclicæ conuenire, neminem puto inficias iturum; quæ sic se habent:

Pulcherrima & valde pia sunt huius canonis sanctorum Patrum præcepta, quæ omnem inuasionem satanicam, diabolicamque, conatum, qui in donum spirituale intenditur, repellit & rescindit. Nullo enim modo vult ordinationis promotionem pecunijs aut fieri, aut suscipi, nec ab eo qui illam exercet, nec ab eo qui ordinationis promotionem accipit: sed nec ante tempus ordinationis, nec post dari pecunias concedit: omnium enim in hac quoque re esse sordes, munerumque corruptionem pronunciat.

Quoniam tamen ijs ita aperte prohibitis, quidam sunt in Galatarum Ecclesia deprehensi propter turpe lucrum & auaritiam hæc salutaria & humana præcepta negligere & transgredi: ea quoque ipsa nobis renouare visum est, cum hac sancta Synodo, quæ in hac regione, Noua Roma, nunc agit: vt sine omni penitus inuentione, & omni prætextu, callidoque commento impiam hanc & odiosam, quæ absque quomodo in sanctissimas Ecclesias subijt, consuetudinem omnino excidamus; vt cum pura & absque vlla cõpensatione eorum qui ordinatur, renuntiatio ab Antistitibus facta fuerit, gratia Spiritus sancti supernè veniat. Quibus nescio an per pecuniam promotionem facientibus; & manu non purè operante, ad eum qui promouetur accedit, secundum vocem Euangelij, & non potius retrahitur gratia sancti Spiritus.

Annal. Eccl. Tom. 6.

X 2

Scias

^a Apud Theod. 198. ^b Namoc. ^c tom. 1. ^d b. lib. 1. ^e b. lib. 1. ^f b. lib. 1.

QVAD. D. VERSVM SI. MONTIACUS STATVTVM SIT.

^a Mat. 10. ^b Mar. 6.

^a Act. 8.

CANON CONCIL. CHALCED. ADVERSVS SIMONIA. COS.

EIVSDEM EPISTOLAS VERBA.

GALATAS SIMONIA. CI.

CHRISTI
459.

LEONIS PAP.
20.

LEONIS
MAIORIANI 3. IMPP.

Scias ergo, o vir religiosissime & omni ex parte sanctissime, quod quicumque huius con- A
uictus fuerit Episcopus, vel Corepiscopus, vel Viator, vel Presbyter, vel Diaconus, vel qui-
uis alius ex canone, vel ex laicis, communi Antistitum decreto, communiq[ue] sententia
condemnatus est, sicut de hoc quoque sanctorum Patrum precedens canon loquitur.
Oportet enim gratiam semper esse gratiam, & argentum apud eam nequaquam intercede-
re. Sic ergo & ab omni sacerdotali dignitate & ministerio alienus, & anathematis loco sub-
iectus, qui & se per pecunias acquirere existimat, & qui eam pecunijs habere pollicetur, si-
ue sit clericus, siue laicus, siue hoc facere conuincatur, siue non: quia fieri non potest, ut
conueniant quæ conuenire nequeunt, nec ut Mammona Deo consentiat, vel ut qui ei ser-
uiunt, Deo seruiant. Domini est sententia, cui contradici non potest: Non potestis Deo
seruire & Mammonæ.

^a Matt. 6.

^b credentes

Nos in his pro vobis consulentes, & eis cedentes, cum eo qui hæc dixit, aduersus eos B
qui in ijs peccant, sententiam protulimus. Tua sanctitas curam gerat, omni adhibita dili-
gentia, ut hæc per transcripta exemplaria innotescant & sanctissimis Episcopis qui tibi sub-
sunt, & Theod. Strate, & alijs omnibus: ut in vno spiritu & vna anima omnes simul constipa-
ti Christiani aduersus communem inimicum, Dei auxilio, possimus auaritiæ radicem, quæ
ab illo in nobis insita est, cum omnibus eorum malorum germinibus excindere. Omnem
quæ tecum est in Christo fraternitatem salutamus. Fortis existens in Christo, ora pro nobis,
sanctissime frater.] post epistolam hæc ibidem sequuntur: Huic epistolæ cum ipso Gen-
nadio subscripserunt etiam septuagintatres.] sed ponuntur ibi Metropolitanorum Anti-
stitem tantummodo nomina, videlicet:

- Ioannes Episcopus metropolis Heracleæ
- Anastasius Episcopus metropolis Ancyrae
- Eunomius Episcopus metropolis Nicomediæ
- Petrus Episcopus metropolis Nicææ.] reliquorum autem nomina desunt: at tan-

rum modo hæc sunt quæ ex nobilissima Synodo remanserunt. Ceterum excisis, licet Simo- C
niæ malæ arboris ramis, ex occultis radicibus iterum infelices propagines pullularunt: aded
ut opus fuerit, non post multos annos, ut quos Ecclesiastica censura non terruit, Imperator
in officio contineret: sed de his suo loco dicturi sumus.

Qui autem solertissimus fuit vnà cum Catholica fide etiam Ecclesiasticam disciplinam
sarram rectam relinquere, ipse Gennadius Constantinopolitanus Episcopus, haud impune
fuit Ecclesiasticos conculcari canones, in quorum custodiam non Episcopus tantum & Im-
peratorem, sed Sanctos ipsos cum Deo in celo degentes coadiutores, & delinquentium vi-
tores adhibuit. Pauendum planè de his exrat exemplum à Theodoro ^b Lectore primùm ac D
subindè à Nicephoro ^c recitatum de clerico ecclesiæ sancti Eleutherij martyris, quem cum
Gennadius saepe admonuisset, ut prauorum morum usum relinqueret, & ministerio cui
mancipatus fuerat, & ordini quo insignitus erat, vitam consentaneam institueret: cum ve-
rò in admonendo & corrigendo eum operam (ut dicitur) & impensam perderet, martyrem
eius vel emendatorem, vel vltorem interpellauit. Res gesta describitur non solum à Theo-
doro Lectore, atque Nicephoro, sed & à Cedreno & alijs, at copiosius à Sophronio, istis ver-
bis primò, vnde acceperit, fideliter narrante ^d:

^a Theod. Col.
lib. 1.
^b Niceph. lib.
15. c. 23.

^c Prax. Spirit.
cap. 45.

QVOD GEN-
NADIUS SIN-
CHARISTI-
VIV.

Accessimus ad cœnobium, quod dicitur Salama, nono ab Alexandria milliario distans: E
inuenimusq[ue] illic duos presbyteros senes, qui dixerunt nobis Constantinopolitanæ Ecclesiæ
se esse presbyteros. Narrabantq[ue] nobis de beato Gennadio Constantinopolitano Patriarcha,
quod fuerit mitissimus, & mundus corpore, multumq[ue] continens. Dicebant & hoc nobis
de ipso: Quod cum molestaretur à pluribus de quodam clerico nimis delinquentè, Charisio
nomine: accersuit eum Patriarcha, ipsumq[ue] emendare conatus est. Cum verò nihil incre-
pando proficeret, permisit eum cum paterna & Ecclesiastica censura flagellari. Postquam
verò didicit in nullo meliorem fieri neque per verba, neque per flagella (vacabat enim ho-
micidij & magicis prestigijs) misit quodam Apocrifario suo, iussit ut diceret sancto mar-
tyri Eleutherio (erat enim lector in ipsius Oratorio Charisius) Miles tuus, sancte Dei Eleu-
therium, multum peccator est: aut emenda illum, aut excide. Venit igitur Apocrifarius in Ora-
torium; & stans ante altare, & intendens ad sepulchrum martyris, extendensq[ue] manum
suam, ait martyri: Patriarcha Gennadius significat vobis, sancte Christi martyr Eleutheri,
per me peccatorem, quia miles tuus multum peccat: Aut emenda illum, aut præcide eum.
In crastinum verò mortuus inuentus est scelerum opifex Charisius.] hæc tenus ibi.

Quod

CHRISTI
459.

LEONIS PAP.
20.

LEONIS
MAIORIANI 3. IMPP.

A Quod rursum pertinet ad Gennadij studium de restituenda Ecclesiastica disciplina, ad-
dit post hæc Nicephorus ^a, numquam eum voluisse ordinare aliquem sacerdotem, qui Psal-
terium Dauid nõ semper haberet in ore: ut planè exegerit in clero monasticam obseruantiam.

^a Niceph. lib.
15. c. 23.

Hoc item anno, vbi primùm Episcoporum Synodus Constantinopoli habita ad finem
perducta est, ab eisdem Episcopis celeberrima facta est dedicatio nobilis ecclesiæ à Marcia-
no erectæ, nomine Anastasiæ, egregij Magni illius Gregorij Nazianzeni monumenti. Mo-
ris namque fuit celebrare Encenia tempore Synodorum, cum videlicet plurimi Episcopi
conuenissent in vnum, prout innumera superius diuersis locis exempla recitata declarant.
Quæ verò acciderint in eiusmodi dedicatione basilicæ, ipsius Marciani Acta demonstrant,
quæ sic se habent ^b, post enarratam eiusdem templi amplitudinem, & sacrorum vasorum
eidem collatorum præstantiam.

ENCENIA
ANASTA-
SIAE.

^b Extitit apud
Syn. tom. 1.
die 10. Ia-
nuarij.

B Omnibus autem conuenientibus, noui quidem templi (ut par est) Encenia celebra-
tur, & dies quoque, qua ipsa martyr certamen consummauit, ipso, inquam, Decembre.
Vocabant autem ad Encenia & fideles Imperatores, & sacrum Senatam, & omnem (ut
semel dicam) ciuitatem. Oportebat autem, quod latebat, Marcianum eo die videri,
qualis esset moribus, qualis virtute, & quantum se ultra mandata extenderet. Nam cum
tota concurreret ciuitas, & egentes vnà cum ea quodam pacto attraherentur: pauper qui-
dam accedens ad hunc virum egregium (ij enim exquirunt & discunt benignas & clemen-
tes animas, non secus atque hi qui laborant, medicos) accedens ergo, respexit ad eius de-
xeram, & petijt ut acciperet aliquod medicamentum famis. Ille autem (tunc enim ni-
hil gestabat in sinu, sed re vera habebat intra animæ sinum benignitatem multam & cle-
mentiam) cum remotus fuisset ab omnibus, & locum aspexisset valde latentem: nullo au-
tem alio nisi vnica tegetetur tunica, quod quidem fuit ei tota vita familiare, ut duabus non
vteretur tunicis: cum sic se haberet vir diuinus, etsi facile erat, excusando egestatem, re-
pellere supplicationem: nam quod nihil portabat, testes habebat omnia intuentes ocu-
los: Ille, perinde ac si non daret, fieri non posset ut non Deo afferret molestiam, cum se
ea ipsa, quæ sola intus erat, veste exuisset, dat egenti prompto & alacri animo: & de cete-
ro habebat solam vestem sacerdotalem & penulam, quæ corpus contegebat; quam etiam
vndiquaque contrahens, cupiebat, quantum fieri poterat, latere, & id quod factum fuerat,
omnium celare oculos.

MARCIANA
DECENO-
MI CHA-
RITAS.

Postquam autem fuerunt intra ædem sacram (ei autem diuinum celebrare sacrificium ius-
sit primus sacerdotum) ille quidem penulam similiter contraherebat & complicabat, cupiens
(ut diximus) etiam latere. Qui autem aderant, & vnà cum eis Pontifex, cum oculos in eum
defixissent, vident quoddam nouum & arcanum miraculum, & propemodum ijs solum
credibile qui adspexerunt. Vident enim intus indurum eximia quadam veste regia, & auro
nitenti intertextam, quæ tunc etiam magis apparebat in manibus, quando eos qui accedebant,
diuino corpore impertiebat. Hæc videntes alij quidem apud se mirabantur, alij autem alijs
quoque enunciabant, nonnulli quidem ut admirantes, nonnulli verò (ut est verisimile) etiam
inuidentes. Qui etiam apud ipsum Pontificem Gennadium accedentes, tamquam existi-
mantes eum nescire, quæ eum scire maxime volebant, ei renunciabant: deinde etiam ei co-
nabantur detrahere, & mouebant calumnias aduersus bonam illam animam. Et ille se ip-
sum quoque dicebat vidisse, modum autem ignorare, & se de eo re vera dubitare.

DE MAR-
CIANO PONTI-
FICE.

Postquam autem à Marciano fuit impositus finis sacrificio; eum accersit Patriarcha, &
eum, secundum conueniens, de veste reprehendit, dicēs, eam magis Imperatoribus conue-
nire, quàm sacerdotibus. Ille autem magis animi dubius, quàm is qui dubitabat, procidit ad
pedes illius, & in eos multas effundens lacrymas, negabat omnino id quod dictum fuerat,
& dicebat deceptos fuisse eius oculos: Tale quid enim vel solum cogitasse, aperta est insu-
mia. Ad hæc Patriarcha (stultum enim existimabat, & à ratione aperte alienum, proprijs non
credere oculis) manu propria statim tangens, relaxat ipse penulam cum veste sacerdotali; &
de cetero miraculum videbatur, & dicebatur: Nam illa quidem aurea quæ ante videba-
tur tunica, nusquam erat: nudus autem sanctus videbatur, sicut erat, exceptis his indumen-
tis sacerdotalibus; nudus, inquam, qui verè aureis virtutis tunicis, quæ sub aspectum non ca-
dunt, tegebatur. Hoc Pontificem quidem adducit in admirationem; in admirationem etiam
adducit Imperatores, cum iam fama ad eos peruenisset, Leonem nimirum & Ivenem Augu-
stum: clarum autem erigit trophæum simul & aduersus malignam & sceleratam Eutyche-
tis ^a infaniam, quæ (proh dolor!) vsque ad id tempus defendebatur ab aliquibus.] hæc ex ^a Arij

DETEG-
TVN MIRA-
CVLVM.

Annal. Eccl. Tom. 6.

X 3

Actus

CHRISTI
459.

LEONIS PAP.
20.

LEONIS
MAIORIANI 3. IMPP.

A Actis Marciani Oeconomi viri sanctissimi: reliqua autem de ipso suo loco dicemus oppor-
tunius. Tali namque meruerunt nobilitati miraculo Encania illius Anastasiz, Gregorij olim
Nazianzeni sedis, ab ipso plurimis laudibus celebratae.

MONASTE-
RIUM STU-
DITARVM
RECTVM.

^a Niceph. lib.
25. c. 23.

Aucta est etiam eodem Gennadij Episcopi tempore Constantinopolitana Ecclesia nobi-
lissimo coenobio monachorum Accemetarum, hoc est, Infomnium; in quo plurima multi-
tudo habitans monachorum iuges die noctuque peruigiles Deo laudes offerret, tripartito
tempore, & monachis sibi inuicem succedentibus. Vocati sunt iidem, Studitae, à Studio viro
clarissimo, qui eiusmodi monasterium erexit, de quo ista Nicephorus: Eiusdem Genna-
dij Episcopatus tempore, Studius vir praclarus Roma Constantinopolim peruenit, & san-
cto Praecursori templum erexit, in quod monachos ex domicilio eorum, qui ἀνομῶντες, hoc
est, Infomnes dicuntur, induxit. Horum domicilium Marcellus diuinitus construxerat,
in quo perpetuis carminibus numquam non hymni Deo canebantur, sodalitate monacho-
rum eam ob rem in tres coetus diuisa. In ea quoque mandra Ioannes Calybites monachum
egit.] hæc Nicephorus.

^b Ambr. epist.
38.

Quod verò ad Studium monasterij conditorem pertinet: non solum suo ipsius clarus
fuit munere Consulatus, sed maiorum suorum quoque magistratibus insignis. Temporibus
namque Maioris Theodosij claruit Studius Praefectus Praetorio, ad quem extat luculenta
S Ambrosij epistola ^b ad eius consultationem respondentis, qua ipsius summa religio inno-
tescit. Porro hunc de quo est sermo, ante quinquennium cum Aetio Consulatum gessisse,
Facti produnt Consulares: ea enim nobilissima omnium dignitate insignire voluit Studium
nouum Constantinopolis colonum Marcianus Imperator anno Domini quadringentesimo
quingagesimo quarto: in Oriente quidem ipsum creatum fuisse Consulem, ex eo liquet,
quod Aetium collegam constet esse creatum in Occidente. Diuino planè consilio accidit,
vt religiofissimus Senator cum bonis suis Roma migraret Constantinopolim, ita praereptus
à ventura per Vandalos inferenda Urbis captiuitate. Hunc quidem qui Consulatum ges-
sit, eumdem esse cum Studio qui condidit monasterium, Suidas affirmat, cum de alio ab eo
erecto edificio hæc ait: Idem Studius Princeps ædem Archistrategi Nacoliae condidit, in
qua extant versus heroici:

^c Suid. in hi-
stor.

*Studius illustrem ædem condidit, celeriterque suorum
Laborum primum reperit, Consulares fasces adeptus.]*

^d 1. 15. C. de
Episc. Concl.

Ante quidem excidium Urbis per Gothos illatū Studiorum familiam translata Constantinopoli-
m, inde potes intelligere, quòd reperitur ^d Studius Praefectus vrbis Constantinopoli-
lis sub Consulatu Honorij sexto & Aristineti, anno Domini quadringentesimo quarto. At
de Studio hæctenus: De Studitis verò monachis suo loco pluribus dicendum. Ad sextum
autem Imperatoris annum illud absolutum esse coenobium, Cedrenus habet.

ALEXAN-
DER AV-
CTOR ACOR-
METARVM.
^e Extat apud
Syr. die 29.
Decembr.

Ceterum quod spectat ad Accemetarum monachorum institutum, non fuit eius Mar-
cellus auctor, sed propagator: verum Alexander Abbas, eiusdemque Marcelli institutor reli-
giosum illum cultum inuenit, prout eiusdem Marcelli Acta ^e testantur. successit verò Ale-
xandro in praefectura monasterij Ioannes Marcelli collega, cum ne crearetur Abbas, Mar-
cellus ipse inde recessisset, sed post Ioannem præesse coenobio cõpulsus. Porro sub ipso Mar-
cello plura edificante monasteria, laudabile institutum illud semper Deum laudantium
longe lateque diffusum esse, eius Vitæ acta testantur.

MARTYRI-
VS EPISC.
ANTIOCH.

Hoc eodem anno Acacius Episcopus Antiochenus, cum sedisset annum dumtaxat, ex
hac vita decessit: in cuius locum subrogatus est Martyrius, de cuius sedis annis in eius obi-
tu dicturi sumus.

^f Leo epist. 80

Quod autem ad huius anni res gestas in Occidente pertinet, obruta penè noscuntur
esse silentio, nisi tantum quòd sub anni huius Consulibus data habetur sancti Leonis de-
cretalis epistola ^f ad Episcopos Campaniæ, Samnij, atque Picceni, de seruanda antiqua tradi-
tione Ecclesiæ, vt non nisi Paschæ & Pentecostes tempore, citra necessitatem, sanctum
baptisma ministraretur, praemissis catechismis & exorcismis, ieiunijs, atque alijs, quæ sa-
crum baptisma præcedere solerent. Sed & illi etiam occurrere studuit corruptelæ, cum
praetextu magis fructuosæ poenitentiae, confessionem peccatorum, quæ solita erat esse secre-
ta, quidam in publicam conuertebant: quem prauum vsum sanctus Leo remouit, iubens
omnino fieri eam ex more secretam. Est autem huiusmodi ipsius de confessione publica
tollenda decretum:

Illam etiam contra Apostolicam regulam praesumptionem, quam nuper agnoui à qui-
busdam

CHRISTI
459. 460.

LEONIS PAP.
20. 21.

LEONIS
MAIORIANI 3. 4. IMPP.

A busdam illicita vsurpatione committi, modis omnibus constituimus submoueri (de poeni-
tentia videlicet, quæ ita à Fidelibus postulatur) Ne de singulorum peccatorum genere li-
bellis scripta confessio publice recitetur, cum reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdoti-
bus indicare confessione secreta. Quamuis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis,
quæ propter Dei timorè apud homines erubescere non veretur: tamen quia non omnium
huiusmodi sunt peccata, vt ea, qui poenitentiam poscunt, non timeant publicare; remoueatur
tam improbabilis consuetudo, ne multi à poenitentiae remedijs arceantur, dum aut eru-
bescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta referare, quibus possunt legum constitutione
percelli. Sufficit enim illa confessio, quæ primum Deo offertur, tum etiam sacerdoti, qui
pro delictis poenitentium precator attendit. Tunc enim demum plures ad poenitentiam poterant
prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.] hæc ipse: qui
dum ait, contra Apostolicam regulam ista praesum, planè insinuat ex Apostolica traditione
probatam haberi in Ecclesia secretam peccatorum confessionem. At de his superius actum
est pluribus. Iam transeamus ad anni sequentis res gestas.

SECRETAM
ET NON PV-
BLICAM
CONFES-
SIONEM
ESSE DE-
BEBE.

IESV CHRISTI
ANNVS
460.

LEONIS PAP.
ANNVS
21.

LEONIS
MAIORIANI 4. IMPP.

Exagesimus supra quadringentesimum voluitur annus Domini, notatus Magni & Apol-
lonij Consulatu. Est mentio Magni Consulis apud Gennadium, vbi agit de Faustio, at-
que ut ^a: Scripsit postea ad Felicem Praefectum Praetorii & Patriciae dignitatis virum, filium
Magni Consulis iam religiosum, epistolam ad timorem Domini hortatoriã.] hæc ipse: at
de Felice inferius.

^a Gennad. do
c. 85.

Huius anni exordio Leo Augustus impulsus Synodicis decretis Concilij ad finem anni
superioris Constantinopoli (vt vidimus) celebrati, iam peractis Encænijs, iussit inuasorem
Alexandriae Ecclesiæ Timotheum inde eijci, dato ad hoc certo rescripto ad Duceum Au-
gustalem, qui curaret exactè negotium. Sed quæ de his habet Liberatus Diaconus, hic red-
damus; ait enim ^b: Scripsit Imperator Leo duci Alexandriae Stylæ, vt pelleret quidem
ab Episcopatu omnibus modis Timotheum, inthronizaret autem alium decreto populi,
qui Synodum vindicaret. Iussione suscepta Dux Stylæ, fecit quæ fuerant imperata. In exilio
relegitur Timotheus Alurus Chersonæ arcta custodia, & cum eo Petrus hareticus, & pro-
D Proterio Timotheus cognomento Solofaciolus, sine Albus, Episcopus constituitur.] hæc
Liberatus. Quæ quidem primum omnium (quod ad tempus spectat) hoc anno & non an-
te facti esse (vt habet Cedrenus ^c anno superiori) vt affirmemus, mouent litteræ sancti Leo-
nis Romani Pontificis ad Leonem Imperatorem hoc anno datæ decimoquinto Kalendas
Julias, quibus vt de recenti factò gratias agit de expulso inuasore Timotheo, cum necdum
creatus eius successor esset Solofaciolus: vt planè appareat hoc eodem anno eiectum fuisse
Timotheum, & non antè.

LEO IMP.
EXPELLIT
TIMOTHE-
VM ALEX-
ANDR.

^b Liber. Bro-
uiar. c. 3.

^c Cedren in
Cõpend. anno
tertio Leonis.

Sed in eo corrigendus est Liberatus, dum ait, eum statim relegatum esse Chersonam, vel
quod scribit Cedrenus, missum in Paphlagoniam primum, deinde verò relegatū in Cher-
sonesum, vel (vt alij habent) in Oasim. Nam constat eiusdem sancti Leonis Romani Pon-
tificis litteris dicta die hoc anno ad Gennadium datis, eumde Timotheum permissum fuisse
venire Constantinopolim sub specie quadam abdicandæ hæresis, & recipiendi Chalcedo-
nensis Concilij: ista enim speciosa larua sese impius per suos, quos penes Imperatorè Con-
stantinopoli habebat, intrudere in eam vrbem conatus est, re vera tamen, vt edita professio-
ne Catholica, restitueretur in Alexandrinam Ecclesiam. De his autem cum tam Gennadius
Constantinopolitanus Episcopus, quam etiam ibi adhuc agentes Apostolicæ sedis legati
Domitianus & Geminianus Episcopi reddidissent certiorè sanctum Leonem, ipse mox
ad eundem Gennadium ista rescripsit ^d:

DE TIMO-
THEO IN-
VASORE SE-
DI ALEX.
SIMVL ET
AGENTE.

^d Leo epist.
100.
S. LEO AD-
MONET DE
TIMOTHEO
GENNA-
DIUM.

Dilectionis tuæ litteris & fratrum Coepiscoporumque nostrorum Domitiani & Gemi-
niani sermone agnoui, Timotheum, postquam Ecclesia Alexandriae ciuitatis expulsus est,
Constatinopolim (nonnullis hoc fidei aduersarijs agentibus) venire permissum: vt (quan-
tum datur intelligi) quia vniuersorum Domini sacerdotum sententijs coarctatus, inuitus
siletem ad Catholicum se dogma conuertat; vt (tamquam propter hanc tantummodo cul-
pam

CHRISTI 460. LEONIS PAP. 21. LEONIS MAIORIANI 4. IMPP. 4.

pam videatur eiectus) hareticæ peruerſitatis errore damnato, doctrinæ Apoſtolicæ, vt ad A Alexandrinam redeat Eccleſiam, ac quietat: cum illi, etiam ſi Catholicus probaretur, hoc vehementer obſiſtat, quod viuente Epiſcopo, tantæ ſedis inuaſor, & auctor apparuit inaudi- tæ crudelitatis admiſſæ.

Et ided dilectio tua, ſolicitudo qua claret, eniti & elaborare debebit, ne cum tam ne- fario homine ſermo aliquis priuati vel publicè miſceatur: ne ſub ſpecie correctionis eius, quorundam conuentui præbeat occaſio: ne redeundi integram capiat libertatem, de quo iam edictis ſuis Princeps Chriſtianiſſimus iudicauit. Omni igitur labore & circumſpectione peruigili vnitati Eccleſiaſtica profuturus, enitere, frater cariſſime, vt ſpes ſuffragatoribus ipſius adimatur, & Alexandrinis ex clero ſuo Catholicus Epiſcopus ſecundum morem veterem per Orthodoxos Epiſcopos conſecretur. Quia parricida ille non aliter à ſuis deſenſoribus deſeretur, niſi Alexandrina Eccleſia, quæ Patrum honori & ſuæ B reſtituenda eſt libertati, rectorum ſanctis omnibus, quæ malè geſta ſunt, probatiſſimum fuerit conſecuta. Datum decimoquinto Kalendas Iulias, Magno & Apollonio Conſulibus, per Philoxenum Agentem in rebus.] hæc ſanctus Leo: ex quibus in primis erroris redarguas, qui dixerunt Timotheum relegatum fuiſſe, arctaque custodia, ne effugeret, cuſtoditum. Eadem quoque die, de ſubrogando in locum Timothei alium Epiſcopum, ita ſcripſit ad Leonem Imperatorem a:

Si glorioſum pietatis veſtræ in fidei deſenſione propoſitum tanta proſequi laude cupiamus, quanta rerum ipſarum magnitudo depoſcit: inueniremur impares in actione gratiarum, ſi noſtri tantum oris anguſtus vniuerſalis Eccleſiæ gaudia celebremus. Sed dignitas illius remuneratio veſtris actibus meritisque ſeruabitur, in cuius cauſa & ſpeciali excellitis animo, & optato triumphatis euentu gloriæ. Sciat igitur clementia veſtra, omnes Eccleſias C Dei cum laude exultare pariter & lætari, quod ab Alexandrinæ Eccleſiæ iugo improbus parricida depulſus eſt; & populus Dei, cui prædo nefarius incubabat, in antiquam fidei libertatem redactus, poteſt iam in ſalutis viam fidelium ſacerdotum prædicatione reuocari, cum videat omne ſeminarium venenorum cum ipſo auctore proiectum. Nunc ergo quia hoc conſtanti propoſito & magna mente peregiſtis; conſummato operi fidei illud adiungite, vt de Catholico illius ciuitatis Præſule, quod Deo placeat, decernatis, qui nulla damnatae toties impietatis ſit infectus aſpergine: ne fortatte rectum vulnus ſub ſpecie obductæ cicatricis increſcat; & plebs Chriſtiana, quæ vobis agentibus, apertè ab hareticorum peruerſitate liberata eſt, lætalibus iterum obnoxia fit venenis.

Vides autem, venerabilis Imperator, & euidenter agnoſcis, quod in perſona de cuius abſeſſione agitur, non ſola eſt fidei integritas intuentia: quæ etiam ſi vllis correctionibus D profeſſionibusque purgari & in integrum valeret qualibet conditione reſtitui, nequaquam tamen quæ ſceleftè cruentaque commiſſa ſunt, poſſunt probabilium verborum proteſtationibus aboleri: quia in Pontifice de hoc (maxime tamen tantæ Eccleſiæ ſacerdote) non ſufficit ſonus linguæ & ſermo labiorum: & nihil prodeſt, ſi Deus voce prædicatur, & mens impietate conuincitur. De talibus enim per Apoſtolum ſanctus Spiritus loquitur b: Habentes ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et iterum alibi c: Deum proſitentur ſe ſcire, factis autem negant. Vnde cum in omni Eccleſiæ membro & integræ fidei veritas & bonorum operum plenitudo quaratur: quanto magis in ſummo Pontifice debent vtraque præcellere, quia alterum ſine altero non poteſt cum Chriſti corpore compaginari? Nec neceſſe eſt nunc omnia, quæ Timotheum execrabilem faciunt, enarrare: cum copioſè atque manifeſtè in totius mundi notitiam, quæ per ipſum ac propter ipſum ſunt geſta, proceſſerint; & ſi quid ab incompoſito vulgo contra iuſtiam perpetratum eſt, in huius omnia verticem confluant, cuius delictis manus furentium ſeruierunt. Vnde ſi etiam in profeſſione fidei nihil hic negligat, nihil fallat: apuſſimam gloriæ veſtræ eſt, ab hoc appetitu illum proſus excludere: quia in tantæ vrbs Antifite vniuerſa Eccleſiæ membra decet ſancta exultatione gaudere; vt vera pax Domini non ſolum prædicatione fidei, ſed etiam morum clarificetur exemplo. Datum decimoquinto Calendarum Iuliarum, Magno & Apollonio Coſſ. per Philoxenum Agentem in rebus.]

Hæc cum accepſſet Imperator, obſequeus Romano Pontifici, & Timotheum relegari præcepit, & ſucceſſorem Proterij à clero Alexandrino eligi, & ab Ægyptiis Epiſcopis more priſtino ordinari. Ad hoc quidem tempus, quæ de relegatione Timothei & electione ſucceſſoris Epiſcopi Alexandrini à Liberato Diacono vel aliis dicta ſunt; referri debent. Por-

DE TELLEN DO TIMOTHEO ET CREANDO NOVO EPI SCOPALEX LEONIS AGIT.

Leo epist. 99. LEO PAPA AD LEONEM IMP.

EXCLUDENDVS TIMOTHEVS A SPORE RECIPERE RANDAE SEDIS.

2. Tim. 3. Tit. 1.

TIMOTHEVS RELVVS RELEGATVS.

CHRISTI 460. LEONIS PAP. 21. LEONIS MAIORIANI 4. IMPP. 4.

A rō de ſucceſſore Proterij, item Timotheo nominato, hæc idem auctor habet a. Hic quidem Timotheus Catholicorum Epiſcopus vixit ſine ſeditione. Quicquid enim Alexandria Ec- clesia toto tempore Leonis & Zenonis, donec Baſiliſcus arripuit tyrannidem, &c.] Quæ autem poſt hæc renouata ſunt turbæ, ſuo loco dicemus.

Ordinatus itaque Orthodoxus Epiſcopus Eccleſiæ Alexandrinæ Timotheus, ſtatim, more maiorum, de ſua ordinatione vnà cum Catholicæ fidei profeſſione litteras dedit ad ſanctum Leonem Romanum Pontificem; miſſis ad hoc legatis Daniele Preſbytero atque Timotheo Diacono: præſterunt id ipſum eiufdem Alexandrinæ Eccleſiæ clerus, necnon Ægypti Epiſcopi Orthodoxi, qui Timothei ordinationi interfuerunt: ad quos ſingulos per breues extant redditæ ab eodem Leone epiſtolæ, atque in primis ad Timotheum recens creatum Epiſcopum ita conſcriptæ b:

B Euidenter apparet, ſub Apoſtolicæ ſplendore ſententiæ c, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum; & diuinæ diſpenſatione pietatis, vbi excipiuntur aduerſa, ibi donantur & proſpera: quod Alexandrinæ Eccleſiæ experimenta demonſtrant, in qua multos ſibi patientiæ theſaurus humilitas, modeltia, & tolerantia congregauit: quia d iuxta eſt Dominus iis qui tribulatio ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit: glorificata in omnibus inclyti Principis fide, per quem dextera Domini fecit virtutem, ne in thronum beatorum Patrum Antichriſti diutiùs federet opprobrium, cuius impietas nemini magis quam ſibi nocuit: quia etſi aliquos ad ſocietatem facinoris impulit, ſe tantum denique inexpiabiliter cruentauit. Vnde de eo quod inſtinctu fidei in fraternitatem tuam, cleri, & plebis, atque omnium Fidelium egit electio, vniuerſam mecum Eccleſiam Domini gaudere reſcribo, vt que hoc benignitas diuinæ pietatis multiplicata gratia confirmet, exopto: ita ipſi per omnia tua deuotione famulante, vt etiam eos qui veritati aliquatenus reſtiterunt, reconciliandos C Deo per Eccleſiæ preces inſtanter acquiras, & ſacramento Catholicæ fidei, cuius ſoliditas nullam diuiſionem recipit, ſolicitus rector adiungas, illum imitatus verum piūque paſtorem, qui animam ſuam e poſuit pro ouibus ſuis, & errantem f vnam ouem non flagellis coër- cuit, ſed ad ouile proprium ſuis humeris reportauit.

Agat ergo dilectio tua, frater cariſſime, ne vel Neſtoriani dogmatis, vel Eurychiani erro- ris vllum in Dei populo poſſit veſtigium reperiri. Quia e nemo poteſt fundamentum po- nere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus: qui vniuerſum mundum non reconciliaret Deo Patri, niſi per fidei regenerationem omnes in noſtræ carnis veritate ſuſci- peret. Cum ergo ſcribendi opportunitates, quibus fraternitas tua vtatur, extiterint: ſicut neceſſariè & ex more feciſti, vt per filios noſtros Daniele preſbyterum & Timotheum Dia- conum ordinationis tuæ ad nos ſcripta dirigeres, ita omni tempore in hoc officio perſeue- res, vt de prouectibus pacis ſæpè (quantum fieri poteſt) ſolicitudini noſtræ mittantur indi- cia; vt per alterna colloquia ſentiamus, quia charitas Dei diſuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Datum decimoquinto Kalendas Septembris, Magno & Apollonio Coſſ.] hæc ad Timotheum ſanctus Leo.

Ad Epiſcopos etiam eius ordinatores eadem die idem Pontifex Leo ſcripſit epiſtolam. Portauerant hi pondus diei & æſtus, & perſecutionis tempore aduerſus Timotheum ſedis illius inuaſorem inſaſti ſteterant & inconcuſſi. Horum igitur cum S. Leo litteras de Catho- lico ordinato Antifite accepſſet, eiſdem ad gratulans, iſtas reddidit f:

Leo Epiſcopus Theophilo, Ioanni, Athaſio, Abrahæ, Danieli, Ioanni *, Paphnutio, Murſeo, Panuluo, & Petro Epiſcopis Ægyptiis.

E Litteris fraternitatis veſtræ, quas ad me filij noſtri Daniel preſbyter & Timotheus diaconus detulerunt, cognouiſſe me gaudeo, quod glorioſi & venerandi Principis fides Propheti- cis & Euangelicis vnita doctrinis ad ſanctos & Deo placitos diſpoſitionum ſuarum deuenit effectus, vt cruentiſſimo Alexandrinæ Eccleſiæ peruaſore deiecto, & in longinquiora tranſ- lato, dignum ſua gubernatione rectorem totius ciuitatis mereretur electio, ad cuius vos con- ſecrationem nullus ambitus traheret, nulla ſeditio impelleret, nulla iniquitas incitaret: ſed in medio conſtituta meritorum ſanctitate, eum cunctis non dubitaret præponere, quem ſibi vniuerſitas cuperet præſidere. Vnde reddita populis Chriſtianis Dei pace gaudentes, commendamus vobis inuicem veſtri operis dignitatem; vt religioſè per omnia ordinatus Antifiteſ fraterno ſe viuere experiatuſ aſſenſu, & ad abolenda ſcandala, quæ error hareticus excitaauerat, cooperatione veſtra gaudeat adiuuari.

Excluſo enim qui imitator diaboli fuit, & in veritate non ſtetit, malè vtens ſpecie per- uafi ho-

* Liberat. Diac. in Bragiari. c. 15. TIMOTHEVS EPISCALIX.

Leo epist. 103 Rom. 8. EPISTOLA S. LEONIS AD TIMOTHEVM EPISCOPVM ALEXANDR. Pſal. 33.

Joan. 10. Luc. 15.

1. Cor. 3. DE REDY- CENDIS LAPSID.

Leo epist. 103

Ioane

EPISTOLA LEONIS PAP. AD EPISCOPOS ÆGYPTI.

CHRISTI
460.

LEONIS PAP.
21.

LEONIS MAIORIANI 4.
IMPP. 4.

SALVRES
ADMONI-
TIONES.

uasi honoris & nominis; congruit vt Alexandrina Ecclesia eum veneretur & diligit, quem A
& probitate morum & integritate Catholicae fidei dignum tanto sacerdotio comprobauit.
Cui mutuae charitatis plenum animi nostri praebemus affectum, cohortantes, fratres caris-
simi, & fiducialiter exigentes, vt in praedicatione verbi in eruditione praeepti, illam for-
mam custodiat charitatis, sine qua nullae possunt prodesse virtutes. Quod autem fratri &
Cocpiscopo nostro Timotheo de reuocandis ijs, qui a veritatis itinere deuiantes, inconsul-
tius se ferociusque gesserunt, scriptum esse cognoscitis; dilectio quoque vestra ad curam
suam intelligat pertinere: vt quia late sese pestilens illa aegritudo diffudit, vbique omnibus
eadem adhibeatur medicina vulneribus; vt per diligentiam pastorem in cunctis Ecclesijs
Domini ouile reparetur, & per sollicitudinem charitatis atque doctrinae omnes Christi oues
vnum sentiant habere pastorem. Data decimoquinto Kalendas Septembris, Magno &
Apollonio Confl.]

DE MODE-
STIA ET
CHARITA-
TE ORTHO-
DOXORVM.

Vidisti ne, lector, quales esse soleant Orthodoxi vincentes? non efferrī superbia, nec ad
vindictam acceptarum iniuriarum impelli, sed omnia in eos qui superati sunt emolumenta
conuertere: vt planē appareat, non contra impios, sed contra impietatem potius bellum
gessisse, immo & pro ipsorum salute dimicasse, cum omni abolita iniuriarum memoria,
memores tantum sint quibus valeant modis omnibus illis subuenire atque prodesse: Ita
planē filij pacis quos non odium & vindicta, sed charitas & benignitas mouet ad bellum. Vt
vel ex hac saltem parte valeas pios ab impijs atque ab haereticis Orthodoxos discriminare;
cum innumeris exemplis, Ecclesiae praesertim Alexandrinae, videas illos rerum potestatem
semel nactos, statim furentes in Orthodoxos insurgere, arma sumere, & in eos excitare alios
vndique hostes, sacra dispergere, cruentare manus, & (quod latronum ac furum est) macta-
re gregem & perdere. Sed gratulantem adhuc sanctum Leonem clero Alexandrino de no-
ui veri pastoris electione audiamus, vt qui eius lugubres in afflictionibus querelas maren-
tes audiimus; adgaudentes pariter, tantae latitiae com participes simus: his enim verbis per
litteras eos alloquitur^a:

^a Leo epist.

102.
LEO PAPA
AD CLERVM
ALEXAND.
^b Ephes. 4.

Gaudeo exultanter in Domino de piissimo quem inter vos habetis affectu, dum (sicut
scripta vestra manifestant) & pastor gregem & grex ostenditur amare pastorem. Soliciti ergo
inuicem (sicut Apostolus^b ait) seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis; operate ad
fructum vestrae peruenire patientiae. Quid enim dignius aut velle potestis, aut agere, quam
vt auxiliante Dei gratia, gloriosissimi Principis fide ad profectum solidissimae pacis vtamini,
remota procul ea bestia, quae vineam plantationis Dominicae (sicut psalmus^c Propheticus
canit) singulari feritate vastabat? Quia ergo in ouili Dominico nec furum iam insidiae, nec
latronum timentur incurfus: redeat vniuersitas vestra in concordiam, & magisterio Spiritus
sancti illa in omnibus vnitatis expetatur, propter quam dicit Apostolus^d: Non querens
quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Id ipsum dicant & sentiant omnes: nulla
sint sensuum disputationumque certamina.

^c Psal. 79.

^d 1. Cor. 10.

SALVRES
ADMONI-
TIO.

Quod vsque ad Catholicos Praesules in Alexandrina Ecclesia discipuli veritatis didice-
runt atque docuerunt, eadem a cunctis Fidelibus confessione promatur: quia varietatem
veritas (quae est simplex atque vna) non recipit. Si quos autem cuiuslibet ordinis Christia-
nos impia haereticorum conturbauere mendacia, ad satisfactionis remedia prouocare; & in
spiritu mansuetudinis cum benignitate corripite: quia (sicut ait beatus Apostolus Petrus^e)
non tardat Dominus promissum, sed patienter agit propter nos, nolens aliquos perire, sed
omnes ad poenitentiam conuerti. Agendum ergo est, ne difficultas veniae curationem fa-
ciat tardiozem. Data decimoquinto Kal. Septembris, Magno & Apollonio Confl.] haec
S. Leo: est haec nouissima earum quae extant ipsius epistolarum: contigit enim ipsum anno
sequenti hac vita defungi: quem his Dominus praeuenit benedictionibus dulcedinis, vt an-
tequam ex hac vita migraret, in pristinum statum restitutam viderit Ecclesiam Alexandri-
nam, pro cuius salute atque concordia diutius tantopere laborarat.

^e 2. Pet. 3.

^f Caten. in
Compend.
an. 4. Leon.
OBITU S.
MEONIS
SYLLITAE.

Hoc ipso anno^f, quarto nepe Leonis Imperatoris, magnus Simeon ille Syllita, Orbis mi-
raculum, ex hac vita migravit. hoc quidem nomine Theodoretus eum honorat, vbi ait: Si-
meonem illum insignem, magnum illud Orbis terrarum miraculum, sciunt quidem omnes
qui parent Romano Imperio, norunt autem Persae quoque & Indi & Aethiopes, quin etiam
ad Scyrhas atque Nomadas fama peruadens eius in laboribus subeundis diligentiam do-
cuit & philosophiam.] sed inferius addit eundem notum fuisse Occidentalibus & Bo-
realibus omnibus, Britannis, Gallis, & Hispanis. Quod vero ad eius aetatem longevam
pertinet:

CHRISTI
460.

LEONIS PAP.
21.

LEONIS MAIORIANI 4.
IMPP. 4.

A pertinet: ipsum ultra centesimum annum aetatem propagasse, inde facile colliges, quod
iam columnam ascenderat viuentē Meletio Episcopo Antiocheno, qui mortuus est anno
Domini trecentesimo octogesimoprimo: a quo tempore vsque in hanc diem numerare
licet annos octoginta vno minus. Verum cum eum inuisset Meletius, haud putamus mi-
norem fuisse annis triginta. Porro qui ipsius adhuc viuentis aliqua scripsit, profecutus
post eius obitum reliqua, Theodoretus, accidit vt praemorere ipse, relicto Simeone su-
perstite; vnde & factum est vt maxima tanti viri rerum gestarum pars remanserit obuoluta
silentio: etenim nondum exegerat in columna annos duodetriginta, cum Theodoretus
eius res gestas conscripsit; cum tamen constet plusquam octoginta annos eundem inco-
luisse columnam.

Hunc velut supra eminentem thronum in media Syria extulit Deus hoc deploratissimo
B saeculo perspicuum cunctis doctorem Orbis, vt omnes addiscerent in tot tantisque tenebrosis
anfractibus haereseum, illam verē esse Catholicam fidem, quam humanus Angelus illis cre-
dendam insinuaret, crebrisque miraculis confirmaret: Ita planē consulendum fuit vel im-
peritis, simplicibusque, vel reliquis omnibus qui sacra Concilia recipienda reuenerent, & san-
ctorum Patrum decreta & Ecclesiae traditiones negligenter; vt fuit Eudocia Augusta, quae
in haereseum Eutychemam prolapsa, per Simeonem hunc salutem inuenit; & alij plurimi
eiusdem erroris vel aliarum haereseum sectatores, persuasi omnes, haud falsam posse docere
fidem, cuius dictis omnipotens ipse Deus iugi miraculorum operatione subscriberet: vt
merito tum ad sui ipsius, tum aliorum salutem, eundem Simeonem, qui de fide sentiret,
Leo Imperator (vt vidimus) consuluerit.

SIMEON
ORBIS
CONCIO-
NATOR.

Iure igitur Christianus Orbis, qui viuentis (vt dictum est) coluit nomen, & est veneratus
C imagines, memoriam defuncti maioribus est profecutus honoribus, annis singulis eius
diem natalem celebrandum instituens, siue diem translationis, cum videlicet venerandum
ipsius corpus paulo post obitum Constantinopolim translatum fuit, ita eodem praecipiente
Leone Imperatore maxime pio: qui & dignē quidem in eius honorem nobilem ibidem
erexit ecclesiam, vt in Actis Danielis Syllitae narratur^a. Hunc tandem accepit magnus Si-
meon post mortem honorem: quem viuentem ab Imperatore Marciano saepe priuato ha-
bitu conuentum, Suidas tradit: litteris vero pios omnes Imperatores eum frequetasse & co-
luisse, quae dicta sunt superius, satis docent. Ceterum solemnem pompam exhibitam a ca-
litis ipsa die, qua triumphans caelum descendit, non vnus Daniel, longē licet absens, ag-
nouit, sed & celeberrimus ille Auxentius^b, de quo plura superius narrata sunt, cum esset in
Bithynia, intellexit, vt eorumdem Acta significant.

^a Apud Suer.
die 11. I. c.
comb.

^b Apud Suer.
die 4. Febr.

D At sicut Elias Elisaeum Spiritus reliquit haereditem & virtutum imitatore; ita Simeon
Danielem monachum, quem praedictionibus & diuinis visionibus ad eiusmodi angelicum
arripiendum vitae institutum adhortatus est, sibi substituisse visus est spiritualis hereditatis
legitimum successorem. Paulo enim ante eius obitum idem Daniel instar Elisaei, sicut ille
pallium est consecutus Eliae, ipse cucullum Simeonis per Sergium discipulum ad Leonem
Imperatorem missum, sed ab illo non acceptum, accipere meruit: ita planē diuino consilio
factum est, vt pote quod Simeonis heres spiritus & virtutis in editione signorum esset: Acci-
dit autem id eodem die quo idem Simeon ex hac vita decessit: Vbi verō illum Daniel accep-
pit a Sergio, eidem decessum Simeonis sibi reuelatum patefecit, & magna fiducia, ceu pa-
ternam aditurus hereditatem, constructam apud Ostia Ponti columnam ascendit, cum ad-
uersantem sibi mox expertus est inter alios S. Gennadium Constantinopolitanum Antisti-
E tem, rei nouitate percussum, subuerentem quidem, ne inflatus homo superbia, aemulatio-
ne magni Simeonis impulsus, inde humanam captaret auram, & ea arte sibi gloriolam com-
pararet: sed signis diuinitus editis satis tandem persuasus est, Danielem Dei amicum, non
humana id tentasse praesumptione, sed Dei consilio nri, eiusque imperio regi, Spiritu agi, &
eius ope fulciri. Ita sanē decuit margaritum probari, quod nimia sui magnitudine, impostu-
rae suspicionem augebat.

DANIEL
COLUM-
NAM A-
SCENDIT.

Ceterum et si hoc anno columnam conscendit: haud tamen in monastica professione ty-
ro dicendus erat, qui eam ab anno duodecimo suae aetatis feliciter fuerat auspicatus; & iam
in ea militia veteranus, Praefectus meruerat eligi monachorum, sed renuit: Qui igitur iam
perfectissimo studio omnia expleset officia monachorum, recumbenti illi in nouissimo lo-
co, a Domino dictum est: Amice, ascende superius.] Quae verō inter Danielem & Impera-
torem & Eudociam, cum eisdem innotuisset, transacta sunt, dicemus anno sequenti, quo ac-
cidisse

CHRISTI
460.LEONIS PAP.
21.LEONIS
MAIORIANI 4.
IMPP.

cidisse probantur. Errare autem qui consensum Danielis in columnam ad annum Leonis A Imperatoris octauum referunt (vt Cedrenus) Acta ipsius ostendunt.

EUDOCIAE
AVG ORBITV.
Niciph lib.
24. c. 30.

Hoc item anno Eudocia Augusta Theodosij Iunioris relicta coniunx, in Palaestina, vbi à viri obitus tempore vitam transegit, defuncta est. De qua ista apud Nicephorum^a ex antiquioribus prodita sunt monumentis: Postremò templum amplitudine & forma præclarum ex ipsis fundamentis admirando illi & primo diacono simul & martyri Stephano, stadio vno ab Hierosolymis, Eudocia erexit: quo in loco à persecutoribus Domini saxis obrutus ille, immarcescibilem coronam reportasse dicitur. In quo templo & ipsa, aliquo post tempore cum ad immortalem migrasset vitam, condita est, quarto Magni Leonis Imperij anno, cum piam Deo placitamq; exegisset vitam. Defuncta est autem ætatis suæ sexagesimo septimo anno: nam viginti annos nata Imperatori Theodosio coniuncta est: & in aula Imperiali & vnà cum Augusta Pulcheria vigintinouem transegit; ipsa sola absque Pulcheria Imperium annis septem administravit. Porro Hierosolymis vndecim transegit: ex eo tempore quatuor vixit annos, vniuersalis Synodi Chalcedonenfis Acta non probans; postquam autem Synodi eius decreta rata grataque habuit, alios etiam transegit quatuor, & tandem mortua est.] hæc Nicephorus. Sed præstat audire Cyrillum de his quæ ipsi hoc eodem anno ante eius obitum contigerunt. Dum enim res gestas sanctissimi viri Euthymij oratione profequitur, de Eudocia Augusta post alia eiusmodi inserit orationem, res suæ ætatis, quas conspexisse potuit, posteris tradens^b:

Apud Sur.
die 20. Ianuarij.

EUDOCIA
QVID NOVIS
SIME CVM
EUTHYMIO.
Num. 24.

Beata autem Eudocia cum quamplurima templa Deo ædificasset, Gerontochomiaque & Prochotrophia, quæ ne facile quidem possunt numerari, piè construxisset: iussit in quodam ex eis templis, quæ erant ab ea ædificata, quod est sacrum Petro Principi Apostolorum, situm est autem è regione Lauræ Euthymij, non distans minus quàm viginti stadia, cisternam valde profundam simul & latam gratia alicuius vsus necessarii construi. Cum autem aliquando venisset ad eam spectandam, vider Lauram Euthymij positam in media solitudine, & quemadmodum cellæ fratrum erant à se inuicem seunctæ: & cum illud Scripturæ apud se cogitasset: Quam pulchri sunt pedes Iacob, tabernacula Israel: & ex eo anima esset valde compuncta: ad eum statim mittit Gabriellum, rogans Euthymium, vt sibi permitteretur ad eum accedere, & frui illius sermone atque doctrina: & simul etiam Lauræ, cuius dare redditus habebat in animo: causâ autem erat, vt fratribus daretur sufficiens rerum necessariorum suppeditatio. Ille verò eam sic prius compellat: Cum tuus decessus sit in foribus, cur sollicita es, & filia, & distraheris circa plurima? Illa sint tibi solùm parata, quæ pertinent ad excessum ex hac vita. Nostri autem ne memineris quantum ad redditus & pecunias; sed communis Domini memineris, apud quem rogamus vt nostri potius recorderis.

Hic illa auditis, his duabus affectionibus bifariam diuisum habuit animum, admiratione & animi ægritudine: illud quidem magni Euthymij tribuens præscientiæ, & quemadmodum quod ipsa animo suo agitabat, ille longo ante spatio intelligat: hoc autem propterea, quod ipsa à sua spe excidisset. Volebat autem ei pecunias relinquere & redditus, vt diximus. Hinc verò venit ad sanctam ciuitatem, & cum Anastasium accessisset Patriarcham, & ei exposuisset quæ à diuino audiuisset Euthymio, ea fecit quæ illi priori cogitationi respondebant, & erant planè fraterna. Et primùm quidem Stephani protomartyris Christi templum, quod nondum erat plene constructum, dedicat quintodecimo mensis Ianuarij: deinde cum ei etiam multum tribuisset reddituum, & eius curam dedisset Gabriellio, neque alias quoque neglexit ecclesias quæ ab ea ædificatæ fuerant, sed eas quoque valde diligenter obibat, & dedicans, & sufficientem redditum vnicuique tribuens. Cum quatuor autem menses iam præterissent post dedicationem, ipsa quoque, humana vita relicta, excedit ad Dominum.] hæc tenus Cyrillus res Eudociæ profecutus. Hunc tandem felicem finem consecuta est Eudocia Augusta, de qua (verè dixerim) planè miraculum contigit, vt femina potens in hæresim lapsa, diuque in ea versata, resipuerit, demumque sancto sine clausurâ diem extremum.

IESV

IESV CHRISTI
ANNVS
461.HILARI PAP.
ANNVS
I.LEONIS
SEVERI I.
IMPP.

A

ANus Christi agitur quadringentesimus sexagesimus primus, Consulibus Seuerino & Dagalaipho: quo Maiorianus Imperator apud Dertonam Hispaniæ ciuitatem fraude Seueri necatur, qui post eum tyrannicè inuasit imperium. Hæc quidem Marcellinus sub huius anni Consulibus, necnon Cassiodorus, qui item affirmat id factum immisione Ricimeri Magistri militum Gothi hominis & Ariani, cuius ope idem Seuerus in Imperium est exaltatus. Quoto autem die vel mense hæc acciderint, antiquorum (quod viderim) cum nullus prodar, haud acquiescendum putauimus recentiori auctori^a pro animi sententia annos, menses, & dies tum Maioriano, tum Severo etiam præscribenti. Nobis autem religio planè sit, quicquam absque maiorum auctoritate firmare. Porro de eius sepulchro hi extant Ennodij versus:

MAIORIANI
NI MORE,
ET SEVERI
IMPERIVM.

* Patruin. de
Roman. imp.
in Fast.

Cum præstat grauior bustum Fortuna petiitum
Contulit exuuiis, Maioriane, tuis.

Nunc indignis pyramidum iam præspice moles,
Filia Principibus linque sepulchra piis.

* vel tu.

Sic igitur Maioriano laudatissimo Imperatore sublato, planè concidit Occidentale, quod ei innitebatur, Imperium: cuius ruinæ illa certior causa præcessit, quod Gotho homini & hæretico Ariano Ricimero creato Magistro militum, malè creditæ fuere vires Imperij, vt exitus declarauit: docuit enim sæpe experimentum, magno damno hæreticos admisceri Catholicis, quod nulla sit (vt ait Apostolus^b) conuentio lucis ad tenebras.

Eodem etiam anno, sub iisdem Consulibus, tertio Idus Aprilis moritur S. Leo Romanus Pontifex, cum sedisset annos vigintivnum minus diebus trigintaduobus. Redarguitur verò erroris Marcellini Chronicon, dum anno superiori Leonis Papæ obitum ponit: Erenim cum reperiantur ab eo datæ epistolæ anno qui hunc præcedit, mense Augusti; & sit omnium sententia, ipsum vita functum mense Aprilis: certum est non ante præsentem annum id contingere potuisse. Hic quidem ob excellentem virtutem, doctrinam, & in cura pastorali vigilantissimum studium, à maioribus, Magnus cognomento iure meritoque meruit appellari.

* 2. Cor. 6.

S. LEONIS
PAPAR OR-
ITVS.

De quo cum sint nonnulla antiquis tradita monumentis, quæ nequeant certis eius sedis annis adscribi, hic in eius obitu referemus: atque in primis quæ de eo habet S. Gregorius Papa in epistola ad Constantinam Augustam his verbis: Cognoscat autem tranquillissima domina, quia Romanis consuetudo non est, quando Sanctorum reliquias dant, vt quicquam tangere præsumant de corpore; sed tantummodo in pixide brandeum mittitur, atque ad sacratissima Sanctorum corpora ponitur: quod eleuatum, in ecclesia, quæ est dedicata, cum veneratione reconditur: & tantæ per hoc ibidem virtutes fiunt, ac si illuc specialiter eorum corpora deferantur. Vnde contigit, vt beatæ recordationis Leonis Papæ temporibus (sicuci à maioribus traditur) dum quidam Græci de talibus reliquiis dubitarent: prædictus Pontifex hoc ipsum brandeum allatis forficibus incidit, & ex ipsa incisione sanguis effluerit.] hæc S. Gregorius. Vnde autem acceperit recens auctor^d, qui rem diuersè ab ipso Gregorio narrat, non inuenimus.

* Greg. lib. 3.
epist. 30.

MIRACV-
LVM DE IN-
CISO BRAN-
DEO.

* Sigebert. in
Chron. a. 441

At hic opportunè describamus veterem Ecclesiæ morem ponendi vela vel sudaria supra Apostoli Petri sepulchrum, vt ea reciperent benedictione locupleta. meminit eius Gregorius Turonensis, qui de ipsa basilica Vaticana ista præmittit: Quatuor ordines columnarum valde admirabilium numero nonaginta sex habens. Habet etiam quatuor in altari, quæ sunt simul centum, præter illas quæ Ciborium sepulchri sustentant. Hoc enim sepulchrum sub altari collocatum, valde carum habetur. Sed qui orare desiderat, referatis cancellis quibus locus ille ambitur, accedit super sepulchrum: & sic fenestella paruula patefacta, immisso introsum capite, quæ necessitas promit, efflagitat. Nec moratur effectus, si petitionis tantum iusta proferatur oratio. Quod si beata auferre desiderat pignora, palliolum aliquod momentana (nempe statera) pensatum iacit intrinsecus: deinde vigilans ac ieiunans, deuotissimè deprecatur, vt deuotioni suæ virtus Apostolica suffragetur. Mirum dictu, si fides hominis præualuerit, à tumulo palliolum eleuatum, ita imbuatur diuina virtute, vt multo amplius quàm prius pensauerat, ponderaret: & tunc scit qui leuauerit, cum eius gratia sumpsisse quod petiit. Multi enim & clauces aureas ad referandos cancellos beati sepulchri faciunt, qui ferentes pro benedictione, priores accipiunt, quibus infirmitates

* Greg. Turō.
Miracul. lib.
1. c. 28.
DE ECCLE-
SIA ET SE-
PULCHRO
S. PETRI.
statum

Annal. Eccl. Tom. 6.

Y

tribu-

tribulantium medeantur. Omnia enim fides integra praestat. Sunt ibi & columnae mirae ele- A gantiae candore niueo, quatuor numero, quae Ciborium sepulchri sustinere dicuntur.] ha- ctenus ille : quae, vt facilius intelligas quae de S. Leone ex Gregorio Papa sunt enarrata, hic tibi spectanda proponimus.

Præf. Spirit. 6. 149.

Rursum verò apud Sophronium hæc de eodem Leone scripta leguntur : Cùm descen- disse Abbas Amos Hierosolymam, & Patriarcha ordinatus esset, venerunt omnes mona- steriorum eremi Abbates, vt adorarent eum : inter quos adfui & ego cum Abbate meo. Cœpitque Patriarcha dicere Patribus : Orate pro me, Patres : magnum enim onus & into- lerabile mihi iniunctum est, sacerdotique dignitas me terret immodicè, Petri & Pauli si- milium est regere rationales animas : Ego autem infelix & peccator sum : plus enim quam cetera timeo ordinationis sarcinam. Nam inueni scriptum, quia beatissimus & æqualis Angelis Leo Papa, qui Romanorum Ecclesiae praefuit, quadraginta dies perseueravit ad se- pulchrum Apostoli Petri, vigiliis & orationibus insistens, petentique ab Apostolo, vt pro se apud Deum intercederet, vt dimitterentur sibi peccata sua. Impletis diebus quadraginta, apparuit ei Apostolus Petrus dicens ei : Oraui pro te, & dimissa sunt tibi omnia peccata tua, præter quam impositionis manuum. Hoc solum abs te requiretur, siue bene, siue fortasse malè egeris.] hæc ibi.

QUID REVE- LATUM LE- ONI VIVEN- TI.

QUOMODO PARS DI- MISSA PE- CCATORVM. Pa. 1. 114. 5.

Psal. 18. Luc. 23.

EXPLODI- TYR DELE- ONE FABRI- CA.

Sed quid est : Omnia tibi sunt dimissa peccata præter manuum impositionem ? Num peccata ex parte dimitti possunt ? minimè gentium, si ad culpam referas. Ceterum quo ad poenam dici debent dimissa fuisse S. Leoni peccata. Quòd enim facile sit in his peccare etiam prudentem Episcopum, iure S. Apostolus^b monet ita Timotheum : Nemini citò manus imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.] Illis ergo remanebat S. Leo delictorum poenis obligatus, quæ illi perpetrassent, qui ab eo indigni promoti fuissent ad ordines. Tunc namque dicuntur Præsules communicare peccatis alienis, dum indignis con- ferunt honores & ministeria. Hinc sibi timens Propheta Rex ait : Ab alienis parce seruo tuo.] Quòd si hæc^a sunt in viridi, quid fiet in arido ? Leone quis sanctior atque prudentior, vt tantum periculum liber transiliat ?

De eodem sanctissimo Pontifice quædam indigna Christianis auribus irrepit sine vlla maiorum auctoritate iactata fabella, quæ à recentioribus tamen nonnullis absque delectu cuncta confarcinantibus, & siue sint vera vel falsa minimè disquirentibus, vel saltè leuiter dubitantibus, scriptis asseritur : nempe S. Leonem, cùm formosa mulier eius manum esset exosculata, passum quid oblectationis humanæ, ob eam causam in seipsum vltorem, ad excidendam dexteram ferro armasse sinistram : sed oranti ipsi ad Dei genitricis imaginem, ab eadem sectur manum fuisse restitutam. At nugæ sunt istæ, & garrularum fabulæ vetu- larum. Quod enim S. Ioanni Damasceno contigit, cùm ab Iconoclasta Leone mutilatus est dextera, & sanatus à Virgine : inuersa historiae veritate, Leo Papa præcisus manu iactatur, & à Deipara eadem restitutus asseritur. Sed facessant commenta istæ, quorum imago picta, iussu Clementis Papæ Octau, consultis viris doctis, abradi iussa est, quòd nulla penitus reperta sit veritate subacta, vel saltè veri similitudine colorata, sed leuissimè in vulgus sparsa, instarq; somniorum, effusa, vt solent nugæ reliquæ ab otiosis effingi. Descenderem hic, quæ ad refellendam fabulam hanc, iussus conscripsi, si id alicuius ponderis quæstio, & non quæ sua leuitate euanesceat, exigeret.

Iam verò quæ de eodem S. Leone in libro de Romanis Pontificibus ab Anastasio scripta leguntur, adiciamus : præter illa enim quæ superius certis locis sunt collocata, de scriptis ab eo epistolis hæc ibi habentur.

DESCRIP- TIO LEONIS.

Hic beatissimus Leo Archiepiscopus multas epistolas fidei misit, quæ hodie Archiuo Ec- clesiae Romanae reconditæ tenentur. Hic firmavit frequenter suis epistolis Synodum Chal- cedonensem : Ad Marcianum Augustum epistolas duodecim : Ad Leonem Augustum epi- stolas tredecim : Ad Flavianum Episcopum epistolas nouem : ad Episcopos per Orientem epi- stolas octodecim, per quas fidem Synodi confirmauit.] & inferius : Hic renouauit basilicam Petri Apostoli, & fecit ibi cameram, quam & ornauit. Et beati Pauli basilicam post ignem diuinum, cùm videlicet tacta fulmine incensa est, renouauit : fecit & cameram in eadem si- militer, & in basilica Constantiniana.] Sed dilucidius de opere S. Leonis in basilica S. Pauli hæc habet Hadrianus Papa in epistola ad Carolum Magnum Imperatorem :



A S. LEONE EXORNA- TAB INA- GENIBVS ECCLESIAE

Item de sacro quarto Concilio egregius atque mirificus prædicatur sanctus Leo Papa : qui & ipse fecit ecclesias, quas in muuio ex diuersis historiis, seu imaginibus pingens de- corauit :

A corauit : magis autem in basilica S. Pauli Apostoli, arcum ibidem maiorem faciens, & in mu- suo depingens Saluatorem Dominum nostrum Iesum Christum, & secum viginti quatuor seniores, nomine suo versibus decorauit : & à tunc vsque hæcenus fideliter à nobis veneran- tur.] Hæc Hadrianus ad Carolum. Porro ipsa Saluatoris imago cum dictis viginti quatuor senioribus super maiorem arcum ab ipso ad suffulciendum veterem arcum superadditum, in suo opere elaborata, adhuc extat, seniorum verò imagines non nihil passæ iacturam : fa- cta hæc autem expensis Gallæ Placidiae, docet inscriptio superius in eiusdem Gallæ obitu recitata. Reliquos verò, qui nomine Leonis reperiuntur ibi tituli, siue supra basilicæ ianuam, siue in columna dextera maioris arcus, scias esse Leonis Papæ Tertij.

Sed rursus apud eundem auctorem de eodem de quo est sermo Leone hæc sequuntur : Fecit quoque basilicam sancto Cornelio Episcopo & martyri iuxta cœmeterium Callisti, via B Appia.] & paulo post : Hic constituit monasterium apud beatum Petrum Apostolum. Hic cõstituit, vt intra actionē sacrificij diceretur : Sanctum sacrificium, immaculatâ hostiam, &c.] & inferius : Hic etiam constituit & addidit super sepulchra Apostolorum ex clero Romano custodes, qui dicuntur Cubicularij] quos modò dicimus Capellanos : Cubiculum enim idem fuisse apud antiquos, quod hodie apud nos Capellam, notauimus in Romano Martyrolo- gio : cum alioqui & aliquos ex Cubicularijs fuisse laicos homines, doceat ordo Romanus. Subditur verò ibidem : Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem in vrbe Roma, presbyteros octoginta vnum, diacones triginta vnum, Episcopos per diuersa loca cen- tum octogintaquinque. Qui etiam sepultus est apud beatum Petrum Apostolum tertio Idus Aprilis. Cessauit Episcopatus eius dies septem.] hæc ibi.

Ad postremum verò quod inuenimus nobile monumentum, nempe cusum numisma arcum in sancti Leonis Papæ memoriam, cum imagine & nomine sancti Petri à parte al- tera, altera verò nomine expresso ipsius S. Leonis (quod de aliis ante eum Romanis Ponti- ficibus non reperitur) hic tibi expressum formis reddendum curauimus. extat ipsum qui- dem in Archiuo rerum antiquarum mei pernecessarij, viri disertij, Lælij Pasqualini Canonici S. Mariæ Maioris : præferret namque omnem cum antiquitate sinceritatem, vt nec leuissi- mæ suspitioni subiaceat impostura.



NUMISMA S. LEONIS.

De quo si quis meam roget sententiam, puto illud eo tempore cusum, quo ab Attila Hun- norum Rege cum exercitu imminenti, fultus praesidio S. Petri Apostoli, Urbem (vt diximus) liberauit. Sed dicit aliquis : Quid super humerum clauis ? Vtique allusum esse scias ad vati- cinium Isaiae, quo hæc sub figura de Christo dicuntur : Dabo clauem domus Dauid super humerum eius : & aperiet, & non erit qui claudat : & claudet, & non erit qui aperiat.] cuius clauis pariter mentio est in Apocalypsi^b : quo symbolo significaretur Christi potestas S. Pe- tro collata. Habes etiam & excusa S. Petri imagine, quales esse solent tonsuræ sacerdotum, quas coronas vocamus. Ad postremum verò quod apud Valfridum legitur de S. Leone, sep- ties vel nouies Missarum solemniam eadem die celebrasse : de Tertio Leone potius quam de Primo accipiendum est : cùm alioqui ipse Leo in epistola ad Dioscorum tradat, ex iusta cau- sa sepius sacrificium eadem die iterare licere.

De tempore autem vacationis sedis S. Leonis, quòd traditur vacasse dies septem, certus deprehenditur error : cùm ex Concilio Romano sub Hilario Papa Leonis successore constet, subrogationem Hilari contigisse mense Nouembris : Habent enim ipsa Concilij Acta, con- uenisse eo tempore Romæ Episcopos celebrandi causa natalis diei ipsius Pontificis. Porro per natalem diem, qui solemniter Romæ agi solitus erat Romani Episcopi, non nisi ordina-

CHRISTI 461. HILARI PAP. I. LEONIS SEVERI I. 5 IMPP.

HILARVS PAPA GRECIVS.

tionis eius in Summum Pontificem intelligi debere diem, S. Leonis Papæ ea de re sermo- nes habiti manifestè declarant. Par est igitur, de tempore creationis Hilari, Concilij Actis & ipsius Papæ epistolæ potius acquiescere. quàm numero dierum incerto auctore signato, cum præsertim assertorem huius veritatis dignum chronographum habeamus Marianum Scortum, qui pridie Idus Nouembris ordinationem Hilari Papæ ponit.

HILARVS CONFIRMAT DECRETVM FIDELI.

Qui verò post S. Leonem subrogatus est Hilarius, fuit natione Sardinus, patre Crispino genitus: quem olim diaconum idem S. Leo legatum vnà cum collegis (vt dictum est) miserat Ephesum ad Concilium ibi œcumenicum sub Theodosio celebrandum. Simulac autem Hilarius in Romanæ Ecclesiæ Apostolica sede consedit, memor se tanti esse Pontificis successorem, sub quo aduersus hæreticos certans, vicem eius agens, primos ordines duxerat, nihil antiquius habuit, quàm quæ tanto labore essent contra hæreticos constituta, eadem facta testis firmaq; atque custodita relinquere. Quamobrem epistolam Encyclicam scriptam de damnatione Nestorij & Eutychetis, & confirmatione trium præcipuorum œcumenicorum Conciliorum: id enim in rebus ab eo gestis, in ipso earum ingressu ita describitur: Hic fecit decretalem & per vniuersum Orientem sparfit epistolam de fide Catholica, cõfirmans tres Synodos, Nicænam, Ephesinam, & Chalcedonensem, & tomum S. Archiepiscopi Leonis, & damnauit Eutychetem & Nestorium, & omnes eorum sequaces, & omnes hæreticos, confirmans dominationem & principatum sanctæ sedis Catholicæ & Apostolicæ.] hæc ibi. atque de Hilario modò satis.

Quod verò ad res Orientis spectat: hoc ipso tempore, cum sancti Danielis, qui columnam ascenderat anno (vt vidimus) superiori, miraculorum editione fama celebris innotesceret; Leo Imperator cum cœpit magno honore habere, & interdum etiam visitare, cuius & ad Deum precibus masculam prolem ex Verina coniuge obtinuit: quomodo autem hæc se habuerint, in rebus ab eo gestis fideliter scriptis ita narratur: Magnus Leo, qui Romanum quondam regebat Imperium, naturam autem regere non poterat, sed proles ei dederat mascula, quid facit? Confugit ad Deum omnium Dominum, apud ipsum Daniele vsus intercessore. Ille verò paruit, & anno sequenti parituram esse vxorem protinus significauit. Res verò, vt dixerat successit: natura cessit precibus, non solum ad hoc vt daret filium, sed ad hoc etiam vt daret illo tempore, quo Sancti os diuinum prædixerat. Sic ille Daniel non solum erat filius precationis, sed per preces dabat aliis vt haberent filios.] hæc ibi. Verùm transtulit infantem Deus è terreni regni successione ad fruitionem regni cœlestis, occulto iudicio, sed tamen ipsi infanti proficuo: Ceterum haud leuis suspicio est, subductum fuisse ex hac vita arte Ariadnæ sororis nequissimæ feminæ, Zenonis vxoris, inhiantis Imperio, & malorum omnium, quibus afflictata est Orientalis Ecclesiæ, subdola concinnatrix. Subdit verò mox auctor de Eudoxia vxore Valentiniani Augusti, quæ cum filiabus captiua ducta fuerat à Genferico Vandalarum Rege in Africam, atque inde vnà cum filia Placidia coniuge Olybrij missa Constantinopolim.

EUDOXIA AVGVSTA ADDANIELEM.

Cum (inquit) fama erga Sanctum vbique prædicaretur, ad eum venit etiam Imperatrix Eudoxia, nuper seruata ex Africa: & magnâ quidem ei reuerentiam, multum autem tribuens honorem, & rogans ipsum Danielem vt descenderet quidem de columna, ad sua verò loca veniret & cohabitaret: Sunt autem (dicebat) ea quidem multa, & amica silentio, & quæ possint aliquam præbere consolationem. Ille verò bonam eius mentem accipiens & laudans, statuit non transmigrare, sed in eo loco perseuerare in quo fuerat à Christo plantatus.] ista ibi de Eudoxia, quæ deprauato textu nominatur Eudocia: nam quæ fuit hoc nomine Imperatrix, coniux Theodosij Iunioris, ipsa iam (vt vidimus) defuncta Hierosolymis erat: alia autem Eudocia filia Eudoxiæ Augustæ retenta fuit in Africa à Genferico in coniugem Hunerici eius filij, ipsa verò Eudoxia dimissa libera est proficisci ad filiam Olybrii nuptam Constantinopolim, vbi & diem clausit extremum.

EUDOXIA AVGVSTA.


Quod autem duæ reperiantur Eudoxiæ, eademque Augustæ, prior Arcadij vxor, posterior verò Theodosij Iunioris filia ex Eudocia, vxor Valentiniani tertij huius nominis Imperatoris: priorem illam dictam esse cognomento Liciniam cum antiquarij magni nominis nobis assereret, errandi tribuit occasionem: ceterum ex litteris ipsius Eudoxiæ ad Theodosium datis aduersus Dioscorum & Eutychetem pro S. Leone Romano Pont. satis aperte apparet, non illam, sed Iuniorem dictâ fuisse Liciniam Eudoxiam. Priorem verò Eudoxiam omnes fermè Iuliam cognomento nominât: Eudociam autem Iunioris Eudoxiæ matrem, Æliam cognominatam fuisse, vetera numismata docent: Quod quidem cognomen deducit

In præamb. Conc. Chal.

CHRISTI 461. HILARI PAP. I. LEONIS SEVERI I. 5 IMPP.

stum videri potest à Flaccilla Augusta Theodosij Maioris vxore, quæ Ælia dicta reperitur. Quarum quidem Augustarum hic tibi simul ex numismatibus formas reddere laborauimus, atque in primis Æliæ Flaccillæ coniugis Theodosij Senioris, à qua Augustæ posteriores Æliæ nominatæ videntur.


B



Ex aur. n. Lelij Pasquali.

Quod autem subditur cûsum numisma, est Æliæ Eudociæ Augustæ Theodosij Iunioris vxoris, matris verò Eudoxiæ Augustæ coniugis Valentiniani Imperatoris.


C



Ex aur. n. Lelij Pasquali.

Quam verò vidisti Crucem intra coronam, eam super frontem gestasse Augustas, aliàs diximus, & sequenti nummi forma declarat, quæ est Liciniæ Eudoxiæ Augustæ coniugis Valentiniani, errore aliquando posita pro Eudoxia Aug. Arcadij vxore: sed cur non & ipsa Ælia dicta, ignoratur.

D



E

IESV CHRISTI ANNVS 462. HILARI PAP. ANNVS 2. LEONIS SEVERI 6. 2. IMPP.

Quadragesimus sexagesimus secundus Christi annus clarus duobus Augustis Leone secundum & Seuero Consulibus illucescit, sed scriptorum inopia obscurus omnino redditus. Quid enim certi sub hoc anno factum sit, nihil planè est, nisi quod Cedrenus ex antiquioribus tibi memoriis ista prodit: Hoc anno sexto Leonis Imperatoris, Constantino-

Annal. Eccl. Tom. 6.

Y 3

poli

CHRISTI
462.HILARI PAP.
2.LEONIS 6.
SEVERI 2. IMPP.

poli pictori cuidam aggresso Christum forma Iouis pingere, manus exaruit: Eum facinus A
confessum Gennadius Constantinopolitanus Episcopus sanauit.] hæc eadem habet Theo-
dorus lector^a, atque Nicephorus^b. Ex quo plane facta duo sunt Ecclesiæ exempla relicta;
& vt sacræ imagines piè sancteque reddantur; & vt peccata quantumuis enormia confessio-
ne purgari per sacerdotem quærantur; cum ex signo quod foris apparuit reddita sanitatis,
purgatam intrinsecus animam à reatu, intelligi possit.

^aTheod. Le. 7.
Collect. lib. 2.
^bNiceph. lib.
25. cap. 23.

Anni huius initio, nempe mense Ianuario, qui superiori anno mense Nouembri creatus
est Pontifex, Hilarus Papa litteras de sua creatione scripsit ex more ad omnes Ecclesias. Ex-
stat inter alias eiusdem Pontificis litteras epistola quam eo argumento dedit in Gallias ad
Leontium Episcopum, quam vnà cum ceteris ex sæpe dicto veteri codice Arelatenfis Ec-
clesiæ hic tibi edendam curauimus: est huiusmodi:

Dilectissimo fratri Leontio Hilarus.

Quantum reuerentiæ in Spiritu Dei, qui subditos sibi inhabitat sacerdotes, beato Petro B
Apostolo & sedi ipsius deferatur, omnibus arbitror esse compertum, quibus paternarum tra-
ditionum incorrupta custodia est: quos cum volumus de nostræ ordinationis primordiis
gratulari, opera quæ in nos diuinæ pietatis dignatio ostendit, sanctitati tuæ duximus indi-
canda: vt ipse primùm pro eo quem in nobis inuicem semper impendimus, præstante Do-
mino, læteris affectu: deinde vt dispositione tuæ fraternitatis omnibus per vniuersam pro-
uinciam fratribus & consacerdotibus innotescat, quod humilitatem meam dextera Domi-
ni visitare dignata sit, & in Apostolicæ sedis regimen non pro merito, sed pro suæ gratiæ
abundantissima largitate commiserit. Proinde frater charissime, quod sanctitati tuæ præ-
senti sermone patefecimus, in omnium nostrum (quemadmodum diximus) notitiam de-
ferre dignaberis: vt supplicaturi Domino nostro Iesu Christo, sicut exultationis gaudia, C
ita profutura vniuersali Ecclesiæ orationum suarum nobis vota coniungant. Dominus te
incolumem custodiat, frater charissime. Dat. 11. Kal. Febr. domino Seuero * Aug. Conf.]
his datis litteris ad Leontium, paulo post, vbi eas nondum redditis accepisset, idem Pon-
tifex istas adiecit:

Dilectissimo fratri Leontio Hilarus.

Dilectioni meæ, quæ circa Ecclesias Gallicanas, omnesque in eis Domini sacerdotes etiam
in inferiori gradu positos abundat, multum accedit augmenti, quod per verum & spectabi-
lem populum filium nostrum sermonis tui ad me sunt delata principia. Ex quo tamen con-
iicio, paginam meam, quam dudum de Episcopatus mei primordiis misi, necdum traditam
tibi fuisse cum scriberes, de qua vtique non siluisses, nisi prolatores aliqui causa tardasset.
Vnde quod & consuetudo poscebat & charitas, iam pridem me executum significo: & hoc D
ipsis litterarum exemplaribus, quæ direxi, plenius nosse vos cupio, vt officio fraterno in nul-
lo intelligatis fuisse me desidem: & ita vicissim frequentandis studeamus alloquiis, vt vi-
cem nobis communis præsentis scribendi cura compenset, frater charissime. Acceptis ita-
que communis * tui gratiam periisse non passus es, & quod eis solitudine intentum te esse
cognosco, vt custodiendis paternorum canonum regulis studere me cupias; quo desiderio
nihil concipi salubrius potest, quam vt in vna Ecclesia, cui oportet nec maculæ aliquid in-
esse, nec rugæ, vna sit in omnibus obseruantia disciplinæ. Cui si aliquid eruditionis aut cor-
reptionis addendum est, rectissimè per vestram diligentiam consulatur, si quemadmodum
es dignatus scribere, tam instructa ad nos fuerit persona directa, quæ inquisitionem no-
stram plenè ex omnibus possit instruere. Expondeo enim, quantum gratia Dei donat, vt
expondeam hoc me ad vniuersalem sacerdotum Domini concordiam prouisurum, vt om-
nes non sua audeant quærere, sed quæ sunt Christi studeant obtinere. Deus te incolumem
custodiat, frater charissime.] Accidit autem post hæc, vt cum Hermes quidam intrusisset
se in Ecclesiam Narbonensem, acriter Hilarus reprehenderet Leontium Episcopum, datis
ad eum litteris istis:

Dilectissimo fratri Leontio Hilarus.

Miramur fraternitatem tuam ita legis Catholicæ immemorem esse, vt quæque iniqua &
contra Patrum nostrorum statuta in prouincia quæ ad monarchiam tuam pertinet, si ipse aut
non vis, aut non potes, etiam nec nos silentij tui taciturnitate permittas corrigere. Siquidem
quod & rumore cognouimus, & quantum diligenter à diacono Ioanne, qui à magnifico vi-
ro filio nostro Frederico litteris suis insinuatus est, requisimus, quod iniquissima vsurpa-
tione quidam Hermes Episcopatum ciuitatis Narbonensis execrabili auctoritate præsum-
pserit.

^aIn Fastis
proponitur
Leo Aug.
additur Se-
uerus item
Augustinus.

CHRISTI
462.HILARI PAP.
2.LEONIS 6.
SEVERI 2. IMPP.

A pserit. Quam rem decuerat sanctitatem tuam vt nobis in vestigio indicaret. Qua de re, fra-
ter charissime, monemus, vt fides adhibeatur assertis, seposita excusatione, ad nos tam dile-
ctionis tuæ, quam fratrum nostrum, aut per portitorem litterarum, aut per quem ipsi ele-
geritis, subscriptam manu vestrarum relationem transmittatis, vt quid definire possimus,
recurrenti pagina possitis agnoscere. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime.
Dat. 11. Non Nouemb.] At de his & aliis idem Hilarus Papa eiusmodi dedit litteras ad
Metropolitanos diuersarum prouinciarum his verbis:

Dilectissimis fratribus Episcopis prouinciæ Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis Prime
& Secundæ, & Alpium Apenninarum, Hilarus Episcopus S.

Quamquam notitiam dilectionis vestræ, quanta vel qualia in Narbonensi ac Biterrensi
Ecclesia dudum sint admissa non lateant, & præsumptionis improbitas ad nos vsque peru-
niens proculdubio regionibus manifesta sit Gallicanis: Apostolicæ tamen sollicitudinis inter-
est culpas in nostro deprehensas examine non tacere; ne per incongruum silentium cū ini-
quæ agentibus habere videamur conniuentiæ portionem. Olim igitur vrbium Præsides præ-
dictarum sanctæ memoriæ decessori meo non minus quam nobis etiam tunc attulerunt do-
lores illicitis petitionibus audendo prosequi, quod vix apud patientiam nostram sola neces-
sitarum potuit deploratione liniri. Quibus enim (sicut etiam vos probatis factis) constat
exemplis, & qua non obiurgatione dignissimum est, quod sanctorum Patrum decretis & ip-
sis repugnat canonum institutis? Cum ideo se frater iam & Coepiscopus noster Hermes à
Narbonensi Ecclesia credidit iure suscipi, quia indignè à Biterrensis, quibus ordinatus est,
dicebat excludi. Quod si verè hoc in se factum doleret, & legitimo remedio subuenire pro-
pria scisset iniuriæ, vindictam magis debuit sperare perpetrissis, quam veniam perpetratis. De-
nique si nunc saltem communi omnium Domini sacerdotum vtatur animo, si imiterur ex-
emplum, si ad hæc quæ Ecclesiasticæ quietis contemplatione vtrumque sopita sunt, oculis
cordis intendat, & pro totius Ecclesiæ pace vel fide, quæ sunt multipliciter rata consideret:
nihil est profectò, quod non etiam ipse reprehendar, & erubescat sibi annui, quod in alte-
ro laudabiliter improbarit.

Scimus enim, & iamdiu de memorati fratris conuersatione nihil habemus ambiguum,
cum anteaetæ vitæ ipsius cursum & retro ante positum nostro reuoluentes animo, hos il-
lum quos in eo arguimus incurrisse potius, quam fugisse extimemus excessus. De quibus
presidente fratrum numeroso Concilio ex diuersis prouinciis ad diem natalis nostri in ho-
norem beati Petri Apostoli per Dei gratiam congregato, præsentibus fratribus & Co-
episcopis nostris Fausto & Auxanio, atque agentibus plurimis quæ vigorem respiciunt au-
thoritatemque iudicij, id à nobis pacis amore est constitutum, vt in sententia, quam sub ad-
uersione vtriusque legationis inde directæ, Christo Domino nostro inspirante, protulimus,
neque charitas Euangelicæ indulgentiæ, neque Apostolicæ virga defuerit disciplinæ: nam-
que in totum nec remittere nos fecit indulgentia, nec affectio coercere. Ei qui nunc Ecclē-
siæ Narbonensi præsidere permittitur, ordinandorum Episcoporum ob hæc quæ prauè fa-
cta sunt, sustulimus potestatem: quam ita ad fratrem & Coepiscopum nostrum Constans
veticæ Ecclesiæ Antistitem, quia æuo honoris Primas esse dicitur, pertinere cen-
suimus, vt si superstiti Herme Episcopo defunctus fuerit, illum hæc cura respiciat, quem
repererit Episcopalis ordo Primatem: Herme autem Episcopo deficiente, faciendorum
mos Antistitem Narbonensi mox reddatur Ecclesiæ; quem non ciuitas, sed causa præ-
sumptionis amisit.

E Vnde vestræ fraternitatis in Domino sincera dilectio solitudinem pastoralis curæ in suis
sedibus partita nobiscum commissarum sibi Ecclesiarum diligentia vigilanter exerceat, &
corum taliter quæ in Narbonensi prouincia emerere, meminerit, vt testetur factum potius,
quam sumat exemplum. Quod ita deinceps esse nolimus, sicut nouimus non fuisse. Itaque
fratres carissimi, necessariis studiis est agendum, ne error, quem iuuante Christo Domino
nostro nuper aboleuimus, aut in similes, aut in nouos vniquam prodire possit excessus: quod
vtique non aliter poterit præcaueri, nisi statuta venerandorum canonum in faciendis con-
uertiis, quos hactenus omitti fecit certa necessitas, exequamur: in quibus possint pro emer-
gentium necessitate causarum ad Ecclesiasticæ obseruantiam disciplinæ, & quæ secus facta
fuerint corrigi, & sequenda constitui.

Per annos itaque singulos ex prouinciis, quibus potuerit congregari, habeatur Episcopa-
le Concilium: ita vt opportunis locis atque temporibus secundum dispositionem fratris
& Co-

CHRISTI 462.463. HILARI PAP. 2.3. LEONIS 6.7. SEVERI 2.3. IMPP.

& Coepiscopi nostri Leontij, cui sollicitudinem in congregandis fratribus delegauimus, A Metropolitanis per litteras eius admonitis, celebretur: Ut si quid vsquam vel in ordinandis Episcopis, vel presbyteris, aut cuiuslibet loci clericis faciendis contra praecepta Apostolica reperiatur admissum, aut in eorum conuersatione quippiam reprobatur, communi omnium auctoritate rescetur. In ea praecipue celebritate conueniatur, quae praesidente Christo Domino nostro & veneranda sit sanctis, & formidanda peruersis. Nec cuiquam licebit a regulis euagari, quas sibi iuxta canonum definitiones vnita fraternitas in commune praefixerit, cum eminente quotannis examine, ita singuli actus suos dirigunt, vt his discussio iudicij optari magis debeat, quam timeri. In dirimendis sane grauioribus causis, & quae illic non potuerint terminari, Apostolicae sedis sententia consulatur.

Illud etiam non possumus praeterire, quod sollicitudine diligentiore curandum sit, ac praeter Metropolitanorum suorum litteras aliqui ad quamlibet prouinciam audeant proficisci: quod etiam in omni genere officij clericalis per singulas debet Ecclesias custodiri. Quibus e contrario hac ratione prospicimus, vt si hoc impetrare per aliquam non meruerint simultatem, cum duobus metropolitanis prouinciarum, quae congruae sunt, Arelatenfis Episcopus cuncta discutens, pro causae qualitate obseruanda constituat, nec in iniuriam alterius alienum clericum suscipi praeter testimonium proprii Antistitis secundum canonum statuta praecipiet. Singuli autem fratres vniuersique cognoscant parendum esse praesentibus constitutis, quibus etiam commonitio nostra denunciat in eos Christi Domini nostri iudicium minimè defuturum, qui declinando superba rebellione conuentus, conscientiae suae testimonio consulantur sacerdotalis innocentiae fiduciam non habere.

Praeterea eiusdem fratris libellus oblatu est nobis, quo perhibet parochias Arelatenfis Ecclesiae a praedeceffore suo Hilario in alias (quod non licuit) fuisse translatas, petens illas pristino iuri nostra auctoritate restitui. Sed moderaminis Apostolici memores fraternitati vestrae querelam ipsius remisimus audiendam, vt in vestro conuentu ea quae a nobis scripta sunt allegentur, & quae Ecclesiasticis regulis congruant decernantur. Simul etiam super hoc vniuersam fraternitatem volumus esse commonitam, ne praedia quae neque deferta neque damnosa sunt, & ad Ecclesiam pertinent, ex quibus plurimorum consueuerit necessitatibus subueniri, aliquo iure in alterum transferantur, nisi prius apud Concilium alienationis ipsius causa doceatur, vt quid fieri debeat, communi omnium deliberatione tractetur. Dominus vos incolumes custodiat, fratres charissimi. Dat. 11. Non. Decemb.] Porro has omnes Hilari Papae epistolas integras edendas curauimus, quod haecenus nunquam casus sciamus: accepimus verò ipsas ex codice saepe citato Arelatenfis Ecclesiae, vbi extant & aliae eius epistolae, sed quod sequentibus annis datae appareant, suo loco ponemus.

IESV CHRISTI ANNVS 463. HILARI PAP. ANNVS 3. LEONIS 7. SEVERI 3. IMPP.

BASILEE CONSULATVS. Sidon. lib. 1. epist. 9.

Qui sequitur annus quadringentesimus sexagesimustertius, Caeina Decio Basilio & Vibiano Consulibus adnotatur. Extat quidem praecleara memoria Basilij Consulis, dum eum Sidonius comparat cum Auieno, qui ante annos octo Consulatum gesserat cum Valentiniano Augusto septimum eo magistratu fungente. Agens enim de Senatu Romano eius temporis, ista ait: Erant quidem in Senatu plerique opibus culti, genere sublimes, etate graues, consilio vtilis, dignitate elati, dignatione communes: sed seruata pace reliquorum, duo fastigatissimi Consulares Gennadius Auienus, & Caeina Basilius praeter ceteris conspiciebantur: ij in amplissimo ordine, seposita praerogatiua partis armatae, facile post purpuratum Principem principes erant, &c.] comparat eos simul, & in quibus alter alteri praestaret, enarrat; sed ad commendationem huius haec ait: Auienus ad Consulatum felicitate, Basilius virtute peruenerat.] sed & de Basilij familia paulo post addit: In hoc (inquit) Coruinarum familiae Deciana praeferebatur.]

Marian. Scot. in Chron. HILARVS PAPA CYCLVM NOVVM CVRAT PER VICTORINVM.

Sub hoc anno Hilarius Papa considerans Theophili Alexandrini Episcopi Cyclum iam in declinam labentem, absoluendum anno Christi quadringentesimo octogesimo, de nouo conscribendo calculo prouinciam iniunxit Victorino Aquitano, qui huius facultatis habebatur omnium hoc tempore facile princeps. Praestitit ille quidem quod a Romano Pontifice iniunctum

CHRISTI 463. HILARI PAP. 3. LEONIS 7. SEVERI 3. IMPP.

iniunctum fuit opus, scripsitq; Cyclum annorum quingentorum trigintaduorum: expertus est tamen postea aduersantem sibi Victorem Episcopi Capuanum, cui magis Beda tribuit: sed de controuersia suo loco dicendum erit. Haec de Victorino complures testatur. Gennadius temporis huius scriptor de ipso ita habet: Victorinus natione Aquitanus, calculator scripturarum, inuitatus a S. Hilario vrbis Romae Episcopo, composuit Paschalem cursum indagatioue cautiissima post quatuor priores, Hippolytum, Eusebium, Theophilum, & Prosperum, & protendit annum seriem vsque ad quingentesimum trigessimum secundum, ita vt quingentesimo trigesimo tertio anno Paschalis reincipiat solemnitas eodem mense & die, eadem & Luna, qua primum passio & resurrectio Domini facta est.] haec Gennadius.

Gennad. de vit. illustr. c. 83. * t. imperum

Hoc eodem anno celebrata est Synodus Arausiana posterior notata sub consulatu Decij Iunioris, praesidete ei Caesario Arelatenfi Episcopo, qui primo loco sedit, subscripsitq; verbis istis: Caesarius in Christi nomine Episcopus, constitutionem nostram relegi, & subnotans subscripsi quinto Nonas Iulij, Decimo Iunio viro clarissimo Conf.] haec ibi. Qui enim Basilius in Fastis huius anni Consul inscribitur, fuisse illi cognomen Caeina, & ex Deciorum familia, nuper vidimus ex Sidonio Apollinare, vnde apud recentiorum auctorum Fastos iure inscribitur, Caeina Decius Basilius. Porro habito respectu ad alium Caeinam Decium, Albinum dictum, qui Consulatum gessit vna cum Theodosio Iunio decimum octauum, anno Christi quadringentesimo quadragesimo quarto, hic merito Decius Iunior, ille vero Senior nuncupabitur. Nec est quod eiusmodi Concilium ad alium Decium, Iunio rem itidem dictum, Venantium appellatum, qui Consulatum gessit anno salutis quingentesimo octauo, referri possit. nam ille dictus est Iunior respectu alterius Venantij Decij, qui anno praecedente, nimirum quingentesimo septimo, cum Anastasio Augusto gesserat Consulatum.

CONCILIUM ARAUSICANVM POSTERIVS.

Quod enim qui huic interfuere Concilio Episcopi, ante illud tempus mortuos esse magna ex parte liquet, nihil est vt ad illum Decium Iunio rem ista posterior Arausiana Synodus referri possit. Iam enim praedefunctum fuisse Eucherium Episcopum Lugdunensem, quis non intelligit? & Principium Sueffionensem Episcopum etiam ex hac vita sublatum, quis dubitat, cum legit Lupum patris Principij successorem Episcopum Sueffionensem anno quingentesimo septimo interfuisse Aurelianensi Concilio sub Clodoueo: vt taceamus modo de Prospero & aliis, quos certum est illa tempora minimè attigisse.

Quod insuper ad illa tempora ista Synodus referri non possit, ad haec etiam addimus, quod cum quatuor Galliarum Praefecti eidem Concilio subscripti habeantur, Petrus, Marcellinus, Felix, & Liberius, nihil est vt ad ea tempora, cum Theodoricus regnaret Italiae Rex, eiusmodi Concilium referri possit, cum ipse testetur, a multo tempore ante defuisse Praefectos in Gallias mitti, cum non amplius Praefectos, sed Vicarium vnum loco ipsorum se mittere dicat scribens ad Gemellum Vicarium: nec alios quidem Praefectos misisse reperitur: quae enim ratio quatuor mittendi Praefectos in angulum Galliarum, possidentibus eas maxima ex parte Franchis atque Burgundionibus? vnde satis esse putauit, eam partem, quam perexiguam possidebat in Gallia Narbonensi, Vicaria regere Praefectura. Sic igitur non ad illud tempus, sed ad praesentis anni Consulatum Caeinae Decij Iunioris, Arausicanum Concilium referri debere, ex his quae dicta sunt, redditur manifestum.

Apud Cassiodor. lib. 3. epist. 17.

Hic igitur de tempore Synodi stabilitis, reselluntur qui sub Leone Pontifice, eiusque in illa dictam Synodum celebrata affirmant. Quod insuper huic Synodo interfuisse reperitur Eucherius, absque dubio Episcopus Lugdunensis (nullus enim eius nominis alterius Ecclesiae in Gallias reperitur Episcopus) redarguitur plane erroris Gennadius, dum vult eum sub Valentiniano atque Marciano Imperatoribus diem obiisse: quem securus Ado in eum de lapidem erroris impexit. Ad haec vsque saltem tempora eum fuisse superstitem, Acta Synodi manifestè declarant. Nec est, quod ob hanc causam quis praesentem Synodum retrahere possit ad Consulatum Decij Senioris, sub anno Christi quadringentesimo quadragesimo quarto: nam eo tempore non Caesarius, qui huic praefuit Synodo, sed Hilarius erat Episcopus Arelatenfis, cui successit Rauennius, & post Rauennium Eonius, cui iste de quo est sermo fuit successus Caesarius. Sic igitur dicendum videtur, S. Eucherium Lugdunensem ad haec saltem tempora vitam propagasse. Vixisse autem Eucherium, cum idem Caesarius praesesset Ecclesiae Arelatenfi, certum redditur ex Actis Concilij Arelatenfis tertij, cui item Caesarius praefuit, Eucheriusq; subscripsit. Sed & de his haud dubius testis accedit Cyprianus, qui res a Caesario gestas quam fidelissime posteris commendauit: vixit enim eodem tempore, extititq; eius discipulus, atque de eisdem huiusmodi textit historiam.

DE RVGHERII VITAE TEMPORIB.

Apud. Sur. to. 4. die 17. Augst.

Cum

CHRISTI
463.HILARI PAP.
3.LEONIS 7.
SEVERI 3. IMPP.

A Cum aliquando sanctus Cæsarius circa Alpes iter ageret, vir venerabilis sanctus Eucherius Lugdunensis Episcopus cum illo erat. Accidit tum, vt in media via infelix & morbida mulier eis occurreret, manibus & pedibus contractis per terram reptans. Quam cum esset intuitus beatus Cæsarius, interrogauit sanctum Eucherium, quid hoc esset, quod illa per terram ita se traheret. Eucherius interrogabat feminam. Illa respondit, se multis annis membris fuisse contractam. Beatus Cæsarius dicit sancto Eucherio: Descende, & con-signa eam. Illo quasi trepidante & excusante sese, Cæsarius instat & vrget. Tandem Eucherius descendit, & con-signat eam, aitque: Ecce feci quod iussisti. Dicit ei Cæsarius: Extensa manu, apprehende manum illius, & erige eam. Ille respondit: Quicquid aliud iusseris, non recusabit Eucherius tuus: istud vt faciam, adduci non potero: tuum est hoc facere, cui prestitit Deus gratiam animas & corpora languentium curandi. Cæsarius ait: Tu interim facito quod dico. Illo planè renitente, & cum multa modestia & cum lachrymis se excusante, diuque facere detrectante: Cæsarius dicit: Tu ne obedientia causa in ignem ingressurus es, qui nec misericordia adduci potes, vt facias quod charitas iubet? Mitte in nomine Domini manum tuam, & erige eam. Tunc ille obediens, porrigit feminæ manum, & subleuat eam. Illa verò mox integrè sanata, abiit ad hospitium suum.] hucusque auctor: quibus intelligas, superstitem fuisse Eucherium, cum Cæsarius regeret Arelatensem Ecclesiam, atque adeò mirum non esse si huic posteriori Arausicano Concilio præfatus fuit atque subscripsit. Quod si pertinaci animo Gennadio acquiescendum putes dicenti cum sub Imperatoribus Valentiniano atque Marciano esse defunctum: tunc planè dicere coges duos fuisse Eucherios eiusdem Ecclesiæ Lugdunensis Episcopos; quod antiquiorum neminem hætenus dixisse inuenimus.

C Resplenduit sacer iste sacerdotum Conuentus, tamquam nobile sertum contextum floribus, Episcopis sanctitate præclaris: reperitur enim inter alios sanctos Episcopos interfuisse sanctus Principius: fuit hic (vt dictum est) Ecclesiæ Sueffionensis Episcopus, germanus sancti Remigij Rhemenfis Episcopi, sed ætate grandior, qui aliquandiu retentus in saculo, ex matrimonio suscepit filium nomine Lupum, quem secum ducens in Lerinensem insulam monasticis instituit rudimentis: hic eximia ibi prouectus sanctitate, ad Sueffionensem Ecclesiam adscitus Antistes est, cum & Remigius factus est Ecclesiæ Rhemenfis summus sacerdos. agit de ambobus Sidonius Apollinaris in epistola ad eundem Principium^a data, qua hæc habet eius exordio.

Iamdiu nobis, Papa venerabilis, etsi nondum vester vultus aspectus, tamen actus inspectus est: namque sanctorum diffusio meritorum stringi spatium non est contenta finalibus. Hinc est quod bonæ conscientia morus^{*} componitur. Quæ loquor, falsa censete, nisi competenti professioni meæ competens ad stipulator accesserit (satis in illo quodam cœnobio Lerinensi spectabile caput, Luporum concellita, Maximorumque & parimoniam saltibus consequi affectans Memphiticis & Palæstinis Archimandritas) is est Episcopus Antiolius, cuius relatu, qui pater vobis, qualesque vos fratres, qua morum prærogatiua Pontificatu maximo ambo fungamini, sollicitius cognoscere studui. Gaudens cognouisse me memini, cui patrem^{*} quondam videlicet vos habenti, vix domus Aaron Pontificis antiqui meritò comparatur, & cetera.] hæc ipse, comparans ambos fratres sanctos Episcopos Principium & Remigium Moyfi & Aaron antiquæ legis sacerdotibus. In fine autem: Obsecro impensè, vt sitim nostram frequenter litteris litteratis ambo germani, tu frequentius, irrigetis.] Extat & alia eiusdem Sidonij ad ipsum Principium data familiaris epistola^b: mentio fit etiam eiusdem Principij à sancto fratre Remigio in testamento ab ipso condito. Est celebris eius memoria monumentis publicis consignata, & annis singulis eius celebritate natalis repeti solita quinto Kalendas Octobris.

E Interfuerunt & alij dignissimi sacerdotes (de quibus superius dictum est) quos ad dedicationem basilicæ Liberius Patricius congregauit: nam in eius Actorum exordio hæc habentur: Cum ad dedicationem basilicæ quam illustrissimus Præfæctus & Patricius filius noster Liberius in Arausica ciuitate, fidelissima deuotione construxit, Deo propitiantem, ipso inuitante, conuenissemus, &c.] hunc ipsum puto Liberium Patricium virum frugi, qui licet secutus postea partes Odoacri Regis in Italia regnantis, tamen à Theodorico eius aduersario summam rerum obtinente probè cognitus & laudatus atque etiam Prætoriana Præfæctura auctus est: Extat de his eiusdem Theodorici epistola ad Senatum^c. Virum hunc quidem fuisse maximè pium, indicat etiam epistola ad eum scripta ab Ennodio Ticinensi, quæ inter

DE SANCTIS
EPISCOPIS
CAESARIO
ET EUCHE-
RIO.DE SANCTIS
EPISCOPIS
PRINCIPIO
ATQUE RE-
MIGIO.^a Sidon. lib. 8.
epist. 14.^b actus^c fratrem^d Sidon. lib. 9.
epist. 8.DE LIBE-
RIO PATRI-
CIO.^e Apud Cas-
siod. lib. 1.
epist. 16.CHRISTI
463.HILARI PAP.
3.LEONIS 7.
SEVERI 3. IMPP.

A inter Symmachi Papæ epistolas & eius nomine legitur. Huius filius Venantius fuit Comitum Domesticorum ab eodem Theodorico donatus. Sed de Liberio modò satis. At quid in Synodo actum? accipe.

Cum sæpè (quod antea dictum est) Pelagianis licet damnatis erroribus, Pelagianoque nomine prorsus infami reddito, quidam Gallicani presbyteri, etsi Pelagium damnare viderentur, ex obliquo tamen eidem fauerent, impugnantibus S. Augustini aliqua scripta aduersus Pelagianos edita: contra hos (vt vidimus) fuit S. Prospero & Hilario laborandum sub Cælestino Romano Pontifice, cuius auctoritate obstrusa sunt ora (vt ait Psalmus^a) loquentium mendacium, & loquentium aduersus iustum iniquitatem in superbia & abusione. Postea verò cum & noua arte eadem doctrina praua iterum serperet, essetque qui aduersus Pelagium scribens, nihilominus contra Augustini sententias eundem strueret apparatus armorum: **B** his cōtinuè fuit sanctis Patribus occurrendum. Qui talia moliebatur, inter alios Faustus exiit Regienfis Episcopus, de quo aliàs pluribus. Huic ex aduerso insurrexit pro Catholica veritate Cæsarius Arelatensis Episcopus, qui & aduersus eum postea edidit commentarios. Huiusmodi ergo occasione, sacer Conuentus habitus est: vbi in Synodo congregatis Episcopis, quæ essent sinceræ fidei ceteræ veræque sententiæ ex fonte deductæ purissimo, placuit promulgari: nempe quæ à Romano Pontifice olim ad Galliarum Episcopos missa decreta fidei essent, nota omnibus fieri. Vnde hæc ipsa sanctis sacerdotibus in Synodo congregatis præfatus est, qui Synodo præerat, idem Cæsarius Episcopus Arelatensis:

Peruenit ad nos, esse aliquos, qui de gratia & libero arbitrio minus cautè & non secundum fidei Catholicæ regulam sentire velint. Vnde & nobis, secundum auctoritatem & admonitionem sedis Apostolicæ, iustum & rationabile visum est; vt pauca capitula ab Apostolica nobis sede transmissa, quæ ab antiquis Patribus de certis Scripturarum voluminibus in hac præcipuè causa collata sunt, ad docendos eos, qui aliter quàm oportet senserunt, ab omnibus obseruanda præferre. Quibus lectis, qui hucusque, non sicut oportebat, de gratia & libero arbitrio credidit, ad ea quæ fidei Catholicæ conueniunt, animum suum inclinare non differat.] hæc prælocutus primarius Antistes, ipsi & reliqui Patres subiecere capita viginquaque, quibus omne virus erroris Pelagiani prorsus extinguitur, & sacra doctrina Patrum firmiter roboratur: quæ & à quatuor Galliarum Præfæctis, qui aderant, & à viris Consularibus, qui sacris Encæniis interfuerunt, subscriptione firmata voluerunt, vt suo ipsorum obstricti tenerent chirographo, ne quouis modo fallacibus hæreticorum artibus aditus aliqua ex parte pateret.

Sed obserua, lector, quonam potiori modo sanctissimi atque doctissimi viri sibi dimicandum contra aduersarios vtilius atque potentius in hoc sacro theatro delegerint: nō alio quidem, quàm, more maiorum, quo & prædecessores aduersus eosdem hæreticos decertasse scirent: nempe agendo auctoritate (vt profiterentur) Apostolicæ sedis, cui obniti vel minimum, admodum nefas ducerent: cui non assentiri, id ipsum esse scirent hæreticum, assensum verò illi præbere, idem esse Catholicum comprobari. His solidè pressis sanctorum Patrum vestigiis insistant, qui cupiunt veræ fidei esse cultores: Ad ea reuocent gressus miseri Nouatores, de quæ semitis rogent^b antiquis, qui errauerunt^c in inuio, & non in via. Maiores suos sequantur, quos eminentis vitæ sanctitudo & doctrina excellens in Ecclesia illustres & Deo caros valde fecere; & quos sibi esse coniunctos, Deus in operatione signorum reddidit manifestum: Vt planè certum perspicuumque omnibus factum sit, eos Deum sequi, qui Deum sequentibus coniunguntur. Sed de Arausicano Concilio satis.

E Quod verò fermè omnes Episcopi qui huic Synodo Arausicanæ subscripsi habentur, iidem & Concilium Carpentoratense reperuntur subscriptione firmasse, facile coniecere possumus eadem circa tempora illud collectum esse. Cum enim celebrati Conuentus dies desiderentur & Consules, sub quibus collocari queat, nihil opportunius fiet, quàm eundem hic intexere, vt quod iidem celebrasse noscuntur Episcopi, narratio eadem includat. Et quod in primis ad ipsam Carpentoratensem Synodum pertinet: ex Actis eius illud tantum repeitur sancitum ibi decretum de bonis oblatiis ecclesiis parochialibus, quidam & quantum ex eis sibi vindicare Episcopis liceat. Synodalis insuper extat ab eodem Concilio data epistola ad Agrecium^{*} Episcopum, qua significatur, sententia Patrum ipsum esse suspensum per annum à sacra celebratione Missarum, ob perperam factam ab eo ordinationem, & quod ad dicendam causam vocatus ad Synodum venire recusasset, nec quemquam suo loco misisset. Hunc illum esse putamus Agrecium Episcopum, ad quem extat Sidonij

^a Psal. 30.^b Hieron. l. 1.
epist. 106.SYNODUS
CARPENTOR-
ATENSIS^{*} Agrecium

Apol-

CHRISTI 463. HILARI PAP. 3. LEONIS 7. SEVERI 3. IMPR.

Apollinaris epistola, qua eum vocat Bituricum ad electionem novi Episcopi decernenda. Est eiusdem mentio in Concilio tertio Arelatensi. Immo & ex istimo omnes epistolas Sidonij, quae ad Graecum Episcopum leguntur mendose inscriptae, ad Agrecium esse datas. Qui vero inter alios sanctos Episcopos Synodo huic interfuit, fuit Prosper, non quidem Regiensis, sed Aurelianensis Antistes, ad quem itidem extat eiusdem Sidonij data epistola sanctitate hunc celebrem fuisse, testantur publicae Ecclesiarum tabulae, ex quibus eius praconium annis singulis vna cum aliis Sanctis quinto Kalendas Augustas in Ecclesia decantatur, haud sane degeneris a sanctissimo Aniano, quem habuit colitque praecessorem Antistitem.

Fuit etiam tunc in Gallis in eadem provincia habitum Vafense Concilium sub eiusdem Decij Iunioris Consulari, mense Nouembris, cui itidem idem Caesarius Arelatensis Episcopus praefuit, ut eius subscriptio indicat verbis istis: Caesarius in Christi nomine Episcopus subscripsi die Nonas Nouembris, Decio Iuniore V.C. Consule. Vides, lector, vigilantiam pastorem, cum qui hoc ipso anno mense Iulij praefuit Concilio Arausicano, eiusdem anni mense Nouembris vna cum subditis sibi eiusdem provinciae Episcopis praefens fuerit Concilio Vafensi, seu Vafatenfi, cuius Acta confusa permixtaque fuisse cum aliis Vafensibus Conciliis, superius diximus. At de Synodis haecenus.

Hoc eodem anno data reperitur in Gallis epistola ab Hilario Papa ad Leontium Arelatensem Episcopum aduersus Mamertum Episcopum Viennensem, quod extra suam Metropolim Episcopum ordinasset: quae ex codice Arelatensi accepta sic se habet:

Dilectissimo fratri Leontio Hilarius.

Qualiter contra sedis Apostolicae veniens constituta sacerdotalem modestiam Mamertus Episcopus Viennensis excesserit, dilectionis tuae debuius relatione cognoscere, ut a sibus talibus maturum & iuxta Ecclesiasticum ordinem regularum congruum iudicium proferremus. Quantum enim filij nostri viri illustris Magistri militum Gunduici sermone est indicatum, praedictus Episcopus inuitis Diebus, & qui ad Ecclesiarum eius numerum, quem ei Apostolicae sedis deputavit auctoritas (sicut in scriinis nostris legimus) minimè pertinebant, hostili more (ut dicitur) occupans ciuitatem, Episcopum consecrare praesumpsit. In quo frater charissime, si ita est, quam multiplex culpa sit, pronunciare possumus, nisi iudicij (ut diximus) & moderatio nobis esset & ordo seruandus. Atque ideo memor sollicitudinis quam dilectioni tuae scis esse commissam, quicquid nunc ad notitiam nostram breui insinuatione delatum est, in conuentu Synodali, qui secundum statuta nostra annis singulis te sibi praesidente est congregandus, discutere quae sunt acta debebis, & a praedicto rationem facti sui sub vniuerso coetu fraternitatis exigere, ac deinde omnium litteras nostrae intimare notitiae: ut quod, sancto Spiritu dictante, faciendum est, ad comprimendos conatus illicitos ordinemus. Deus te incolumentem custodiat, frater charissime. Data vi. Id. Octobr. Basilio V.C. Conf.] eodem quoque argumento alias, quae sequuntur, litteras dedit ad Episcopos Galliarum his verbis:

Dilectissimis fratribus Episcopis provinciae Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis Primae & Secundae Alpinae Hilarius Episcopus.

Et si meminimus fraternitatem vestram ea quae a nobis sunt statuta retinere, nec aliquid ex his dissimulare quae scripsimus, ut scilicet pro disciplina Ecclesiastica & pro causis quae inter Domini sacerdotes oboriri plerumque non dubium est, Synodalia quotannis Concilia, quorum maximè in fratre & Coepiscopo nostro Leontio Arelatensi Ecclesiae summam placuit esse, celebrentur, nec aliud fieri posse credamus, quam quod pro communis Domini domo nostra ordinatio vobis placitura constituit: tamen reperitis litteris eadem nunc quoque obseruanda decernimus, praecipue cum grauissima Viennensis ciuitatis Episcopus inuoluatur offensa in iniuriam fratris & Coepiscopi nostri Leontij Diebus Antistitem consecrando. De cuius facto vindictae congruae sententiam differentes, relationi fratrum quae interim fuerant visa respondimus. Sed quoniam tanti excessus maiorem nobis sollicitudinis materiam detulerunt: haec ad vniuersam charitatem vestram etiam per fratrem & Coepiscopum nostrum Antonium scripta direximus, quibus admonita communis omnium sollicitudo procuret, ne quisquam fratrum in alterius prorupturus iniuriam transcendat terminos a venerandis Patribus constitutos.

Vnde omnia quae a vobis sunt per fratres & Coepiscopos nostros Faustum & Auxanium definita roborantes, congregationes annuas ordinante fratre & Coepiscopo nostro Leontio ad-

VASENSE CONCILIVM. * NONO

CHRISTI 464. HILARI PAP. 4. LEONIS 8. SEVERI 4. IMPR.

Atio admonitis Metropolitanis (quod saepe dicendum est) iis locis celebrare dignemini, ad quae conueniendi nulla sit cuiquam commentium difficultas. Cui diligentiae etiam promissio adhibenda est, ut opportunitas quemadmodum locorum, ita constituatur & temporum: ut inexcusabilior, quisquis tam necessariter & salubriter constitutum nostrum negligendum putaret, appareat, fratres charissimi. Illius autem confirmationem, quem Viennensis Episcopus alienum & ad se minimè pertinentem grauer ordinare praesumpsit, fratris & Coepiscopi nostri Leontij relinquimus voluntati, quem confidimus non praeter humanitatem pensare quae iusta sunt. Deus vos incolumentes custodiat, fratres charissimi.]

Hoc eodem anno, qui septimus numeratur Leonis Imperij, Elisaei Prophetæ ossa à Palestina Alexandriam sunt translata. Ceterum sepulchrum eius apud Sebasten existens sub Iuliano Apostata profanatum esse, superius dictum est.

IESV CHRISTI ANNVS 464. HILARI PAP. ANNVS 4. LEONIS 8. SEVERI 4. IMPR.

Noui Consules Rusticus & Olybrius nouum annum Christi quadringentesimum sexagesimum quartum aperuere: quo tum Hispania, tum Gallia à nouo Rege Gothorum Euarico afflictari durissimè ceperunt. Hoc enim anno morte sublato Theodorico Gothorum Rege, frater eius Euarix siue Euaricus regnum cepit, ut Isidorus auctor est, dum ait: Anno Imperij Leonis octauo Euaricus, pari scelere quo frater, succedit in regnum annis decem & octo: in quo honore prouectus & crimine, statim bello defauit, partesque Lusitaniae depradatur: qui prius capta Pampilona, Caesaraugustam inuadit, totamque Hispaniam Superiorem obrinuit. Tarraconensem etiam nobilitatem, quae ei repugnauerat, exercitus irruptione peremit. In Gallias autem regressus, Arelatum & Massiliam vrbes capit, suoque regno vtramque subiecit.] & paulo post: Sub hoc Rege Gothi legum instituta scriptis habere ceperunt: nam antea tantum moribus & consuetudine tenebantur.] haec Isidorus, paucis complectens eius cunctas in regno res gestas. Quae autem spectant ad persecutionem illam ab Euarico Galliarum Ecclesiis, dicemus anno Domini quadringentesimo sexagesimo octauo, reddituri singula suis temporibus.

Hoc eodem anno, qui Constantinopolitanae vrbs praecessit incendium, Leo Augustus cum plurimum eos coleret, quos Constantinus amicos, praeter ceteris veneratus Daniele Stryditam (quem cum admirandum vitae institutum, tum frequentium miraculorum editio non vicinè tantum Constantinopoli, sed reddiderant Orbi notum) vna cum Gennadio Patriarcha inuisit, qui ad eum ordinandum presbyterum perrexit; quod & praestitit, licet illo diutius reluctante. Tunc & ipse Daniel Gennadio futurum praedixit incendium vrbs, quod ut anteuertere ieiuniis atque precibus admonuit, significans id ipsum Imperatori. Haec quidem fusiùs ipsius Danielis Acta fideliter scripta: ex quibus memoria dignum illud de Leone Imperatore ab auctore narratum, ipsius verbis, ne quid additum putet lector, hic describemus: ait enim de ipso Leone Augusto Daniele adeunte:

Cum non ingentes, qui sunt Imperij proprii, sumpsisset spiritus, sed didicisset, quantum sit virtus Imperio praestantior: ipse quoque Imperator ad eum ascendit, super columnam videlicet; & perinde ac si regium saltum ac supercilium reliquisset inferiùs, & se exuisset, se quidem humi prosternit, tangit autem sacros illius pedes, quasi hoc faciendo magis honoraretur, quam quod esset Imperator: Quos cum tetigisset, impletur admiratione, sicut prius Gelasius: erant enim illi pedes valde tumentes & omnino scarentes vlcibus, eratque simul horribile & miserabile, illos videre tangere. Tunc etiam Imperator donat eum basi geminarum columnarum, quas ipse posuit, duplicem etiam columnam nominans.] haec ibi. subdit quae terribilia post anni vnius circulum Constantinopoli contigere, nos vero suo loco dicturi ea sumus anno sequenti. Potuisset quidem huiusmodi officis diuinum placare numen Imperator, atque venturam cladem anteuertere; nisi peccatis id exigentibus, populus illam à Dei manibus extorsisset inuiti. Et quod iam completa erat iniquitas Sodomorum, non intercedit Abraham: obliuiscitur, inquam, Gennadius, quod monuerat Daniel, publicas indicere preces, & ieiunia biduana per hebdomadas singulas imperare. Sic namque Deus vltionem immissurus in peccatores venia indignos, illud

Cedren. Annal. loc. an. 7. Leonis Aug.

PERSECUTIO EVARICI REGIS GOTHORVM. b) Isidor. Chron. Gothor. * Euarix

DANIEL FUTVRVM PRAEDICIT IN GEN-DIVM.

Acta Danielis apud Stridam. Decembris. Leo Imperator quantum sit veneratus DANIELEM.

Genes. 19.

CHRISTI
464.HILARI PAP.
4.LEONIS 8.
SEVERI 4. IMPP.

Isaia 29. præmittere solet, quod loquitur per *Isaiam* ^a: Miscuit vobis Dominus spiritum soporis: A clauder oculos vestros: Prophetas & principes vestros, qui vident visiones, operiet.] etenim tum Gennadius, tum Imperator, quæ audierant de clade incendij à viro sanctissimo, omnino ea obliuioni mandarunt.

Quod pertinet ad res Ecclesiasticas, hoc eodem anno, qui etiam notari consuevit post Consulatum Basilij, datum legitur decretum Hilari Papæ aduersus Viennensem Episcopum, cui eiusmodi præposita est inscriptio:

Præceptum Hilari Papæ de Ecclesia Diense, ubi Episcopus indebitè à Viennensi Episcopo ordinatus est.

Dilectissimis fratribus Victuro, Ingenauo, Idacio, Eustasio, Fonteio, Viuentio, Fulalio, Fausto, Auxanio, Proculo, Autonio, Paulo, Memoriali, Cælestio, Proiccto, Eutropio, Auiciano, Vriso, & Leontio Hilarus.

Solicitis admodum nobis, & ex his quæ proxima ad nos relatio certa detulerat, multa expectatione suspensis, litteræ dilectionis vestræ, fratris & Coepiscopo nostro Antonio, quem dignum tanta legatione probamus interpretem, deferente, sunt traditæ, quæ nos ab ipsis contextus sui contristauere principis: nam qui requiescere solitudinem nostram, & magna ex parte releuari in his quæ à sanctæ memoriæ decessore meo de Viennensi Episcopo præfixa sunt, credebamus, euidenti assertione cognouimus, & non sine dolore miramur, definitiones illas à Mamerto Episcopo nunc potuisse transcendere, per quas Ecclesia priuilegium probatè acquiri: cum præcipue sancti fratris & Coepiscopi nostri, Leontij moderatio formam continentis præbere debuere ambitui; aut si spiritu æmulationis inflatus eum (quod non oportuit) arbitratus est negligendum, decessoris sui saltem instructus exemplo illius imitaretur temperantiam, cuius honore perfungitur; nec transgrediendo violaret, quod iam nunc, nisi patientiæ moderamina teneremus, posset amittere. Cui vmquam profuit mens rebellis aut quem superbis non inclinauit elatio? Altior est humilitatis gratia, cui paupertate spiritus ad præmium promissæ beatitudinis iter regni cælestis aperitur. Nec perfunctorum prænaricator existimet esse quod fecit, si eruditus doctrinis Ecclesiasticis, quid verque increatur, ag-

psal. 100. noscit: cum alter secundum propheticam vocem ^b in medio Domnicæ domus habitare prohibetur; alter, suscipiente se Domino, semper iunctus, asseritur, cuius consolatione saluatur. Possent venerabilium veterum multa replicari, quæ iuxta veritatem dicta monstrantur: sed ab eadem causa, quæ se vt loqueremur iniecit, recentiora sunt exempla sumenda. Non dignitatem Viennensis Ecclesiæ Mamertus Episcopus meminuit Arelatensis Antistitis quondam transgressione creuisse, & pro corrigendis quæ perperam gerebantur iniolabili postea definitione compositum, ne alter in gloriam, alter in totum veteri honore per vitium præcessoris reperiretur exutus.

Sicuti ergo & vestræ dilectionis relatio, & fratris & Coepiscopi nostri Antonij insinuatio reseruit, claret prædictum priuilegia certis conclusa terminis velle perdere plus volendo. Qui abusus fratris & confacerdotis Leontij moderantia, Diensibus contra fas Episcopum, etiam si esset meritis, non timuit consecrare: In quo factum eius conuenerat sic resolui, vt iuxta eorum que perpetrata sunt qualitatem, non sine iactura proprii ordinis etiam illum à sacerdotali consortio submoueri cerneret, quem creauit indebitè, quemq; indignissimè fecisse conuincitur, correctum iusta ultione sentiret, nec conceptæ audaciæ incautata temeritas licentiæ se peperisse putaret exemplum.

Verum ad Ecclesiarum quietem tantæ transgressionis vulnera memores Apostolicæ sapientiæ curari volumus antè fomentis, vt corporis nostri membrum fortè sanandum in integritatem pristinam per mitiora medicamenta reuocetur: nec credatur negligi, quod interim non monetur abscindi. Præuia medendi semper austeritatis est lenitas, nec omnis ferro statim culpa compescitur, aut inexplorato, vel quod facillè prodesse possit offertur: nunc enim temporis opportunitas, nunc languentis necessitas, nunc medicinæ ipsius & modus est quarendus, & qualitas: vt omnis per sapientiam facta in vitiis reprimendis sollicitudo curantis gaudeat reparatione quod saluat, nec careat moderatione quod refecat.

His igitur vestra fraternitas grauius prudenterque perpensis, alia apud nos dissimulare posse non æstimet: in quorum se maximè contumeliam, qui non immeritò pulsatur, erexit: fratri enim nostro Leontio nihil constitutum à sanctæ memoriæ decessore meo iuris potuit abrogare, nihil valuit quod honori eius debetur offerri: quia Christianorum quoque Principum lege decretum est, vt quicquid Ecclesiis earumque rectoribus pro quiete omnium

Domini

CHRISTI
464.465.HILARI PAP.
45.LEONIS 8.9.
SEVERI 45. IMPP.

A Domini sacerdotum atque ipsius obseruantia disciplinæ in auferendis confusionibus Apostolicæ sedis Antistes suo pronunciaffet examine, veneranter accipi, tenaciterq; seruari cum suis plebibus charitas vestra cognosceret, nec vmquam possent conuelli, quæ & sacerdotali Ecclesiastica præceptione fulcirentur, & regia.

Vnde, fratres charissimi, præsumptionem prædicti, quæ in fratris & Coepiscopi nostri Leontij processit iniuriam, ita conuenit tolerare dignæ nunc interim ultionis immunem, vt si transgressor remediis abutitur satisfactionis & veniæ, nec culpam presentis excessus curandam futuræ obseruantis sedulitate promittit, redeunte querimonia, eo priuilegia Viennensis Ecclesiæ ad Arelatensem Antistitem transferantur exemplo, quo migrare principio. Vnde moderationis nostræ nomen tenentes, ad Veranum fratrem & Coepiscopum nostrum scripta direximus, vt prædictum de nostra delegatione conueniat, quatenus quod de eo retuleritis agnoscat, quia onerosum esse non debet delinquentem fratrem de propriis excessibus increpare, quibus præceptum constat frequenter ignoscere. Necessè est autem, si nullum correctionis eius indicium sumpserimus, quod illa est professione retinendum, quam definitione sedis Apostolicæ periculo ordinis sui obseruandam semper sine vlla deinceps transgressione testetur, ad Arelatensem Ecclesiam easdem quatuor ciuitates, quarum non fuit aut non fuerit Mamertus Episcopus, ordinatione esse reuocandas. Quod etiam tunc oportebit fieri, si vllus vmquam post eum, quem nunc charitate corripimus, & vltius ab illicitis confidimus abstinere, præsumptionis huius imitator exstiterit. De hoc sanè, qui licet indebitè Diensibus cognoscitur ordinatus, iustitiæ ratione censuimus, vt sacerdotium eius fratris & Coepiscopi nostri Leontij confirmetur arbitrio, à quo ritè debuit consecrari. Deus vos custodiat, fratres charissimi, æuo longiore. Dat. vi. Kalend. Mar. P. C. Basilij V. C. Conf.]

B Non mireris, Lector, Romanum Pontificem Hilarum aduersus Mamertum adeò vehementer insurgere, virum (vt declararunt euenta) sanctitate insignem: in his enim quæ contentiosi fori sunt, per facile est quemque decipi. persimile etiam S. Leoni accidit, qui in S. Hilarum eadem fermè ex causa acerrimè inuectus est. Quis nesciat sæpe accidere, vt falsis accusationibus & surreptionibus aures Pontificum replentur, & cum putant agere quod iustum appareat, exagitent innocentem? sed de his satis.

IESV CHRISTI
ANNVS
465.HILARI PAP.
ANNVS
5.LEONIS 9.
SEVERI 5. IMPP.

D Insigni calamitate notatus præsens annus quadringentesimus sexagesimus quintus, Constantinopolitanæ vrbs conflagratione, nouo Consule nequissimo Basilisco, hæreticorum fautore præcipuo, aperitur, collega ei coniuncto in Occidente à Seuero Augusto Hermenico Gotho, opera Ricimeri Ariani. Qui igitur magistratu duorum hæreticorum, alterius Consul Ariani, alterius verò Eutychiani, incipit annus, memorabilia secum mala vexit. His enim Consulibus (inquit Marcellinus ^a) Constantinopolis magno inuasa incendio, facie fœdata deplangitur.] hæc ipse. Sed accipe ista fusiùs narrata ex Danielis Stylitæ, qui cuncta prædixit, fidelibus Actis ^b:

Iam pridem quidem (inquit auctor) principium habebat anni ambitus, & mensis instabat quem Romani vocat Septembrem, in quo magni martyris Mamantis festum pij celebrant. E Vespere ergo, quando festum à pijs præparatur, & tota nocte agitur vigilia, finem accipit magni Danielis propheta: Et repente in maxima atque regia ciuitate incipit incendium; quod vsque adeò est excitatum, & adeò inualuit, vt ferè vniuersam contriuerit ciuitatem. Nam cœpit quidem à muro qui est prope mare, quem etiam nominant nauale: peruenit autem vsque ad forum Constantini, & pertigit ad portum Iuliani, quasi mediam cinxisset ciuitatem. Quo in loco & comprehensa sunt vniuersa corpora: quæcumque verò fuere comprehensa, facillè perierunt. Et sic partus ignis in maximam creuit flammam. Eratque malum inexpugnabile: quippe cum quicquid ad opem ferendam afferebatur, argueretur nihil proficere. quapropter multas quidem domos, multa autem templa, virorumque & mulierum proserpsit depascens multitudinem: multi verò partibus & membris corporis, quæ inuaserat ignis, statim mutilabantur, erantque semiustulati, & media parte cæsi, miserabiliores iis qui omnino cum suis perierant.

Annal. Eccl. Tom. 6.

Z 2

Erat

^a Marcellin. in Chron. sub his Conf.
^b Apud Stylitæ die 11. Dec. INCEN- DIVM VRBS CONSTANTINOPOLITANÆ.

CONSTANTINOPOLITANI AD DANIELEM CONVERSIVNT.

Erat ergo periculum, ne quod vulgò celebratur, Orbis terrarum miraculum, Constantini A inquam ciuitas, cerneretur pati similia incendio Sodomorum. Vix tandem vt in tanto malo eis venit in mentem S. Danielis prædictio, & credunt fore, vt illius solum precibus malum vincatur: Hinc factum est, vt ad eum magna celeritate current, ille quidem pecuniæ deflexus priuationem, hic seruatorum, alius domus, alius amicorum, & hic quidem cognatorum, ille verò vxoris & suorum filiorum, alius autem omnium facultatum. Propter quæ sanctum tanto dolore afficere, vt totus repletus lacrymis, eos damnaret negligentia, quod ipso eis multum testificante & prædicente, malum poenitentia vitare non curauerint: vt qui in patiendo solum fuerint Niniuitæ, non autem in poenitendo. Hæc dicens, illis quidem sic suadebat curam gerere orationis & ieiunij. Quinetiam ipse quoque manus in caelum tollens, illinc implorabat auxilium. Et post orationem cum eis dixisset finem calamitatis, eos dimisit: Post septem (inquit) dies cessabunt minæ ignis. Sicut ille dixit, & res est consecuta: septimo enim die non erat amplius ignis. Tunc & alios & eos qui gerebāt magistratus, quinetiam & ipsum Imperatorem incessit metus: & secum assumpta Imperatrice, sit supplex beato Danieli, pro eo quidem quod præterierant, misericordiam, securitatem autem in futurum postulans.] hæc ibi de incendio.

Euag. lib. 2. c. 13.

PER MALVM DAMONEM INCENDIVM IMMISSVM.

Sed & Euagrius audi mali originem describentem, fuisse nimirum immissiones per angelum malum: nam ait: Fertur, daemone quemdam maleficum & consceleratum mulieris gerentem similitudinem, siue mulierem egentem, quæ victum manibus quaritabat, (vtrumque namque dicitur) circiter tempus quo lucernæ accendi solent, lucernam in forum detulisse, quasi aliquid falsamenti empturam, depositaque ibi lucerna, se inde subduxisse: flammam lucernæ stupam occupasse, maximum excitasse incendium; ædificiūq; in foro positum, dicto citius, combustissse, atque ædificia alia in proximo sita, non modò quæ facillè incendi poterant, verum etiam quæ erant ex lapidibus constructa, depascentem, facillè absumpsisse.

Quod quidem incendium durasse ad quadriduum, nullisque viribus comprimi potuisse, per urbem mediam totam pererrans, à Septentrionali regione ad Australem vsque omnes domos ad quinque stadia in longum, in latum ad quatuordecim stadia penitus vastasse, nullumque ædificium vel publicum, vel priuatum, nullas columnas, nullos denique fornices ex lapidibus structos toto illo spatio, quo grassabatur, omnino reliquisse, sed omnem duram concremassse materiam, perinde ac si fuisset res perfacilis ad incendendum. Hanc cladem in Boreali vrbis regione, in qua nauale est, à via Bouis (hoc enim nomine est) vsque ad vetus templum Apollinis oberrasse: in Australi autem, à portu Iuliani ad ædificia ecclesiæ, quæ Concordiæ nomine nuncupatur, non multum distantia, grassatam: in media ciuitate, à foro Constantini ad Tauri forum vsque, miserabile spectaculum & cum primis horrendum ante omnium oculos posuisse: nam quæcumque vrbis loca in sublime cum summa pulchritudine erecta fuissent, aut quæ ad magnificentiam & singularem præstantiam affabrè elaborata, aut ad publicos priuatosq; vsus extructa, accruatim veluti in montes collesq; inuios & abruptos aggregata fuisset, atque confertos omni materiæ genere sic priorem deformasse effigiem, vt nec ab eorum habitatoribus interuolci poterat, qui locus hinc vel ille ante fuisset.] hæc Euagrius, in eo à superius dictis tantum discrepans, dum quatuor dumtaxat dies incendium perdurasse tradit, cum alij sex ponant.

At minime prætereundum est ingens tunc temporis editum à sancto Marciano miraculum. Cum enim dominans sua potentia vastum incendium depasturum esset, quam nuper exererat, atque Deo dicauerat, ingentem basilicam Anastasiam; ipse, ne id fieret, precibus antecurrit. Nam in rebus ab eo gestis hæc leguntur: Incendium, quod non multa habuit similia, exitio dabat Rostra Domini (hoc etiam nomine nuncupata est basilica Anastasie, quod in eo loco Gregorius Nazianzenus pulpitum ad conciones erexisset.) Nam cum ignis apprehendisset loca quæ sunt ad mare Boreale, totam urbem cingebat; & sic serpens ferociter vsque ad mare quod est in Meridie, depascebat omnia quæ intercedebant. Consequenter ergo hanc quoque sacram ædem ignis comprehendebat impetus. Vnusquisque ergo, propriis neglectis calamitatibus, ad templum acriter procedebat, igni qui non cernebatur eorum inflammatis animis.

Apud Sur. die 10. Ian.

MARCIANVS INCENDIVM SVPERAT.

Homo autem Dei Marcianus nihil perterritus, & ne si quidem eum in orbem circumfereret ignis, nihili faciens, sed fidei in Deum credens omnia cedere, sacris acceptis Euangeliis, in summum tectum ascendit; & stans in medio flammæ, & se conuertens ad preces: Christe Deus

A Deus (dicebat) Deus patrum nostrorum, qui Abrahamæ sacrificium suscepisti, & quem ei ex promissione præter spem tribuisti filium, præter spem à cæde liberaisti: qui etiam in fornace Babylonica tres pueros captiuos eo effecisti potentiores: ipse nunc quoque, Domine, hanc tuam domum conferua, ne lædatur ab igne: & ne concedas, vt opus tuum, quod nos multo labore & tanto perfecimus desiderio, ignis destruat, ne adhuc pergat inimicus aduersus nos insolenter gloriari; nec orà Arianorum qui sunt nobis propinqui, nos probris apperant: sed nunc quoque ostende aliquid dignum tua benignitate & maiestate, ad gloriam tui nominis, & ad nostram qui veritati credimus, gloriationem & exultationem.

Hæc cum ille diceret, vnà cum verbis effluebant lachrymæ, & ostendebant eum intus ex-tabescere. Deinde cum subiunxisset, Amen: videbant omnes ferè qui aderant, primum quidem ignem sibilantem circa totam ædem, & in illam veluti facientem imperum, deinde verò recedentem, & veluti repressum à quadam inexpugnabili & fortissima virtute. Certè hæc quoque sacra ædes, quomodo diuinorum puerorum aliquando corpora, tota illæsa, tota intacta in tanto (ò Christe Saluator) igne est conseruata.] hæc tunc de his auctor. Sed ne tota periret ciuitas hoc incendio, preces quoque S. Marcelli Archimandritæ viri sanctissimi à Deo obtinuisse, qui res ab eo gestas conscripsit testatur, à quo & eiusdem incendij vastitas describitur: sed satis quæ supra iisdem contentientia sunt dicta sufficiant.

Deformata admodum remansit ciuitas tanto per tot dies exusta incendio, adeò vt penè fuerit eadem ex integro construenda. Quamobrem Zeno Imperator, qui Leoni successit in Imperium, constitutionem de priuatis ædificiis promulgauit, qua consultum fuit in posterum, ne si contingeret domum aliquam conflagrare, vicini quoque domum continentem flamma depasceret: etenim statuit, vt ædificans domum, duodecim pedes spatij relinquere debeat inter proprias & vicini aedes, ad securitatem ab igne præstandam, & alia huiusmodi. habetur ibi mentio de domibus combustis, vt vsque ad centum pedes altas instaurare liceat. Apparet quidem ex noua hac restauratione Constantinopolitanæ vrbis domos omnes in insulæ formam fuisse redactas, quæ vndique pedibus duodecim à vicini æde distarent. Insuper ibi meminit Imperator de Leonis Imperatoris eodem argumento constitutione his temporibus edita: quarum quidem legum faciendarum quæ causa præcesserit, ex iam dictis satis habetur expressa.

Ad affligendum verò peccantem populum haud sufficiens visa est ista vna vindicta, sed Deus alias superaddidit. Conferta ciuitas hæreticis erat, illis verò præsertim qui ob gratiam Imperatoris foris fidem Catholicam profiterentur, intus autem Eutychetem atque Diolcorum haberent inclusum. Sed & Arianorum sicut increbrescebat numerus, ita erat & soluta licentia patrocinio aulicorum potentium, in quorum manu post Imperatorem summa rerum esse videbatur: fuere hi Aspar & Ardaburius Præfecti militibus, quorum magna erat penes omnes auctoritas. Vt merito Deus incendio tradiderit ciuitatem, in qua impietas, inuito licet Imperatore, sibi soliam collocauerat: Sed quæ mala incendium secuta sint, his addamus, & primum de Imperatore in magno vitæ discrimine collocato. Suppeditant enim hæc nobis Acta Danielis abundè, quæ de his ista habent, quibus ipsa historia textitur:

Iam quidem post autumnalem conuersionem, mutato tempore, erat hiems, & hiems maior, quàm vt eam possit explicare oratio: quæ tamen superabatur ab inuicto generosi Danielis animo. Cadebant autem imbres plurimi, & ventorum erat procella vehemens.] de his puto imbris imminentibus Nicephorum intelligere, vbi multa simul quæ diuersis temporibus contigerunt, in vnum congerit, atque ait: Constantinopoli verò & in prouincia Phrygia imbres immensi, & in quartum diem iugibus aquis cælitus fluminum more descendebant, durauerunt; montes in planiciem deciderunt, & vici maximi diluuium perierunt. Ex quibusdam purgamentorum copia in quibusdam lacubus insulæ extiterunt, sicuti in Boane, quæ ad Nicomediam est, accidit.] hæc ipse de pluuiis. De vi autem magna ventorum, Acta iterum repete Danielis, in quibus hæc sequuntur.

Venti verò inter se agitabant seditionem, & multi simul spirabant & adeò violenti & immanes, vt ferreas ansas columnarum, quæ duas columnas inter se committebant & coniungebant, & Daniælem in altum ferebant, violenter euellerent.] Et inferius, summum Danielis vitæ discrimen mouisse ait Imperatorem, vt ad eum inuisendum obequitaret. sed quid tunc illi magni periculi acciderit, audi Nouerat (inquit auctor) Imperator quæ iusto Danieli acciderant; & contendit ad videndum columnam, partim quidem poenas sumpturus de

Gen. 22.

Dan. 3.

Apud Sur. die 29. Decemb.

L. L. C. de priuat. aedif. DE NOVA AEDIFICANDI RATIO.

ARIANI ET EUTYCHIANI CONSTANTINOPOLITANI.

Apud Sur. die 10. Decemb.

Niceph. lib. 15. c. 20. IMBRIUM PRODIGIOSA FREQUENTIA.

LEO IMP. INVISIT DANIELEM

CHRISTI HILARI PAP. LEONIS 9. IMPR. 465. 5. SEVERI 5.

his qui anfas non effecerant firmas & validas, partim vero, vt turd eas de cetero committe-

Equiso Imperatoris (vt cum vulgaris & consueta lingua vocat) Comes equorum, vel Comes stabuli, omni quidem anteriori tempore laborabat nefaria Arii infania: Tunc autem & Imperatoris timens periculum, & ne quod acciderat ei iram concitaret, cursu venit ad Sanctum. Ille vero non solum cum metu ab Imperatore, sed etiam mala pollicitus est se esse liberaturum opinione, quae est quouis alio periculo grauior. Hae audiuit equiso, & cum mitibus placidisque eius suasionibus opinionem Arii abiurasset, ea sensit quae Orthodoxi. Atque Sanctus quidem scribit ad Imperatorem, quod & Iordanes (id enim illi nomen fuit) abnegata deceptione, in rebus incedit dogmatibus, & quod propter hoc ipsum est iustissimus: qui etiam huc ad me venit, vt a te veniam consequeretur. hoc litterarum magni Danielis est argumentum, ad quem Imperator ita rescripsit:

Periculi quidem mei causa non alius fuit, quam ipse mihi, qui sic ausus sum ascendere ante oculos tuos, & non pedes procul abij a sacra columna. Ego autem deinceps diligenter cauebo. Iordani vero non modo non irascor, vt etiam valde laetor, quod meus ex equo lapsus ei causa fuerit, vt qui iacebat, surgeret. haec Leo ad Danielelem. Sed pergit auctor:

De cetero autem tanta erat Imperatoris in Sanctum reuerentia, vt non solum ipse honoraret eum iis quae oportebat, sed etiam aliis eum tamquam rem caelestem ostenderet. Itaque cum paulo post contigisset Regem Lazorum venire ad Imperatorem Romanorum causa faciendi foederis, aliis quidem praetermissis, eum vero accipiens & ducens ad Sanctum: Hoc est (inquit) mei Imperij miraculum. Ille autem vsque adeo obstupuit, eius videns tolerantiam atque fortitudinem, vt non solum Sanctum, sed etiam columnam, in qua erat positus, cum lachrymis adorans, multas voces emitteret barbarus valde eruditae mentis, vt quae multa didicerat: Ago tibi gratias, dicens, Rex caelestis, quod qui ad terrenum Regem veneram, caelestem huius viri vitam ostenderis, & dignum me censueris, qui essem spectator talium mysteriorum. haec ipse. at de his haecenus.

Hoc pariter anno nono Leonis Imperatoris, celebris fama Quiriacus anachoreta Hierosolymam petens, in Laura sanctissimi viri Euthymij Abbatis primordia auspiciatus vitae monasticae, ad magnae virtutum molis aedificium construendum fundamenta iecit. Extant eius Acta & quidem mirifica, quae & aliqua ex parte Cyrillus in rebus gestis Euthymij simul intexuit. Agit de eodem Cedrenus, sed sub anno Leonis Augusti septimo. Iam vero ad res Occidentalis Ecclesiae transeamus.

Hoc eodem anno, sub iisdem Consulibus, decimo octauo Kalendas Decembris, ab Hilario Papa habita est Romae Synodus. Conuenerant enim eo tempore Romae quadraginta octo Episcopi ad natalem diem ipsius Romani Pontificis, ex more, solemniter celebrandum pridie Idus Nouembris, vt ex epistola Synodali data ad Episcopos Tarraconensis prouinciae constat: de quo quidem pristino vsu superius dictum est in Anastasio Papa auctoritate sancti Paulini. Huius igitur occasione Episcoporum conuentus, Hilarius Papa Romae Synodum habuit. Cum enim ex diuersis prouinciis, more maiorum, missae essent Romam ad ipsum Pontificem ab Episcopis & Synodis congregatae variae consultationes, ex Hispania nimirum & Gallia: has omnes cum Episcopis qui Romae conuenerant, communicare voluit consueta modestia Rom. Pontificis, qui eas poterat solus absoluere. At reliqua omnia quae in hac Synodo fuerint pertractata, ipsa quae extant Acta significant, quae sic se habent, praefato ita in primis Hilario Papa:

Quoniam religiosus, sancto Spiritu congregante, Conuentus hortatur, vt quaecumque pro disciplina Ecclesiastica necessaria sunt, cura diligentiore tractemus: si placet, ea quae ad ordinationum tenorem pertinent, iuxta diuinam legis praecipua & Nicenorum canonum consti-

COMESTARVLIARIA NVS FIT CATHOLICVS.

EPYST. LEONIS AD DANIELEM.

REX LAZORVM INVISIT DANIELVM.

Apud Syr. die 29. Septemb.

NATALIS ROM. PONT. CELEBRITAS.

Extat 102. Concil. ROMANVM CONCILIUM.

CHRISTI HILARI PAP. LEONIS 9. IMPR. 465. 5. SEVERI 5.

constituta, ita adiuuante Domino in omne aeuum mansura solidemus: Vt nulli fas sit sine auctus sui periculo, vel diuinam constitutionis, vel Apostolicae sedis decreta temerare: Quia nos, qui potissimi sacerdotij administramus officia, ceterum transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inuenti: quia meminimus, quod timere debemus, qualiter comminetur Dominus negligentiae sacerdotum: Siquidem reatu maiore delinquit, qui priori honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatorum sublimitas dignitatum. haec praefatus Hilarius in Synodo coram Episcopis, tria ad rectam ordinandorum clericorum dispositionem decreta subiecit: quibus recitatis, haec secuta est acclamatio omnium Episcoporum: Exaudi Christe, Hilario vita: dictum est sexies. Hae confirmamus & hae docemus: dictum est octies. Hae tenenda sunt: hae seruanda sunt: dictum est quinquies. Doctrinae vestrae gratias agimus: dictum est decies. Ista vt in perpetuum seruentur, rogamus: dictum est quindecies. Ista per sanctum Petrum vt in perpetuum seruentur, optamus: dictum est septies. Hae praesumptio numquam fiat: dictum est decies. Qui hae violauerit, in se veniet: dictum est septies. Haec scias a Patribus ingestas acclamationes esse more maiorum ad insinuandam Episcoporum omnium in decretis a Romanis Pontificibus sancendis spontaneam fauorabilemque consensionem.

Post haec autem idem Hilarius Papa in medium protulit consultationem ex Hispania missam ab Episcopo Tarraconensi. Etenim Acta ista subiiciunt: Et facta silentio, Hilarius Episcopus dixit: Praeterea, fratres, noua & inaudita (missis de Hispania epistolis sub certa relatione peruenit) in quibusdam locis peruersitatum semina subinde nascuntur. Denique Episcoporum, qui non nisi meritis praecedentibus datur, non diuinum munus, sed hereditarium putant esse compendium: & credunt, sicut res caducas atque mortales, ita sacerdotium, velut legatario, aut testamentario iure posse dimitti. Nam plerique sacerdotes mortis confinio constituti, in locum suum feruntur alios, designatis nominibus, subrogare; vt scilicet non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu. Quod quam graue sit, aestimate.

Cum haec ab Hilario Papa de Hispaniarum Ecclesiis ingesta per litteras Episcopi Tarraconensis Ecclesiae audis, in memoriam reuoca, quae anno superiori itidem de Hispaniis ex S. Isidoro dicta sunt, nimirum tremendo ac terrifico Dei iudicio datas Gothis furentibus deuastrandis: vt plane, qui secundum illud Propheticum dixerant: Venite hereditate possideamus sanctuarium Dei. imprecationem eiusdem Prophetae vlticem senserint mox ista subdentis: Deus meus, pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti: Sicut ignis qui comburit siluam, & sicut flamma comburens montes, ita persequeris illos in tempestate, &c. Verum etiam penes aliarum Hispaniarum Episcopos solutus esset vigor Ecclesiasticae disciplinae, certe quidem in Tarraconensi prouincia vigeat custodia legum: in quas cum quis enormiter deliquisse inuentus esset, statim omnibus in unum coeuntibus audita eius causa deferretur ad Romanum Pontificem: quod his diebus bis factum, ex litteris ab ipsis Romam missis intelliges.

Hilarius igitur in posterum consulturus, ista subiicit: Atque ideo, si placet, etiam hanc licentiam auferamus: ne (quod turpe dictu est) homini quisquam putet debere, quod Dei est. Vt autem quod ad nos perlatum est, ad vestram etiam possit peruenire notitiam: Hispanorum fratrum & Coepiscoporum nostrorum scripta legantur. Recitatae sunt primum litterae vltimo loco datae, postea vero quae primitus scriptae fuerant: priores enim de Siluano Cagliaritano Episcopo querelam habebant, posteriores vero causam Nundinarij Episcopi Barcinonensis & eius successoris Irenzi continebant. At nos, pro more nostro, de his quae primo loco sunt scriptae, primum agamus.

Arcanum itaque Tarraconensis Episcopus, & qui cum eo conuenerunt omnes prouinciae illius Antistites in litteris ad Hilarium Papam aduersus Siluanum ita scripserunt: Domino beatissimo & Apostolica reuerentia a nobis in Christo colendo Papae Hilario, Arcanum Episcopus & vniuersi Episcopi Tarraconensis prouinciae.

Etiam nulla extaret necessitas Ecclesiasticae disciplinae: expetendum re vera nobis fuerat illud privilegium sedis vestrae, quo susceptis Regni clauibus post resurrectionem Saluatoris per totum Orbem beatissimi Petri singularis praedicatio vniuersorum illuminationi prospexit: Cuius Vicarij principatus sicut eminet, ita metuendus est ab omnibus & amandus. Proinde nos Deum in vobis primitus adorantes, cui sine querela seruitis, ad fidem recurrimus Apostolico ore laudatam, inde responsa quarentes, vnde nihil errore, nihil praesumptione, sed

CONSULTATIONE TARRACONENSIVM EPISCOPORVM.

Psal. 82.

dictaret HISPAE EPISCOPI QUANTVM COLANT ROM. PONT.

CHRISTI
465.HILARI PAP.
5.LEONIS 9.
SEVERI 5. IMPR.

sed Pontificali totum deliberatione præcipitur.] Habes, lector, satis perspicuè declaratum A cum plurimis aliis, tum hoc quod modò recitatur, exemplo, quanta obseruantia Hispaniarum Episcopi sint semper profecuti Romanum Pontificem, è cuius sede se Euangelium accepisse scirent. Sed audi de Siluano eorundem narrationem.

* ordinatio-
nes
SILVANI
CAUSA.

Cum hæc ita se habeant: est tamen inter nos falsus frater, cuius præsumptionem sicut diutius tacere non licuit, ita & loqui futuri iudicij necessitas imperauit. Siluanus quidem Episcopus Calaguræ in vltima parte nostræ præuinciae constitutus, diuinationes * sibi indubitatas vsurpando, humilitatem nostram ad hoc vsquè perduxit; vt contra eius vanissimam superstitionem sedis vestræ vnicum remedium flagitemus. Hic namque iam ante septem aut octo amplius annos, postponens Patrum regulas, & vestra instituta despiciens, nullis penitentibus populis Episcopum ordinauit: cuius præproperum factum existimantes fraterna & pacifica posse admonitione sanari, profecit in peius. Denique contra vetustatem canonum, B contra Synodi constituta, alterius fratris nostri presbyterum, spiritu tantum præsumptionis accensus, in eodem loco, qui illi fuerat destinatus, cui inuito & repugnanti imposuerat manus, & qui nostro iam cœtui fuerat aggregatus, Episcopum fecit. Hinc factum est, vt de eius miserrima temeritate ad nos Cæsaraugustanæ vrbs Episcopus frater noster vniuersa referret, cuius diligentia & sollicitudo admodum prospexerat, si in aliquo profuisset. Siquidem cunctis in vicinia positis Episcopis, ne se schismatico adiungerent, frequentissimè contradixit: sed obstinatione damnabili totum, quod erat illicitum, & quod nobis pudor est dicere, non erubuit solus ille committere.

CAUSAS
EPISCOPO-
RVM AD
ROM. PON-
TIFICEM
DEFERRI.

Proinde quia his præsumptionibus, quæ vnitatem diuidunt, quæ schisma faciunt, velociter debet occurrere: quæsumus sedem vestram, vt quid super hac parte obseruare velitis, Apostolicis affatibus instruamur: quatenus fraternitate collecta, prolatis in medium venerandæ Synodi constitutis, contra rebellionis spiritum vestra auctoritate subnixi, quid oporteat de ordinatore & de ordinato fieri, intelligere, Deo adiuuante, possimus. Erit profectò vester triumphus, si Apostolatus vestri temporibus, quod S. Petri cathedra obtinet, Catholica audiatur Ecclesia, si nouella zizaniorum semina fuerint extirpata. Et subscriptio. Orantem pro nobis sanctum Apostolatium vestrum iugi xuo diuina conseruet æternitas.] hæc tamen prior data in Siluani causa Synodi Tarraconensis epistola: ex qua antiquam vides custoditam praxim, nimirum causas Episcoporum solitas deferri ad Romanum Pontificem.

DE CAUSA
IRENÆI
EPISCOPI.

Posterior verò data ab eisdem ex alio Episcoporum Conuentu epistola in causa Irenæi, primo loco recitata est, in qua mentio habetur de datis antea litteris in causa Siluani: à qua diuersa erat causa ipsius Irenæi Episcopi Barchinonensis: Hunc vir dignissimus Nundinarius Episcopus Barchinonensis heredem paucorum bonorum instituens, opare se dixit, vt in locum suum idem Irenæus ordinaretur, qui erat alterius Ecclesiæ Episcopus: eius quidem vltimæ voluntatis elogium & populus & clerus, simulq; comprovinciales Episcopi ratum habuerunt, immo & annuissè ponitur Metropolitanus Antistes ob Ecclesiæ illius vtilitatem, & merita decedentis & succedentis Episcoporum. His enarratis in epistola ad Romanum Pontificem, eiusmodi petitionem adiecerunt: Ergo suppliciter precamur Apostolatium vestrum, vt humilitatis nostræ decretum, quod iustè à nobis videtur factum, vestra auctoritate firmetis.] Intelligis, Romanæ tantummodo sedis Episcopi fuisse dispensare in iis quæ contra canones præsumpta essent, nec Concilio provinciali tantam fuisse auctoritatem, vt inconsulta Apostolica sede id præstare potuisset. Quid autem ad hæc qui Romæ conuenerant Patres? Primo quidem publicis acclamationibus, inde verò singulorum sententiis, quæ ab illis Episcopis probata fuerant, sunt explosæ. In acclamationibus verò inter alia illud quinquies dictum: VT SERVETVR ANTIQVITAS ROGAMVS.] digna planè tanto Confessu sententia, qua tamquam valido mucrone confoditur, quicquid vniquam vel contra fidem, vel contra Ecclesiasticam fuerit disciplinam præsumptum.

De his autem omnibus quæ Synodali fuerunt sententia definita, scripta est ab ipso Hilario Papa epistola decretalis ad Ascanium & reliquos præuinciae Tarraconensis Episcopos data tertio Kalendas Ianuarij, Basilicæ & Herminericæ Consulibus: vt planè appareat, ab exordio Synodi cœptæ decimoquinto Kalendas Decembris, vsque ad datas has litteras tertio Kalendas Ianuarij, intercurrisse mensem vnum & dies duodecim, tantoque temporis spatio Synodum perdurasse; cuius aliquæ deesse videntur Actiones; vt inter alia, quæ ab aduersaria parte pro Siluano Episcopo allata fuisse, idem Hilarius Papa in dicta epistola docet, quæ fuerant eiusmodi, vt eundem Pontificem ad dispensandum cum eodem Siluano permouerint,

CHRISTI
465.HILARI PAP.
5.LEONIS 9.
SEVERI 5. IMPR.

A mouerint, ne videlicet diro schismate scinderetur Ecclesia. Non sic quidem cum Irenæo, quem ad suam Ecclesiam Hilarius redire præcepit: quibus intelligas quàm indigno animo tulerint Romani Episcopi sedium mutationem. Dedit & de his idem Hilarius Papa priuatim alias ad eundem Ascanium Tarraconensem Episcopum litteras, quæ iisdem Actis accesserunt appendix. In hac insuper Synodo, ad Ecclesiæ vniuersalis ædificationem, constitutionem edidisse Hilarius Papam, habent eius vitæ Acta his verbis: Fecit constitutum de Ecclesia in basilica ad S. Mariam, Consulatu Basilicæ & Herminericæ, decimo sexto Kalen. Decembris.] quid enim per Constitutum intelligatur, superius dictum est.

Quòd verò inter quadraginta octo Episcopos qui Synodo interfuerunt, primo loco ponatur Maximus Episcopus Taurinensis post Romanum Pontificem, non id quidem accidit sedis prærogatiua, cum digniores illic essent Episcopi Metropolitanæ, vt inter alios Ecclesiæ B Mediolanensis Antistes: sed id factum scias prærogatiua ætatis in Episcopatu agentis: hic namque mos vetus, vt qui plures annos ageret in Episcopatu, vel Archiepiscopatu, priorem sibi in Synodis locum vendicaret, etiam si alioqui dignitate sedis esset inferior, salua tamen Patriarchalium prærogatiua sedium. Maximum autem Taurinensem plurimos egisse in Episcopatu annos, ex eo poteris intelligere, quòd de ipso agens Gennadius, qui his vivebat temporibus, claruissè eum tradit Honorio & Theodosio Iuniore regnantibus, licet eum codices habeant eum obiisse diem sub iisdem Augustis. Sed quomodo id fieri potuit, vt sub Theodosio mortuus dicatur, si idem Maximus subscriptus Concilio Mediolanensi sub Marciano Imperatore (vt vidimus) celebrato & hoc anno interfuisse, sedisse, & subscripsisse Romanæ Synodo primo loco post Romanum Pontificem reperitur? vt non sit qui obendere possit alium hunc Maximum Taurinensem ab illo fuisse: nam vt primo loco sederit atque subscripserit, non (vt dictum est) aliudè quàm ex prouectiore in sede ætate potuit contigisse? Vnde ne dicamus adeò manifestè in rebus sui temporis Gennadium hallucinatum, in eodem in codicem irrepsisse dicendum erit, sicut nuper factum vidimus, dum in fronte scriptorum ipsius Maximi, quæ Romæ sunt edita, Gennadij textus illud accepit additamentum de anno quo mortuus est, nimirum ab Orbe redempto quadringentesimo vigesimo: putauit id sibi licere Galestinus, qui edidit. Propagata est autem ad posteros summa gloria eiusdem Maximi memoria, cuius & dies natalis anniuersaria commemoratione recurrit septimo Kalen. Iulij. Vixit hoc item tempore alius Maximus & ipse inter sanctitate claros adnumerandus Episcopus Tolosanus, de quo paulo post dicturi sumus.

DE HAN-
MO EPIS-
TAVRI-
NANET.Gennad. de
viri illustri.
c. 40.Epist. Conc.
Mediolan.
apud S. eund.
p. 1. epist. 12.
DE ACTUALI
MAXIMI
ERRORES
CORRIGENDI
VTR ALIO
RVM.

Qui verò post Maximum primo ponitur loco Ingenuus Ebredunensis Episcopus, idem conqueustus est apud ipsum Hilarem Romanum Pontificem de vsurpatis quibusdam suis dice- D ceseos iuribus. Extat de his epistola eiusdem Hilari Papæ ad Leontium, Veranum, & Victorium Episcopos, quibus delegat causæ cognitionem & instaurationem iurium Ebredunensis Episcopi Metropolitanæ Alpium maritimarum. Aduersus autem eos, qui insana cupiditate non nisi in hoc laborant vt suæ diocesis fines dilatent, & eiusdem Hilari Papæ in eadem epistola aurea illa sententia: Expectatio fructus nostri ministerij non in latitudine regionis, sed in acquisitione ponitur animarum.] hæc & alia ibi Hilarius digna Pontifice tantæ sedis. Porro Leontius primo loco positus inter Episcopos, quibus causâ committitur, etiam cuius Ecclesiæ Antistes fuerit, nulla sit mentio: scias tamen istum ipsum laudatum ab Hilario Arelaten- si in funebri oratione de sancto Honorato Episcopo prædecessore: què Foro-Juliensem Episcopum, eundem opinor esse ad quem extant Sidonij Apollinaris litteræ.

Sed quod polliciti sumus de Maximo Tolosano Episcopo dicere, non prætereat: Hic his E temporibus ex Palatino inuitus, renitens, nolensque cogitur à populo fieri Episcopus: Ad quam sacerdotij dignitatem assumptus, qualenam specimen ediderit sanctissimi sacerdotis, accipe quæ de eo obiter Sidonius scribit ad Tarnum, cum eidem occurrit nesciens creatum gressu expeditum, voce liberum, facie liberalem, multum ab antiquo dissimilis, habitu vero gratus, pudor color, sermo religiosus, coma breuis, barba prolixa, tripodes sellæ, Cilicum vela foribus appensa, lectus nihil habens plumæ, mensa nihil purpuræ, humanitas ipsa sic benigna quàm frugi, nec ita carnibus abundans, vt leguminibus: certe si quid in cibo vinctus, non sibi sed hospitibus indulgens.

Cum surgeremus, clam percunctor astantes: Quod genus vitæ de tribus arripuisset ordinibus: Monachum ageret, an clericum, pœnitentemve? Dixerunt, nuper in pacto sacerdotio fungi, quo recusantem factiosè ligasset ciuicus amor.] hæc de Maximi mutatione vbi electus

Sidon. lib. 4.
epist. 24.

CHRISTI HILARI PAP. LEONIS 9. IMP. 465. 5. SEVERI 5.

electus est Episcopus Tolofanus : à quo discant, qui in Ecclesiasticam dignitatem assumpti A nobiles & diuites, de sacerdotio maioris luxus captant occasionem, vt in Ecclesiam Christi transferant regios apparatus, vel (quod deterius est) qui ignobiles ad Episcopatum acceden- tes & pauperes, mox Sybariticas quærunt delicias. Quantum autem temporis Maximus iste federit, ignoratur : constat tamen, Concilio Aurelianensi non Maximum, sed Leon- tium eius successorem haberi subscriptum.

SEVERVS IMP. OCCI- DITVR.

*Pamm. in Easf.

Huius pariter anni Consulibus, Seuerus Imperator dolo Ricimeris in palatio veneno per- emptus est. hæc Cassiodorus, cui consentit Marcellinus. Perobscuræ quidem res Seueri Au- gusti remanere: duæ autem ab ipso editæ extant constitutiones, quarum posterior hoc anno data habetur septimo Kal. Octobris. Ex quibus redarguas eum qui diuinatur^a Seuerum hoc anno defunctum decimo octauo Kal. Septembris. Abrogatam ex parte fuisse à Seuero, in iis scilicet quæ spectabant ad moniales & viduas, cõstitutionem Maioriani Augusti, de qua suo loco dictum est, inscriptio indita priori ab eo editæ constitutioni demonstrat. Post obitum verò Seueri factum esse interregnum per annum & menses aliquot, itidem Cassiodorus af- firmat, dum creationem Anthemij post sequentis anni Consules ponit.

VVANDALO- RVM IN CVR- BTO.

Obfuit multum Italiæ eiusmodi interregnum, & frequens ista mutatio Augustorum: ex quo factum est, vt VVandali regnantes in Africa crebrius Romana littora incurfarent. Hinc Sidonius in Panegyrico Anthemio dicto:

Quemcumque creauit Axe meo natum, confestim fregit in illo Imperij Fortuna rotas. Hinc VVandalus hostis Vrget, & in nostrum numerosa classe quotannis Militat excidium, conuersosq; ordine fati Torrida Caucaeos infert mihi Byrsa furores. Præterea inuictus Ricimer, quem publica fata Respiciunt, proprio solus vix Marte repellit Piratam per rura vagum, &c.] Ad hæc fortasse alludit Maximus^b Taurinensis,

^bMaxim. Ser. de vñ simend. Barb.

vbi ait: Non spirituales, sed etiam carnales nobis (qui sunt barbari) piratæ non desint.] Ceterum non huius tantum tempore interregni ista Genfericus aggressus est, sed cœptam diu antè piraticam ab ipso Valentiniani obitu quotannis exercuit, de qua ista Procopius^c: Post mortem Valentiniani, aliquot annos veris initio, continuo longas fecit prædando & populando incurfiones, nunc in Siciliam, nunc in Italiam, ciuitates insuper partim diripiendo, partim solo æquando: vbi verò omnia deleuit, ad Orientis conuersus Imperium, Illyricum omne simul & Peloponnesum, hisq; adiacentes insulas cum reliqua Græcia inuadit. D Ad Italiam rursus Siciliamq; reuersus, quicquid erat reliqui diripuit. Verum quondam, cum è Carthaginis portu passis velis soluturus esset: interrogatus à nauclero, quò tendere popula- bundus vellet: respondisse: Quo Deus impulerit, ad eò ex nulla causa in obuios quoscumque hostiliter ferebatur.] hæc Procopius. Porro ita formidabilis factus erat Genfericus piratica classe, vt Alexandria etiam fuere timore concussa. Etenim habent hæc Acta^d Danielis Sty- litæ: Quædam fama in omnes gentes manauit, Genfericum Regem VVandalorum bellum gerere aduersus Romanos magno apparatu & maiori audacia, & quòd magna manu peruenit Alexandriam, eam sibi volens belli facere præmium. Non parum ergo animo angebatur mag- istratus & ipse Imperator: Qui citò cucurrit ad confectum medicamentum animi ægritu- dinis, & S. Danieli famam significat. Ille verò tamquam non præuidens, sed videns oculis ea quæ erant ventura, dixit protinus: Non solùm Genfericum Alexandriam non esse occupa- E turum, sed in omnibus etiam aliis, re infecta, domum esse reuersurum. Omnino nihil opus est adiciere id quod euenit, iis qui virum norunt. Factum est autem non multo post, sicut diuina Daniel lingua prædixit.] hæc ibi.

^cProcop. de bello VVand. lib. 1.

^dApud Sur. dist. 1. Dec. VVANDALI TENTA- RYNT ALE- XANDRIAM

TRANSLA- TIO S. SI- MEONIS STYLITAE.

Post hanc autem prædictionem, eodem petente Daniele, curasse Leonem Imperato- rem translationem reliquiarum magni illius Simeonis Stylitæ ex Syria in Thraciam, eadem Acta habent: sed quoto anno id Leonis Imperatoris acciderit, haud facile sit asserere. Ex dicta autem Alexandrinorum turbatione accepta occasione, Leo Augustus comparandi classem aduersus VVandalos consilium inire cœpit, quod perfecit tertio ab hinc anno, vt suo loco dicemus.

IESV CHRISTI HILARI PAP. LEONIS IMP.

A ANNVS ANNVS ANNVS 466. 6. 10.

INGreditur Christi annus quadringentesimus sexagesimus sextus, altero (ita dixerim) pede claudicans, cum nonnisi vnus Consul Leo Augustus tertium creatus sit in Oriente: in Oc- cidente autem cum nullus esset Imperator, nulla est à Senatu habita ratio Consulibus eligen- di. Cum igitur tum Cassiodorus, tum Marcellinus vnum tantum Consulem hoc anno esse creatum dicant; vndenam à recentiore chronographo^a additio collegæ Fabij Titiani? sed nec teste aliquo id probat, neque coniectura saltem verisimili.

^aPanuin. in Easf.

Hoc ipso anno Leo Imperator vltima die Februarij de immunitate confugientium ad ec- B clesiam amplissimam edidit sanctionem; cum nouo casu diuinitus ostensum esset, magno periculo asyllum Ecclesiæ violari. Rem gestam habent Acta Marcelli Accemetarum Archi- epi mandatiæ sanctissimi his verbis descriptam^b: De Ardaburij & Asparis, quæ erat illo tempo- re, potentia, nihil est dicendum, neque de crudelitate æquali potentia atque adeò maiori (erant ambo Ariani potentissimi, utpote longo tempore militia præfecturis insigniti, ipsi quoque Imperatori simendi.) Hic ergo qui adeò potens erat & crudelis Ardaburius irascebatur cui- dam ex iis qui erant in eius potestate, nomine Ioanni. Ille verò, omnibus aliis, atq; adeò ipso Imperatore prætermisiss, vt qui non essent satis potentes, vnum nouit refugium, Marcelli tabernaculum, ipsum videlicet Accemetarum carobium: & id subit, & in eo latet, tamquam sub aliquo tuto propugnaculo. Ille autem cum rescuisset, petebat (ad ipsum mittens) homi- nem sibi tradi. Cum verò non obtemperaret, cœpit minari. Cum Marcellus autem minas non curaret, ei vim attulit, missisque militibus, & qui viribus valebant (erant multi nume- ro) iussit quærere eum qui confugerat, & si non pareret, vti armis. Atque ille quidem cum sic iussisset, eos dimisit. Illi autem profecti, & verbis, vt iussi erant, vsi, quoniam non parebat, monasterium circumcidebant. hæc facta sunt vespere. Magnus verò Marcellus rogauit eos, an vellent manere, & se eis dixit alimenta daturum. Cum autem mansissent, suppeditauit alimenta. & res ita quidem transit vsque ad vesperam.

LEX LATA DE ECCL. IMMUNI- TATE.

^bEx Metaph. Sur. die 19. Decem.

Cum autem nox aduentasset, qui foris quidem erant, enses iam quatiebant terribiliter. Monachi autem hæc videntes & audientes, sanctum vnum assistentes, pro ensibus eum ver- bis ferebant: Quid ergo, dicentes, Tibi omnes propter vnum peribimus? idque morte vio- lenta & acerba? Et tuis filiis erit tibi præferendus externus? Et tibi à fundamentis cum tem- plo peribit monasterium? Non dimittes, non citò præbebis eum, qui quæritur, qui malis huc peruenit pedibus? Cum sic per totam noctem eum & hostes & amici etiam acriter inuade- rent, tempusque frustra contereretur, & supplex non traderetur; manè autem statuissent milites vti gladiis, & iam essent aggressuri: tunc Christi athleta suam obiecit potentiam. Eis verò præter opinionem apparere aduersaria, non phalanx quidem, sed diuina quædam & ca- lestis potentia in orbem ab igne circumscripta, & arma inexpugnabilia, nempe Crucis Chri- sti imaginem in medio ferens, longè magis resurgentem quam ignis qui erat circumcirca. Hæc ergo terribilis potentia, quæ apparuerat, ex ipso fastigio monasterij emittebat graua rela aduersum milites, quæ quidem erant ignis fulgura intolerabilia. Quibus cum non so- lum resistere, sed nec ea quidem contra intueri possent: gladios in terram proiecerunt, & ipsi ceciderunt; & voces ad Deum placandum accommodatas, prout quisque poterat, emitte- bant. Quas cum hi qui intus erant sensissent, canere cœperunt, & fuerunt ipsi quoque testes miraculi quod euenerat præter opinionem. Hoc effecit, vt crudelissimus Ardaburius suo- rum morum obliuisceretur; & causa fuit, vt præter sententiam benignus videretur, ira in Ioannem remissa.] hæc tenus ibi.

S. MARCEL- LVVS NON VVLT TRA- DERE PER- FVGAM.

FVLMINI- BVS REPEL- LVNTVR MILITES.

Huius itaque rei tam insigniter gestæ occasione factum putamus, vt Leo Imperator egregiam illam, quam diximus, sanctionem pro confugientibus ad ecclesias promulgate- rit hoc ipso anno, cum tertium ageret Consulatum, ita rescribens ad Erithreum Præfe- ctum Prætorio^c:

^cL. C. de his qui confug. ad eccles. SANCCTO LEONIS IMP. DE EC- CLES. IM- MUNI TATE SERVANDA

Præsentem lege decernimus per omnia loca valitura (excepta hac vrbe Regia, in qua nos Diuinitate degentes, quoties vsus exegerit, inuocati, singulis causis atque perso- nis presentanea constituta præstamus) nullos penitus, cuiuscumque conditionis sint, de sacrosanctis ecclesiis Orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, vel protrahi confugas: nec pro his venerabiles Episcopos, vel religiosos Oeconomos exigi, quæ ab ipsis debeantur.] Vi- des

CHRISTI
466.HILARI PAP.
6.LEONIS IMP.
10.

A des Leonem Imperatorem antiquasse penitus veterem sanctionem, cuius à nobis quinto tomo mentio facta est, qua iubebatur, vt Episcopi soluere tenerentur, quod creditoribus deberet debitor ad Ecclesiam fugiens, nisi eum redderent: cuius rei causa S. Augustinus debitor constitutus, collectam indixit, vt dissolueret, quod non dando confugam debitorem, as alienum contraxerat. Sed pergit Imperator: His, qui hoc moliri, aut facere, aut nuda saltem cogitatione, aut tractatu ausi fuerint tentare, capitali & vltimi supplicij animaduersione plectendis.

Ex his ergo locis, eorumq; finibus, quos anteriorum legum præscripta sanxerunt, nullos expelli aut eiici aliquando patimur: nec in ipsis ecclesiis reuerendis ita quemquam detineri atque constringi, vt ei aliquid vidualium rerum, aut vestis negetur, aut requies.

Sed si quidem ipsi refugæ appareant in ecclesia publicè, & se in sacris locis offerant quærentibus conueniendos: ipsis seruata locis reuerentia, iudicium, quibus subiacent, sententiis B moneantur, responsum daturi, quale sibi quisque perpexerit conuenire.

Quod si in finibus ecclesiasticis latitant: religiosus Oeconomus, seu Defensor ecclesiæ, vel certè quem his negotiis commodiorem auctoritas Episcopalis elegerit, reconditam latentemq; personam decenter sine vlllo incommodo monitus intra fines ecclesiæ, si inuenitur, præferret.

Cum autem monitus fuerit in publico priuatove contractu actione ciuili, in eius sit arbitrio, siue per se, siue (si magis elegerit) instructo solemniter procuratore directo, in eius iudicis, cuius pulsatur sententia, examine respondere.

Sed si hoc facere detrectet, aut differat: iudiciorum legumque solitus ordo seruetur. Itaque si res immobiles possidet: post edictorum solemni citationem, ex sententia iudicantis, vsque ad modum debiti, bonorum eius siue prædiorum traditio, siue venditio C celebretur.

Quod si res mobiles habet, easque extra terminos occultat ecclesiæ: sententia iudicantis, & executoris sollicitudine perquisitæ, quocumque loco occultentur, erunt, pro æquitatis tramite modoq; debiti, publicis rationibus, priuatisque proficiant. Sanè si intra fines habentur ecclesiæ, vel apud quemlibet ex clericis absconditæ siue depositæ fuisse firmantur: studio & prouidentia viri reuerendissimi Oeconomi, siue Defensoris ecclesiæ diligentia inquisitæ, hæ quolibet modo ad sacrosanctam ecclesiam peruenientes, proferantur: vt pari æquitatis ordine, iisdem ex bonis fisco, vel Reipublicæ, siue creditoribus & quibuscumque iustis petitoribus ad modum debiti consulatur. Sicubi depositæ vel commodatæ dicuntur: inquirendi talem volumus esse cautelam: vt, si sola suspicione apud aliquem adferantur absconditæ, de sua etiam conscientia satisfacere auctoritate venerabilis antistitis iubeatur: adiacentes, quod D ea, quæ de principalibus personis decreuimus in causis fideiussorum, siue mandatorum, seu rerum ad eos pertinentium, vel familiarium & sociorum, seu participum, & omnino in iisdem causis obnoxiorum personis præcipimus obseruari: scilicet si ipsos quoque secum confugæ intra ecclesiarum terminos habere voluerint: vt eorum quoque bonis publica debita priuatæque soluantur: & per eos rerum, vbicumque positæ sunt, procedat inquisitio. Et hæc quidem de ingenuis liberisque personis.

Sanè si seruus, aut colonus, vel adscriptitius, familiaris, siue libertus, & huiusmodi aliqua persona domestica, vel conditioni subdita, conuassatis rebus certis atque subtractis, aut se ipsum furatus, ad sacrosancta se loca contulerit: statim à religiosis Oeconomis, siue Defensoribus, vbi primum hoc scire potuerint, per eos videlicet, ad quos hoc pertinet, ipsis præsentibus pro Ecclesiastica disciplina & qualitate commissi, aut vltimo competenti, aut E intercessione humanissima procedente remissione veniæ, & sacramenti interuentione securi, ad locum statumque proprium reuertantur: rebus, quas secum habuerint, reformandis. Diuitis enim eos in ecclesiis non conuenit morari: ne patronis seu dominis per ipsorum absentiam obsequia iusta denegentur, & ipsi per incommodum Ecclesiæ egentium & pauperum alantur expensis.

Inter hæc autem quæ sedulo ad religiosi Oeconomi siue Defensoris ecclesiæ sollicitudinem curamque respiciunt, erit etiam illud obseruandum, vt singulorum intra ecclesias confugientium personas, causasque incessanter conquirant: deinde Iudices, vel eos ad quos causæ & personæ pertinent, instantius instruant, & æquitati conuenientia diligentius exquantur. Dat. pridie Kal. Mar. Leone A. 111. Cos.] hæcenus constitutio Leonis Imp. qui se iudicem & vindicem in his quæ Constantinopoli acciderent, voluit constituere, vt magis timere

CHRISTI
466.HILARI PAP.
6.LEONIS IMP.
10.

A timere discerent ciues irritare præsentem Imperatorem, qui per suos præfectos aded seuerè, nec nisi pœna capitis statisset crimen puniri. Potuit idè hæc sanciendo habuisse respectum ad eminentissimos viros Asparem & Ardaburium, quibus Imperium ferebat acceptum; ne in eos videretur esse commotus, atque voluisse subiicere iudicio Præfectorum. Ceterum vbi occasionem nactus est opportunam, haud prætermisit iustissimè idem Princeps vlcisci: vt planè apparuerit, prudentiæ fuisse, aliquando dissimulasse; iustitiæ autem impios barbaros contumeliosos in omnes è medio sustulisse. At de rebus Orientalibus hæcenus.

Sub eodem Leonis Augusti tertio Consulatu secundus absoluitur annus, quo Euaricus EVARICVS REX GOTHORVM FVGATVS. Rex Gothorum regnare cœpit; cum & Hispaniis incurfione vastatis, descendit in Gallias, atque Aruernum obsedit: Cum vir clarissimus Ecdicius, Dei virtute confusus, magno miraculo, ingentem hostium numerum, summamque ipsorum potentiam, longè dispari paucitate militum atque virium superauit, non quidem casu tentata (vt solet dici) fortuna, neque temeraria furentis Ducis audacia, sed ingenti spe ex Diuinitatis inuocatione concepta: cuius nutu vnus vincit & persequitur mille, & duo fugant decem millia; nimirum quia ^{Deut. 32.} Deus vendidit eos, & Dominus conclusit illos: Ita namque Sanctorum precibus redimi solet insperata victoria, quæ humanam superet expectationem & vires. Hæc verò quomodo se habuerint, Sidonius refert in epistola ad eundem Ecdicium data, cum post multos annos eandem ciuitatem Aruernensem à Gothis iterum afflictari contigerit, dum rogat eum vt patriæ periclitati opem ferat. Erat enim Ecdicius filius Auiti Imperatoris, natus & educatus Aruernis, vt idem Sidonius eadem epistola narrat, qui postquam cunabulis iure naturæ debita, quæ recenseret, eidem in memoriam reuocauit, mox subdit de ciuium omnium desideriis, quibus eius præsentia quàm auidissimè expetebatur: ingeritque opportunè gloriosum facinus hoc

C tempore editum, quod & exactè describit. sed accipe hæc tanta verbis ipsius ^b: Non enim potest vnquam ciuicis pectoribus elabi, quàm te, quantumque nuper omnis ætas, ordo, sexus, de semirutis murorum aggeribus conspicabatur; cum interiectis æquoribus in aduersum perambulatis, & vix duodeuiginti equitum sodalitate comitatus, aliquot millia Gothorum, non minus de quàm campo medio (quod difficile sit posteritas creditura) transisti. Ad nominis tui rumorem, personæq; conspectum, exercitum exercitissimum stupor obruit: ita vt præ admiratione nescirent Duces partis inimicæ, quàm se multi, quàm te pauci comitarentur. Subducta est tota protinus acies in supercilium collis abrupti, quæ cum prius applicata oppugnationi, te viso, non est applicata congressui. Interea tu cæcis quibusque optimis, quos nouissimos agminis non ignauia, sed audacia fecerat; nullis tuorum certamine ex tanto desideratis: solus planicie quàm patentissima potiebare, cum tibi non daret tot pugna socios, quot solet mensa cœuiuas. Hinc iam per otium in urbem reduci quid tibi obuiam processerit officiorum, plausuum, fletuum, gaudiorum, magis tentant vota conicere, quàm verba referare. Siquidem cernere erat, referatis capacissimæ domus atris, illam ipsam felicissimam stipati reditus tui orationem ^{*}, dum alij osculis puluerem tuum rapiunt, alij sanguine ac spumis pingua lupata suscipiunt.] & inferius:

Taceo deinceps collegisse te priuatis viribus publici exercitus speciem, paruis extrinsecus maiorum opibus adiutum, & inferiores hostium ante discursus coërcuisse popularibus. Taceo te, aliquot superuenientibus, cuneos mactasse turmales, ex numero tuorū vix binis, terminis post preclium desideratis: & tantum calamitatis aduersæ partis inopinantis certaminibus infliditum, vt occulere cæcorum numerositatem consilio deformiore meditarentur. si quidem quos humari nox subducta prohibuerat, decerucatis liquere cadaveribus, tanquam minoris indicij foret, quàm villis agnosci crinitum, dimississe truncatum. Qui postquam luce reuoluta intellexerunt furtum ruinæ suæ crudeli vilitate patuisse: tum demum palam officis exequialibus occupabantur, non magis cladem fraude, quàm fraudem festinatione celantes: Sic tamen quod nec ossa tumultuarij cæspitis mole tumulabant, quibus nec clatis vestimenta, nec vestitis sepulchra tribuebant, iuste sic mortuis talia iusta soluentes. Iacebant corpora vndique locorum plaustris coniecta rotantibus: quæ, quoniam percussis indefinenter incumberes, raptim succensis conclusa domiciliis culminum superlabentium regalibus fragmentis funerabantur.] hæc & alia de Ecdicij bellica virtute Sidonius.

Ceterum tanta hæc non nisi ope diuina precibus Sanctorum implorata Ecdicium præstare consueuisset, planè declarant quæ de eodem habet Gregorius Turonensis in tractatione de miraculis sancti Martini verbis istis: Ecdicius (*licet, Egidius, deprauatè legatur*) quoque cum oblideretur ab hostibus, & excluso à se solatio, turbatus impugnaretur; per inuocationem

EVARICVS REX GOTHORVM FVGATVS.

^{Deut. 32.}

^b Sidon. lib. 3. epist. 1. ECDICIVS CVM PAVIS FVGAT GOTHOS.

^{*} deuotionem
ALTAE RES AB ECDICIO FORTITER GESTAE.

S. MARTINI INVOCA- TIONES AB E VICTOR ACDICIVS.

cationem beati viri (sancti Martini videlicet) fugatis hostibus, liberatus est. Idque dæmoniacus in medio ecclesiæ, ipsa hora qua gestum fuerat, est professus, S. Martini obtentu hoc fuisse concessum.] hæc ipse.

Hunc autem Ecdicium, cuius sunt aded præclara facinora, quem ex Sidonio diximus fuisse Auiti Imperatoris filium, eundem quoque germanum Papiamillæ vxoris Sidonij fuisse apparet ex eius epistola ad ipsam data.

^a Sidon. lib. 3. epist. 16.

Hoc eodem anno S. Prosperi Regiensis in Aquitania Episcopus ex hac vita migravit, cum scidisset annos saltem viginti quatuor: Qui enim (vt dictum est) interfuisse reperitur Vasens Concilio sub Consulatu Dioscori, anno Domini quadringentesimo quadagesimosecundo, & ad hunc vsque annum (vt eius Acta testantur) superuixit, planè eum annorum expleffe numerum dicendus est. meminit eiusdem Marcellinus ante duos annos. Erat Regiensis sedes hoc tempore nobilis in Aquitania, cuius meminit Sidonius in epistola ad S. Patientem Lugdunensem Episcopum, primamque ponit post Arelatensem. cui quidem post decessum S. Prosperi datus est Episcopus S. Maximus Abbas monasterij Lerinensis, & post eum Faustus ibidem ex Abbate eiusdem cœnobij est creatus Antistes: aded vt qui successit Maximo in Præfectura monasterij Lerinensis, idem subrogatus eidem fuerit in Episcopatu Ecclesiæ Regiensis. hinc & idem Sidonius ad Faustum:

^b Sidon. lib. 6. epist. 12.

^c Sidon. carm. Euchari ad Faustum.

fuit quis Maximus ille, Urbem tu cuius monachus, Antistes, & Abbas

Bis successor agis, celebrans quoque laudibus illis.] Sed quando id contigerit, vt Maximo Faustus fuerit Episcopus subrogatus, suo loco dicemus.

Quod verò ad S. Prosperi scripta pertinet: qui viuens in acie iugiter stetit pugnans aduersus hæreticos Pelagianos, post obitum non caruit eorum moribus. Etenim Gennadius & ipse Pelagianorum aspersus sordibus, de Prosperi scriptis agens, hæc ait: Legi & librum eius aduersus Collatoris opuscula sub persona Cassiani. Quæ Ecclesia Dei, vt salutaria probat, ipse infamat.] ita ipse, fugillans Planè S. Prosperum, quod aduersus Cassianum scripserit, cuius opera falsò iactat ab Ecclesia Catholica esse probata. Sed dicat, quænam ista est Ecclesia Dei, quæ opuscula Cassiani vt Catholica probat? certè non dicenda Catholica, sed Pelagianorum Ecclesia: nam si verè Catholica de his consulatur Ecclesia, audi quid os Ecclesiæ Catholicæ loquatur Gelasius: OPUSCULA CASSIANI PRESBYTERI GALLIARVM APOCRYPHA.] hæc est de Cassiani opusculis censura Gelasij, quem auscultare magis quam Gennadium, decet hominem Christianum, at de operibus Cassiani pluribus actum est superiùs: hæc tantum ad redarguendum Gennadium notam inurentem sanctissimo atque doctissimo Patri, Galliarum ornamento, sint dicta. Laudatur tamen à Gennadio Prosperi dictio, vt pote (vt ait) scholastica atque neruosa, eadem de eo Marcellinus in Chronico: sed magno errore ibi, pro neruosa, habet, verbosa. Ceterum in omnibus quæ ad dogmata spectant, satis ad laudem Prosperi, dum litteris Cælestini Romani Pontificis commendatur, cum redarguuntur ab eo Ecclesiæ Gallicanæ presbyteri illi, qui S. Augustini scripta contra Pelagium impugnabant. Mentio est de alio ab hoc diuerso Prospero apud Sidonium, quem dicit fuisse Episcopum Aurelianensem. hoc, ne quis fallatur in nomine, oportuit etiam superiùs admonuisse.

^d Gennadius de Script. Eccl. lib. 6. c. 4.

REDARGVITVR GENNADIUS CATHOLICÆ ECCLESIE.

Hoc eodem anno vita functo viro sanctissimo Crispino Episcopo Ticinensi, substitutus est in locum eius sanctitate non impar, sed doctrina longè celebrior Epiphanius, de quo plura inferiùs dicturi sumus. hoc quidem anno hunc sedere cœpisse, ex Ennodio diacono Ticinensi colligitur, dum de ipso agens, annum octauum eius sedis numerat sub Nepote Imperatore. Sed & scias, hoc eodem sæculo alium claruisse Epiphanium, quo Cassiodorus vsus est Græcorum scriptorum interprete: Ab eo enim transferri curauit Græcorum historias, Eusebij, Sozomeni, Socratis, atque Theodoretii, necnon scripta Didymi in Prouerbia Salomonis, simulq; S. Epiphaniij Salaminae in Cypro Episcopi tractatum in Cantica canticorum, & alia plura, vt ipse testatur, quem & amicum, disertissimumq; virum appellat: cuius operâ bibliothecam suam ex Græcis scriptoribus in Latinum conuersis ornauit. hæc de duobus huius temporis viris egregijs Epiphanijs. De Ticinensi autem, qui insulas sacerdotales vitæ etiam egregia decorauit sanctitate, sæpè inferiùs dicturi sumus.

EPIPHANIUS EPISCOPUS TICINENSIS.

^e Cassian. Inuit. diuin. lib. 1. c. 17.

IESV

A

Lapso iam anno sine Romano Consule & sine Augusto Occidentalis Imperij, qui sequitur ordine quadringentesimus sexagesimus septimus Christi annus duobus ex more aperitur Consulibus, ambobus Flauijs, Pusæo atque Ioanne, & nouum est nactus Imperatorem Anthemium Iuniorum filium Procopij, nepotem Senioris Anthemij. Ita namque transactum est inter Ricimerem, cuius nutu pendebat Occidentale regnum, & Leonem Imperatorem, vt Græcus Romam mitteretur Augustus, cuius filiam sibi Ricimer desponsaret. de his enim ita Sidonius:

ANTHEMII IMPERAT.

^a Sidon. in Paug. Anthem.

Anthemium concede mihi: sit partibus istis Augustus, legumque Leo mea iura gubernet: Quem petij patrio vestiri murice natam Gaudet Euphemiam sidus diuiale parentis. Adice præterea priuatum ad publica factus: Sit socer Augustus genero Ricimere beatus. Nobilitate micans est vobis regia virgo, &c.] Vnà autem cum Ricimere conspirasse pariter Romæ Senatam in petendo à Leone Imperatore Anthemium Imperatorem, Euagrius auctor est, dum ait legationem eam de re ex Senatufconsulto missam Constantino-polim: idemque affirmat Nicephorus.

Sed malis (vt ita dicam) auspicijs contigit Anthemij aduentus in Occidentem: siquidem hoc anno ingenti laboratum est peste, cuius meminit Gelasius Papa in Andronicum scribens aduersus eos qui Lupercalia ab Vrbe non auferenda contenderent, nam ait: Quando Anthemius Imperator Romam venit, Lupercalia utique gerebantur, & tamen pestilentia tanta subrepsit, vt toleranda vix fuerit.] hæc Gelasius. Et quid mirum si secum pestem vexit Romam Anthemius, qui contagia hæreticorum secum duxit in Occidentem? Quantumlibet autem hunc ipsum Imperatorem alij laudent: certè quidem hac ex parte sinceræ pietatis, quæ maximopere in Christiano Imperatore requiritur gloria caruisse videtur: Etenim secum in Urbem intulit Macedonianos hæreticos, qui continuò miscere cuncta, & conueniunt scorsum agere aggressi sunt, aded vt, nisi Hilarius infracto pectore continuò restitisset, candor Romanæ fidei sordibus hæresis infici periclitaretur.

Hæc autem talia tantaque ab Hilario Papa præstita, perpetua digna memoria, penitus excidissent, nisi Gelasius Papa scribens ad Dardanos obiter attigisset his verbis: Papa Hilarius Anthemium Imperatorem, cum Philotheus Macedonianus eius familiaritate suffultus diuersarum conciliabula noua sectarum in Urbem vellet inducere, apud beatum Petrum Apostolum palam, ne id fieret, clara voce constrinxit, in tantum, vt non ea faciendâ, cum interpositione iuramenti idem promitteret Imperator.] hæc Gelasius. Nouit planè Anthemius & perspicuo didicit experimento, haud ea facilitate, qua Constantinopoli, plantari Romæ hæreses posse: cum duo vilissimi nebulones, Eutyches primùm, ac deinde Petrus Aclurus, nouas illie ferendo hæreses, vniuersam Orientalem Ecclesiâ zizanijs impleuissent. Romam verò allata cum pompa, præcedente Imperatoris satellitio, hæreses, tamquam scenum teletorum, citò citius, antequam exorirentur, penitus aruerunt, Hilario ipso Pontifice resistente. Hoc postremum edidit ipse pastoralis vigilantia specimen, & bene perfundæ Pontificiæ dignitati dignum apposuit corollarium.

^b Euag. lib. 2. c. 18. ^c Niceph. lib. 13. c. 11. ^d PESTIS ROMAE.

Hoc namque anno, quarto Idus Septembris idem Hilarius Pontifex moritur, cum scidisset annos sex, menses decem, minus duobus diebus. ita ex antiquis Martyrologijs, in quibus dicta die inter sanctos eius djes natalis inscribitur. Præter illa autem quæ de rebus ab eo præclare gestis superiùs dicta sunt, de mirifica eius munificentiâ erga diuinum cultum exhibita Anastasius Bibliothecarius ex vetustioribus accepta monumentis hæc posteris scripta tradidit, de sacris locis ab eo excitatis ita exordiens: Hic fecit Oratoria tria in basilicæ Constantinianæ Baptisterio, sancti Ioannis Baptistæ, & sancti Ioannis Euangelistæ, & sanctæ Crucis: omnia ex argento & lapidibus pretiosis ornauit. Confessionem autem sancti Ioannis Baptistæ fecit ex argento pensantem libras centum, & Crucem auream: Et in ambobus Oratorijs ianuas æreas argento clusas. In Oratorio verò sanctæ Crucis fecit Confessionem, vbi lignum posuit Dominicum, & Crucem auream cum gemmis pensantem pondo librarum viginti: In Confessione fecit ianuas ex argento pensantes libras

HILARI PAPAE OBIVS

MYNIFIGEN CIA HILARI PAPAE.

CHRISTI
467.HILARI PAP.
7.LEONIS II.
ANTHEMII I. IMPP.

quinquaginta: Supra Confessionem arcum aureum, qui pensat libras quatuor, quem portant columnæ onychinæ, & eo loci stat agnus aureus, qui pensat libras duas. De luminaribus verò ista subdit:

Coronam auream ante Confessionem pharum fecit cum delphinis pensantē libras quinque: lampades aureas quatuor pensantes libras duas. Nympharum & Triporticum ante Oratorium S. Crucis, ubi sunt columnæ miræ magnitudinis, quæ dicuntur Hecatópeuta. Lacus & concas cithariacas duas, cum columnis porphyreticis foratis aquam fundentes. Et in medio lacum porphyreticum cum conca cithariaca in medio, aquam fundente; circumdata à dextris & à sinistris in medio cancellis æreis, & columnis cum fastigiis & epistylis vndique ornatis ex multivo, & columnis Aquitanicis tripolitis & porphyreticis.

Ante Confessionem beati Ioannis posuit coronam argenteam pensantem libras viginti, pharum cantharum pensantem libras viginti quinque. Item ad S. Ioannem intra sanctum fontem lucernam auream cum mixis luminum decem; pensantem libras quinque: cerbos argenteos tres fundentes aquam, pensantes singulos libras triginta: turrim argenteam cum delphinis pensantem libras sexaginta: columbam auream pensantem libras duas. In basilica Constantiniana pharos cantharos argenteos pendentes ante altare decem, pensantes libras viginti. Scyphum aureum pensantem libras sex: alium scyphum aureum pensantem libras quinque. calices aureos quinque, pensantes singulos libras singulas. scyphos argenteos quinque, pensantes singulos libras singulas. scyphos argenteos quinque, pensantes singulos libras decem. calices ministeriales viginti, pensantes singulos libras duas. Amas argenteas quinque, pensantes singulas libras decem.] hæc ibi.

Porro ex omnibus his ornamentis nihil hodie superest: ipsa autem Oratoria S. Ioannis Baptistæ & Ioannis Euangelistæ remanent in parietibus integra, quæ exornantur modò liberalitate Clementis Papæ Octavi. Oratorium verò S. Crucis, cuius S. Gregorius ineminit, usque ad Sixti Quinti tempora (vt superius dictum est) integrum absque tamen ornamentis permansit, quod incautè dirutum Roma defleuit. Sed prosequamur reliqua munificentie Hilari Papæ: subdit enim Anastasius: Fecit ad beatum Petrum Apostolum scyphum aureum pensantem libras quinque: alium scyphum aureum cum gemmis prafynis & hiacynthinis pensantem libras quatuor: calices argenteos ministeriales decem, pensantes singulos libras duas. Amas argenteas duas, pensantes singulas libras decem.

Ad beatum Laurentium martyrem scyphum aureum cum gemmis prafynis & hiacynthinis pensantes libras quatuor: lucernam auream mixorum decem pensantem libras quinque, scyphum aureum purissimum pensantem libras quinque: lampades aureas duas pensantes singulas libras. pharum cantharum aureum pensantem libras duas. turrim argenteam cum delphinis pensantem libras viginti quinque. scyphos argenteos tres, pensantes libras viginti quatuor. calices ministeriales duodecim, pensantes libras duas. altare argenteum pensans libras quadraginta. lampades argenteas decem pensantes libras viginti. Amas argenteas duas, pensantes singulas libras decem. In basilica beati Laurentij martyris pharos cantharos argenteos decem, pensantes libras decem: cantharos æreos vigintifex. Ministeria ad baptismum siue ad pœnitentiam argentea pensantia libras decem. Pharos æreos quinquaginta.

In vrbe Roma constituit ministeriales, qui circuirent constitutas stationes. scyphum aureum anatum, vel stationarium, pensantem libras octo. Scyphos per titulos viginti quinque, pensantes libras decem. Amas argenteas viginti quinque, pensantes libras decem. Calices ministeriales quinquaginta, pensantes singulos libras duas. Hæc omnia in basilica Constantiniana, vel ad S. Mariam constituta recondidit.] hæc de ornamentis & ministerialibus instrumentis. De ædificiis verò ista addit:

Hic fecit monasteria ad sanctum Laurentium, & balneum & Prætorium sancto Laurentio. Fecit autem Oratorium sancti Stephani in Baptisterio Lateranensi. Fecit autem & bibliothecas duas in eodem loco. Ad Lunam verò monasterium in Vrbe construxit. Hic fecit ordinationem vnam in vrbe Roma per mensem Decembrem, creauit presbyteros viginti quinque, Episcopos per diuersa loca vigintiduo. Quinetiam sepultus est ad sanctum Laurentium in crypta iuxta corpus beati Sixti. & cessauit Episcopatus eius dies decem.] hæc ibi ex antiquioribus monumentis exscripta. vt planè ex his saltem appareat quæ fuerint diuitiæ Romanæ Ecclesiæ, cuius adeò profutæ essent expensæ in vasis sacris & ornamentis ecclesiarum.

Cum

CHRISTI
467.SIMPLICII PAP.
I.LEONIS II.
ANTHEMII I. IMPP.

A Cum igitur post obitum Hilari (vt dictum est) sedes vacasset dies decem, vigesima die Septembris creatus est Simplicius Tiburtinus Castini filius: Cui inuigilandum fuit tum domi, tum foris. In Vrbe enim sub Græco quidem (vt vidimus) Imperatore haud satis tum à Catholica fides consistere videbatur: In Oriente verò serpebat sicut cancer, sæpe curatum, numquam sanatum Eutylianæ hæresis apostema. Quæ autem fuerint huius sanctissimi viri certamina, annis ferme singulis eius Pontificatus dicturi sumus. Monemus antea lectorem, quòd ad hæc tempora collocanda essent quæ scribit Gregorius Turonensis de filia Leonis Imperatoris curata à dæmone Romæ à diacono Ecclesiæ Lugdunensis, si eius narratio certa veraque assertione consisteret: sed quoniam nulla de filia Leonis Augusti memoria habetur, nisi de Ariadna nupta Zenoni, eademq; Constantinopoli commorante; quæ ab eo narrata sunt, haud adeò certa firmasq; fide subsistunt: ad ipsum igitur absque inuidia auctorem (si ea cupit scire) lectorem reuincimus.

Quod verò ad Simplicium Papam spectat; quæ ipso Pontificatus exordio contigerunt, hic dicamus. Simulac enim Constantinopoli auditum est in locum Hilari Papæ subrogatum fuisse Simplicium: Leo Imperator, quod obtinere non valuit à Leone Romano Pontifice, nec ab Hilario successore, à Simplicio Papa impetrare sategit, vt rata haberentur decreta ab Episcopis Synodi Chalcedonenfis, quæ pertinebant ad priuilegia Constantinopolitanæ Ecclesiæ. Verùm & ipse Simplicius vehementius resistit, obstititque eius conatui, misso ad hoc Probo Episcopo Canusino legato Constantinopolim. Testatur id Gelasius in epistola ad Dardaniæ Episcopos istis verbis: Eaque nihilominus etiam sub sanctæ memoriæ Papa Simplicio legatum sedis Apostolicæ sanctæ memoriæ Probum Canusinæ vrbis Episcopum, Leone Principe tunc perente, præsentem docuisse nullatenus posse tentari: neque his prorsus præbuisse consensum. Atque ideo non ciuitatis cuiuslibet respiciant qualitatem, sed modum dispensationis Ecclesiasticæ paterna traditione firmatum conuenienter obseruent.] hæc Gelasius.

Hoc item anno Sidonius Apollinaris à Galliis vbi degebat, litteris (vt ipse testatur ad Heronium scribens) noui Imperatoris Anthemij vocatus, in Urbem se contulit, atque interfuit nuptiis Ricimeris. Quomodo autem in via ægrotans, sanus factus sit, simulac obuia limina Apostolorum supplex intrauit, ipse narrat in eadem epistola, verbis istis exordiens ab occasione languoris: Egredius leuo Picentes, dextero Vmbros latere transmisi: Vbi mihi Culaber Atabulus, seu pestilens regio Tuscorum, spiritu æris venenatis flatibus inebriato, & modò calores alternante, modò frigora, vaporatum corpus infecit. Interea febris, sitisque penitissimi num cordis medullarumque secretum depopulabantur, quarum auiditati non solum amara fontium, aut abstrusa puteorum (quamquam hæc quoque) sed tota illa vel vicina vel obuia fluenta, id est vitrea Fucini, gelida Clitunni, Anienis cerula, Naris sulphurea, pura Fubaris, turbida Tiberis (metu tamen desiderium fallente) pollicebamur. Inter hæc patuit & Roma conspectui, cuius mihi non solum Thermas, verùm etiam Naumachias videbar epotaturus.

Vbi priusquam vel pomœria artingerem, triumphalibus Apostolorum liminibus affusus, omnem protinus sensi è membris malè fortibus explosum esse languorem. Postque cælestis experimenta patrociniij, conducti diuersorij parte susceptus, atque etiamnum hæc inter iacendum scriptitans, quierit pauxillum operam do: neque adhuc Principis aulicorumque tumultuosis foribus obuorfor. Interueni etenim nuptiis Patricij Ricimeris, cui filia perennis Augusti in spem publicæ securitatis copulabatur.] hæc de se Sidonius; qui posterioribus litteris ad eundem datis, exceptum se hospitio Pauli Romani Præfectorij viri clarissimi, doctrinaque eminentissimi, tradit; de quo hæc ad postremum post multa præconia: Illud (inquit) in eo studiorum omne culmen anteuenit, quod habet huic eminenti scientiæ conscientiam superiorem.] Viuebant & hoc ipso tempore alij quamplures viri Senatorij tum eloquentia præstantes, tum etiam poëticis facultatibus nobiles, quorum idem Sidonius meminit in carmine ad Felicem.

IESV CHRISTI SIMPLICII PAP. LEONIS 12. IMPP. ANNVS 468. ANTHEMII 2. IMPP. I.

CHRISTI Redemptoris annus quadringentesimus sexagesimus octauus vnus tantum iterati Consulatus Anthemij nota habetur inscriptus: nam Sidonius, qui Romae existens in hoc eius Consulatu carmen habuit Panegyricum, haec de secundo hoc Anthemij Consulatu:

Sidon. in Paneg. Anthem. in princip.

Annus pande nouum, Consul vetus, & sine fastu Scribere bis Fastis.

collega enim in primo Consulatu accesserat ante annos tredecim Valentiniano Augusto octauum Consuli. Cum vero Romae probe cognita esset Sidonij excellentia in carminibus edendis: quonam modo a Basilio Exconsule viro eminentissimo rogatus fuerit in noui Consulatus ipsius Augusti laudem aliquid ex more canere, ipse in posteriori epistola ad Heronium data declarat his verbis: Ilicet dum per hunc amplissimum virum aliquid de legationis Aruernae petitionibus elaborabamus: ecce & Kalendae Ianuariae, quae Augusti Consulatus mox futuri repetendum Fastis nomen operiebantur. Tunc Patronus: Eia (inquit) Solli meus, quamquam suscepti officij mole grauaris; exeras volo in obsequium noui Consulatus veterem musam, votiuum quippiam vel tumultuariis fidibus carminantem. haec ipse: porro praestitit egregie Sidonius, quod fuit a Basilio postulatum; cuius petitione se tunc ab eodem Imperatore Praefecturam obtinuisse, testatur. His consentiunt quae idem Sidonius habet in epistola ad Firminum his Sapphicis:

Quamquam post visus propè post bilastre Tempus, accepi cupiens honorem, Qui Patrum ac plebis simul vnus olim Iura gubernat.

planè significans se post decennium a Maioriani Consulatu, quo Romae fuit, iterum remeasse illuc, potitumque honore Praefecturae. contigit Maioriani Consulatus anno Domini quadringentesimo quinquagesimo octauo.

Hoc pariter anno, dum idem Sidonius adhuc moraretur in Vrbe, Aruandus Galliarum Praefectus querelis pulsatus plurimum virorum illustrium, iussus est venire Romam ad dicendam causam: de cuius iudicio eiusdem Sidonij extat epistola ad Vincentium data. Haud leuis fuit accusatio, qua criminis laesa maiestatis constitutus est reus, postulatufque iudicio, nimirum quod Galliarum partes Romano subiectas Imperio clam prodere tentasset Euarico Gothorum Regi, tum rerum Romanorum, tum etiam Catholicae pietatis insensissimo hosti. Porro totius rei gestae seriem quam exactissime ipse Sidonius ad Vincentium scribens enarrat: res sane digna auditu, in qua complura inuenias impressa vestigia antiquitatis. est autem huiusmodi ad eum data epistola:

Sidon. lib. 1. epist. 7. ARVANDI CAUSA.

Angit me casus Aruandi, nec dissimulo quin angat. Nam hic quoque cumulus accedit laudibus Imperatoris, quod amare palam licet & capite damnatos. Amicus homini sui super quam morum eius facilitas varietasque patiebantur. Testatur hoc, propter ipsum nuper mihi inuidia conflata, cuius me paulo incautiorem flamma detorruit. Sed quod in amicitia steti, mihi debui. Porro autem in natura ille non habuit diligentiam perseverandi: liberè queror, non insultatoriè: quia fidelium consilia despiciens, fortunae ludibrium per omnia fuit. Denique non eum aliquando cecidisse, sed tam diu stetitisse, plus miror. O quotiens sepe ipse se aduersa perpeffum gloriabatur, cum tamen nos ab effectu profundiore ruituram eius quandoque temeritate miseraremur: definiens non esse felicem, qui hoc frequenter potius esse quam semper iudicaretur. Sed gubernationis suae ordinem exposcis. Salua fidei reuerentia, quae amico etiam debetur afflicto, rem breuiter exponam.

Praefecturam primam gubernauit cum magna popularitate, consequentemque cum maxima populatione. Pariter onere depressus artis alieni, metu creditorum, successuros sibi optimates amulabatur. Omnium colloquia ridere, consilia rimari, officia contemnere, pati de occurrentium raritate suspicionem, de assiduitate fastidium: donec odij publici mole valatus, & prius cinctus custodia, quam potestate discinctus, captus destinatusque; peruenit Romam. Illico tumens quod prospero cursu procellosum Tulliae littus enauigasset, tamquam sibi bene conficio ipsa quodammodo elementa famularentur: in Capitolio custodiebatur ab hospite Flauio Afellio Comite sacrarum largitionum, qui adhuc in eo semisumantem Praefecturae nuper extortae dignitatem venerabatur.

Interea

CHRISTI SIMPLICII PAP. LEONIS 12. IMPP. ANTHEMII 2. IMPP. I.

Interea legati prouinciae Galliae Tonantius Ferreolus Praefectorius Afranij Sygagij Consul filia nepos, Thaumastus quoque & Petronius, maxima rerum verborumque scientia praediti, & inter principalia patriae nostrae decora ponendi, prauum Aruandum publico nomine accusaturi cum Gestis decretalibus insequuntur. Qui inter cetera quae sibi prouinciales agenda mandauerant, interceptas litteras deferebant, quas Aruandi scriba correptus dominum dictasse profitebatur: Haec ad Regem Gothorum charta videbatur emitti, pacem cum Graeco Imperatore dissuadens, Britannos super Ligerim sitos impugnari oportere demonstrans, cum Burgundionibus iure gentium Gallias diuidi debere confirmans, & in hunc ferme modum plurima insana, quae iram Regi feroci, placido verecundiam inferrent.

Hanc epistolam laesa maiestatis crimen ardentè Iuriconsulti interpretabantur. Me & Auxanium praestantissimum virum tractatus ille non latuit, qui Aruandi amicitias, quoquo genere incurfas, inter ipsius aduersa vitare, perfidum, ignauum, barbarum computabamus. Deferimus igitur nihil tale metuenti totam perimachiam, quam summo artificio acres & flammæ viri occulere in tempus iudicij meditabantur: scilicet vt aduersarium incautum, & consiliis sodalium repudiatis, sibi soli temerè fidentem, professione responsi praecipitis inuoluerent. Dicimus ergo, quid nobis, quid amicis secretioribus tutum putaretur: Suademus nihil quasi leue facendum, si quid ab inimicis etiam pro leuissimo flagitaretur: ipsam illam dissimulationem tribulosissimam fore, quod facilius securitatem persuasionis inferrent. Quibus agnitis, proripit sese, atque in conuicia subita prorumpens, Abite, degeneres (inquit) & Praefectoris patribus indigni, cum hac superforanea trepidatione: mihi (quia nihil intelligitis) hanc negotij partem finite curandam: Satis Aruando conscientia sua sufficit: Vix illud dignabor admittere, vt aduocati mihi in actionibus repetundarum patrocinentur.

ARVANDI CAUSA.

Discedimus tristes, & non magis iniuria quam mœrore confusi. Quis enim medicorum iure moueatur, quotiens desperatum furor arripiat?

Inter haec reus noster aream Capitolinam percurrere albat, modo subdolis salutationibus pasci, modo crepantes adulationum bullas vt recognoscens, libenter audire, modo serica & gemmas & pretiosa quaeque inuolucra rimari, & quasi mercaturas trapezitarum inspicere, prenfare, depretiari, deuoluere, & inter agendum multum de legibus, de temporibus, de Senatu, de Principe conqueri, quod se, non prius quam discerent, viciscerentur.

in tractatorum DAMNA-TV ARVANDI CRIMINIS MAESTATIS.

Pauci medij dies, & intrat Praetorium frequens Senatus (sic post comperi: nam inter ista discesseram) procedit noster ad Curiam, paulo ante detonsus, puniceatusque, cum accusatores semipullati atque conscripti nuncios a Decemviris opperirentur, & ab industria squalidi praeripuissent misero debitam miserationem sub inuidia sordidatorum. Citati intromituntur: partes (vt moris est) è regione consistunt. Offertur Praefectoris ante propositionis exordium ius sedendi. Aruandus iam tunc infelici impudentia concito gradu mediis prope Iudicum sinibus ingeritur. Ferreolus, circumstantibus latera collegis, verecundè ac leniter in vno subselliorum capite confedit: ita vt non minus legatum se quam Senatorem reminisceretur; plus ob hoc postea laudatus, honoratusque, dum haec & cui procerum desuerant, affuerant: consurgunt partes, legati que proponunt. Epistola post prouinciale mandatum, cuius supra mentio facta est, profertur: atque cum sensim recitaretur, Aruandus necdum interrogatus, se dictasse proclamat. Respondere legati, quoniam valde nequiter constaret, quod ipse dictasset. At vbi se furens ille, quantumque caderet ignarus, bis terque repetita confessione transfodit: acclamatur ab accusatoribus, conclamatur a Iudicibus, reum se laesa maiestatis confitentem teneri. Ad hoc, & millibus formularum iuribus id sancientibus iugulabatur. Tum demum laboriosus tarda pernitidine loquacitatis impalluisse perhibetur, serò cognoscens posse reum maiestatis pronounciari etiam eum, qui non affectasset habitum purpuratorum.

Confestim priuilegiis geminae Praefecturae, quam per quinquennium repetitis fascibus rexerat, exauguratus, & plebeiae familiae non vt additus, sed vt redditus, publico carceri adiudicatus est. Illud sane ærumnosissimum (sicut narrauerunt qui viderant) quod quia se sub aratis accusatoribus exornatum ille politumque Iudicibus intulerat; paulo post cum duceretur, additus miser, nec miserabilis erat. Quis enim super statu eius nimis inlecteretur, quem videret accuratum delibutumque latomis aut ergastulo inferri? Sed vt iudicio vix per hebdomadam duplicem compendinato, capite multatus, in insulam coniectus est serpentis Epidauri: ibi vsque ad inimicorum dolorem deuenitatus, & à rebus humanis veluti vomitu Fortunae naufragantis exputus, nunc ex vetere Senatusconsulto Tiberiano

no triginta dierum vitam post sententiam trahit, vncum & gemonias & laqueum per horas turbulenti carnificis horrescens. Nos quoque quidem, prout valemus, absentes praesentesque vota facimus, preces supplicationesque geminamus, ut suspenso istu iam iamque mucronis exerti, pietas Augusta seminecem (quamquam publicatis bonis) vel exilio muneretur. Illo tamen, seu expectat extrema quaeque, seu sustinet, infelicis nihil est, si post nos notas iniustas contumeliaeque aliquid nunc amplius quam vivere timet. Vale.] Observasti, puto, antiqui formam iudicii, de quo essent complura notanda: sed quod tendamus aliud, ea istiusmodi facultatis curiosis exquisitoribus derelinquimus. Spectasti tamquam in scena tragoediam, dignum humanae miseriae monumentum: quo & illud pariter admonemur, peccata hominum in patratore ipsorum quibusvis accusatoribus acriora insurgere testes & vindices.

CASSIODORI LOCUS EMACULATUS.

Quid autem postquam haec scripsit Sidonius, Aruando contigerit, nusquam meminit: ceterum ex Cassiodori emaculato loco accipere licet, Sidonij preces a Deo exauditas, flexumque esse Imperatoris animum, ut miserum sub laqueo & vncio periclitantem, trahendum per scalas gemonias, proiciendumque in Tiberim, expaudentem absoluerit, atque exilij poena compensarit. Id, inquam, textus Cassiodori in Chronico nobis insinuat, si quis eum in pristinam veritatem, explosa corruptione, restituat: qui sic se habet secundum depravatam veterem editionem, sub anni sequentis Consulibus: Arabundus Imperium tentans, iussu Anthemij, exilio deportatur.] haec ibi: sed qui putavit emendare, enormius deturpavit, dum habet loco, Arabundi, Ardaburium, motus fortasse, quod his temporibus Ardaburium potentissimus viveret, qui pulsatus est crimine maiestatis: at ille non exulavit, verum omnium sententia occidi meruit, nec quidem Romae, sed Constantinopoli, neque ab Anthemio, sed a Leone Imperatore talia passus: ut planè appareat, loco, Arabundus, esse restituendum, non Ardaburium, sed Aruandum. Quibus etiam intelligas, Aruandum hoc anno è Praefectura Galliarum amotum atque damnatum, anno sequenti in exilium deportatum. At magno Galliarum accidit infortunio, ut non vnum Aruandum proditorem pati contingerit, sed plures: siquidem haud modestior vel fidelior fuit ille Praefectus, nomine Seronatus. Ita planè infelix populus vel sub barbarico gladio captivus ingemiscebat, vel sub sceleratorum Praefectorum securibus lugens lamentabatur.

* Sidon. lib. 2. epist. 11. SERONATUS PRÆFECTUS FACITUS SCHELESTIS SIMVS.

* in flaura- menta * hostibus

* Sidon. lib. 7. epist. 7.

* Isidor. in Chro. 104. THEODORICVS GO- THOR. LE- GISLATOR. * Saluian. lib. 5. de vero iudicio.

Sed audi alias Sidonij de Seronato in Galliis Praefecto querelas, cum ad Ecdicium scribit, ut periclitanti patriae sub diro tyranno subueniat: Rediit (inquit) ipse Catilina saeculi nostri in peremptoribus, ut sanguinem fortunaeque miserorum, quas ille sibi ex parte propinauerat, hic ex asse misceret. Scitote in eo per dies spiritum diu dissimulati furoris aperiri: apertè inuider, abiectè fingit, seruiliter superbit, indicit ut dominus, exigit ut tyrannus, addicit ut Iudex, calumniatur ut barbarus, tota die à metu armatus, ab avaricia ieiunus, à cupiditate terribilis, à vanitate crudelis, non cessat simul furta vel punire, vel facere palam, & ridentibus conuocatis: rufat inter ciues pugnas, inter barbaros litteratas epistolas, ne primis quidem apicibus sufficienter initiatus, publicè à iactantia dicitur, ab impudentia emendat: totum quod concupiscit, quasi comparat, nec dat pretia, contemnens, nec accipit instrumenta, desperans: in consilio tacet, in Concilio iubet, in ecclesia iocatur, in conuiuio praedicat, in cubiculo damnat, in quaestione dormitat, implet quotidie filuas fugientibus, villas hospitiibus, altaria reis, carceres clericis, exultans Gothis, insultans Romanis, illudentisque Praefectis, colludentisque munerariis, leges Theodosianas calcans, Theodoricianaeque proponens, veteres culpas, noua tributa perquirat.] haec & alia Sidonius, rogans Ecdicium, quantocyus his occurrere: quae quidem his Anthemij temporibus accidisse, in fine declarat. Verum & hunc prodentem Gothis Gallias, constat maiestatis iudicio postularum, scelus capite luiffe: nam idem Sidonius haec de eo ad Graecum Episcopum: Illi amore Reipublicae, Seronatum barbaris provincias propinquentem, non timuere legibus tradere, quem conuictum deinceps Respublica vix praesumpsit occidere.] haec Sidonius.

Sed ex his illud observa, non Euaricum primò (ut Isidorus habet) iura Gothis scripta dare coepisse, sed Theodoricum eius praedecefforem, quas Sidonius Theodoricianas leges appellat. non ergo sub Euarico Gothi legum instituta (ut ait) scriptis habere coeperunt, sed sub Theodorico eius praedeceffore. Vidisti Galliarum Praefectos Gallias pessumdantes: ut iam Sidonij testificatione certius compertas habeas Saluiani Massiliensis ista lugentis effulas lacrymas, utpote potissimas causas,

A causas, cur exclusis Romanis, barbari potiti sint Galliis. Sed audi de his eius lugubres voces, intueri madidas genas, attende suspiria intercepta singulibus, cum deplorat res Gallianas, non ab ipsis tantum Praefectis, sed ab omnibus eis subiectis ministris labefactatas, nam accipe: Non (inquit) Iudices solum *infausta ista peragunt*, sed etiam Iudicibus obsequentes. Quae enim sunt non modò vebes, sed etiam municipia atque vici, vbi non quot curiales fuerint, tot tyranni sint? quamquam fortè hoc nomine sibi gratulentur, quia potens & honoratum etiam videtur: nam & latrones gloriantur, si atrociores admodum quam sunt, esse dicantur. Quis ergo (ut dixi) locus est, vbi non à principalibus ciuitatum viduarum & pupillorum viscera deuorentur, & cum his ferme sanctorum omnium? nam & hos quasi viduas & pupillos habent, quia tueri se aut pro studio professionis suae nolunt, aut innocentia atque humilitate non possunt: nemo itaque tutus horum est.] & post multa id genus de iisdem Iudicibus:

QVAE PAR- SAB GAL- LIAE A- PRAEER- GIORIS.

Qui in similitudinem immanium bestiarum, non rexerunt traditos sibi, sed deuorant: nec spoliis tantum hominum (ut plerique latrones solent) sed laceratione etiam, & (ut ita dicam) sanguine pascebantur: Ac sic actum est; ut latrociniis Iudicum strangulati homines & necati, inciperent esse quasi barbari, quia non permittebantur esse Romani. Acquieuerunt enim esse quod non erant, quia non permittebantur esse quod fuerant: coactique sunt saltem vitam defendere, quia iam libertatem videbantur penitus perdidisse.] & post aliqua: Sed quid possunt aliud fieri miseri, qui assiduum, immo continuum exactiois publicae patiuntur excidium, quibus imminet semper grauis & indefensa proscriptio: qui domos suas deserunt, ne in ipsis domibus torqueantur: exilia petunt, ne supplicia sustineant? Leuiiores his hostes quam exactores sunt; & res ipsa hoc indicat: ad hostes fugiunt, ut vim exactiois euadant.]

HOSTES NE- HIGNIORES QVAM MA- GISTRATVS

C ac post multa, haec in eodem argumento versatus:

Vbi enim, & in quibus sunt, nisi in Romanis tantum haec mala? Quorum iniustitia tanta, nisi nostra? Franchi enim hoc scelus nesciunt: Hunni ab his sceleribus immunes sunt: nihil horum est apud Vandalos, nihil horum apud Gothos. Tam longè enim est ut haec inter Gothos barbari tolerent, ut ne Romani quidem qui inter eos viuunt ista patiantur. Itaque illic Romanorum omnium votum est, ne vnumquam eos necesse sit in ius transire Romanorum, vna & consentiens illic Romanae plebis oratio, ut liceat eis vitam quam agunt agere cum barbaris. Et miramur, si non vincantur à nostris partibus Gothi, cum malint apud eos esse, quam apud nos Romani. Itaque non solum transfugere ab eis ad nos fratres nostri omnino nolunt, sed etiam ut ad eos confugiant, nos relinquunt. Et quidem mirari satis non possumus quòd hoc non omnes omnino faciant tributarij pauperes & egeni: nisi quòd vna causa tantum est, qua non faciunt; quia transferre illuc reculas atque habitatiunculas suas, familiaeque non possunt, &c.] plurimus quidem in his deplorandis est Saluianus.

CVR ROMA- NI A GO- THIS VICTI.

Vnde illud intelligas profuisse Romano Imperio, ne simul cunctis Galliarum provinciis potiri sint Gothi, nimirum non Romanorum dilectione accidisse, ut se Galli sub eorum dominio continerent, sub quo assiduo gement atque lugerent; sed id factum amore Catholicæ fidei, cum Euaricus Rex Gothorum Arianus esset Catholicorum dogmatum accerrimus impugnator, & ea sectantium persecutor. Bene ergo cessit Romano Imperio Regis barbari tanta perfidia: dum adituri populi Gothos, quo effugerent Praefectorum intolerabilia atrocitatis, reuocarentur timore prodendæ Catholicæ fidei: Hincque accidit, ut ad Franchos potius, quam ad Gothos, Hunnos, Burgundiones, Sueuos, vel Vandalos (quos omnes Gallias inuadentes Ariana hæresis comitabat) Gallorum studia se conuerterint; quòd Catholicis populis tutior sedes esset apud Gentiles verè licet religionis ignaros, quam hæreticos Catholicæ religionis euersores atque persecutores.

Quomodo autem occasione iniquorum atque rapacium Praefectorum pauperes Galliarum à potterioribus premerentur, eundem rursus Saluianum auscultat, qui inter lugendum & ista deplorat: Veniunt (inquit) plerumque noui nuncij nouarum epistolarum à summis sublimitatibus missi, qui commendantur illustribus paucis ad exitia plurimorum. Decernuntur his noua munera, decernuntur nouae indictiones: Decernunt potentes, quod soluant pauperes: decernit gratia diuitum, quod perdat turba miserorum: Ipsi enim in nullo sentiunt quòd decernunt. Sed non possunt (inquis) non honorari, & liberalius accipi, qui fuerint à maioribus missi. Estote ergo vos diuites primi in conferendo, qui estis primi in decernendo.] At tantum abfuit ut id praestarent, ut non modò quid penderent, sed & ex pau-

POTENTIO- RES OPPRE- MUNT PAU- PERES.

pauperum pensatione non solum bonis ipsorum violenta distractione potirentur, sed & ipsas personas in miserandam redigerent seruitutem; cum non habentes unde se alerent, in villas se transferrent potentium, ubi ex colonis, mutato statu, serui penitus redderentur. Sed Saluanum attende:

Et quidem (inquit) quia ita infelix necessitas cogit (ut scilicet in alienarum coloni se tra-derent, qui sua iam perdidissent) ferenda utcumque erat extrema fors eorum, si non esset aliquid extremius: Illud grauius & acerbius, quod additur huic malo seruitutis malum. Nam suscipiuntur ut aduenae, sunt prauidicio habitationis indigenae: & exemplo quodam illius maleficae potentis, quae transferre homines in bestias dicebatur; ita & isti omnes, qui intra fundos diuitum recipiuntur, quasi Circei poculi transfiguratione mutantur: Nam quos suscipiunt ut extraneos & alienos, incipiunt habere quasi proprios: quos esse constat ingenuos, vertunt in seruos. Et miramur si nos barbari capiunt, cum fratres nostros nos faciamus esse captiuos. Nihil ergo mirum est quod vastationes sunt atque excidia ciuitatum. Diu id plurimorum oppressione elaborauimus, ut captiuando alios, etiam ipsi inciperemus esse captiui, & cetera.] Habes igitur quam amplissimis notis aperitissime demonstrari, iustissimo Dei iudicio permissum occupari a barbaris Gallias, pelli que Romanos. Sed iam de his haec tenus.

Quod vero ad res pertinet Orientales: quod non haereticis tantum, sed & Gentilibus idololatrias abundarent ciuitates, Leo Imperator aduersus eosdem hoc anno edidit sanctionem, qua vetuit ne qui Christianus non esset, causas agere in iudiciis praesumeret. Huius autem edendae sanctionis causa illa praecessisse videtur, quod accidisse ante haec; Cedrenus tradit, ut Isocastus Quaestor, qui philosophum etiam profiteretur, cum delatus esset apud Iudicem cultor Gentilitiae superstitionis, coram Pulchro Praefecto Praetorio causam dicturus, cauillo quodam iudicium elusisset. Reperitur praeterea his temporibus, quibus cum Anthemio Leo imperabat, aliam insuper sanctionem aduersus Paganos ab eodem esse promulgatam. Sed & hoc anno euenisse Marcellinus habet in Chronico, ut Dux exercitus Marcellinus, siue Marcellianus, homo Paganus a suis occisus fuerit, alioqui de Republica benemeritus. meminit Marcelliani huius Procopius, cum de comparata a Leone Augusto ingenti classe aduersus Vandalos in Africa degentes agit. Haec quidem de classe hoc anno facta esse, cum quae de nece Marcelliani sunt dicta docent, tum Cedrenus ad stipulator accedit. Procopius autem rem gestam sic narrat:

Talem igitur Imperator Constantinopolitanus audaciam Genferici incurstantis Orientales aras perosus, contra Vandalos mouere decreuit. Cuius exercitus terrestris fertur ad milia centum fuisse, classis autem magnitudinem vndiqueque ex omni Graecia collectam habuit: in milites & nautas sumptus ingentes ostendit, eo quod contra barbaros procul ituri essent. Ferunt enim millia trecenta frustra hoc bello erogasse: Et ut victoriam de Vandalis minime assequeretur, classis Praefectum Basiliscum misisse (quem diximus fuisse Eutychianum haeticum & illorum patronum) Verinae coniugis fratrem, Imperio tunc maxime fidum, quod tutum sibi fore arbitratur, Asparis durante amicitia. Ipse enim Aspar, quod secta esset Arianus, Imperator esse non valuit: Leonem tamen fallere potuit, cui paulo post infidias visus est tendere, metuens, ne ex victoriae Vandalicae successu elatus, non aequus ei, tum ceteris Imperij rebus foret. Quapropter multa Basilisco discedenti mandasse, cum ut bellum duceret suauisset, fertur.] At quid boni euentus spei concipi potuit, cum Duces primarij essent haeretici? Sed pergit:

Leo vero iam Anthemium Senatorem opibus & genere magnum ad Imperium Occidentale suscipiendum miserat, ut Vandalorum bello auxilio foret. Genfericus vero Olybrius item Senatori potentissimo pollicetur, ut si vna conspiraret, ei Occidentis Imperium simul cum Valentiniani filia Placidia se daturum. quo frater, maiores assumpsit spiritus, audaciusque omnem Imperij ditionem vexauit. Erat ea tempestate in Dalmatia quidam Marcellianus, notus Aetio, vir admodum probus, qui post Aetium interfectum, ad Imperatorem redire recusauit, res in ea parte nouas excitando: eaque fuit potentia, vi nemo resisteret auerteret. Leo igitur hunc metuens, omnibus modis sibi conciliatum in Sardiniam misit, ut eam a Vandalis liberaret: quod & breuiter & facile factum. Heraclius interea a Byzantio cum classe in Africam veniens, apud Tripolim Vandalos vicit, nauibusque dimissis, cum exercitu pedestri aduersus Carthaginem tendit: a Carthagine non minus ducentis octoginta stadiis distans applicuit, ubi Mercurij templum antiquitus conditum fuit. quod si minime

seruitutum
PAPERES
REDACTI
IN SERVI
TYTEM.

PAGANI
NOVIS EDI
CTIS EXA
GITATI.
1. 15. C. de
Episc. audier.

1. 8. C. de
Pagan.

Procop. de
bello V. an-
dal. lib. 1.
LEO IMP.
CLASSEM
PARAFAD-
VERSUS
VVANDA-
LOS.

DYCTORES
EXERCI-
TYVM HAR-
RETICI.

DE MAR-
CELLIANO
ET HERA-
CLIO.

A minime cunctatus, inde euestigio Carthaginem aduolasset, ipsam proculdubio cepisset.

Genfericus autem, ubi Sardiniam ac Tripolim captas audiuit, simulque Basilisci classem ingentem animaduertit: Leonem Imperatorem, ut admodum inexpugnabilem, formidare coepit. Tantam itaque victoriae occasionem amisit Ducis siue tarditas, siue ignauia, seu etiam proditio. Genfericus autem Basilisci foecordiam nactus, haec gessit: In primis subditos omnes velociter cum nauibus quibus potest armat, partim viris vacuas mittit, ut repente adnauigantes, cum instrumentis ac munitionibus sint praesto parati: interimque legatos ad Basiliscum mittit rogatum, utique quinque dierum spatio praecium superseedat, donec quidnam facturus sit, tempus habeat deliberandi, an Imperatori obtemperet, ac cum eo conueniat. Ferunt quidem hanc auri corruptione nactum opportunitatem fuisse. Et haec quidem hoc modo se habere.] haec tenus Procopius, a quo multa quidem esse praetermissa liquet.

Atque primum quod ad numerum nauium pertinet, magnam sane admirationem legentibus offert Nicephorus, dum tradit, paratam tanto tempore, tantoque impendio classem continuasse numerum nauium mille atque centum. Sed & illud funestum ex Basilisci proditioe factum, cum classes ambae ad praecium dispositae essent: ipsum nimirum absque pugna nauem praetoriam, qua uehebatur, proram uertere, & e classe subduci iussisse, tamquam fuga labentem: quo viso, & reliquas naues praetoriam esse secutas, & sic quam praemanibus victoriam certam haberent, hostibus infeliciter ab eo traditam esse. Sed quasi parua haec damna fuissent, additum, ut cum post fugam absque solerti custodia esset relicta classis, eademque reperta absque praesidio, ab insequenti Vandalica classe incensa fuerit.

Porro haec omnia in gratiam Asparis & Ardaburij, qui in Leonem in fensio animo erant, Basiliscum esse operatum constat, cum ab eo pollicitationem accepisset Imperij: quam implere nequissent, si ex sententia Leoni res prospere cederent. In aliquam igitur eum necessitatem coniciendum illi dicebant, ut possent ipsi aduersus eum angustia pressum, nouum qui subsisteret, erigere protinus Imperatorem. Fuisse autem haec tradunt inter eos pactiois iure transacta, ut Ariani ipsi Duces, & potentia ceteris eminentes, Basilisco conferret Imperium; ille vero rependeret, ut Arianis suam ipsorum liceret propagare perfidiam. Cuius rei causa iidem Duces Ariani Genferico Vandalorum Regi Ariano, & Arianarum haeresis ardentissimo defensori, occulto patrocinati semper fuerant, & haec tenus opem ferre non desinerent: quorum dicta ex causa aspirabat votis impius Basiliscus. haec ex Nicephoro habes & aliis. Amissa autem classe, iactura pariter facta est exercitus, qui iam absque obice prope Carthaginem victor accesserat, animo consternatis ipsis Ducibus atque militibus, cum viderent, omni amica classe funditus perditam, tanto se esse praesidio destitutos.

Videsne, lector, quanto periculo, quantaque iactura sinantur haeretici in aula versari, quantoque grauiori dispendio, publicarum rerum eidem administratio concedatur, & maximo omnium damno expeditio bellica, in qua rerum vertitur summa, credatur, cum certum sit, auersos semel a Deo homines, Ecclesiae peruelles omnia agere proditorie & hostiliter? Atque simul attende, quanto sit detrimentum Reipublicae nimia Imperatorum facilitas in tolerandis haereticis, sese omnibus dolis atque fallacijs insinuantibus & intrudentibus: quod suo maximo damno Leo expertus est Imperator, dum quem auersari ac procul abiecere hominem debuisset, quae sciret haud Chalcedonensis Concilij assentiri decretis, affinitatis tamen plus quam veritatis habita ratione, ipsum coniugis suae Verinae germanum perfidum Basiliscum, in sui toriusque Romani Imperij interitum, serpentis instar, in sinu fouit & aluit. Quam par fuisset Christiano Imperatori agere exemplo Dauid illa dicentis: Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi.] frustra namque legibus exagitabat haeticos, & erigere conabatur collapsam in Oriente Catholicam fidem, dum domi retineret contraria scripta dantem, & fidem Catholicam pedibus proculcantem. Sed quid post haec?

Summi sceleris sibi conscius, & apertissimae proditiois reus ab omnibus, cum reuersus esset Constantinopolim, conclamatus, profugus instar Cain, impius Basiliscus, ad asylum Catholicae Ecclesiae, quam saepius violarat, concito gradu confugit: Quem soror eius Verina Augusta liberauit, amandauitque hominem ignominia circumseptum, maledictisque iugiter imperitum Perinthum Thraciae, ubi ageret. haec ex Nicephoro. Leo autem in auctores sceleris Asparem & Ardaburium, cum ansa daretur, quam quaerebat, in animum duxit vlcisci: quando autem id perfecit, suo loco dicemus.

BASILISCI
PRODITIO
INGENS.

Niceph. lib.
15. c. 27.

CVR CON-
SPIRARIT
CVM ASPA-
RE ET AR-
DABURIO
BASILISCO.

Niceph. lib.
15. c. 27.

HAERETICI
PROCVL
PELLENDI.

Psalm. 138.

BASILISCI
A VERINA
LIBERATI.

Sed

CHRISTI SIMPLICII PAP. LEONIS 13. IMP. 469. 2. ANTHEMII 3.

REX HVN- NO RVM OCCISVS.

Sed etsi prodicione haretici hominis res nautica perit, & classicus apparatus instar nubium in auras dissolutus penitus fuit: alia tamen ex parte, in qua no ab haretico Duce preclium agebatur, in Hunnorum Regem Attilae filium Denficem nomine, patrem ferocia superatam, ducatu insolentem, res dextere confecta est, adeo vt tota illa omnibus metuenda potentia, praeter expectationem, fuerit diuina ope prostrata. Superatis enim illis, ipsoq; eorum Rege occiso, eius caput in conto Constantinopolim magna gloria omniumque letitia delatum est. haec quidem de capite Regis habet Marcellianus sub huius anni Consulibus. Quod autem tanta haec leuissime attigerunt historici, inde factum puto, quod (vt ait Euagrius) Priscus Rhetor eius temporis scriptor huiusmodi bella aduersus Scythas (quos Hunnos dicimus) quam exactissime prosecutus esset: sed periit historia ipsa.

Euag. lib. 2. 5. 14. 16.

IESV CHRISTI SIMPLICII PAP. LEONIS 13. IMP. ANNVS ANNVS ANTHEMII 3. 469. 2.

Annus qui sequitur Domini quadragesimus sexagesimus nonus Zenonem generum Imperatoris & Marcianum Consules habuit: quo Leo Augustus haud ignarus prodicionis Ducum Arianorum, & cum Genserico factae collusionis cum potentissima iactura classis, & amissione victoris exercitus, de proditoribus sumpturus poenas, interim iram conceptam decoquit in stomacho, quod in opprimendo vi Asparem eiusq; filios, periculosa alea iaceretur. Quamobrem arte artem fallere, & proditores prodicione perstringere, sagaci consilio studuit, ac proinde tanquam minimè conscius rerum quae inter ipsos & Basiliscum atque Gensericum transactae essent, eosdem maioribus frequentat officiis, vsque adeo, vt filio Asparis Patricio, sine Patriciolo nominato, filiam suam sponderet coniugem, eundemque Caesarem nominaret: hunc enim, & non alterum Asparis filium Ardaburium creatum fuisse Caesarem, cum Marcellianus in Chronico, tum etiam Acta Marcelli Archimandrite, atque Cedrenus significant, licet Nicephorus & ante eum Euagrius Caesarem creatum tradant Ardaburium, Patricium dignitate, non nomine proprio dictum.

PLIVS AC- PARIS CRE- ATVS CAR- SAR.

Euag. lib. 2. 5. 16.

Iam enim ab ipso Leonis Imp. exordio exigebat Aspar, vt filius eius Caesar crearetur, idque tamquam ex pactis conuentis, quod Aspar fecisset, vt Leo euaserit Imperator. Accidisse verò aliquando tradunt, vt cum id Aspar exposceret, diceretq; comprehensa eius veste: Imperator, tali purpura amictum non licet mentiri: responderit Imperator: Sanè hoc quoque Imperatorem decet, nemini cedere, aut subditum esse, maximè cum incommodo Reipublicae fuerit. haec habent Nicephorus & Cedrenus, qui haec omnia dolose acta esse hoc anno à Leone Imperatore cognoscere potuerunt ex dictis lucubrationibus Prisci, nimirum huiusmodi inter eos tum initum coniugium, non nisi fallendi artem, & decipiendi fuisse consilium. Vt verò tantam diu cupitam dignitatem filio suo Aspar consequi posset; quod impedimenta esse videbatur Ariana perfidia, primum voluit eam à filio, Caesare creando, damnari; sed & seipsum etiam ad id persuasum ostendit. Cedrenus enim haec de his: Eodem anno Asparis filius Patricius Caesar à Leone creatur, ac Alexandriam mittitur; quia Asparem ab Ariana secta abduxerat, & sibi beneuolum reddiderat. haec ipse, sed anno superiori, nempe duodecimo Leonis Imperatoris. Nicephorus item tradit, laborasse Leonem Augustum, vt eos ab haeresi abstraheret Ariana.

QVO TEN- DAT LEONIS CON- SILIVM. Ni. ep. lib. 13. c. 27. Cedren. in Comp. an. 1. Leonis Imp.

Ex. lib. apud Ser die 29. Decemb. IVNVLTVS POPVLI OB NOVVM CAESAREM.

Cic. ad Att. lib. 14. epist. 8.

Ceterum ex Actis sancti Marcelli liquet, designatum esse Caesarem filium Asparis, cum adhuc esset Arianus, & ob eam causam magnas turbas excitatas fuisse Constantinopoli. Sed audiamus rem gestam accuratè in iisdem Marcelli Actis expressam his verbis: Cum multa accidissent inter Ardaburium & Imperatorem, quae inter se ipsos inimicitiam alebant & suspiciones: ex vtrisque quidem natum est odium. Cum autem vtrinque magnum in se inuicem immineret periculum, neutri autem eorum facilis erat victoria: conuertuntur ad communia ineunda foedera, nempe vt Asparis quidam filius, frater autem Ardaburij, cum duxisset uxorem filiam Imperatoris, Caesar crearetur. Hoc autem qui accepisset, est alius (vt dixerit quispiam) Subimperator: Est enim ei & aurata purpura, & alia insignia Imperij, nisi quod aurca corona non habet omnia insignia Imperij. haec ibi. Verum si de Caesaris nominatione primam originem, causam, & significationem scire cupis, consule quae habet Cicero ad Atticum. Pergit verò auctor de Caesaris dignitate & potestate: Is itaque accepta

CHRISTI SIMPLICII PAP. LEONIS 13. IMP. 469. 2. ANTHEMII 3.

accepta hac dignitate, cum viuento quidem Imperatore erat omnia facturus communiter: eo autem mortuo, ipse primus & solus accepturus Imperium, & tamquam debita sibi scepra suscepturus. Ea res verò non parum conturbabat Ecclesiam, si rursus sit Imperium Arianus inuasurus. Aspar enim & filij & tota domus Arii insaniam mirum in modum amplectebantur.

Cum itaque omnes essent pleni tumultu, communiter conuenerunt, & ducibus Geliadio, & Marcello, viro sanctissimo monasterij Acemetarum Archimandrita, de quo superius mentio facta est, venerunt ad Hippodromum, vt ab inhonesto & indigno hoc coepto arcerent Imperatorem: qui ipse quidem ad hoc erat prompto & alacri animo, sed cedebat temporari Asparis & Ardaburij. Cum ergo sic paratus esset Christi exercitus, eis quoque Deus ostendit Ducem, & tantum interesse inter sanctum Marcellum Acemetarum Abbatem & alios sacerdotes atque Pontifices, quantum inter exercitus Ducem & Imperatorem, atque adeo (si velis) inter militem & Ducem. Hoc fuit euidentis signum: Nam inter ambulandum, videbant ij qui digni erant ea videre, iuuenem quidem statura maximum, forma autem pulcherrimum, & zona cinctum aurea, aspectu quidem tam candidum, vt niuem videretur superare, tam lucidum autem, vt luce coruscaret: Lana verò erat tunica, eaque niue candidior. Eum ergo videbant à sinistris simul cum magno Marcello ambulante veluti quemdam satellitem, simul terribilem, & manum veluti supponentem sustinuisse senem, & cum maxima reuerentia non desisse ei inferuire. Visio tamen (vt auctor ait) non omnibus manifesta, sed testibus praordinatis à Deo. At pergit:

VISTO DE ANGELO CUMITANTE S-MARCELLVM.

Cum autem ingressi essent in eum locum, in quo solebat sedere Imperator: erat quidem sic quoque Marcellus omnia is qui erant Ecclesiae, quinetiam liberè loquebatur ad Imperatorem, & illis addebat animum, & quodammodo eos horrabatur ad certamen pro Christo suscipiendum. At illi quidem cum omnia effecissent propter quae venerant, quae quidem erant vt Asparis filius aut rectam disceret opinionem, aut dignitatem Caesaris non acciperet, haecque cum illis pollicitus esset Imperator, latantes exierunt. Ille verò rursus adolescens & altissimus & splendidissimus visus est adhuc adesse, & versari cum Marcello. Cum verò eum deduxisset vsque ad portas, de cetero euanuit ab oculis. De quo nullus dubitauit ex his qui viderant, sed euidentis omnibus fuit, eum fuisse Dei ministrum virili habitu indutum, qui missus fuerat, vt esset custos & satelles Marcelli, qui ab eo fuit habitus tanto honore. haec quidem, qui puriores oculos habuerunt, comites S. Marcelli videre meruerunt, quae ceteris erant occulta: quibus planè significatum est, piis pro fide certantibus Angelos ad ministerium praesto esse. Testatur & Zonaras, clericos & monachos conuenisse Imperatorem, & exclamasse contra eum, vt Caesar Catholicus crearetur. Haud ita post (subdit auctor) acceperunt finem ea quae idem Marcellus praedixit.

Zonar. An. nat. tom. 3.

At quoniam fuerit ista ex accepta visione praedictio, accipe: Cum se post orationem somno aliquando dedisset, ei apparuit visio illa: erat autem huiusmodi. Pugnant inter se Leo & Draco: sed draco quidem cum esset ingentis magnitudinis, cauda leonem verberabat & torquebat, leo verò dolebat quidem, & ad se defendendum excitabatur, & draconem obiens, inaniter depugnabat, & cum nihil laedebat, quousque ipse quidem defessus plagis, humi totus iacebat afflictus & imbecillus. repraesentabat visio statum illum Leonis Imperatoris, cum anno superiori dolo Asparis florentissimus in Africam missus exercitus, perit, & classis relicta est Genserico comburenda. Sed subdit: Inde cum se rursus leo paululum recreasset, & veluti è quodam somno surrexisset, magno vehementique impetu in draconem insiliit, eumque primum in ventrem prostravit. Hoc cum diuinus vidisset Marcellus, & accuratissime coniecisset, praedixit haud ita post Asparem & Ardaburium esse cum toto genere interimendum ab Imperatore. & inferius: Haud ita multo post acceperunt finem ea quae praedixit: nimirum sequenti anno. agemus itaque de his fufius suo loco.

DE LEONE CVM DRACONE PVGNANTE VISTO.

Hoc item anno Leo Imperator ad conciliandam sibi in summo rerum discrimine Diuinitatem, mense Decembris, de sanctificandis festis diebus, prohibendisque in eisdem Circensibus, scenicisque spectaculis, eiusmodi promulgauit sanctionem: Dies festos Maicstati altissimae dedicatos, nullis volumus voluptatibus occupari, nec vllis exactionum vexationibus profanari. Dominicum itaque diem ita semper honorabilem decernimus venerandum, vt à cunctis executionibus excusetur. Nulla quemquam vrgear admonitio, nulla fideiussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, aduocatio delitescat, sit ille dies à cognitionibus alienis, praconis horrida vox filescat, respirent è controuersis litigantes,

l. ult. C. de feris. DE FESTIS DIEBUS LEONIS CONSTITVTIO.

CHRISTI
469.

SIMPLICII PAP.
2.

LEONIS 13. IMPP.
ANTHEMII 3.

gantes, & habeant fœderis interuallum; ad sese simul veniant aduersarij non timentes, sub- A
eat animos vicaria pœnitudo, pacta conferant, transactiones loquantur.

SPECTACU-
LA VETITA
DIEBUS PL-
STIS.

Nec huius tamen religiosi diei otia relaxantes, quemquam patimur voluptatibus detine-
ri. Nihil eodem die sibi vendicet scena theatralis, aut Circense certamen, aut ferarum lacry-
mosa spectacula. Et si in nostrum ortum aut natalem celebranda solemnitas inciderit, disse-
ratur. Amissionem militiæ, proscriptionemque patrimonij sustinebit, si quis vniquam hoc
die festo spectaculis interesse, aut cuiuscumque Iudicis apparitor prætextu negotij publici,
vel priuati, hæc quæ hac lege statuta sunt, crediderit temeranda. Data Idibus Decembris,
Constantinopoli, Zenone & Marcellino Consulibus.] Sic itaque dies festos sequentis anni
pia religione custodiendos voluit, in quo magnum de extinguendis tyrannis & occultis Im-
perij perduellibus negotium tractaretur. Quod enim animo destinarat eam de proditoribus
peragendam esse tragediam in ipsiis Circensibus, ea noluit celebrari die Dominico; ne, licet B
iusta esset vltio, tamen diem sacram ignominia videri posset labefactasse.

Sed qui totus in sacris erat Augustus, hoc pariter anno ipsius pietate dignam aduersus
intrudentes se simoniaca prauitate in Episcopatum legem edidit, qua & docuit quales esse
deberent in Episcopos ordinandi, ad Armatum (ita legendum, non Armatum] Præcedum
Prætorio ista rescribens^a :

l. 37. Cod. de
Episc. & cler.

Si quemquam vel in hac regia vrbe, vel in exteris prouinciis, quæ toto orbe diffusæ sunt,
ad Episcopatus gradum prouehi, Deo auctore contigerit: sincero omnium iudicio profes-
ratur. Nemo gradum sacerdotij pretij venalitate mercetur: quantum quisquis mercatur,
non quantum dare sufficiat, æstimetur. Profectò enim quis locus tutus, & quæ causa esse
poterit excusata, si veneranda Dei templa pecuniis expugnentur? Quem murum integritatis,
aut vallum fidei prouidebimus, si auri sacra fames in penetralia veneranda proterpat?
Quid denique cautum esse poterit & securum, si sanctitas incorrupta corrumpatur? Cesset C
altaribus imminere profanus ardor auaritiæ, & à sacris adytis repellatur piaculare flagitium.
Itaque castus & humilis nostris temporibus eligatur Episcopus; vt quocumque locorum
peruenerit, omnia vitæ propriæ integritate purificet. Nec pretio, sed precibus ordinetur An-
tistes. Tantum ab ambitu debet esse sepositus, vt queratur cogendus, rogatus recedat, inui-
tatus effugiat, sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profectò enim indignus est sacerdo-
tio, nisi fuerit ordinatus inuitus.

Cum sane si quis hanc sanctam & venerandam Antistitis sedem pecuniæ interuentu sub-
iisse, aut si quis vt alterum ordinaret vel eligeret, aliquid accepisse detegitur; ad instar publi-
ci criminis, & læsæ Maiestatis accusatione proposita, à gradu sacerdotij retrahatur; nec hoc
solum deinceps honore priuari, sed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus: Vt eos
quos par facinus coinquinat & æquat, vtrosque similis pœna comiteretur. Dat. octauo Idus D
Maias, Constantinopoli, Marciano & Zenone Consulibus.] ita planè Leo Augustus, probè
sciens cessura omnia prosperè Imperatoribus, quibus purus Christianæ religionis cultus est
cordi. Quantum verò istiusmodi sanctæ pieque sanctis diuinum conciliauerit sibi numen,
quæ sequenti dicentur anno, docebunt.

IESV CHRISTI
ANNVS
470.

SIMPLICII PAP.
ANNVS
3.

LEONIS 14. IMPP.
ANTHEMII 4.

DE CONSV-
LATV EUE-
RI, SIVE SE-
VERIANI.

Septuagesimus supra quadringentesimum qui voluitur annus, Consulatu Seueri atque E
Iordani receptus publicis indicibus reperitur: sed pro Seuero, reperimus alicubi scri-
ptum Seuerianum. Constat quidem his temporibus claruisse in administratione Reipubli-
cæ Seuerianum vi. um amplissimum, magnæ potentiæ hominem, cuius gratiam Zeno, qui
in Imperium Leoni successit, demerere curauerit: eumdemque hostem implacabilem fuisse
Aspari & Ardaburio, Suidas de eo pluribus agens, affirmat^b, pariter docens se his vixisse
temporibus, dum ait, auditorem fuisse Seueriani Iſocraticas orationes explicantis, magi-
strumque illum pariter extitisse Iuliani, eiusdem Suidæ fratris maioris natu. Hoc igitur ad-
uersario Asparis & Ardaburij Consule aduersus eos Leo Imperator insurgens, statum Im-
perij corroborauit. Si verò magis placet legere Seuerum, quàm Seuerianum: & Seuerum
scias vixisse virum clarissimum Constantinopoli, cuius idem Suidas meminit.

Suid. in Se-
ueriano.

Marcellin.
in Chron.

Hoc autem anno (inquit Marcellinus^c) Aspar primus Patriciorum cum Ardabure &
Patricio-

CHRISTI
470.

SIMPLICII PAP.
3.

LEONIS 14. IMPP.
ANTHEMII 4.

A Patriciolo filius, illo quidem olim Patricio, hoc autem Cæsare, generoque Leonis appel-
lato, Arianus cum Ariana prole, spadonum ensibus in palatio vulneratus interit.] hæc
ipse, pro instituti ratione, summam quo tempore quid factum sit docens: sed Cassiodo-
rus ponit sub anno sequenti. Rem gestam pluribus profecutum fuisse Priscum Rhetorem
huius temporis scriptorem, Euagrius tradit^a, ex quo vix ista ipse prodidit: Non solum hæ-
res, quæ ad institutionem Anthemij Imperatoris & ad classẽ aduersus Genfericum mis-
sam pertinent, à Prisco Rhetore accuratissimè conscriptæ sunt, verum etiam quomodo
Leo Asparem, qui Imperium ei tradiderat, per dolum, quasi mercedem honoris, ad quem
ipsum extulerat, ei redditurus, è medio sustulit, quin etiam filios eius Ardaburium, quem
antea Cæsarem creauerat, & Patricium, quo Asparis patris eorum insolentiam & insci-
tiam ludificaret, itidem trucidauit.] hæc ex Prisco Euagrius ieiunè admodum, factum
dumtaxat tradens, non quo modo res peracta sit indicans. Sed Nicephorus paulo fufius
narrat verbis istis^b :

DE NECE
ASPARII ET
FILIORVM.

Euag. lib. 2.
c. 15.

Niceph. lib.
13. c. 27.
POPVLVS
EXCLAMAT
IN ARIA-
NOS.

Vbi Constantinopolitani cognouerunt, Asparem scilicet cum filiis aduersus Imperium
machinari, contra eos concitati sunt, & in Hippodromo conuiciis eos acerbè proscide-
runt.] insensissimè quidem tulerunt Cæsarem esse creatum hominem Arianum, mox post
obitum senis plenè in Imperium successurum: Recordati enim, quæ sub Arianis Impera-
toribus Constantio atque Valente Constantinopolitani maiores ipsorum passi essent: sub
eodem rursus iugo subiciis impatientes, eo modo in nouum Cæsarem & patrem eius alio-
que Arianos vociferati sunt in Circo, adeoque tumultuariè, vt populus ibi degens timen-
dus illis admodum esset, ne rapido impetu, rabidoque furore in eos insiliret, atque discer-
peret. Vides hominum insipientiam in propriam salutem diutissimè laborantium: per an-
nos enim tredecim nihil diligentius curauit cum filio Aspar, qui auctor Leoni hac pollicita-
tione fuerat, vt crearetur Imperator, vt filius eius ab eo Cæsar nuncuparetur: igno-
rans imprudens ex hoc sibi suisque pariturum fore ruinam. Etenim cum eos populus diutissimè to-
lerasset, cum tamen Arianum super se regnaturum acceperat, adeò molesto tulit animo, vt oc-
casione Circensium expectata, eos omnes tamquam expetitam diutius prædam primò cla-
moribus oppetiuerint, mox vi publica in eosdem, cum licuisset, acturi. Illi verò (subdit Ni-
cephorus) plebem metuentes, Chalcedonem traiecerunt, exercitu omni eos insequente: &
in templum Euphemie martyris confugerunt.]

CONFUGIT
ASPAR CUM
SVIS AD EC-
CLESIAM.

Hic siste gradum, lector, & in memoriam reuoca quæ ante quatuor annos contigisse dixi-
mus, cum confugientem hominem ad ecclesiam Acœmetarum, cui præerat S. Marcellus,
Ardaburium ad eum inde extrahendū obstinata voluntate persistēs milites misit, qui tamen
exterriti numine destiterunt. Qui igitur asylum sacrū per milites præceperat violandum, ad
ipsum vnà cum suis modò confugere cogitur, & in eo expectare salutem. Quod ipsum &
aliis in concessa Ecclesiastica iura seculari potentia inuadentibus sæpius contigisse, quæ
superius diuersis temporibus dicta sunt, exploratissimum reddunt, patefactumque altare Deum
vindictam Ecclesiasticæ immunitatis in eos qui illam violare conantur. Experiuntur quotidie
Principes à Deo verbera ob violata iura Ecclesiastica, sed nolunt, vel dissimulant intelligere
eadem eiusmodi ex causa inflicta esse; vnde accidit vt grauioribus semper vrgeantur angu-
stis, atque premantur ærumnis. Sed inchoatam semel miserorum tragediam profequamur.
Pergit enim ita Nicephorus, postquam eorum in ecclesiam confugium enarrauit:

Imperator, Patriarcha ad eos misso, se fidem eis seruaturum esse, si ex ecclesia discede-
rent, pollicitus est: ipsi verò se loco excessuros, nisi Imperator ipse adesset, negarunt. Pro-
inde Leo eò concessit, & viros illos præter rationem ad se pertraxit, & ad mensam suam
adhibuit, & alia præterea multa, iniuriarum obliuionem illis pollicitus fuit. Alia autem ex
parte, Zenoni Iſauro, qui ei fidus magnopere videbatur, vt is illis per balineas ad Imperia-
lem Regiam venientibus, subito impetu capita ressecaret, præcepit. Aderant illi, & Zeno Ar-
daburio primùm caput amputauit.

ZENO IN-
TERFICIT
ASPAREM
ET FILIOS.

Quod vbi Aspar vidit, indoluit, & magna voce exclamans: Dignum (inquit) fert exitium
senex canus, qui frustra gloriatus est, neque vniquam admonitioni meæ audiens fuit: Per hæc
enim ei dixi: Prius Leonem deuoremus, quàm ille nos sibi in prandio apponat. Hæc vbi
dixit, & ipse ferro cæsus, vitam amisit. Filium autem eius Patricium illum à filia Ariadna
per repudium seiunctum, in exilium misit, & Ariadnam Zenoni, utpote qui insidiatores
sustulisset, coniugem dedit.] hæc Nicephorus: verum alij filios omnes Asparis occisos tra-
dunt. Quod autem ad Zenonis nuptias pertinet: cum sint complures qui ad superiora tem-
pora

CHRISTI 471.

SIMPLICII PAP. 4.

LEONIS 15. IMPP. ANTHEMII 5.

pora Leonis Imp. referant coniugium ipsum Zenonis cum Ariadna, idem errare videntur. A Quomodo enim potuit Zenoni antea fuisse nupta, quæ anno superiori filio Asparis est desponsata: hæc quidem hoc anno facta esse, omni fide exploratum satis superius redditum est. Porro ex eade Asparis & filiorum Leo Augustus consecutus est nomē vt Macelis, nempe Interfector, fuerit cognominatus. Sic itaque visio impleta est S. Marcelli, qua vincendum tandem à Leone draconem, fuerat ipsi diuinitus antea demonstratum.

IESV CHRISTI SIMPLICII PAP. ANNVS 471.

LEONIS 15. IMPP. ANTHEMII 5.

GENNADI EPISC. CONSTANTINOPOLITANI.

Q Vi sequitur Christi annus quadringentesimus septuagesimus primus, Consularu quarto Leonis Augusti cum Probiani collega notatus habetur: quo Gennadius Constantinopolitanus Episcopus cum sedisset annos tredecim (vt habet Nicephori Chronicō) ex hac vita decessit, sui desiderium bonis omnibus relinquens. Sed quid haud pridem ante eius obitum prodigiosum visum fuerit, audi: Cum noctu ad altare sacrificij orans astaret, dum preces ad Deum funderet: spectrum quoddam dæmoniaco ei apparuit, quod ille protinus signo Crucis, veluti immisso telo fugauit: cumque recederet, hæc est humana voce locutus: Abeo, & te viuente quiescam, reuersurus post obitum tuum, & modis omnibus euer- surus Ecclesiam.] habent hæc Theodorus Lector^a, Nicephorus^b, & alij: & quidem in hoc minimè mentitum mendacem spiritum, euentus ostendit.

Theod. Lect. Collect. lib. 1. Niceph. lib. 1. 623. ACACIUS EPISC. CONSTANTINOPOLITANI. Gennadii de Script. Eccl. 6. 25.

Euenit namque postea, vt fuerat dæmon pessimus comminatus: subrogato enim in locum Gennadij Acacio ex Præfecto (vt ait Euagrius) orphanorum collegio, quales turbines exagitarint Ecclesiam, quæ annis singulis inferius describentur, facile demonstrabunt. Adnumeratur Gennadius inter Scriptores Ecclesiasticos à Gennadio Massiliensi, cum de eo agit his verbis: Gennadius Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopus, vir lingua nitidus & ingenio acer, tam diues in lectione antiquorum fuit, vt Daniele Prophetam ex integro ad verbum commentatus exponeret: homilias etiam multas composuit. Moritur sub Leone Seniore.] hæc ipse, cui consentit Marcellinus Comes in Chronico. Inter Sanctos relatum ipsum habent Græci in Menologio die vigesima quinta mensis Augusti, honorifico cultu annuatim eius memoriam meritò prosequentes.

Reperiuntur Leonis Imperatoris constitutiones diuersis temporibus sub Gennadio datæ de rebus ad cultum religionis spectantibus, quarum auctor illi idem creditur fuisse Gennadius. Ad arbitrium enim Episcoporum eiusmodi sanctiones edere consueuisse ipsum Leonem Imperatorem, quæ post hæc suggerente Acacio nouo Episcopo promulgauit, facile demonstrabunt. Sed accipe quæ hoc ipso anno ante obitum Gennadij de monachis idem Augustus saluberrimè hæc lege sancit:

1. 19. C. de Episc. & Cler. DE MONACHORVM CLAVSURA PERVILLIS SANGIIO.

Qui in monasteriis agunt, ne potestatem habeant à monasteriis exeundi, neve in Antiochia, neve in aliis ciuitatibus versandi: nisi solis exceptis, quos Apocriarios, id est, Procuratores vocant, quibus potestatem permittimus (si volent) per solas procuraciones, easque necessarias, exeundi. Porro hi qui exeunt, caueant, ne de religione aut dogmate disceptent, aut conciliabilis quibusdam præsent, aut turba excitata, simplices & mansuetos animos populi auertant: Scientes, quia quæ à nostra pietate instituta sunt contemnent, legum seueritati subiicientur. Datum Kalendis Iunij, Constantinopoli, Leone & Probiano Consulibus.]

Cum autem huiusmodi Imperatoris rescriptum ad Zenonem, & de Antiochena potissimum ciuitate hoc ipso anno datum habeatur, planè demonstrat tempora, quibus ibi agente Zenone, contigit Ecclesiam illam per Petrum Fullonem monachum erroneam grauissimè perturbari. Errare quidem noscuntur, qui ad priora Leonis tempora eiusmodi Præfecturam Zenonis, & Petri Fullonis originem ponunt: nam præter legis huius auctoritatem, ex sua etiam ipsorum assertione conuincuntur. Cum enim id factum dicant postquam Zenoni Ariadna filia Leonis iuncta in matrimonium fuit: certè quidem non ante superiorum annum id contingere potuisse, cum illa antè desponsata esset filio Asparis, satis dilucidè est patefactum. Sic igitur cum post nuptias cum Ariadna omnes affirmant Zenonem creatum esse Comitem Oriëtis, tuncque cum illo Antiochiam perrexisset Petrum Fullonem, & tumultus illos excitasse: ad eos comprimendos, eiusmodi sanctionem aduersus vagos monachos,

Cedron in compend. an. 7. Leonis. TEMPVS PRÆFECTURÆ ZENONIS ET PETRI FULLONIS.

CHRISTI 471.

SIMPLICII PAP. 4.

LEONIS 15. IMPP. ANTHEMII 5.

A nachos, qualis erat Petrus Fullo Antiochenam Ecclesiam perturbans, rescripsisse idem voluit Imperator. Sed age rem gestam enarremus ex prisca auctoribus.

Ait in primis Theodorus Lector^a: Cum Martyrius Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus esset, Zeno Prætor gener Leonis Imperatoris, filiam eius Ariadnam vxorem habens, Antiochiam venit. At hunc Zenonem Imperatoris generum secutus est Antiochiam vsque Petrus cognomento Cnapeus, idemque Fullo nuncupatus, templi Bassæ martyris, quod Chalcedone est, presbyter.] Monachum quidem hunc fuisse, & ob hæresim expulsum è monasterio, narrat Alexander his verbis^b: In religioso Acemetarum monasterio extitit monachus quidam, qui, vt Iudas inter Apostolos, diaboli mores imitabatur: qui fullonis artem exercebat: sanctam verò & venerandam Synodum in vrbe Chalcedone celebratam auersabatur, & dogmatis Eurychiani erat propugnator. Huiusmodi hominem & corruptorem & pestilentem, atque Apostolicorum dogmatum hostem acerrimum, eius loci homines è monasterio expulerunt.

Theod. Lect. Collect. lib. 1.

Alexan. ser. de S. Barnab. apud Sur. tom. 3.

Qui cum expulsus fuisset, Constantinopolim profectus est, & assentatorum vitam imitatus, modò hanc, modò illam domum obibat, ventri & gulæ inseruiens. Cumque execrabilis suæ hæresis particeps quosdam honore præditos inuenisset, illis adherere cœpit, per quos etiam in eius notitiam venit qui erat gener Imperatoris Patricius & Excubitorum Comes (sic enim appellabatur qui excubis præsidebat.) sic Petrus ille cum religionis speciem induisset, erat quidem assiduè cum Zenone Imperatoris genero: non audebat autem propriam impietatem aperire. Cum autem Zeno ad Orientis partes proficisceretur, secutus est eum Fullo vsque Antiochiam: Vbi cum inuenisset multos sectatores Apollinaris, vnà cum illis contra Patriarcham temeritatem exercuit, aduersus eum seditiosissimum quemque hominem concitans, & Chalcedonensem Synodum conuicians, & Patriarcham illum Nestorianum appellans.

Cum igitur Antiochena ciuitas multa seditione & tumultu perturbaretur: Petrus ille Comitem Zenonem dolo aggressus: Nisi (inquit) ciuitatis huius Episcopus commutetur, fieri non potest vt populus quiete viuat. Quin etiam multam auri vim ei proposuit, si ab eo impetraret quod petebat. Patefecit ei consilium, quod antè occultauit. Tunc infames quosque & improbos homines, qui eadem quæ ipse sentiebant, persuasionibus secum duxit, & grauisima quæque scelera contra Patriarcham falsò conficta ad Imperatorem detulit. Sed eius malitia nihil profecit, cum Imperator Apostolicorum dogmatum esset propugnator.] hæc Alexander de rebus gestis Petri Fullonis vsque ad obitum Leonis Imperatoris.

QUAE PVLLONIS MOLITVS CONTRA EPISC. ANTIOCH.

Vides, lector, & causam puto rimaris, cur sub Orthodoxo atque æquissimo Imperatore post tot tantaque remedia aduersus hæreticos frequenter adhibita, post nimirum Chalcedonensè Concilium, & litteras sæpè iteratas S. Leonis Papæ, postque omnium Orthodoxorum prouinciarum omnium Oriëtaliū, sanctorumque virorum additas his epistolas, post denique Catholicorum Imperatorum edicta, adhuc tamen magis magisque hæresis inualesceret: nimirum quod ipsa potentissimos magistratus haberet patronos, qui grauiori damno Catholicæ veritatis sub Catholico nomine clanculo delitescerent.

Quod verò ad palæstram hæreticorum exercendâ periculosum videretur Constantinopolitanæ ciuitatis esse theatrum, spectante Catholico Principe: ab eorum Xystarcho Antiochia delecta est ad experiendas impiorum vires: resque ex sententia accidit, vt fauore Zenonis Orthodoxus Episcopus calumniis lancinatus & grauius oppressus fuerit. Accomodatam namque ad id quod acturus erat, nactus est Fullo occasionem, dum prætextu expugnandi quos illic repererat Apollinaristas atque Nestorianos, in Catholicam fidem eiusque defensores iacula intorquebat eo validius, quo illi vires suppeditabantur ab ipso Comite Orientis Zenone, qui & tuendæ Catholicæ fidei aduersus impios prætextum, tamquam laruam quamdam pietatis, superinduxerat, vt ita Imperatoris eludere posset aspectum.

ZENO FAVET PETRO PVLLONI.

Addit autè ad ea quæ dicta sunt de Martyrio Episcopo Antiocheno Theodorus Lector^a: perductum fuisse ad Leonem Imperatorem, sed studio & exhortatione Gennadij Episcopi Constantinopolis multo cum honore dimissum esse. Antiochiam verò reuersum, cum Antiochenos tumultuationibus & seditionibus delectari, & Zenonem ad hoc illis esse subsidio cerneret, Episcopatu renunciaffe, aliorum voce ista præfatum in publica ecclesia:

Theod. Lect. Collect. lib. 1. ABDICAT SE MARTYRIVS EPISCOPVS ANTIOCHENSIS.

CLERO IMMORIGERO ET POPVLO REBELLIE ECCLESIE CONTAMINATÆ RENVNCIO, SERVATA INTERIM MIHI SACERDOTII DIGNITATE.

Annal. Eccl. Tom. 6.

CHRISTI
471.SIMPLICII PAP.
4.LEONIS IS.
ANTHEMII S. IMPP.Petrus FVL
LO INVA-
DIT EGLE-
SIAM AN-
THOCH.

Post discessionem Martyrij (subdit ille) Cnapheus sedem Episcopalem tyrannicè inuasit, & statim Ioannem quemdā antea depositum Apameæ Episcopum ordinavit. Quo cognito, Gennadius Imperatori cuncta significat: qui Cnapheum in exilium ablegari iubet. Ille autem cum id præscisset, fuga elapsus, exilium euasit. Iulianus verò communi suffragio Episcopatu potitur. hucusque Theodorus est profectus res Petri Fullonis ad hunc annū spectantes, cum adhuc Gennadius Constantinopolitanus Episcopus superstes esset.

Liberat.
Diac. Breu.
c. 18.

* O. sim

Sed audiamus quæ ex Acacio Episcopo Constantinopolitano conscripsit Liberatus Diaconus, non nihil ab his diuersa, verbis istis: Addidit Acacius quod de alio Petro Antiocheno hæretico scripserat, nimirum Petrum apud Constantinopolim monasterium gubernasse, & hoc propter crimina derelicto, Antiochiam refugisse: vbi pulso Martyrio Episcopo, per vilissimum populum & hæreticum sedem illius occupasse, continuoque damnatum ab Episcopis, & Leonis imperio Samum deportatum. Qui fugiens, rediisse dicitur Constantinopolim, & dedisse fidem, se per vilissimas turbas nihil audere. hæc ibi vsque ad Basilisci tempora; quæ cum non liceat certis annorum interstitiis discriminare, hic vnà simul oportuit congesisse. Porro pulso Fullone, abdicanti se Martyrio, nullus in eius locum successus est; quod non alium quam ipsum Orthodoxi sedi illi optarent Episcopum. Aduersus autem huiusmodi Eutychnorum inualescentes hæreses scripsisse hoc anno Theodorum Tyri Episcopum, Marianus affirmat. sed & alios præstantissimos viros, quos Gennadius recenset, id etiam perfecisse, alibi dictum est.

Marian.
Scot. in
Chron.

Quod verò ad politicum statum pertinet: pax quæ parta est Orientali Imperio, cæsis perduellibus Gothis Arianis bellū intulit Imperio Occidentali. Qui enim eius sectæ erant Ariani in Orbe Romano potentes & Reges, totum sibi illum videbantur esse partiti, & ad propagationem perfidiæ tacita inter se fœdera iniisse. Erant hi in Oriente, quos diximus nuper extinctos, Aspar & Ardaburius Gothi Ariani, Romæ Ricimer item Gothus & Arianus, in Hispaniis atque Galliis Euaricus Rex Gothorum, Arianus pariter & persecutor, in Africa verò Genfericus Vandalorum Rex, Arianorum omnium scelestissimus. Ita sanè his impiorum funibus cinctus & colligatus, penitusque constrictus erat Catholicus Orbis, Arianis vbique inualescentibus, tum potentia Regum, tum etiam sublimitate magistratuum cuncta pro animi arbitrio moderantium: nam vidimus, tam in Oriente, quam in Occidente creandorum Imperatorum facultatem penes Gothos duces eosdemque impios Arianos fuisse.

RICIMER
QVOD SIT
MOLITVS
IN ANTHE-
MIVM IMP.

Cum igitur Arianos illos, qui Constantinopoli principatum per dignitatem Cæsaream sibi iam vendicarent, occisos audiuit Ricimer Romæ potentissimus Magister militum; indignissimè ferens, in Anthemium Imperatorem Græcum à Leone Romam missum, licet fœcerum, meditari cœpit insidias: sed cum illæ detectæ essent, ipse Ricimer fuga sibi consuluit, Mediolanum se conferens: Vbi aliquandiu moratus cum suis, haud imminutus robore militum, ad aliud se barbarus insidiarum genus conuertit: nempe vt cum fœcero pacem petere simularet, eaque obtenta, occultiores moliretur insidias, & sub inuolucro pacis gladios ad necem Imperatoris occuleret: sed & vt omnem doli suspensionem auferret, ad hoc ministrum delegit, quem ob egregiæ sanctitatis merita omnes inspicere, simulque venerarentur.

Sic igitur à proditore Ricimere delectus est ad hoc munus Epiphanius Ticinensis Episcopus, vir planè sanctissimus atque eloquentissimus: cuius legatio descripta inuenitur ab Ennodio eiusdem Ecclesiæ diacono; qui ipsius Epiphaniij res gestas memoriæ tradidit. exscribemus hic ea collata cum Vaticano codice; quod quæ cusa extant edita eadem Epiphaniij Acta, mendosa admodum esse noscantur: sic enim se habent, dum de Epiphaniij legatione agitur:

* Apud Sur.
dic 22. Jan.

Mox verò per vniuersum mundum sanctam illius conuersationem illa, quæ licet in gloriosis actibus tardior esse solet, fama non tacuit, sed ad aures Ricimeris, qui tunc secundus ab Anthemio Principe habens Rempublicam gubernabat, detulit. Nam Imperatore Romæ posito, seminariū inter eos iecit scandali illa, quæ dominantes sequestrat, inuidia est par dignitas causa discordiæ. Surrexerat enim tanta rabies atque dissensio, vt mutuo bella præpararent: & præterquam origo irarum proprios suggerebat stimulos, lis ipsa circumstantibus consilio nutriebatur. Nutabat status periclitans Italia, & affligebatur ipsis discriminibus grauius, dum expectabat futura discrimina.

Interea apud Ricimerem Mediolani ea tempestate residentem fit collectio Ligurum nobilitatis; qui flexis genibus, soloque prostrati pacem orabant Principem, & vt à scandalo

vtraque

CHRISTI
471.SIMPLICII PAP.
4.LEONIS IS.
ANTHEMII S. IMPP.

A vtraque partes definerent, occasiones gratia ab vna precabantur auferri. Quid plura contexam? Mutatur Ricimer, & velle reparare concordiam, per motus multorum fletibus, pollicetur. Sed quis (ait) potissimum huius legationis pondus excipiet? Quem tantæ molis cura manet? Quis est, qui Galatam concitatum reuocare possit & Principem? Nam semper cum rogatur, exuberat, qui iram naturali moderatione non terminat. Tunc vno omnes ore responderunt: Vester tantummodo ad pacem declinetur assensus: est nobis persona nuper ad sacerdotium Ticinensis vrbs adscita, cui & belluæ rabidæ colla submittant: cui ante preces offeratur beneficium, quod à quolibet petiturus aduenit: cui est cultus vitæ similis, quem venerari possit quicumque, si est Catholicus & Romanus, amare certè, si videre illum mereatur, & Græculus. Numquam sic diras aspides verborum digitis incantator Thesalus violentis poterit euocare carminibus, quomodo ille effectum petitionis suæ etiam à negaturis extorquet. Pendet in arbitrio eius, cum loqui cœperit, sententia audientis. Perdet ius suum, qui excusare disposuit, si illi allegandi copia concedatur.

LEGATIO A
RICIMERE
DIRIGITVR
AD ANTHE-
MIVM.

Tunc Patricius Ricimer ita respondit: Detulit ad me hunc hominem, quem exponitis, tama gloriosum: & in hoc admirationi magis mihi est, quod omnes habeat laudatores: nullos enim, quibus per inuidiā abundare solet nouitas, proditi inimicos. Itē ergo, & rogare hominem Dei, vt ambulet: iungite etiam preces. Egressi de Concilio, statim Ticinium petunt, causam narrant fusius: vt istum laborem susciperet, beatus Epiphanius rogatur lacrymis. Qui ne extenuaret beneficium, si filios diuina supplicatione torqueret, antecessit desideria postulantium, quos tamen taliter allocutus est: Quamuis tantæ rei necessitas probatissimæ personæ pondus inquirat, & titubet sub graui fasce portitor immaturus: affectum tamen, quem debeo, patriæ non negabo. Quibus breuiter narratis: quomodo erat loquendi parcus, ad Ricimerem Patricium perrexit: à quo simul visus & electus est.

* accusare
EPIPHAN-
NVS DE-
LIGITVR
LEGATVS A
RICIMERE.

Mandato ergo sibi legationis ordine, Romam petiit. In quo itinere quid molestiarum sustinuerit, quidve virtutum gesserit, festinans ad maiora prætereo. Mox tamen vt suprascripta vrbs portas ingressus est, fama quæ absentem illum notum fecerat, digito cœpit ostendere. Conuersis omnium oculis, stupere mentes attonitæ, quod tantam sibi exhiberi reuerentiam, imago eius index sanctitatis extiterit. Inexpiabilis se culpæ reum fatebatur quidlibet potentum, nisi tantum genua ipsius amplexus esset. Tollebatur clamor in cælum: nemo illum mortalium numero computabat: cui omnia cælestis gratiæ videbant bona constare. Perfertur ad Principem Anthemium, studio legationis Episcopum venisse Liguriæ, hominem quem nullus possit etiam diues eloquio sufficienter exponere.

A: ille: Callida mecum Ricimer & in legationibus suis arte decerat. Tales dirigit, qui supplicatione expugnent, quos ille laceffit iniuriis. Perducite tamen ad me hominem Dei: qui si possibilis precatur, admittam: si difficilia, supplicabo ne excusationem meam grauetur accipere. Dubito tamē, an Ricimer apud me, quod poscit, obtineat, cuius scio votorum intemperantem esse personam, & in conditionibus proponendis rationis terminum non tenere. Sed veniat directus Antistes, ac laudatam iam pridem præsentem effigiem.

Egrediantur Cfficia Palatina tota Vrbe, vbi rogatus adueniebat Episcopus. At venerabilis & sæculis omnibus probatus Pontifex, postquam introgressus est, & proferendi sermonis donatus licentia, quasi fugitiuæ potestatis insignia ostrum gemmaque rutilantes reuerendæ imaginis fulgore comperisset: etenim quasi absente Imperatore, ita in se oculos traxerat singulorum. Tali tamen narratione incipiens, ianuam oris reserauit:

CONVENIT
EPIPHAN-
NVS AN-
THEMIVM.

Summa cælestis Domini, venerande Princeps, est ordinatione dispositum, vt cui tantæ Reipublicæ cura mandabatur, idem per Catholicæ fidei dogma Deum & auctorem & amatorem pietatis agnosceret, per quem bellorum furorem pacis arma confringunt, & calcantis colla superbæ concordia superat, quod fortitudo non præualeat. Sic namque David prædicabilem parcendo magis inimico animus reddidit, quam intentio vindicandi. Sic præfecti sæculorum Reges & domini, supplicantibus indulgere, cælesti arte didicerunt: Supremæ namque dominationis instar possidet, qui Imperium suum pietate sublimat.

ORATIO
EPIPHANII
AD ANTHE-
MIVM.

Hoc ergo Italia vestra freto iudicio; vel Ricimer Patricius paruitatem meam oratum direxit, indubitanter comiciens, quod pacem Romanus Deo munus tribuat, quam precatur & barbarus. Erit enim triumphus vestris propriè profuturus annalibus, si sine sanguine viceritis simul. Nescio quæ species fortior possit esse bellorum, quam dimicare contra iracundiam, & ferocissimi Getæ pudorem onerare beneficiis. Grauius enim percellitur, si postulata impetret, quem puduit hætenus supplicare. Tractandus deinde anceps bellandi euen-

* perferri

EUS: III

tus: in quo tamen si ita prauauerint peccata, certamine vestro regnum defraudabitur, A quod partes vtrinque perdidit. Nam quæcumque apud Ricimerem, si amicus est, salua sunt, cum ipso à vobis Patricio possidentur. Cogitate pariter, quia bene causæ suæ ordinem dirigit, qui pacem primus obtulerit. Haec tamen admirandus Pontifex profecutus, loquendi finem fecit.

DE MERITA RICIMERIS.

Tunc princeps erigens oculos, desertum se omnibus vidit aspectibus, atque in eum inuitatos vultus esse cunctorum: quem admirari nec ipse desinebat. Tunc alto trahens verba suspirio, ita orsus est: Quamuis inexplicabilis mihi, sancte Antistes, aduersus Ricimerem causa doloris sit, & nihil profuerit maximis eum à nobis donatum fuisse beneficiis: quem etiam (quod non sine pudore & regni & sanguinis nostri dicendum est) in familiæ stemma copulauimus, dum indulimus amoris Reipublicæ, quod videretur ad nostrorum odium pertinere. Quis hoc namque veterum retro Principum fecit vniquam, vt inter mu- B nera, quæ pellito Getæ dari necesse erat pro quiete, communis filia poneretur? Nesciimus parcere sanguini nostro, dum seruamus alienum. Nemo tamen hoc credat propriæ causa factum esse formidinis: nam in tanta circumspeditione salutis omnium, solum pro nobis timere non nouimus. Bene enim apud nos compertum est, perire Imperatori laudem suæ virtutis, qui pro aliorum cautela non minuit. Sed vt tuæ venerationi ad liquidum conatus illius aperiamus: quoties à nobis maioribus donis cumularus est Ricimer, toties grauior inimicus apparuit. Quanta contra Reipublicam bella prius parauit? Quanta externarum gentium per illum vires furor accepit? Postremò etiam vbi nocere non potuit, mouendi tamen fomenta suggestit. Huic nos pacem dabimus? Hunc intestinum sub indumento amicitiarum inimicam sustinebimus, quem nec scædus concordia, nec affinitatis vinculum tenuerunt? Grandis cautio est, aduersarij animum cognouisse: etenim hostem protinus sensisse, superasse est. Proinde semper deprehensa odia stimulos, quos occulta conceperant.

timuit

PAX INTER ANTHEMII ET RICIMEREM.

Sed in his omnibus reuerentia tua & vades & mediator accedit, qui potes spirituali indagine consilia nefanda inuenire, & inuenta corrigere. Pacem, quam & tu poscis, negare non audeo. Postremò si solita calliditatis astutia etiam te fefellerit, certamen iam vulneratus assumat: Me tamen, statumque Reipublicæ eius committo & commendo manibus: & gratiam quam supplicanti & profuso per se Ricimeri negare disposueram, per te primus exhibeo: profunda enim deliberatione compendii nostris in hac parte consulimus, si in certis procellarum erroribus ex boni gubernatoris ordinatione feramur. Quis enim tibi excusare præsumat beneficium postulanti, cui oportuerat ante preces offerri? Hæc Imperator.

lectamus

At venerabilis sacerdos: Graciam (inquit) omnipotenti Domino, qui pacem suam Principis menti inseruit, quem ad instar superni dominatus, vicarium potestatis suæ voluit esse mortalibus. Quibus & breuiter enarratis, accepto etiam pro concordia firmitate ab Anthemio sacramento, discessit, festinans ad Liguriam reuerti, quoniam Resurrectionis Dominica tempus instabat.] hucusque Ennodius de legatione Epiphaniij ad Anthemium. Sed quid pace confecta Ricimer, cum Romam venisset, in Anthemium molitus sit, suo tempore enarrabitur.

Niceph. lib. 15. c. 12.

Hoc eodem anno, qui numeratur decimus sextus à capta à Vandalis Vrbe, Eudocia Iunior filio Genserici Hunerico in matrimonium iuncta, fugam arripens venit Hierosolymam. testatur hæc quidem de ea Nicephorus verbis istis: Iunior Eudocia, filia Valentiniani & Eudoxia, quæ à Genserico capta fuerat Hunerico filio desponsata, cum quo annos sexdecim vixit, eique filium Vldericum genuit: porro cum parum grata esset ei viri coniunctio, qui Arianam profitebatur religionem, arte manus eius dilapsa, & auiam Eudociam imitata, ad sancta loca concessit, & sepulchrum illius longè post exosculata est. Vbi & ipsa non diu vixit, sed somno beato sopita, iuxta auæ tumulum in præclaro posita est monumento. Quicquid autem ei erat facultatum, id pauperibus, & sanctæ Christi Resurrectioni consecrauit.] hæc Nicephorus de Eudocia Iuniori.

EUDOCIA EVGA EX AFRICA.

DE CINERE SUPER CONSTANTINOPOLITANIS.

Sub huius quoque anni Consulibus prodigiosa hæc habet Marcellinus in Chronico: Vesuuus mons Campaniæ torridus intestinis ignibus astuans, exusta euomit viscera, nocturnisque in diem tenebris omnem Europæ faciem minuto contexit puluere. Huius metuendi memoriam cineris annuè celebrant octauo Idus Nouembris] Constantinopolitani videlicet: eò enim vsque violentus perlatus est & dilapsus magno omnium timore cinis: nam Procopius tantæ rei anniuersariæ memoriæ his verbis meminit: Ferunt namque, cum

Præcep. de bello Goth.

A cum in Byzantium semel cinis hic (è Vesuuio egressus scilicet) recidisset, sic eius loci homines terruisse, vt ex eo tempore ad nostram ætatem annuis Deum supplicationibus placent. In Tripoliq; item Libyæ altero & subsequenti anno illapsum affirmant.] hæc & alia de his Procopius. Sed scimus recentem a historicorum censorem ista ridere, & leuitatis Procopium fugillare, sicut & Eusebium de miraculo herbæ ad pedes ænæ statuæ Saluatoris nascentis, nulla contraria testificatione allata, contemnere: sed de hoc egimus primo Annalium tomo, de eo autem in Notis ad Martyrologium Romanum, quod & probè testatam reliquimus.

Notim. in method. art. histor. cap. 4.

Verum si homo adeò emunctæ naris non vult prodigia neque miracula ab historicis recitari, omnes planè tam Græcos, quàm Latinos, Ethnicos & Christianos, antiquos atque recentiores necesse est vt contemnat atque exufflet historicos, cum eiusmodi habeant omnes aliquid necesse in suis scriptis admixtum, quod delicato eius stomacho nauseam pariat. B At quod ad Procopium spectat, si legisset Marcellinum id ipsum testatam, fortasse à Procopio ineptiæ arguendo cessasset. Sed & si Latinum auctorem Cassiodorum perlegisset, haud adeò facilè ea sapere Græcam vanitatem dixisset. Miror certè, non accuratè intuitum esse, quæ Cassiodorus ad Faustum Præfectum scribat de his quæ tunc temporis fieri contigissent. Cum enim de alia recentiori agit eruptione Vesuij, cuius rei causa Campanis grauissima passis Theodoricus tributorum remissionem indulisset, hæc inter alia de admirandis cinerum eructationibus habet:

Cassiodor. Varior. lib. 4. c. 50.

Volat per mare magnum cinis decoctus, & terrenis nubibus excitatis, transmarinas quoque prouincias pulueris guttis compluit. Et quid Campania pati possit agnoscitur, quando malum eius in Orbis alia parte sentitur. Videas illic quasi quosdam flumines ire pulueres, & arenam sterilem impetu feruente veluti liquida fluentia decurrere.] & paulo inferius: Quæ est ista singularis exceptio, vnum montem sic infremere, vt tot mundi partes probe- C tur aëris permutatione terrere, & sic suam substantiam vbique dispergere, vt non videatur damna sentire: longè lateq; pulueres rorat, vicinis autem quasdam moles eructat, & tot sæculis mons habetur, qui erogationibus tantis expenditur. Quis credat tam ingentes glebas vsque in plana deductas de tam profundis hiatus ebullisse? & spiritu quodam efflante, montis ore consputas, quasi leues paleas fuisse proiectas? Alibi cacumina magna terrarum localiter videntur ardere: huius incendia penè mundo datum est posse cognoscere. Quem admodum ergo non credamus incolis, quod testimonio potest vniuersitatis agnoscere?] hæc Cassiodorus. Quis verò tanto auctori res suorum temporum scribenti non credat, non id priuatis familiaribusque litteris, & ad hominem ignotum, cui velit illudere, conscribenti commentum, sed publicis atque ad patentibus Regis litteris, immo impertitæ indulgentiæ edicto in albo affigendo Prætoris, & publicis monumentis ad posterorum memoriam in Archiuis conseruando testanti? Admiretur magis ista quæ respuit, causasque naturales (si valet) inquirat, & si non inuenerit, vehementius obstupescat potius, quàm illas ignorans carpat historicos: nec neget historiam tribus grauissimis auctoribus Græcis atque Latinis satis superque testatam probatam, consignatamque cultu religionis annis singulis celebri memoria repeti solito. Sed de his hæc tamen.

terris DE RECEN- TIORI CINERUM ERUCTATIONE. * illic * eruptio

Sub eodem quo Acacius Episcopus Constantinopolitanus creatus est, hoc nempe anno, quid acciderit, Nicephorus ita tradit: Tum quoque euenit, vt duo Episcopi, quorum alter Arii rabie infectus, dicendi ac disputandi arte instructissimus, alter virtute, religione, & recta fide ornatissimus erat, de doctrina religionis contenderent. Porro Orthodoxo & rectè sentienti visum est, verborum contentione relicta, ad rem ipsam descendere, ac veritatem explorare: Videlicet, vt rogo ingenti accenso, sese in ignem conicerent. Quod vbi Arianus detrectauit, Orthodoxus igni se contulit, atque inde cum impio sermonem conferens disputauit, saluusque etiam vestibis intactis permansit.] hæc ipse: quæ quidem licet vnum Nicephorum testem habere videantur, ex aliis tamen his similibus casibus, quos sæpè aliàs contigisse suis locis dicemus, haud incredibilia videri possunt. Subdit verò his etiam illud de Iudæo miraculosè per S. Sergium ab igne liberato, & ad fidem conuerso:

Niceph. lib. 15. c. 23. FIDUCIA THOLICA PROBATA MIRACULO.

Archisynagogus quoque inter Iudæos quidam cum pueris duobus in tumultu concitato, perinde atque ipse auctor fuisset, correptus, & à viro Consulari cruciatus est. Is autem inter tormenta varia illud tantum vociferatus est: O Deus sancti Sergij, adiuua me.] frequens erat his temporibus peregrinatio ad sanctum Sergium martyrem, à quo quæ singuli peterent, solerent accipere: qua re vulgata, factum est, vt à Iudæo dira patiente, vehemens

MARTYRIS INVOCA- TIONE ELIBERATUS AB IGNE IUDÆVS.

mens dolor extorqueret, vt Deum sancti Sergij inuocaret. Addebat verò (inquit Nicephorus) hæc verba: Sancte Sergi, tu nosti. Iudices porrò fingere ac simulare hæc Hebræum putantes, ad ignem, vt viuis combureretur, condemnarunt. Et ecce in medio flammæ equites duo candidis induci stolis apparentes, horis multis intactum conseruauerunt. Et multitudo in flammam insiliens, hominem inde eripuit. Qui deinde baptizatus, Sergius nominatus est. Atque ille non minùs mente quoque illuminatus, substantia sua, quam habuit, vendita, in pyræ eius loco amplissimum Sergio martyri templum construxit: vbi capite raso, reliquam iuxta Dei beneplacitum vitam exegit. Idem duo eius effecere pueri, nominibus suis in Sergij & Bacchi nomina mutatis.] hucusque Nicephorus sub tempore creationis Acacij.

REMIIGIUS CREATVS EPISC. RHEMENSIS.

Apud Demochar de sacrif. Misi. Sigebert. & alij. Hincmar. Episc. in vita S. Remigij die 13. Ianuar. Sur. tom. 1.

At non prætereundum, hoc eodem anno contigisse, vt magnus ille Rhemensis Ecclesiæ Episcopus Remigius, Franchorum Apostolus nominatus, defuncto eiusdem ciuitatis Episcopo Gennadio, immaturus æuo, moribus autem senior, populi voce, conprovincialium Episcoporum consensu, diuino cooperante suffragio, in Rhensem Episcopum ex inferioris cleri militia assumeretur, annum ætatis agens vigesimum secundum. De tempore fidem faciunt conscripti indices Episcoporum Rhensium, quibus chronographi assentiuntur. Res autem diuino nutu transacta, ita in rebus ab eo gestis describitur: Cum Remigius ad viginti & duos ætatis annos peruenit, defuncto Gennadio Archiepiscopo in hac vrbe Rhemensi, omnium generaliter votis ad Pontificij culmen raptus fuisse dignoscitur potius, quàm electus. Fit ergo concursus populi, diuersi quidem sexus & dignitatis, necnon & ætatis: sed vnus atque eiusdem sententiæ cuncti hunc verè dignum, & qui populis præfici deberet, acclamabant. Vir autem beatissimus his angustiis depressus, nimis afflicebatur angoribus, quia nec fugæ locus vsquam patebat, nec populo, vt ab intentione cœpta resisteret, vilo modo satisfacere poterat. Diuinæ namque erat voluntatis, vt qui omnium salutis profuturus erat, omnium acclamationibus eligeretur: & qui vnitati fidei cum iam Fidelibus, & futuris Fidelibus erat prouisurus, vnione cuncti populi ad sedem eucheretur sacerdotalis honoris.

Sanctissimus quidem vir cum his acclamationibus se vrgeri conspiceret, de infirmitatis & ætatis suæ tempore conqueri cœpit: & quia Ecclesiasticus ordo infirmam ætatem ad hanc non reciperet dignitatem, voce publica fatebatur. Timebat enim, ne immatura ætas, inimici versus impugnata, aliquid contraheret sinistri. Sed diuina gratia & voces populorum constantissimè in eius fecit perdurare electione, & sanctum virum ab antiqui hostis protexie malignitate.] Quod ad hæc de ætate pertinet: accidisse interdum cognoscitur, vt cum in aliquo eminentissima virtus atque scientia egregia cerneretur, de minori ætate ratio minime haberi soleret: vt vidimus accidisse S. Ioanni Chryostomo, qui non nisi fuga sibi consulere potuit, ne eiusdem ætatis Episcopus ordinaretur.

DIVINVM SIGNVM IN ELECTIO-NE REMIGII.

Sed hæc haud facta esse absque diuino suffragio, quæ ab eodem auctore subduntur ostendunt his verbis: Et cum populi acclamaret frequentia, & sanctissimus vir magna reniteretur constantia: placuit omnipotenti Deo, ei manifestissimis manifestare indicis, quod ipse de eo haberet iudicium. Etenim cum modo prædicto reniti conaretur, videntibus cunctis qui aderant, descendit subito radius noui luminis super ipsius sancti viri verticem, ac si ipse Sol de celo motus super eum ceciderit: & quia illuminandarum lux parabatur animarum, ipse quoque cum ad hoc opus adscisceretur, lumine debuit declarari visibili.] & paulo post: Placuit etiam omnipotentis diuinæ huic miraculo aliud addere ad ostensionem meritorum beatissimi viri. Etenim radio supradictò se illustrante, sensit capiti suo vnguinis sacri infusum liquorem, quo totum eius delibutum est caput.] hæc ibi. Talibus planè tantisq; debuit cælitus sacris ignis initiari, qui ad conuersionem nobilissimæ gentis Franchorum Apostolus parabatur.

Sidon. lib. 9. epist. 7. S. REMIGII ELOQVEN- TIAE LAV- DES.

At qualis quantusve extiterit, qui à Deo atque hominibus tam celebre testimonium dignus accepit, quàm etiam excellentis fuerit eruditionis, testificatione viri doctissimi meruit comprobari. Etenim Sidonius Apollinaris, huius sæculi Gallicanorum scriptorum decus & ornamentum, ad eundem Remigium scribens epistolam, hæc inter alia habet: Rarus, aut nullus est, cui meditatio par assitit dispositio per causas, positio per causas, compositio per syllabas: ad hoc, opportunitas in exemplis, fides in testimoniis, proprietates in epithetis, vrbaneitas in figuris, virtus in argumentis, pondus in sensibus, flumen in verbis, fulmen in clausulis: structura verò fortis & firma, coniunctionumque perfectarum nexa cæsuris in-

A

B

C

D

E

solubilibus; sed nec hinc minùs lubrica & leuis ac modis omnibus eroundata, quæ lectoris linguam inoffensam decenter expediat, ne salebrosas passa iacturas, per cameram palati volutata balbutiat: tota denique liquida prorsus & ductilis, veluti cum crystallinas crustas, aut onychinas non impacto digitus vngue perlabitur: quippe si nihil eum rimosis obicibus exceptum tenax fractura remoretur. Quid plura? Non extat ad præfens viui hominis oratio, quam peritia tua non sine labore transgredi queat ac superuadere, &c.] Hæc, lector, tamquam imaginem quamdam scriptorum Remigij delineatâ Sidonij penicillo proponimus intuemdam, quod non liceat lucubrationibus ipsis frui, quas viuens ille præ animi summisione obliuione potius obruere voluit, quàm perpetuitati dicare. Vtinam ipse qui hæc scribit Sidonius, perfecisset quod iisdem litteris ad eum datis est comminatus his verbis: Si distuleris nostram sterilitatem facundare colloquiis: aucupabimur nundinas inuolantum, & vltro serinia tua, coniuuentibus nobis & subornantibus, effractorum manus arguta populabitur; inchoabisque tunc frustra moueri, spoliatus furto, si nunc rogatus non moueris officio.] At de Remigio hætenus, dicturi de ipso sæpè inferius, cum id ratio instituti à nobis exegerit, tempore opportuno.

IESV CHRISTI SIMPLICII PAP. LEONIS 16. ANTHEMII 6. IMPP. ANNVS ANNVS ANNVS 472. 5.

NOuus aperitur nouis Consulibus præfens annus, Festo ac Marciano: quorum alter, nempe Festus, Romæ; alter verò, Marcianus scilicet, creatus est Constantinopoli. Mentio habetur Festi Consulatus in epitaphio sepulchrali Prætextati Exquæstoris Sacri Palatii, quod hætenus extat in pavimento ecclesiæ sancti Martini tituli Equitij in monte Cælio istis verbis:

hic REQUIESCIT IN PACE PRÆTEXTATVS V. I. EX QUÆSTOR. SC. P. DP. VII. IDVS OCTOBR. FESTO V. C. CONS. FILIA EIVS PRÆTEXTATA CÆ DP XV. KAL-

-AVG. DECIO V. C. cons.] quæ legis elementa minoris characteris, deerant in tabula. Quod verò Christianorum hominum sepulturæ eiusmodi inscriptio esse noscatur, intelligere potes ex ea, Ethnicos Prætextatos, Christianæ religionis illusores, & refractarios, sese tandem, abdicatis idolis, Christi fidei subiecisse.

Hoc anno Acacius Constantinopolitanus Episcopus electus anno superiori, ad nouas res adiciens animum, reuocare tentauit, quod Anatolius frustra conarus fuerat sub Leone Romano Pontifice, tamquam ex duobus œcumenicis Conciliis Constantinopolitano & Chalcedonensi indebitè vsurpare, vt sedes Constantinopolitana post Romanam locum principem obtineret. cuius rei gratia astuto consilio rem pederentim acturus, tantæ erigendæ molis iccit eiusmodi fundamentum: Leonem Imperatorem adiens, sit illi auctor sanctionis edendæ, qua cuncta concessa Ecclesiis priuilegia iam perditâ restitueret, atque firmaret; id nimirum acturus, vt hac via quod Anatolius Gennadij prædecessor, resistente Leone Romano Pontifice, de Constantinopolitanæ Ecclesiæ primatu visus fuerat fecisse dispendium, ipsum illi in integrum restitueret. Sed attende Imperatoriam sanctionem, & considera Acacium per secretum tramitem in iura Patriarchalium Ecclesiarum irumpere: sic enim se habet:

ACACIUS EPISC. CONSTANTIN. P. AFFECTAT PRIMATVM.

Decernimus, vt antiquatis & infirmatis funditus iis quæ contra ipsum religionis dominum quodammodo facta sunt, in integrum restituantur vniuersa, & ad vnum ordinem reuocentur, quæ ante professionem nostræ mansuetudinis de Orthodoxæ religionis fide & sanctissimarum Ecclesiarum & Martyriorum statu firmiter obtinebant. Iis quæ contra hæc tempore tyrannidis innouata sunt tam contra venerabiles Ecclesias, quarum sacerdotiū gerit beatissimus ac religiosissimus Episcopus Patriarcha nostræ pietatis pater Acacius, quam contra ceteras quæ per diuersas prouincias cuiusquam Episcopi à quolibet illis temporibus facta, seu de prerogatiua in Episcoporum Concilio, vel extra Concilium ante alios residèdi, vel de priuilegio metropolitano, vel Patriarchico sub iisdem impiis temporibus penitus antiquandis. Vt cassatis & rescissis quæ per huiusmodi sceleratas iussiones, aut pragmaticas sanctiones, aut constitutiones impias, seu formam subsecuta sunt; quæ à diuæ

16 C de se erolant. Eccles. Deum, vob dominum LEONIS IMP. CONS. TIIV. O DEE CLE- STARVM PRIVILE. GIIE.

diua recordationis retro Principibus ante nostrum imperium & deinceps à nostra mansuetudine indulta vel constituta sunt super sanctis Ecclesiis & Martyriis & religiosis Episcopis & clericis aut monachis, inuiolata seruentur.

Sacrofanctam quoque religiosissimam huius ciuitatis Ecclesiam & matrem nostræ pietatis, & Christianorum Orthodoxæ religionis omnium & eiusdem Regiæ vrbis sanctissimam sedem priuilegia & honores omnes super Episcoporum creationibus & iure ante alios residendi, & cetera omnia, quæ ante nostrum Imperium, vel nobis imperantibus habuisse dignoscitur, habere in perpetuum firmiter Regiæ vrbis intuitu iudicamus & sancimus.] hæc Leo, sed Acacii fastu tumentis proculdubio verbis concepta, & stylo superbiq; exarata. haud enim pij Principis verba illa esse potuerint, quibus dicitur Constantinopolitanam Ecclesiam Christianorum omnium & Orthodoxæ religionis matrem esse. Sunt hæc planè illa, quæ caput ipsum super omnes filios superbiæ, ita nominatus diabolus haud frustra comminatus fuerat sancto Gennadio eius sedis Episcopo, nimirum fore, vt post ipsius obitum maximas in Ecclesia concitaret discordias, inflammaret odia, atque moueret turbas. Factumque quidem fuit, vt talia inconcessa sibi Acacio vsurpante, maximum in Ecclesia Dei fuerit schisma constatu, Oriente ab Occidente diuiso. Sed vnde illi tam ingentes sumendi spiritus animus, & incõcessa tētandi adeo incensa cupido? Accipe inchoandæ tragœdiæ argumentu.

ACACII FASTVS ET TEMERARIVS CONATVS.

VNDE TV MOR ET SPES VANA ACACIO.

Quod enim collapsum penè videret Acacius Occidentale Romanum Imperium, Orientale verò auctum & propagatum, cum iam & illud sibi subiecisse quodammodo videretur Imperator Constantinopolis, mittens ex eius vrbis Senatu hominem, qui illius Imperij moderaretur habenas: stultè putans Acacius vnà cum Romano Imperio Romanam pariter esse imminutam Ecclesiam, quasi spiritualia atque sacra è rerum temporalium & profanarum diminutione detrimentum pari necesse esset: nimia elatus superbia, summa arrogantia ad alta fastigia molienda aditum sibi parere putauit, ratus nimirum, Magno illo defuncto Leone Romano Pontifice, qui Anatolium talia tentantem compresserat, & Imperatorem eadem petentem reiecerat, haud in successoribus tantum infidere cõstantiæ, vt ipsi & Leoni Imperatori hæc agentibus reniterentur atque penitus contradicerent. Sed sefellit spes vana ventosum hominem, satis superque suo damno expertum se in durissimam impigisse petram, cum Petri successores impudens laceffiuit: fractus nimirum est ipse fronte, dum vanè putauit perfricta fronte petram percutiendo confringere.

ACACIO SIMPLICIVS PAPA RESTITIT.

Gelesi epist. 11. to. 1. epist. Rom. Pont.

* presente

Restitit quidem ipsius exordio tentatæ stultæ præsumptioni Acacii, qui hoc tempore Romanam regebat Ecclesiam Papa Simplicius: Cuius res fortiter gestæ & Acta cum perierint, atque litteræ datæ prorsus exciderint, ex paucis quæ à Gelasio Romano Pontifice obiter enarrantur, satis superque possimus ex victoria consecuta præcedens existimare certamen. Scribens enim ad Dardaniæ Episcopos de sancto Simplicio Papa, primùm de Leone Papa locutus, subdit hæc de Simplicio resistente Leoni Imperatori & Acacio talia postulantibus: Ea que (inquit) nihilominus sub sanctæ memoriæ Papa Simplicio legatum sedis Apostolicæ sanctæ memoriæ Probum Canusine vrbis Episcopum, Leone Principe tunc petente*, docuisse nullatenus posse tentari: neque his prorsus præbuisse consensum. Atque ideo non ad ciuitatis cuiuslibet respiciant qualitatem, sed modum dispensationis Ecclesiasticæ Patrum traditione firmatum conuenienter conferuent.] hæc Gelasius de tentatis per Acacium huius Leonis Imperatoris tempore: qui licet sub eius successoribus Zenone & Basilio repulsus sit, idem rursus ab eo est instauratum certamen: sed semper tum Simplicium, tum eius successorem Felicem Papam passus est Acacius aduersantes ac penitus resistentes: nam idem Gelasius subdit:

PONTIFICES ROM. MAXIME RESTITENT ACACIO.

Sanctæ memoriæ nihilominus Papa Simplicius, & post eum sanctæ memoriæ Papa Felix, non solum Basiliscum tyrannum, sed etiam Imperatorem Zenonem pro iisdem ipsis excessibus auctoritate libera sæpè increpasse noscuntur: flectique potuissent, nisi Constantinopolitani Præsulis accenderetur instinctu, qui particeps externæ communicationis effectus, necessariò in quod inciderat, iam fouebat, malens in suæ præuāricationis obstinatione persistere, quam curandus ad salubria remeare, sicut ipse rerum præbauit euentus.] hæc Gelasius, ad Acacii scelus alludens, dum vt se contra Romanum Pontificem roboraret, iis qui à sedis Apostolicæ communionem fuerant segregati, temere communicauit. sed de his dicendum inferius: hæc modò satis tum ad Acacii huius Leonis tempore temerarium ausum insinuandum, tum ad Simplicij Papæ in resistendo constantiam declarandam. Quomodo verò repulsus Acacius deformiora aggressus est excitare certamina, dum Ecclesiæ Alexandrinæ restituit

A ruit impium illum & sacrilegum Timotheum Aelurum iam antea sub hoc ipso Leone Imperatore expulsus, suo loco dicemus.

Hoc anno qui numeratur Leonis Imperij decimus sextus, magnus ille Euthymius Archimandrita in Palæstina, cuius sæpè superius mentio facta est, ad Deum ex hoc mundo vocatus concessit: cuius res gestas Cyrillus monachus eius discipulus quàm accuratè conscripsit omni fide signata. Interfuit funeri Anastasius Hierosolymorum Episcopus, & honorificentissima eum condidit sepultura, illustratum tum viuentem tum mortuum innumeris planè miraculis: quæ omnia tu consulas, lector, ratio enim instituti haud demorari in his diutiùs finit. satis hoc tibi, fidem eiusdem temporis scriptoris reddi in omnibus commendatam atque probatam. Porro natalis eius anniuersaria dies mox peragi cœpta est: celebravit eum solemnè ritu inter alios Sabas sanctissimus Abbas, de quo plura dicemus. Sed audi clamores tragicos Occidentis.

S. EUTHYMI OBITVS. Acta Euthymij apud Sar. die 20. Ian.

Hoc eodem anno Anthemius Imperator proditione generi Ricimeri necatur. id quidem Cassiodorus his habet verbis: His consulibus Patricius Ricimer, Romæ factò Imperatore Olybrio, Anthemium contra reuerentiam Principis & ius affinitatis cum graui clade ciuitatis extinguit. Qui non diutiùs peracto scelere gloriatus, post quadraginta dies defunctus est: Olybrius autem septimo mense vitam peregit.] hæc ipse: eadem Marcellinus & alij. Porro Olybrij interitus contigit anno sequenti.

ANTHEMII AVG. OBITVS. Cassiodorus in Chron. OLYBRIUS IMP.

Sic igitur proditor barbarus, fax Occidentalis Imperij, perfidus Arianus Ricimer, serò licet, tandem sensit se nolentem licet (sicut Antiochus) subditum esse Deo. Hic ille perfidus, qui instar mancipiorum habuit Imperatores, pro arbitrio eos tollens & subrogans, miscens & versans pro ludibrio summam rerum aleam. Hic ille sacrilegus Arianus, qui cum tantam sibi in Romanum Imperium vsurpasset auctoritatem, inuitis licet ipsis Romanæ Ecclesiæ Pontificibus, barbarica tamen auctoritate in Vrbe sibi ecclesiam vendicarat, in quam cum suis Arianis Gothis militibus conueniret. Fuit illa quidem titulo sanctæ Agathæ ad radices Quirinalis montis contra Viminalem posita, parua licet, ab ipso tamen Ariano ornata Catholico more: etenim eius apsidem marmorum crustis & imaginibus sacris Saluatoris ac duodecim Apostolorum ex musiuo egregiè nobilitauit. permanfit opus vsque ad tempora nostra, cum nimia vetustate fatiscens apsis ipsa ante quinquennium improuisa ruina collapsa funditus periit: Quam vir egregius, Romanæ Ecclesiæ ornamentum, eius ecclesiæ diaconus Cardinalis Federicus Borromæus mox restituit à fundamentis.

2. Mach. 9.

Erat autem in eiusdem apsidis emicyclo ex musiuo pariter opere eiusmodi inscriptio exarata:

D FL. RICIMER V. I. MAGISTER VTRIUSQUE MILITIE PATRICIUS. ET EXCONSUL ORD. PRO VOTO SVO ADORNAVIT.

Quid verò acciderit, cum à Christianis Catholicis eadem ecclesia, pulsus Arianis, vendicata est, & à sancto Gregorio sacris expiata, Catholicorumque vsui reddita fuit, idem Gregorius narrat, sed nos suo loco dicemus. Scimus ipsum Ricimeru Gothum à Gotho scriptore Iordane laudari: sed indulgisse eum priuatis gentilitatis affectibus, ipsa facta declarant, quæ nec narrat quidem, relinquens ea sepulta silentio, cum non haberet quod excusaret.

Greg. lib. 3. epist. 19. & dialog. lib. 3. cap. 50.

Sed ad res Gallicanas transeamus, quas his ipsis temporibus complures sanctissimi Episcopi illustrarunt, de quibus suis locis: hic modò de Sidonio Apollinari sat meminisse, qui hoc anno creatus reperitur Episcopus Aruernensis, vir planè egregius, gener Auiti Imperatoris, Patriciatus dignitate insignis, qui & maximè claruit poëticis & rhetoricis litteris, nulli in his suæ ætatis secundus, sed & summa morum enituit sanctitate: de quo in primis habet ista Gregorius Turonensis, vbi recensuit virtutes eius prædecessoris Eparchij: Sidonius ex Præfecto substituitur, vir secundum seculi dignitatem nobilissimus, & de primis Galliarum Senatoribus.] & inferius: Cum autem esset magnificæ sanctitatis, atque (vt diximus) ex Senatoribus primis, plerumque nesciente coniuge, vasa argentea auferebat è domo, & pauperibus erogabat. Quod illa cum cognosceret, scandalizabatur in eum: sed tamen, dato egenis pretio, species domi restituebat.] hæc ipse. cetera inferius.

SIDONIUS CREATVS EPISCOPVS ARVERNENSIS.

Greg. Turon. lib. 2. c. 21.

Quòd autem hoc potissimùm anno eum dixerimus fuisse creatum Episcopum: ne quid temerè & pro animi arbitrio absque certa ratione dixisse videamur: accipe de his exactam chronographiam. In primis igitur quod ad seculares magistratus, quibus functus, & honores, quibus est insignitus, spectat: meminisse debet lector, ætatem & magistratus atque honores Sidonij ex suis ipsius scriptis superius certis annis consignatos positos esse: nimirum,

CHRONOLOGIA DE SIDONIO.

sub Consulatu Asterij, qui est annus Domini quadringentesimus quadragesimus nonus, A pueritiam iam excessisse, ccepisseque adolescere, utpote annorum circiter decem & septem; sub consulatu vero Maioriani, nempe anno Domini quadringentesimo quinquagesimo octavo, ob insignem eruditionem tum in rhetoricis tum etiam in poetis facultatibus, statua in foro Traiano posita ex Senatusconsulto fuisse donatum: sub Consulatu vero Anthemij Imperatoris (is est annus Christi quadringentesimus sexagesimus octauus) ab eodem Augusto Praefectura insignitum, quando autem auctus fuerit dignitate Patriciatus nescitur, quam tamen constat ipsum ante Eccliam vxoris suae fratrem esse consecutum, qui eam accepit à Julio Nepote Augusto ante biennium, haec quod ad faculares dignitates: quod autem ad sacra munera spectat, ex suis etiam ipsius scriptis tamquam per teneum in ostio ex obliquo simulam eius Episcopatus certum tempus intelligi posse videtur.

* Sidon. lib. 6. epist. 1.

Extat quidem eius epistola scripta ad S. Lupum Trecentem Episcopum, data cum ipse B Sidonius creatus est Episcopus, qua sanctissimi viri preces implorat, ut regiminis quod tunc susceperat onus illaesa conscientia ferre posset: nam queritur dicens: Facinorum continuatione miser eò necessitatis accessi, ut is pro peccato populi nunc orare compellar, pro quo populus innocetum vix debet impetrare, si supplicet. Quando autem ea fuerit scripta epistola, ut pariter Sidonij promotio possit haberi comperta, hoc inuestigandum, si quo modo consequi liceat quod optamus. Considerandum est igitur, quod idem ait, eo tempore, quo illa scribebat, ipsum Lupum iam in sede Episcopali exegisse annos quadraginta quinque: sunt enim haec eius verba: Cum primò post defudatas militiae Lerinensis excubias, & in Apostolica sede nouem iam decursa quinquennia, vtriusque sanctorum ordinis quemdam te conclamatum primipilarem spiritualia castra venerentur, &c. Cum ergo tum sit creatus Episcopus Aruernensis Sidonius, cum S. Lupus nouem iam exegisset in sede quinquennia: modò peruestigandum est tempus sedis S. Lupi Trecentis, ut ex eo notus pariter fiat annus, quo Sidonius ad Episcopatum prouectus est.

ARTAS SAN CTI LUPI IN EPISCO PATY. Apud Sur. tom. 4. die 29. Julij. QVO ANNO LUPVS SIT CREATUS EPISCOPIVS.

Extant res gestae sancti Lupi, licet breui compendio, omni tamen fide antiquitas ab homine eius temporis scriptis tradite: ex quibus potest intelligi quo potissimum anno ipse fuerit creatus Episcopus. Dum enim ait ipsum sanctum Lupum adiunctum esse collegam S. Germano Episcopo Antisiodorèsi in legatione in Britanniam aduersus Pelagianos suscepta, cum idem lupus iam annum secundum ageret in Episcopatu: ex hoc colligi necesse est, ipsum esse creatum Trecentem Episcopum anno Domini quadringentesimo vigesimo septimo; cum iam constet ex his quae superiori tomo quinto Annalium dicta sunt, sancti Properi auctoritate, contigisse eam obire sanctos Episcopos legationem anno Redemptoris quadringentesimo vigesimo nono. Adde igitur nouem quinquennia exacta post annum Domini quadringentesimum vigesimum septimum, quo sanctum Lupum creatum Episcopum diximus: vtrique peruenies ad praesentem annum Domini quadringentesimum septuagesimum secundum. Cum igitur constet, anno quo ipse sanctus Lupus iam transegerat nouem in Episcopatu quinquennia, Sidonium esse creatum Episcopum Aruernensem, vtrique dicendum est, ipsum creatum Episcopum hoc ipso anno Domini quadringentesimo septuagesimo secundo, cum esset annorum circiter quadraginta: Assumptus est autem ad Episcopatum, cum adhuc superstes esset Papianilla coniux, filia Auiti Imperatoris, suscepissetque ex ea filiolam (ut vidimus) nomine Rosciam, quam apud auiam sancte pieque instituendam curauit.

Porro ad Episcopatum assumptus, ita mores composuit, ut statim absolutissimi sacerdotis speciem praeserferret: cuius rei gratia sanctissimi Praesules eidem litteris congratulati sunt, ut inter alios magnus ille (ut diximus) celebris nomine Lupus Ecclesiae Trecentis Episcopus, ad quem Sidonius epistolam illam reddidit, cuius nuper fecimus mentionem, qua adeò enixe preces ab eo exigit: ex qua etiam videas, magna humilitate praeditum fuisse virum, dignum ob eam virtutem, qui ad summum sanctitatis culmen à Deo attolleretur.

Factum vero Episcopum nuncium remisisse secularibus iocis hominem natura lepidum, eius epistolae post Episcopatum datae declarant. Sanè quidem ab hoc ipso tempore animi fuisse tranquillioris, satis ostendit, dum rogatus ab amico aliquid mensa dignum poeticum ludere, se excusans à metrico lusu, serio ista ingerit, illum monens: Quinimmo quoties epulo mensae lautioris hilarabere, religiosi (quod magis approbo) narrationibus vaca: iis proferendis confabulatio frequens; iis redicendis sollicitus auditus inferuiat. haec ipse, qui lasciuientem Musam instar feruae Hebraeorum capillis & vnguibus circuncisae retinuit, ut his sapphicis ad Firminum datis demonstrat:

* Sidon. lib. 9. epist. 13.

* Sidon. lib. 9. epist. 13.

286

Non putet solui per amana dicta, Schema sic artis, phalarasq; iungam, Clerici ne quid maculet rigorem Fama poetae.] haec ipse, cum iam esset creatus Episcopus, ut ex eadem epistola colligi potest.

Sed intuere viri modestiam de se ipso nonnisi humillimè sentientis, quamuis plurimae essent illius dotes, quibus potuisset efferri. Sunt enim crebrae ipsius querelae, quibus se indignum ad Episcopatum assumptum deplorat: nam ad Apollinarem scribens, haec ait: Ego autem infelicis conscientiae mole depressus, vi febrium nuper extremum salutis accessi, utpote cui indignissimo tantae professionis pondus impactum est, qui miser ante compulsus docere quam discere, ante praesumens predicare quam facere, tamquam sterilis arbor cum non habeam opera pro pomis, spargo verba pro foliis. haec de se ipso Sidonius; cum alioqui testificatione Gregorij & aliorum, sanctissimus habitus sit Antistes. Ad Faustum quoque nuper creatum (ut ipse ait) Regensem Episcopum scribens, ubi ipsum valde laudat, quod per sacerdotium nihil immutavit vitae monasticae seueritatem, eiusdem exigens preces, haec inter alia habet, bene compositum animum indicantia: Iis igitur (ut supra dixi) precatibus obtine, ut portio nostra sit Dominus, atque ut adscripti turmae Levitarum, nec remaneamus terreni, quibus terra non manet, inchoemusque sicut à saeculi lucris, sic quoque à culpis peregrinari, &c. haec & alia huiusmodi, quibus & demonstrat eadem circa tempora ipsum Faustum ex Abbate Lirinensi creatum fuisse Episcopum Regensem. Porro in diuersis aliis ipsius Sidonij epistolis sparsi sunt threni, quibus se indignum ad Episcopatum assumptum deplorat.

SIDONII HUMILITAS. Sidon. lib. 5. epist. 3.

Sidon. lib. 9. epist. 3.

FAUSTI EPISCOPI REGENSIS.

Porro tanta apud seniores sanctos Episcopos aestimationis ipse iunior fuisse cognoscitur, ut oborta contentione in eligendo Metropolitano Episcopo Bituricensis Ecclesiae, ipsi vni à comprouincialibus sacerdotibus, clero & populo, quem vellet eligendi liberum fuerit delatum arbitrium: cum ipse quanto in diuindicandis hominibus polleret iudicio declarauit, deligens S. Simplicium, quem omnes summo gaudio susceperunt. Extant de his ab eodem Sidonio datae ad diuersos Episcopos litterae, itemque ipsa ab eo tunc habita concio; quae quidem quanta polleret dicendi facundia, si legeris, admiraberis. Verum ut ex opulento conuiuio aliquid degustes, ne prorsus ieiunus abscedas, hic tibi describam, quas ipse suas recenseret angustias; cum eligendo aliquem, cuperet omnibus satisfactum, nec se id praestare posse videret: sic enim ait:

Sidon. lib. 7. epist. 3. 8. 9.

Si quempiam nominauero monachorum, quamuis illum Paulis, Antoniis, Hilarionibus, Macariis conferendum, sectatae anachoreseos praerogatiua comitetur: aures illico meas incondito tumultu circumstrepitas ignobilium pumilionum murmur euerberat conquereantium: Hic qui nominatur (inquiunt) non Episcopi, sed potius Abbatis complet officium, & intercedere magis pro animabus apud caelestem Iudicem potest, quam pro corporibus apud terrenum Iudicem. Sed quis non exacerbescat, cum videat sordidari virtutum sinceritatem eriminatione vitiorum? Si eligimus humilem: vocatur abiectus. Si proferimus erectum: superbere censetur. Si minus institutum: propter imperitiam creditur irridendus. Si aliquatenus doctum: propter scientiam clamatur inflatus. Si seuerum: tamquam crudelis horretur. Si indulgentem: facilitate culpatur. Si simplicem: despicitur ut brutus. Si acrem: vitatur ut callidus. Si diligentem: superstitiosus decernitur. Si remissum: negligens iudicatur. Si solertem: cupidus. Si quietum: pronunciat ignauus. Si abstemium producimur: auarus accipitur. Si eum qui prandendo pascat: edacitatis impetitur. Si eum qui pascendo ieiunet: vanitatis arguitur. Libertatem pro improbitate condemnant. Verecundiam pro rusticitate fastidiunt. Rigidos ob austeritatem non habent caros. Blandi apud eos communiōne vilescunt. Ac si apud eos utrolibet genere viuatur: semper hi tamen bonarum partium mores, pungentibus linguis maledicorum, veluti bicipitibus hamis inunabuntur.

DIFFICULTAS IN ELIGENDO QUO OMNIBVS PLACEAT.

Inter haec monasterialibus disciplinis aegre subditur vel popularium ceruicositas, vel licentia clericorum. Si clericum dixerit: sequentes amulantur, derogant antecedentes. & post nonnulla aduersus eos qui diurnitate clericalis ministerij, non praerogatiua meritum ceteris antehabendos esse clamarent, haec subdit: Si militarem dixerit fortè personam, quae nimirum ex Palatia militia, Praefectura aliqua emineret: protinus in haec verba confurget: Sidonius ad cleritatu quia de seculari professore translatus est, ideo sibi assumere Metropolitanum de religioso congregatione dissimulat. natalibus turget, dignitatum fastigiat in-

CHRISTI
472-473.

SIMPLICII PAP.
5.6.

LEONIS 16.17.
OLYBR. IMPR.

tur insignibus, contemnit pauperes Christi, &c.] hæcque tibi modò faris, sed non ad fatieta- A
tem explendam, sed ad gulæ potiùs irritamentum, quo totam ipsam appetas opiparam de-
norare mensam.

SIDONIUS
INVIDIAM
PASSVS.
Greg. Turon.
lib. 1. c. 22.

Sed accipe, quomodo ob mirificam dicendi vim Sidonio inuidiam passò, Dominus præ-
sto fuerit, vt multo magis eius eniteret & animi virtus, & in dicendo facultas. Gregorius
enim hæc de ipso habet^a: Sanctus verò Sidonius tantæ facundiæ erat, vt plerumque ex im-
prouiso inculentissimè quæ voluisset, nulla obfistente mora, componeret. Contigit autem
quadam die, vt ad festiuitatem basilicæ monasterij, cuius supra meminimus, inuitatus acce-
deret. Ablatoque sibi nequiter libello, per quem sacrosancta solemnia agere consueuerat:
ita paratus in tempore cunctum festiuitatis opus explicuit, vt ab omnibus miraretur, nec
putaretur ab astantibus ibidem hominem locutum fuisse, sed Angelum. Quod in præfatio-
ne libri, quem de Missis ab eo compositis coniunximus, plenius declarauimus.] hæc Gre- B
gorius de Sidonio Apollinari: cuius cognominis rationem si quæras, ipsum habes qui do-
ceat, nimirum eo nomine ipsius nuncupatum fuisse auum, qui primus suæ familiae, abdicato
Gentilitiæ superstitionis errore, Christianam amplexus est religionem. Quo nomine ipse
Sidonius summopere gloriatus, cum contigit eius Apollinaris restituere monumentum,
epitaphium eidem carmine scripsit, quo vbi primùm meminit de eiusdem Præfectura Præ-
torij, quam summa cum laude in Galliis administravit, ista subdit^b:

DE ATOL-
LINARIANO
PRÆF.
PRÆTOR:
GALLIA-
RVM.

^b Sidon. lib. 3.
ep. 12.

*Hæc sed maxima dignitas probatur,
Quod frontem Cruce, membra fonte purgans,
Primus de numero patrum suorum
Sacris sacrilegis renunciauit.
Hoc primum est decus, hæc superba virtus,
Spe præcedere, quos honore iungas;
Quisq; hic sunt titulis pares potentes*,
Hos illic meritis superuenire.] Meritò igitur ab eo qui in familiam omni-*

* patentes

bus celsiùs Præfecturis Christianum nomen intulit, Apollinari, Sollius Sidonius cognomen-
tum accepit Apollinaris. sed de ipso modò satis.

IESV CHRISTI
ANNVS
473..

SIMPLICII PAP.
ANNVS
6.

LEONIS 17.
OLYBR. IMPR.

OLYBRIUS
OCCIDITVR.
GLYCERIVS
IMP. CREA-
TVR.
^c Cassiodorus
in Chron.

QVadragesimo septuagesimotertio Christi anno Leo Aug. quintum Consul Fastis D
inscribitur absque collega, quòd turbatæ vehementer essent res Occidentalis Imperij:
nam occiditur Imp. Olybrius, & in locum eius à Gothis militibus Glycerius subrogatur:
sub huius enim anni Consulibus Cassiodorus hæc habet^c: His consulibus, Gundebado hor-
tante, Glycerius Rauennæ sumpfit Imperium] tenuitque vix annum vnum. Apud hunc plu-
rimum valuisse S. Epiphanium Ticinensem Episcopum, Ennodius tradit, additque complu-
res capitis reos interuentione ipsius Epiphaniij ab eodem Imperatore liberos esse dimissos.
In hunc ergo modum magno Reipub. damno sæpè mutatis Augustis, addita his est noua
calamitas, cum Ostrogothi sub Duce VVindemiro ex gente Amala ad damna descende-
runt Italiæ, alia verò ex parte Theodomiro ad prædandum Orientem conuerso. Porro de
horum origine & familia Amala Iordanum^d eius gentis historicum consule.

^d Iordan. de
reb. Getic.

Sed quid accidit? Simulac VVindemirus in Italiam cum exercitu ingressus est, ex hac vi- E
ta subducitur, successorem relinquens filium heredem suo nomine nuncupatum Iuniorem
VVindemirum: quem Glycerius Imperator, muneribus datis, de Italia ad Gallias transtu-
lit, quæ à diuersis circum circa positis barbaris premebantur, asserens vicinos ibi VVifigo-
thos eorum parentes regnare. Quid multa? VVindemirus acceptis muneribus, simulque
mandatis à Glycerio Imperatore, in Gallias tendit: cumque se parentibus iungeret VVifigo-
this, vnum omnium corpus effectum est, vt dudum fuerant, & sic Gallias Hispaniasque
tenentes suo iure defendunt, vt nullus sibi alius præualeat.] hæc Iordanus.

QVOD REX
RUGORVM
CVM SSE-
VERINO.

Ad hæc planè tempora referenda sunt, quæ de Rugorum Regis rebus gestis cum S. Seue-
rino Noricorum Apostolo nominato Eugipius Abbas fidehiter scripsit his verbis: Rugo-
rum Rex, nomine Flacitheus, in ipsius regni sui cœpit nutare primordiis, habens Gothos
ex inferiori Pannonia vehementer infensos, quorum innumerabili multitudine terrebatur.
Is ergo

CHRISTI
473.

SIMPLICII PAP.
6.

LEONIS 17.
GLYCERII I. IMPR.

A Is ergo beatissimum Seuerinum in suis periculis tamquam cæleste consulebat oraculum: si-
quidem dum vehementius turbaretur, veniens ad hominem Dei deslebat se à Gothorum
Principibus ad Italiam transitum postulatam, à quibus se non dubitat, quia si hoc eis de-
negatum fuerit, occidendum. Respondit ei vir Domini Seuerinus: Si nos omnes vna fides
Catholica adnecteret, magis me de vitæ perpetuitate consulere debuisti. Sed quia de præ-
senti tantum salute sollicitus es, ausculta quæ dico. Gothorum nec copia, nec aduersitate
turbaberis, quia citò securus, eis discedentibus, tu desiderata prosperitate regnabis: tantum
ne humilitatis meæ monita prætermittas. Non te itaque pigeat pacem appetere etiam ini-
micorum. Numquam propriis virtutibus innitaris: Maledictus (inquit Scriptura^a) qui con-
fidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Disce igitur
insidias cauere, non ponere. In lectulo quippe tuo pacifico sine transibis.

^a Hier. 17.

B Qui dum tali animatus oraculo lætus abscederet, prælato sibi quòd turba latronum ali-
quos captiuasset ex Rugis, virum Dei protinus mittit consulendum. Qui sanctis cum man-
datis, ne prædones sequeretur, Domino reuelante, præmonuit, dicens: Si eos securus fue-
ris, occideris. Caue ne amnem transeas, & insidias quæ tribus in locis paratæ sunt; impro-
vida mente succumbas. Nam citò nuncius fidelis adueniet, qui te de his omnibus efficiet
certiorem. Tunc duo captiuorum ab his hostium sedibus fugientes, ea per ordinem retele-
runt, quæ beatissimus vir, Christo sibi reuelante, prædixerat. Igitur frustratis insidiis aduer-
santium, Flacitheus incrementis auctus prosperioribus, vitam rebus tranquillissimis termi-
nauit.] hæc Eugipius Abbas, qui his subdit grande miraculum, cum vnus ex Rugorum po-
pulo, qui contritis ossibus, iam annis duodecim omni caruerat vsu membrorum, ab eo fan-
natus est: ex quo euenit, vt frequentissimus ad eum esset accessus tum Rugorum, tum etiam
aliorum inde transuentium barbarorum. habet hæc omnia fusiùs enarrata scriptus codex
C superiùs citatus, quæ sicut alia plura apud Surium desiderantur; apud quem quæ extant, in-
emendata satis esse noscuntur.

VITAT REX
INSIDIAS
PRÆMO-
NITVS A S.
SEVERINO.

Mirum quidem fuit, tanto honore, cultu & obseruantia frequentatum Seuerinum à bar-
baris Regibus circumstantibus, quantumlibet Arianis, ab eo ad meliorem frugem con-
uerfis: cuius cum iudem parerent monitis, omnia sibi dextera prouenire solere, experimen-
tis sæpè sæpius didicissent. Ex quibus intelligas, quanto securius & vtilius Reges seruis Dei
obtemperant, quàm aliis ipsi imperent: conciliant enim diuinam sibi potentiam, dum
Dei amicis obediunt, consiliaque ipsorum libenter audiunt & amplectuntur. Quanto au-
tem detrimento Dei amicorum despiciantur consilia, & petitiones reiiciantur, quod idem
Eugipius de coniuge filij Regis, eademque Regina, narrat, terribili est patefactum exemplo;

D quod ita subdit^b: Felitheus quoque Rex, memorati Flacithei filius (qui & Feba) paternam secutus indu-
striam, sanctum virum pro regni sui cœpit frequentare primordiis. Hunc coniunx feralis &
noxia, nomine Gisa, semper à remediis clementiæ reuocabat: Hæc ergo inter cetera iniqui-
tatis suæ contagia, etiam rebaptizare Catholicos aliquos conata est: sed ob sancti reueren-
tiam Seuerini, non consentiente viro, à sacrilega quantocyus intentione defecit: Romanos
tamen, captiuos scilicet, duris conditionibus aggrauans, quos etiam Danubio iubebat abdu-
ci. Nam cum quadam die in proximo à Fauianis vico veniens, aliquos ad se transferri Danu-
bio præcepisset, vilissimis scilicet ministeriis seruitutis damnandos, dirigens ad eam vir Dei,
vt eos dimitteret, postulabat. Verùm illa facibus femine furoris exastuans, mandata repor-
tari iussit asperrima: Ora (inquit) tibi serue Dei, intra cellam tuam delitescens: liceat nobis
de seruis nostris ordinare quod volumus.

^b Eugip. in Vi-
ta Seuerini.
c. 8.

GISA REGI-
NA CON-
TEMNENS
S. SEVERI-
NUM CITO
PVNITVR.

E Audiens autem hoc homo Dei: Confido (inquit) in Domino meo Iesu Christo, quòd ne-
cessitate compelletur explere, quod praua voluntate despexit. Velox itaque secuta correctio
prostravit animos arrogantis. Quosdam enim aurifices barbaros pro fabricandis regalibus
ornamentis clauserat arcta custodia (nam eos iure seruitutis possidebat inuitos.) Ad hos filius
memorati Regis admodum paruulus, nomine Fridericus, eo die quo Regina seruum Dei
contempserat, puerili motu concitus introiuit. Tunc aurifices pectori infantis gladium im-
posuere, dicentes, quod si quis ad eos absque iuramenti præsidio, quo vita cum libertate pro-
mitteretur, ingredi conaretur, paruulum regium primitus transfigentes, semetipsos postea
trucidarent, quippe cum sibi nullâ spem vitæ promitterent, macerati diuturnis ergastulis.

FILIUS RE-
GIS OBLES
TENETVR A
SERUIS.

His auditis Regina crudelis & impia, vestibus præ dolore conficillis, talia elamitabat:
O serue Dei Seuerine, sic sic illata à Deo vindicantur iniuriæ? Hanc mei contemptus vl-
tionem

REGINA
REDDITA
MITIOR.

CHRISTI 473.

SIMPLICII PAP. 6.

LEONIS 17. IMPP. GLYCERII 1.

tionem effusis precibus postulasti, vt in mea viscera vindicares? Itaque multiplice cōtritione ac miserabili lamentatione discurrens, fatebatur se pro scelere contemptus, quod in seruum Dei commiserat, plagæ præsentis vltione percelli. confestimque directis equitibus, veniam poscens, Romanos quos eadem die tulerat, pro quibus & rogantē contempserat, transmisit. Et abiens ad ergastulum, vbi aurifices operabantur, dato eis sacramento euadendi mortem, hospitem suum recipit infantem. Mox & illi dimissi sunt. His auditis, reuerendissimus Seuerinus Christi seruus gratias Creatori referebat immensas: qui ob hoc interdum dissent vota poscentium, vt fide, spe, & charitate crescente, dum minora petuntur, maiora concedat. Id namque egit omnipotentia Saluatoris, vt dum liberos sua mulier subiecit seruituti, seruicēs cogeretur reddere libertati. Quibus mirabiliter impetratis, Regina statim ad seruum Dei properans, vnā cum marito, monstrat filium, quem fatebatur illius orationibus de mortis confinio liberatum, promittens se nequaquam vltra iussionibus eius obuiare.] hæc Eugipius. Subdit verò de propensiori cura ipsius in redimendis captiuis, deque acceptis sacris reliquiis sanctorum martyrum Geruasij atque Protasij, recufataque ab eo ipsi oblata dignitate Episcopatus, deque monachorum bene instituta disciplina.

Quomodo autem idolatriæ reliquias in eadem regione & detexit & penitus abstulit, audi eundem Eugipium rem admirandam his verbis scribentē: In castellum quoque, cui erat vocabulum Cucullis, deuotionibus accolarum vir sanctus aduenerat aduocatus: vbi factum grande miraculum nequeo reticere: quod tamen Maiorani post presbyteri nostri, cuius eiusdem loci, stupēda relatione cognouimus. Pars plebis in quodam loco nefandis sacrificiis inhærebat: Quo sacrilegio comperto, vir Dei multis plebem sermonibus allocutus, ieiunium triduanum per presbyteros loci persuasit indici: ac per singulas domos cereos offerri præcepit, quos propria manu vniuscuiusque parietibus affixit Ecclesię. Tunc psalterio ex more decurso, ad horam sacrificij presbyteros ac diaconos vir Dei horatus est, tota cordis alacritate communem Dominum deprecari, quatenus ad sacrilegos discernendos lumen suæ cognitionis ostenderet. Itaque cum multa largissimis fletibus, cum eis, fixis genibus deprecaretur: pars maxima cereorum, quos Fideles attulerant, subito est accensa diuinitus: reliqui verò eorum, qui prædictis sacrilegiis infecti fuerant, volentesque larere negauerāt, inaccensi permanserunt. Tunc ergo qui eos posuerant, diuino declarati examine, protinus acclamantes, secreta pectoris satisfactionibus prodiderunt, & suorum testimonio cereorum manifesta confessione conuicti, propria sacrilegia restabantur.] hæc ipse, quibus & pariter declaratum est, qui lucis filij fuerint, quive tenebrarum: vt & aptari illud Apostoli iisdem potuerit: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.] At de his satis.

• Ephes. 5.

• Marcellin. in Chron. & Cassiod. • Theod. Col. lib. 1.

Hoc eodē anno natus ex Zenone b genero Leonis Imperatoris & filia eius Ariadna filius, D Leo iridem ani nomine nuncupatus, ab eodē est nominatus Augustus: sed à tempore ascutæ amplissimæ dignitatis vix decem elapsis mensibus infans (vt Theodorus affirmat) defunctus est, nesciēs quid acceperit, quidve moriendo perdidit. Porro de eodem Leone nepote redarguitur erroris Nicephorus, vel alij qui eiusdem reperiuntur fuisse sententiæ, nimirum ipsum non infantem, sed adolescentulum & deprauatis planē moribus fuisse in vitiis enutritum: quem constat, etiam si eodem anno quo iuncta est Ariadna cum Zenone, natus esset, excedere minimē potuisse tertiuū ætatis annum, vt superius apertissimē demonstratum est: restante præsertim vnā cum ceteris ipso Nicephoro, non ante illud tempus datam esse in matrimonium Ariadnam Zenoni, quæ filio Asparis creato Casari fuerat desponsata.

IESV CHRISTI SIMPLICII PAP. ANNVS 474.

LEONIS 18. IMPP. E GLYCERII 1.

• VTRIVSQVE LEONIS OBITVS. • Marcellin. in Chron.

Decimus octauus & postremus annus Leonis Imperatoris, qui numeratur Christi quadringentesimus septuagesimus quartus, Leonis Augusti Iunioris Consulatu aperitur, quo etiam clauditur vita ipsius Senioris Leonis Augusti, atque pariter eiusdem Iunioris Imperatoris exitus. Numerantur prioris Leonis Imperij d anni septemdecim & menses sex, eius vero nepotis menses tantummodo decem. Superuixit tantum hic illi, quantum satis esset, vt amplissimam transferret in patrem Zenonem Imperij hæreditatem.

Fuisset plane Leo auus Augustus inter optimos Imperatores adnumerandus, nisi suorum propinquorum torribus videri posset aspersus: Etenim etsi omni prorsus caruit hæreticorum

CHRISTI 474.

SIMPLICII PAP. 7.

LEONIS 18. IMPP. GLYCERII 1.

A ticorum erroris contagio; tamen quod haud prudens ipsos non cauit hæreticos, quibuscum indulgentius egit, dum Basilisco Verinæ coniugis germano pepercit, & Zenonem inexploratum adhuc sibi hominem haud probè de Catholica religione sentientem coopauit sibi generum & administratorem Imperij: Sic igitur etsi religiosus & maximè pius ipse visus semper fuerit Imperator: haud tamen à posteris laudari meruit, quod aded nequissimis hominibus strauerit ad capeffendum Imperium viam, nempe Zenoni, qui sublato è medio filio hoc anno ipse iam creatus Augustus successit, & Basilisco, qui & ipse hæreticus, post multa scelera, in tyrannum tandem erupit.

LEO AVG. QVALIS.

B Remanserunt autem eiusdem Leonis Imperatoris egregia pietatis monumenta in pluribus religionis ab eo editis sanctionibus, necnon in sacris ab ipso erectis ædibus. Quod enim ad sancitas ab illo leges pertinet, præter illas quas certis temporum notis consignatas suis singulis reddidimus annis, alię complures extant absque die & Consule positę, vt inter alias a quam pro clericis sanxit ac monachis, ne ad secularia iudicia traherentur, & alię ad eorumdem bona spectantes. Illæ etiam adhuc extant, quibus sanctas ecclesias ac domos hospitalales Constantinopolitanæ ciuitatis b priuilegiis honestauit.

LEONIS IMP. LEGES PIAE.

• l. 33. de Epif. & cler. Cod. Iust.

• l. 36. de Epif. & cler. Cod. Iust.

• TEMPLA A LEONE ERECTA.

C De sacris autem ædibus ab eo erectis, illa principatum obtinuit, quæ sub Dei Genitricis nomine constructa est, ad Fontem dicta, de qua superius mentionem fecimus. huic splendore proximè accessit, quæ in honorem eiusdem sanctissimæ Virginis ab eodem excitata est, vt in ea ipsius sacras exuias collocaret, vestem nimirum Hierosolymis tunc allatam, quam innumera miracula decorarunt. De mirificis autem editis signis in hisce ædibus sacris ad Fontem erectis, Nicephorus c librum se scripsisse testatur. Meminit & Procopius d magna cum admiratione de eodem templo sanctæ Mariæ ad Fontem ab ipso Leone extructo, quod reliqua templa facile superasse tradit. De inuentione autem sacrosanctæ vestis Dei Genitricis Mariæ habes cum ex Nicephoro e, tum ex Metaphraсте f enarratam historiam. Sed de Leone hætenus.

• Niceph. l. 15. c. 25. 26.

• Proc. de aedif. Iust. imp.

• Niceph. l. 15. c. 14.

• Metaphr. die


• l. Augusti.

• DE VERINA AVGVSTA.

• Metaphr. die 8. Nouemb.

D Quod verò ad Verinam eius coniugem Augustam pertinet, laudatam inuenimus vt feminam valde piam in Actis Matronæ Pergenis magni nominis eius temporis feminæ, cuius res gestas è veteribus erutas monumentis edidit pariter Metaphrastes g. Quod verò ad Zenonem in Imperium successorem spectat: fama fuit, filium Leonem Iuniolem Augustum ab eo malis artibus sublatum esse de medio, vt ipse solus, non vt tutor & procurator, sed Imperator summam rerum administraret. Reperitur apud Latinos h chronographos de Leone paruulo, ipsum ab interfectore à Zenone immisso, alio in locum eius supposito, subductum, atque scorum clanculo educatum, peruenisseque ætate vsque ad Iustiniani Imperatoris tempora: sed hæc haud fidem satis certam inueniunt. Dum autem hoc anno adhuc superstes vita esset Leo infans Zenonis filius dictus Augustus, pater eius Zeno administrandum suscepit Imperium, non tamen quod ipse à Leone esset relictus Augustus, sed tantum infantis tutor & administrator Imperij: quod quidem eusum hoc anno nimirum docet, in quo primo loco ita positum vides nomen Leonis Augusti, vt eo titulo careat quod sequitur Zenonis nomen, cum & D. N. Dominus noster, non DD. NN. in eodem scriptum legatur. sed quod Leo Augustus (vt diximus) infans esset, loco filij ipse Zeno diadematus in ipso habetur impressus: nisi mauiis dicere, infantem Augustum eo modo decoris gratia effigiatum. Reddimus hic tibi ipsum exemplar ex aurei nummi prototypo, quem accepimus à nostro Lælio Pasqualino nobis amicitia & rei litterariæ vsu coniunctissimo.

• Ado. Viti in Chron. Mariani. Scot. in Chron.



Quod

Quod autem in aduersa nummi parte nomen legis Augustorum, id factum scias more maiorum, quo licet vnus tantum Augustus regnaret in Oriente, respectu Occidentalis etiam Augusti is titulus ponebatur.

Sed qualis fuerit Zeno iste, qui post vtriusque Leonis obitum sibi Imperium vendicauit, ex Euagrio ita accipe, dem de primordiis eius regiminis Sardanapalo dignis ista praeferat: Zeno posteaquam Imperij clauum, filio suo mortuo, obtinuit: perinde ac persuasum sibi haberet, se minimè totius Orbis dominatu posse potiri, nisi omne voluptatum genus, quod forte occurreret, licenter & effusè confectaretur: in initio ita libidinum illecebris se totum dedit, vt à nulla turpitudine & nefario flagitio se continerit, sed in illis volutaretur: vt eadem ista in tenebris & in occulto admittere, abiecti & pusilli animi putaret, palam autem atque in oculis omnium, regale quiddam esse & solo Imperatore dignum. In qua re peruerso & planè seruili iudicio usus est. Quippe Imperator, non ex eo quod aliis imperat, spectari debet, sed quod se ipsum ita regere & moderari potest, vt nullum absurdum voluptatis genus sinat in animum irrepere.] hanc Euagrius. At quid boni expectari potuit ab homine aded in vitiis penitus imerso: nihil certè, nisi vt secundum illud Apocalypsis: Et qui sordescit, sordescat adhuc.] Etenim non prauis tantum infectus est moribus, sed impietate foedatus, vt pote qui simulac Imperium administrare coepit, partes tuendas suscepit hereticorum. His plane saltibus ad ima quisque prolabitur, atque tandem mergitur homo: ex eiusmodi plane officina Sardanapali prodire consueuerunt haeresum sectatores & defensores: nam sententia Apostoli, illi Crucis Christi inimici constituuntur, quorum Deus venter est.

At quid de Zenone Imperio moderari incipiente Alexander monachus antiquus Graecus scriptor memoria prodidit, adducamus in medium: sic enim ait: Postquam Leo Imperator terreste Imperium dereliquit, & ad immortale illud regnum translatus est, Antiocheni, vrgente Petro Fullone, Martyrio iterum reuocato eius sedis digno Episcopo negotium fecerunt: nec sub Catholico Imperatore satis virium habuerunt, vt cum sede omnino pellerent: Zenoni Imperatori supplicationem obtulerunt, petentes Fullonem illum Petrum sibi Episcopum creari. Id quod factum est, auro ipso omnibus qui erant in aula regia persuadente, vt Petri Fullonis patrocinium susciperent. Statim igitur vt Petrus ille est ordinatus Episcopus (iam ab exilio, in quod à Leone Imperatore fuerat relegatus, ab ipso Zenone reuocatus) sanctam Chalcedonensem Synodum anathemate fuit detestatus. Cumque Apollinaris sectatoribus placere studeret, qui Theopaschitæ appellantur, eo quod Diuinitatem ipsam passam esse dicerent, nouitatem quamdam pessimam excogitauit, vt hymno illi qui Trifagion appellatur, etiam hoc adderet: **QVI CRUCIFIXVS ES PRO NOBIS,** miserere nobis.

Hæc cum sancti Episcopi & patres nostri audiuissent, ad prauam illius opinionem refutandam alacri & prompto animo aggressi sunt. Et primò quidem litteris eum ab impietatis voragine reuocare conati sunt. Sed cum eum repugnantem maiori audacia & temeritate contra fidem Orthodoxam ferri vidissent, omnes qui sunt in Orbe terrarum Episcopi, anathemate illum expulerunt.] sed hæc postea: modò satis ad insinuandam Zenonis admirandam impietatem, tantum idolum super sublimem Antiochenæ Ecclesiæ cathedram extolentis. Sed & idem impius Augustus pariter statuit, vt Timotheus ille sacrilegus inuasor Ecclesiæ Alexandrinæ relegatus pariter ab Imperatore Leone in Chersonesum, siue Oasim, cum honore ab exilio reuocaretur: qui etiam, vt suam, repetere ausus est Alexandrinam Ecclesiam: sed de eo fufius suo loco dicendum erit.

His igitur nefandis sceleribus perpetratis, & veluti primitijs sui Imperij à Zenone Satanæ consecratis, quæ mox inde fuerint consecuta incommoda Reipublicæ, Euagrius audi ista narrantem: Ad hunc modum Zeno in initio Imperij sui vitam instituit. Illius autem subiecti, tam qui in Oriente, quam qui in Occidente incolebant, grauibz afflictabantur incommodis. Quippe barbari, qui Scenitæ vocantur, loca omnia populati sunt: multitudoque Hunnorum, qui olim vocabantur Massegetæ, in Thraciam incursionem fecit: quinetiam traiecit Danubium, prohibente nemine. Zeno verò reliquam Imperij partem per vim barbaro quodam more spoliatus fuit.] hæc ipse.

Sed cur non tam citò (vt par esse videbatur) ipse malorum auctor Augustus, numine vlcifcente, pœnas dedit, ex iis quæ Sophronius narrat, intelligere satis poteris, vbi ait: Narrauit mihi quidam Patrum de Zenone Imp. dicens de muliere quadam, cuius filiam ipse Imperator ad libidinem exatiandam subripuisset: Hæc (inquit) vacabat in templo Dominæ nostræ

Euag. lib. 2. cap. 10. ZENONIS LVXVS.

ZENO FAVET HABITICIS.

PETRVS PVLLO THEOPASCHITA.

Euag. lib. 3. cap. 1.

Sophron. Pract. Spirit. c. 175.

A nostra Dei Genitricis, orans eam & deprecans, ac cum lacrymis dicens: Vindica me de Zenone Imperatore. Cum ergo multis diebus hoc faceret: apparuit ei per visum sancta Dei Genitrix dicens: Crede mihi, mulier, vltionem tuam sæpe facere volui; sed manus eius prohibet me. Erat enim valde misericors & eleemosynas faciens.] hæc ipse: ex quibus obserua, lector, magnam in primis vim esse eleemosynarum: vt planè ex his intelligas, quid sit illud: Sicut aqua ignem, ita eleemosyna resistit peccatis] nempe ad vltionem meritam differendam: & quid illud insuper: Peccata tua eleemosynis redime] scilicet, Hoc fatage, vt per huiusmodi officia diuinam iram, quam prauis operibus concitasti, retardes. Cum tamen ad Dei amicitiam nullus valeat inquinatus vitiorum sordibus aspirare; nihilominus hisce bonis operibus possit ad tempus, quæ citius prolapsura erat, diuina vltio contineri: non autem vitari penitus, nisi ipsa peccata omnino vitentur. Prolixa extat disputatio S. Augustini aduersus quosdam suo tempore in errorem inductos, qui putarent non obfutura illis sua peccata, qui eleemosynas in pauperes erogarent. Sed & S. Gregorius & alij Patres de his pluribus disputarunt. At de his satis. Iam verò Occidentale Imperium grauioribus fluctuans impulsibus ac prope collabens fractum vndique inuisum.

Hoc eodem anno Glycerius Imperator à Iulio Nepote, Marcellini quondam Patricij ex sororis filio genitus, Imperio deponitur in Portu Romano; & seruatus ad vitam, abdicato sæculo, in clericum attonsus, Salonitanus est creatus Episcopus, vt testatur Euagrius: licet in Portu Romano ordinatum Episcopum alij, Iordano auctore, ferant. Eo igitur sublato de medio, ipse Nepos moderandum suscepit Imperium: Cum (vt subdit idem Geticarum rerum Geticus scriptor) Euaricus Rex Gothorum tantas varietates & mutationes cernens, Aruernam occupat ciuitatem: vbi tunc Romanorum Dux præerat Ecdicius (sic namque legendum, & non Decius, vt habet liber excusus) nobilissimus Senator, dudum Auiti Imperatoris, qui ad paucos dies regnum inuaserat, filius.] & paulo post: Huius Auiti ergo filius Ecdicius diu certans cum Vuisgothis, nec valens ante stare, relicta patria, maximeque vrbe Aruernate hosti, ad tutiora loca se collegit. Quod audiens Nepos Imperator, præcepit Ecdicio, relicto Gallijs, ad se venire, in locum eius Orestis Magistro militum ordinato.] hæc quidem Gothus auctor (vt omnes asserunt) ex Cassiodoro.

Sed quàm longè abhorreant à veritate, epistolæ historia omnium sincerissima declarat, quam quidem Sidonius Apollinaris, qui rerum tunc gestarum pars magna fuit, litteris tradidit. Atque in primis quod habet, Ecdicium præfectura illa primaria Magistri vtriusque militia à Nepote Imperatore spoliatum esse: nequaquam probatur. Etenim Sidonius de ea re sæpe pluribusque agens, nihil prorsus de ea Magistri militum præfectura, quod Ecdicio collata aliquando fuerit, meminit, qua constat perfunctum esse etiam post Anthemij obitum Ricimerem: ipsum verò Ecdicium propriis sumptibus militasse, eiusdem Sidonij testificatione certum est. Et quod ad Nepotem Imperatorem pertinet, ab eo nequaquam spoliatum, sed auctum potius dignitate amplissima Patriciatu, idem Sidonius tradit, dum ad eius sororem Papiam illam, suam verò coniugem, eiusmodi litteras dedit:

Rauenna veniens Quæstor Licinianus, cum primùm tetigit, Alpe transmissa, Galliarum solum, litteras aduentus sui præuias misit, quibus indicat esse se gerulum codicillorum, quorum in aduentu fratri etiam tuo Ecdicio, cuius æquè titulis ac meis gaudes, honor Patricius accedit, celerrimè, si cogites eius ætatem, si merita, tardissimè. Namque ille iam pridem suffragium dignitatis incundæ non soluit in lance, sed in acie: arariumque publicum ipse priuatus non pecuniis, sed manubiis locupletauit. Hoc tamen sanctè Iulius Nepos armis pariter summus Augustus & moribus, quod decessoris Anthemij fidem fratris tui sudoribus obligatam, quo citior, hoc laudabilior absoluit: siquidem iste compleuit, quod ille sæpissime pollicebatur. Quo fit, vt deinceps pro Republica optimus quisque possit ac debeat, si quid cuiquam virium est, quia securius, hinc auidius impendere: quandoquidem mortuo quoque Imperatore, laborantium deuotioni quicquid sponderit Princeps, semper reddi debet principatus.

Interea tu (si affectum tuum benè colligo) hisce compertis, magnum solatium inter aduersa maxima capis, nec animum tuum à tramine communium gaudiorum vicinæ quoque obsidionis terror exorbitat. Noui enim probè, ne meo quidem te, quem ex lege participas, sic honore lætatam: quia licet sis vxor bona, soror optima es. Qua de re, propitio Deo Christo, ampliatos profapæ tuæ titulos ego festinus gratulatorijs apicibus inscripsi, pariter

VIS ELEEMOSYNARVM.

Eccl. 3. Damel. 4.

Aug. de Ciuit. Dei. lib. 21. cap. 22. & 27.

Cassiodorus in Chron.

Euag. lib. 3. cap. 1. NEPOS IMP. Iordano. de reb. Getic.

PRÆFECTURA MILITARIS MALE CREDETUR ORESTI. CONSULTA

Sidon. lib. 5. epist. 26. DE PATRICIATVS DIGNITATE COLLATA ECDICIO.

CHRISTI
474.SIMPLICII PAP.
7.ZENONIS I. IMPR.
NEPOTIS I.

pariter absolvens sollicitudinem tuam, fratris pudorem: quem nil de propria dignitate indicaturum, si verecundum forte nescires, nec si impium, iudicares. Ego verò non tantum insignibus vestris, quæ tu hæcenus quanto liberius, tanto impatientius præstolabare (quamquam iis quoque granditer quantum concordia fruor) quàm par est, nostris suisque liberis in posterum exopto, votis in commune deposcens, ut sicut nos vtramque familiam nostram Præfectoriæ nacti, etiam Patriciam diuino favore reddidimus; ita ipsi quam suscipiunt Patriciam, faciant Consularem. Roscia te salutatur, cura communis: quæ in auia amicarumque indulgentissimo sinu (quod rarò nepotibus contingit aliis) & cum seueritate nutritur; qua tamen tenerum non infirmatur æuum, sed informatur ingenium. Vale.] ita placet Episcopus ex præscripto diuinæ Scripturæ cum seueritate enutrirî gaudet infantulam: nam Sapiens: Filia tibi sunt? Ne ostendas hilarem faciem tuam ad illas.] Quando autem ipse Sidonius Patriciatus consecutus sit dignitatem, non constat: cum tamen ante Eccliam eo fuisse insignitum honore, rectè intuenti videri possit, dum ait, coniugem quæ modò gauderet tanta fratris dignitate, iam latatam esse eodem honore viro impartito. Porro collatam eam fuisse Sidonio dignitatem, antequam Episcopatus gradum fuerit consecutus, nemini dubium esse potest, quem ante biennium esse creatum Episcopum diximus.

* Eccl. 7.

* Sidon. lib. 5.
epist. 16.

DE LEGATIONE A NEPOTE AD GOTHOS MISSA.

Quod verò idem qui supra auctor Aruernensem ciuitatem, patriam Eccliam & Sidonij, sub Nepote Imp. captam excisamque tradit: res aliter se habet. C. b. fessam illam quidem hoc tempore fuisse, Sidonius in epistola ad Papiamillam testari videtur. Ceterum numquam vi captam, sed iniua pacis conditione ipsam Gothis deditam post aliquot annos, eiusdem Sidonij testificatione dicemus. Porro solutam esse obsidionem hoc tempore, inita pace inter regem Gothorum & Rom. Imperatorem, constat. Etenim idem Nepos Augustus legationem misit ad ipsum Gothorum Regem Euaricum, quam rogatus ab ipso obiit S. Epiphanius Episcopus Ticinensis, aliis legationibus honestè perfundis vbique notus, & sanctitate clarissimus. Describemus hic ipsam legationem ex ipso Ennodio Ticinensi diacono, qui eiusdem Epiphaniij res gestas fidelissimè scriptas posteris tradidit ipse fama notissimus, de quo sæpe inferius continget haberi sermonem, & ex ipsius scriptis complura ad exactam rerum cognitionem petere. Quoniam verò editus liber (ut dictum est superius) mendosus nonnihil esse videtur, ex scripto codice Vaticano, in quo scripta Ennodij continentur, ista deprompsimus, quæ sic se habent:

Post Glycerium ad regnum Nepos accessit. Tunc inter eum & Tolosæ alumnos Getas, quos ferrea Euarici dominatione gubernabat, orta dissensio est: Dum illi Italici fines Imperij, quos trans Gallicanas Alpes portexerat, nouitatem spernentes, non desinerent incessere: E diuerso Nepos, ne in vltim præsumptio male suada duceretur, districtius cuperet commissum sibi à Deo regnandi terminum vindicare. Hinc vtrinque litium cœperunt fomenta confurgere. Et dum neutrae partes conceptum rurorem vincendi studio deponunt, sic exuperabat causa discordiæ. Attigerat iam beatissimus vir octauum in sacerdotio annum: cum repente Nepotis animum submouendæ dissensionis amor infudit: ut repulso simultatis veneno, seruaret inter Reges charitas, quod tueri arma vix poterant. Euocantur ad consilium Liguriæ lumina, viri maturitatis, quorum possit deliberatione labens Reipublica status reuiuiscere, & in antiquum columen soliditas desperata restitui. Tantique ad tractatum coiere ex iussu Principis, quanti poterant esse rectores. Seritur de ordinanda legatione sermo. In beatissimum virum Epiphanium mentes omnium & oculi diriguntur: sunt cunctorum sententiæ, quasi vnus ex ore proferuntur ex pectore.

EPIPHAN. EPISC. TICIN. DELICTIVS LEGATUS AD REGEM GOTHORVM.

LEGATIO EPIPHAN. AD EVARICVM RE- GEM.

Quid pluribus? Cum letitia Christi miles occasionem laboris amplectitur, & spe affectum percepit, de negotij æstimatione confidens, agendi speciem melioraturus inquirit: actionem penè conclamata & valde difficilem cælestis potentia præsidio percontatus suscepit, impleuit. Cuius itineris molestias necessitatesque non valeam per ordinem digerere, nec si mihi centum linguarum fluminibus per meatus irriguos verba fundantur. Nam egressus de Ticinensi oppido, donec ad destinata loca pertingeret, tali viæ suæ fatigationem arte geminauit, ut si temperius iumentorum defectus considerarent, in futuræ mansionis diuersoria accederent: præter psalmodiarum continuationem, præter lectionis perseverantiam, quorum nihil nisi stando faciebatur: eligebat secessum nemorea fronde conclusum, ubi connexis arborum brachijs nox domestica texeretur: quod solum refugus per vmbacula opaca Sol nesciret, & totum viridanti cæspite gratia solum naturalis sterneret. Ibi profusus in oratione, continuus fletibus expertem pluuiarum terram oculorum imbri-

bus

CHRISTI
474.SIMPLICII PAP.
7.ZENONIS I. IMPR.
NEPOTIS I.

A bus irrigabat. Reddebantur arua illa fecunda orationum copia, quæ frugum esse non poterant. Tali exercitio se macerans, Tolosanam, in qua Euaricus tunc Rex degebat, urbem ingressus est: quem iam præuia opinio Gallorū auribus, qualis esset, intimauerat, sacerdotibus præcipuè eiusdem regionis, quos attonitos de aduenientibus inquisitio profunda sollicitat.

Erat præterea ea tempestate consiliorum Principis & moderator & arbiter Leo nomine, quem per eloquentiæ meritum non vna iam declamationum palma susceperat: qui cum summo gaudio aduentum Pontificis indicauit notitiæ publicæ. Euocatur ex tempore Regi præsentandus Antistes. Ad quem illicò ut ingressus, vidit, saluauit, adgressus est:

Quamuis te, stupende terrarum Princeps, multorum auribus reddat virtutis fama terribilem; & gladij, quibus finitimos continua vastitate premis, segetem quamdam inimici germinis motant: nullam tibi tamen superni gratiam nominis dira bellandi præstat ambitio: nec ferrum fines tuetur Imperij, si cælestis Dominus offendatur. Regem te habere memento, cui oportet considerare quid placeat: qui cum susceptum hominem portaret ad cælum, pro imensa hæreditatis munere, pacem discipulis iterata sæpius admonitione commendat: cuius nos præcepti necesse est esse custodes: præcipuè cum nouerimus, virum fortem dici non posse, quem vicerit indignatio. Deinde perpendere vos conuenit, quod nemo diligentius propria tuetur, quàm qui aliena non appetit. Quocirca Nepos, cui regimen Italiæ ordinatio diuina commisit, ad hæc nos impetranda destinauit, ut reductis ad fidem mentibus, terræ sibi conuenæ dilectionis iure societur. Qui licet certamina non formidet, concordiam primus exoptat. Nolitis in communi quo sit dominiorum antiquitas limitata confinio: qua sustinuerint partes istæ illarum rectores famulandi patientia. Sufficiat quod elegit. aut certe patiatur amicus dici, qui meruit dominus appellari. Hæc insignissimus Epiphanius.

QVAE EPIPHANIS AD EVARICVM REGEM. * IUDICIS

At Euaricus gentile nescio quod murmur infringens, molitum se ab hortationibus eius vultus sui serenitate significat. Leo verò nominatus superius, tanto allocutionis ipsius tenebatur miraculo, ut crederet verbis huiuscemodi expugnari posse mentes (si fas est dici) etiam si contra iusticiam postularèt. Tacitè tamen fertur ad interpretem Rex locutus:

PAX INTER IMPERAT. ET GOTHOS.

Licet pectus meum lorica vix deserat, & assidue manus aratum orbem includat, necnon & latus muniat ferri præsidium: inueni tamen hominem, qui me armatum possit expugnare sermonibus. Fallunt qui dicunt Romanos in linguis scutum vel spicula non habere: norunt enim & illa quæ nos miserimus verba repellere, & quæ à se diriguntur, ad cordis penetralia destinare. Facio ergo, venerande Papa, quæ poscis: quia grandior est apud me legati persona, quàm potentia destinantis. Accipe nunc fidem: & pro Nepote pollicere quod seruet intemeratam concordiam: quoniam te promississe, iurasse est.

QVID EVARICVS REGIS AD EPIPHAN.

His dictis, inito etiam pactiōnis vinculo: venerandus Pontifex, Vale dicto, discessit. Ad quem statim precatorum turba dirigitur, ut secuturo die Regis epolis interesset: quem ille iam compererat iugiter per sacerdotes suos polluta habere conuiuia (erat enim Arianus secta.) Cui se excusauit, dixitque sibi non esse in more positum alienis aliquando prandijs vesci: perendie se magis velle proficisci. quod constitutum maturauit implere: & Tolosa tantis comitantibus egressus est, ut penè deserta vrbs, discodente nostrò Pontifice, videretur. Tantos enim in breui deuinxerat sibi charitate sincera, ut captiuitatem fletent, quod apud patriam remanere necessitas constringebat.] hæcenus de bene perfundito ab Epiphaniō munere legationis Ennodius.

Intercedente igitur inter Iulium Nepotem & Euaricum Regem sancita pacè iuramento firmata, nihil est quod dici possit, sub Nepote à Gothorum Rege Euaricò ciuitatem Aruernensem esse vi captam: Immo numquam aliquo tempore eam ab eisdem Gothis expugnatam, sed inter pacis conditiones deditiōnem eiusdem ciuitatis esse factam, anno sequenti dicturi sumus.

At non excidat, quod Ennodius de Leone apud Regem Euaricum oratore, qui soleret legatis responsa dare (ut vidimus) meminit. Extat Sidonij Apollinaris ad eundem virum quidem disertissimum data epistola, in qua hæc iocose de munere ipsi à Rege imposto respondendi legatis: Sepone pauxillum inclamatissimas declamationes, quas oris regij vice conficis, quibus ipse Rex inclutus modò corda terrificat gentium transmarinarum; modò de superiore cum barbaris ad Vachalim tremantibus fœdus victor innotat; modò per promotæ limitem fortis, ut populos sub armis, sic frenat arma sub legibus, &c.]

* Sidon. lib. 8. epist. 3. DE LEONE ORATORE.

* Expetijt

Expetijt ab ipfo Sidonio aliquando idem Leo orator per amicum communem Hesperium, vt horum temporum hiftoriam scriberet: At Sidonius in ipfum refudit opus, eleganter vſus Plinij Iunioris exemplo, vbi ait^a: Res est quidem digna quam tu iuberet, ſed non minus digna quam faceret. Namque & antiquitus cum Caius Cornelius Tacitus Caio Plinio Secundo paria ſuaſiſſet: ipſe poſtremo quod iniunxit arripuit: idque ab exemplo nonne melius aggredieris? quia & ego Plinio vt diſcipulus aſſurgo, & tu vetuſto genere iure Cornelium anteuicinis: qui ſaeculo noſtro ſi reuiuiceret, teque qualis in litteris & quantus habere conſpiceretur, modo verius Tacitus eſſet.] hęc ipſe: pluraque ſubdit, quibus declarat, in eo omnia facile reperiri, quæ in eiufmodi ſcribendi genere requiri & exigi poſſunt à quouis rigido ſcriptorum alienorum cenſore.

Sed & quod maximè nobis notandum eſt, alia etiam ſe ex parte excuſans, pluribus docet, non eſſe hominis clericalis profeſſionis, hiftorias ſuorum temporum ſcribere: Quam quidem haud temerè, vel obiter, dignam tanto viro prolatam ſententiam fortiſſimis enthematibus aſtruit, roborat, atque confirmat: vt gaudeam tantum me inueniſſe patronum, atque paratam habeam deſenſionem, perſpicuamque omnibus ſcriptam apologiam, ſi noſtri ſaeculi res geſtas poſteris tradere prætermiſero; ne quis id à me exigat importunus, aut violentus extorqueat: ſed ad Leonem.

Adnumerat idem Sidonius eundem Leonem oratorem inter celebres huius ætatis ſcriptores, vbi poſt alios recensitos horum meminit his verſibus^b:

*Acrem Lampridium, carum Leonem,
Præſtantiq; tuba Seuerianum.]* Sed & præſtaſſe ceteris Leonem poetis facultatibus, teſtatur ſcribens ad Tonantium, vbi ait:
*Iſtud vix Leo Rex Caſtalij chori,
Vix hunc qui ſequitur Lampridius queat.]* Verùm tanti viri ingenij nulum penitus reliquum eſt monumentum, præter breuem nuper recitatam reſponſionem, quam nomine Regis Euarici ſancto Epiphano Ticinenſi legato reddidit. De Seueriani verò excellentia agit, dum de eius violento obitu epiſtolam ad Lupum Episcopum dedit^c.

^a Sidon. lib. 8. epiſt. 11.

IESV CHRISTI SIMPLICII PAP. ZENONIS 2. IMPP.
ANNVS ANNVS AVGVSTVLVS

Christi annus quadringentesimus septuagesimus quintus vnus tantum Confulis Zenonis Aug. nomine inſcribitur Faſtis iterum. Res enim Occidentalis Imperij perturbatae creandi alterum Romæ Conſulem facultatem ademerunt. Etenim Oreſtes haud pridem creatus Magiſter militiæ à Nepote Imperatore, conuerſus in hoſtem, Roma cum exercitu Rauennam veniens, ibi aliquandiu moratus, filium ſuum Momilium Auguſtulum nuncupatum Imperatorem acclamari fecit. Cum autem Neſos compertum habuiſſet, cum Oreſte vniuerſum conſpirare exercitum, nouumque ab eo eſſe creatum Imperatorem; in Dalmatiam fugit, vbi Glycerius iam fuerat ordinatus Episcopus. hęc ex Caſſiodoro Iordanus.

Quod verò ad Auguſtuli nomen ſpectat, falli eos quidem certum eſt, qui cum ita nomine proprio appellatum fuiſſe putarunt: cum re vera non Auguſtulus, ſed Auguſtus fuerit nominatus; prout numiſima declarat, quod hęc tibi formis expreſſimus, Romæ aſſeruatam inter antiqua monumenta omni fide probata viri nobilis Lælij Paſqualini.



Ex quo

AVGVSTVLVS IMP.

Ex quo facile intelligas accidiffe, vt qui reuera Auguſtus nomine proprio appellaretur, contemptus gratia (vt de alijs accidit Imperatoribus, vulgi diſtictijs indita illis nomina, quod de Caligula patet) ex Auguſto fuerit dictus Auguſtulus; cum præſertim geminatio illa Auguſtus Auguſtus, hætenus inuſitata videretur eſſe moleſta. Ita planè ſecundum illud vulgatum, Omne quod oritur, occidit; Romanum Imperium cœptum ab Auguſto, deſinit ac deſicit in Auguſto: ſed Oſtauianus ille, Momilius iſte, quod nomen in reddito hęc numiſmate æreo rubigo conſumpſit.

Qui autem Nepotis ſectati ſunt partes, quo ſe magis viribus deſtitutos eſſe ſenſere, eo ſolicius alto corde voluere cœperunt conſilia, & meditari artes, quibus de proſito ab Oreſte Nepote pœnas ſumerent: quamobrem nullam ducentes cladis Italiæ inferendæ rationem, in eam immittere decernunt barbaros, Erulos dictos, haud longè ab Italia poſitos, formidabili procinctu paratos: nihil enim (vt alij tradunt) cum Gothiſ egere, quos ſciunt Imperatori ſcedere eſſe coniunctos. Legationem igitur mittunt ad Odoacrem Erulorum Regem, id ipſum maximè appetentem, & diu noſtuque animo meditantem, quomodo potiri poſſet Italia iam penitus Imperatorum dominium reſpuente. Sed antequam eius in Italiam progreſſum narremus, quid de ipſo ab Eugipio in rebus geſtis S. Seuerini narretur, hęc reddamus.

De alijs etiam gentibus, ad quas tanti miraculi de Rugo homine incurabili morbo laborante ſanato fama peruenerat, multi Chriſti militè videre cupiebant. Qua deuotione etiam ante hoc factum quidam barbari cum ad Italiam pergerent, promerendæ benedictionis cauſa ad eum intuendum diuerterunt; inter quos & Odoacer, qui poſtea regnauit in Italia, viliffimo tum habitu iuuenis, ſtatura procerus, aduenerat: qui dum ſe, ne humillimæ teſtum cellulæ ſuo vertice contingeret, inclinaret, à viro Dei glorioſum ſe fore cognouit. Cui etiam, Vale dicenti: Vade (inquit) ad Italiam viliffimis pellibus coopertus, ſed multa citò pluribus largiturus.] hęc Eugipius de vaticinio Seuerini præuidentis Odoacrem nouum flagellum à Deo iam antè paratum. Quid autem ipſe Rex egerit, cum ingreſſus eſt in Italiam, fauentibus illi qui erant ex parte Nepotis; cum hiftoricorum nullus proſecutus ſit ſtylo: ex his quæ de clade Ticinenſi ab Ennodio eius Eccleſiæ diacono ſcripta ſunt, reliqua funeſta poſſumus contemplari. Inter Ennodij enim ſcripta, quæ citatus sæpe Vaticanus codex habet, iſta tantum de horum temporum rebus geſtis relata leguntur:

Ecce ille quietis neſcius, & ſclerum parator inimicus magna dolorum incrementa conglutinat, & inquit quibus virum integerrimum (Epiphanium ſcilicet) paſſionibus laceſſeret. Exercitum aduerſus Oreſtem Patricium erigit, & diſcordiæ crimina clandestinus ſupplantator interſerit. Spe nouarum rerum perditorum animos inquietat: Odoacrem ad regnandi ambitum extollit. Et vt hæc pernicies in Ticinenſi ciuitate contingeret, Oreſtem ad eam fiducia munitionis inuitat. Episcopus cum omnibus ad ſe pertinentibus præſens inuenitur. Fit maximus in vrbe concurſus, prædandi rabies inardescit. Vbi que luſtus, pauor vbique, & mæroris imago plurima diſcurrebat. Ille ſolicitus poſcebatur ad pœnam, cuius ſubſtantiam notiorẽ fecerat amicitiarum fides antiquior.

Alij flammam ruituris ædibus ſupponebant: alij ad exitium poſcebant dominum, pro cuius conuenerat ſalute pugnare. Currunt ad eccleſiæ domum totis direptionis incendijs æſtuentes: dum quem videbant erogare plurima, perimmenſa ſuſpicabantur abſcondere. Proh nefas! theſaurus dura barbaries quærit in terra, quos ille ad cæleſtia ſecreta tranſmiſerat. Diripitur etiam ſancta eius germana, & ſeorſum ab eo ſorte captiuitatis deducitur. Omnes nobilium familiæ à ſuis ſequeſtrabantur. Luminofa glorioſiſſima femina parili neceſſitatis conditione conſtringitur. O dolor! vtræque eccleſiæ flammis hoſtilibus concremantur: tota ciuitas quaſi vnus roguſ effulgorat: cunctorum voces ſacerdotem quærentium audiuntur: nemo periculi ſui meminerat, dum maior ab illis ſalutis portio diuideretur. Cui quamuis conſula in ſingulorum exitium turba fremeret, honor tamen inter gladios impendebatur: nam illico non fuerunt quos poterat videre captiuos.

Venerabilem germanam ſuam, priuſquam in veſperum diei illius lux funeſta laberetur, eripuit: plurimos etiam ciuium abſoluit precatu ſuo, antequam duræ conditionis vincula ſentiret, matres familias præcipuè, quas immanior in hac neceſſitate poterat commanere commemoratio. Poſtremo ſtatus ciuitatis, quam multitudo barbarica ſuccidebat, vnus fortiſſimæ columnæ ſuſtenratus reſurgebat auxilio: nec tantum ad delendum ſufficiebat exercitus, quantum ad reparandum vnus perſona Pontificis.] hucufque Ennodius de clade Ticinenſi.

Annal. Eccl. Tom. 6.

ODOACER
REX ERV-
LORVM VO-
CATVR IN
ITALIAM.

TICINEN-
SIS CIVITA-
TES CLA-
DES.

EPIPHAN-
LIBBRAT
SVOS A
BARBARIS.

GALLIARVM MOTVS.
Sidon. lib. 1. epist. 7.

Fluctuarunt & hoc motu quæ adhuc Romano Imperio subiectæ erant ciuitates in Gallia. ipsæ autem prouinciæ Gallicanæ tetrarchijs diuidebantur: Sidonius enim vnum ex Regibus illis barbaris Tetrarcham appellat, dominantibus his singulis Gothis, Burgundionibus, Franchis, atque Romanis: quibus vt pars aliqua licet minima integra remaneret, non bellicus labor, sed inter barbaros Reges æmulatio exorta præstabat, cum subiret inuidiam reliquorum, & in se odium concitaret, atque etiam arma moueret, qui ex subreptione rerum Romani Imperij potentior fieri reliquis aliquo modo tentasset. Verum hæc ita, dum adhuc res Romani Imperij Imperatorum nomine muniretur: Cum verò in declinum positæ iam penitus collapsuræ viderentur, eadem ruina contremuerunt quæ ipsi erant adnexæ prouinciæ, ad earum casum pariter fluctuantes. Quid verò actum sit à barbaris in alias subiectas Imperio ciuitates ignoratur. De Aruernensibus populis aliqua remansit memoria in Sidonij Apollinaris epistola, de quibus superius mentio facta est.

Quæ verò hoc tempore, nempe cum iam Sidonius illis præesset Episcopus, eidem contigerint ciuitati, modò dicenda. Cum Gothus Rex Euaricus, quam sæpe frustra & magno suo damno tentarat, Aruernensem ciuitatem, iterum aggredi parat: tunc ipse Sidonius humano destitutus auxilio, ad precum subsidia conuolat: quibus potens magna virtute Gothus restitit, afflictatis licet populis tum hostium armis, tum fame, qua hoc tempore Gallia vexabatur. Hæc autem quomodo se habuerint, dignitas postulat argumenti, vt quàm exactissimè describantur, quantum fas est ex fragmentis hinc inde petitis implere.

Sed primum quàm turbulentus semper esse soleret Aruernæ ciuitatis status, ex ipso Sidonio accipe ita ad Felicem scribente: Oppidum siquidem nostrum, quasi quemdam sui limitis oppositi obicem, circumfusarum nobis gentium arma terrificant. sic amulorum sibi in medio positi populorum lacrymabilis præda, suspecti Burgundionibus, proximi Gothis, nec impugnantum ira, nec propugnantum caremus inuidia.] hæc ipse.

Deque iisdem meminit, scribens ad Faustum, dum ait se sub specie legationis esse factum extorrem. Porro periclitante ciuitate, ipse Sidonius litteris suis reuocare in patriam conatus est Ecdicium, cuius fortitudine, diuina opitulante gratia, eadem ciuitas aliàs fuerat liberata. extat de his ad eum epistola. Sed quod magis diuino quàm humano inniteretur auxilio, legationem precum mittit ad Deum, sacras frequentans vnà cum populo Rogationes, atque ad earum restitutorem litteras mittit, ad ipsum, inquam, sanctum Mamercum Viensensem Episcopum: quas egregia pietate conspicuas hic describendas esse putamus, vt intelligas sedulum sanctorum Episcoporum studium, quod adhibere solent, cum sibi subiectus populus contingeret ingruentibus perturbationibus agitari: sic enim se habent:

Rumor est, Gothos in Romanorum solum castra mouisse. Huic semper irruptioni nos miseri Aruerni ianua sumus. Namque odiis inimicorum hinc peculiaria fomenta subministramus, quia necdum terminos suos ab Oceano in Rhodanum Ligeris aluco limitauerunt: solum sub ope Christi moram de nostro tantum obice patiuntur. Circumiectarum verò spatia tractumque regionum iam pridem regni * minacis importuna deuorauit impressio. Sed animositate nostræ tum temerariæ, tumq; periculose non nos, aut ambustam murorum faciem, aut putrem sudium cratem, aut propugnacula vigilum trita pectoribus confidimus opitulatura: solo tamen inuectarum te auctore Rogationum palpamus auxilio: quibus inchoandis instituendisq; populus Aruernus, etsi non effectu pari, affectu certè non impari cœpit initiari, & ob hæc circumfusis nondum dat terga terroribus.] Ita planè Sidonius Episcopus, in tot ingruentibus vndique discriminibus, Rogationum pio cultu hostes repressit, populumque seruauit incolumem. Pergit verò narrare, qua occasione eadem Rogationes ab eodem, ad quem scribit, S. Mamercus fuerint restitutæ, cum ait:

Non enim latet nostram oscitationem: primis temporibus harumscæ supplicationum institutarum, cum ciuitas cælitus tibi credita per huiuscemodi prodigiorum terriculamenta vacuabatur: Nam modò scenè mœnium publicorum crebris terræmotibus concutiebantur: Nunc ignes sæpe flammati caducas culminum cristas, superiecto fauillarum monte, tumulabant: Nunc stupenda foro cubilia collocabat audacium pauenda mansuetudo ceruorum: Cum tu inter ista, discessu primorum populariumq; statu vrbs exinanito, ad noua celer veterum Niniuitarum exempla decurristi, ne diuinæ admonitioni tua quoq; desperatio conuiciaretur. Et verè iam de Deo tu minimè poteras absque peccato post virtutum experimenta diffidere. Nam cum vice quadam ciuitas cõflagrare cœpisset, fides tua in illo ardore plus caluit: vt cum in conspectu pauidæ plebis, obiectu solo tui corporis, ignis recessus in tergum

Sidon. lib. 1. epist. 4.

Sidon. lib. 9. epist. 3. SIDONIVS LABORAT PRO SVIS ARVERNIS.

Sidon. lib. 7. epist. 1.

* regis SIDONIVS QUID DE ROGATIONIBVS AD S. MAMERCVM.

ROGATIONES A S. MAMERCO INSTITVTAE.

MIRACVLVM DE IGNE EXTINCTO.

tergum fugitiuis flexibus sinuaretur, miraculo terribili, nouo, inusitato, affuit flammæ cedere per reuerentiam, cui sentiri debuit per naturam.

Primum igitur & iis paucis nostri ordinis viris indicis ieiunia, interdici flagitia, supplicia prædicis, remedia promittis: exponis omnibus, nec pœnam longinquam esse, nec veniant: doces denunciata solitudinis minas orationum frequentia molliendas: Mones assiduitatem furentis incendij, aqua potius oculorum, quàm flumine posse restingui: Mones minacem terræmotuum conflictationem fidei stabilitate firmandam. Cuius confestim sequax humilis turba consilij, maioribus quoque suis fuit incitamento: quos cum non piguisset fugere, redire non puduit. Qua deuotione placatus inspector pectorum Deus, fecit esse obsecrationem vestram vobis salutem, ceteris imitationi, vtrisque præsidio. Denique illis deinceps non fuere vel damna calamitati, vel ostenta formidini.

Quæ omnia sciens populus iste Viennensibus tuis & accidisse prius, & non accessisse posterius, vestigia tam sacrosanctæ informationis amplectitur sedulo, petens vt conscientia tuæ beatitudo mirat orationum suarum suffragia, quibus exempla transmisti. Et quia tibi soli concessa est post aorum memoria, vel confessorum Ambrosium, duorum martyrum repertorem in partibus orbis Occidui, martyris Ferreoli solida translatio, adiecto nostri capite Iuliani, quod istinc turbulento * quondam persecutorum manus retulit cruenta carnificis: non iniurium est, quod pro compensatione deposcimus, vt nobis inde veniat pars patrocinij, quia vobis hinc rediit pars patroni. Memor nostri esse dignare, domine Papa.] hæc tamen ipse: quæ autem subobscurè hic de martyrum inuentione dicit, ad finem narrationis horum quæ de Rogationibus dicuntur, elucidabimus. Sic igitur S. Mamercum Sidonius interpellat, cum ingruentium Gothorum compressione ciuitas Aruernorum admodum laboraret: cuius occasione id emolumenti populus ille est consecutus, vt Rogationes accuratè ex Ecclesiasticæ disciplinæ præscripto frequentarent. Quales autè prius esse solerent, ab eodem auctore accipe ex epistola ad Aprum data, in qua post exordium ista leguntur:

In urbem tamen (ni fallimur) Rogationum contemplatione reuocare: quantum vobis solemnitate primus Mamercus pater & Pontifex reuerendissimo exemplo, vtilissimo experimento inuenit, instituit, inuexit. Erant quidem prius (quod salua fidei pace sit dictum) vagæ, tepentes, infrequentesque, atque (sic dixeris) oscitabundæ supplicationes, quæ sæpe interpellantium prandiorum obicibus hebetabantur, maxime aut imbres, aut serenitatem deprecaturæ: ad quas (nihil amplius dicam) figulo pariter atque horculano non oportuit conuenire. In his autem, quas supra factus sacerdos & protulit pariter & contulit, ieiunatur, oratur, psallitur, fletur. Ad hæc te festa ceruicium humiliatarum, consternatorum * ciuium suspiriosa contubernia peto. Et si spirituales animum tuum bene metior, modò citus venies, quòd non ad epulas, sed ad lacrymas inuitaris.] hæc tempore Rogationum ad amicum Sidonium.

Ceterum non Aruernos tantum populos, vel Gallos, sed Catholicam vniuersam Ecclesiam eiusmodi sacrum Rogationum vsum recepisse & quàm citissimè, testatur S. Auitus eiusdem Viennensis Ecclesiæ Episcopus, qui post Erychium succedentem S. Mamercus sedidit: nam in homilia iisdem Rogationum diebus habita, eius exordio ista præfatur: Currit quidem (inquit) tramite viali non per Gallias modò, sed per Orbem totum Rogationis obseruantie flumen irriguum.] Porro prima institutio, quando periculum illud ingruit, Paschale tempus fuit: verum ne iungerentur resurrectionis gaudijs luctus orantium & ieiunantium afflictatio, triduum illud est electum, quod sacrum præcedit festum Ascensionis, vt S. Auitus eadem explicat homilia, quæ etiam citatur à Gregorio Turonensi, inde petente narranda: historica veritatis auctoritatem. Nos verò melius reddere ex Sidonio iudicauimus, cuius tempore ea fieri cõtigerunt. Quod igitur ab Ecclesia Catholica antiquitus traditum, sed disciplina solutiohe cultu remissiori neglectum, S. Mamercus restituit & auctiori excoluit obseruantia, Gallicana est consecrata Ecclesia, atque alij longè lateque Catholici populi sunt amplexati. Aurelianense quidem Concilium, hoc eodem sæculo celebratum, his verbis Rogationum sanctiuit disciplinam:

Rogationes, id est, Litanias ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ita vt præmissum triduanum ieiunium, in Dominicæ Ascensionis solemnitate soluatur. Per quod triduum serui & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs vniuersa conueniat: Quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis vrantur.] hæc Patres. At de his consule à nobis dicta in Notationibus ad Romanum Martyrologium locupletius.

S. MAMERCVS QVAE SVOS ADMONBAT.

INVENTIO SS. MARTYRVM.

* tempore

Sidon. lib. 5. epist. 4.

COLLAPSA OLFM DISCIPLINA ROGATIONVM.

* & sceleratissimi

ROGATIONVM VSVS VBI QVIBDAM DIFFVSVS.

Extat. no. 7. Bibl. sancti. inter Aleim Auiti scripta.

Greg. Turon. lib. 2. c. 34.

Conc. Aurelian. c. 29.

Ad postremum verò quod spectat ad elucidationem eorum quæ à Sidonio ad S. Mamercum de inuentione sanctorum martyrum ad finem epistolæ subobscurè ponuntur, habes eadem verba Sidonij recitata, & palàm facta à Gregorio Turonensi in libello quem scripsit de miraculis S. Iuliani, vbi de reliquiis eorundem sanctorum martyrum Ferreoli & Iuliani eiusmodi orationem instituit, quæ rei gestæ huius temporis habet historiam de martyrum inuentione. ait enim^a: Quodam tempore, dum ad occursum beati Nicetij Antistitis vsque Lugdunum processissem, libuit animo non aliter, nisi orationis causa Viennam adire, & præcipue sepulchrum vilitate Ferreoli martyris gloriosi: in federat enim mēti propter antiquam dilectionem eorum, me sic esse eius alumnum, vt Iuliani. Denique oratione facta, erigo oculorum aciem ad tribunal, conspicioque in eo versiculos hoc modo conscriptos:

^a Greg. Turon. de mirac. S. Iuliani c. 1. CAPUT XLV. IULIANI CVM CORPORS. FERREOLI.

Heroes Christi geminos hæc continet aula, Iulianum capite, corpore Ferreolum.

NOVA BASILICA A MAMERCO RECTA.

Cum hæc legens, ædituum consulere, cur hæc scripta sic fuerint: respondit: Basilica sancti martyris Ferreoli super ipsum Rhodani litus ab antiquis fuerat collocata. Denique cum impulsante violentia ampis, porticus quæ ab ea parte erat collocata, corrueret: prouidus sacerdos Mamercus nomine, qui tunc Viennensem regebat Ecclesiam, ruinam futuram præueniens, aliam basilicam eleganti opere, & in ipsa mensura sagaci intentione construxit, illuc sancti martyris transferre cupiens corpus. Aduenit autem ad hoc opus Abbatum & monachorum magnus numerus: vigilataque nocte, accepto sarculo, fodere cœperunt. Cumque in profundo descenderent, tria sepulchra reperiunt, ac confestim supor mentes spectantium inuadit. Nec quisquam erat certus, quinam esset beati martyris tumulus. Igitur cum starent omnes in hebetate mentis attoniti: inspirante (vt credo) Diuinitate, vnus ex circumstantibus exclamat, dicens: Antiquitus referri solitum erat, & celebri per populos sermone vulgatum, caput Iuliani confessoris in sepulchro retineri martyris Ferreoli. sic opertorio amoto, vnusquisque consideretur; & sic potest, quæ sunt membra Ferreoli martyris, protinus inueniri.

INVENTIO S. MARTYRVM.

Hæc audiens sacerdos, cunctos iubet in oratione prosterni. Qua impleta, procedit ad tumulos: detectisque duobus, singulos in his quiescentes inuenit viros. Cumque aperuisset & tertium, inuenit in eo virum iacentem illæso corpore, integro vestimento, qui deciso capite, caput amplexus aliud brachio detinebat: erat enim ac si nuper sepultus, neque pallore faciei demutatus, neque capillorum decisione turpatus, neque vlla putredine resolutus, sed ita integer & illæsus, vt putares eum adhuc sopore corporeo detineri. Tunc Antistes gaudio magno repletus, ait: Hoc esse cadauer Ferreoli, hoc esse caput Iuliani martyris, dubium non habetur. Tunc cum magno psalterio plaudente populo, in loco vbi nunc est, adoratur, Domino annuente. Hæc autem, vt ad sepulchrum martyris ab ipso ædituo cognoui, fideliter retuli. Præbet autem huic operi testimonium Sollius (Sidonius scilicet) noster ipsi Mamercus scribens his verbis: Tibi soli concessa est in parte orbis Occidui martyris Ferreoli solida translatio, adiecto nostri capite Iuliani. Vnde pro compensatione deposcimus, vt nobis inde veniat pars patrocinij, quia vobis hinc rediit pars patroni.] hæc Gregorius: alludereque Sidonium^b superius docet, quod Iulianus martyr Aruernensis fuerit, cuius verò Viennensis; qui fugiens apud Aruernos, ab insequentibus persecutoribus deprehensus, capite truncatus est: cum ad ostentandam martyris eadem carnifex caput Viennam, vnde venerat, festinè retulit, quod vendicatum atque redemptum à piis, cum sancto Ferreolo æquè martyre mandatum est sepultura. Porro quot quantisque miraculis veluti diuinæ lucis fulgoribus illustratus fuerit in suis reliquiis idem sanctus martyr Iulianus, habes volumen quinquaginta capitibus accuratè descriptum ab ipso Gregorio Turonensi. At de martyribus hæctenus.

STATUS ECCLESIAE GALLICANAE.

Certè quidem Aruernensem populum vnà cum sacerdote de grægis sui cura sollicito supplicante à Deo exauditum fuisse, exitus declarauit; cum numquam (vt dictum est) valuerit ciuitas ab hostibus capi, licet tandem inter iniquas initas pacis cōditiones posita fuerit eiusdem ciuitatis deditio. Sed quid de statu totius reliquæ Ecclesiæ Gallicanæ? Licet remanserint silentio scriptorum, vel potius monumentorum amissione satis obscura: liquet tamen ipsas triplicis generis barbarorum assidue pressas esse dira tyrannide. Verum quod neq; Burgundiones, neque Franchi vllum facefferent pietati negotium, tolerabiliores videri poterat. Sed Euarici Gothorum Regis Catholicam religionem insequentis iugum importabile videbatur. Perfidus enim barbarus (vt ex Sidonio audies) haud minus quam regnum curabat propagare

A propagare perfidiam, Arianamque hæresim, quam semper Galliæ instar veneni penitus respuissent, Gallis propinare fategit. Quænam autem per eum dira clades Gallicanis Ecclesiis, quæ sub eius ditione positæ erant, illata fuerit, in medium adducamus. Suppetit nobis in tanta rerum obscuritate veluti accensas faces suis litteris Sidonius Apollinaris ea potissimum epistola, quam ad Basilium scripsit, dum ille pro concilianda cum Euarico concordia legatione publica fungeretur; petens ab eo, vt memor esset in scedere faciundo Catholicæ pietatis, vt in posterum bene consultum esset afflictatis Ecclesiis & fidei barbarico furore depresso. Epistola autem sic se habet^a:

^a Sidon. lib. 7. epist. 6. SIDONII EPISTOLA AD BASILIVM.

Sunt nobis munere Dei, nouo nostrorum temporum exemplo, amicitiarum vetera iura; diuque est quod inuicem diligimus ex æquo: Porro autem quod ad communem conscientiam pertinet, tu patronus: quamquã hoc ipsum præsumptuosè arrogatè loquar. Namque iniquitas mea tanta est, vt mederi de lapsuum eius assiduitate vix etiam tuæ supplicationis efficacia queat. Igitur quia mihi es quàm parrocino, tam dilectione bis dominus, pariter & quod memini probè quo polleas igne sensuum, fonte verborum, qui viderim Modaharium ciuem Gothum Arianæ hæreseos iacula vibrantem, quo tu spiritualium testimoniorum mucrone confoderis: seruata ceterorum tam reuerentia quàm pace Pontificum: non iniuria tibi desseo^{*}, qualiter Ecclesiasticas caulas istius aëris lupus, qui peccatis pereuntium saginatur animarum, clandestino morsu necdum intellecti dente arodat.

Namque hostis antiquus quo facilius insultet balatibus ouium destitutarum, prius dormitantum incipit ceruicibus imminere pastorum. Neque ego ita mei meminens non sum, vt nequaquam me hunc esse reminiscar, quem longis adhuc abluenda fletibus conscientia premat: cuius stercora tamen (sub ope Christi) quandoque mysticis orationum tuarum rastrois eruderantur. Sed quoniam supereminet priuati reatus verecundiam publica salus; non verebor, etsi carpat zelum in me fidei sinister interpret, sub vanitatis inuidia causam prodere veritatis. Euarix Rex Gothorum quod limitem regni sui, rupto dissolutoq; scedere antiquo, vel tutatur armorum iure, vel promouet; nec nobis peccatoribus hæc accusare, nec vobis sanctis hæc discutere permillum est. Quin potius si requiras, ordinis res est, & vt diues hic purpura byssoque veletur, & Lazarus hic vlcibus & paupertate feriat: Ordinis res est, vt (dum in hac allegoria versamur) Ægyptius Pharaon incedat cum diademate, Israëlita cum cophino: Ordinis res est, vt dum in hac figurata Babylonis fornace decoquimur, nos cum Hieremia spiritualem Hierusalem suspiriosis plangamus vlulatus; & Assur fastu regio tonans, Sanctorum sancta proculcet. Quibus præsentium ego futurarumque beatitudinum vicissitudinibus inspectis, communia patientius incommoda fero: Primum, quod mihi quæ merear introspectenti, quæcumque aduersa prouenerint, leuiora reputabuntur: dein, quod certum scio, maximum esse medium interioris hominis, si in hac area mundi variis passionum flagellis trituratur exterior.

* desero

DE IVDICIA OCCULTATA, SED ORDINATA.

Sed, quod fatendum est, præfatum Regem Gothorum, quamquam sit ob virium merita terribilis, non tam Romanis mœnibus, quàm legibus Christianis insidiaturum pauesco: Tantum (vt ferunt) ori, tantum pectori suo, Catholici intuitio nominis acer^{*}, vt ambigas, amplius ne suæ gentis, an suæ sectæ teneat principatum. Ad hoc, armis potens, acer animis, alacer annis, hunc solitum patitur errorem, quod putat sibi tractatum consiliorumque successum tribui pro religione legitima, quem potius assequitur pro felicitate terrena.

DE EVARICO REO PER SECVTORE. * accitit

Propter quod discite citò Catholici status valetudinem occultam, vt apertam festinetis adhibere medicinam: Burdegala, Petrogorij, Ruteni, Lemouices, Gabalitani, Helufani, Vafates, Conuenæ, Aufcenses, multoque iam maior numerus ciuitatum (summis sacerdotibus ipsorum morte truncatis, nec vllis deinceps Episcopis in defunctorum officia suffectis, per quos vtiq; minorum ordinum ministeria subrogabantur) latum spiritualis ruinæ limitem traxit, quem ferè constat sic per singulos dies morientium Patrum proficere defectu^{*}, vt non solum quoslibet hæreticos præsentem, verum etiam hæresiarchas priorum temporum potuerit inuictare: ita populos excessu Pontificum orbatos, tristis interitæ fidei desperatio premit, nulla in desolatis cura diocesibus parochiisque.

* suffectu

Videas in Ecclesiis aut putres culminum lapsus, aut valuarum cardinibus auulsis, basilicarum aditus hispidorū veprium fraticibus obstructos. Ipsa (proh dolor!) videas armenta non modò semipotentibus iacere vestibulis, sed etiam verbosa viridantium altarium latera depasci. Sed iam nec per rusticas solum solitudo parochias, ipsa insuper vrbicularum ecclesiarum conuenticula rarefcunt. Quid enim Fidolibus solatij superest, quando clericalis non

MISERANDA ECCLESIA RVM SOLITUDO.

modò disciplina, verùm etiam memoria perit? Equidem cùm clericus quisque defungitur, A si benedictione succidua non accipiat dignitatis heredem, in illa ecclesia sacerdotium moritur, non sacerdos. Atque ita quid spei restare pronuncies, vbi facit terminus hominis finem religionis? Altius inspice spiritualium membrorum damna: profectò intelligeris, quanti subripiuntur Episcopi, tantorum nobis populorum fidem periclitaturam.

Taceo vestros Crocum, Simpliciumque collegas, quos cathedris sibi traditis eliminatos, simili exilij cruciat pœna dissimilis. Namque vnus ipsorum se dolet non videre quò redeat: alter se dolet videre quò non redit. Tu sacratissimorum Pontificum Leontij, Fausti, Græci, vrbe, ordine, charitate medius inueniris: per vos mala fœderum currunt: per vos regni vtriusque pacta conditionesque portantur. Agite quatenus hæc sit amicitia, concordia principalis: vt Episcopali ordinatione præmissa, populos Galliarum, quos limes Gothica fortis incluserit, teneamus ex fide, si non tenemus ex fœdere. Memor nostri esse digna- B re, domine Papa.]

Meminit huius epistolæ Sidonij ad Basilium etiam Gregorius Turonensis, cùm eadem huius temporis Ecclesiarum in Galliis narrat his verbis: Huius tempore, nempe S. Patientis Lugdunensis Episcopi, Euarix Rex Gothorum excedens Hispanum litem, grauem in Galliis super Christianos intulit persecutionem. Truncabat passim peruersitati suæ non consentientes, clericos carceribus subiciebat: sacerdotes verò alios dabat exilio, alios trucidabat: nam & ipsos sacrorum templorum aditus spinis iusserat obserari, scilicet vt raritas ingrediendi obliuionem faceret fidei. Maximè tunc Nouempopulanæ, geminæque Germaniæ vrbes hac tempestate depastæ sunt. Extat hodie quoque & pro hac causa ad Basilium Episcopum nobilis Sidonij ipsius epistola, quæ hæc ita loquitur. Sed persecutor non post multum vltione diuina percussus interiit. hæc Gregorius. Num verò sancita sit per Basili- C lum legatum pax inter Romanos & Gothos, nullus est qui affirmet. Quod autem pertinet ad Simplicium Episcopum vnà cum Croco Antistite exule: mentio est apud eundem Sidonium in concione habita in electione Simplicij, ipsum iam antè in carcerem cõiectum, fuisse diuinitus liberatum. sunt hæc eius verba: Postremò (inquit) iste est ille, carissimi, cui in tenebris ergastularibus cõstituto multipliciter obserata barbarici carceris diuinitus claustra patuerunt. hæc Sidonius, rem sui magnitudine notam, scientibus, paucis attingens potiùs, quàm narrans. Qui igitur ante Episcopatum adeò egregium summæ sanctitudinis specimen edidit, iam ad Episcopatum euectus, maiori quoque atrollitur virtutum fastigio, quibus dignus factus sit iterata confessione duplicem promerere coronam, alteram carceris tenebris illustratam, exilij alteram pœna conspicuam.

At verò tot tantisque ærumnis Ecclesiæ Gallicanæ ad malorum culmen accessit ingens D penuria, cuius Gelasius Papa meminit in Andronicum scribens: sed Sidonius de ea pluribus agit, cùm S. Patientis Lugdunensis Episcopi effusam erga pauperes largitatem commendat. Magna planè Dei protidentia factum est, vt inter tot tantaque flagella eodem tempore claruerint in Gallia viri mirificæ sanctitatis, & inter alios nobilis Ecclesiæ Lugdunensis tunc consecuta fuerit magnum pastorem illum S. Patientem Antistitem exemplar perfectissimi sacerdotis, cui dedit Deus vt apud barbarum Regem & Arianum hominem gratiam inueniret. Tanta enim debentur virtutibus præmia, vt etiam hostes ad sui venerationem compellant. Factumque est magno quidem miraculo, vt qui respuisset Rex superbissimus cum Romano Imperatore fœdus inire, Patienti tamen Episcopo sese veneratione subiiceret. Quantum igitur hac libertate sanctissimus Præsul benè vsus profuerit afflictatis Catholicis atque deualtatis Gothico furore Galliarum Ecclesiis, ex epistola discas Sidonij E Apollinaris, quam etiam citat Gregorius Turonensis, vt eam legendi iniiciat desiderium: sit enim se habet:

Aliquis aliquem, laudet scilicet: Ego illum præcipuè puto suo viuere bono, qui viuere alieno; quique Fidelium calamitates, indigentiumque miseratus, facit in terris opera cælorum. Quorsum ista hæc: inquis. Te sententia quàm maximè, Papa beatissime, petit, cui non sufficit illis tantùm necessitatibus opem ferre, quas noueris, quique vsque in extremos terminos Galliarum charitatis indage porrecta, prius soles indigentium respicere causas, quàm inspicere personas. Nullius obest tenuitati debilitati que, si te expetere non possit: Nam præuenis manibus illum, qui non valuerit ad te pedibus peruenire. Transit in alienas prouincias vigilantia tua, & in hoc curæ tuæ latitudo diffunditur, vt longè positorum consoletur angustias: & hinc fuit, vt quia crebrò te non minus absentum verecundia, quàm præsentum querimo-

EXILIIA EPISCOPO- RVM.

Greg. Turon. lib. 2. c. 25. CLADES GALLIC. ECCLESIVB EVARICO.

EVARICVS REX REVERITVSS PATIENTEM EPISC. LVGDVN.

Greg. Turon. lib. 2. c. 24. Sidon. lib. 6. epist. 12. DE MVNIFICENTIA LAR- GIPATE S. PATIENTIS.

A querimonia mouet, saepe terferis eorum lacrymas, quorum oculos non vidisti. Omitto illa, quæ quotidie propter defectionem ciuium pauperatorum, irrequietis toleras excubiis, precibus, expensis. Omitto te tali semper temperamento, sic semper humanum, sic abstemium iudicari, vt constet indefinenter Regem præsentem prandia tua, Reginam laudare ieiunia. Omitto te tanto cultu Ecclesiam tibi creditam conuenustare, vt dubitet inspector, melius ne noua opera confurgant, an vetusta reparentur. Omitto per te plurimis locis basilicarum fundamenta confurgere, ornamenta duplicari.

Cumque multa in statu fidei tuis dispositionibus augeantur, solùm hæreticorum numerum minui, teque quodam venatu Apostolico feras Photinianorum mentes spiritualium prædicationum casibus implicare, atque à tuo barbaros iam sequaces, quotiens conuincuntur verbo, non exire vestigio, donec eos à profundo gurgite erroris felicissimus animarum piscator extraxeris. At horum aliqua tamen cum reliquis forsitan communicanda collegis: illud autem deberi tibi quodam (vt Iuriconsulti dicunt) præcipuo titulo, nec tuus poterit ire pudor inficias quòd post Gothicam depopulationem, post segetes inuidiosas absumptas, peculiari sumptu inopiæ communi per desolatas Gallias gratuita frumenta misisti, cùm tabescentibus fame populis nimium contulisses, si commercio fuisset species ista, non munere. Vidimus angustas tuis frugibus vias: vidimus per Araris & Rhodani ripas, non vnum quod vnus impleueras, horreum. Fabularum cedant signa Gentilium. Ille quasi in cælum relatus pro reperta spicarum nouitate Triptolemus, quem Græcia sua cæmentariis, pictoribus, significibusque illustris, sacrauit templis, formauit statuis, effigiauit imaginibus: Illud dubia fama conciliat per rudes adhuc & Dodonigenas populos duabus vagum nauibus, quibus potæa deinceps formam draconum deputauerint ignotam contulisse fementem: Tu (vt de mediterranea taceam largitate) victum ciuitatibus Tyrreni maris erogaturus, granariis potiùs duo tuis flumina, quàm duo nauigia complesti. Sed si forte Achæicis Eleusinae superstitionis exemplis, tamquam minus idoneis, religiosus laudatus offenditur: seposita mystici intellectus reuerentia, venerabilis patriarchæ Ioseph historiam comparemus, qui contra sterilitatem septem vberes annos infecuturam, facillè prouidit remedium, quod præuidit. Secundùm tamen moralem sententiam nihil iudicio meo minor est, qui in superueniente simili necessitate non diuinat, & subuenit.

Quapropter etsi ad integrum conicere non possum, quantas tibi gratias Arelatenses, Regienles, Aueniocus, Arausionensis quoque, & Albensis, Valentiniæque necnon & Tricastinae vrbs professor exoluat, quia difficile est eorum ex asse vota metiri, quibus noueris alimoniam sine asse collatam: Aruerni tamen oppidi ego nomine vberes perquam gratias ago; cui vt succurrere meditare, non te communitio prouinciæ, non proximitas ciuitatis, non opportunitas fluuij, non oblatio pretij adduxit. Itaque ingentes per me referunt grates, quibus obigit per panis tui abundantiam ad sui sufficientiam peruenire. Igitur si mandati officij munia satis videor explese, ex legato nuncius ero. Ilicet scias volo, per omnem fertur Aquitaniam gloria tua: amaris, laudaris, desideraris, excoleris omnium pectoribus, omnium votis. Inter hæc temporum mala, bonus sacerdos, bonus pater: bonus es, quibus operæpretium fuit, fieri famem suam periculo, si aliter esse non poterat tua largitas experimento. Memor nostri esse dignare, domine Papa.]

Commendatur in eadem Galliarum inopia liberalitas Ecdicij viri clarissimi (de quo plura superius) cognati eiusdem Sidonij Apollinaris, de eo enim ista Gregorius habet: Sed tempore Sidonij Episcopi magna Burgundiam fames oppressit. Cumque populi per diuersas regiones dispergerentur, nec esset vllus qui alimoniam pauperibus largiretur: Ecdicius quidam ex Senatoribus huius Sidonij propinquus magnam tunc rem in Deo confisus fecisse perhibetur: Nam inualecente fame, misit pueros suos cum equis & plaustris per vicinas sibi ciuitates, vt eos qui hac inopia vexabantur, sibi adducerent. At illi euntes, cunctos pauperes, quotquot inuenire potuerunt, adduxerunt ad domos eius: ibique eos per omne tempus sterilitatis pascens, ab interitu famis exemit. Fueruntque (vt multi aiunt) plusquam quatuor millia promiscui sexus. Adueniente autem vbertate, ordinata iterum euectione, vnumquemque in locum suum restituit. Post quorum discessum vox è cælo ad eum lapsa peruenit: Ecdici, Ecdici, quia fecisti rem hanc, tibi & femini tuo panis non deerit in sempiternum, eo quòd obedieris verbis meis, & famem meam refectioe pauperum satiaueris. Quem Ecdicium miræ velocitatis fuisse multi commemorant: Nam quadam vice multitudinem Gothorum cum decem viris fugasse perscribitur.] hæc Gregorius. Sed quòd- nam

HÆRETI- CI CON- VERSI AD FIDEM A S. PATIENTE.

Genes. 41.

CIVITATES SVBLEVA- TAE A S. PATIENTE.

Greg. Turon. lib. 2. c. 24. ECDICIVS SENATOR PAUPERVM NVTRITOR.

CHRISTI
475.

SIMPLICII PAP.
8.

ZENONIS 2.
AVGVSTVLVS IMPP.

nam fuerit huiusmodi ab Eedicio adeo præclarum bellicæ virtutis editum specimen, suo loco superius dictum est.

^a Eugip. in
Vit. S. Seueri.
c. 17. in.
DECIMA-
RUM SOLV-
TIONE
CONSUL-
TVR FRV-
GVN CO-
PIAL.

Quæ Gallias vexavit dira fames, æquè afflixit Rætios, Noricos, & alios Boreales populos his finitimos: sed quomodo per sanctum Seuerinum fuerit propulsata hortando populum ad decimarum solutionem, Eugipius^a ita narrat, vbi ante retulisset de his qui cum decimas offerre neglexissent, secundum prædictionem eiusdem viri Dei ab hostibus grauitè vexati fuerunt: Ciues quoque (inquit) ex oppido Lauriaco, crebra quondam sancti Seuerini exhortatione commouiti licet, frugum decimas pauperibus offerre distulerant. Quibus fame constrictis, iam maturitate messium flauescente, vicina subsidia monstrabantur. At vbi rubiginis improuisa corruptio frugibus nocitura comparauit, mox ad ipsum conuenire prostrati, pœnas suæ contumaciæ consistentes. Miles verò Christi Seuerinus fessos verbis spiritualibus alleuabat, dicens: Si decimas obtulissetis pauperibus, non solum a terrena mercede frueremini, verum etiam commodis possidetis abundare presentibus: sed quia culpam propria confessione castigatis, de Domini pietate polliceor, quod rubigo presentis temporis tam valida, penitus non nocebit, tantum fidés vestra ulterius non vacillet. Verum ciues ad persoluendas decimas hæc promissio reddidit promptiores. Tunc, vt solebat, hortatus est iudici ieiunium. Quo expleto, placidus imber desperatæ messis amputauit incommoda.] hætenus de his Eugipius, qui harum rerum præfens fuit inspector, inhærens viro sancto discipulus. At de penuria huius temporis satis.

TIMOTHEVS
EXILIO IL-
BERATVS
AVDACIO-
RA PRÆ-
SVMIT.

Quod verò ad Orientalis Ecclesiæ statum pertinet, pessimè ille quidem se habuit: siquidem nefarius & sacrilegus parricida inuasor sedis Alexandrinæ Timotheus (de quo plura superius dicta sunt) cum per suos Eutythianos exilij liberationem obtinisset, quo damnatus fuerat à Leone Imperatore; vehementiori furore succensus, quem in exilij solitudine aluerat, & maioribus auxerat incrementis, reuertitur Alexandriam fretus fiducia hæreticorum Dioscori memoriam adhuc honoribus prosequentium; atque Timotheum iam subrogatum Catholicum Antistitem è sede remouet; à quo inuito licet extorsit nominationem Dioscori, aliter occidendo vt Proterius, nisi ipse tyrannicè mortem intentanti obtemperasset. Sic igitur exploso Orthodoxo Timotheo, Timotheus item nomine sedem illius inuadit apostata, sedetque in sacratissimo Marci throno portentosum idolum, longè superans quotquot monstra olim coluisset Ægyptus. Quæ verò in Orthodoxos omnes nomen Dioscori execrantes potitus iam summa rerum crudelis debachator admiserit, facilius est cuique cogitare, quàm scribere. Illud satis ad nefarij hominis indicandam infrenem cum potestate iunctam audaciam, arctam sibi visam Alexandriam esse aream, & vniuersam Ægyptum exiguum esse campum ad impietatis exercendam palæstram, & ostentandam in scena perfidiam: Quamobrem consilium iniiit Constantinopolim veniendi, vbi sciret se Comitum Eutythianorum pollere collegio, & Imperatoris fauore fulciri.

TIMOTHEVS
VENIT CON-
STANTINO-
POLIM.

^b Mat. 21.

Adnauigat igitur hoc item anno Constantinopolim, regiamque homo ventosus ciuitatem ingreditur pompa triumphi. Etenim veluti fidei Catholicæ defensori, hæresum expugnatori, & gloriam captanti ex his quæ exul passus erat (vt iactabat) pro fide confessor, & quæ aduersus alios egisset ceu vindex religionis offensæ, occurrunt ei atque concurrunt Eutythiani omnes ouantes, & faustis vocibus acclamantes illud Dauidicum sacrum carmen, quo pueri Hebræorum^b ingredientem Hierosolymam profecuti sunt Dominum, dicentes: Benedictus qui venit in nomine Domini.] Talibus namque exceptus est canticis Constantinopoli nefandus hæreticus & conspersus sanguine necati Pontificis parricida, qualibus nec Magnus Athanasius post tot de seruata Catholica fide, deuictis hæreticis Imperatoribus, erecta trophæa, fuerit honoratus.

Hæc quidem haud mediocrem inusserunt notam Zenoni Imperatori, ante cuius oculos ista fiebant: adeo vt (etsi dici Catholicus, tantoque ornari titulo cupiebat) vehementi valde suspitione laboraret occultæ cum Eutythianis hæreticis societatis, qua semper antea haud mediocriter aspersus fuerat ob susceptum improbi Petri Fullonis patrociniū. Quod verò palam Zeno non proderet quam alebat impietatem, ius imperandi coërcuit: nimirum quod sciret maximam ciuium partem, necnon prouinciales feruè omnes fidei studere Catholicæ. quamobrem licet Timotheus eiusmodi fuisset plausu Eutythianorum exceptus, tumultuante populo Orthodoxo, & resistentibus clericis atq; monachis, haud valuit cuncta quæ mente conceperat adimplere. Profuit tamen ista turbatio, quod complures Eutythiani,

CHRISTI
475.

SIMPLICII PAP.
8.

ZENONIS 2.
AVGVSTVLVS IMPP.

A chiani, qui hætenus sub Catholico nomine inter Catholicos latuissent, adiungentes se mox Timotheo, quales essent, detecti, perspicuè apparuerint, prout testatur Simplicius Papa in litteris ad presbyteros Constantinopolitanos, de quibus suo loco dicemus. Sed quid præterea petulans & dolosus hæreticus? vafro quidem consilio aggreditur Zenonem Imperatorem non quasi ipse iniuriam intulisset, sed potius passus esset: atque vt videretur bonam causam fouere, instantibus precibus agere cepit, vt iuberet œcumenicam Synodum cogi. id quidem litteræ itidem Simplicij Papæ ad Acacium postea datæ declarant, necnon quæ ab eodem ad Zenonem sunt scriptæ.

Enituit tunc præsertim clericorum atque monachorum summa animi in resistendo Timotheo constantia. Etenim cum quæreret ipse cum suis aliquam occupare basilicam, omnes eodem ferme momento fuerunt ab iis oclusæ atque defensæ. Verum ille serpentis instar exclusus vndique, foraminum latibula ad synaxes agendas captare studuit: in priuatorum namque domibus sectarios suos colligere frequentabat. Quod indigno ferentes animo presbyteri atque Archimandritæ Constantinopoli degentes, vt tot tantisque malis consulerent, ad vnicum & consuetum remedium se conuertunt: At quodnam istud: illud quidem, quod etsi non præsentaneum, efficacissimum tamen esse scirent; nimirum vt legationem mitterent ad Romanæ sedis Antistitem, quem scirent pastoralis regimine cunctis esse præfectum Ecclesiis. præstiterant olim istud ipsum, cum ibidem Constantinopoli hæresis Nestoriana esset oborta, atque rursus iterum cum postea ingrueret hæresis Eutythiana, multosque seduceret. Sic igitur delecto viro frugi Epiphanio, eidem ad Romanum Pontificem legationem decernunt; cui litteris significant quanta Timotheus homo nefarius recens scelera Alexandriæ admisisset, & quæ summa audacia Constantinopoli perentasset.

ARCHI-
MANDRI-
TÆ LEGA-
TIONEM
MITTUNT
AD ROM.
PONT.

LEGATIO
EPIPHAN-
II AD
ROM. PONT.

Epiphanius igitur acceptis epistolis à presbyteris & Archimandritis, pluribus detentis in via impedimentis, non nisi ad finem anni huius Romam peruenit. At illud quidem magnam Simplicio Papæ admirationem attulit, quod Acacius, cuius muneris erat aduersus inuadentem gregem lupum consurgere, & clamoribus saltem propellere, redditus planè canis mutus non valens latrare, nihil penitus ad ipsum Simplicium scripserit: Tacuisse autem in gratiam Zenonis, idem Pontifex sensit, quod & scripsit in litteris redditis ad presbyteros & Archimandritas. Quid autem his acceptis Simplicius Papa præstiterit, litteræ ab eo scriptæ tum ad eosdem à quibus acceperat, & aliæ ad Zenonem Imperatorem, necnon & ad Acacium Constantinopolitanum Episcopum datæ declarant: quæ quod missæ esse reperiantur anni sequentis exordio, suo loco de illis agemus: ex quibus cuncta hæc quæ sunt de Timotheo dicta, breuiori compendio describuntur.

At non impunè ista reliquit Deus vindex Catholicæ pietatis, qui æqua lance pensata vindicta contra Zenonem eius æmulum concitauit, & aduersus vulpem Basiliscum immisit: passus est proditorem Zeno, qui fuit liberè agere hæreticum proditorem: Qui igitur ab exilio iuste damnatum Timotheum soluit, & Alexandriæ sedem alterius iterum inuadere inique permisit: pari cogitur interpestiue tyrannum, à quo priuatur Imperio: Qui demum non cohibuit hæreticum parricidam Constantinopolim ingredientem cum triumpho, passus est hostem, ipso fuga lapsa, Regiam occupantem. At hæc quidem diuinitus immissa vindicta haud diutius dilata est, sed peccatis exigentibus accelerata: quomodo autem id acciderit, sequenti anno dicturi sumus. Quod verò reliquum est huius anni Zenonis rerum gestarum: illud laudabiliter constitutione^a edita sanxit, vt quique Præfecti atque Iudices, post functionem muneris absolutam, quadraginta dierum spatio ibidem, vbi magistratum gesserant, commemorari deberent, reddituri de se omnibus exigentibus rationem.

ZENO IMP-
ERANTE
CVM DEGE-
RE HÆRET-
ICOS DAT
POENAS.

^a l. c. ut om-
nes Iudices.

Quod rursus ad Simplicium Papam pertinet: hoc ipso, nempe post Consulatum Leonis anno, Gaudentio Episcopo Ausiniensis Ecclesiæ, ob illicitas ordinationes ab eo habitas, ius ordinandi penitus abrogauit^b, proximo illud Episcopo delegans: & malè diuidentem redditus Ecclesiasticos, administratione prorsus interdixit, cum & more Ecclesiæ consueto oblationes ita partiendas esse præcepit, nempe vt ei ex his vna dumtaxat portio deberetur, vna itidem clero, duæ verò in ecclesiæ fabricam & in peregrinos ac pauperes erogarentur. Planè accidit vt nulla feruè alia Ecclesiastica sanctio adeo frequens vt ista, edita, iterata, & inculcata reperiat, & quæ minus, auaritia hominum resistente, seruata, custoditaq; esse noscatur: præter ista enim quæ de eiusmodi institutione sunt dicta, Gelasius qui post Felicem

^b Simpl. epi. 2.
GAUDEN-
TIO INTER-
DICTA OR-
DINATIONE.

Simplicij

CHRISTI 476. SIMPLICII PAP. 9. ZENONIS IMP. 3. ODOACR. REG. I.

Simplicij successorem fedit, eadem rursus ingerit atque repetit, & alij Romani Pontifices A iterarunt, vt pluribus suo loco dicemus.

GERASIMVS ANACHORITVS OBITUVS

Hoc eodem anno sub secundo Consulatu Zenonis Augusti migrasse ex hac vita magni nominis anachoretam Gerasimum, Cyrillus affirmat, cuiusque recenset præclarè res gestas, quarum aliquæ ab imprudente auctore sunt adscriptæ S. Hieronymo. tu ipsas consule apud diligentem & veritatis cultorem illorum temporum florentem historicum*. Iam verò ad sequentis anni res gestas transcamus.

IESV. CHRISTI 476. SIMPLICII PAP. 9. ZENONIS IMP. 3. ODOACR. REG. I.

Cassiod. in Chron.

Marcellin. in Chron.

ODOACER REGNAT IN ITALIA.

Eugip. in Vita S. Seueri. S. SPYRRIANI PRÆDICTIO DE TEMPORE REGIS ODOACRIS.

DE VINDICTA IN ROMANOS VINDICTA DE PROGRESSA.

Sidon. lib. 8. epist. 9.

Anno, qui sequitur, Christi quadringentesimo septuagesimo sexto, Basiliscus & Armarus creati sunt Consules, amboque in Oriente, quod Occidentale Imperium crebris concussionibus agitatam, iam ad proximum casum vacillans, nullum penitus dederit Fastis Consulem: Cum (vt inquit Cassiodorus b) sub Odoacre Orestes & frater eius Paulus extincti sunt. Rebellaucrunt isti à Nepote Augusto, & Augustulo Imperij habenas crediderant: ipse verò Augustulus in Lucullano Campaniæ prope Neapolim sito castello ab eodem Rege barbaro est relegatus, vt Marcellinus c testatur. sicq; Occidentale Imperium penitus collapsum est, & deuolutum ad barbaros. Habet Eugipius in epistola ad Paschasium, hoc tempore Primenium quemdam nobilem Italiæ presbyterum, quod plurimum diligeretur ab Oreste, ad eò vt veluti eius pater haberetur, illo occiso, ad Noricos confugisse, ponitumque ibi fuisse consortio viri sanctissimi Seuerini. Summam verò rerum consecutus Odoacer Rex Erulorum, cum extinctis aduersarijs Italiæ liberè dominaretur, modestè tamen tanta vsus est felicitate: etenim (vt Cassiodorus testatur in Chronico) à purpura, regalibus indumentis, atque à nomine Imperatoris abstinuit. Regnavit autem annos tredecim absolutos, & quartumdecimum inchoauit, vt S. Seuerinus olim prædixerat, de quo ista narrat Eugipius d: Dum memoratum Regem multi nobiles coram sancto viro humana (vt fieri solet) adulatione laudarent, interrogat quem Regem tantis præconijs prætulissent. Respondentibus illis, Odoacrem, inquit vir Dei: Odoacer integer erit inter tredecim & quatuordecim annos: videlicet regnum integrum significans.]

Ceterum iste (idem inquit Eugipius) potius iam Italia, sancto Seuerino familiares litteras direxit, rogans, vt quicquid ab eo vellet, peteret, memor illius præfagij, quo eum quondam prædixerat regnaturum. Quibus sanctus alloquij inuitatus, Ambrosium quemdam exilio damnatum iussit absolui. hæc ipse. Porro quod ad Ambrosium spectat, hunc illum esse putamus, qui post hæc (vt dicemus anno sequenti) se in Britanniam contulit, & magnis sumptis spiritibus rem egregiam aggressus, insulam illam oppressam à barbaris liberauit, sed de his suo loco. Quod rursus pertinet ad Odoacrem, illud planè memoria dignum est, nullum factum ab eo negotium rebus sacris, quantumlibet Arianus esset: conanti verò postea Arianismum in Urbem inferre, restitisse eidem magno animo Gelasium Papam, suo loco dicemus. Sed & multa petentibus Episcopis Orthodoxis eum dem Principem indulgisse, testatur Ennodius diaconus Ticinensis, qui dum res gestas sancti Epiphanijs eiusdem ciuitatis Episcopi narrat, de eodem ait, petisse ab Odoacre pro suis ciuibus quinquennium indulgentiæ tributorum, quæ Orestes tyrannica imposuerat potestate, obtinuisseque ipsum quæ ab eodem Odoacre petierat.

Vides à Deo immissum barbarum, qui pauperes sub intolerabili tributorum fasce depressos solueret. Hæc sunt planè quæ nouus ille huius sæculi Hieremias, Saluianus videlicet Massiliensis Episcopus, deplorauit, nimirum ob durum intolerabileque Romanorum dominium à Deo vltore euocatos ab extremis Orbis glacialis partibus Erulos maioribus haud ad eò cognitos; de quorum habitatione & vultus colore hæc habet Sidonius in Epistola ad Lampridium e:

Hæc glaucis Erulus genis vagatur

Imos Oceani colens recessus

Algofo prope concolor profundo.] Ex quibus planè intelligere valeas, ab

irato numine ignotos e longe euocatos barbaros ad cladem Imperij Occidentalis sub rege etiam

CHRISTI 476. SIMPLICII PAP. 9. ZENONIS IMP. 3. ODOACR. REG. I.

A ge etiam Ariano, qui tamen, si non fide Catholica, præstaret certè clementia, aliisque virtutibus Romanos emergentes novos tyrannos antecelleret.

Sed & vnde etiam ad tantam vindictam progressa sit ira Dei, audi Gelasium Papam in Andromachum ista scribentem a aduersus eos qui Lupercalia adhuc esse retinenda clamarent, quæ ipse Romæ à Christianis celebranda penitus interdixit: Ego (inquit) certè absol-uam conscientiam meam, ipsi videant qui iustis admonitionibus obedire neglexerint: quod etiam prædecessores meos forsitan fecisse non ambigo, & apud Imperiales aures hæc sum-mouenda tentasse: & quia auditos esse nõ constat, dum hæc mala hodie quoque perdurant; ideo hæc ipsa Imperia defecerunt, ideo etiam nomen Romanorum, non remotis etiam Lu-percalibus, vsque ad extrema quæque peruenit. & ideo ea nunc sum mouenda suadeo, &c.] hæc Gelasius: quibus planè Dei iustum iudicium comprobetur, ibi penitus Romanum Im-perium defecisse, vbi ad propagandam Romanam Rempublicam inuenta Lupercalia, post tot sæcula Christi regnantis, adhuc insano studio frequentarentur.

Quanta autem fuerit hoc anno illata clades Æmiliæ atque Tusciæ, ceterisque vicinis prouincijs, in quas primo impetu barbari grassati sunt, ex ipso itè Gelasio ista accipe b: Quid Tuscia, quid Æmilia, ceteraque prouinciæ, in quibus hominum penè nullus existit, vt bel-lica necessitate consumerentur? &c.] Funestissimum planè tempus omnibus luctum impla-cabilem afferens. Quis enim ad tantæ molis ruinam vicinus paries non quassatus? Quis tan-to Imperij Romani casu non æquè depressus est atque prostratus?

Ita quidem, si politicum statum consideres: sed maiori intelliges esse digna ploratu, si Christianæ religionis huius temporis damna perpendas. Videre namque est totum Christia-num orbem sub hæreticorum Principum dominio constitutum, nullumque penitus Catho-licum Regem alicui saltem exiguæ prouinciæ dominari. Etenim Italiam (vt dictum est) Rex Arianus dominio occupat: Gallias itidem Principes Burgundiones & Gothi idemque Ariani, & Franchi adhuc Gentiles partiti sunt: Hispaniæ pariter Gothos Arianos dominos patiuntur: Vniuersa Africa Gensericum dirum tyrannum, Arianumque persecutorem susti-ner: Vniuersum verò Orientale Imperium Zenonem Imperatorem Eutychianum hæreti-cum simulata perfidia bis iniquum experitur.

Quis hæc considerans, animum non despondens, consternatus penitus, marorem lacry-mis decoctum silentio deuoret, dum Ecclesiam vehementioribus vndique vndis propemò-dummersam intelligit? Sed manet terra celoque firmior diuina promissio, qua portas inferi, vim omnem satanicam aduersus eam minime præualitutam Dominus pollicitus est: Fre-mat igitur quantumuis pelagus, sequant venti, grandines increbrescant, explodantque nubes densa fulgura, insuper & deorsum euomant ignes inferi portæ, omnesque in eam rugiant vt feri leones ibi degentes demones: stabit tamen semper ouile Christi, & nauicula Petri inco-lumis apparet, in qua licet obdormire qui regit eam Dominus videatur, in tuto tamen res est, quòd sciamus omnipotentem ventos tandem eum fore increpaturum & mare.

Sed quo magis pauendus fuit huius temporis status, eo sollicitus ad auertenda immi-nentia vndique pericula, indefessa pastoralis sollicitudine Papa Simplicius laborauit. Etenim cum anno superiore ex relatione fidelissima monachorum Constantinopolitanæ Ecclesiæ accepisset (vt pluribus dictum est) Timotheum inuaforem scelestissimum Ecclesiæ Alexan-driæmersam ab exilio fuisse solutum, sed etiam liberè agere Constantinopoli, ac vires omnes pro hæresi propaganda insumere, fauente clanculo eidem Zenone ipso Imperatore: ad eundem Augustum tunc ipse Romano quidem Pontifice dignam huius anni exordio scripsit epistolam, prudenter dissimulans adscribere ipsi culpam, quem poenitentem vult perpetrati sceleris fieri destructorem. Quam tibi epistolam hic describendam curauimus, sic enim se habet d:

Zenoni Aug. Simplicius Episcopus. Cuperem quidem, quantum ad meæ spectat deuotionis arbitrium, qua Principes Christianos iugi veneratione suscipio, debita pietati ve-stræ continuis officia deferre colloquijs: Sed cum ad huius intentionis augmentum etiam sacra cura religionis accedat: ratio mihi negotij potioris incumbit, vt simul honorificen-tiam vobis prona mente persoluam, & causas fidei fidenter insinuem: quia me ad vtram-que vel dicata trahit clementiæ vestræ semper affectio, vel respectus ordinis mei & Aposto-lici moderaminis sollicitudo compellit.

Functus igitur, gloriosissime ac clementissime fili Imperator Auguste, munere salutanda, quæ in Ecclesijs Orientis per hæreticorum latrocina recidiua rursus dicuntur scanda-la con-

Extrat. to. 1. epist. Rom. Pontif.

Gelas. in Androm.

HEISERAN-DVS CHRIS-TIANAR REIPVBLICÆ STATVS.

Matt. 16.

Simpl. epist. 3. to. 1. epist. Rom. Pontif. SIMPLICII EPISCOPI AD ZENONEM IMP.

DE TIMO-THÆI M-EMEN-SIS SCELERA-TVS.

la concitari, nec deo silete, nec possum. Nam sicut in meam notitiam feruentium pro fi- de Catholica detulerunt scripta monachorum, comperi Timotheu parricidam, qui Aegyptiacae pridem vastator Ecclesiae, in morem Cain (vt lectio diuina testatur) eiectus a facie Dei, hoc est, Ecclesiae dignitate seclusus, etiam per desertum vagus, sceleratae conscientiae diu tormenta passurus in exilium proprii erroris abductus est, resumpris pristini furoris incendiis, conflasse nihilominus agmina perditorum, & Alexandriae urbis Ecclesiam, quam sacerdotali prius sanguine cruentauit, ipsum denuo nunc cruentum depulsione legitimi peruassisse Pontificis: vt cui illa relegationis humilitas iniicere debuerit, ex iis quae impie gesserat, aculeum poenitendi, nutriendi potius otia tribuisse videatur atrocioris insaniae: quo proculdubio Cain ipso longe detestabilior approbatur: Ille siquidem a perpetrato semel facinore damnatus abstinuit, hic profecit ad crimina maiora post poenam.

Nec eo tamen scelerum sine contentus, Constantinopolitanam insuper urbem, recti semper dogmatis amore flagrantem (ne quid intemeratum populator humanae salutis omittet) fertur audacter ingressus, & a suae confortibus prauitatis libenter audisse soli Christo debitam vocem, qua plane non in nomine Domini venire benedictus, sed diuini culminis vsurpator euidenter est monstratus Antichristus: qui cum etiam a communione Catholica tam laudabiliter esset exclusus, per quorundam priuatas domos, resperis humano sanguine manibus, non diuina sacrificia, sed sacrilegia celebrasse memoratur: in quo utique non est eius firmata susceptio, sed consociorum diuulgata proditio, cum eodem de illa iniquitatis sede, nisi respiciant, omnimode casuros, quam sicut diabolus pater eius, Altissimo similem se faciens, aeternam sibi perfidus construere non desinit ad ruinam.

Haec, venerabilis Imperator, cum horreat animus vel a tanto gladiatore fuisse tentata: maximo tamen (fateor) stupore detineor, sub vestrae pietatis aspectibus potuisse committi. Quis enim deuotam semper Deo elementiae vestrae mentem, & Orthodoxis deditam regulis aut ignoret, aut ambigat? quippe qui supernae dispositionis prouidentia, sicut pro vitilitate publica Augustae memoriae Marciani pariter & Leonis eruditi virtutibus, sic coram suis etiam ad Catholicam veritatem sensibus instituti, nec cuiquam omnino sit dubium, pietatem tuam illorum esse fidei sequacem, quorum es successor Imperij. Quae cum de vestrae tranquillitatis animo certa ab omnibus teneantur & fixa, abut vt temporibus vestris, diuini cultus integritas, & antiquitus roborata fidei Catholicae putetur interpellanda sinceritas.

Respicite, quae ad diuina beneficia, quae sint vobis collata, perpendite: atque vt haec prospera valeant permanere, propitiandum esse censete auctorem muneris, non laedendum. Inter quolibet enim occupationes publicas a religioso Principe magnopere procurandum est, quod eius protegit principatum: & praeferenda cunctis rebus est caelestis obseruantiae reuerentia, sine qua recta nulla consistunt. Supperunt assatim clementiae tuae (si in Palatii sui requiri mandet Archiuis) cum nostrorum coeuentium definitione maiorum documenta copiosa. Neque enim conscientiam vestram latere credendum est, quae per cunctas prouincias Orientis ex Imperij vestri arce diffusa sunt, illa scilicet, quae vel ad Augustae memoriae Marciani nihilominus & Leonis, vel ad Chalcedonenis Concilij beatae recordationis praedecessor meus Leo consulta direxit: quibus ita plane ac dilucide sacramentum Dominicae incarnationis exposuit, vt non modo Catholicus, sed ne Christianus quidem valeat nuncupari, quisquis illic redemptionis suae causas non euidenter agnoscat.

Certe vt facilis vobis necessaria non desit instructio, earumdem exemplaria litterarum ad fratrem & Coepiscopum nostrum Acacium misi vestris sensibus offerenda. Haec igitur pietas tua recensere dignetur, vel quae totius Orientis Episcopi de huius praedicationis consensione rescripserint: aspiciet profecto examinata diligenter & veraciter promulgata, atque ideo pestiferae falsitatis ambagibus nequaquam debere pulsari. Quia re vera quae de Scripturarum fonte purissimo sincera perspicuaque manarunt, nullis agitari nebulosae veritatis poterunt argumentis. Perstat enim in successoribus suis haec & eadem Apostolica norma doctrinae, cui Dominus totius curam ouilis iniunxit, cui se vsque ad finem saeculi minime desuturum, cui porras inferi numquam praeualituras esse promisit, cuius sententia quae ligarentur in terris, solui testatus est non posse nec in caelo.

Quapropter clementiam vestram, cui mea vice propensius frater & Coepiscopus meus Acacius supplicabit, precor atque obsecro, vt imitatores facti tantorum & talium praedecessorum, nefandae praesumptionis operarios Catholico peccatore respuentes, regia censuratae

Genes. 4.

IMITANDA PROPOSITIO EXEMPLA LEONIS ET MARCIANI IMP.

CVRARE SVDEI ZENONEM EPISTOLA S. LEONIS.

Mat. 16.

A seatis potestate cohiberi. Quisquis (sicut praedixit Apostolus) prater quam accepimus, seminare molitur, anathema sit. Nullus ad aures vestras perniciosis mentibus surrependi pandatur accessus: nulla retrahendi quippiam de veteribus constitutis fiducia concedatur. Quia (sicut saepius iterandum est) quod Apostolicis manibus cum Ecclesiae vniuersalis assensu acie meruit Euangelicae falcis abscindi, vigorem sumere non potest renascendi, nec in Dominicae vitis fructuam valet redire propaginem, quod igni deputatum constat aeterno.

Si haeresum denique machinamenta cunctarum Ecclesiasticis prostrata decretis numquam sinuntur oppugnatione elisa reparari certamina: ante omnia autem quae, vt beati Marci Euangelista sedes (Alexandrinam loquor Ecclesiam) a cruentissimi praedonis incubatione liberata, Catholico reformetur Antistiti, libertatemque suam pariter recipiat & quietem. At vero impius parricida, qui diuinis simul est reus legibus & humanis, reductus eodem quo iure fuerat ante detrusus, ab innocetium nece retrahatur animarum: procul a regno pietatis vestrae funesti capitis venena discedant: quae quoniam salutaris praedicationis, auribus obturatis, medicantia verba capere nequiverunt, ab humani conuentus abducta pernicie, in virulentiae suae congrua solitudine contabescant: quo magis ac magis beati Petri Apostoli voce, qualiscumque sedis eius minister, obtestor, vt inimicos antiquae fidei non sinas impunè grassari, qui vestros optatis hostes habere subiectos, vt verae confessionis pacem cunctas Domini seruare decernatis Ecclesias, qui Orbem vestri Imperij desideratis tenere pacatum, & vnicam spem salutis, quae genus hominum ad regna caelestia vitamque perducit aeternam, nulla patiamini parte violari, qui placatum Deum regno vestro cupitis, vel saluti. Data quarto Idus Ianuarij, Basilisco Augusto Conf.] Verum scias irrepsisse mendum, cum nomen Augusti, loco Armati, positum sit: nondum enim Basiliscus Augustus erat: Armatum vero constat hoc anno fuisse collegam Basilisci in Consularatu, prout omnes Consulares Fasti testantur.

Haec quidem quam prudentissime Simplicius Papa ad Zenonem scripsit tamquam ad Catholicum Imperatorem, vt eo modo quae essent Catholici Imperatoris, ab eo extorque- re valerent, sicque eum praeter cogere quae Orthodoxi Principes exhibere soliti essent: cui etiam vt consulere posset, ne in transuersum ab haereticis penitus ageretur, epistolam S. Leonis Papae ad praedecessorem Leonem scriptam eidem ostendendam ad Acacium Constantinopolitanum Episcopum mittit; quem item rogat vt omni conatu obsistat Timotheo agenti apud Imperatorem vt nouum rursus oecumenicum Concilium cogere. Porro ad ipsum Acacium Constantinopolitanum Episcopum Simplicij Papae litterae tunc etiam datae sic se habent:

Simplicius Papa Acacio Episcopo Constantinopolitano. Quantum presbyterorum & ex diuersis monasterijs Domino seruietium monachorum relatione patefactum est, Ecclesias Domini rursus diabolus inquietat; ita vt excluso Alexandrino sacerdote, haereticus atque ab vniuersitate damnatus eundem locum, de quo pulsus fuerat, occupasse dicatur: Insuper quibusdam fauentibus, Constantinopolim ausum fuisse contendere, vt ciuitas Christianorum Principum circa fidei Catholicae veritatem deuotione praecellens, & Christiana plebs in defensione religionis attenta, haereticorum prauitate, quae iam fuerat sopita, turbetur. Sed misericordia Dei, cuius est causa, non defuit, vt Timotheus, qui ab vniuersali Ecclesia sacerdotalibus sententijs & Imperialibus constitutis iuste fuerat segregatus, ad Ecclesiam tuae dilectionis, vel ad Fidelium domorum limina non permitteretur accedere. Quem coeuentus nouos pro se didicimus comminari, resoluti existimantem, quod de se vniuersalis decreuit auctoritas. Vnde quia sanctae memoriae praedecessorum nostrorum extante doctrina, contra quam nefas est disputare, quisquis recte sapere videretur, nouis assertionibus non indiget edoceri, sed plana atque perfecta sunt omnia, quibus potest vel deceptus ab haereticis erudiri, vel in vinea Domini plantandus institui: implorata fide clementissimi Principis, vocem faciendae Synodi fac respui, nec sit apud aures Imp. Christiani pigra suggestio, quia salus eius & regni ipsius Christus est fortitudo.

Ergo cum praedictis presbyteris ac monachis opportunè pietati eius nostro quoque nomine supplica, & legationem hanc pro nobis quoque clementiae ipsius, ne quid subreparatur, insinua: omnium pariter precibus instruat, ne per occupationes publicas quieti Ecclesiasticae aliquas inimicus moliat infidias; integritati suae Alexandrinam reddi praestet Ecclesiam, & beati Marci Euangelista sede hostem parricidamque propellat, & qualiter Catho-

Galat. 1.

fructuam

DE RESTITVENDA IN PRISTINVM ECCLESIA ALEXANDRINA.

Armato Coll.

Simplicij.

QUID SIMPLICIUS PAP. AD ACACIVM.

lica fidei teneatur integritas, in penetrabilibus aulae suae dignanter inquirat. quae ne aliqua forsitan fidei amulorum fraude vitentur, licet in Ecclesiae tuae possint scrinijs inueniri: tamen exemplaria misimus, quae pietati ipsius praeparabis offerre.

Nota namque & omnibus illic potestatibus celebrata, quae sanctae memoriae praedecessor meus Leo ad consultationem Augustae recordationis Leonis scripserit, & quam veneranter accepta sint recognoscant: appareat sic (vt confidimus) eius imitator fidei, cuius, propitiante Deo, dignior est successor Imperij: sibi quoque scriptum aestimet, quicquid ante se Principibus pia est traditum lectione. Illa est namque perennitas, regni quoque per seriem propaganda posteritas, si in successore reperitur, quod a praedecessore descendit.

Horror ergo, frater charissime, vt modis omnibus faciendae Synodi peruersorum conatibus resistatur; quae non aliam semper indicta est, nisi cum aliquid in prauis sensibus nouum, aut in assertionem dogmatum emerit ambiguum: vt in commune tractantibus, si quae esset obscuritas, sacerdotalis deliberationis illuminaret auctoritas, sicut primum Arij, ac deinde Nestorij, postremum Dioscori atque Eutychetis fieri coegit impietas. Et (quod misericordia Christi Dei nostri Saluatoris auertat) intimandum est, abominabile esse, contra sententias totius Orbis Domini sacerdotum & Principum vtriusque rectorum, damnatos restituere, reduci exules, relegatos in causa nefariae coniurationis absolui. Itaque (quod saepe repetendum est) haec omnia clementissimis auribus suppliciter intimato. Veniet proculdubio Deus in adiutorium vestrum, in cuius manu cor Regis esse retinens constitutum; potestatis suae nesciat aliunde principium. Dat. quinto Idus Ianuarij.] haec Simplicius ad Acacium, cui & paulo post occasione publicae legationis, quam misit Odoacer ad Zenonem, alias eiusdem argumenti sed breuiore litteras dedit, quarum exordium est: Cum filij nostri illustris vir Latinus Patricius, &c.]

Rursus etiam duos post dies scripsit ad presbyteros & Archimandritas apud Constantinopolim constitutos, a quibus cum litteris legationem acceperat. incipit epistola: Per filium nostrum laudabilem virum Euphianum, &c.] vbi post nonnulla aduersus recentem Timothei conatus, haec ad postremum, dum ipsorum in resistendo Timotheo commendat animi constantiam, addit: Iam probatum est, quid (Domino vos iuuante) profecerint labores vestri: Deo placito fructus ostendit, quando eius domum, vobis obstitentibus, latroni introire non licuit, qui nonnullis occurrentibus sibi latentes adhuc forsitan sui similes publicauit. Non enim iunguntur bona pessimis, recta peruersis: nec possunt salutaria coire cum noxiis, quia luci communicatio nulla cum tenebris, nec fidei portio cum infidelibus: Vnde necessario damnatorum comitabuntur exitum, qui talium delegere consortium: nisi forte resipiscitibus animis, & maxime qui nuper decepti sunt, videntes in qua abrupta sunt ducti, ad splendorem verae fidei discussa conferant se nube mendacij: quod Apostolicae sedis pietate, vt prouenire possit, optamus: quia vitam in Domini voluntate cognoscimus. Ad Christianissimum quoque Principem, vel ad fratrem, & Coepiscopum nostrum Acacium competentia simul scripta direximus, cuius excusandum silentium non putamus: quia scientes fidem probatissimi sacerdotis, certum tenemus, suum non esse, quod tacuit.] haec Simplicius, excusans quem sigillat Acacium, quod in gratiam Imperatoris nihil aduersus Timotheum Romam scribendum curasset. At quomodo reclamaturus esset, qui in tam immensum discrimen adductum vniuersum gregem, lupo se inferente in caulas, nec vuculam vniam emisit? Vt plane de Acacio illud prouerbij dicere liceat: In proelio certui, in pace leones: dum videlicet in tanto Ecclesiae totius discrimine tacet, parta vero per labores Romani Pontificis pace, in eum instar leonis superbia tumens rugitus emittit. Verum ipsum Acacium aduersus Basiliscum tyrannum fortiter stetit, negari non potest. agemus de his suo loco.

At quod reliquum posset esse remedium periclitanti gregi sub muto pastore, & Imperatore occulte fauente perfido proditori, atque cum eo omnibus ferme magistratibus sceleratissimo homicidae opem ferentibus? Reclamat licet ex aduerso plebecula, atque presbyteri & Archimandritae ad praestandam opem tam longe positum Simplicium Papam flebilibus vocibus inuocent: quomodo audirurus esset Zeno Pastorem ex Occidente litteris admonentem, qui praesentem tacere iussisset Acacium? Quid igitur in tanto discrimine factum? Exaudiuit plane Deus vota Orthodoxorum clamantium: Exurge Domine in praeepto quod mandasti: & Synagoga populorum circumdabit te.] neque desepit preces eorum, sed ananui illis, cum immisit Basiliscum tyrannum in urbem aduersus Imperatorem,

DECEMEN
CA CONCILIA
QVA OCCASIO
NE CUGEN-
DA.

Simpl. epi. 4.

Simpl. epi. 6.
QVA SIMPLICII
AD PRESBYTE-
ROS STAR-
CHIMAN-
DRITAS.

1. Cor. 6.

CORDIA
ACACII
SUSPECTA.

CONTRA
ZENONEM
EXCITATA
BASILIS-
CIVS.

peratorem, qui contra ipsum Christum in eandem ciuitatem Timotheum carnificem introduxisset. De his enim haec perbreuiter Marcellinus: Zeno Imperator, Verinae sororis suae & Basilisci fratris illius insidijs circumuentus, cum Ariadna vxore sua profugus in Italiam rediit. Regnum Zenonis Basiliscus tyrannus inuasit.] haec Marcellinus: sed male sub anni superioris Consulibus, quae hoc anno post litteras a Simplicio scriptas contigisse, ex iisdem redditur manifestum. Ad haec addit Theodorus Lector: Basiliscus Imperator declaratur in Campo, & Marcum filium suum Caesarem & Zenonidem coniugem Augustam constituit.]

Porro Zeno cum huiusmodi premeretur angustijs (vt solent homines ex spe melioris status quarere solamen praesentium afflictionum) conuenit Danielem Stylitam magni nominis anachoretam super columnam haud procul a Constantinopolis finibus vitam agentem. Non desepit Deus huiusmodi humilitatis obsequium, & consolatus est eum qui a Dei seruo opem quaesuit. Quid autem ei dixerit Daniel, eius Acta ita declarant: Cum saepe Zeno sensisset insidias, omne quidem aliud despicit auxilium: ascendit autem ad Danielem, ei quoque renunciat vniuersa. Praedixit ille quidem fore, vt ex Imperio pelleretur, & in exilio aleretur, & praecibi inopia herba vesceretur; & deinde ab his qui eum oderant, reuocaretur, atque ad Imperium reuerteretur, & in eo vitam finem acciperet.] haec Daniel: quae quidem omnia, sicuti praedixerat, euenerunt. Etenim Zeno semel fuga lapsus, cum a Basilisco ad necem quaereretur, in Isauriam, patriam solum, rediit, atque in desertis locis vitam duxit incognitus accolis, ob id quoque coactus fuit interdum herbam, pane deficiente, ad cibum quaerere. Sic igitur qui execrandum haereticum ab exilio reuocauerat, iusto Dei iudicio cogitur ipse instar Nabuchodonosor cum bestijs exul viuere, donec admissum facinus expiaret, paucis cognitus, cum interea a Basilisco instantius quaereretur: Postea vero illo persequi desinente, se ipsum prodidit, & exercitum comparare coepit. Sic itaque exul annum vnum & menses sex vel octo (vt Procopius tradit) absque Imperio mansit.

Porro qui veluti Dei flagellum ad Zenonem puniendum prodiit Basiliscus, virga furoris Domini, nihil tamen ipse melior Zenone fuit, immo longe deterior, vt exitus demonstrauit: Etenim etsi antehac ob res perperam gestas impietatis notas haud leues contraxerat, mox vt euectus est in Imperium, palam persecutor erupit Ecclesiae, de quo haec Theodorus: Basiliscus inuadens Imperium, mox fidem subuertere coepit, Zenonide Augusta coniuge ipsum maxime culpabilem contra fidem Catholicam impellente.] Istud sciens Timotheus ille scelestus bis inuasor Ecclesiae Alexandrinae, vt currentem licet contra fidem Catholicam instantius vrgeret nouum Imperatorem, Constantinopolim veniens magno comitatu Eutychianorum haereticorum, eundem Basiliscum conuenit, a quo & obtinuit vt sibi Catholicorum pateret ecclesia, ad quam cum maxima dueretur pompa, nouo casu cogitur sistere: quisnam is fuerit, a Theodoro ita describitur:

Cum Timotheus incondita Alexandrinorum turba cuncta ex aedibus Basilisci vna cum alijs supplicando, ad ecclesiam asino vectus progressus est: & cum ad locum venisset, qui dicitur Octangulus, grauius prolapsus cecidit, fractoque crure domum reuersus est.] haec Theodorus.

Sauit interea Basiliscus aduersus eos qui Timotheo restitissent: & inter alios Plato cubicularius ab eo iussus est igne cremari: postea vero eius parentes a Zenone obtinuerunt vt statua honoraretur, qui ita honestissima morte, martyribus haud impare, diem clausisset extremum. eius autem meminit Suidas his verbis: In aede sancti Procopij magni martyris, in testudine, cuiusdam eunuchi statua sita est, cuius in pectore scriptum est: QUI LOCO MOVERIT HIC SITA, STRANGVLETVR. Fuit autem statua illa Platonis cubicularij, qui temporibus Basilisci crematus est. Cum autem parentes eius postulaissent, vt is eunuchus, monimenti ergo aduersus eos qui Imperatori aduersarentur, statua donaretur, impetrarunt. Cum vero aedes magni martyris renouaretur, translatus est in Circum equestrem: statua vero eunuchi extat in testudine.] haec Suidas.

Reuocatos fuisse haereticos omnes antea sede pulsos, & pulsos Orthodoxis, in ipsorum Ecclesias per Basiliscum intrusos, tradit Liberatus Diaconus, additque per Timotheum restitutum fuisse Petrum Cnapeum nequissimum haereticorum, de quo ista subdit: Basilisci temporibus Petrus a Timotheo illo damnato, qui Constantinopolim venerat, Antiochiam missus est Episcopatum tenere. Quo facto, idem Petrus Ioannem ordinat Apameensem

Marcellin. in Chron.

Theodor. Collect. lib. 1.

ZENONE QVA ID PRAEDICTVM A DANIELE.

Apud Me- rap. die 11. Decemb.

BASILISCVS TYRANNVS HAERETICVS. Theodor. Collect. lib. 1.

Liber. diac. Eymar. c. 18. PETRVS HAERETICVS HABEDIT ANTIQVARIAM.

Episcopum: à quibus non receptus, rediit Antiochiam ad Petrum, & inuadit eius Ecclesiam, à quo similiter damnatus est. hæc ipse.] Sed ista de Petro misso Antiochiam, ex sententia Euagrii, postea contigerunt, qui ista etiam habet de hæretica ab Imp. euulgata epistola:

Cum Basiliscus tenuisset Imperium, scripsit vniverso Orbi sanctionem suam, quam appellauit Encyclicam, contra Chalcedonense Concilium.] At quamquam qualisue illa fuerit, Euagrius eam recenset, quæ sic se habet scripta persuasione Timothei (vt tradit Euagrius) ad ipsum infamem perditumque hominem verbis istis:

Euag. lib. 3. cap. 4.

Imperator Cæsar Basiliscus pius, victor, triumphator, maximus, semper Augustus, Timotheo reuerendissimo & sanctissimo nobilis ciuitatis Alexandria Archiepiscopo S.

CONSTITVTIO BASILISCI CON-TRA CONCILIVM CHALCED.

Leges pro defensione sinceræ & Apostolicæ fidei à sanctissimis Imp. qui nos sunt antecessi, quique beatam & æternam viæ parentem Trinitatem ritè coluerunt, sanctitas, utpote quæ vniverso mundo semper salutares fuerint, nullo tempore antiquari, immò verò eas vt nostras ac proprias diulgari volumus. Nam & pietatem & singularem amorem erga Deum & Saluatorem nostrum Iesum, qui nos tum fabricauit, tum ad gloriam extulit, vniverso illi studio, quod in rebus humanis poni solet, præponimus: proque certo credimus, firmam Christi gregis in charitate colligationem cum saluti vobis ipsis, subiectisque omnibus, tum fundamentum quod nequit frangi, atque aded murum qui expugnari non potest, nostro Imperio esse.

VELAMENTVM HÆRETICORVM FIDES CATHOLICA.

Itaque diuinæ mentis impulsione commoti, concordem sanctæ Ecclesiæ consensum non sine causa velut primitias Imperij nostri Deo & Saluatori nostro Iesu Christo offerre animo instituentes, basim & firmamentum vitæ beatæ, quæ hominibus tribuitur, Symbolum nimirum trecentorum decem & octo sanctorum Patrum Nicææ olim Spiritus sancti instinctu in vnum congregatorum, in quod quidem cum nos, tum maiores nostri omnes credentes baptizati sunt, decernimus, vt solum in omnibus sanctissimis Dei Ecclesiis à populo Orthodoxo seruetur, custodiaturque: quippe in quo vno sincera fides verè & abundè satis tum ad errorem quemque tollendum, tum ad concordiam sanctarum Dei Ecclesiarum stabiliendam definita sit. Quinetiam Acta, quæ ad illius Symboli confirmationem edita sunt, satis re vera ad eam rem habent in se virium & firmitatis. Porrò sanctum Symbolum à centum quinquaginta sanctis Patribus in vrbe Constantinopoli contra eos qui blasphemias contra Spiritum sanctum locuti sunt, compositum, ratum facimus. Itemque Acta Concilij Ephesini contra impium Nestorium, & eos qui post eadem cum illo sentiebant, edita confirmamus.

CONCILIVM CHALCED. RESCRIPTVM A BASILISCO.

At ea quæ consensum & ordinem sanctarum Dei Ecclesiarum & pacem totius terræ disturbant, nempe Leonis de fide decisionem, & omnia quæ in Concilio Chalcedonensi de fide definienda, de expositione Symboli, interpretatione, doctrina, aut disceptatione eiusdem dicta, actiue, quo noua fides contra sanctum illud Symbolum à trecentis decem & octo Episcopis compositum (de quo diximus) introducatur: statuimus, decernimusque, vt tum hic, tum in singulis alijs partibus Ecclesijs à sanctissimis vbique Episcopis anathemati addicantur, vt vbicumque locorum fortè reperta fuerint, igni tradantur comburenda: quandoquidem Imperatores piæ ac beatæ memoriæ Constantinus ac Theodosius Iunior, qui ante nostram ætatem vixerant, eodem modo de omnibus hæreticorum dogmatibus decreuerunt: Atque ita abrogata, ex vna solaque Catholica Apostolica & Orthodoxa Ecclesia profusus eiciantur, utpote quæ tum salutaria illa trecentorum decem & octo sanctorum Patrum, quæ perpetuò rata esse debent, tum ea quæ beati Patres Spiritus sancti impulsu in Concilio Ephesino sancierunt, penitus tollunt.] Intelligis velamentum consuetum hæreticorum, sic semper Catholicam fidem damnare solere, quod eadem perfidiam, quam sectantur, aduersetur: cum alioqui, nomen Catholicum vsurpent, & Euangelicam veritatem prætexant, à quibus longè longius, vt à luce tenebræ & à bono malum, abhorrent. Sed pergit:

RECTAFIDEI CONFESSIO FVCATA RESCIB.

Denique ne cuiquam vel sacerdotum vel laicorum integrum sit diuinissimam sancti Symboli legem violare, sed vt vnà cum omnibus nouis sanctionibus in Concilio Chalcedonensi editis, etiam hæresis eorum qui non consentunt Filium Dei vnigenitum ex Spiritu sancto & sancta Maria semper Virgine & Deipara verè incarnatum, hominemque factum, sed carnem eius aut de cælo delapsam, aut visu quodam & specie figuratam monstrasse fingunt: & omnis omnino error, & si quid aliud aliquo in tempore, aliquo modo, locòve in toto mundo nouandarum rerum studio vel cogitatum vel verbis expressum ad diuinum hoc Symbolum euertendum fuerit, funditus profligetur.

Et quo.

A. Et quoniam Imperatoris est, sedulo prospicere, vt subiectis non in præsentia solum, sed etiam in posteram secura tranquillaque vita prouido eius consilio suppeditetur: decernimus, vt sanctissimi vbique Episcopi his diuinis nostris litteris generatim scriptis ad omnes, palamque diulgatis subscribant, quo declarent præcipuè se in solo diuino trecentorum decem & octo sanctorum Patrum Symbolo velle insistere: quod etiam centum & quinquaginta sancti Patres confirmarunt: idemque post ab Orthodoxis & sanctis Patribus, qui Ephesi vrbis primariæ conuenerunt, definite stabilitum: visumque solum illud trecentorum decem & octo sanctorum Patrum Symbolum velut ratam fidei decisionem sequendum, anathemaque indicendo Actis Concilij Chalcedonensis, quæ populo Orthodoxo offensionem esse possunt, eaque Ecclesijs penitus eiciant, utpote à quibus cum totus Orbis terrarum concurberetur, tum nostra impediatur felicitas.] En vides, lector, quam turpis facie & horrida visu hæresis sit, quæ nec foras progredi auderet, nisi superinducto nomine Catholicæ fidei, indumentis contecta sacrorum Conciliorum, quibus nefas sit obniti, sed necesse sit consentire. Hinc velim impudentiam præsentis temporis hæreticorum consideres, dum eò procacitæ effrenes profluerunt, vt & eiusmodi sacrorum Conciliorum aded honesta abiiciant indumenta, pedibusque proculcent, vt sunt horribiles, videri gaudentes. Addit autem ad hæc Basiliscus: Eos autem, qui post has nostras diuinas litteras acceptas, quas (vt credimus) Dei nutu diulgari curauimus, quo concordia, quæ omnibus optabilis est, in sanctis Dei Ecclesijs stabilietur aliquando, aggredientur vel proferre, vel nominare siue disputando, seu dicendo, seu scriptis vilo tempore, modo, aut loco nouam illam decisionem à Concilio Chalcedonensi contra fidem promulgatam, veluti tumultus & perturbaciones sanctis Dei Ecclesijs, omnibus qui nostro parent Imperio, auctores, Deo præterea & nostræ salutis aduersarios, iubemus, idque secundum leges iam ante nostram ætatem ab Imperatore beatæ & diuinæ memoriæ Theodosio contra talem & tam peruersam amentiam conditas, hisque nostris diuinis litteris generatim ad omnes scriptis subiunctas, si Episcopi fuerint, aut clerici, dignitatis suæ & ministerij gradu abdicari, sin monachi, aut laici, exilio, omnium bonorum publicatione, & alijs grauissimis supplicijs mulctari.

FALSAB CONCORDIABITV. LV5.

FORMA IN PROFESSORES CONC. CHALCED.

VANA SPES HÆRETICI IMP.

B. Enimvero sancta consubstantialis, procreatrixque omnium & vitæ parens Trinitas tali à nobis obseruantia honorata, iam non solum propter zizania, quæ modò commemorauimus, per nos radicitus extirpata, sed etiam propter rectas & Apostolicas sancti Symboli traditiones à nobis stabilitas, propitia & clemens animis nostris, omnibusque nobis subiectis futura est, semper vnà nobiscum administratura Imperium, rebus denique humanis statum pacatum & quietum allatura.] hucusque Basilisci venena.

C. Sed ex his conficiamus antidotum. licet planè ex eisdem quæ contra pietatem Timotheus per Basiliscum euomuit toxica, contra ipsa & venena cuncta alia remedium præparare. Atque primùm ea ex parte, dum præfando ac perorando ipse sibi pollicitus est, stabiliendo fidem Catholicam, suum pariter Imperium solidare: euentus docuit, ipsum super arenam ædificasse: dum enim quam citissimè eius Imperium collapsum penitus corruit, planè demonstratum est, minimè supra firmam petram Catholicæ confessionis esse fundatum, sed super vacuum esse suspensum, innixumque mendacio. Ex quo vno prudens quisque intelligere perspicuè satis valeat, cuncta quæ aduersus sacrosanctum Chalcedonense Concilium vel ab ipso vel alijs statuta fuere, arma fuisse arte diaboli comparata ad oppugnandam Catholicam fidem, & ad veritatem prosternendam admotos arietes.

ANTI DOTVM CON-TRA VENE-NA HÆRETICORVM.

D. Contra verò docuit experimentum, firmissimo innixum fuisse fundamento, supraque ipsam firmissimam petram fundatum ipsum Concilium Chalcedonense, quod validis hisce ictibus numquam concuti vel labefactari valuit. Ita quidem summa Dei sapientia semper scimus in Ecclesia factitatum, vt veritas sineretur aduersantium telis impeti, vt sic eius soliditas probaretur, & ex Deo esse ea demonstratione palam fieret: quod iuxta sententiam a Gamahelis sæpius repetendam, quæ ex Deo sunt, dissolui non possint; contra verò, omnem plantationem, quam non plantauit Pater æternus, eradicari, utpote quod de his scriptum sit: Plantæ adulterinæ non dabunt altas radices.]

CATHOLICA VERITAS STABILITA.

E. Sed & illud obserua, quanta nitida arte falsitas, & quo sultum præsidio mendacium ostentetur, atque impietas quanto compta decore & satellitio comitata se ingerat oculis inuentum, ipsaque hæresis Iezabel instar sibiio fucata compareat, & Imperatoria pompa tumens præmittat sanctionem Basilisci Orbem peragraturam, quæ dum nihil præterea quam Nicænum Concilium præferret, oppugnat Chalcedonense Concilium: Verùm vidèas (quod

Matt. 15. Sapien. 4.

DILEMMA
TEPER-
STRINGI-
TVR HÆ-
RETICO-
RVM IM-
PIETAS.

mirens) ipsum sibi mendacium refragari. Etenim si, quod iactat trifolci lingua sibilans Basi- A
liscus, satis abundat solum ipsum Nicænum concilium ad omnem tollendum errorem; cur
superfluo addit symbolum fidei editum Constantinopoli, & Ephesinam probat confessio-
nem? Vnde suis ipsius necesse sit armis confodi, quocumque se vertat: Nimirum vel cum
dicit (quod asserit) esse satis Nicænum Concilium, tunc vt superflua opus est explodat Con-
stantinopolitanum atque Ephesinum Concilia: Vel ista retinendo, vt profitetur retinere
atque prædicat: tunc affirmet necesse est, haud (quod iactat) esse satis ad omnem tollen-
dum errorem Nicænum Concilium, sed opus fuisse (quod dignè profitetur) ad vindican-
dam ablatam ab hæreticis Spiritus sancti diuinitatem, illa in dicto Concilio definita fuisse,
atque ad declarandam firmandamque veram de Filij Dei incarnatione doctrinam Patres
Ephesi conuenisse, eaque de re decretum fidei edidisse. Hæc cum ipse dicat, cur non se men-
titum esse cognoscit, dum de Concilio Nicæno prolucutus, satis superque illud esse ad om- B
nem auferendum errorem inculcat?

Quod si sana mente ob nouas emergentes hæreses opus fuisse concedit tum Constanti-
nopolitanum tum Ephesinum Conuentus cogi, in eisque edi de fide firmanda vel declaran-
da decreta, quæ haud aded explicita reperirentur in confessione Nicæna: cur noua emer-
gente hæresi, nouam apponere fidei elucidationem, quæ recentem confuset atque penitus
tollat errorem, non æquè necesse esse contendet? ob idque non sibi reiiciendum hac ex
parte Chalcedonense Concilium, quo confoditur hæresis Eutychetis, tamquam (vt ait)
superfluum & seminarium dissensionis: sed potius probanda ipsi erant, quæ in eo edita sunt
decreta fidei, aduersus praua dogmata contra veritatem Catholicam instituta. Sed refugiens
ista ipse, nec verbum quidem de Eutychiano deliramento locutus, damnationem tantum
conclamauit Chalcedonensis Concilij, sic definiens Imperatoria potestate, perinde ac si C
non homo, sed Deus, immo plus quam Deus, sua sententia destruat, quod Deo ducè, tan-
to labore sanctissimi viri, iugibus præmissis ad Deum precibus, magna deliberatione sanxe-
re. At hæc de his satis, quæ antidotum esse prædiximus aduersus veniena hæresum, pietatis
speciem præferentium. Iam verò quæ sunt reliqua prosequamur. Post recitatum Basilisci
de abroganda fide Chalcedonensi decretum, Euagrius ista subdit:

*Erag. lib. 3.
c. 5.
DE HIS
QUI SVB-
SCRIPSE-
RVNT EDI-
TAE SAN-
CTIONI.

His litteris à Basilisco generatim ad omnes scriptis, Timotheus qui modò (vt dixi) ab ex-
ilio reuerterat (vt à Zacharia Rhetore litteris proditum est) assensit: idem fecit Petrus Anti-
sthes Antiochiæ cognomento Cnaphæus, qui erat tum Constantinopoli vnà cum Timo-
theo. His rebus ita constitutis, Paulus ad sedem Archiepiscopatus Ephesini deligitur. Fer-
tur, Anastasium quoque, qui post Iuuenalem Antistes Hierosolymorum fuit, illis Basilisci
litteris scriptis ad omnes generatim subscripsisse, aliosque præterea complures circiter quin-
gentos numero idem præstitisse, qui Leonis decisionem & Concilium Chalcedonense ab- D
rogarunt.] hæc Euagrius.

DE SEDE
HIEROSO-
LYMITAN
IN VASA
AGERON-
TIO.
b Apud me-
toph. die 20.
Ianuar.
Sur. eu. die.

Sed siste gradum, lector, ne in mendaciorum lacunas incautus offendas. Scito calum-
niam esse constatam aduersus Anastasium Hierosolymitanum Episcopum ab Euagrjo, seu
potius à Zacharia, à quo accepisse testatur. Siquidem testificatione Cyrilli in Euthymio, de-
fensor Concilij Chalcedonensis Anastasius habetur in omnibus laudatissimus, aduersus
quem Hierosolymis ab hæreticis Eutychanis fuit in sedem Episcopalem elatus Gerontius
monachus signifer eorumdem hæreticorum, vt idem Cyrillus narrat his verbis: Cum verò
Basiliscus occupasset Imperium, facit Conciliabulum aduersus sanctam Synodum Chalce-
donensem: quo quidem nitens pars eorum qui erant schismatici in sancta ciuitate, cum si-
bi Gerontium quemdam præfecisset Archimandritam, multa innouat aduersus Ecclesiam, E
nec minora his quæ prius ausus fuerat Theodosius. Quinto autem anno postea moritur
quidem Anastasius Patriarcha, iam incipiente mense Ianuario.] hæc ibi de statu Hierosoly-
mitanæ Ecclesiæ.

DE ZACHA-
RIA HI-
STORICO.
c. 9.
Erag. lib. 3.

Ceterum quod spectat ad Zachariam Rhetorem, quem citat Euagrius, ne fallaris: con-
stat eum quidem fuisse Eutychanum, ob idque ab eo scripta quam cautissimè legenda sunt.
Subodoratus id quidem ipse Euagrius fuit, dum de eodem post multa hæc ait: Quod autem
ad ea attinet, quæ Zacharias Rhetor de his Episcopis tradit: siue ipse falsò eos crimina-
tus est, siue illi ipsi mentiti sunt, se inuitos litteris Basilisci subscripsisse, non possum pro cer-
to affirmare.] sed prodita historiarum veritatis ex eo potissimum ab eodem in suspensionem ad-
ducitur, quod recitans ad verbum sanctionem editam à Basilisco contra Concilium Chal-
cedonense, quod postea est sancitum edictum illam abrogans suppressit omnino silentio,
sicut

A sicut & alia multa pro Catholica fide transacta, contra verò, quæ Eutychiano fauent erro-
ri, ea ad verbum recenset, vt euidenter apparet ex his quæ ex eo narrat Euagrius, qui subdit
ista post narrationem subscribentium Episcoporum: Quinetiam libellus supplex extat ab
Episcopis Asia, qui Ephesi conuenerunt, ad Basiliscum scriptus, ex quo nonnulla sumpsi-
mus, quæ sunt hoc loco à nobis posita.

*Erag. lib. 3.
c. 5.

Sanctissimis Christi que amantissimis dominis nostris Basilisco & Marco Victoribus sem-
per Augustis S. Et aliis interiectis, adiungit ista:

LIBELLVS
AB EUTY-
CHIANIS
OBLATVS
ZENONI
IMP.

Omnino, sanctissimi & Christo deditissimi Imperatores, vnà cum fide, quæ & iniuifa
est & variis modis impugnata, vos impugnari declarastis. & paulo post: Terribilis quædam
expectatio iudicij, & diuinæ iræ flamma, & iusta vestræ clementiæ indignatio eueffigio ad-
uersarios occupauit, qui præpotentem Deum & vestrum Imperium vera fide roboratum
arroganter inuadere, impugnareque moliantur: quique non modò non cessant nostram te-
nuitatem variis incommotis afficere, verum semper nos calumniari & falsa crimina contra
nos confingere student: nimirum vestris ditinis & Apostolicis litteris generatim scriptis ad
omnes, nos non nisi vi ac necessitate compulsos subscripsisse: quibus certè nos libentibus
animis & propensa voluntate subscripsimus. ac rursum infra: Nolite alia decreta contra lit-
teras vestras generatim scriptas decernere: pro certo (vt diximus) persuasi, mundum, si id fe-
ceritis, seditionibus euersum iri, & mala à Concilio Chalcedonensi orta (ob quæ quidem in-
finitæ cædes factæ, sanguisque Orthodoxorum iniuste & inique fusus est) exigua admodum
videri. Postea verò addit ex eadem hæreticorum epistola:

Contestamur coram Salvatore nostro Iesu Christo, nostrum cultum erga Deum & pie-
tatem liberum esse: oramusque vt cum illi, tum præcipuè Episcopus Constantinopolis,

CONTRA
ACACIUM
SCRIBVNT
EUTYCHIA-
NVS.

C qui nequiter multis in rebus suo officio functus deprehenditur, iusto, canonico, & Eccle-
siastico iudicio condemnatur, abdiceturque Episcopatus gradu.] hæc quo ad Eutychiano-
rum Asianorum libellum. Subdit post hæc Euagrius de eodem auctore pro Eutychiana hæ-
resi laborante, & eandem falsitate corroborare conante: Zacharias porrò ista quoque scri-
bit ad hunc modum: Litteris Imperatoris, quas scripsit generatim ad omnes, diuulgatis,
monachi Constantinopoli qui peruerso errore Eutychetis infecti erant, rati se, cum Timo-
theum & litteras Imperatoris nacti fuissent, subsidia ad hæresim suam tuendam inuenisse,
sperantesque se iam institutum suum commodè posse prosequi, propere ad Timotheum se
conferunt: ac cum à Timotheo, qui Dei Verbum secundum carnem nobis consubstantia-
le, Patri autem secundum diuinitatem consubstantiale ostendit, essent refutati, domum
reuerterunt.

D Idem scriptor narrat, Timotheum Constantinopolim ingressum, petrexisse Ephesum,
Paulumque illius vrbs Pontificem, qui quidem iam dudum ab Episcopis provincie (sicut
vetus Ecclesiæ consuetudo postulat) creatus fuerat, sed tamen post exciderat, in sede Epi-
scopali collocasse: reddidisseque præterea eundem Timotheum Ecclesiæ Ephesinæ ius Pa-
triarchatus, quod Concilium Chalcedonense (vti antè demonstratum est) ei ademerat. In-
de tandem soluentem, petiisse Alexandriam tradit: vbi ab omnibus qui ad eum accedebant,
postulauit vt Concilio Chalcedonensi anathema denanciarent. Resilierunt ab eo (sicut à
Zacharia traditum est) cum alij complures suæ factionis, tum Theodotus vnus ex eorum
numero, qui Ioppe à Theodosio Episcopo tum à quibusdam designato Hierosolymorum,
cum Iuuenale Constantinopolim confugerant.] hæc Euagrius ex Zacharia.

*Erag. lib. 3.
cap. 6.

TIMOTHEVS
PROFICI-
SCITVR
ALEXAN-
DRIAM.

E Sed quid inter tot turbines Deus: numquid semper dormiet qui custodit Israël? Excitari
quidem à discipulis suis expectat, cum ex ingruentibus procellis, periclitante nauis, ipse in
ea positus dormit. Acacius igitur Constantinopolitanus Episcopus dudum admonitus exci-
tatusque & ipse litteris Simplicij Romani Pontificis, Basilisco tyranno resistere parans, quod
suas imbecilles vires esse sciret, vt tantæ se possit obicere potestati, quærit à Deo per eius
seruos auxiliium: nam viros sanctos in eremo laticantes Constantinopolim inferre conatur,
quos ob egregias virtutes etiam aduersarij reuereri debeant & extimescere.

ACACIUS
EXCITA-
TVR IN BA-
SILISCVM.

Hic quidem admirabilem Deum in sanctis suis, & in gubernanda custodiendaque Ecclē-
sia summam eius prouidentiam dignum est contemplari. Etenim cum Orientalis Ecclē-
sia iam propemodum arefacta careret magnis illis antesignanis doctrina eminentibus, qui
aduersus hæreticorum turmas ante aciem progressi pugnarent, vt fuerunt Magnus Atha-
nasius, Basilius, Gregorius Theologus, Chrysostronus, atque Cyrillus, quorum vel
solum nomen præpotens esse videretur ad errorem incutiendum aduersantibus hosti-
bus:

DEI PRO-
VIDENTIA
IN SVB-
CLESIA GV-
BERNAN-
DA.

bus: Cùm his, inquam, horumque similibus omnino careret Orientalis Ecclesia, & ex ad-
uerso fortiores instarent hostes, ac fortiora mouerent prælia, quos & præiret pollens viri-
bus, furensque audacia Imperator: alia Deus via voluit Catholicæ veritati esse consultum,
nempe miraculorum virtute, qua omnibus cæcutientibus licet, manifestò tamen constar-
et, militare Deum in castris Orthodoxorum, ex eorumque parte stare Catholicam fidem,
in qua ex editione signorum eandem attestantium, inesse Dei potentia nosceretur. Edita
sunt hæc quidem signa per magnum illum Danielem Srylitam sanctissimum anachoretam,
de quo plura superius dicta sunt, quem omni conatu Acacius Constantinopolitanus Epi-
scopus e columna ad columnam veritatis suffulciendam, collabentemque Ecclesiam robo-
randam, Constantinopolim accersit. Sed quomodo hæc cuncta se habuerint, ex ipso
fonte petimus, ex ipsius inquam Danielis Actis, in quibus res gesta quam fidelissimè nar-
ratur his verbis:

Acta Da-
niel. c. 41.
apud Syr. die
11. Decemb.
Tom. 6.

ACACIUS
VOCAT S.
DANIELEM
IN VRBEM.

MISSA LE-
PRAE
SCOPORVM
AD DANIE-
LEM.

DANIEL
VENIT CON-
STANTINO-
POLIM.

Sceptra quidem (vt dictum est) arripit Basiliscus: horribiliter autem statim sibilat ad-
uersus Ecclesiam, & de carnis à Christo susceptæ dispensatione nugatur quædam blasphe-
ma & adulterina: Acacium autem, qui tunc sedem tenebat Pontificalem, qui rectam qui-
dem defendebat rationem, illius autem dogmatum tempestari spiritus feruore & dicendi
libertate vehementer resistebat, vult iniqua morte mulctare. Hoc cùm multos quidem con-
gregasset ex iis qui vitam agunt solitariam, & ex iis qui promiscuè viuunt & communitè,
& grex concurrisset vniuersus; seruauit pastorem, qui ne periret, veniebat in periculum. De-
creuerunt fuit namque, magnum quoque Danielem vocare in præsidium: & viro miti sacer-
dos Imperatoris significat rabiem.

Cùm autem qui erat sapiens ad malefaciendum, hoc cognouisset Imperator; ipse quo-
que Danieli significauit, hunc ipsum sacerdotem potius fuisse causam tumultus, addens:
Hic facit ciuitatem aduersus me insurgere, & milites corrumpit ac peruertit, & in me ma-
ledicta congerit & probra inuehit, & aduersum me facit innumerabilia. Quocirca oportet
te (aiebat) precibus tuis Imperatori potius opem ferre contra Episcopum. At quid ad
hæc Daniel? audi: Non solum probro afficit eum, Imperatorem videlicet, qui susceptam à
Deo humanitatem probro afficiebat, sed etiam maximas minas in eum intendit, & prophe-
ticè sic effatus est: Disrumpet (inquit) disrumpet Deus regnum tuum. Et alia adiecit, quæ
cor eius vsque adeò poterant mordere & tangere, vt nec ille quidem qui futurus erat mini-
ster verborum, ausus fuerit hæc ore renunciare Imperatori: sed à magno Daniele petierit, vt
litteris, iisque obignatis hæc significarentur Imperatori. Et sic ille quidem recessit.

Pontifex autem cùm omnes ferè eximios congregasset Episcopos, mittit ad magnum
Danielem, eum adhortans, vt suum pro Christo daret auxilium, dicens illius esse solius
linguæ & veritatis aduersus adeò absurdam depugnare blasphemiam, & suscipere bellum
pro Ecclesia. Atque isti quidem profecti hæc significauerunt. Quoniam verò Sancto erat
valde difficile è columna descendere, & renuebat: quid rursus machinatur Patriarcha vo-
lens eum ad id flectere? Rursum mittit Episcopos, iubens eos ei apparere maistos, vtique
miserabilibus & verbis & gestibus, & profundere lacrymas, validissimum medicamen-
tum ad persuasionem, & omni ratione conari eum flectere: Imitare (dicentes) primum ma-
gistrum & præceptorem. In iis enim quæ sunt facienda pro Christo, pulchrum est Chri-
stum imitari. Declinavit ille quoque è caelis & descendit, procurans salutem hominum.
Quid ergo absurdi fuerit, si tu quoque aliquantisper è columna descenderis; & quæ venit
in periculum ne pereat, seruaueris Ecclesiam, pro qua ipse proprio non peperit sangui-
ni? Existima tibi ipsam ad stare Ecclesiam, & vocem emitte, & extendere manus ad auxi-
lium implorandum.

Cùm his & aliis pluribus Episcopos instruxisset Patriarcha, & omnino exercuisset, vt
apertissimè ad mouendam misericordiam, & maximè miserabiliter ad proponendam acce-
derent petitionem: illis autem imperata facientibus, & infernè supplicum ritu cum lacry-
mis clamantibus: primum quidem ea quæ fiebant, ægrè ferebat Sanctus & angebatur ani-
mo: deinde cùm videret magis perseverantes & vehementius præcantes, & cum miserabi-
li clamore calidas lacrymas emittentes, nesciebat quid ageret illa misericors anima ad vtra-
que distracta cogitationes. Quando enim ad sacerdotes & ad sacerdotum intuebatur la-
crymas, mouebatur, quando autem ad columnam & eos qui sunt in ea labores & optatissi-
mam quietem, erat inflexibilis. Sic ergo inter se contendentibus cogitationibus, & in
æquilibrio quodammodo positus; quærit momentum superni iudicij: & eo stante ad ora-
tionem,

A tionem, vox statim è caelo exiit, quæ iubet ei vt descendat, & rursus reuertatur ad colum-
nam. Sic cum cum gaudio excipientes Episcopi, deduxerunt ad Pontificem, qui dici non po-
test quanta rursus fuerit plenus lætitia, & quanto cum honore exceperit.

BASILISCUS
RECEdit
AB VRBE.

Atque statim quidem Christum imiles vertit aduersarium, etsi ei in conspectum non vene-
rit, verbis autem solum tamquam eminus emissis iaculis vsus sit, sicut etiam per eam quam
antè miserat epistolam, nouum appellans Diocletianum: & cum per vtraque eum terruisset,
nempe & præsentis sæculi & futuri supplicia, tamquam improbum mancipium persuasit vt
fugeret. Minarum enim timore affectus cùm respondiisset: Ecce tibi concedo ciuitatem &
omnes qui sunt in ea: ipse prætextu exercitationis processit extra terminos ciuitatis. Sed nec
sic quidem eum dimisit vir fortissimus, sed fugientem, tamquam qui clypeum abiectisset,
persequeretur militem, & contendebat eum apprehendere, vt argueret, & cum eo singulari
certamine decertaret. Iuit ergo viam quæ illuc ferebat. Vide autem mihi zelum athletæ.

B Nam cùm ei pedes laborassent exercitatione, & non possent ingredi, commodatò accepit
alios pedes, & ducebatur portatus ab aliis. Fuit ne verò iter eius inane & absque miraculis?
nequaquam: Et lubentissimè quidem omnium meminisset: sed cùm tria prohibeant, nempe
& prolixitas narrationis, dicendi facultatis imbecillitas, & ne si velim omnia dicere,
cùm vos exatiauero, sitis fœcordiores in iis quæ sunt præcipua: multis prætermisissis, pauco-
rum memincro.

Quidam leprosus ad eum in via accedens, emisit vocem, quam olim etiam ad Christum,
nisi quòd ille quidem Filium, hic autem seruum Dei vocabat & rogabat, vt ab eo assequeretur
curacionem. Ille verò: Quid tibi vis, inquit, quòd eo relicto qui potest hæc curare,
accessisti ad hominem, qui est similibus obnoxius affectionibus, ea postulans quæ eius vires
superant? Verum enim verò, si quidem credis non illum solum, sed etiam eius ministro,

Matth. 8.
LEPROSUS
CVRATVR.

C posse hæc curare, erit tibi per nos quoque, vt credidisti, sanatio. Cùm autem ille hæc
confitebatur, & adhuc magis rogabat vt sanaretur: misericordia simul & admiratio ma-
gnam subiit Danielem: misericordia quidem propter morbum, admiratio autem propter
feruorem fidei: & conuersus significat iis qui sequebantur, & vt manus tollant in caelum,
& Deum placent lacrymis. Deinde cùm illius iussu is mari corpus lauisset, & fuisset mun-
datus (non procul enim aberat) ostensus est totus sanus iis qui aderant. Qui cum aspexis-
sent id quod factum fuerat, & nudum accepissent eum qui fuerat curatus, quid non facie-
bant? quid non dicebant? quo non animi motu afficiebantur? Admirabantur, clamabant,
glorificabant, obstupescabant. Mouebat quidem fides eis linguam ad gratiarum actionem:
verba autem sustinebat admiratio, & efficiebat vt præ stupore obmutescerent. Quinetiam
dicentes, nesciebant quidnam dicturi essent, illius ne fidem, an illius gratiam, & Dei poten-
tiam. Oculi autem omnium in illum solum erant conuersi, voxque vna erat & narratio, le-
prosus, & illius mundatio.

Ut ergo essent plures testes huius rei admirabilis, veniunt ad maximum Dei templum,
& virum illum in suggestu statuunt, facientes sicut Zachæus: nam illi quoque persuasit fi-
des vt ascenderet sycomorum, & his rursus, vt in alto statuerent eum qui curatus fuerat,
persuasit similis serui spiritus.] talem quidem ostentare curatum, nihil aliud ferme fuit,
quàm aduersus Eutythianos, quibus conferta ciuitas erat, exaltare de prostrata perfidia
trophæa victoriæ, dum Deum pro ipsis stare, cuius virtute per Orthodoxum virum mira-
culum illud fuerat perpetratum, euidentissimè declarabatur. Sed addita sunt his alia ma-
iora, quibus hæretici magis magisque conuincerentur. Quis (subdit auctor) quæ propter
magnum Danielem fiebant, narrauerit? Confluit ad eum vniuersa ferè ciuitas: ægrotantes
quidem desiderio sanationis, prope habentes exemplar, leprosum qui fuerat curatus: sani
autem, vt viderent eos qui curabantur, & spectaculo miraculorum minimè priuarentur.
Quæ verò eorum qui accedebant, fidem sequebantur miracula, sunt maiora quàm vt ver-
bis exprimi possint & auribus percipi.

Luc. 19.
OSTENTA-
TVR LEPRO-
SUS CVRATA-
TVS.

Cùm autem sic splendide comitatus magnus ille Daniel ad locum in quo erat Impera-
tor, peruenit prope Palatia Septimi: vir quidam Gothus genere, desuper prospiciens per
fenestram, cum sanctum vidisset sic deduci & portari, eius irridet molliciem, & ironice al-
loquitur: Ecce (inquit) nouus Consul. Hæc dixit, & statim accepit fructum suarum nu-
garum. Illinc enim deturbatus, humi iacebat mortuus. Vident quod factum fuerat farel-
lites; & dolore simul & ira repleti, & alioqui timore correpti, ne vel alius ex suis vel ipse
Imperator simile quid aduersus magnum illum locutus in eadem incidere, non sinebant
Sanctum

DANIEL
VENIT AD
SEPTIMUM.

Matt. 10.

Sanctum ingredi Regiam. Cum vero iis qui cum eo erant conantibus ingredi alioqui magna erat perturbatio: tunc cum Euangelicè pedum suorum excutere puluerem, eos qui cum ipso erant, hortatus esset Sanctus, & ipse hoc fecisset, reuersus est: sed neque tunc vacuus. Multi enim milites, cum eum parum solum vidissent, & mores & habitum obstupuerunt. Multi enim milites, cum eum parum solum vidissent, & mores & habitum obstupuerunt. Multi enim milites, cum eum parum solum vidissent, & mores & habitum obstupuerunt.

DANIEL RECYSAT REDIRE AD IMP.

Imperator autem viri reueritus virtutem, & veritus ne quid ei graue accideret propter illius contemptum: misit ad eum quamprimum, & rogat ut reuertatur. Ille vero non modo flexum, sed etiam magis irritatus, cum dixisset, quod qui caelestem Regem conatur exacerbare, ipse multo magis malorum thesaurum sibi recondit: & deinde adiecisset etiam fore, ut hic breui excidat ab Imperio, & eas quae illic sunt, minas non effugiat. Hac cum dixisset, & si quis in tunica remanserit puluis, eum excussisset; processit fidenti animo. Cum haec annunciarentur Imperatori, simul etiam & sua sponte cecidit turris Palatij, perinde ac si per res inanimas arrogantem & insolentem hominem Deus veller erudire.

DAEMONIACI LIBERATI.

Quenam autem ab accedente Sancto facta sunt miracula (quomodo enim ex vrbe cum eis est egressus, ita etiam ingredientem ipsa rursus sequebantur, quodammodo ipsa, ut ita dicam, Dei virtute famulum deducente) cum ex his pauca eaque propter satietatem veluti cursim adduxero, transibo ad ea quae supersunt. Duo quidem ab ipso adolentes primùm sanantur, qui vexabantur à daemoneibus. Deinde mulier quaedam alia, fide Chananæa, quae habebat filiam, & veluti astantis animi testes lacrymas profundeabat ex oculis, & per eas querebat curationem, sanam quidem accepit filiam: latitiam autem referens pro marore, domum rediit. Deinde cum Sanctus per mediam procederet ciuitatem, Patricius quidam ex Senatu, qui ipse quoque Zachæum est imitatus, cum eum feruenti fide domo sua excepisset, Zachæo quoque similem consecutus est benedictionem.

Luc. 19.

PRODIGIUM DE SERPENTE.

Postquam autem in ipso fuit maximo templo, & simul versatus fuit cum Patriarcha, qui ipsum cum magna simul latitia accepit & honore; hic quoque aliis quidem noua, sibi verò solita facit miracula. Serpens qui alicundè proreperat, & se magni Danielis pedibus per spiras inuoluerat, erat terribile spectaculum: & cum ad eum defendendum qui aderam accurrissent, illos quidem instimulabat timiditatis. Ipse autem serpenti audacter & fidenter minatus, cum ei tamquam ministro magna imperasset auctoritate: Vade, inquit, & tuas latebras repete & specus subterraneos. Ille verò, perinde ac qui non posset contradicere; statim reuertitur ad parietem, & in conspectu omnium disrumpitur. At quid hoc aded inexpectatum prodigium in loco serpentibus haud facile ob frequentiam habitatum accessibili, nisi quod Deus voluit hisce veluti symbolicis signis demonstrare de veterioso illo serpente humani generis deceptore esse obtentam victoriam? Sed quae haec secuta sunt, accipe.

RAIS CLARISSIMA FEMINA DANIELEM ADIT ET COLIT.

Hæc (subdit auctor) cum de magno Daniele didicisset mulier Rais, fide quidem feruentissima & maxime pia, gloria autem valde insignis, prompto & alaci animo ad eum accurrens, & similiter atque illa meretrix illius pedes rigans lacrymis, precibus ab eo contendit, ut sibi nasceretur filius. Cum autem humi deiecta vidisset eius pedis soleam exercitatione à tendine discissam; stupens tolerantiam, & emittens voces Chananæae similes, dans ei funiculum, rogat ut eum circa eius pedem inuolueret, & ei rursus reddat: Hæc est, inquit, summa mea petitionis. Ille verò primùm quidem non sustinebat: deinde motus etiam illius lacrymis, & præterea Episcopi & ceterorum verbis flexus, non solum illum cum funem circumuoluisset, ei reddidit, sed etiam significauit fore ut ipsa pareret filium, & prædixit nomen filij: Zenonem, dicens, o mulier, vocabis filium: Et sic quidem Sanctus. Ego autem nihil dicam amplius: clarum est enim ita euenisse: nihil enim excidebat ex iis quae ab illo prædicebantur.

BASILISCVS PROCVENIT AD PEDES DANIELIS.

Propterea Sanctum quoque timens Imperator, & ei omnino repugnare declinans, eum aggreditur arte & blanditiis: & cum ipse saepe eum & per multos ut ad ipsum veniret, precatus, non persuadebat, ipse ad eum venit, & ritu supplicii adorat, & illius pedes prehensit; rogans ut sibi detur venia. Ille autem (quis enim ad ea videnda erat ipso perspicacior?) illum quidem tunc multis probris insequitur. Deinde etiam aperit id quod multos latebat: Humilitas illa, dicens, & contritio est artificiosa simulatio, densa pelle contegens importunitatem eius & immanitatem: sed citò videbitis; qui omnia perspicit, Dei oculum & validam manum, quae etiam potètes deiicit. Atque cum sic quidem Sanctus tam multa fecisset miracula, Deique vertisset & profligasset hostem, & res Ecclesiae bene constituisset, quintam etiam futura prædixisset: reuertitur ad columnam, & certamina ac labores magno ac forti animo

A animo suscipit. At de Daniele hætenus meminuit earumdem rerum gestarum Nicephorus, qui & ista addit: Basiliscus motum plebis vrbanae veritus, in aedes Imperiales extemplo reuersus est, & Senatui indixit, ne molestiam Acacio exhiberet, quod multitudo ad incendendam vrbem parata esset.]

Niceph. lib. 16. c. 6.

Eadem de Daniele & Acacio habet Theodorus Lector, qui addit præterea Olympium monachum magna libertate inuectum esse in Basiliscum Imperatorem. Iniectum quidem fuisse ignem in vrbem in inuidiam Basilisci constat: de quo incendio ista habet Cedrenus: Hoc Imperatore creato, incendium florentissimam vrbis partem absumpsit: Ortum enim è medijs Chalcoptatis, cum vtramque porticum, tum contigua omnia & basilicam deuorauit, in qua fuit bibliotheca librorum millia centena vicena continens: Inter quos libros fuit etiam draconis intestinum pedes centum viginti longum, cui Homeri poemata Ilias & Odyssea aureis litteris fuerant inscripta cum historia rerum ab heroibus gestarum. Perdidit etiam mediæ in Palatijs domus vtramque porticum, & in Lauso pulcherrima donaria: ibi enim multa antiquorum simulacrorum erant posita, ut statua illa nobilis Gnidiae Veneris, itemque Samiae Iunonis, & ex alia materia Lydia Mineruae, quam Amasis Aegyptiorum Rex sapienti Cleobulo miserat, aliaque infinita, excussit scilicet. Excurrit ignis etiam vsque ad forum Constantini Magni. Ea propter in odio vniuersorum fuit Basiliscus, incendiumque & euersio vrbis cognominatus: nam alludebant ad serpentis nomen atque naturam. Scribit igitur ad Zenonem Senatus, &c.] sed hæc postea.

Theod. Collect. lib. 7. DE OLYMPIO MONACHO.

Quomodo autem inter hæc Acacius non contentus ipse non laceßiri, sed consulens omnibus Ecclesijs Orjets extorsit ab eodem Imperatore abrogationem sancitæ legis aduersus Chalcedonense Concilium, ita narrat Euagrius: Est porò apud eundem scriptorem, nempe Zachariam, Acacium Antistitem Constantinopolitanum his de rebus circuisse, monachosque & populum Constantinopolitanum contra Basiliscum vrbote hæreticum cõcitasse: illumque abrogasse litteras generatim scriptas ad omnes, atque aded decreuisse, ut ea quae tam temere & quasi repentino impetu facta fuissent, penitus abrogarentur: effecissetque; ut contrariae litteræ ab eodem Imperatore, quæ Concilium Chalcedonense approbant, passim ad omnes mitterentur. Ceterum acta hæc esse ab Acacio vigore litterarum Simplicij Romani Pontificis, epistola Gelasij Papæ ad Dardanos Episcopos manifestat, in qua hæc leguntur: Basiliscus (ut dictum est) tyrannus & hæreticus scriptis Apostolicæ sedis vehementer infractus est, & à plurimis reuocatus excessibus. hæc ibi. Subdit Euagrius: Has autem litteras, quas ait contrarias alteris fuisse, Zacharias, qui quamdam animi sui affectionem secutus, totam illam conscripsit historiam, missas fecit, quæ quidem litteræ ipsa se habent:

Euag. lib. 3. cap. 7. ACACIUS AGIT UT BASILISCVS AVG. REVOCET DATVM RESCRIPTVM.

Contra litteræ Imperatoris Basilisci. Imperatores ac Cæsares Basiliscus & Marcus. Apostolicam & Orthodoxam fidem ab initio in Ecclesijs conseruatam, & ad nostrum vsque continuatam Imperium, & nobis iam regnantibus custoditam & in perpetuum custodiendam, in qua baptizati sumus & credimus, solam integram firmamque retinendam, retentamque in omnibus Catholicis & Apostolicis Orthodoxorum Ecclesijs perpetuè continuandam decernimus, nullamque præterea quærendam esse. Quam ab causam litteras nobis imperantibus seu generatim ad omnes scriptas, seu alias, vel si quid præterea fidei & Ecclesiasticæ constitutionis gratia à nobis editum sit, mandamus irrita fieri abrogarique, atque tum Nestorio & Eutycheti, tum omnibus qui sunt eiusdem cum illis opinionis, tum omni denique hæresi anathema denunciari, & nec Concilium cogi, nec inquisitionem fieri de fide; sed ea quæ de ea decreta sunt, rata stabiliaque manere.

Epist. 11. Tom. 1. epist. Rom. Pontif.

Quinctiam prouincias, quarum Episcoporum creatio penes sedem huius regiae & illustris ciuitatis est, reuerendissimo & sanctissimo Patriarchæ & Episcopo Acacio restitui: atque Episcopos, qui illis etiam præsunt prouincijs, proprias nihilominus sedes tenere, sic ut post istorum mortem nullum præiudicium contra ordinationis ius, quod ad sanctam sedem huius regiae & eximia vrbis pertinet, ex ea re fiat. Denique quod hoc diuinum nostrum decretum vim habeat diuini edicti, nemini dubium & obscurum esse volumus. hætenus noua sanctio priorem abrogans. De eiusmodi autem edicto Theodorus Lector his verbis meminit, addens nouam hanc causam eius sanctionis edendæ: Basiliscus (inquit) cognito Zenonis motu, quem Isauriae concitauerat, Zenonidem coniugem suam sumit, & Acacio se & clero & monachis in ecclesia purgat, sedique illi iura sua restituit, & alio edicto priora abrogat.]

EDICTVM BASILISCVS PRO FIDE CATHOLICA.

Intelligis atque satis perspicue intueris, lector, quantam in Principibus ius regnan-
di pariat inconstantiam. Qui enim iam à temporibus Leonis Imperatoris Eutychianam
ex animo sectatus est hæresim, & factus Imperator eandem publica sanctione munivit ac
promulgavit: paulo post eum ob eam causam aduersari sibi expertus est Senatum & popu-
lum, & super omnes Constantinopolitanum Episcopum, Zenonemque audiuit è late-
bris emersum conlasse exercitum in Isauria, vt imminentem sibi ruinam vitare posset, mox
instar Protei mutat formam, apparensque ex improviso Catholicus, vt Saul inter Prophe-
tas, pro recta fide promulgat edicta, & promulgatas aduersus Catholicam fidem leges an-
tiquat atque penitus delet, sequè vt Samueli Saul duplex animo, arbitrio tradit Episcopi:
Ita planè versipellis hæreticus, quæstum pietatem putans, veluti quadam nundinatione,
simulata religione redimere conatus est firmitatem vacillantis Imperij, bis impius, dum
abutitur ad lenocinium pietate, ter quaterque sacrilegus, dum sacri cultus pretio mercari B
conatur regnum.

Ceterum quod ad sanctionem pro fide Catholica postremò editam pertinet: sicut prio-
rem illam impiam à Timotheo inuasore sedis Alexandrinæ impugnatore Concilij Chalce-
donensis scriptam fuisse diximus, ita hanc ab Acacio dictam & Imperatori subscriben-
dam oblatam, ex iis quæ dicta sunt, facillè intelligere possumus. Cognoscis etiam, si attendis,
in ea esse posita quæ à Simplicio Papa ad Acacium scribente aded fuerant inculcata, nimi-
rum nullatenus permittendum, vt in causa fidei iterum œcumenicum Concilium cogere-
tur. At quòd ad finem eius per Acacium additum est, vt per Basilisci eiusmodi sanctio-
nem reuocaretur quod per Leonem Romanum Pontificem tempore Concilij Chalcedo-
nensis fuerat abrogatum præsumptum priuilegium eius Ecclesiæ, vt sub aliis metropolita-
nis Ecclesiis positos ordinaret Episcopos: res planè indigna fuit Acacio, vt à tyranno atque C
hæretico & seculari potestate priuilegia quæreret stabiliri, quæ neque in magno Confessu
Patrum statuta vim valuerant sub Anatolio obtinere. ex qua quidem adipiscendi prima-
tum prurigne maximas sibi ac posteris Acacius struxit dissensiones, de quibus suo loco di-
cendum. At hæc de Basilisci & Acacij rebus gestis hoc anno cœpta, in sequentem etiam
propagata fuisse, dicere iure possumus: sed nonnisi restitutione Zenonis sequens annus à
præsenti certis notis distingui posse conceditur. agemus igitur de ea suo loco.

Hoc eodem tempore, cum Basiliscus regnaret, & cum eo impietas vexillum erexisset, fi-
desque Catholica esset vndique pessumdata, Gelasius quidam Cyzici versatus, aduersus
Eutychianos hæreticos, qui impugnantes Chalcedonense Concilium, professores se esse
Magni Nicæni Concilij vanè gloriarentur, edidit quæ reperit à Dalmatio Cyzici Episcopo
conscripta Acta Nicæni Concilij: de cuius lucubratione Phorius hæc habet in Bibliotheca: D
Acta Primæ Synodi, nempe Nicæna, tribus tomis, auctore Gelasio. Quæ quidem non verè
Acta ipsa, sed de rebus gestis in Synodo historia: humili namque sermone, sed diligenti tra-
ctat ea quæ in Synodo contigerunt.] hæc Photius. Extat ipsum quidem opus Græcè scri-
ptum in Vaticana bibliotheca, Latinitate donatum ab Alphonsò Pisano Societatis I E S V
professore viro doctissimo, sed absque Gelasij auctoris titulo, quem ex Photio oportuit pe-
tuisse. Porro inter alia idem auctor, cum præfatur, hæc habet: Post aliquot autem annos cum
per voluntatem Dei huc peruenissem, in prouinciam dico Bithynorum, & commotio &
inquisitio magna fieret post impij Basilisci tyrannidem aduersus Catholicam & Apostoli-
cam Ecclesiam Dei, & fidem Apostolicam in ea constitutam, succedente potissimum, atque
Imperatoris aulam commouente factione illorum qui hæretico Eutycheti consentiebant,
vt fidem Patrum, Nicænam, inquam, explorato Chalcedonensi Concilio, teneremus: illi quidem E
à nobis confutati sunt, quippe qui eius fidei hostes erant: neque enim sciebant quid dice-
rent, aut de quibus affirmarent. Proferente enim me quæ in illa sancta Orthodoxorum Dei
corona in Spiritu sancto à Domino per eos fuerant explicata, resiliabant à nobis peiorem
Ariana blasphemiam lingua sua proferentes, &c.] hæc Gelasius aduersus Eutychianos stre-
nuus pro fide Catholica propugnator, de quo rursus inferius dicendum erit.

Cum his flagraret incendiis Oriens, Iudæorum præcipui Rabbi Assè & Rabbi Hammal
confarcinarunt Thalmud Babylonicum blasphemis scatens. tertia hæc fuit collectio: nam
prima habita est à Iuda Simconis filio, anno centesimo & quinquagesimo ab vltima clade
Hierosolymorum, secunda verò à Rabbi Ioannam, anno trecentesimo ab eadem clade.
sed de his pluribus Sixtus*. Iam verò conuertamus oculos in Occidentem.

Hoc anno Genfericus Rex Vuandalorum in Africa vita functus est, cum regnasset (se-
cundum

ACACIUS A
TYRANNO
EVRA EC-
CLESIAE
OBTINET.

*Sixtus lib. 2.

A cundum sententiam Victoris*) annos trigintasetem, licet Procopius^b trigintanovem Gen-
ferici regno tribuat: sed Victorem res sui temporis scribentem præstat audire. Porro eius-
modi numerum annorum regni Genferici ducere eum à tempore captæ Carthaginis, non
autem ex quo Vuandali in Africam ingressi sunt, satis potest intelligi, dum superius nume-
rat quindecim annos eiusdem regni tempore quo Romanam cepit vibem, quem necesse est
numerum cœpisse ab anno quadringentesimo quadragesimo, qui primus numeratur post
captam Carthaginem: nam ipsam urbem Romam liquet à Genferico captam (vt dictum
est) anno Domini quadringentesimo quinquagesimo quinto. Prædicatur hic regum om-
nium felicissimus: Etenim nulli planè vniquam id datum est, duarum totius Orbis poten-
tissimarum urbium expugnatorem fuisse, Carthaginis atque Romæ, potitumque manibus de
eis erexisse trophæa. Vt ex his, quæ Deus faciat mundi regna, atque præsentis vitæ gloriam,
quibus locupletauit crudelissimum barbarum, eundemque perfidum Arianum, ipsi Deo
semper infensum, sanguine martyrum cruentatum, intelligi possit.

Mortuo igitur Genferico (inquit Victor*) Hunericus maior filius patri succedit. Qui
primordio regni (vt habet subtilitas barbarorum) cœpit mitius & moderatius agere, &
maximè circa religionem nostram: vt etiam vbi antea sub Genferico Rege præiudicatum
fuerat, ne spirituales fierent conuentus, conuenticula concurrerent populorum. Et vt se
religiosum ostenderet, statuit sollicitius requirendos hæreticos Manichæos, ex quibus mul-
tos incendit, plurimos autem distraxit nauibus transmarinis: quos penè omnes Manichæos
sux religionis inuenit, & præcipue presbyteros & diaconos Ariana hæreseos. Vnde magis
erubescens, amplius in illos exarsit. De quibus repertus est vnus nomine Clementianus
monachus illorum, scriptum habens in femore, Manichæus discipulus Christi Iesu. Propter
quod magis laudabilior memoratus Rex videbatur, in vno displicens, quia cupiditati insa-
tibili vehementius inhiabat, & prouincias regni sui varijs calumnijs atque indictionibus
onerabat, vt de illo præcipue diceretur, Res egens magnus est calumniator.] hæc de pri-
mordijs Hunerici Victor, reliqua autem de eo suis locis dicenda erunt.

IESV CHRISTI SIMPLICII PAP. BASILISC. IMP. 2.
ANNVS ANNVS ODOACR. REG. 2.
477. IO.

S equitur Christi annus quadringentesimus septuagesimus septimus, quem nullius illustra-
uit Consulatus, nam nonnisi post Consulatum inscribi consuevit Basilisci atque Armati.
Quo ipso anno, eodè Basilisco Imp. in ordinem redacto, Zeno iterum imperauit. Tenuit
se autem Imperium Basiliscum annum vnum & menses sex, dictum est superius; licet Pro-
copius^d annum vnum & menses octo ipsum imperasse tradat: quinetiam & Cyrillus in Sa-
ba testatur menses viginti Basiliscum regnasse. Quoniam autem modo acciderit vt pesti-
lens homo sublatus fuerit, audiamus à Procopio, qui ait: Cum Basiliscus octo menses super
annum tyrannidem exercuisset, omnibusque ob eius auaritiam & aulicis & militibus infen-
sus esset: à Zenone tandem exercitu petitus est. Vbi amborum copiarum in conspectu fuere,
Armatus (sic enim nomen duci erat, qui ab eo missus fuerat) Zenonis ducibus se cum toto
tradit exercitu.] Sic igitur Deo & hominibus inuisus Basiliscus, Armati Exconsulis & Ma-
gistri militum defectione, Imperio excidit. Sed quid post hæc? subdit Procopius:

Igitur Constantinopoli Basiliscus acceptæ cladis & prodicionis nuncio, protinus in tem-
plum confugit: vbi captus ab Acacio Præsule Constantinopolitano ob eius impietatem,
ac Zenoni traditus est: Nam ab Orthodoxa fide deficiens, in Eutychianam sectam incli-
nauerat, omnemque vitam pessimis moribus inquinauerat, ex quo odio cunctis erat. Ze-
no rursus Imperium repetens, Armati officium ante omnia probauit: verum paulo post
eum in suspicionem venientem de medio sustulit. Basiliscum autem tyrannum simul cum
vxore & filijs in Cappadociam mittens hiemis tempore, iussit neque veste, neque cibarijs
iuari. Ex quo breuiter vnà se complexi corporibus, collacrymantes miserè perierunt: vnde
tyrannidis poenam breui tempore dedit. Sed hæc postea contigerunt.] hucusque Proco-
pius. locus præstitutus exilio, Lyminis à Marcellino nominatur, vbi Basiliscus cum suis fa-
me contabit. ista quidem ipse hoc anno post Consulatum Armati. Tali clausit sine vitam
impus Basiliscus, vti fame periret, qui (inquit Suidas) pecuniam exegit ab Ecclesiarum
Episcopis, & Acacium Constantinopoli Episcopatu propemodum pepulisset, nisi à multi-
tudi-
F f

Annal. Eccl. Tom. 6.

GENFERICO
OBITVS.
Victor de
persecut.
Vuandal. lib. 1.
Procop. de
bello Vuandal.
lib. 1.

Victor. de
persecut.
Vuandal. lib. 2.
HUNERI-
CVS SVC-
CISOR GEN-
SERICI QVA-
LIS.

BASILISCVS
CVM SVIS
FAME PER-
IRE COG-
TVR.

BASILISCVS
CVM SVIS
FAME PER-
IRE COG-
TVR.

tudine eorum qui monachi dicebantur, reprehensus fuisset, homo insigni avaritia, ut ne a cerdonibus quidem & contemptis opificibus parceret, omniaque plena essent lacrymarum inter illas exactiones.] hæc Suidas.

His enarratis de miserando interitu Basilisci tyranni, adiungamus quæ idem habet Suidas de nece Armati, qui hoc ipso anno (ut vidimus) ab eodem Basilisco in Consulatu collega assumptus est. Erat hic cognatus ipsius Basilisci, Zenonis verò Augustæ (ut idem tradit) adulter, de cuius interitu ista habet: Armatus plurimum potuit apud Zenonem Imperatricem & ipsum Basiliscum. Est autem occisus à Zenone Imperatore, ac cæde eius ciues admodum sunt gauisi nam sub Leone quoscumque Thraces, qui seditionem mouerant, cepisset, hos manibus amputatis dimiserat. Ceterum Onoulus quidam eum interfecit, quem Armatus pauperem & recens à barbaris venientem humaniter susceptum, Comitem primum fecerat, deinde Præfectum Illyricorum, & ad conuiuia multo argento instruxerat: sed is barbara perfidia & sanguinaria manu gratiam illi retulit.] hæc Suidas. Ista porro contigerunt, ubi Zeno, sublato e medio Basilisco, in Imperium regressus est.

⁶Euagr. lib. 3
c. 8.
3. THECLÆ
BENEFICIO
ZENONIS
SCRIPTUM
TRIVM.

Porro hæc omnia superum nutu facta esse, intercedente apud Deum pro Zenone sancta protomartyre Thecla, probauit euentus: nam de ea ista habet Euagrius: Zeno verò per visionem (ut fertur) conspicatus sanctam, strenuam, & eximiam martyrem Theclam, non ipsum solum impellentem, verum etiam pollicentem restitutionem, versus Constantinopolim exercitum ducit. Arque viris qui illum obsidebant, muneribus inductis, Basiliscum, cum iam biennio regnauerat, Imperio exturbat, & ad sacri templi adyta confugientem hostibus auferendū tradit. Quam ob causam Zeno egregiæ martyri Theclæ amplissimum templum splendore & pulchritudine eximii Seleuciæ vrbis Isauriæ dedicauit, pluribusque ac planè regalibus monumentis, quæ ad nostram vsque ætatem seruata sunt, exornauit.] hæc C. Euagrius. Ceterum de obitu Basilisci ac suorum hæc ab alijs diuersa Euagrius habet: Basiliscus autem mittitur in Cappadociam, mortem oppetiturus. Vbi in diuersorio, nomine Aconso, vnà cum vxore & liberis trucidatur.] ita Euagrius. hunc tandem consecutus est finem homo perfidus, hæreticorum patronus, re vera Romani Imperij pestis & exitium.

Per huiusmodi autem vexatione non nihil ad meliorem frugem redditus Zeno videri voluit: Etenim simulac peruenit Constantinopolim, memor prædictionis sanctissimi Danielis, qua prænuñciarat fore, ut sicut pellendus, ita & esset paulo post restituendus in regnum: confestim vnà cum coniuge ad ipsum in columna agentem perrexit, & de accepto eius precibus tam insigni à Deo beneficio gratias egit. hæc quidem ipsius Danielis acta^b continent.

^bActa Danielis
47.
Sur. die 11.
Decemb.
ZENONIS
BIT. AD
ROM. PON
TIF.

Ne quid insuper prætermitteret Zeno Catholici Imperatoris imaginis, præclarum pietatis illud specimen edidit, & rectæ fidei inuicem prodidit, cum epistolam scripsit ad Simplicium Romanum Pontificem, qua fidei suæ in omnibus testatam redderet integritatem. Non extat ipsa quidem, verum de ea mentionem habet idem ipse Papa Simplicius in Apostolicis litteris ad eum redditis hoc ipso anno mense Octobris, quæ sic se habent:

Simplicius Episcopus Zenoni Augusto.

^cSimpl. epist.
7. Tom. 1.
epist. Decret.
EPISTOLA
SIMPLICII
PAPAE AD
ZENONEM
IMP.

Inter opera diuinæ prouidentiae, quæ pia semper & iusta sunt, nostris quoque temporibus eloqui potentias Domini, vix qualibet humana lingua sufficit. Quis enim valeat vel cogitatione complecti, vel voce depromere, quod in ipso vtriusque rei laborantis articulo, & votis publicis religionis sanctæ reddidit vos quieti, nisi quod tanti consideratione miraculi clamandum est cum Propheta^d: Hæc est mutatio dexteræ excelsi, quæ exaltantes semetipsos potenter humiliat, & humiliantes se clementer exaltat. In quibus etiam si dispensationis supernæ sagacius mensura libretur, profecto euidenter apparet, idè perfidorum irrepsisse perniciem, ut fides clementiæ tuæ etiam inter aduersa probaretur, quantoque magis rebus vrgeri crederetur infestis, tanto clariùs vestra magnanimitas immineret, atque ob hoc mansuetudinis vestræ de Constantinopolitana vrbe prouenisse discessum, ut vniuersorum desiderijs expetiti, gloria maiore rediretis, ut ex contrariorum periculis, quod in vobis esset, cunctis vtile nosceretur, Dauidicæ nimirum illius virtutis exemplo, qua singulari patientia cedens paululum furoribus parricidæ, continuo post victoriam populorum precibus imploratam, præstantiore fastigio est reuersus in regnum. Latere igitur, venerabilis Imperator, eos fuisse tuos hostes, qui extiterunt Diuinitatis inimici: atque gaude cum Ecclesia laborasse, & cum fidei Catholice libertate Imperium restitutum: Atque ut in omnibus doceas causam tibi cum Deo esse communem, eius ope viriliter fretus inesse: ut per quem publicos incubatores subegit, Ecclesiæ quoque depellat tyrannos. Si-

CUT

A cut enim pietas vestra merito recteque confidit, illo nos tempore nihil aliud Deum nostrum suppliciter implorasse, quàm ut nobis Romani Imperij Præsules, quales nunc loquimur, redderentur: ita expectari cernitis, ut huiusmodi vos esse, ipsorum actuum qualitate monstratis.

Respicite, quæso, Augustæ memoriæ Marciani atque Leonis omnimodo conspicuam Catholica deuotione constantiam: & salubri consideratione perpendite, cum in eodem loco stare nequierint, qui ab eorum rectitudine deuiarunt, successorem regni potestatis legitimum ac diuinitus attributum eum fore sine dubio, qui illorum fidei persisterit imitator. Debes, gloriosissime & clementissime fili Imperator, Augustæ memoriæ tantorum virorum taliumque reuerentiam, debes vices muneribus Dei. Ille te ad istorum docentem Imperium: tu Deo istis similem redde famulatum. Et quia hæc, beato Apostolo docente nos Petro, mea nuper humilitate prædicante, refutata sunt, à casuris, Deo fautore, proficiant in regni soliditate mansuris.

Ego quidem litteris, quas vestra clementia destinauit, pignus immensum venerandæ religiositatis accipiens, & ingenti gratulatione respiro, & omnino non ambigo mentem vestram in rebus diuinis gesturam longè potiora quàm cupio. Sed mei memor officij, in hanc partem clementiam tuam idèd prolixiori hortor alloquio, quia Imperij sui pariter & salutis affectu illis te causis inhæreere semper exopto, quibus solis & præsentis regni stabilitas custoditur, & æterni gloria comparatur. Vnde ante omnia precor, ut Alexandrinam Ecclesiam non minis à funesto, quàm ab hæretico peruafore clementiæ vestræ dispositionibus liberatam, Catholico ac legitimo restitui censeatis Antistiti, eisque etiam, quos temeritate diabolica diuersis Ecclesijs ordinasse perhibetur, eiectis, rectæ fidei subrogari constitutis Episcopos: ut sicut rempublicam vestram à tyrannica dominatione purgatis, ita ubique Ecclesiam Dei ab hæreticorum latrocinijs atque contagijs exuatis: nec id potius præualere patiamini quod iniquitas temporum tulit, & ij quos non solum vestro Imperio, sed & in Deum quoque rebellis spiritus concitauit, quàm quod tot tantique Pontifices, & cum egregijs Orthodoxisque Pontificibus vniuersalis Ecclesiæ decreuit assensus.

Chalcedonis Synodi constituta, vel ea quæ beatæ memoriæ prædecessor meus Leo Apostolica eruditione perdocuit, intemerata vigere iubeatis: quia nec villo modo retractari potest quod illorum definitione sopitum est, nec vllatenus recipi toties vno vndique ore damnatus. Ipsa est quippe (sicut experti estis) Catholica fides, quæ potentes de sede læsa deposuit, & exaltandos humiles custodita seruauit. Quare satagendum est pietati tuæ, ut qui huius tibi auctor est doni, sit ipse etiam propagator. Data septimo Idus Octobris, post D Consulatum Basilisci & Armati.]

Porro ex sententia Romani Pontificis à Zenone cuncta esse impleta constat. Atque in primis intrusos à Basilisco hæreticos Episcopos ab ipso fuisse eiectos, auctor est Euagrius, dum hæc ait: In Imperium restitutus Zeno, visus est prudentior esse factus: perinde ac bene conscius illud sibi abrogatum à Deo fuisse ob susceptum patrociniū hæreticorum, mox legem fanciuit, qua decreta Basilisci tyranni in litteris generatim ad omnes perscriptis comprehensa, abrogata fuere: & Petrus Ecclesiæ Antiochena, & Paulus Ephesina expellitur. Episcopi Asiæ quo placarent Acacium, deprecari culpam, veniamque petere cœperunt, mittunt quoque ad eum pœnitentiæ libellos, quibus asserbant, se non sua sponte, sed vi ac necessitate coactos, litteris Basilisci generatim ad omnes datis subscripsisse: atque adeo iureiurando confirmant rem ita re vera se habere, seque non aliter quàm Concilium Chalcedonense vel credidisse, vel credere. Libelli autem hanc habent sententiam:

Epistola, siue libellus supplex ab Episcopis Asiæ ad Acacium Episcopum Constantinopolitanum missus.

Acacio sanctissimo religiosissimoque Ecclesiæ Constantinopolis, quæ Noua Roma dicitur, Patriarchæ S. & postea: Venit ad vos, uti par est, qui nostrum locum suppleat. & paulo infra: Per illos libellos agnoscimus, nos non nostra voluntate, sed necessitate adductos, litteris subscripsisse Basilisci, eisdemque non animo, sed verbis dumtaxat consensisse. Nam Dei optimi maximi aspirante numine, cui nostræ preces gratæ acceptæque sunt, credimus non aliter quàm à trecentis decem & octo Orbis terræ luminibus & centum quinquaginta sanctis Patribus accepimus. Credimus præterea Actis quæ à sanctis Patribus Chalcedone coactis sanctè sincereque decreta sunt.] hæc ipsi. Sed turpis planè est excusatio ista tum quibuscumque Christianis, tum maximè Episcopis totius Asiæ, in quibus omnibus

^eEuagr. lib.
3. c. 8. 9.
ZENONIS
PRUDENTIOR
AGIT PRO
FIDE CA
THOLICA.

ASTAR EP
SCOPI RAS
PISCYNT.

em arcuisset penitus vigor pristinus, & quæ insidebat olim in eiusdem provincie Episcopis A sacerdotalis constantia penitus enervata esset.

Quod autem lapsi Episcopi libellum supplicem pro restitutione darent Acacio, & non ex more ad Simplicium Papam miserint; illud in causa fuit, quod ob rem bene gestam aduersus Basiliscum tyrannum, idem Simplicius Papa eidem legauerat vices suas: quod sanè idem Romanus Pontifex profitetur in litteris postea datis, quas suo loco reddemus. Testatur id & Gelasius ad Dardaniæ Episcopos scribens verbis istis, de ipso Acacio agens: Cur (inquit) tanto tempore, cum ista gererentur, vel gerenda cognosceret, non ad sedem Apostolicam, à qua sibi curam illarum regionum nouerat delegatam, referre maturauit? &c.]

*Gelas. epist. 11. Tom. 1. epist. decret.

TERRAE MOTVS PRODIGIOSVS.

Inter tot autem tantaq; læta nouus casus animos omnium vehementer exagitauit, terræmotus videlicet, de quo ista Cedrenus: Anno quarto Zenonis Imp. terribilis fuit terræmotus Constantinopoli die vigesima quinta Septembris. Corruerunt multa templa, domus, B rostraque funditus, & obruta immensa hominum multitudo. Cecidit etiam globus columnæ fori, & statua Theodosij Magni, quæ columnæ Tauri imposita erat, muri interioris facis longa pars. Durauit diu ille terræmotus, aded vt fœtor quoque urbem occuparit.] hæc ipse. Ita planè (si coniectari licet) terra ipsa suis visa est clamasse vocibus, Pax, pax, & non erit pax: etenim visa est magnorum malorum esse prænuncia; cum videlicet, qui ad horam Imperator Catholici hominis sibi laruam imposuerat, eadem postea citò proiecta, qualis esset perfidus omnibus Orthodoxis innotuit: sed quando id contingerit, suo loco dicemus: modò autem in his immoremur, quæ ab eo pro cultu Catholice fidei pie sancteque ipso reditus sui exordio gesta sunt.

Quod verò ipso primo in Imperium regressu Zenonè hortatu Romani Pontificis eiecisse diximus, quos intruserat Basiliscus, depressisseque omnes quicuius fauore vim acceperant Eutychnianos Episcopos, & eos etiam Epheso atque Antiochia remouendos esse præcepisse: Quid, inquit, de execrando illo omnium malorum auctore Timotheo Alexandriinæ sedis inuatore, quem officii & beneficii auctum sub Zenone Constantinopoli antea exceptum vidimus? Putans ipse Zenonè verè in Catholicum esse mutatum, spe destitutus, mærore absorptus, Iudæ proditoris instar cruentus carnifex est exitum cõsecutus. Quod enim inique admodum qui præcesserat eidem ignouissent Imperatores, ipsemet in semetipsum iusto Dei iudicio vindicæ scelera inuixit, & sui ipsius iustus vltor existens, ipse sibi mortem consciiuit. Quomodo autem id acciderit, Liberatus Diaconus ita narrat:

*Liberat. Dinc. Bren. c. 16 Tom. 2. Conc. DE OBITU TIMOTHEI AELURI. *Euagr. lib. 3. cap. 12.

Postquam Imperator Zeno reuersus est ad Imperium, Timotheus Aelurus metuens ze- lum quem habebat circa Chalcedonensem Synodum, optauit sibi mortem; & istud perseveranter orans, ab humana vita, hausto veneno, solutus est. Dicunt sequaces eius, præ- D disse eum diem obitus sui: & re vera qui se parabat veneno interficere, sciebat.] hæc Liberatus Diaconus suorum temporum testis. Ex quo redarguas Euagrium*, qui Zachariæ Eutychniani historici assectatus vestigia, de Timotheo eodem ait, ipsum à Zenone sedere permissum vsque ad obitum: nam restitutum fuisse in pristinum locum Timotheum alterum legitimum Episcopum Alexandrinum, agente pro eo Romano Pontifice, suo loco dicemus, cum de turbis Alexandrinis post Timothei obitum iterum repetitis agendum erit.

HAERETICI TIMOTHEANI. *Gennadius de script. Eccl. c. 82.

Ex hoc nefario Timotheo dicti sunt Timotheani hæretici, aduersus quos aliasque huius temporis hereses erudite scripsit Samuel Syrus, de quo habet ista Gennadius: Samuel Edesena Ecclesia presbyter multa aduersus Ecclesia inimicos Syro sermone construere dicitur, præcipua tamè intentione contra Nestorianos, Eutychnianos, & Timotheanos nouellos, sed sibi diuersos hæreticos. Vnde & frequenter triforem bestiam Ecclesiastica simul sententia E auctore sanctarum Scripturarum summam consecit: ostendens Nestorianis, Deum in homine non purum hominè ex Virgine natum: Eutychnianis, veram humani generis carnem à Deo sumptam, & non de cælo exhibitam, nec crassi aëris substantiam in carne incesisse* formatam: Timotheanis, ita Verbum carnè factum, vt manente Verbo in sua substantia & homine in sua natura, societate, non commixtione vnã Filij Dei reddidisse personam. Viuere adhuc apud Constantinopolim dicitur: nam initio collati Anthemio Imperij & scripta eius, & esse eum in carne cognoui.] hæc Gennadius.

*accepiſſe

*Gennad. c. 81.

Quis autem pro huiusmodi nefandis Timotheanis scripserit, idem ostendit paulo superius hæc dicens: Syrus natione Alexandrinus, arte medicus, ex philosopho monachus, vir dicendi peritus, scripsit aduersus Nestorium prius eleganter & fortiter: modò autem dum in illum inuehitur nimis, & syllogis magis quàm Scripturis agit, Timotheanum dogma

A dogma fouere cœpit. Denique ambiguus etiam sui, suspendit animum à consensu Chalcedonensis decreti, nec acquiescendum putat Filium Dei duabus post incarnationem consistare naturis.] hæc ipse: qui & de eodem Timotheo agens, sic ait:

*Gennad. c. 72. TIMOTHEI SCRIPTA HAERETICA.

Scriptit ad Leonem Imperatorem libellum valde suasorium, quem prauo sensu Patrum testimoniis in tantum roborare conatus est, vt ad decipiendum Imperatorem, & suam hæresim constituendam, penè Leonè vrbis Romæ Pontificem & Chalcedonensem Synodum ac totos Occidentales Episcopos aliorum adminiculo Nestorianos ostenderet. Sed fauente Deo, à Chalcedonèsi Concilio hostis Ecclesia arguitur & confutatur. Viuere adhuc in exilio iam hæresiarcha dicitur & habetur. Hunc ipsum libellum noscendi gratia ego rogatus à fratribus in Latinum transtuli, & cauedum prætitulau.] hæc ipse: quibus apparet, ante hæc tempora, dum Timotheus in exilio ageret, ipsum librù Timothei ab eodem Gennadio esse translatum. Sed etiam hunc Timotheum dictæ hæresis conster auctorem fuisse; ex his tamen quæ superius sæpe dicta sunt, satis apparet eundem Alexandrinum Timotheum eandem quam Dioscorus atque Eutychnes hæresim sectatum esse. Quinam autem alij scriptores præter Samuelem hoc tempore aduersus Eutychnianam hæresim scripserint, alibi dictum est.

Sed qui in locum eiectorum Episcoporum fuerint substituti, Euagrius narrat: nempe Antiochiæ Stephanum, de quo plura inferius dicturi sumus, in locum verò defuncti Timothei fuisse subrogatum Petrum. sic enim idem auctor ait: Mortuo Timotheo, Alexandrini Petrum cognomento Mongum sua ipsius auctoritate sibi Episcopum deligunt: quod Zenonem, vbi ad aures eius peruenit, vehementer conturbauit. Itaque Petrum mulctauit morte: Timotheum autem, qui Proterio successerat, qui que tum propter quamdam populi seditionem ætatem debebat in Canopo, accersit. Sic Timotheus Imperatoris iussu suam Episcopalem sedem denuo obtinet] prout vt ex litteris Papæ Simplicij admonitus fuit. Ceterum quòd Petrus morte mulctatus sit, redarguitur Euagrius à Liberato Diacono & aliis historicis. Sed de his agemus auno sequenti.

PETRVS MONGVS EPISCOPVS ANDR.

Hoc eodem anno, qui numeratur quintus ab obitu sancti Euthymij magni nominis anachoretæ (vt auctor est in eius Vita^b Cyrillus) Anastasius Episcopus Hierosolymitanus ex hac vita migravit anno vnde uigesimo suæ sedis, vt ex tempore obitus Iuuenalis prædecessoris colligitur: in eius verò locum ordinatur Martyrius monachus genere Cappadox: quod quidem futurum S. Euthymius longe antè prædixerat, vt Cyrillus his verbis narrat post reuocitam eadem Proterij Episcopi Alexandrini per impium Timotheum illatam. Cum ergo in Ægypto omnia essent plena turba & tumultu, duo anachoretæ, quibus nomen erat Martyrius, & Elias, vnus quidem Cappadox, alter verò Arabs, profecti ex monte Nitriæ ad magnum illum veniunt Euthymium, & vnusquisque eorum in cella separata apud ipsum longo tempore sunt versati: quos quidem hic vir diuinus amplectebatur lege amicitia, & assidue inuitabat ad colloquutionem, & ad Cutilam & Ruban secessus & descensus eos quoque similiter faciebat participes: cum quibus & vnà cum Gerasimo & aliis deinceps anachoretis sanctæ illius manus vnaquaque Dominica intemerata sumebat sacramenta. Præuidit autem magnus Euthymius perspicaci oculo animæ ea quæ erant euentura Martyrio & Eliæ; nempe fore, vt Iacobi, qui clarus erat in choro discipulorum, vnusquisque eorum sedis sit successor futurus.] hæc de rebus Martyrij ante Episcopatum & visione Euthymij Cyrillus.

*Apud Sur. die 20. Ianuarij. MARTYRIVS EPISCOPVS HIEROSOLYM. *Cyrill. vit. S. Euthym. die 20. Ian. apud. Sur.

Simulac autem vir sanctissimus thronum Hierosolymitanæ conscendit Ecclesia, è sublimi loco oculis mentis lustrans populum sibi subiectum, vidensq; adhuc vigere dissidia, foueriq; studia hæreticorum, quæ tempore nefandissimi Theodosij fuere inter monachos potissimum disseminata: ex imo pectore trahens suspiria, in memoriam reuocauit functiones diuini pastoris ab Ezechiele ita descriptas: Sicut visitat pastor gregem suum in die, quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum: sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis: & educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam, & pascam eas in montibus Israel in riuus & cunctis sedibusterræ. In pascuis vberitnis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum. ibi requiescent in terris virentibus, & in pascuis pinguibus pascuntur super montes Israel. Ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus. Quod perierat requiram, & quod abiectum erat reducam, & quod fractum fuerat alligabo.] Ista, inquam, de Israelis pastore, Israeliticæ regionis Episcopus memoria repetens, vt eadem perficeret, totis contendere viribus cœpit; concepitque

*Ezech. 34.

CHRISTI
477.SIMPLICII PAP.
IO.ZENONIS IMP. 4.
ODOACR. REG. 2.

tantam spem ob noua signa de restituenda collapsa fide Catholica hoc eodem anno ab ipso Imperatore Zenone ostensa, cum ab eo abiici audiret Eutyrianos Episcopos, & explodi edictam contra Chalcedonense Concilium sanctionem Basilicæ Imperatoris.

Quamobrem consilium iniit legationis mittendæ Constantinopolim ad eundem Augustum: Deligitur ad opus industria & sanctitas Phidi diaconi, alumni magni illius Euthymij, quem haud pridem ex hac vita migrasse diximus. At quoniam non latebat Deum, quæ occulta erat hominibus, mens perfida Zenonis Imperatoris: ne ea legatio incassum perueniret Constantinopolim, sed reuocaretur in Palæstinam, diuinum consilium antenerit, & quidem immenso miraculo, quod fide dignissimus testis Cyrillus sui temporis & regionis historicus omni fide testatum posteris tradidit hisce verbis:

Quinto autem anno postea, ab obitu Euthymij scilicet, moritur quidem Anastasius Patriarcha, iam incipiente mense Ianuario. Zeno verò reuersus ab exilio vincit quidem Basilicam, qui adhuc tenebat Imperium, rursus autem recuperat Imperium, quod amiserat. Et sedi quidem Hierosolymitanæ succedit Martyrius, de quo à me superius sæpe facta est mentio: qui ad ipsum Imperatorem Zenonem & Acacium Episcopum Constantinopolitanum scribit de schismaticis & illorum blasphemia & vitanda hæresi: & cum Phido diacono dedisset litteras, mandat ei quoque non pauca ore dicenda:

Ille autem cum Ioppen peruenisset, & quoddam ascendisset nauigium, quod proficisceretur in Corycium, ubi fuit in ipso mari Parthenico, in magnam incidens procellam & tempestatem, media nocte patitur naufragium. Cum verò iam demergeretur, nec se supra fluctus posset omnino tollere, sed propterea quod in medio mari esset, & quod nox esset obscura & incerta, periret: in quoddam lignum ex inopinato, vel potius quod Deus id dedisset, incidit: & cum in quendam locum enataisset, & à tanta calamitate se paululum recreasset, venit ei in mentem admirabilis Euthymius, & statim illius implorabat auxilium aduersus periculum, & ambas ei manus tendebat, & illius nomen sæpe inuocabat. Cum sic ergo laboraret, ei alicunde magnus apparet Euthymius, per mare transiens, & securè in ipsis fluctibus ambulans. Quem cum repente vidisset, Phidus adductus est in admiratione. Eum autem ab omni angore & timore volens rursus statim liberare, ea qua prius quoque solebat allocutione: Noli, inquit, timere. Ego sum Euthymius Dei seruus. Scias non esse bonum hoc iter in conspectu Dei: neque enim asferet utilitatem aliquam matri Ecclesiarum. Et ideo te oportet reuerti ad eum qui te misit, & ei meo nomine iubere, ne sit sollicitus de disjunctione schismaticorum: haud enim ita diu abhinc, sed illo Pontificatu obtinente, futuram vnionem, & omnes qui sunt Hierosolymis, futuros vnium gregem & sub vno pastore. Te autem oportet venire ad meam Lauram, & fratrum quidem cellas diruere ab ipsis fundamentis, cœnobium verò ædificare illic, ubi meum ædificasti cœmeterium. Non enim Lauram, sed cœnobium potius esse locum Deo placet.

Hæc ille quidem mandat Phido, & suo eum pallio induit. Ille autem re ipsa & non in somnis protinus raptus, non dissimili fortè modo ei quo Habacuc, ita facile & momento temporis statuitur in littore, & perinde ac si è somno surrexisset (ò diuinam providentiam!) in sancta inuenitur ciuitate. Sic autem præter opinionem in domo conseruatus, deponit quidem illud diuinum Euthymij pallium, quod tantum pelagus transuolare penna citius effecit & tutius, consuero autem induitur vestimento: Illud verò (sed est attendendum) miraculo enim cognatum & consimile sequitur miraculum) à quadam veluti manu abreptum, euanescit & tollitur de medio. Cum ad se ergo rediisset Phidus, & quamnam eum mala oppressissent considerasset, vnda, fluctus, nox, desperatio, & quæcumque sunt mala tempestatis: deinde verò animo agitasset repentiam huius inexpugnabilis calamitatis solutionem, magnumque Euthymium, & quemadmodum cum iam esset defessus, & grauius suffocaretur, ei apparet pedibus ingrediens in fluctibus, & veluti manum illam porrigens hilarem, vultumque vnâ & vocem, & ei mandans ea quæ dicta sunt, & tandem imponens pallium, & tantum mare veluti alatum per aërem transmittens, & domi suæ reddens insensibiliter: Hæc cum apud se considerasset Phidus, emisit illas voces cum magna admiratione: Nunc scio verum esse & germanum Dei seruum magnum Euthymium, ab eoque missum me liberasse à calamitate.

Deinceps autem hæc quoque matri narrauit. Illa verò eis aures lubenter accommodans (amabat enim non solum filium, sed etiam Deum) & propterea tam eius qui seruat, quam eius qui seruatur, delectata narratione, & etiam lacrymas profundens ex oculis, con-

suluuit

LEGATIO A
MARTYRIO
EPISCOPI
AD ZENONEM
IMP.* Apud Sur.
die 20. Ianuarij.LEGATIO
TEMPESTATIS
IN INTER-
CIPITUR.S. EUTHY-
MIUS LIBE-
RAT LEGA-
TUM NAV-
FRAGVM.CHRISTI
477.SIMPLICII PAP.
IO.ZENONIS IMP. 4.
ODOACR. REG. 2.

A suluit filio vt omnia impleteret. Deinde autem ad Patriarcham quoque transiens, ei Phidus renunciauit omnia. Ille verò admiratus narrationem, quæ omnem rationem superat & opinionem: Re vera (inquit) Dei propheta est magnus Euthymius, magnaque est & quæ dici non potest apud illum fiducia. De iis enim quæ Lauræ euentura essent, cum nos omnes essemus testes, prædixit iam in Christo consummandus. Hæc cum dixisset, ipsi quoque Phido permittit vt ædificet cœnobium, & concedit vt ad id proficiscatur: simul professus, se quoque omnibus viribus opus vnâ esse aggressurum.]

Probauit autem euentus hæc omnia Dei nutu atque potentia facta esse, cum ipse Deus maius atque euidentius subiecit miraculum, quo non vnum hominem è mari eripi transferique momento contigit in Palæstinam, sed multa millia hominum è profundo erroris in regnum lucis in ictu fermè oculi, omnibus cernentibus & admirantibus, inuisitato quodam modo accidit sublimè ferri. Quid autem id sit, & quomodo factum fuerit, ex eodem Cyrillo auctore accipe: Cum iam quidem Patriarcha Martyrius, fidem tribuens Phidi visioni admirabili, & iis quæ in mari prædixit ille magnus, de his quidem schismaticis cessauit cogitare. Non multum autem temporis intercessit, & veluti ex diuiniore quadam visitatione, Marcianus, cuius paulo antè memini (*hic erat Archimandrita princeps hereticorum ipse hereticus*) omnes ipso conuocat in cœnobio, quod ab ipso constructum fuerat in sancta Berthehem: &, Quousque tandem (inquit) ò fratres & patres, contendimus corpus Ecclesiæ diuidere in partes, idque cum nec nobis quidem constet quæ sit Dei voluntas, sed rem sic credamus propriis cogitationibus? Est ergo nobis considerandum, ne fortè existimantibus recta via ingredi, in auia contingat incidere. Sunt enim incertæ hominum cogitationes, sacra aiunt eloquia. Et si videtur, sequentes illud Apostolicum, & veluti exemplo videntes, in conspectu iaciamus fortes Episcoporum & monachorum: & si fors quidem venerit ad monachos, oportet omnino perseuerare in ijs, in quibus nunc manemus, & quæ nobis placeant: sin autem ad Episcopos, cum ipsis communicare.

Cum hæc attulisset sententiam Marcianus, nullus erat ex iis qui aderant, qui non laudaret. Iactam itaque sortem Episcopi quidem eam habuerunt: omnes autem ei statim communicabant tamquam ex Deo esse cognitam arbitrati, præter Gerontium solum & Romanum: & omnes se ipsos præbent ferentes vnioni Ecclesiæ, eique de cetero germanam ac sinceram faciunt communionem. Cum eos autem Patriarcha pulchrè non solum supinis (vt quis dixerit) manibus, sed etiam cordis sinibus excepisset, præclarum & celebre festum agit. Admodum enim pulchrè ciuitati exortum est bonum pacis, & lætatur sunt plateæ Hierusalem, & per omnia Deus glorificabatur. Gerontius autem & Romanus, alter quidem cum quadragintaquinque annos præfuisset beatæ Melaniæ monasteriis, alter verò in Theodororum (vt supra diximus) regione monasterium construxisset, & deinde ex ipsis quoque turpiter fuissent expulsi propter eorum quæ ipsis visa fuerant impietatem, mali malè huc & illuc obeuntes recesserunt. Sed hæc quidem facta sunt temporibus Zenonis: hæcenus de his ibi, quibus miranda præcedentia confirmantur.

Iam verò res Occidentales tandem inuisamus, quæ tetra circumquaque offusa caligine ob barbaros vbique regnantes, obscure admodum reddita sunt. Etenim cum defecisset penitus Occidentis Romanum Imperium, regnante Romæ Odoacre Rege, magna ex parte extortæ facti sunt ciues, aliis ex illis in Orientem, aliis in diuersa Orbis loca, ubi haberent rura paterna, migrantibus. Cum interea Ambrosius Aurelianus in Britannia purpuram sumpsit, conatus liberare Britannos ab Anglosaxonibus eos assidue infestantibus. Vocati illi fuerant à Britannis sub Marciano Imperatore, cum à Scotis & Pictis infestarentur: sed (vt superius dictum est) ex auxiliariis in hostes conuersi, eosdem Britannos dirissimè affligebant, ad hoc vsque tempus, quo ab Ambrosio liberantur: Hic purpuram quidem assumisse, non autem nomen Imperatoris, reperitur: ipseque primus id tentauit (vt Gilda testatur) non autem & parentes, vt legitur apud Bedam, qui sub Zenonis Imperio hæc contigisse tradit, sicut & Ado in Chronico, licet quoto anno ipsius Zenonis id acciderit, nemo prodar: nos hoc anno posuimus, sequenti nimirum à liberatione Ambrosij ab exilio sub Odoacre, si hunc eundem cum illo Ambrosio esse velimus, quod vt opinemur, multa persuadent.

Hic, inquam, sumens purpuram, vt aliquod saltem vestigium Occidentalis superesse videretur Imperij, à Britannis diu multumque à barbaris externis afflictatis, vt à Deo missus, acceptus est. Quomodo autem per eum actum sit, vt pluribus fatigatos prælis hostes tandem penitus vicerit, Gildam Sapientem audiamus rem in hæc verba describentem:

Tempore

MIRACU-
LVM MAIO-
RI PROBA-
TUR MIRACU-
CVLO.* Sep. 9.
SORTE SORTI-
TICA RELI-
GIO.

* feruentes

VNIO IN
ECCLESIA
HIEROSOLY-
MITANADE AMBRO-
SIO BRIT-
ANNIAR
VINDICE.* Beda de sex
atq. in Zenon.
de gest.
Angl. lib. 1.
c. 16.* Gilda de ex-
cid. Britan.

DE OBST-
DIONE BA-
DONICI
MONTIS.

Tempore igitur interueniente aliquanto, cum recessissent domum crudelissimi prædo-
nes, roborata à Deo reliquæ, quibus se coniungunt vndique de diuersis locis miserimi ci-
ues, tam auidè, quam apes aluceariis procella imminente, simul deprecantes cum toto cor-
de, & (vt dicitur) innumeris onerantes æthera votis, ne ad internecionem vsque delerentur:
Duce Ambrosio Aureliano viro modesto (qui solus fortè Romanæ gentis tantæ tempesta-
tis collisioni, occisis in eadem parentibus, purpura nimirum indutus superferat, cuius
nunc temporibus nostris soboles magnopere auita bonitate degenerauerit) vires capeffunt,
victores prouocantes ad prælium: quibus victoria, Domino annuente, ex voto cessit. Et ex
eo tempore nunc ciues, nunc hostes vincebant: vt in ista gente experiretur Dominus solito
more præsentem Israëllem, vtrum diligat cum, an non, vsque ad annum obfessionis Bado-
nici montis, nouissi meque fermè de luciferis non minimæ stragis, qui & meæ natiuitatis
est. Sed ne nunc quidem vt antea ciuitates patriæ inhabitantur, sed desertæ dirutæque ha-
ctenus squalent, cessantibus licet externis bellis, sed non ciuilibus. Hæsit etenim tam despe-
rati insulæ excidij, insperatiq; mentio auxiliij memoriæ eorum, qui vtriusque miraculi
testes extitere: & ob hoc Reges, publici, priuati, sacerdotes, Ecclesiastici suum qui que ordi-
nem seruauerunt.] hæc Gilda, Ambrosio acceptam ferens libertatem Britannia ab in-
gredientibus barbaris liberata, & restitutam Ecclesiasticam disciplinam. Porro quod perti-
net ad cladem Badonicam: cum Beda testetur circa annos quadragintaquatuor accidisse à
tempore quo. Anglofaxones Britanniam inuaserunt; habita ratione eorundem aggressio-
nis, quam tempore Marciani Augusti contigisse idem ipse affirmat, non amplius quam
post annos circiter viginti accidisse dicendum est, & triginta annis expletis ab eo tempore
quo Scoti & Picti eam inuaserunt sub tertio Aetij Consulatu, anno Domini quadringente-
simo quadragesimo sexto.

CHRISTI
CONSULA-
TVS.

Sequitur annus Christi quadringentesimus septuagesimosextus, quo Illus vir clarissi-
mus sine collega Constantinopoli creatus est Consul. Caruit suo Consule Occidens,
quod dum legationes incundæ pacis causâ vtro-citroque à Zenone atque Odoacre missira-
rentur, nihil Odoacer inter hæc præsumere, nec Zeno de iuribus Occidentalis Imperij
sibi voluit arrogare, vt alterum quoque Consulem Romæ creari solitum nominaret; ne-
que Odoacer id sibi arrogandum putauit, qui nec Imperatoris nomen accepit. Huius
ergo anni principio reddita sunt Simplicio Romano Pontifici litteræ Acacij Constanti-
nopolitani Episcopi de rebus Alexandrinæ Ecclesiæ anno superiore transactis, quas scire
idem Simplicius datis ad eundem Acacium litteris exigebat. Quæ autem ista fuerint, ipsa
docet epistola, quæ honorifico præconio ipsum Romanum Episcopum ornans, ipso sui
exordio ista habet:

Apud episto-
las simplici-
post epist. 10.
rom. v. epist.
decret.
2. Cor. II
EPISTOLA
ACACII AD
SIMPLICI-
VM PAPAM.
DE MORTE
TIMOTHEI

Domino beatissimo sancto Patri Archiepiscopo Simplicio Acacius. Sollicitudinem
omnium Ecclesiarum secundum Apostolum circumferentes, nos indefinenter hortami-
ni, quamuis sponte vigilantes ac præcauentes. Sed vos diuinum zelum solito demonstratis,
statum Alexandrinæ Ecclesiæ certius requirentes, vt pro paternis canonibus suscipiatis la-
borem, piissimo stillantes sudore pro his, sicut semper est approbatum. Sed Christus Domi-
nus noster, qui diligentibus se in bonum cooperatur, nostris cogitationibus insidens, & vnam
nobis in his mentem atque eamdem pro gloria sua esse cognoscens, omnem victoriam ipse
perfecit, conforres nos cum tranquillissimo Principe faciens: & Timotheum quidem de-
cessorem spirantem procellas, & Ecclesiasticam tranquillitatem (sicut apparuit) conturban-
tem, vitæ subduxit humanæ, dicens ei: Tace, obmutesce.

Marc. 4.

DE FUGA
VSTRI.

Petrum quoque, qui ab Alexandria more similiter procellæ surrexerat, dissipauit, atque
in æternam fugam, Spiritu sancto flante, conuertit, vnum de his qui olim fuerant damnati:
sicut enim in nostris Archiuis inuentum est, & de vestris scriniis (si dignamini exquirere)
poteritis agnoscere, quæ in tempore de eodem subsecuta, ab Alexandrino Archiepiscopo
Romam ad alterutrum sunt relata. Qui Petrus noctis existens filius, & operum dierum
lucentium alienus apparens, omnino tenebras ad latrocinium peragendum congruas eam-
rum cooperatur inueniens, media nocte adhuc iacente cadauere illius qui paternos cano-
nes

nes subuertebat, insepulto, surrepsit in sedem, sicut ipse arbitratus est, vno & solo præsen-
te, & eo qui concors illius insistebat insania: ita vt propter hoc maioribus supplicijs subde-
retur, nec quod sperabat, effectum est. Sed ille quidem de se ex parte vel minima iudicans,
nusquam penitus omnino comparuit.

Timotheus autem paternorum canonum custos, qui Daudicæ mansuetudinis exem-
plo subditur, & vsque ad finem patiens, atque potestati propriæ restitutus à Christo, pro-
pria sedis honore lætatur, & spiritualium filiorum voces accipiens, gratiam curationis ex-
pectat, multiplicato in se honore à Christo Principe sacerdotum: propter quem & tole-
rantia coronam sibi met relinquit. Attentius igitur oret vestra beatitudo pro Christianissi-
mo Imperatore, & pro nobis ipsis. Nihil enim prætermittitur eorum quæ ad custodiam Ec-
clesiasticæ respiciunt disciplinæ. Vniuersam fraternitatem quæ vobiscum est in Christo, ego
& qui mecum sunt, salutamus. *Et alia manu:* In Domino conserueris, sanctissime & beauti-
sime Pater.] hæctenus Acacius ad Simplicium Romanum Pontificem.

Qui igitur consolatur humiles Deus totius consolationis, consolatus est sanctissimum
Simplicium Papam in aduentu harum litterarum. Angebatur ipse mærore ex lugubri sta-
tu totius Catholicæ Ecclesiæ; nec quia premebatur proximis malis, damna contemnebat
externa: Quantumlibet enim ob barbarum eundemque Arianum Italia Regem Odo-
acrem sæpe lugeret, haud tamen Orientalis Ecclesiæ peruigilem curam gerere prætermisit:
frequentioribus namque agebat & vrgebat litteris, vt de eius Ecclesiæ statu certior reddere-
tur: cum acceptis tandem eiusmodi ab Acacio litteris, mirificè adgauius est, sperans fore,
vt exul pietas Orientalis Ecclesiæ postliminio secundum dies antiquos ex optato restituenda
esset. Ita planè ex eiusmodi exordijs par erat reliqua quæ ventura essent existimare: quis
enim non maximam spem concipere potuisset, videns Imperatorem suam in Imperium
restitutionem huius pietatis operibus consecrare, & Acacium Constantinopolitanum Epi-
scopum eidem adnitemem, ducentemque se ad potiora præstanda præbentem?

SIMPLICII
PERVIGIL
CVRA TO-
TIVS EC-
CLESIAE.

Sed quam incostans & labilis sit fiducia illa quæ in homine collocatur, quæ post hæc con-
tingerunt reddidere penitus manifestum, amobus (proh dolor!) tam Acacio quam Zenone
in deteriora prolapsis. Videbis, quod & mireris, & cum Hieremia exclamare cogaris: Ob-
stufescite cæli super hoc, & portæ cæli desolamini vehementer.] videbis inquam ipsum
Constantinopolitanum Episcopum quadam mentis vertigine motum, veluti furijs agita-
tum, nefandissimum illum Petrum Mogum, quem isdem suis litteris adeo fuerat execra-
tus, noctis filium, latronem noctu irrepentem, inuasoremque alienæ sedis appellans, post
hæc omni fouisse studio & officio adiuuasse, vt Ecclesiæ Alexandrinæ thronum reciperet,
quem fur & latro compertus iam sponte turpi lapsus fuga deseruisset. Sed leuia ista tibi vi-
deri poterunt, cum illum spectabis phrenesi quadam abreptum, & velut cæstro percitum,
aduersus Romanum Pontificem violentum insurgere, appetere cornibus, appetendo pri-
matum: quem nuper videris, cum mentis compos esset, & sanos liberosq; haberet affectus,
Simplicio Papæ adeo obsequentem in omnibus obtemperantem, ac planè dignum ab eo
existimatum, cui crederet vices suas, delegando eidem in Oriente vicariam præfecturam,
qua roboratus intrepidus obstetit Basilisco, repressit furentem, & coëgit noua sanctione ve-
terem contra fidem Catholicam laram penitus abrogare. ista quidem, cum mentis compos,
non alta sapiens, humilibus consentiret. At est planè illa æqua mensura, qua quisque diuer-
sos vniuscuiusque hominis actus metiatur, & probata æqui ponderis trutina, qua quis expen-
dat cuiusque opera, quæ sibi contraria esse noscantur: vt illa probet, quæ tranquilliori
gesta sunt animo, antequam contigerit illum priuatorum affectuum turbine agitari; illa ve-
rò respuat, quæ ex cæca mente & furoris impetu in transuersum acta procedunt. Hæc tibi
firma regula ad detegendum dignoscendumque tum Acacium, tum alios præuaricantes,
secundum illud ab Apostolo de se ipso firmiter inculcatum: Si quæ ædificauis, hæc destruo, præ-
uaricatorum me constituo.] hæc quo ad Acacium.

ACACII
MVTATIO.

Hierem. 2.

Galat. 2.

Sed & intueberis (quod non mireris, verum ingemiscas) Zenonem Augustum in con-
fessorio ærumnarum excoctum, visum ad breue temporis spatium purum aurum, iterum
conuersum in scoriam: Non inquam miraberis, etsi lugeas, quod haud nouum sit, impios
hæreticos, potissimum verò Principes, sic interdum videri voluisse Catholicos, vt ex reli-
gione in concessum alia via quod cuperent assequerentur Imperiū, vt etiam recens de Bas-
ilisco demonstrauit exemplum. Sancito semel apud impios (quos nunquam dixerim Chri-
stianos) impio illo de iure regnandi decreto, licere simulare, fallere, religionem violare, pro
arbitrio-

arbitrioque mutare, vt tamen quis regnet: quomodo non summa consideratione, longa A intercedente mora, donec veritatem pariat tempus, expendenda est Principum hæretico- rum, quam præferunt factis, & scriptis proferunt, pœnitentia? Hæc obiter occasione eius quæ tractatur historia de Zenone, & quæ sunt dicta de Basilisco, & dicturi sumus inferius de Anastasio his omnibus nequiore. Sed iam quæ rescripserit ad Acacium læta nuncian- tem & adhuc mentis compotem Simplicius Papa, videamus: hoc enim anno mense Martij breuiter ista dedit:

^a Simplic. epist. 8. ad i. epist. decret. SIMPLICII EPIST. AD ACACIUM.

Quam sit efficax supplicantium Domino perseverantia sacerdotum, & quam iucundo gratuletur affectu studium, quod defensionis fidei sinceris mentibus exhibetur, litteris tuæ dilectionis agnoscitur; quando post tanta certamina, quibus Dei misericordia in causa prop- riæ religionis famulos & ministros suæ constituens potestati, probatissimos sibi efficat esse victores. Siquidem Alexandrina Ecclesia diuino tandem iudicio liberata, in consortium B communium nos aduocans gaudiorum, eum qui ab hæretico fugatus fuerat, ad eius sedem rediisse testaris. Vnde animis exultantibus ad vniuersalis Ecclesiæ quietem Christo Domino nostro pro salute primùm fidelissimi Principis supplicamus, cui pro deuotione, qua cunctos anteuertit sacerdotes, pietas hæc diuina concedit, quæ nos liberos pro populis Christianis apud omnipotentiam caelestem præstat interpretes. Sicut ergo in reditu fratris & Coepiscopi nostri Timothei gratulamur, ita eum commonente dilectione tua, cupimus irreprehen- sibilem reperiri: quia meministi hoc, eum iam dudum fidelis Præfulis non habuisse constan- tiam, quando ei, vt damnati Dioscori nomen inter altaria recitaretur, extortum est. Data tertio Idus Martij, Illo V. C. Consule.] hæcenus ad Acacium Simplicius Papa.

Post hæc autem accidit, vt idem Timotheus Alexandrinus Episcopus in sedē restitutus, legationem ex more mitteret ad Romanum Põtificem: Missi sunt tres legati, nempe Esaias C Episcopus, Nilus presbyter, & Martyrius diaconus. Qua quidem legatione in primis roga- uit veniam pro antea admissio delicto, cum compressus gladijs Eutyrianorum, coactus fuit recitare nomen Dioscori ad altare: quod profecto haud leue facinus in tanto Episcopo videri poterat, licet id præstitisset inuitus: Deprecatur à Romano Pontifice veniam, quem Iudicem & vindicem scriberet cunctis Episcopis præsidere. Insuper eadem legatione notum fecit, Petrum Mogum eiusdem sedis inuasorem, qui fugam captasse videbatur, latitare in ciuitate, & secretò rem agere, seducentem multos, & cladem illius Ecclesiæ procurare, ro- gans vt apud Imperatorem agat, quo longius in exilium pelleretur. His igitur acceptis lit- teris, mox ad ipsum Imperatorem Zenonem Simplicius Papa ista conscripsit:

^b Simplic. epist. 9. rom. i. epist. decret. PRO TIMO- THEO AD ZENONEM SIMPLICI- VS SCRIBIT. ^c 2. Cor. 11.

Simplicius Episcopus Zenoni Augusto.

Per Petrum virum spectabilem Comitem Placidia nobilissimæ feminae olim diuino- D rum exultatione munerum, triumphalis in Domino regni vestri gloria dilatata: cum vniuersalis Ecclesiæ gaudio mediocritatis meæ litteras obtulisse meminerim, nec inter vniuersos Catholicæ fidei sacerdotes opera Domini nostri vel solus potui tacere, vel pri- mus. Quia secundum beatum Paulum Apostolum, Ecclesiarum omnium curam sus- tinens, mihi sum mam gaudij de reddita pro clementia vestra earum quiete specialiter ven- dicaui, quod vos diuinitatis auxilio, deiectis religionis & regni hostibus, meruerimus ha- bere victores, & in vno eodemque prouentu, Christo in vobis vbique vincente, & cultus veræ fidei & status est reparatus Imperij, quod vtrumque ideò fuerat, diabolo se ad tem- pus interferente, turbatum, vt alterutrus aduersariis dissipatis, præconia fierent maiora vincentis. Vnde tam præclaræ fructum virtutis adeptus, cum læticia vniuersalis Ecclesiæ nunc quoque sine cessatione facio, tacere non possum gratias sine dubio perennes, quod an- E tiquæ veræque fidei in fratre & Coepiscopo meo Timotheo Alexandrinam Ecclesiam red- didistis, cuius apud me nuper litteræ commeantes, expulsa profanitate Eutychetis atque Dioscori damnatorum, ad regendos Orthodoxos beati Petri & Euangelistæ Marci sedem (quod antè compertum est) se recepisse commemorauit, incitans nos volentes, vt hæc ipsa pietatis vestrae sensibus referremus.

Vt ergo tranquillitas vestri perpetua & fixa sit regni, quietem, quam cunctis in memo- rata Ecclesia præstitistis, per uigili protectione custodite: & quod, iuuante vos Domino, pro innocentium fecistis salute animarum, religiosiore studio & diligentia attentius pro- tegite: Quia non minoris est gloriæ quod condideris seruare, quam condere: & omnibus est probatum, tantum vobis diuini fauoris impensum, quantum Christianæ religioni à ve- stra pietate est sedulitatis exhibitum. Et quamuis in omni parte regni sui profutura diuino cultui

A cultui prouidentia vestra non desisteret curis publicis tranquillitatem Ecclesiæ præferre: Precor tamen, vt quod per nos seriò postulat, immo quod ipsi specialius supplicamus, Pe- trum Alexandrinæ Ecclesiæ peruasorem, & ob hoc iure damnatum, quia moliri quædam latens in Alexandrina (sicut ad nos scriptum est) ciuitate contra hæc quæ à vobis sunt statu- ra memoratur: ad exteriora transferri, pijsissima præceptione iubeatis, ne aliquos modicæ fi- dei (quod facere perhibetur) inficiat, & ad impietatis suæ instrumenta traducat. Longè sint ab innocentibus perniciofa contagia, vt per vos intra Dominici gregis ouile sit sinceritas, * quam sola tenere potest Imperialis auctoritas.] hucusque Simplicij epistola ad Zenonem, ad quem etiam alia eodem argumento hoc item anno litteræ datæ extant decimo Kalen- das Nouembriis sub eodem Consulatu, est enim earum exordium: Proximè quidem ab Urbem, &c.] quibus pariter agit de relegando longè ab Alexandria Petro Mogo turbas fe- cretò miscente, atque inter alia illud de lcelesto homine prodit, quodd arroganter Episco- pum ageret Alexandriæ, quem nec constare posset ordinatum aliquando fuisse diaconum.

^a PETRVS MO- GVS LATENS ALEXAND. MALA MO- LITVR.

* Sinceritas

Præstabat quidem Zenonem obedire Pontifici, atque pestilentem hominem longè lon- gius extra Romani fines Imperij ablegare. Etenim talis est hæreticorum natura, vt nisi ab humano consortio penitus auferantur, non religionem tantum, sed & statum ipsum politi- cum in maximum discrimen adducant & perdant: satis namque consultum est his à sanctis Apostolis, cum eiusmodi perditissimis Deo inferentibus bellum hominibus nec trium- quidem litterarum communicatione misceri, ne quis inquam alicui ex istis dicere præsume- ret, Auc. Quanto enim detrimento totius Orientalis Ecclesiæ permissus sit homo nequissi- mus Alexandriæ agere, exitus declarauit. Iure igitur ista præuidens, qui eminenti insistent speculæ^b res obuenturas longius contemplatur, Papa Simplicius clamans, ac iterum cla- mans, geminatis eodem anno datis epistolis, rogat, vrget, opportunè & impòrtunè monet, vt lupus ad lustra ferarum procul ab humano consortio amandetur. Quod quidem vt ma- ximi ponderis opus perficeretur omnino, binas quoque eodem nuncio ad Acacium Con- stantinopolitanum litteras dedit, quem, ex rebus ab eo constanter gestis in Basiliscum tyran- num sumens argumentum, ad agendum in his viriliter adhortatur. reddemus ex ijs carum priorem epistolam, quod missa à Timotheo Romam legationis exactiorem narrationem contineat. sic enim se habet:

HABRETI- CVS HOMO PROCVL PELENT- DVS. Ioan. 2:

^c Ezach. 33.

Simplicius Episcopus Acacio Constantinopolitano Episcopo.

^a Simplic. epist. 10.

Quantos & quam vberes fructus constantiæ, fidei, & deuotarum circa religionem Ca- tholicam mentium semper habeat fortitudo, labor tuæ dilectionis, & eorum qui pariter, repente diabolo, iam dudum turbantur, ostendit. Nam cum Christi inimicus & regni D Christiani semper aulam mox casurus inuaderet, atque impia persecutione fideles Domi- ni plebemque concuteret; oratione atque vigilijs sacrilega tentamenta superauit, & se victoria caelestis eo vsque porrexit, vt regressu religiosissimi Principis Ecclesiæ quoque Alexandrinæ Catholicæ redderetur Antistes, de quo mox cum exultatione diuinæ gratiæ gaudia nostra contulimus, & mutuis vos litteris fecimus gratulari: & licet læticiæ ipsius numquam sui defuerit plenitudo; tamen frater & Coepiscopus noster Timotheus perse- cutione probabilior factus, pristini non immemor instituti, per fratrem & Coepiscopum Esaiam & filios nostros Nilum presbyterum & Martyrium diaconum Alexandrinæ Eccle- siæ solemnia scripta direxit: quibus & illud, quod ante perterritus de Dioscori nomine fecerat, se destruxisse memorauit, & remissionem ipsius erroris expetiit; nosque de quiete fecit Ecclesiæ gratulari, expertus erga se quantum nobiscum tua charitas videt, quod in eo E tunc reprehendimus, nos inultum & reconciliatum sibi nunc diuinæ miserationis affectum impendimus, frater carissime.

SIMPLICIUS PAPA AD ACACIUM.

Memoratis in Vrbe, qui mox venerant, constitutis, occasione filij nostri Petri viri specta- bilis Comitiss, quasi ex sententia proficiscentis amplexi, tam nostro proposito, quam peti- tione fratris & Coepiscopi nostri Timothei, legatorumque ipsius precibus, id ipsum volu- mus ad tuam peruenire notitiam: vt etiam nunc communium fieres particeps gaudiorum, & in prædictæ Ecclesiæ tranquillitate (quemadmodum diximus) laboris tui nobiscum car- peres fructum, & Christianissimo & clementissimo Principi nostras litteras offerres super hac etiam re: vt ipse quoque deuotionis & fidei propriæ donis, se Deo protegente, lætetur; atque insistentem charitate tua, acrioribus studijs Catholicæ religionis salutaria scripta mit- tendo, munire dignetur Ecclesias; ne (sicut experti sumus) in aliqua * regione antiquus ille serpens toties excisi capitis virus effundat, & insciendi aliquos occasionem (quod absit) rursum

* antiqua

CHRISTI 478.

SIMPLICII PAP. II.

ZENONIS IMP. 5. ODOACR. REG. 3.

hursus inueniat, prouida præceptorum suæ pietatis ordinatione disponat, & sicut euidentiùs approbatis, Deo se commendantibus legibus fanciat, ne vel in tenebris delitescant, & improuisi ambulantes, in luce percuciant, & his quos in fide pauperes esse reppererint (quod Propheta testatur^a) insidietur vt rapiat.

^a Pful. io.

DE PETRO IN EXILIO VM AMAN VANDO.

Petrum maximè, qui nonnullarum domorum, suiq; similibus latebris confouetur, & quem zelo fidei ab Episcopatu constituit submoueri, in exteriores terras abiici, sicut & nos pietati eius scripsimus, ad Ecclesiasticam pacem, speciali præceptione decernat: quia rursus asseritur aliqua contra dispositionem fidei ipse sine cessatione moliri. Quia igitur hæc opportunitate perlatoris fidissimi nos oportuit indicare & specialius admonere; hortamur, vt cum internuncius remcare cœperit, vel si qua fortè alia occasio reperietur, quamprimum nos facias certiores, & curam nostram subleuare deproperes.] hæc de Petro populum seducente Simplicius. Addit verò de plurimis, quos cum Timotheus, tum ipse Petrus seduxissent, ad pœnitentiam reuocatis, qui vt in Ecclesiam reciperentur, ad ipsum Romanum Pontificem libellum pœnitentiæ miserunt cum deprecatione veniæ admissorum delictorum; nam subdit:

DE LAPSIDIS RESTITVTIS

Vt autem perfectò gaudio gauderemus, idem frater & Coepiscopus noster Timotheus exemplum libelli satisfactionis eorum, quos à Catholicæ fidei veritate Timotheus & Petrus, vtrique damnati, damnationis terrore traduxerant, veniam postulantes, ad nos pariter destinauit, sacerdotali pietate lapsis subuenire desiderans; quod diuinæ misericordiam intuitu, quæ neminem vult perire, refutabile non putamus.] hæc tenus Simplicius ad Acacium: paulo post autem ad eundem eodem quoque argumento alias litteras dedit, quarum hoc est principium: Proximè quidem dilectionis tuæ, &c.] quæ datæ ponuntur decimo sexto Kalendas Nouembris. Hi quidem fuere huius anni Simplicij Papæ labores pro Alexandria Ecclesia exantlati. Intelligis, puto, quod tam explicitè traditur, quod & alias sæpè factum vidimus, nimirum absolutionem à crimine hæresis reseruari solitam Summo Pontifici, dum in eam lapsi pœnitentes libellos pro venia consequenda mittere consueuissent ad Romanum Pontificem, vt Alexandrinos modò fecisse constat, cum tamen eis non desset Catholicus Episcopus Alexandrinus. Quòd si inconcessum id fuit primæ post Romanum Pontificem sedis Episcopo: quinam inferiorum sedium sacerdotes sibi id arrogare præsumerent? Quid autem post hæc factum sit, dicemus suis locis inferiùs.

^b Liberat. Diac. cap. 16. DE LEGATIONE TIMOTH. MIS. SA CON. STANTINOP.

Iam verò reliquum est vt de alia legatione eiusdem Timothei Catholici Alexandrini Episcopi ad Zenonem Imperatorem pro actione gratiarum missa Constantinopolim agamus: quæ à Liberato Diacono paucis ita describitur^b: Timotheus, Episcopatu recepto, misit quosdam clericos, gratias agens Imperatori, cū quibus erat Ioannes ex Oeconomo presbyter factus Tebensiotus, cognomento Talaida, & Gennadius Episcopus inferioris Helenopolis sanguine proximus Salofaciolo, quem expulerat quidem Episcopatu Aclurus, restituit verò Salofaciolo. Cumq; hi qui fuerant missi gratias egissent Imperatori, Gennadius quidem ibi remansit, vt cum alijs responsa faceret Archiepiscopi.

Porro Ioannes ex Oeconomo amicus factus est. Illo Magistro, qui cum reliquis descendit Alexandriam, factusq; est iterum Oeconomus habens causam Ecclesiarum, qui multa & pretiosa xenia misit Illo Magistro, despiciens Gennadium parentem Archiepiscopi, & Præsulem Acacium Constantinopolitanum. hæc Liberatus: qui subdit de legatione Timothei Romam missa ad Simplicium Papam, de qua nuper actum est. Ipse tamen Liberatus sugillans non nihil Timotheum ipsum Catholicum Alexandrinum Antistitem nimis animi facilitatis, ista subdit: Sed quoniam ipse Timotheus mitissimus erat in Episcopatu, vt etiam à suis communicatoribus accusaretur Imperatori, tamquã nimis remissus, & circa hæreticos placidus, ita vt ei scriberet Imperator, vt neque collectas neque baptismata cum hæreticis celebraret: ille autem mansuetè agebat. Dum ergo tali modo gubernaret Episcopatum, amabant eum Alexandrini hæretici, & clamabãt ei in plateis & in ecclesiis: Vel si non tibi cõmunicamus, tamen amamus te. hæc Liberatus de nimia indulgentia ipsius Timothei.

^c Euag. lib. 13. c. 11. DE IOANNE ALEXANDRINO.

Sed quid præterea pertractauerit Ioannes legatus, cum venit hoc anno Constantinopolim, Euagrius ex Zacharia Rhetore ita narrat^c: Ioannes presbyter, cui Augusti templi diuini Ioannis Baptistæ & præcursoris Domini administratio commissa fuit, quorundã impulsus consilio Constantinopolim venit, precaturus Imperatorem, vt si fortè Episcopus Alexandria migraret è vita, sibi liceret Antistitem, quem vellet ciuibus illius ciuitatis nominare: qui quidem (vt Zacharias memorat) Episcopatum pro se ambire, ab Imperatore deprehensus est:

CHRISTI 479.

SIMPLICII PAP. 12.

ZENONIS IMP. 6. ODOACR. REG. 4.

A sus est: & cum se iureiurando obstrinxisset, se numquam sedem Episcopalem petiturum, domum reuertitur.] hæc ex Zacharia Euagrius de Ioanne: de quo quæ parũ digna referat, vera ne sint, an in sincerissimum Orthodoxum ab Eutychiano auctore ex more conficta, in suspicionem quidem non leuem adduci posse videntur: cum de Ioanne illud certum sit, præ ceteris viguisse fide Catholica, vt ob eam causam omnium in se Eutychianorum arma conuerterit, vt quæ de eo inferiùs dicentur, manifestus declarabunt.

IESV CHRISTI ANNVS 479.

SIMPLICII PAP. ANNVS 12.

ZENONIS IMP. 6. ODOACR. REG. 4.

B Quid sequitur Christi Redemptoris annus quadringentesimus septuagesimus nonus, tertio Zenonis Imperatoris Consulatu notatur in Fastis: quo Orientalis Ecclesia, quæ paululum nacta esse quietis post reditum Zenonis Augusti visa est, rursus opera Eutychianorum hæreticorum nouis cepta est turbibus exagitari. Etenim præter illa quæ clanculò moliretur Petrus Mogus in Ecclesia Alexandrina, maioribusq; in dies accessionibus auferentur (quod exitus demonstrat) Antiochena Ecclesia mirum in modum furore hæreticorum non iam rem secretò agentium, sed in proelium erumpentium, afflictata est. Etenim cum Stephanus Orthodoxus Episcopus vnã cum suis in magna ecclesia sacram Synaxim solemniter celebraret; Eutychiani, soboles Petri Cnaphei omnium perditissimi hæreticorum, conferto agmine, exercis gladijs furentes ingressi, in Dei sacerdotes seuiantes, eosdem seuisimè trucidarunt; sanctissimi quoque ipsam Antistitem Stephanum, in quem potissimum maiori odio æstuabant & ira incensi erant, corripientes, ad necem vsque atrocissimis confecere tormentis. de quo ex Ioanne Rhetore suorum temporum rerum gestarum scriptore hæc habet Euagrius^a:

ANTIOCHENA ECCLESIA AB HAERETICIS VEXATA.

Petro Ecclesiæ Antiochenæ exturbato, Stephanus illius sedem capeffit, quam triennio in hunc vsque annum tenuit. Hunc (subdit ipse) Antiocheni calamis ad similitudinem hastarum præcutis (vt scribit Ioannes Rhetor) confecerunt.] hæc Euagrius, paucis admodum rem tantam absolvens. Meminit eiusdem necis Nicephorus^b, eiusq; corpus in Orontem amnem proiectam, ex eodem Ioanne auctore tradit. Est de hoc Ioanne historico mentio apud Phocium, qui ait ipsum sui temporis esse profecutum historiam Ecclesiasticam, nimirum à temporibus Theodosij Iunioris vsque ad finem Zenonis: Vtinam illa nobis Græcia conseruasset, martyrum sanguine adeò illustratam. Porro satis ad pietatem & historiæ veritatem nobile de sanctissimo Episcopo elogium, quod anniuersaria memoria vigesima quinta die mensis Aprilis repetere Ecclesia consuevit verbis istis, veluti egregium martyris epitaphium: Antiochiæ sancti Stephani Episcopi & martyris, qui ab hæreticis Synodum Chalcædonensem impugnantibus multa passus, in Orontem fluiuium præcipitatus est tempore Zenonis Imperatoris.] ita ibi. Post hunc diuinum martyrem Stephanum, alium in locum eius subrogatum Stephanum, sed eundem tantum modo vnum sedisse annum, habet Nicephori Chronicon: postea verò electum esse Calendionem, ibidem notatum ostenditur. Verum de tempore sedis Stephani Iunioris suo loco dicemus.

^a Euagr. lib. 3. cap. 10. DE STEPHANO EPISCOPO ANTIOCHENO MARTYRE. ^b Niceph. lib. 15. c. 28.

Sed quoniam auctore & impulso tanta ausi sunt impij? nullo quidem alio, quàm sceleratissimo illo Petro Fullone, itidem Cnapheo dicto: qui cum sub Leone Imperatore sedem illam inuasisset, tandem post restitutum Zenonem in Imperium, ab ipso throno deiectus, illic inconsultè nimis degere versariq; permixtus est, reclamante licet à longè Romano Pontifice, vt pestilens homo quàm longissimè deportaretur. Probauit euentus, quanto periculo sinantur perditissimi hæretici inter Catholicos commorari. Sensit id primùm Zeno serò sapiens, frustra pœnitens non paruisse consilij Romani Pontificis. Ipse tamen Imperator in perfidos atque sacrilegos homicidas tam immane facinus vindicare quamprimum non destitit, missis illuc vltoribus militibus, qui (vt par erat) de factiosis illis pœnas sumerent.

ZENONIS IMP. PVNIT SACRILEGOS.

Qui insuper vt caueret ne in electione successoris Antistitis compressæ gladio turbæ iterum reuiuiscerent, eo necessitatis adactus est, vt quod hæcenus fuerat à maioribus intentatum, ipse primus, vt paci ac quieti eius prospiceret ciuitatis iusserit, vt Antiochenus futurus Episcopus eligeretur Constantinopoli: malè enim obducta cicatrix rursus eruptura timebatur in vlcus, si Antiochiæ sinerentur de Antistite deligendo haberi comitia. Electo

Annal. Eccl. Tom. 6.

Gg

igitur

igitur Stephano Stephani martyris successore, ut ea cuncta præter regulas Ecclesiasticas A præsumpta, occasione illa urgente, rata haberentur à Romano Pontifice, scripsit de his Ze- no Augustus litteras ad Papam Simplicium. Hæc quidem ita esse transacta, quæ ab ipso Ro- mano Pontifice ad Imperatorem Zenonem hoc eodem anno reddita sunt litteræ, mani- festant, quæ sic se habent:

* Simpl. epist. 13. rom. 1. epist. decretal. SIMPLICII EPISTOLA AD ZENON. DE REBUS ANTIQCH.

Simplicius Episcopus Zenoni Augusto.

De Ecclesia Antiochena venerandos mihi semper vestrae pietatis apices gauisus accepi, quibus ingenito vobis studio Catholicae religionis, post defensionem fidei, quæ vos seruat ac custodit, impietatis audaciam & facinora apud Antiochiam perpetrata coercita reperi- mus: exultantes, vobis inesse animum fidelissimi sacerdotis & Principis, ut Imperialis aucto- ritas & iuncta Christianæ religioni acceptabilior Deo fieret, & appareret integritas: cum hi qui in Episcoporum necesse sacrilega cæde versati sunt, dignis iubentur perire suppliciis; B in quo & quieti Ecclesiae & vestro consulere Imperio: quæ * vindicata Dei contumelia, viciscens est gratia, & conciliatur his diuini fauoris auxilium, quorum cura sacrilegium non reliquerit impunitum.

* quia

Sed ut loquar fiducialiter Principi Christiano, si præteritarum litterarum, quas de Petri aliorumque nomine iam dudum ad fratrem & Coepiscopum meum Acacium scripsisse memini, ordo teneretur, ad hoc non potuit peruenire, quod iure nunc meruit vindicari. Mandaueram namque, ut facta suggestione pietati vestrae prædictus, ut & ceteri qui per oc- casionem tyrannicæ dominationis inuaserant Ecclesias Dei, extra metas vestri pellerentur Imperij, ne pestiferis sensibus quibusque simplicioribus ore sacrilego virus infunderent, & verbis impiis contra fidem Orthodoxam innocentiores animas fauciarent: quod tum appa- ret, cum minus ista curantur, & leuia esse creduntur.

Actum est, ut (quemadmodum perhibetis) inter altaria non tam plebs peruationibus eo- rum, sed ipsi quoque Præsules & prædicatores fidei perirent funestis gladiis sacerdotes. Vn- de si quæ & aliæ reliquæ sub vestro reperiuntur Imperio: eas vel nunc in exteriores terras iubete propelli, ne qua deinceps in eo sit necessitas & causa supplicij: Quia melius est adi- tum obstruxisse, quam penam exegisse peccati.

Et quoniam seditiones Antiochenas religiosissimo proposito sedandas non aliter existi- mastis, nisi (præter præiudicium venerandi illius Concilij Nicæni) apud Constantinopolim, iisdem perentibus, ordinaretur Antistes: quod in eius tantummodo persona sic memoratis assumptum, ut deinceps secundum definitiones Patrum, Orientali Synodo creatio Antio- cheni Pontificis seruaretur; nec haberi loco vultis iniuriæ, quod disensionis gratia factum est auferendæ: Tenet hanc pietatis vestrae beatus Petrus Apostolus sponsonem, & Christiani- D nissimi fidelissimi que Principis mentem in hæc verba iurasse, quod posthac in Antiochena vrbe, veteri more seruato, à comprouincialibus suis Episcopis ordinetur: Ne quod nunc fra- ter & Coepiscopus meus Acacius vobis est iubentibus executus, in vsum posteritatis veniat, & statuta Patrum, quæ præcipue præstatas illæsa, confundat.

IVRAMEN- TO IMP. CONSULEM IMMUNITA- TI ANTI QVIVRIS.

PONTIFEX RATA MHA- BET ELE- CTIONEM EPISC. AN- TIOCHENI. * gloriari

Vnde quæ à vobis amore quietis sanctæ ac religiose sunt ordinata, reprobare non possu- mus, ne status Antiochenæ Ecclesiae sub nostra dubitatione videatur ambiguus: præcipue cum is qui legitur ordinatus, testimoniis clementiae vestrae & tanta sit prædicatione subni- xus, ut in eo præter horum vulnerum dolorem posito, possimus & Ecclesiae, quæ illum me- ruit, gratulari*. Hæc repentis sermonibus, & venerationis officio respondente, curavi, ut tantas hæreticorum fraudes & facinora diuinis & secularibus legibus perfequenda, quæ sæ- pè probatis esse tam noxia, de memoria & conuersatione hominum iubeatis auferre, quo- rum impietas nulla (quantum videtis) potest auctoritate compesci. Data decimo Kalendas Iulias, post Consulatum Illi V. C.] hæcenus Simplicius ad Imperatorem, illud (ut vidisti) vehementius inculcans & refricans, quod frustra sæpè antea monuisset, ut damnati hæretici è sinibus Romani propulsarentur Imperij: quod ille adhuc facere prætermittens, tum reli- gionem Christianam, tum ipsum Romanum Imperium pessumdedit, ut inferius ex rebu- gestis manifestius apparebit. Repetit & exprobrat hoc ipsum idem Papa Simplicius in epi- stola ad Acacium Episcopum Constantinopolitanum hoc eodem anno data, non absque animi amaritudine, verbis istis:

* Simpl. epist. 15. SIMPLICIUS PAP. AD ACACIUM SCRIBIT.

Simplicius Episcopus Acacio Episcopo Constantinopolitano.

Clementissimi Principis litteris, tuæque dilectionis de sacrilega & funestissima cæde, quæ apud Antiochiam facta est, fauciatus & nimium affectus maxore respondeo; astruens, si quæ

A si quæ dudum de Petro & alijs complicitibus eorum scripseram, & ut pietati eius cum ceteris qui aderant fratribus suggerere postularam, ut optaueram ordinatum fuisset, hæreticorum temeritas ad tantum facinus non veniret, nec aliquid necessitatis existeret, ut nō aliter præ- dictæ subueniretur Ecclesiae, nisi ut aliquid de iure eius curatio ipsa minueret. Quamuis enim profecerit ad quietem, quod Christianissimi Principis iussione vel sine præiudicio cano- num à tua charitate fuerit Antiochenus Episcopus ordinatus: tamen non est sine inuidia factum, cuius cauendum deinceps etiam ille testatur, qui præcepit, exemplum.

In quo pietate eius gratias dignum est nos referre: quoniam ita gloriæ suæ moderatus est potestatem, ut fidelissima deuotione Patrum regulis submitteret quæ iuberet, nec in aucto- ritate recipi, quod sequenti constituit ætate prohiberi, ut scilicet in hac tantummodo persona, quam iussu eius & studio quietis Antiochenis non tua vsurpatione Antistitem B consecrasti, quod factum est, necessitate sufficeret. In quo tuæ dilectionis non irrationabi- lem cognoscimus fuisse famulatum: quia Ecclesiarum iura respiciens, diu te non immerito suspendisse testaris; ne videreris ambire, quod tanto Principi & in tam graui causa non po- teras abnegare. Quapropter, frater carissime, institutorum veterum, quæ in te sunt proba- ta, non immemor, sicut veniale iudicare non peruides quod tibi certum est imperatum, ita ipse dans honorem fratribus, labora ne necessitas sit vlla faciendi, quod optas nunc satisfac- tione purgari.] hæcenus ad Acacium Simplicius, istud ipsam vehementius inculcans, quod hominis ingenium nosceret ad volatum Icarias pennas appetere, & eas quauis oblata occa- sione captare: nec eum quidem opinatio ista fefellit, ut exitus demonstrauit. Sed de his tuo loco erit ageudum.

COERCERE SVDET SIMPLICIUS ELATAM MENTEM ACACII.

Sic igitur nouo & profus inusitato exemplo contigit, ut qui à totius Syriæ Episcopis or- dinari soleret Antiochenus Antistes, agente Imperatore, & ratum habente Romano Pon- tifice, fuerit ab Acacio Constantinopolitano Episcopo ordinatus Stephanus Iunior. At quid accidit? Sicut latens malus humor in cutem cum à natura transmittitur, leui confricatione pruritus mordacior excitatur: ita planè quæ in Acacio hæcenus ambitio latuit, occasione ordinationis Episcopi Antiocheni magis magisque incensa appetitum primatus illi vehementer ingessit, vsque adeo, ut famis, seu potius rabiei expellendæ causa, custodia canonum claustra ruperit, & vincula Catholicae communionis confregerit, seque ac posteros suos præ- cipites dedit: ut quæ sæpe dicuntur inferius, manifestissime declarabunt.

De tempore autem quo sederit Stephanus Iunior, corrigendum est Nicephori Chroni- con, cum ei vnum tantum annum sedis tribuit, quem constat eam ad triennium propagasse, nimirum vsque ad annum Domini quadringentesimum octogesimalmum secundum, quo D creatus reperitur Calendion eius successor. id quidem aperissime liquet ex litteris S. Sim- plicij Romani Pontificis ad Acacium eo anno datis, quibus agit de recenti tunc facta Calen- dionis electione: sed de his suo tempore opportuniùs agemus.

DE TEMPO- RE SEDIS STEPHANI IUNIORIS ANTIQCH- ENIS.

Hoc eodem anno magnus ille Lupus Trecentis Ecclesiae Episcopus, Gallicanæ Ecclesiae decus, cuius immensa præconia superius ex Sidonio Apollinari retulimus, ex hoc mundo migravit in caelum æternæ vitæ præmia à Deo consecutus, cum iam annis quinquaginta- duobus Episcopali præfectura suam Ecclesiam sanctissime administrasset. Porro eius hoc an- no obitus temporis ratio inde certa deducitur: quod cum fidelissimus auctor, qui res ab eo gestas posteris tradidit, testetur ipsum esse creatum Episcopum biennio ante functionem le- gationis cum S. Germano in Britanniam, nempe anno Domini quadringentesimo vige- simo septimo, his si addas eius sedis annos quinquaginta duos, planè inuenies ipsum hoc anno E quadringentesimo septuagesimo nono mortuum esse. Sed quid de eius discipulis viris lau- datissimis, deque eiusdem Lupi obitu idem auctor scribat, ipsius hæc verbis reddamus:

S. LUPUS EPIS- COPUS OBI- TVS.

Multos autem habuit vir beatissimus præclara virtute discipulos insigni miraculorū glo- ria illustres. In sancto Polychronio Viridunensis Ecclesiae Episcopo gratia curationum præ- fulsit, ita ut religatis post tergum manibus, dæmonibus imperaret, priusque sensum recipere obfessi, quam corporum suorum collisionem. Sanctum Seuerum Treuerensis Ecclesiae or- dinatum Episcopum Primæ Germaniæ Gentibus prædicantem non ambigimus inter Apo- stolos suum habere consortium. Sanctum quoque Albinum Catalaunensem Antistitem diu- turnæ sanctitatis prærogatiua eminentem non debemus taciti omittere, quàm ille crebro permultis locis dæmones ab hominibus profligari. Nec immerito, dum tantorum virorum celebramus præconia, eximij magistri laudes depromere videri debemus.

* Apud Sur. tom. 4. die 19. Aug. S. L. P. DI- SCIPVLI SANCTIS- SIMI.

Successit autem ei digno illo honore sacerdos Camelianus eius morum imitator. Iam Annal. Eccl. Tom. 6. Gg 2 annis

CHRISTI 480.

SIMPLICII PAP. 13.

ZENONIS IMP. 7. ODOACR. REG. 5.

annis quinquaginta & duobus sanctus Lupus gloriosae memoriae Antistes sacerdotio functus erat, cum vitae praesentis debitum persoluens, spiritum misit ad superos, dignis in terra laudibus celebrandus. Inde ergo nunc nobis, quod sublimis euectus est, praesidium impendat.] haecenus de Lupo: cuius diem natalem Ecclesia Catholica religioso cultu annis singulis quarto Kalendas Augusti celebrandum suscepit. At ne putes in tam longae sedis Lupi numerum errorem (vt assolet) irrepsisse: accipe ex Sidonio veritatem: Extat eius epistola ad ipsum data, cum ageret in sede annum quinquagesimum; sunt haec enim Sidonij verba: Iam per quinquennia decem non aequa sacerdotibus tantum, verum & antiquis quoties collatus, antelatusque sis, &c.] haec ipse de Lupo: in cuius locum (vt dictum est) subrogatus est Camelianus ab auctore laudatus, hicque subscriptus reperitur Concilio Aurelianensi primo.

*Sidon lib. 11. epist. 11.

IESV CHRISTI ANNVS 480.

SIMPLICII PAP. ANNVS 13.

ZENONIS IMP. 7. ODOACR. REG. 5.

Annus sequens Consulatu Basilij Iunioris illuxit: quo tandem per legationem Zenonis Imp. Carthaginensis Ecclesia, post longa spatia annorum vigintiquatuor a ruinosa viduitatis, nouum accepit sponsum, sanctissimum virum Eugenium Episcopum. Quomodo autem acciderit tam faustum ac iucundum desolatae Ecclesiae Africanae solatium, antequam narrare aggrediamur, de tempore, quo haec gesta esse hoc anno praesenti diximus, ratio est exacte disquirenda. Auctor est Victor, qui interfuit, eiusdemque Ecclesiae cladis a Vandalis illatae particeps fuit, post oclusam Carthaginensem Ecclesiam, defuncto Deogratias Ecclesiae eiusdem Antistite, ita perseuerasse absque pastore annos vigintiquatuor. Cum autem ex his quae superius dicta sunt, satis euidens fuerit demonstratum, obijisse dictum Episcopum paulo post captam a Genserico Romam (quod contigisse vidimus anno Domini quadringentesimo quinquagesimo quinto) nempe sequenti anno quinquagesimo sexto post quadringentesimum: huic numero si annos vigintiquatuor addas eiusdem sedis cessationis, plane reperies hoc ipso anno Domini quadringentesimo octogesimo creatum fuisse sanctum Eugenium Carthaginensem Episcopum. His de tempore elucidatis, iam rem ipsam a Victore descriptam hic reddamus, qui post Hunerici in regnum successionem haec habet de restituta Ecclesia Carthaginensi:

Victor de Persec. Vandal. lib. 2. DE TEMPORE CREATIONIS S. EVGENII EPISCOPI CARTHAG.

ECCLESIA AFRICANA ZENONIS IMP. OPERA SVBLATA SVT.

EDICTVM HUNERICI REGIS.

Dolosam indulgentiam suspirant Carthaginenses.

Dedit (inquit) licentiam Hunericus, Zenone Imperatore atque Placidia relicta Olybrij rogantibus, vt Carthaginensis Ecclesia sibi, quem vellet, Episcopum ordinaret, quae iam per vigintiquatuor annos tali ornamento fuerat destituta. Misit ergo tunc ad Ecclesiam Alexandrum virum illustrem huiusmodi legationem ferentem, vt praesentia eius Catholicus populus dignum sibi peteret sacerdotem; destinans quoque per Notarium suum Vitared edictum, quod publice legeretur hunc continens modum:

Iussit vobis dominus dici, quia Imperator Zeno & nobilissima Placidia per Alexandrum virum illustrem scripserunt, petentes vt Ecclesia Carthagini religionis vestrae proprium Episcopum habeat: Hoc fieri praecipit, atque eis rescripsit, vel legatis ab eis directis dici iussit, vt sicut petierunt, vobis Episcopum, quem volueritis, ordinetis: eo sub tenore, vt nostrae religionis Episcopi, qui in Constantinopoli sunt, & per alias prouincias Orientis, ex eius praeepto Episcopi liberum arbitrium habeant in ecclesijs suis, quibus voluerint linguis populo tractare, & legem Christianam colere, quemadmodum vos hic, vel in alijs ecclesijs quae in prouincijs Africanis constitutae sunt, liberum arbitrium habetis in ecclesijs vestris Missas agere vel tractare, & quae legis vestrae sunt, quemadmodum vultis, facere. Nam si hoc circa eos non fuerit obseruatum, tam Episcopus qui ordinatus fuerit, vel clerici, vel alij Episcopi cum clericis suis, qui in Africanis prouincijs sunt, iubentur inter Mauros mitti.

Quod edictum dum nobis praesentibus decimoquarto Kalendarum Iuliarum vniuersae Ecclesiae legeretur, gemere coepimus, missitates, eo quod meditantibus dolos, malorum esset futura persecutio preparata. Et ita legato dixisse probamur: Si ita est, interpositis his conditionibus periculosus, haec Ecclesia Episcopum non delectatur habere. Gubernat eam Christus, qui semper dignatur gubernare. Quam suggestionem legatus accipere neglexit: Simul & populus, vt tunc fieret, vt ignis exarsit, cuius erat clamor intolerabilis, qui nulla posset ratione sedari.

Ordinato

CHRISTI 480.

SIMPLICII PAP. 13.

ZENONIS IMP. 7. ODOACR. REG. 5.

A Ordinato itaque Episcopo Eugenio viro sancto Deoq; accepto, sublimis nata est laetitia, & gaudium cumulatum est Ecclesiae Dei. Exultat multitudo Catholica sub barbara dominatione de ordinatione Pontificis reparati. Nam maximus iuuenum numerus atque adolescentularum sibi in commune congaudens, attestabatur quod numquam vidisset Episcopum in throno sedentem. Porro ille vir Dei sacerdos Eugenius coepit per conuersationem operum bonorum venerabilis ac reuerendus haberi etiam ab ijs qui foris sunt, & ita esse omnibus gratus, vt si fas esset, animam suam pro eodem vniuersos ponere delectaret. Eleemosynas quoque tales per eum Dominus dignatus est facere, vt incredibile videatur tanta eum impendere, vbi Ecclesia, totum barbaris tenentibus, nec vnus nummi habere cognoscitur facultatem. Humilitatem in illo, charitatem, pietatem diuinitus condonatum, si quisquam incipiat, non potuerit explicare. Pecuniam apud eum mansisse non probatur, nisi forte tali hora offerretur, quando iam Sol diei explicans cursum, nocturnis tenebris ordinem daret & locum. Vnde tantum referuabat, quantum diei sufficeret, non quantum cupiditas expetisset, Deo nostro subinde quotidie ingentia & maiora donante.] haecenus Victor de ordinatione Eugenij, & Episcopalis ipsius curae primo progressu. Quomodo autem occasione eius vitae morum non leuis aduersus eum inuidia ab Arianis conflata sit, ac subinde persecutio subsecuta, dicere incipimus anno sequenti, vt congrue tempora reddamus temporibus.

EUGENIUS CREATOR EPISCOPI CARTHAG.

Decimus quartus hic annus est, quo (vt inquit Gregorius Turonensis) Euaricus Rex Gothorum in Gallia praefecit septem ciuitatibus (inter quas adnumerabatur Aruernum) Victorium Ducem. Quomodo autem acceperit ciuitatem Aruernensem Euaricus non armorum vi, quam saepe antea frustra tentauerat, sed deditioe non quidem ciuium, verum legatorum ignaua promissione, paucis dicamus. Cum enim pax cum Euarico Rege tunc potentissimo sanciretur, inter alias pacis conditiones illa iniquior fuit, vt potiretur Arverno diutius concupito, expugnato nunquam. Extat autem de his ingens querela Sidonij Apollinaris eiusdem ciuitatis Episcopi, dum lacrymis perfusam epistolam dedit ad Graecum, siue Graecum, vel Agricum Massiliensis ciuitatis Episcopum, vnum ex legatis, qui dispendio eiusdem Aruernensis ciuitatis pacem redemerant reliquorum Galliae proxime degentium populorum: in qua haec post alia ingerit:

*Greg. Turon. lib. 1. c. 10. DE VICTORIO DUCIS PRAELECTO ARVERNENSIS.

*Sidon lib. 7. epist. 7.

Nostri hic nunc est infelicitis anguli status, cuius (vt fama confirmat) melior fuit sub bello quam sub pace conditio. Facta est seruitus nostra pretium securitatis alienae: Aruernorum (proh dolor!) seruitus: qui (si praesca replicarentur) audiebant se quondam fratres Latio dicere, & sanguinem ab Iliaco populo computare. Si recentia rememorabuntur: ij sunt qui viribus proprijs hostium publicorum armis remorati sunt: cui saepe populo Gothus non fuit clauso intra mœnia formidini, cum vicissim ipse fieret oppugnantibus positus intra castra terrori. Ij sunt qui sibi aduersus vicinorum aciem tam duces fuere, quam milites. De quorum tamen sorte certaminum si quid prosperum cessit, vos secunda solata sunt: si quid contrarium, illos aduersa frugerunt.

EXPOSTULATIO SIDONII ADVERSUS LEGATOS.

NOBILITAS ARVERNENSIVM ET PRAECLARAE RES GESTAE.

Illi amore Reipublicae, Seronatum barbaris prouincias propinquantem, non timere legibus tradere, quem conuictum deinceps Respublica vix praesumpserit occidere. Hoccine meruerunt inopia, flamma, ferrum, pestilentia, pingues caedibus gladij, & macri ieiunijs procliatores? Propter huius tamen inclytae pacis expectationem, auulsas muralibus rimis herbas in cibum traximus, crebro per ignorantiam venenatis graminiibus infecti, quae indiscretis folijs succisq; viridantia saepe manus fame concolor legit. Pro ijs tot tantisque deuotionis experimentis, nostri (quantum audio) facta iactura est? Pudeat vos, precamur, huius foederis nec vtilis, nec decori.

Per vos legationes meant: vobis primum (quamquam Principe absente) non solum tractata referantur, verum etiam tractanda committuntur. Veniabilis sit, quaesumus, apud aures vestras, veritatis asperitas, cuius conuicij inuidiam dolor eripit. Parum in commune consulitis, & cum in Concilio conuenitis, non tam cure est publicis mederi periculis, quam priuatis studere fortunis. Quod utique saepe diuque facientes, iam non primi comprouincialium coepistis esse seduli. At quousque istae poterunt durare praestigiae? Non enim diutius ipsi maiores nostri hoc nomine gloriabuntur, qui minores incipiunt non habere. Quapropter vel consilio quo potestis statum concordiae tam turpis incidite. Adhuc, si necesse est, obsideri, adhuc pugnare, adhuc esurire delectat. Si vero tradimur, quando non potuimus viribus obtineri: inuenisse vos certum est, quid barbarum suaderetis ignaui.

SIDONII IVSTA REPREHENSIO DE INCIPTA PACIS CONDITIONE.

* barbaris

REDEDI- TIOFIAT CIVIVM CVM CIVI- TATE.

Sidon. lib. 3. epist. 20. IN STAVRA- TVR A R- VERIVM.

Greg. hist. lib. 2. c. 20.

Greg. Tur. de Glor. con- fess. v. 33. COGITVR VICTORIVS DVX VENE- RARI SAN- CIVM.

Sidon. lib. 7. epist. 17.

DES ABRA- HAM AB- BATES IDO- NIVS AD VOLVSI- ANVM.

DE REBUS S. ABRA- HAE CAR- MEN.

Sed cur dolori nimio frena laxantur? Quin potius ignoscite afflictis, nec imputate ma- A rentibus: namque alia regio tradita seruitium sperat, Aruerna supplicium. Sanè si medicari nostri ultimis nõ valetis: saltem hoc efficit prece sedula, vt sanguis viuat. Quorum est mo- ritura libertas: parate exilibus terram, capiendis redemptionem, viaticum peregrinaturis. Si murus noster aperitur hostibus, non sit clausus vester hospitibus. Memor nostri esse di- gnare, domine Papa.] haecenus Sidonij lugubris epistola. Sed nihil profecit, rebus iam mu- tuo consensu compositis. Dedita est tandem Gothis ciuitas ipsa: permisi sunt tamen ciues abire liberi, & ad alias migrare ciuitates. Verum memores ijdem Gothi plurimas sibi à ciui- tate illa strages illatas fuisse, cum eam sæpius obsedissent: quòd in ciues non poterant ob pa- ßum conuentum, in muros vindicantes, eandem incendio concremarunt. testatur id ipse Sidonius in epistola ad Constantium^a, cum agit de reditu ciuium eandem instaurantium.

Etenim vbi exatiatus est Gothicus furor: ne tantæ pateretur dispendium ciuitatis, quam B vix tandem ex pace ceperat, quam bello frustra sæpe tentarat, ad eius instauratiõnem adie- cit animum, cum hoc anno (vt dictum est ex Gregorio) Rex Euaricus Victorium Ducem il- luc misit: qui cum pius esset, sacra etiam illic plura ædificia erexit, de quibus vbi suprâ ista Gregorius^b: Protinus Aruernos adueniens, ciuitatem addere voluit: vnde & cryptæ illæ vf- que hodie perstant ad basilicam S. Iuliani, & columnas, quæ sunt in æde positæ, exhiberi iussit: basilicam S. Laurentij & S. Germani Licaniacensis vici iussit ædificari. fuit autem Aruernis annis nouem.] hæc de his ibi. Quid præterea mirandum de eodem Victorio Du- ce Aruernis commorante alibi idem Gregorius habeat, accipe:

Fuit (inquit) in supradicta Aruerna vrbe admirabilis sanctitatis Amabilis quidam vici Ricomagensis presbyter, qui virtutibus magnis præcellens sæpe serpentibus dicitur impe- rasse. Nam ad huius tumulum cum Dux Victorius despexisset orare, adfixo è regione equo, C nequaquam poterat amouere: quem cum flagris stimulisque virgeret, & ille quasi æneus staret immobilis; tandem aliquando Dux à suis coinmonitus, qui (vt ita dicam) ipsi pecudi similis erat factus, ad orationem descendit: cumque fideliter orasset, quòd voluit iuit. Ad huius sepulchrum energumenum vidi mundatum; periurantem diriguisse vt ferrum, cri- men confessum, illico absolutum.] hæc Gregorius. Est eiusdem Victorij honorifica men- tio apud Sidonium Apollinarem, vbi agit de S. Abraham Abbatis obitu, cum & carmine lugubri illum laudauit: hæc enim habet scribens ad Volusianum^d, cum adhuc Victorius præflet Aruernis:

Iubet me, domine frater, lege amicitia, quam nefas lædi, iam diu desides digitos incudi- bus officinae veteris imponere, & S. Abraham die functo nanniam funebrem luctuosos carmi- nibus inscribere. Celeriter iniunctis obscundabo, cum tua tractus auctoritate, tum princi- D paliter amplissimi viri Victorij Comitibus deuotione præuentus, quem iure seculari patro- num, iure Ecclesiastico filium, excolo vt cliens, vt pater diligo: Qui satis docuit, quæ sibi aut qualis erga famulos Christi cura serueret, cum torum circa decumbentis Antistitis, non dignitatem minus quam membra curuatus, ac supra vultum propinqua morte pallentem, dolore concolor factus, quid viro vellet, lacrymis indicibus ostenderet. Et quia sibi maxi- mas humandi funeris partes ipse præripuit, totum apparatus supercurrentis impendij, quod funerando sacerdoti compereret, impartiens; saltem ad obsequium, quæ remanfe- runt, verba conferimus, nihil aliud exaraturi styli scalpentis impressu, quam testimonium mutuae dilectionis. Ceterum viri mores, gesta, virtutes, indignissime meorum vilicate di- ctorum ponderabuntur.

Abraham sanctis merito sociande patronis, Quos tibi collegas dicere non trepidem. Nam sic procedunt, vt mox tamen ipse sequare: Dat pariem regni portio martyry. Natus ad Euphratem pro Christo erga stula passus, Et quinquennali vincula laxa fame, Elapsus Regi truculento Susidis ora Occiduum properas solus ad vsque solum. Sed confessorum virtutum signa sequuntur: Spiritibusque malis fers fugitiue fugam. Quasq; venis, lemurum se clamat cadere turba: Demonas ire iubes exsul in exilium.

Expeteris

A

Expeteris cunctis, nec te capit ambitus nullus: Est tibi delatus plus onerosus honor. Romuleos refugis, Byzantinosq; fragores, Atque sagittifero mania fracta Tito. Murus Alexandri te non tenet, Antiochiq; Spennis Elissea Byrsica recta domus. Rura paludicola temnis populosa Rauenna, Et qua lanigero de sue nomen habet. Angulus iste placet, pauperrimisq; recessus, Et casa cui culmo culmina pressa forent. Aedificas hic ipse Deo venerabile templum, Ipse Dei templum corpore facte prius. Finiti cursus istic vitæq; viasq; Sudori superest dupla corona tuo. Iam te circumstant paradisi millia sacri, Abraham iam te comperegrinus habet. Iam patriam ingrederis, sed te qua decidit Adam, Iam potes ad fontem fluminis ire tui.] haecenus epitaphium.

* pauperis- tu ique

B

Subdit verò de monasterio tanto destituto rectore, rogans eundem Volusianum, vt con- solaretur in eo degentes monachos, foueretque præpositum illis Abbatem, cum ait: Ecce vt iniunxeras, quæ restant, sepulto iusta pertoluitimus. sed si vicissim charitatis imperijs fra- tres, amicos, commilitones obsequi decet: ad vicem, quæso, tu quoque quibus ermines in- C stitutis, discipulos eius aggredere solari: fluctuantemque regulam fratrum destitutorum se- cundum statuta Lerinensium Patrum vel Grinnicensium festinus informa: cuius discipline si qui rebelles, ipse castiga: si qui sequaces, ipse collauda. Præpositus illis quidem viderur S. Auxianus, qui vir (vt nosti) plusculum iusto & corpore infirmus, & verecundus ingenio, eoque parendi quàm imperandi promptior, exigit te rogari, vt tuo ipse sub magisterio monasterij magister accedat: & si quis illum de iunioribus spreuerit tamquam imperitum vel pusillanimum, per te vnnum sentiat vtrumque non impunè contemni. Quid multa? Vis vt paucis quid velim agnoscas? Quæso vt Abbas sit frater Auxianus supra congregatiõnem, tu verò & supra Abbatem. Vale.]

AVRIANVS SVCC-ESSOR S. ABRA- HAE.

Porrò tam de Abraham, quàm de Victorio meminit Gregorius istis verbis: Cum ad- huc apud vrbe Aruernum Victorius, cuius suprâ meminimus, moraretur, fuit in mona- D sterio B. Cyriaci vrbs ipsius Abbas Abraham nomine, qui fide atque operibus Abraham illius prioris refulgebat, sicut in libro Vitæ eius scriptum est.] extat quidem illa tertio loco posita in Vitis Sanctorum Patrum ab ipso conscriptis. Ceterum qui adeò instar Abraham Abraham insigniter vixit, moriens perpetuò viuens inhæsit sacris Ecclesiæ tabulis anniuersaria memo- ria celebris, quæ decimo septimo Kalendas Iunias repeti consuevit. At de Abraham satis, qui nobis occurrit in via, dum agimus de Victorio, qui eum mirificè coluit.

* Greg. Turon. lib. 2. c. 21.

Rursum verò quod ad eundem Victorium spectat: etli religiosi valdeque pij hominis sæpe specimè egregium edidit, nouissima tamen ipsius gloria caruere: etenim quòd barbaro eidemque sæuo Regi Gothorum in famulatu esset, eiuidem sæuitiam induit, eandemq; in clarissimum Senatorem exercuit: de quo pauca ista Gregorius^b: Super Eucherium verò Senatorem calumnias deuoluit, quem in carcere positum nocte extrahi iussit, ligatumq; iu- E xtra parietem antiquum, ipsum parietem super eum elidi iussit.] hæc ipse.

VICTORIVS IN DETE- RIVS MV- TAVS.

* Greg. Turon. lib. 2. c. 20.

Porrò in quem adeò immaniter Victorius seuijt, hic ille fuisse putatur Senator Eucherius, quem mirificè Sidonius prædicat, dum ad ipsum scribens hæc habet: Veneror antiquos, non tamen ita vt qui æquuorum meorum virtutes aut merita postponam. Neque si Ro- mana Respublica in extrema hæc miseriarum defluxit, vt studiosos sui numquam remunc- retur; non idcirco Brutus Torquatosq; non pariunt secula mea. Quorsum ista hæc? inquis. De te ad te mihi sermo est, vir efficacissime, cui debet Respublica, quod supradictis solum laudat historia. Quapropter temerarij rerum temeraria iudicia suspendant, nec perferent fati aut suspicere præteritos, aut despiciere præsentis, &c.] hæc Sidonius: ex quibus planè & causam cædis Eucherij intueris, & cur homo seruiens Gothis, in eum sæuerit Reipublicæ studiosum, auersum penitus ab eam subijcientibus barbaris.

* Sidon. lib. 3. epist. 8. DE EVCHE- RIO SENA- TORE.

DE EVCHE- RII PRÆ- STANTIA.

Porrò hunc eundem Eucherium fuisse & religione præstantem, & planè dignum qui in Episcopum

CHRISTV
480.SIMPLICII PAP.
13.ZENONIS IMP. 7.
ODOACR. REG. 5.

Episcopum assumeretur, nisi bigamiæ impedimentum obstasset, idem Sidonius fidem facit, A & quidem publicè, dum pro concione laudans etiam à nobilitate Simplicium à se electum Bituricensem Archiepiscopum, hæc habet: Illustris in vtraque conuersatione profapia, aut Episcopis floruit, aut Præfctis: ita semper huiuscemodi aut humanum aut diuinum dictare ius vsui fuit. si verò personam suam tractatu consultiore pensemus inuenimus illum tenere istic inter spectabiles Principes locum. Sed dicitis viros Eucherium aut Pannichium illustres haberi superiores: quod hæctenus eos esto putatos, sed præsentem iam modò ad causam illi ex canone non requiruntur, qui ambo ad secundas nuptias transferunt.] hæc Sidonius de Eucherio viro clarissimo, quem non alium quidem à dicto Eucherio Senatore fuisse putamus.

Quod verò ad eius interfectorem Victorium pertinet: sicut truculentis accidere solet hominibus, vt ijdem turpiter emolliantur, effluantq; carnalibus concupiscentijs, & libidinibus turpissimè obruantur (quod de Herode atque Nerone & alijs veteres prodidere) id ipsum planè de Victorio scriptis traditum inuenimus. Etenim de ipso idem qui supra Gregorius agens, ad finem, quo eius vitæ periodus claudit, ista habet: Ipse verò dum nimium esset amore mulierum luxuriosus, & ab Aruernis vereretur interfici, Romam aufugit, ibidemq; tentans exercere luxuriam, lapidibus est obrutus.] hæc Gregorius, qui eius mortem accidisse testatur ante quatuor annos ab obitu Euarici: in libro autem Miraculorum eumdem Victorium occisum esse tradit apud Romam ab Apollinare nobili Aruernensi, qui ea de causa Mediolanum relegatus, ope S. Victoris martyris diuinitus est liberatus.

Sed ne perfunctoriè, lector, id transeas velim, quod magnam conciliat Aruernensi Ecclesiæ laudem, nimirum adeò populum illum castitatis fuisse cultorem, vt deditus impudicitijs Præfctus non nisi fuga sibi consulum esse putaret, quò pudicos Aruernenses in seipsum tumultuantes euaderet. Certè quidem virginittatis cultum hæc ætate in ea Ecclesia floruisse, tum quæ Sidonius, tum quæ Gregorius posteris tradiderunt, declarant exempla. Et in primis quod ad Sidonium spectat, mirificè laudat, scribens ad Aprum Aruernensem ciuem, Frontinam virginem verbis istis: sed & matertera tua hinc, & hinc fuit sanctior Frontina virginibus, quam verebatur mater, pater venerabatur, summæ abstinentiæ puella, summi rigoris, ac fidei ingentis, sic Deum timens, vt ab hominibus timeretur.] hæc Sidonius. Sed accipe ex Gregorio duobus præclaris hæc ipsa de cultu illibatæ virginittatis Ecclesiæ Aruernensis declarata exemplis: ait enim:

Duos fuisse apud Aruernum, virum scilicet & puellam, refert antiquitas, qui coniuncti coniugio, non coitu & in vno stratu quiescentes, non sunt ab alterutro polluti in voluptate carnali: post multos verò annos, cum eis esset latenter vita castissima, ex cõsensu pari vir tonsuratus ad clericatum, puella autem verò religiosum induit vestimētum. Factum est autem vt impletis diebus, puella migraret à sæculo: denique vir eius, præparata sepultura, exhibuit corpusculum ad sepeliendum. Cumq; eam sepulchro recondideret, arcanum quod inter eos conuenerat, eleuatis manibus ad cælum pandit, dicēs: Gratias tibi, rerum omnium artifex, ago, quòd sicut mihi eam commendare dignatus es, ita tibi reddidi ab omni voluptatis cõtagio impollutam. At illa subridens ait: Sile, file, vir Dei, quia non est necesse fatcaris nostrum, nemine interrogante, secretum. Post hæc, obtecta opertorio, recessit.

Non post multum verò tempus & ipse migravit à sæculo, sepultusq; est in loco suo. Erat autem in vna quadam basilica, sed è diuersis parietibus vtrumque sepulchrum habebatur, & vnum quidem ad Meridiem, alterum ad Aquilonem. Mane autem factò, inuenta sunt pariter esse sepulchra, quæ vsque hodie sic perdurant: idcirco nunc incolæ Duos Amantes E vocitant, & summo venerantur honore.] hæc ipse, quæ secundum ea facta esse noscuntur, quæ superius suis locis ex Tertulliano & alijs dicta sunt, nempe frequentia fuisse in Ecclesia vera coniugia, sed quo ad commixtionem corporum simulata, dum frequentes essent reperiri in coniugali consortio virgines. Sed & dignum pariter existimamus vt in Annales inferatur exemplum de alia eiusdem ciuitatis sancta virgine, quam & publicæ Ecclesiasticæ tabulæ scriptam retinent, & Catholica Ecclesia anniuersario cultu prosequitur. Georgia huic nomen fuit, de qua ista Gregorius:

Fertur etiam fuisse in ea vrbe puella quædam religiosa atque deuota Deo: quæ in rure commanens, quò ab vrbica populatione sumnota liberiùs dignas Deo laudum hostias exhiberet, quotidie autem ieiunijs & orationibus insistebat. Factum est igitur, vt migrans ab hoc mundo, ad basilicam oppidi causâ sepeliendi portaretur: Verum vbi leuato feretro corpus

* Sidon. lib. 7. epist. 9.

* Greg. mira. lib. 1. c. 43.

* Sidon. lib. 4. epist. 21.

* Greg. Turon. de Glor. confes. c. 32.

* Gregor. de Glor. confes. c. 37.

CHRISTI
480. 481.SIMPLICII PAP.
13. 14.ZENONIS IMP. 7. 8.
ODOACR. REG. 5. 6.

A corpus per viam ferri cœpisset, adueniens grex magnus columbarum super eam volare cœpit, atque huc illuc volitando sequi quo hæc à proximis ferebatur. Qua in basilica delata, grex totus super tectum ædis ipsius visus est confedisse: Illaq; sepulta, ad cœlos euolauere columbar. Vnde non immeritò Georgia nuncupata est, quæ sic exercuit mentem cultura spiritali, vt adepto virginittatis sexagesimi fructus prouentu, egrediens de sæculo, celestibus honoraretur exequijs.] hæc Gregorius, à nobis hic opportunè relata occasione Victorij Ducis & Comitiss, hoc anno præfcti cum alijs populis etiam Aruernensibus, impudica vita eandem nobilem Ecclesiam labefactare non verentis. At quod dicit debitum virgini sexagesimi fructus prouentum, id ea de causa, quòd centesimum putauit martyri conuenire. Porro ipsius Georgia virginis votua celebritas in Ecclesia Occidentali quintodecimo Kalendas Martias annis singulis agitur. At de rebus Gallicis satis.

B De Orientalibus verò nihil hoc anno præterea, nisi quòd Marcellinus hæc de prodigioso terræmotu, quo Constantinopolitana ciuitas agitata est, habet: Vrbs regia Constantinopolis assiduo terræmotu quassata, magnopere sese afflictam deplanxit: ambæ Troadenses porticus cadunt: aliquantæ ecclesiæ vel scissæ sunt, vel collapsæ: statua Theodosij Magni in foro Tauri super cochlidem columnam posita corruit, duabus fornicibus ejus fori collapsis. Hunc formidolosum diem Byzantij celebrant octauo Kalendas Octobris.] hæc Marcellinus: quem subdubitamus errore lapsum, dum quod fuit terræmotus sub Præclo monumentum (dicta enim die habent eius memoriam Græcorum Menologia) ipse posteriori huic adscribit terræmotus: sed & Cedrenus ad aliud tempus refert. Quotus anno id acciderit, certè non nisi magnorum malorum constat fuisse prænuncium, cum non solum ciuitas ipsa Constantinopolitana, sed totus planè Orbis ex Eutythianorum turbis grauiori motu concussus sit. Sed ad res anni sequentis transeamus.

IESV CHRISTI SIMPLICII PAP. ZENONIS IMP. 8.
ANNVS ANNVS ODOACR. REG. 6.
481. 14.

C Christi annus quadringentesimus octogesimus primus Placidium Consulem habuit: quo periclitanti sub gladio Gothico Imperio Orientali, & ipsi Constantinopolitanæ ciuitati in discrimen adductæ Deus improviso casu subuenit. Rem gestam ita narrat Euagrius: Per idem tempus Theodoricus Scythia genere contra Zenonem arma ferre parat, & copijs suis in Thracia collectis, bellum gerit aduersus Zenonem: agrisq; omnibus qui ante pedes iacebant vsque ad ostium Ponti vastatis, parum aberat quin Constantinopolim cepisset, nisi quidam ex illius maximè necessarijs vehementer erga eum offensi consilium de illo interimendo iniuissent. Qui cum suorum intellexisset maleuolentiam, retulit pedem, atque non adeò multo post in mortuorum numerum adscriptus est. Verum quo genere mortis occubuerit, dicam, quod ita habet. Pro castris eius hasta cuspidem bifida in sublime suspensa fuit more barbarico. Deinde corpus suum agitare, exercereq; cupiens, equum sibi adduci iubet. Tum absque mora (cuius etiã in alijs quoque rebus gerendis impatiens esse solet) in equum insilijt. Equus autem, vt pote indomitus & ferox, cum nondum Theodoricus pedibus vtrinque ritè dispositis firmè insideret, pedes anteriores tollit in sublime, ac posterioribus solum insistit reclus: adeò vt Theodoricus cum magna contentione cum eo luctaretur, & neque auderet eum freno, ne in ipsum caderet, retrahere, neque adhuc in sella firmè sederet; huc illucq; sic volutaretur, vt hastæ suspensæ cuspidem vehementer agitaret: qui in eum impactus, latus grauius vulnerauit. Inde igitur lecto coactus decumbere, paucis post diebus ex eo vulnere periijt.] hucusque Euagrius.

Id quidem hoc anno factum esse, Marcellinus testatur in Chronico, huncq; esse Theodoricum Triarij filium tradit, eumq; peruenisse vsque ad Anaphum locum ad quartum lapidem Constantinopoli distantem, inde verò in Illyricum parasse iter, cum eo modo morte præuentus est. Ex quibus Iordanum, alias Iornandem dictum, redarguas, dum non Theodoricum Triarij filium fuisse narrat, sed Valemirum Amalum Gothorum Regem fratrem Theodomiri patris Theodorici Amali, qui hoc anno in Gothorum regnum successit: Quem (inquit Euagrius) Zeno Imperator, Euocatoria destinata, ad se in vrbem Constantinop. venire præcepit, dignoque suscipiens honore, inter proceres sui Palatij collocauit. Et post

* Marcell. in Chron. sub huius anni Conf.

* Euag. lib. 5. cap. 25. THEODORICI TRIARIJ OBITVS.

THEODORICVS AMALVS VOCATVS ZENONE.

Et post aliquod tempus, ad ampliandum honorem eius in arma, eum sibi filium adoptavit, A de suisque stipendiis triumphum in vrbe donavit.] sed id factum est, cum rebellantes Zenoni domesticos vicit in Oriente: quæ omnia præterierunt Iordanum. At agendum erit de his suo loco inferuis.

DE FUTURA PERSECUTIONE PRAESAGIA.

Victor de Persec. Vind. lib. 2.

VISIONES DIVERSES OSTENSÆ.

Hoc eodem anno, quo numeratur Hunerici Vuandalorum Regis quinquennium, bien- nium verò ante excitatam diram persecutionem aduersus Africanam Ecclesiam, Deus (si- cuti olim vidimus factum temporibus sanctissimi Cypriani Episcopi) multis signis futuram persecutionem (vt Victor ait) pluribus demonstraui, quo se cuncti prepararent ad pugnam. At quænam illa fuerit, his ipse verbis enarrat: Ante persecutionis tamen tempestatem, multis præcuntibus visionibus & signis, imminens demonstratum fuerat malum. Nam ferme ante biennium quàm fieret, vidit quidam Fausti Ecclesiam solito in ornatu fulgentem: & dum lætaretur tanti fulgoris candore, cereis quoque fulgentibus, pallijsq; velaminum & lampadibus rutilantem: Subitò, ait, luminis illius concupiscibilis extinctus est fulgor, & tenebris succedentibus, aduersarius naribus natus est fœtor: omnisq; illa beatorum turba, expellenti- bus quibusdam Æthiopicis, minata est foras: ob hoc iugiter lamentatum, quòd eam in claritatem pristinam nequaquam viderit iterum restitutam. Nam visionem istam, nobis præsentibus, sancto retulit Eugenio.

Vidit & quidam presbyter ipsam Fausti ecclesiam refertâ turbis innumerabilibus popu- lorum, & post paululum euacuata, & repletam porcorum multitudine atque caprarum. Item alius vidit aream triticæ ventilationi paratam, granis adhuc ventilatoris iudicio necdum à paleis separatis: & dum ingentis massæ, licet confusæ, magnitudinem miraretur: subitò ecce turbo veniens tempestatem sonuago flatu cœpit aduentum suum surgente puluere de- monstrare: cuius impetu palea illa omnis omnino volauit, remanentibus granis. Post hæc C venit quidam procerus splendido vultu, habituq; nitido fulgens, & cœpit grana vacua, ma- cilentia, atque similiginea reprobata purgando projicere: quæ diu examinans, vix magnitudi- nem illius massæ licet probata, ad aceruum tamen produxit exiguum.

Item alius ait: Stabat quidam præcelsus super montem qui Ziquensis dicitur, & clama- bat dextera, læuaque: Migrate, Migrate. Alius conspexit, rugiente cælo atque turbato, sul- phureas nubes, quæ ingentes cœperunt lapides iaculari: qui lapides dum cecidissent in ter- ram, plus accendebantur, & maioribus flammis ardebant, atque intrantes in penetralia do- morum, quos inuenerant, incendebant. Qui autem vidit, ait, cum se in quodam cubiculo abscondisset, miseratione diuina ad eum flamma non potuit peruenire: reor vt illud propheticum compleretur: Claude ostium tuum, & abscondere pusillum aliquantulum, do- nec pertranscat ira Dei.

Isai. 26.

QUID PAV- LO EPISCOPO DE FUTURA CLADE OSTENSVM ET ALIIS.

Vidit & venerabilis Paulus Episcopus arborem vsque ad cælos ramis florentibus exten- sam, quæ etiam dilatatione sua omnem penè Africam occupabat: & cum vniuersi eius ma- gnitudine & speciositate gauderent: Ecce subitò (inquit) venit asinus violentus, qui defri- cans ceruicem suam super robur radicum eius, impulsu suo cum ingenti sonitu illam mira- bilem arborem elisit ad terram. Sed & Quintinianus venerabilis Episcopus vidit se super quemdam montem stare, de quo conspiciebat gregem innumerabilium ouium suarum, & in medio gregis duæ erant ollæ nimium bullientes. Aderant autem ouium occisores, quarum carnes ollis bullientibus demergebant. Et cum ita fieret, omnis illa magnitudo consumpta est gregis. Reor ergo illas duas ollas, Siccam Veneriam & Laribusam, duas esse ciuitates, in quibus multitudo prima fuerat congregata, è quibus incendij initium sumpsit, aut Hunerico Regem, & Cyrolam Episcopum eius. Sed de multis visionibus, quia breuitati consu- lendum fuit, hæc dicta sufficiant.] hucusque Victor. Sic igitur secundum propheticum il- lud: Dediisti meruentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus] accidit, vt hæc Deus voluerit ante biennium, hoc nimirum anno, Fidelibus innotescere.

Psal. 59.

VVANDALI CONFLENTES AD CATHOLICAM ECCLESIAM DIRA PASSI

Verum etsi persecutio ingruens instar grandinis ad biennium sit dilata: præcesserunt ta- men furorem bellicum velitationes nonnullæ, quibus diuersis in locis dira pati contigit Christianos, atque primùm hoc tempore Hunericum insequi cœpisse crudeliter suos, & illos potissimum, quos scisset cum Catholicis Catholicos redditos in Catholicorum eccle- siam conuenire: erant hi plures vtriusque sexus mares & feminæ, qui diuino illustrati lu- mine, vbinam esset dogmatum veritas intelligentes, eò emergentes è tenebris conuenere, qui quidem felicissimi non solum Catholicæ fidei participes fieri meruere, & inter Catho- licos adnumerari, sed digni habitus sunt ante omnes tormentorum gloria exornari, & aliqui ex eis

A ex eis martyrio coronari. Has igitur ex hostibus abreptas manubias Africana Ecclesia pri- mùm omnium Domino consecrauit, hæcque ex hostili agro sacras primitias acceptas præ- misit in cælum. Quomodo autem hæc acciderint, Victor spectator certaminis, res gestas verbis istis omni fide testatas posteris tradidit, cum de sancti Eugenij Carthaginensis Epi- scopi sanctis operibus agit:

Cum fama eius esset celebris atque manifesta, cœperunt exinde Arianorum Episcopi inuidia grauius queri, quotidianis (& præcipuè cum Cyrola) calumnijs insectantes. Quid plurimum? suggerunt de illo, vt suum nequaquam sederet thronum, neque Dei populo verbum faceret consuetum: deinde quoscumque mares vel feminas in habitu bar- baro incedentes in ecclesia conspiceret, prohiberet. Ille respondit, vt decuit: Domus Dei omnibus patet: intrantes nullus poterit repellere: maximè quia ingens fuerat multi- tudo nostrorum Catholicorum in habitu illorum incedentium, ob hoc quòd domui Re- giæ seruiabant.

At vbi ab homine Dei tale responsum accepit, statuit in portis ecclesiæ collocare tor- tores: Qui videntes feminam vel masculum in specie suæ gentis ambulantes, illico palis minoribus dentatis iactis in capite, crinibusque in eisdem colligatis, ac vehementius strin- gentes, simul cum capillis omnem pelliculam capitis auferebant. Nonnulli, dum hoc fie- ret, statim oculos amiserunt; alij ipso dolore defuncti sunt: mulieres verò post hanc pœ- nam capitibus pelle nudatis, præcone præcunte, per plateas ad ostensionem totius ciuita- tis ducebantur: quòd sibi magis, quæ patiebantur, lucrum maximum computabant: quo- rum nos plurimos nouimus, nec scimus eorum aliquem tunc etiam pœnis vrgentibus à re- cto itinere destitisse.

DIRA PASSI QUI VENIBANT AD ECCLESIAM.

C At vbi isto modo fidei infringere non valuit murum, cogitat vt nostræ religionis ho- mines in aula eius constituti, neque annonas, neque stipendia solita portarent: addidit quoque & laboribus eos contere rusticanis. Dirigit viros ingenuos & admodum delica- tos ad campum Vicensin, vt sub ardentis Solis incendio cæspites messium desecarent: vbi omnes cum gaudio pergentes, in Domino lætabantur. In quorum contubernio qui- dam fuit aridam habens manum, quæ per annos quamplurimos nullum ei præstiterat ob- sequium: qui cum veraciter excusaret se operari non posse, magis violenter iussu se pe- gere. Sed vbi ad locum ventum est, & præsertim pro eo orando ingemuerunt omnes, pie- tate diuina, illa arida incolumis confessoris restituta est manus.] hoc quidem idcirco Deus voluit signum palam edi, vt manifestum omnibus fieret, stare Deum in castris filiorum Israël, & ibi Ecclesiam esse Catholicam, vbi Deus esset, certo certius redderetur expressum, D Deo ipso miraculorum testificatione loquente, immo clamante. Sed ne cœptam tyrannus prosequeretur persecutionem, timore suorum cessauit absterritus, vnde in suos gentiles gladium conuertit.

QUID IN DOMESTI- COS CATHO- LICOS HV- NERICVS.

Quas enim post hæc in suos Hunericus dominandi cupidine ebrius tyrannicè carnifici- nas exercuit, idem Victor ita refert: Ipse autem Hunericus, qui sese iam dudum omnibus lenem ostenderat, desiderans post obitum suum (quod non contigit) regnum statuere, Theodoricum fratrem, filiosque eius Gentonisque fratres nihilominus filios crudeliter cœ- pit insequi: quorum nullum dimitteret, nisi ei mors desiderij sui voluntatem auferret. Pri- mò sciens vxorem Theodorici fratris astutam, credo ne fortè maritum, aut maiore filium, qui prudens & sapiens videbatur, consilij acrioribus aduersus tyrannum armasset, erimine apposito, gladio eam interfici iubet. Post occiditur & ille filius magnis litteris institutus, cui secundum constitutionem Genferici, eo quòd maior omnibus esset, regnum inter nepotes potissimum debebatur.

Victor de Persec. Vind. lib. 2. HVNERICVS DIRAM TY- RANNI- DEM IN SVOS EX- ERCVIT.

Accenditur adhuc crudelitas aliquid perpetrare. Astante vulgo, in media ciuitate pro gradibus plateæ nouæ, Episcopum suæ religionis, nomine Iocundum, quem Patriarcham vo- citabant, præcepit incendio concremari, ob hoc, quòd in domo Theodorici germani Regis acceptissimus habebatur, cuius forte suffragio memorata domus regnum poterat obtinere. In quo impietatis scelere futurum nobis adesse prospeximus malum, aientes singuli inui- cem nobis: qui in suo ita crudelis effectus est sacerdote, quando nostræ religioni, vel nobis parciturus est? Tunc & Gentonis maiorem filium, nomine Godagisum, cum vxore, abique solatio seruuli aut ancillæ, crudeli exilio relegauit. Fratrem verò Theodoricum post occisio- nem vxoris & filij nudum atque destitutum similiter exulauit. Post cuius mortem, filium qui supererat, infantulum, duasq; filias eius adultas inpositas a finis longius affligendo proiecit. Sed &

PATRIAR- CHA ARIANORVM IN- CENSVS.

CHRISTI
48 .482.

SIMPLICII PAP.
14. 15.

ZENONIS IMP. 8. 9.
ODOACR. REG. 6. 7.

Sed & Comites quamplurimos & nobiles gentis suæ obiectionibus falsis infectans, ob hoc A quòd germano fauerent, alios incendit, alios iugulauit, imitator Genserici patris, qui sui fratris vxorem, ligato pondere lapidum, in Amfagam fluuium Cirtensem famosum iactando demersit, & post necem matris etiam filios interfecit.

MYNERICVS
CONTRA
PATRIS
DRAECED-
TA ARVIT.

Sed & multos ei Gensericus pater moriens, sacramento interposito, cõmendauerat: quos ille immemor fidei, & sacramenti violator, diuersis pœnis & incedijs trucidauit. Nam Heldicam quemdã, quem pater eius Prepositum fecerat regni, iam veteranũ atque annosum cum dedecore capite detruncavit, eiusq; vxorem cum alia nomine Teucaria in medio ciuitatis incendit: quarum corpora per vicos & plateas trahi mandauit, quæ tota die iacetiã, rogatus à suis Episcopis, vix vesperi sepeliri cõcessit. Gamuth namque Heldicæ fratrem, quia ad ecclesiam eorũ confugerat, occidere non poterat: quem tamẽ in loco latrinarum obscuro concludit, temporeq; multo cum ibi degere statuit: postea cum caprario quodam & rustico ad faciendas scrobes vineis profuturas condemnauit: quos etiam duodecies per annum, id est, per singulos menses flagellis crudelibus dissipat, vix modico aquæ, cibarioq; pane concessio. hoc per quinque vel amplius perpeffi sunt annos; quibus hæc supplicia proficere poterant ad æternam mercedem, si Catholici fuissent, & fidei suæ merito illa perferrent.

Sed ideo istud silere nequiuimus, vt impietatem Regis etiam in suos minimẽ sileremus: qui non solum Episcopum suum Iocundum (vt superius demonstrauimus) flammis adussit, sed & presbyteros & diacones suos, id est, Arianos quamplurimos incendit, necnon & bestijs mancipauit. Amputatis igitur in breui omnibus quos timebat, & solidans sibi (vt putabat) regnum, quod breue fuerat & caducum, omni ex parte otiosus atque securus vniuersa tela furoris in persecutionem Ecclesiæ Catholicæ sicut leo rugiens conuertit.] hæc Victor: qui cum subdat, post biennium esse cœptam persecutionem, æquẽ ad duos annos hanc perseuerasse ipsius tyrannidem in suos possumus intelligere: vt non mireris, si qui hoc anno cœpit insequi suos ad ecclesiam Catholicorum confluentes, à persecutione cessarit, conuersus ad cædem suorum, quos suspicio reddiderat infensissimos hostes. Quæ autem hæc secuta sint, ordine seruato temporum, inferius dicemus.

IESV CHRISTI
ANNVS
482.

SIMPLICII PAP.
ANNVS
15.

ZENONIS IMP. 9.
ODOACR. REG. 7.

CALENDION
ELI-
GITVR
EPI-
SCOPVS
ANTIOCH.

Euag. lib. 3.
cap. 10.

Simpl. epist.
14.

Quadragesimus octogesimus secundus Redemptoris annus Consulatu Seuerini in publicis adscriptus est monumentis: quo Stephanus Junior Antiochenus Episcopus tertio suæ sedis anno ex hac vita migravit; statimq; in eius locum electus est Calendion Episcopus; moxq; à collecta ibi Synodo directus est Anastasius Episcopus ad Romanum Pontificem, ex more, vt eius electionem ratam haberet. Fuit iste quidem Catholicus, qui & (vt Euagrius ait *) omnes qui ipsum adibant induxit, vt tum hæretico Timotheo, rum litteris Basilicis generatim ad omnes scriptis anathema dicerent. Probasse autem sanctum Simplicium Papam Calendionis electionem, litteræ ipsius ad Acacium Episcopum Constantinopolitanum data significant, quæ sic se habent b:

Simplicius Episcopus Acacio Episcopo Constantinopolitano.

Antiocheni exordium sacerdotis qua ratione fuerit seruis indicatum, quamuis minimẽ nos latere potuerit: tamen & ipse, vel Synodus ipsius indicauit. Quod sicut non optauimus fieri, ita faciles excusationi, quam necessitas fecit, extitimus: quia quod voluntarium non est, vocari non potest in reatum. Et ideo per fratrem & Coepiscopum nostrum Anastasium, qui ex prædicta regione directus est, litteris quoque tuæ dilectionis acceptis, alterni vicissitudinem sermonis tuæ reddimus charitati. Necessariò fratris & Coepiscopi nostri Calendionis sacerdotium gremio Apostolicæ sedis amplexi, in consortium nostrum per gratiam Christi Dei nostri tantæ vrbs Antistitem collegij vnione numeramus. Miramur autem, nihil nos de statu Alexandrinæ Ecclesiæ, te instruyente, didicisse; quem nunc ita habere se comperimus, vt improbi per occasionem obitus sanctæ memoriæ Timothei eandem Ecclesiam conentur habere captiuam. Vnde agendum est dilectioni tuæ cum clementissimo Principe, ne conuellatur sub eius Imperio, quod tyranni temporibus potuit obtineri. Data Idibus Iulij, Seuerino V. C. Consule.]

CONFIRMA
TVR
CALENDIONIS
ELECTIO
A
ROM. PONTIFICI.

Factum

CHRISTI
482.

SIMPLICII PAP.
15.

ZENONIS IMP. 9.
ODOACR. REG. 7.

A Factum autem fuisse Episcopum Calendionem, non vt præcessor ipsius ab Acacio Constantinopolitano Episcopo, sed contra eius voluntatem, ex eo patuit, quòd paulo post opera eiusdem Acacij ipso Calendione pulso, in eius locum Petrus est restitutus, quem Felix Papa primo suæ sedis anno deposuit. Simul enim ac degustasset Acacius in electione Stephani Episcopi Antiocheni ex necessitate sibi credita primatus dulcedinem: factus ebrius, non aliud quàm hunc ipsum sitire, & vndique sibi captare, licet graui torius Ecclesiæ scandalo, indefesso studio, malisq; artibus arripere ad obitum vsque numquam destitit, vt quæ inferius dicturi sumus, abundè satis significabunt.

Quod verò ad Calendionem pertinet: quo tempore in sede pacificè egit, illud inter alia memoria dignum operatus est, vt sacras reliquias sancti Eustathij Antiocheni Episcopi, qui Nicæno Concilio interfuit, & fidei protegendæ causa exilium passus, gloriosus confessor occubuit, à Zenone Imp. impetraret vt Antiochiam transferret. Est huius rei assertor Theodorus Lector; cum ait: Calendion petitas à Zenone Eustathij reliquias è Philippis Macedonia, vbi ille in exilio mortuus fuerat, Antiochiam detulit: quas maximo cum honore exceperunt. Tota siquidem ciuitas, & omnis aras (vt ita dicam) ad decem & octo miliaria vrbe in occursum illarum egressa est. Qui verò ad id vsque temporis separati ac diuisi propter Eustathium fuerant, Ecclesiæ post centum annos à morte illius restituti sunt.] hæc Theodorus.

Verùm ante hæc tempora Eustathianos alijs se iunxisse Catholicis, quæ superius dicta sunt, facillè ostendere possunt. Sed & error in numero reperitur, cum amplius quàm cœcum annos ab obitu Eustathij in hunc vsque annum numerare contingat, cum eum constet paulo post Nicænum Concilium, quod est celebratum anno Domini trecentesimo vigesimo quinto, in exilium deportatum. Sed quid accidit? Sicut enim qui recipit Prophetam in nomine Prophætæ, mercedem Prophætæ accipiet; ita planè qui recepit Cõfessorem in nomine Confessoris, confessionis palmam est consecutus: nam Calendion dignus est habitus & exilij causa durum exilium pati, & confessionis gloria decorus occumbere. quomodo autem id acciderit, Euagrius ita narrat c:

Calendion Antistes Antiochiæ scribens ad Imperatorem Zenonem & Acacium Constantinopolitanum Episcopum, Petrum non solum adulterum vocat (illum Mogum scilicet, qui Alexandrinam Ecclesiam inuaserat) verùm etiam eum, cum esset Alexandria Chalcedonenis Concilio anathema indixisse asserit. Qui postea ad incolèdam Oasim deterrimum omnium exilium n condemnatus fuit, quòd partes Illi, Leontij & Pamprepis cõtra Zenonem fouebat.] ita planè hoc velamento criminis maiestatis Catholicus Antistes expulsus est ab hæreticis, Acacio id machinante, vt Gelasius multiplicibus querelis exaggerat. Post autem Calendionem (subdit Euagrius:) Petrus cognomento Cnapheus, qui ante Calendionem & Stephanum Episcopus fuit (vt supra dixi) Antiochiæ propriam sedem recuperauit, qui & epistolæ subscripsit Zenoni de concordia, & Synodales litteras ad Petrum Mogum Alexandrinum Episcopum scripsit.] hæc de Petro Cnapheo siue Fullone dicto Euagrius. Addit his Gelasius in epistola ad Dardanos, datum fuisse crimini sancto Calendioni, quòd nomen Zenonis Imperatoris è Diptychis abstulerit. quod si egit, ea ratione ab eo factum quis dubitat, quòd idem Imperator cum hæreticis communicaret?

Sed de Petro Fullone quid accidit? Simulac iste thronũ conscendit, palam hæresim promulgauit, & illam quidem nimis enormem sæpe antè dånatam, Theopaschitarum dictam, dum non vnã tantum de Trinitate personam passam esse diceret, sed ipsi sanctissimæ Trinitati in Trisagio hymno crucem adscriberet: quod quidem vehemèter commouit Orientales Episcopos. Quomodo autem ipsum illi admonere, nec non Romanus Pontifex, dicitur anno sequenti, quo blasphemix istæ in Occidente visæ sunt innotuisse. Quod verò spectat ad motus Orientales, quorum occasione captata atque affectata Calendionem in exilium pulsum hoc tempore fuisse constat: iam certum est Imperij perduellium conspirationem ad hunc vel superiorem annũ esse referendam, non autem post sequentem annum, vt à Marcellino in Chronico ponitur. Res verò gesta ab Euagrio ita narratur d:

Marcianus cum Zenone inimicitias exercere cœpit; qui filius fuit Anthemij, qui antè Imperium gesserat. Ille vbi Leontiam Leonis filiam minorem natu vxorem duxerat, tyrannidem occupare molitur: ac pugna graui in Palatio commissa, & multis vtrinque cadentibus, Marcianus aduersarios terga dare cogit: qui certè Palatio potitus fuisset, nisi negotio quod susceperat in crastinum dilato, oblatam occasionem omisisset, quæ sicut cum

Annal. Eccl. Tom. 6.

H h

ad pe-

TRANSLATIO
RELIQUIARVM
S. EUSTATHII.

Theod. Lect. Collect. lib. 2.

6 Matt. 10.

Euag. lib. 3. c. 16.
CALENDION EPISCO-
PVS ANTIOCHENSIS
RELEGATVS IN OASIM.

PETRVS CNA-
PHEVS
RVRVM
EPISCOPVS
ANTIOCHENSIS.

THEOPASCHITARVM
HÆRESIM HABENS IN-
STAVRATA.

Euag. lib. 3. c. 20.
MARCIANVS
REBELLIO.

ad pedes accedit, forsan capi potest, ita cum quasi è manibus elapsa est, in sublime subuolat, A
 rideret; insequentes, atque de reliquo omnem aditum ad se illis penitus præcludit.] & paulo post. Quod planè euenit Marciano, qui ut tempus opportunum sibi darè omisit, sic idem ipsum de cetero reperire non potuit: nam postero die, à suis proditus & relictus solus, confugit ad templum sanctorum Apostolorum; indeq; vi abstractus, Casaream Cappadociæ demigrat: ibiq; ad quosdam monachos se aggregans, postea dum latitare cuperet, deprehensus est, atque ab Imperatore Tarsum vsque Ciliciæ amandatus, coma abrasa, presbyter designatus est. Sunt ista quidè ab Eustathio Syro scripta pereleganter.] hæc de Marciano Eua-
 grius Rem eandem paucis profecutus Theodorus Lector paulò diuerse narrat. Sed de alijs Imperij perduellibus Eua-
 grius ista subnequit, atque in primis de Verina Augusta:

Est apud eundem scriptorem, Zenonem Imperatorem infinitas ferè insidias contra Verinam locum suam intruxisse, postea verò eam relegasse in Ciliciam: eamque inde denuo ad B
 arcem quæ Papyriana dicitur, Illo iam tyrannidem exercente, transtulisse, in qua excessit è vita. Res autem ab Illo Exconsule gestas idem Eustathius per se scribit, tum quemadmodum à Zenone insidijs appetitus effugerit, tum quo pacto Zeno eum cui dederat mandatum ut illum interficeret, morte multarit, capite ideo ceruicibus abscisso, quod eum ob conatus frustrationem tali mercede compensare voluit. Illum verò, quo facinus tentatum occultaret, Ducem copiarum in Oriente militantium designauit. Is amicitia non cum Leontio solum, sed cum Marco viro spectato & Pamprepete contracta, in partibus Orientis commoratus est.

Idem verò narrat, quòd Leontius Tarfi Ciliciæ Imperator renunciatus fuerit, & quem fructum ista ex tyrannide sua perceperunt, cum Theodoricus vir genere Gothus & apud Romanos in magno honore habitus Dux cum nostris tum exteris copijs stipatus contra eos missus esset.] hæc de his Eua-
 grius, qui ex eodem auctore tradit, hos iniuste à Zenone persecutionem esse perceptos, coactosque quodammodo in hostes conuerti ex amicis de Imperatore benemerentibus. Hæc quidem occasione Calendionis Antiocheni Episcopi à nobis ex Eua-
 grio sunt recensita quòd dictum sit, eodem auctore, Calendionem calumniam passum de conspiratione seu fauore his præstito, fuisse in Oasim relegatum. Hæc autem hoc anno cæpta, sequenti consummata sunt, post quem Theodoricus ob res bene gestas meruit Consulatum, atque equestrem in foro statuam, ut suo loco inferius dicitur: in sequentem hæc enim annum esse propagata videntur, quo ob res bene gestas idem Theodoricus Consul est designatus.

Iam verò ad res Alexandrinas oratio se conuertat. Ex litteris quidem nuper recitatis Simplicij Pontificis ad Acacium Constantinopolitanum Episcopum hoc anno datis, certum habetur, eodem anno diem obiisse Timotheum Catholicum Episcopum Alexandrinum, cum sedisset annos vigintitres, interpolatis tamen vobis, cum inde sæpe expulsus fuerit: ita quidem & Liberatus Diaconus, qui & totidem sedi eius annos tribuit ac menses sex. Tunc autem coeuntes in vnum Ægypti Episcopi ex communi consensu elegerunt Ioannem hominem Orthodoxum, de quo plura superius dicta sunt: sed huic Zeno Imperator impulsu Acacij aduersatus est, eo prætextu, quòd diceret ipsum antè iurasse, non futurum aliquando ut in Alexandrinum Episcopum elegi pateretur. His Imperator addidit longè deteriora, cum non erubuit contra eundem Ioannem in sedem restituere nefandum illum Petrum Mogum hæreticum antea pulsam.

Iam verò diu sub Catholico nomine latens hypocrisis, omni seposita verecundia, pro-
 cax exilit, & ut furia debacchatur. Sanè quidem tamquam portentum accidit, ut Zeno Imperator, qui nuper electos Catholicos restituerat, & expulerat intrusos hæreticos, ita mutatus sit, & quòd Acacius Constantinopolitanus Episcopus, cuius arbitrio ipse Imperator regi videbatur, qui paulo antè aduersus Basiliscum certamen pro fide Catholica iniit, cogens illum restituere electos Catholicos, modò idem vice versa, pulsatis insignibus Orthodoxis, in Pontificiam cathedram hæreticos restituendos curarit. Latuerunt ista quidem de sede Antiochena Simplicij Papam: Verùm explorata habuit quæ Alexandria facta sunt, ex legatione missa à Synodo Alexandrina, qua Ioannis electionem confirmandam ab ipso Romano Pontifice petierunt: de quibus ipse exposulans, mox ad Acacium dedit epistolam, eum redarguens, quòd de rebus adeò magni momenti nihil scripsisset, quod ex credito ipso officio Vicariæ præfecturæ Apostolicæ sedis quam nauiter præstare debuisset. Epistola autem sic se habet:

Simplicius

Theod. I. c. 27.
 Ib. i. Collect.
 in j. n.
 Eua-
 grii. lib. 3.

THEODORICVS AMA-
 LVVS REX
 GOTHORVM PV-
 GNAT PRO
 ZENONE.

DEPVNCTO
 TIMOTHEO,
 ELECTVS
 IOANNES
 ALEXAND.
 EPISC.
 Liber. Diacon.
 in Breviar. c.
 32.

Simpl. epist.
 17. tom. 1.
 epist. decret.

A Simplicius Episcopus Acacio Episcopo Constantinopolitano.

Miramur pariter & dolemus, ita in tuæ dilectionis animo dissimulatam lacerare curam charitatis & fidei, ut cum Christianissimus Imperator pietatis & religionis instinctu affandi me & de causis Ecclesiasticis consulendi fideles atque solertes internuncios destinaret, ipse & alteræ gratiæ & vigilantæ pastoralis oblitus, nec alloqui nos volueris, nec de his quæ ad Catholicæ veritatis custodiam pertinebant, duxeris instruendos. Atque ideo, frater charissime, non immeritò cernis libera affectione culpam, potiore diligentia repensanda cognosce, proinde delegatū tibi munus impendens, sensus tuos prudenter attolle, & pro tuendis Chalcedonenis Synodi constitutis vehementer inuigila, ne per negligentiā desidiamque nostram subrepatur gregibus Domini letale dispendium.] hæc tam instanter Simplicius Papa ab Acacio exigit, quòd ei (ut dictum est superius) delegauerat vices suas. Sed pergit dicere de rebus Alexandriæ gestis:

Nuper ab Ægyptia Synodo, quæ & numero plurima & fidei Catholicæ esset communione suffulta, atque ab ipso omni propemodum clero Alexandriæ sedis ad nos ex more relectio missa, patefecit sanctæ memoriæ fratrem quondam & Coepiscopum nostrum obiisse Timotheum; inque eius vicem consona Fidelium voluntate Ioannem, cui ad sacerdotium constare crederentur omnia, subrogatum: & nihil omnino restare videbatur, nisi ut Deo nostro gratias agentibus nobis, atque gaudentibus, ut sine strepitu, quòd Catholicus in defuncti ministerium successisset Antistes, Apostolicæ quoque moderationis assensu votiuam sumeret infirmitatem.

Cum ecce secundum consuetudinem mihi talia disponenti, tranquillissimi Principis scripta sunt reddita, quibus memoratum tamquam periurij reum (quod fraternitati quoque tuæ non esse diceretur incognitum) sacerdotio perhiberet indignum: Illico retraxi pedem, & meam reuocaui super eius confirmatione sententiam, ne quid contra tantum ac tale testimonium præpropere fecisse iudicaret.] hæc cum adeò disertis verbis de confirmatione Episcopi Alexandrini Simplicius dicit: puto, lector, intelligis veterem morem, ut non haberetur firma ratave Alexandrini, sicut nec Antiocheni noui Antistitis electio, nisi illa à Romano Pontifice confirmaretur: cum eius rei causa mox iisdem electi, & Synodi quæ elegerant, statim post creationem eorumdem (ut sæpius factum vidimus) mittere solerent ad ipsum Romanum Pontificem legationem cum fidei professione, ut quæ per ipsos acta essent, ab eodem Romano Pontifice confirmarentur. ante hæc autem haud idonei illi habebantur, ut ipsis reliqui Episcopi communicarent, quibus nondum Romanus Antistes communicasset. At prosequamur quæ sunt reliqua Simplicij Papæ epistolæ ad Acacium iustas ingerentis querelas de Petro Mogo, quem ex litteris Imperatoris audisset promouendum in sedem Alexandrinam:

Sed illud me non mediocriter facit attonitum, quòd iisdem litteris suis (Zeno scilicet Imperator) Petrum, qui hæreticorum socius dudum extitisse probetur & princeps (quod conscientiam dilectionis tuæ meminimus non latere, instructionesque ipsas, quibus fuerit confutatus, nosse confidimus; quemque etiam dubium non sit adhuc extra communionem durare Catholicam, sæpeq; nos de eodem ex illa vrbe pellendo scripsisse, sit certum) ad præfatæ Ecclesiæ regimen existimet prouehendum: eumque promittat rectæ fidei definitionibus conuenire, à cuius vtique (sicut superius dixi) consortio tam degit extraneus, quam ab eius communione discretus est: Ad quam nunc si redire contendit, nisi per satisfactionem Christianis regulis competentem, non potest introire: ac proinde non ad fastigium sacerdotalis dignitatis accedere, sed medelæ, quæ post pœnitentiam præbenda est, consequenter aptari animæ suæ cupiens, reconciliatus auxilium, non gradum summi honoris affectans, qui diu conuincitur fuisse peruersus: ne per speciem remeantis, non remedium sinceræ saluationis inquirat, sed facultatem propagandæ prauitatis inueniat: quo factò non hunc magis ab errore detrahimus, quam perniciem Fidelibus irrogamus; eoque modo Chalcedonenis Synodi statuta violantes, aditum sæua populatione grassandi in Ecclesiam lupis rapacibus aperimus.

Denique ab eisdem ipsis, cum quibus olim à Catholice participatione diuisus est, Pontifex dicitur postulari: ut satis euidenter appareat, non eos rectam fidem velle, sed in Præsule proprio nefandi dogmatis querere potestatem, neque inter ipsos & veraciter sentientes pax inde possit fida generari: vnde hæreticarum mentium crescit funesta damnatio, & Catholicorum succedit miseranda captiuitas. Tantis igitur malis atque periculis pro
 Annal. Eccl. Tom. 6. H h 2 sacerdo-

ROMANVS
 PONTIFICIS
 CONFIRMATIONE
 RE PATRI-
 ARCHAS.

NON SINE
 NATIONIS
 RECIPIENTIS
 DI HAERETICIS.

* Dominatio

HORTATUR SIMPLICIUS ACACIUM.

sacerdotij qualitate, & Catholicae praedicationis intuitu, vt qua potes ratione vehementer A obfistas, maximis vndique rebus astringeris. Nec dilectioni tuae id fas est segnius operari, quod ad animae tuae causam, honoris aestimationis, respectum non dubitas pertinere.

*2. Tim. 4.

Opportunitatibus ergo repertis, clementissimi Principis voluntatem incessabiliter pro fide Catholica supplicando & ab his sedulo reuocare quae nociua sunt dogmati Christiano; & secundum haec quae mandamus, informare crebro, inq; eam partem quae amica sit veritati, potius instare non desinas; & vt S. Timotheum venerandus Apostolus Paulus instituit) opportunè, importunè, obsecrando, insinuando, exponendo quae nullatenus allegare cessabis; & nobis subiunde, quae gerantur, quae ue gerenda sint, veraciter indicare: vt creditorum tibi met dispensatione Dominica talentorum in hac multiplicatione fidelis seruus ostendaris, si non tantum in Ecclesia cui praesides, sed vbicumque potueris, pro vnitae Catholicae & paternis definitionibus suadere non renuas. Data Idibus Iulii, Seuerino V. C. Consule.] Iun- B xit his eiusdem argumenti litteras ad Zenonem Imperatorem Simplicii Papa, vt ipse testatur in aliis ad eundem postea datis litteris, sed non extant.

ACACIUS SILENTIUM

Acacius verò nec his acceptis, quicquam ad Simplicium Papam rescripsit, vt pote qui pro subrogandis ac promouendis haereticis sollicitus apud Imperatorem agebat. Quamobrem expletis iam mensibus quatuor, rursus cum Simplicius excitat dormientem, immo coerces hominem ad malum vigilantem: nam sicut de Iuda, dicendum illud de Acacio fuit: Aduersarius noster non dormit, sed leuauit contra me calcaneum suum.] Sic igitur per Restitutum quemdam postremas has ad ipsum per breues quidem, sed aculeatas mense Nouem- bris litteras dedit, quibus in primis aperit animi sui augorem, in quo versatur:

*Joan. 13.

*Simpl. epist. 28.

Dilectissimo fratri Acacio Simplicius.

RVRSVM AD ACACIUM SIMPLICIUM

Cogitationum ferias non habemus: nec enim quiescere nos causa permittit, quam si relinquamus, apud Christum Dominum nostrum, cuius interest, inexcusabiles sumus. Et mirum est, dilectionem tuam, tot emensis temporibus, & tot opportunitatibus inde venientibus, nihil ad nos de Alexandrina Ecclesia, quae tam grauius quatitur, instruere voluisse: cum monere te nec increpatio nostra destiterit, vt participata sollicitudine litteras meas apud Christianissimum & clementissimum Principem praesentibus tuae dilectionis prosequeris alloquiis; & instituti veteris memor, in Orthodoxorum defensionem nobiscum semper incumberes, ne quisquam nostrum, Christiana plebe percunte, reatum deditionis incurrat, & mercenarius potius videatur esse, quam pastor. Vnde hortamur dilectionem tuam, vt opportunè & importunè pijs auribus insinuare non desinas, quatenus remotis scandalis, quae in Alexandrinam Ecclesiam recidiuis ausibus irruerunt, pax optata reddatur, & celeriter vigilantiae tuae profectus, posthabitis difficultatibus, inducatur. Data octaua Idus D Nouembris, Seuerino Consule. *directa per Restitutum.*]

ACACIUS IN CALENDIONE

Sed frustra Simplicius Papa clamat, incassumque laborat excitare & ad praelium in haereticos prouocare Acacium iam transfugam & in castris aduersariorum militantem. Quae autem inter haec affectata silentia fouerit aspidum oua idem prauaricator Acacius, exitus demonstrauit, cum ex eis reguli eruperunt, dum egit vt Petrus Cnaphesus, pulso Calendione, reuocaretur Antiochiam, & Petrus Mogus in sedem Alexandrinam, eiecto Ioanne, iterum intruderetur Episcopus, ambo venenati colubri, truculentae bestiae, faeces haereticorum. Exclamauit contra haec post Simplicium Felix Papa, atque post Felicem saepe Gelasius aduersus eundem Acacium in epistola ad Faustum: Quibus (inquit) canonibus, quibusue regulis Calendion exclusus est, vel primi vrbium diuersarum sacerdotes?] & in epistola ad Episcopos Dardaniae de eodem Acacio: Qua Synodo tertiae sedis Episcopum sanctum Calendionem fecit expelli, ac nihilominus eidem Petrum iam haereticum manifestum, vt eidem palam nec se communicare praetenderet, sua passus est dispositione substitui:] idem rursus de eodem in epistola ad Orientales haec eadem refricat & inculcat.

QUOD ACACIUS IN ANNUM EPISCOPVM ALEXANDRINVM

De sede autem Alexandrina, pulso inde Episcopo Orthodoxo Ioanne, & suffecto nefario Petro, haec idem Gelasius ad Faustum: Qua in Synodo, vel secundum cuius Synodi formam Alexandrinum Ioannem de Ecclesia, cui ordinatus fuerat, expulerunt, qui nullis causis euidentibus, nec ante conuentus, nec postea prouocatus, etiam in iudicio competentis potuit accusari? Quod si dicunt: Imperator hoc fecit. Hoc ipsum quibus canonibus, quibus regulis est praecceptum? Cur huic tam prauo facto consensit Acacius, cum auctoritas diuina dicat: Non solum qui faciunt praua, reos esse, sed etiam qui consentiunt facientibus?] Et ad Episcopos Dardaniae, in eundem Acacium dum rursus inuehitur, ait: Dicat ergo,

*Rom. 1.

A ergo, qua ipse Synodo secundae sedis Antistitem, qualemcumque, certè Catholicum & a Catholicis ordinatum, nec de fide Catholica aliquando impetum, duxerit excludendum, & haereticum manifestum Petrum sua quoque executione damnatum Pontifici Catholico permisit subrogandum?] haec ad eos Gelasius, quae & fufius est profectus in epistola ad Orientales.

Sed cur ita Acacius commotus fuerit contra Ioannem creatum Episcopum Alexandriae Orthodoxum, Liberatus Diaconus sic narrat: Ioannes Talaida de ordinatione sua neglexit per suos Synodicas litteras Acacio Constantinopolitano Episcopo destinare: habens enim amicum illum (qui ante quadriennium gesserat Consulatum) supradictum Magistrum Officiorum, ei de sua ordinatione scripsit, scribens etiam Principi, quatenus per illum Magistrum omnis eius causa disponeretur, putans eum Constantinopoli permanere. Mandauit ergo Magistrum litteras Synodicas, delegans ei omnia cum illius facere voluntate. Contigit autem tunc illum Magistrum ab Imperatore Zenone mitti Antiochiam, vt teneret Leontium, qui illic ab exercitu cum voto Verinae Augustae fuerat ordinatus.] haec cum dicat Liberatus, corrigendum est ex his Marcellini Chronicon, dum Leontij tyrannidem recenset post annos duos, quod & superius admonuimus. Pergit verò idem Liberatus ceptam semel de Ioannis legatione narrationem:

Cumque Magistrius, qui fuerat a Ioanne missus, non inuenisset illum Magistrum, neque Acacio, neque Imperatori litteras obtulit, sed perrexit Antiochiam. Post haec Acacius audiens de ordinatione Ioannis, & contristatus, quia Synodicas epistolas non direxisset, & vna faciens cum Gennadio Episcopo parente beati Timothei, volentes ei nocere, trahebant apud Zenonem, & accusabant eum, habentes adiutores patronos Petri Mogi, quasi opportunus Episcopatu non esset Ioannes, eo quod iam, viuente Timotheo Catholico, tractauerit exire de Ecclesia, & ab ipso suaderetur idem Timotheus vt susciperet Dioscorum in Diptychis post mortem: Petrum autem amabilem in populo, & posse eum in communionem populum congregare. Occurrerunt quidam a Petro, volentes quasi fieri vnitatem; quod iucundissimè accepit Acacius, & Imperatori praesentauit, & persuasit ei vt scriberet Apollonio Augustali & Daci Pergamio, vt Ioannes expelleretur ab Alexandrina sede, quasi eam contra suum iuramentum, quod in regia ciuitate dedit, arripisset: cooperaretur Petro Mogo, vt remaneret in sede: nec prius hoc faceret, nisi susciperet Enoticum Principis, Synodicas destinaret epistolas Constantinopolitano Acacio, & Simplicio Romano, & ceteris Archiepiscopis. Acacius verò, promittente Petro facere vnitatem, nec adhuc implente legitime, nomen eius in Diptychis recitari permisit, tamquam iam Alexandrinus. D Praefulis in sede Catholica postii.

Ioannes Talaida iudicatur a Zenone ab Episcopatu pelli. Acacius auxilio patronorum Petri persuasit Zenoni, vt fieret Enoticus: ad cuius perlationem, seu professionem, suscepit communicantes sibi clericos Petri haereticos & laicos eiectos Constantinopoli. Communicauit etiam Petrus Mogo his qui descenderunt cum Enotico, & Acacio Synodicam scripsit epistolam, & ab eo recepit.] haec Liberatus de causa & progressu rerum Acacii aduersus Ioannem, cum non est veritus sui animi explendae vindictae causa vniuersam Orientalem Ecclesiam perturbare ac funditus perdere, ipsamque fidem Catholicam pessumdare, atque sacrosanctum Chalcedonense Concilium penitus labefactare. Quanta in re vna, bone Deus, absurda, quantaque monstra simul oborta cernere fuit! Imperatorem sua sponte deponere Catholicum legitime ordinatum sacerdotem, & haereticum prouehere, recipere E in sedem damnatum & depositum haereticum, idque facere absque Synodo, inconsultoque qui eum damnauerat Romano Pontifice, insuper nomen eius in tabulas referre Ecclesiasticas, haecque omnia absque vel oblata saltem ab eo fidei Catholicae confessione: & quod cunctis his portentis deformius videri poterat, illud fuit, ab Imperatore de fide sanciri decretum; sed & quod magis horrendum apparuit, ab eodem laico homine inferri in Episcopos & omnes alios Orthodoxos anathema. haec quidem pauenda adeo visu monstra Acacius primò concepit, sed Zeno Augustus peperit. At quodnam qualèue fuerit edictum illud Zenonis, quod vnitium voluit appellari, ex Euagrio hic describamus:

Zeno Imp. Caesar, Pius, Victor, Triumphator, Max. semper Augustus, reuerendissimis Alexandriae, Aegypti, Libyae, & Pentapolis Episcopis, clericis, monachis, & laicis S.

Quoniam pro certo scimus Imperium nostrum a sincera solum & vera fide tum initium habuisse, tum stabilitum esse, tum robur ac praesidium quod expugnari nequit, ex ea sum-

Liber Diaconus c. 17 ACACIUS ODIUM IN IOANNEM VNIVERSAM TYRIBAT ECCLES.

tractabant ACACIUS LABORAT PRO PETERO MOGO.

QUOD ABSURDA ADMISSA SINT.

Euag. lib. 9. c. 14.

ZENONIS EPISCOPALIS CONCILII ATRIAE

CHRISTI
482.SIMPLICII PAP.
15.ZENONIS IMP. 9.
ODOACR. REG. 7.

plisse (quam quidem fidem diuini numinis instinctu trecenti decem & octo sancti Patres A Nicææ congregati exposuerunt, quam etiam confirmarunt centum & quinquaginta sancti Patres Constantinopoli coacti) noctes diesque non precibus solum, sed studio omni & legibus sanctis laborauimus, ut ea in sancta Catholica & Apostolica Dei Ecclesia, que ubique terrarum est, quæque immortalis & sempiterna nostri Principatus quasi parens est, plenè perfectèque expleatur: piusque Dei populus in pace & diuina concordia perseueras, gratas acceptasque preces vnà cum sanctissimis Episcopis & clero pietati deditissimo, monasteriorum præpositis & monachis, Deo pro nostri Imperij conseruatione offerat. Nam si præpotens Deus & Saluator noster Iesus Christus, qui ex sancta Virgine Maria Deipara carnem sumpsit & natus est, & nostras consentientes laudes & cultum quem ei tribuimus approbet, lubensque & quasi parato animo excipiat; non modò omnia aduersariorum genera fracta debilitataque concident, verum etiam alij omnes mortales suam ipsorum ceruicem iugo nostri B Imperij, proximè ac secundum Deum, sponte subiicient: & pax eiusque commoda, æquabilis aeris temperatio, fructuum cuiusque generis abundantia, aliisque omnia quæ sunt ad humanæ vitæ vsum accommodata, affatim suppeditabuntur.

AFFERTAT
PACEM
DATOR
QUIETIS.

Iam igitur cum constet inter omnes, nos Imperiumque Romanum sinceræ fidei subsidio conseruari: afferuntur nobis libelli supplices à pijs monasteriorum præfectis, cremitis, & alijs reuerendissimis viris, qui nos vehementer obtestantur, ut sanctissimis Ecclesijs restituantur concordia, membraque membris coniungantur, quæ hostis probitatis demonium longissimo temporis spatio dirimere pro virili laborauit: pro certo persuasus, si corpus Ecclesiæ concordia vinculis firmè cohærens impugnaret, se superatum iri. Nam quia membra Ecclesiæ non coalescebant, factum est, ut infinitæ hominum multitudines, quas temporis longinquitas tot annorum curriculis ex hac vita exemerit, partim baptismatis lauacro carentes mortem C obierint, partim diuinæ communionis minimè factæ participes, ex corporis custodia (quod nemo homo vitare potest) emigrarint: quinetiam cædes ferè infinitæ inde factæ, & non terra modò, verum etiam aer copiosa sanguinis effusione inquinatus. Quotus quisque ergo est, qui non optarit ista corrigi, adque statum reduci meliorem?

Quocirca dedimus operam, ut vos intelligatis, tum omnes ubique Ecclesias non aliud symbolum, vel doctrinam, vel decisionem fidei, vel fidem, quam sanctum symbolum, de quo diximus, trecentorum decem & octo Episcoporum, quod centum quinquaginta Patres, quos supra commemorauimus, confirmarunt, aut habuisse, aut habere, aut habituros esse, aut scire alios habere. Quod si quisquam aliud habeat, eum alienum ab Ecclesia existimamus. Nam hoc solo nostro Imperij (vti docuimus) conseruari confidimus, idemque ipsum populi amplexati, salutari Spiritus sancti illustratur lumine, sacroque baptismatis lauacro tinguntur: idem quoque assensu sunt sancti Patres in Concilio Ephesino cõgregati, qui impium Nestorium & eius erroris fautores ministerio Ecclesiastico abdicarunt. Cui etiam vnà cum Eutyche (vterque enim fidei decretis, quæ diximus, repugnat) anathema denunciamus, approbamusque; ea quæ duodecim capita dicuntur Cyrilli piæ memoriæ sanctæ & Catholicæ Ecclesiæ Alexandrinæ Archiepiscopi.

ZENONIS
FIDEI
VE-
LATA
PRO-
BESSTO.

Nam confitemur, vnigenitum Dei Filium Dominum nostrum Iesum Christum verè incarnatum esse, consubstantialem Patri secundum diuinitatem, secundum humanitatem nobis consubstantialem, descendisse de cælo, carnem suscepisse à Spiritu sancto & Maria Virgine Deipara: vnum esse, non duo. Vnius enim esse dicimus & miracula quæ edidit, & passionem quas in carne sustinuit. Eos autem qui eum diuidunt, aut naturas eius confundunt, aut carnem suscepisse imaginariam introducunt, omnino rejicimus. Quippe incarnatio sine E labe peccati ex Deipara re vera facta, accessionem alterius Filij nõ effecit. Nam manet Trinitas, etiam cum vnà Trinitatis persona, nempe Deus Verbum, incarnata sit. Quare cum exploratum habeamus, cum omnes sanctas ubique & Orthodoxas Ecclesias, tum earum Præsides Deo carissimos, tum nostrum Imperium nullum aliud symbolum, aliãve fidei decisionem, præter Symbolum, de quo sumus modò locuti, vel admisisse, vel admittere velle; absque vlla hæsitacione nos ad concordiam reducamus. Ista quidem certè vobis scripsimus, non vt nouarem fidem, sed vt vobis de fide penitus persuaderemus. Cuique autem, qui aliud quiddam vel senserit, vel sentiat, seu iam, seu aliàs, seu in Concilio Chalcedonensi, seu in alio quouis Concilio, anathema indicimus, maximè verò omnium Nestorio, Eutyche, & illorum doctrinæ fautoribus.

CHALCE-
DONENSIS
CONCILII
EXPLOSTO.

Quocirca vos spirituali matri Ecclesiæ adiungite, atque secundum vnam solamque fidei decisio-

CHRISTI
482.SIMPLICII PAP.
15.ZENONIS IMP. 9.
ODOACR. REG. 7.

A decisionem trecentorum decem & octo sanctorum Patrum nobiscum vnà diuina in ea comunione frui minime. Nam sacrosancta vestra mater Ecclesia tum vos ingenuos suos filios amplecti cupit, tum vestram diu optatam dulcemque vocem audire desiderat. Propter igitur vos ad eam recipite. Nam si hoc præstiteritis, non modò Domini Saluatoris & Dei nostri Iesu Christi beneuolentiam vobis conciliabit, verum etiam à nostra celsitudine magnam laudem consequemini.] hætenus Zenonis Enoticon, quo (proh nefas!) anathema inferitur in Chalcedonense Concilium. At si effectum consideres, nempe proseriptionem Concilij Chalcedonensis, quid minus habuit ab impia Basilisci tyranni Encyclica Zenonis Enoticon? quibus planè intelligas quàm fraudulenta fuerit cum detrimento Catholicæ fidei pax sancita, eademque hæc litteris promulgata.

Ista ne cudit Acacius in secreto cubiculo, quæ voce præconis Zeno promulgat? quod B enim tacuit, cuius erat obistere & reclamare, satis superque ipso hæc esse facta auctore cunctis innouit. Proh pudor! Iste ne ille, qui Basilisco eadem conanti, sacerdotali constantia, fulcita auctoritate illius cuius gerebat vices Romani Pontificis, viriliter obstitit? Quod infelix proruit diræ ambitionis furis agitatus? Vnde quàm iustissima ea fuit querela Getasij aduersus eumdem exostulantis, quod cum Basilisco viriliter restitisset, Zenoni in eandem impietatem prolabantem minime obstitisset, quin potius impulisset.

Vidisti fidei naufragium, Ecclesiarum ruinam, cladem infelicium Orthodoxorum, sacrorum canonum abrogationem, sanctam tacitam abdicationem Synodi Chalcedonensis, inuersa iura, euerfa Catholica dogmata, affectus ignominia Patres, irrisas traditiones Ecclesiæ, Apostolicam læsam auctoritatem, spretam sedis Pontificiæ maiestatem, pessumdatam funditus Christianam religionem, exturbatamque penitus Ecclesiasticam disciplinam, dum laicus homo fidei decreta sancit Episcopis, & claus potestatis suffurans latro, in non obtemperantes anathema violentiam intorquet. Sed considera velatam fraudem: Simulat se Imperator cum Nestorio damnare etiam Eutychem, quo doceret se non esse hæreticum, qui auctorem hæresis Eutychem condemner. At numquid satis ad hæresis proseriptionem vnus potuit esse damnatio, quæ quamplurimos habuisset acerrimos defensores? Cur non cum Eutyche hæresim quoque ipsius & omnes qui eam secuti essent, vel sequerentur, pariter condemnauit? Et cum scribat Enoticon illud ad Alexandrinos, cur ne verbum quidem habuit de damnatione Dioscori Eutychiani erroris antesignani? Satis igitur, puto, intelligis sanctionem pacis & reconciliationis edictum intra se gladios peracutos occuluisse ad necem Orthodoxorum, & propinatum aureum calicem Babylonis intus contuluisse blasphemias.

ZENO SC-
MVLAT
DAMNARE
EUTYCHIA-
NAM HÆ-
RESIM.

D De Zenone quidem illud dixerim atque firmiter asseuerarim, ex his quæ præcesserunt Imperium, & quæ postea sunt subsecuta, satis ostensum fuisse ipsum semper hæreticum, illorumque patrocinium modò palam, modò clanculo suscepisse: ad breue autè temporis sparium, vt à Basilisci tyrannide sibi Imperium vendicaret, se simulasse Catholicum, atque tandem eam superinductam laruam pietatis prætulisse, quoad usque ipsum cerneret esse firmiter stabilitum, exuisse autem illam postmodum, vbi ex sententia prosperè cuncta se viderit consecutum. Mos hic vetus est hæreticorum, ad tempus simulare se esse Catholicos, & ostentare extrinsecus pietatem, donec de religione faciens lenocinium, potiatur optatis. At quænam secuta sint, accipe.

ZENO AVG.
PERFIDUS
SEMPER.

Petrus Mogus (inquit Euagrius) epistolam recepit (ipsum Enoticon scilicet) eiusque subserpsit, polliceturque se eos, qui partes aduersarias sequebantur, admissurum. Postea ergo cum E celebri conuentus Alexandria ab vniuerso populo ageretur, & ad vnum omnes epistolam Zenonis de concordia admitterent: Petrus quoque eos qui stabant à Proterio recipit, & concione apud populum in ecclesia habita, epistolam Zenonis de concordia legit.] hæc Euagrius. At quid præter hæc scelestus? Simulac in sede positus est, profanauit sepulchrum Timothei Catholici Episcopi nuper defuncti, eiusque corpus inde dimouens, aliò proiecit potius quàm transfudit, vt ex litteris Felicis Papæ ad Acacium datis suo loco recitandis apparet. hæc quidem Alexandria gesta sunt.

*Eug. lib. 3.
613.
PETRUS MO-
GVS PVBLI-
CAT ZENO-
NIS ENO-
TICON.

Cum verò ob tale promulgatum edictum maximus ab Orthodoxis tumultus excitaretur in ipsum Imperatorem, quod Chalcedonense Concilium visus esset ignominia affectisse, atque tacite abrogasse: rursus Proteus, Zeno inquam, mutat formam, induit forinsecus pietatem, qua contegat latentem intrinsecus lupum; tali sibi vti arte opus esse considerans, si regnare velit. Quid facit? ne ab Orthodoxis proclamaretur hæreticus, se vindicem de-

monstrare

monstrare conatus est eiusdem Concilij Chalcedonensis, cuius causa simulat se Catholico A Ioanni Alexandrino infensum esse, quod in suspicionem (vt calumniabatur) adductus esse videretur, non recipere Chalcedonense Concilium: Nam audi quid de eo Liberatus Diaconus habet:

^{Liber. Diaconus.}

His (inquit) itaque gestis, Episcopus quidem Antiochiæ suscepit Synodicam Ioannis Talaidæ Episcopi Alexandrini, quam per Magistrum miserat cum Illo Magistro. Imperator autem putans quod Ioannes Episcopus non sanè saperet de Concilio Chalcedonensi, sed omnia simulatè ageret, consilio Acacij scripsit litteras Pergamio Duci, & Apollonio Augustali, vt pelleret quidem Ioannem Talaidam, inthronizaret autem Petrum suscipientem Enoticon, & clericos Timothei Catholici, & quam transmisit Synodicam Acacio & Simplicio Romano. Descenderunt ergo Alexandriam Abbas Ammon, & qui cum illo pro Petro deferentes apices Imperiales. Et quidem Petrus inthronizatur ab omnibus.] B hæc Liberatus. Sic igitur videas, Catholicum esse pulsum eo falso prætextu, quod non reciperet Concilium Chalcedonense, cuius idem erat validissimus assertor & propugnator: contra verò, manifestum hæreticum Petrum illius Synodi aduersarium, ceu Catholicum esse in sedem euectum.

<sup>Petrus Promove-
tur in sede
dem Alexan-
dri-
nam.</sup>

Ita quidem inter eos res videtur fuisse cõposita, vt quod negarent factis, ore tamen profiteri viderentur Chalcedonense Concilium: quod tantum ab hæreticis exigere videbatur ipse Imperator, necnon Acacius Constantinop. Episcopus. Hinc planè accidebat, vt in gratiam hæreticorum Petrus Mogus Conciliū illud damnaret, probaret verò, vt ab Orthodoxis beneuolentiam eo modo captaret. De quo hæc habet Euagrius: Iste Petrus homo fraudulentus, versutus, & temporibus inseruiens, minimè in vna perstitit sententia: sed modò Concilium Chalcedonense anathemate damnauit, modò palinodiam cecinit, idemque ipse C Concilium omnibus suffragijs approbavit.] hæc ipse. Intueris, lector, ludum hæreticorum aliud re, aliud verbis agentium, nec idem prestare factis, quod verbis, sed per occasiones varias, diuersas ac planè contrarias easq; nouas subinducere sibi formas: vt planè ludificatione quadam intuentium oculos perstringere videantur, dum non idem semper, sed diuersè admodum de religione sentire, & ad horas fermè fidem mutare noscatur. Ita planè eiusmodi ventorum impulsibus hinc inde ferri semper hæresis consuevit, vt quæ nullius pondere veritatis constans firmaq; subsistat: sicq; ex sua ipsius leuitate iure argui possit erroris. Qui igitur aduersus Chalcedonense Concilium hætenus decertauit hæreticus Petrus Mogus, accepto Zenonis Enotico, quo trium tantum professione Conciliorum tenebatur adstrictus: ad præferendam tamen speciem aliquam pietatis, qua possit decipere Orthodoxos, impudenter nimis hisce litteris ad Acacium scriptis, profiteretur se Chalcedonensis Concilij esse D se constantissimum assertorem. recitat eas Euagrius, quæ sic se habent:

^{Euag. lib. 3. c. 17.}

^{Euag. lib. 3. c. 17.}

Summus omnium Deus tuam sanctitatem pro tantis tuis laboribus & vigilijs susceptis compenset: qui tot annorum temporis curriculo, non modò fidem sanctorum Patrum obseruasti, sed etiam eandem sine intermissione palam prædicado confirmasti: Ad quam roborandam, Symbolum à trecentis decem & octo sanctis Patribus aptè compositū animaduertimus, secundum quod symbolum baptizati credidimus & credimus: quod etiam centum & quinquaginta sancti Patres, qui Constantinopoli in vnum cõuenerant, notum fecerunt. Proinde tu assidue omnibus præis vt dux: sanctam Dei Ecclesiam traducis ad concordiam: nobis denique firmissimis rationibus persuades, nihil in sanctissimo & generali Concilio actum contra ista Patrum decreta, sed ea quæ erant olim Nicææ à sanctis Patribus sancta, hoc Concilio consensu omnium confirmata esse. Nos igitur quoniam nihil in fide nõ- E uatum inuenimus, nostra sponte illi consensimus, credimusque.

At tamen non sumus nescij, monachos quosdã, qui nostræ fraternæ concordie inuident, tuis pijs auribus quædam inculcasse conuicia, quæ tuam sanctitatem non adedè facile offendere potuerit: Primum, quod reliquias sanctissimi & beatissimi nostri Patris Timothei Archiepiscopi in alterum locum transfulimus: quam rem nec Deo acceptam, nec legibus consentaneam esse prædicant. Deinde ad alterum crimen transiliunt, quod vt commentitium, ita priore multo deterius est. Nam quæ fieri potest, vt nos Conciliū Chalcedonense anathemate damnemus, cum idem credendo confirmemus? Tuæ enim pietati minimè obscuram aut incognitam esse arbitror populi qui apud nos est æmulationem, monachorumque leuitatem rebus nouis studentium, qui vnà cum alijs quibusdam sceleratis hominibus ab Ecclesia refugere cogitarunt, populumque inde auellere conati sunt.

Quamob-

A Quamobrem vestris precibus adiuti, litteras hæc excogitauimus, quæ huic malo sint remedio, quæque de auctoritate Concilij Chalcedonensis nihil detrahant, pro certo persuasi, nihil in eo nouatum esse. Atque quo tum simplicibus persuaderemus, tum vt illi qui nobiscum vnà versabantur, pro defensione idem ipsum dicerent, effecimus: in quod quidem negotium cum assidue incumberemus, exiguo momento populi animum repressimus. Illud etiam vestra sanctitas intelligat velim, quod adhuc etiam monachi non desinunt disseminare zizania, sibi que quosdam homines, qui numquam vixere in monasterio, velut instrumenta sibi admiscere, & circumcursando rumores varios contra nos & contra pacem Ecclesiæ Christi dissipare, nihilque nobis permittere, sicut canones & decus etiam sanctæ Catholicæ Dei Ecclesiæ postulat, obire; sed efficere vt noster populus nobis potius imperet, quam pareat: omniaque moliantur quæ Deo indigna sunt & indecora.

B Spes est igitur, tuam sanctitatem diuinitus totius Orbis terræ domino Imperatori de omnibus significaturam, effectuamq; vt decretum ab illius clementia illis tribuatur, quod ea quæ sunt consentanea Ecclesiasticæ tranquillitati (quæ cum Deo, tum Imperatori congruens est) præscribat, ad eum sanè finem, vt omnes in illis rebus acquiescant.] hætenus Petri Mogi ad Acacium litteræ: quibus illud planè fraudulentum detegitur initum esse consilium, atque ita inter eos ex consensu transactum, vt sic subscribendum daretur Zenonis Enoticon, in quo nulla mentio nisi cum dedecore fieret Concilij Chalcedonensis, quo ex illo possent conciliari hæretici aduersarij Chalcedonensis Concilij: sed tamen ne ex aduerso excludi viderentur Catholici eiusdem Concilij defensores, actum est inter eos, vt Concilium Chalcedonense haberetur in ore, & tamen ne hæretici indignè ferrent, cum opus esse viderent, illud ipsum anathemate condemnarent: quod idem Petrus visus est egregiè præstitisse. Testatur enim Liberatus Diaconus, non ad Acacium tantum, sed & ad Simplicium C Papam Petrum Mogum dedisse litteras, quibus significaret, professorem se esse Chalcedonensis Concilij. Vidisti subdolas artes, obreptas fraudes, velata commenta, simulata studia, delibuta melle venena, confictaque omnia opera hæreticorum: quibus intelligas militare eos sub eo duce qui parer est mendacij appellatus, & aduersus eum qui Veritas est, Christum, inire certamen.

<sup>Fraudo
hæreticorum.</sup>

^{Liber. Diaconus.}

Sed quid actum? Comprehensus est astutus in astutia sua: dum enim ea vsus est arte Petrus ad Catholicos decipiendos & hæresi addicendos, perdidit ex suis quamplurimos, qui seorsum ab ipso sine capite conuenere, de quibus scribit ista Leontius: Vnionem facta, Petrus apud Alexandrinos in honore præcipuo erat, probatoq; vnionis illo scripto, in folio ponitur D Alexandrino, nec iam amplius in occulto, sed palam erat Episcopus. Quidam tamen nimio contra Synodum Chalcedonensem odio impulsus, secessionem à Petro faciunt, nec cum illo communicabant ob eam causam, quod vnionis scripto probato, Synodum anathemate manifesto non fuisset execratus. Atque hi vocantur Acephali, capite carentes, quod Patriarcham suum minimè secuti, seorsum communicarent. Hinc Petrus, qui populum multipliciter scindi videret, tandem Synodum Chalcedonensem palam anathematizare cogitur: quo fiebat, vt pariter & vnionis scriptum reciperet, & palam anathemati Synodum subijceret. Verum nec sic quidem Acephali cum eo communicabant, quod ab initio scriptum vnionis approbasset, non anathematizata Synodo.] hæc Leontius.

<sup>Leontius de
sect. Nic. 1.
Accephali
vnde
Mars.
solito potius</sup>

Ex his omnibus planè satis perspicuè potest intelligi, quam inconsultè Christiani Principes quauis ratione, nisi abdicata penitus hæresi, transigant cum hæreticis: & quam procul abhorreat à veritate & simplicitate Catholica, vt religio se velamentis obtegi atque traduci mendacij & fictionibus patiat, cum lucis candore gaudeat: contra verò hæreses vesperilionum more latibula quærant, ac lucem fugiant. Quæ autem post fuerint consecuta, dicemus ordine temporis anno sequenti: iam verò quæ sunt anni huius Simplicij res gestæ videamus.

Hoc eodem anno, decimo Kal. Iulias, Simplicius scripta epistola ad Ioannem Rauennatem Ancistitem, acri cum reprehensione perstringit de adhibita vi Gregorio, cum promouit ad presbyteratum, non vt honoraret, sed vt inuidia è loco pristino dimoueret: Huic verò idem Simplicius gubernandam tradidit Mutinensem Ecclesiam, ne quid Ioannes eidem in posterum negotij importunè faceretur: sed & eidem Gregorio triginta solidorum reddituum possessionem ad Rauennatem pertinentem Ecclesiam, dum viueret, impertiri iussit. Ex qua quidem epistola, non aliunde quam ab Apostolica sede manasse priuilegia Rauennatis Ecclesiæ, æque possumus intelligere, dum si illis aburatur, ablatum se ea fore minatur. At quamnam

<sup>Simpl. Pap.
epist. 16. ad
I. epist. decret.
Simplicius
Ioannem
Rauennatem
acri-
ter ab-
guit.</sup>

quænam illa essent, æquè demonstrat, nimirum vt præflet Episcopis prouinciæ Æmiliensis. Inceperans igitur hæc ait: Priuilegium meretur amittere, qui permiffa sibi abutitur potestate.] & in fine: Denunciamus, si posthac quicquam tale præsumperis, & aliquem seu Episcopum, seu presbyterum, seu diaconum inuitum facere forte credideris, ordinationes tibi Ra-uennatis Ecclesiæ vel Æmiliensis nouis auferendas.] Sed pluribus dictum est superius, stropham & commentum esse, quod asseritur, per Valentinianum Imperatorem aucta esse iura & diocesium Ra-uennatis Ecclesiæ.

ZENO EPISC. HISPALENSIS VICA RIUS APOSTOLICÆ SEDIS.

Reperitur idem Simplicius Papa, scripta epistola ad Zenonem Hispalensem Episcopum, suas illi vices in omnibus Hispaniarum Ecclesijs delegasse: sed quod careat illa Consulibus, nec ob id certo anno reddi potuerit, hæc ad finem rerum Simplicij ipsius meminisse volumus; qua quidem peruigil ipsius Papæ Simplicij studium ostenditur, dum videlicet sub gladio Eru-lorum existens, non prætermittet sollicitudine externarum quæ essent longe positæ Eccle-siarum sub Gothica seruitute gementium. Ipsa autem perbreuis epistola sic se habet:

Simp. epist. 1

Dilectissimo fratri Zenoni Simplicius.

Plurimorum relatu comperimus dilectionem tuam feruore Spiritus sancti ita se Ecclesiæ gubernatorem existere, vt naufragij detrimenta, Deo auctore, non sentiat. Talibus idcirco gloriantes indicijs, congruum duximus vicaria sedis nostræ te auctoritate fulciri, cuius vigo-re munitus, Apostolicæ institutionis decrera, vel sanctorum terminos Patrum nullo modo transcendere permittas: quoniam digna honoris remuneratione cumulandus est, per quem in his regionibus diuinus crescere innotuit cultus. Deus te incolumem custodiat, frater carissimè.] hæc Simplicius more maiorum vbique per vicarios Catholicæ Ecclesiæ præsidens: nam vidimus eiusdem testificatione, in Orientalibus moderandis Ecclesijs Acacio Con-stantinopolitano Episcopo suas vices delegasse, quod & in alijs regionibus esse factum facile possumus intelligere, licet quæ ex multis perpauca remanserunt Simplicij Papæ litteræ tantummodo ista nos doceant.

Greg. Tur. lib. 10. c. 31.

Hoc eodem anno, sub Cõsultu Seuerini, decimo octauo Kal. Decembris habita est Syn-odus Turonensis, cui præfuit S. Perpetuus eius sedis tertius Episcopus à S. Martino, sextus numeratus Turonensium Episcoporum: eidemq; Synodo interfuerunt aliquot ex Episco-pis, quos diximus conuenisse ad Concilium Andegauenfe sub Talaffio eius Ecclesiæ Epi-scopo, qui etiam ille creditur, qui huic Concilio Turonensi absens subscripsit. Sanciti in eo reperiuntur canones tredecim spectantes ad Ecclesiasticam disciplinam. Quod autem hoc Concilium celebratum dicitur Turoni dicta die, cum (vt ibi narratur) ad sacratissimam fe-stiuitatem Receptionis S. Martini Episcopi conuenissent: quænam hæc solemnitas fuerit, diximus in Notis ad Romanum Martyrologium. Sed mirum quidem quod Gregorius eius-dem Turonensis Ecclesiæ Episcopus, cum dies festos recenferet, qui hoc tempore in ea Eccle-sia agerentur, nullam de Receptione habeat mentionem; ait enim: Solemnitas huius ba-silicæ triplici virtute pollet, id est, Dedicacione templi, Translatione corporis Sancti, Ordinatione eius Episcopatus: hanc enim quarto Nonas Iulias obseruabis: Depositionem verò eius tertio Idus Nouembris esse cognosces.] hæc ibi.

Die 11. No- uemb.

Greg. Tur. lib. 2. c. 14.

Porrò diem Ordinationis simul agi cum die Translationis, docet idem Gregorius in libro quem scripsit de Miraculis sancti Martini. Ceterum Receptionem sancti Martini eandem esse cum Translatione putamus; cum videlicet è pristino loco perangusto in am- pliorem basilicam eius venerandum corpus receptum est: ad quam solemnitatem inuitati sunt Episcopi qui huic Synodo interfuerunt: hoc namque tempore ipsam fuisse absolutam basilicam, Sidonius, qui de ea carmen scripsit, satis admonet: cum tamen ex supputatione an-norum Turonensium Episcoporum post sanctum Martinum à Gregorio facta, hæc essent numeranda primordia eiusdem Perpetui Episcopatus: sed Acta Concilij repugnant, quod hoc anno ponitur celebratum post absolutam basilicam à Perpetuo erectam, de qua Gre-gorius ista habet:

Greg. Tur. lib. Mirac. S. Mart. c. 6. TRANSLATIO SIVE RECEPTIO S. MARTINI.

Greg. Tur. lib. 2. c. 14. BASILICA S. MARTINI A S. PERPETUO RERECTA habetur

Cum virtutes assiduas ad sepulchrum eius fieri cerneret: cellulam quæ super eum fabri-cata fuerat, videns paruulam, indignam talibus miraculis iudicauit. qua submota, magnam ibi basilicam, quæ vsque hodie permanet, fabricauit, quæ abest à ciuitate passus quingen-tos quinquaginta: habet in longum pedes centum sexaginta, in larum sexaginta: habet in altum vsque ad cameram pedes quadraginta, quinque fenestras in altario, vigintiduas in capso: viginti columnas quadragintavnas: in toto ædificio fenestras quin-quagintaduas, columnas centum viginti, ostia octo, tria in altario, quinque in capso.] erat quod

Aliqua de Imit.

A quod nominat Capsum, ea basilicæ pars amplior, quam alio nomine Gremium dictam in-uenies, incipiens à caucellis primarij altaris (quod Sanctuarium dici consuevit) vsque ad ia-nuas, quibus Fideles ingrediuntur in ecclesiam; dictam Capsum à *capsum*, cuius est diminu-tium *capsum*, de quibus vocibus Sidonius consule. Hæc de basilica, in quam receptum est corpus S. Martini: è priori enim cellula fuisse sublatam, quæ de ea idem auctor subdit his verbis demonstrant paulo post, cum ait: Et quoniam camera cellulæ illius prioris eleganti opere fuerat fabricata: indignum duxit sacerdos vt opera eius deperirent; sed in honorem beatorum Petri & Pauli illam construxit basilicam, in qua cameram illam affixit, & multas alias basilicas ædificauit, quæ vsque hodie in Christi nomine constant.] hæc Gregorius de Perpetuo, quem ex nobilissimo Senatore atque ditissimo ad eius Ecclesiæ regimen post Eu-stochium ipsius propinquum vocatum fuisse, alibi tradit, vbi & de facta in nouam basili- cam translatione meminit.

Greg. Tur. lib. 10. c. 31.

Optauit in eadem basilica idem Perpetuus carmen inscribi, quod vt à Sidonio Apollinari fieret rogauit: præstitit id ipse labenti animo, quod in epistola ad Lucentium scripta descri- ptum extat, vbi hæc præmisit de templo ab eo constructo: Basilicam sancti Pontificis con-fessorisq; Martini Perpetuus Episcopus, dignissimus tanto prædecesore successor, multum priori, quæ fuit hæc ætas, capere, nouauit. Magnum est (vt ferunt) opus nominandum quæ, quod in honorem talis viri factum, talis vir fecisse debuerit. Huius me parietibus inscribere supradictus sacerdos hoc epigramma compellit, quod recensebis, vt est in his quæcumque deposcit priuilegio charitatis imperiosissimas. Atque vtinam molis illius pompam, siue do-naria nihil huius obsequij turpet oblatio. Quod secus fore plurimum timeo, nisi forsitan in-ter omnia venusta, sic epigrammatis istius fœditas placeat, vt niger næuus candido in corpo-re, qui quidem solet sic facere risum, quod accipere suffragium. Sed quid hinc amplius: po-ne fidulas ipse pastoris, & elegit nostræ, quia pede claudicat, manum porrigit.

Sidon. lib. 4. epist. 18.

DE CARMINI SIDONII IN INDICATO BASILICÆ

Martini corpus totis venerabile terris,
In quo post vite tempora vixit honor,
Texerat hic primùm plebeio machina cultu,
Quæ confessori non erat æqua suo:
Nec desistebat ciues honorare pudore
Gloria magna viri, gratia parua loci.
Antistes sed qui numeratur sextus ab ipso,
Longam Perpetuus sustulit inuidiam,
Interim remouens modici penetrabile sacelli,
Amplagq; rest a leuans interiore domo.
Creueruntq; simul, valido tribuente patrono,
In spatij ades, conditor in meritis,
Quæ Salamoniato potis est conflagere templo,
Septima qua mundo fabrica mira fuit.
Nam gemmis, auro, argento si splenduit illud,
Istud transgreditur cuncta metalla fide.
Liuor abi mordax, absoluanturq; priores:
Nil mouet, aut addat garrula posteritas.
Dumq; venit Christus, populos qui suscitet omnes,
Perpetuo durent culmina Perpetui.

D

E ca à sancto Perpetuo erecta, ad eundem etiam extat eiusdem Sidonij epistola, cum ipsi pe-tenti concionem habitam in electione Episcopi Bituricensis misit.

Sidon. lib. 7. epist. 9.

Huic simile idem cecinit carmen, sed alio metro, de basilica Lugdunensi à sancto Patien-te eius ciuitatis Antistite excitata, quod extat. Ad cuius ecclesiæ dedicationem cum ex more complures eiusdem prouinciæ Episcopi conuenissent, Faustus Episcopus Regiensis habuit concionem, cuius auditor idem Sidonius fuit eximius laudator. Est quidem admiratione dignum, his temporibus, cum sub barbarorum gladio Galliæ laborarent, sanctos Episcopos in ædificatione basilicarum plurimos fuisse, perinde atque summo degerent in otio & liber-tate. Inuigilasseque eosdem in instauranda Ecclesiastica disciplina, certum est. Nam vt non recedamus à S. Perpetuo, de quo agi cœptum occasione Turonensis Concilij, quod (vt vi-dimus) congregarunt hoc anno; vide quibus ille suam Ecclesiam excoluit sacris institutis: quæ verbis istis recitat Gregorius Turonensis:

Sidon. lib. 2. epist. 10.

Greg. Tur. lib. 10. c. 31.

Hic

IEIUNIA A S. PERPETUO POPULO PRÆSCRIPTA.

Hic instituit ieiunia vigiliaſque qualiter per circulum anni obſeruentur, quod hodie quoque apud nos retinetur ſcriptum, quorum ordo hic eſt:

De ieiunijs.

Post Quinquageſimã, nempe Pentecoſten, quarta & ſexta feria uſque ad natalẽ S. Ioannis. De Kalendis Septembris uſque ad Kalendas Octobris, bina in ſeptimana ieiunia. De Kalendis Octobris uſque ad deſignationẽ domni Martini, bina in ſeptimana ieiunia. A deſignatione domni Martini uſque ad Natalem Domini, terna in ſeptimana ieiunia. De natali S. Hilarij uſque ad medium Februarium, bina in ſeptimana ieiunia.] hæc de ieiunijs S. Perpetuus inſtituit, præter illa quæ vniuerſalis Eccleſiæ auctoritate ab omnibus & ubique cuſtodirentur, ut Quadrageſimæ ieiunia & alia. Subdit hæc inſuper de vigilijs ab eodem S. Perpetuo indiſtis, deſignatis pariter locis, in quibus eandem agi deberent, videlicet:

VIGILIAE S. PÆRPE- TUI IN ECCLIA NENSI PRÆSCRIPTAE.

- Natali Domini in eccleſia] prima ſcilicet.
- Epiphania in eccleſia.
- Natali ſancti Ioannis ad baſilicam S. Martini.
- Natali ſancti Petri Episcopatus (quem dicimus Cathedralam) ad ipſius baſilicam.
- Sexto Kalendas Aprilis in Reſurrectione Domini noſtri ad baſilicam domni Martini.
- Pafcha in eccleſia.] moris namque fuiſſe videtur eius Eccleſiæ, ut præter mobile Paſcha, diem celebraret, qua crederetur Dominus ſurrexiſſe.
- Die Aſcenſionis in baſilica S. Martini.
- Die Quinquageſima, nempe Pentecoſtes, in eccleſia.
- Paſſione ſancti Ioannis ad baſilicam in Baptiſterio.
- Natali ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli ad ipſorum baſilicam.
- Natali S. Martini ad eius baſilicam.
- Natali S.ymphoriani ad baſilicam domni Martini.
- Natali S. Lidori ad eius baſilicam.

DE TEMPORE OBITIJS S. SEVERINI N. RICO- RVM APOSTOLI.

Natali S. Hilarij ad domni Martini baſilicam.] haſtenus de vigilijs atque ieiunijs: quibus commendatur eius populi in Chriſtianiæ religionis cultu laudabilis obſeruantia, redarguanturq; ſimul oſcitantia fide tepelcentium Chriſtianorum: pariterq; antiquæ conſuetudinis cuſtoditus uſus ad poſteros tranſmiſſus intelligatur, quo (ut ſuo loco ex Terulliano diximus) ſolerent Epifcopi ſubditis ſibi. Fidelibus indicare ieiunia atque vigilijs. Subdit his Gregorius de alijs ab eodem Perpetuo erectis eccleſijs. Porro ipſius natalis dies anniuerſaria celebratione non in Eccleſia tantum Turonenſi, ſed in Orbe Occidentali recurrit ſexto Idus Aprilis.

Hoc eodem anno ex hac vita inſurgere contigit clariffimum illum à Deo miſſum ad Noricos & alias finitimas nationes Apoſtolum ſanctum Seuerinum, de quo plura ſuperius pro ratione temporis dicta ſunt. Licet autem Eugipius Abbas eius diſcipulus, qui res ab eo geſtas quàm fideliffimè poſteris tradidit, quo potiffimum anno Domini, quibusve Conſulibus ipſe deceſſerit, expreſſè non dicat: ſatis tamen ex ipſius ſcriptis veritas temporis conſignari poſſe videtur. Dum enim poſt victos Rugos, victos ductos eorum Regem atque Reginam in Italiam ab Odoacre Rege teſtatur, additq; iterum aduerſus Fredericum Regis filium ab eodem Odoacre Rege ſuum miſſum eſſe germanum, qui illo fugato tranſtulit gentem illam in Italiae Regionem, quando & ſacræ eiusdem Sancti reliquiae pariter per eius diſcipulos tranſlatæ fuere (quod factum eſſe patebit anno Domini quadringeteſimo octogefimo octauo) cumq; eodem auctor dicat annos ſex manſiſſe ante tranſlationem in ſepultura eiusdem Sancti venerandum cadaver: iam certa numeri deducta nota, affirmare opus eſt, ipſum hoc anno eſſe deſunctum.

Quenam autem præceſſerint eius obitum, præſtat hic ex eodem fideliffimo ſcriptore narrare: atque primum quæ inter ipſum & Alemannorum Regem tranſacta ſunt, in medium afferemus. ait enim Eugipius: Batavis appellatur oppidum inter vtraque flumina, Rhenum videlicet atque Danubium, conſtitutum, ubi beatus Seuerinus cellulam paucis monachis ſolito more fundauerat, eo quod ipſe ſæpius illuc rogatus à ciuibus adueniret, maximè propter Alemannorum incurſus aſſiduos, quorum Rex Gibuldus ſumma cum reuerentia diligebat: qui etiam quodam tempore ad eum videndum deſideranter occurrit. Cui Sanctus obuiã, ne aduentu ſuo eam ciuitatem pregrauaret, egreſſus eſt, tantaq; conſtantia Regem allocutus eſt, ut ille tremere coram eo vehementius cœperit, ſecedensq; ſuis exercitijs indicarit, numquam ſe nec in re bellica, nec aliqua formidine tanto fuiſſe tremore concuſſum.

Cumq;ue

Cumq;ue Dei ſumulo daret optionem imperandi quæ vellent: rogauit doctor piſſimus, vti ſibi potius præſtaturus gentem ſuam à Romana vaſtatione cohiberet; & captiuos, quos tenuerat, gratanter abſolueret. Tunc Rex conſtituit, ut ex ſuis aliquem dirigeret ad id opus maturius exequendum. Statimq; miſſus Amantius diaconus, eueltigio Regem ſubſequitur; cuiusq; præforibus excubantis aduentus multis diebus non potuit nunciari. Cui pro re, qua directus fuerat, non peracta, triſtiſſimo reuertenti, apparuit quidam effigiem ſancti præſeferens Seuerini: qui eum minaci compellatione perterritum ſequi ſe iuſſit. Cumq;ue pauens & concitus ſequeretur, peruenit ad ſanuam Regis, ſtatimq; dux ille præuius ex oculis mirantis euauit.

Verum Regis internuncijs diaconum, vide eſſet, vel quid expeſtaret, interrogat. Ille rem breuiter inſinuans, oblatiſ Regi, percepiſſe q; remeauit epiftoſis. Dimiſſus igitur, reuexit ſerè ſeptuaginta captiuos, inſuper præmiſſionis Regis gratiam deferens, qua ſe ſpono dit, cum diligenter eam prouinciam peragravit, remiſſurum quantum in eadem repertus fuiſſet numerus captiuorum. Pro qua re ſanctus Lucillus præſbyter poſtmodum deſtinatus magnam miſerorum copiam ex captiuitate reuocauit.] hæc Eugipius de rebus S. Seuerini cum Alemannis: qui poſtea iterum Romanos bello laceſcentes, ab ipſidem, licet longè diſpari militum numero, orante pro eis eodem Seuerino, quomodo victi ſint, idem auctor pluribus narrat, quæ nos breuitati conſulentes, ſicut alia plurima, prætermittimus, ad eius obitum reſendendum feſtinantes.

Sed remorantur adhuc nos, quæ his ſimilia de eodem Alemannorum Rege leguntur in rebus geſtis omni fide conſcriptis ſancti Lupi Trecentis Epifcopi, ad quarum finem iſta leguntur: Omnes quidem Gentium Reges ei præſtabant reuerentiam, ſed ſpecialius tamen à Rege Gebaulto (ita enim ibi legitur pro Gibuldo) eximia ei fuit exhibitã obedientia:

Namque Brionenſes, quos olim captiuos abduxerat Alemannorum immanitas, litteris à beato viro acceptis, non illeſtus cupiditate, non præda hominum captus, non auri pondere nec præcio victus, ſed regia dignitate ſublimis libertati reſtituit, hoſtili ſeruitute abſolutus, & nimis iam dominationis acerbitate preſſos, tamquam deuotus Reipublicæ miniſter, in eum ſtatim, quem legibus omnes amiſerant, reuocauit priſtina dignitate donatos.] hæc ibi. At de Alemannorum Rege ſatis.

Verum ad Seuerinum reuocetur oratio: de cuius obitu, qui hoc anno contigit, antequam Eugipius agat, quæ idem Regem Rugorum & Reginam admonuit, præmittit his verbis: Poſt multos agones & diuturna certamina, cum ſe idem beatus Seuerinus de hoc ſæculo tranſiſſurum, Domino reuelante, ſenſiſſet, memoratum Rugorum Regem Febam cum vxore eius crudeliſſima nomine Giſa ad ſe venire commonuit: quem cum ſalutaribus exhortatus eſſet aſſatibus, ut ita cum ſibi ſubiectis ageret, quo ſe iugiter cogitaret pro ſtatu regni ſui rationem Domino reddaturum, alijsq; verbis intrepidè monuiſſet; protenta manu Regis pectus oſtendens, Reginam his interrogationibus arguebat: Hanc (inquit) animam, Giſa, an aurum, argentumq; plus diligis? Cumq;ue illa maritum ſe diceret cunctis opibus anteferre: vir Dei ſapienter adiecit: Ergo (inquit) deſine innocentes opprimere, ne illorum aſſictio veſtram magis diſſipet poteltatem: etenim manſuetudinem regiam tu ſæpe conuellis. At illa: Cur (inquit) nos ſic accipis, ſerue Dei? Cui ipſe: Conteltor (ait) vos ego humillimus iam profecturus ad Dominum, ut ab iniquis actibus temperantes, pijs inſiſtatis operibus. Hucusq;ue regnum veſtrum auctore Domino proſperatum eſt: iam ex hoc vos videritis. His monitis Rex cum coniuge ſufficienter inſtructi, vale dicentes ei, profecti ſunt.] Ita quidem Seuerinus inſtar Hieremias, ad quem Dominus: Conſtiteri te ſuper Reges & Principes] barbaros Reges ſæpe increpando perterritus, coegitq;ue iuſſa capeſſere, à quibus reſilientes mox diuina eſt conſecuta vindicta: nam (ut de alijs taceamus) iſti ipſi cum ſancti ſenis pijs monitis non paruiffent, poſt annos quinque victi captiuiq; ducti ſunt in Italiam ab Odoacre Rege, ut inferius ſuo loco pluribus dicetur. Sed pergit Eugipius de obitu dicere:

Tunc Sanctus non deſinebat de ſuæ migrationis vicinia ſuos alloqui dulcedine charitatis, quod quidem facere nec ante ceſſauerat. Scitote (inquit) fratres, ſicut filios Iſraël conſtat ereptos eſſe de terra Egypti, ita cunctos populos terræ huius oportet ab iniuſta barbarorum dominatione liberari. Etenim omnes cum ſuis facultatibus de his oppidis emigrantes, ad Romanam prouinciam abſque vlla ſui captiuitate peruenient. Sed mementote præcepti ſancti Ioseph Patriarchæ, cuius ego indignus & inſimus vos atteſtatione conuenio. Viſita-

Annal. Eccl. Tom. 6.

li

ſione

GIORVM. REX ALB-MANNORVM CYBATOR SAM- GIORVM.

April. Sep. tom. 4. pag. 19. Jul.

Eugip. vit. S. Seuer. c. 13. QVAES SEVERINVS AD RUGORVM REGEM REVERGINAM.

Hier. 1.

VATICINIO TIO L. SEVERINI DE EVTVRA TRANSMIGRATIONE

Exod. 1.

CHRISTI 482.

SIMPLICII PAP. 15.

ZENONIS IMP. 9. ODOACR. REG. 7.

tione visitabit vos Dominus. tollite ossa mea hinc vobiscum : quod non mihi, sed vobis est profuturum. Hæc quippe loca nunc frequentata cultoribus in tam vastissimam solitudinem redigentur, ut hostes æstimantes aut se quippiam reperturos, etiam mortuorum sepulchras effodiant. Cuius vaticiniij veritatem euentus rerum præsentium comprobavit. Leuari verò suum corpusculum Pater sanctissimus pietatis providus argumento præcepit, ut dum generalis populi transmigratione provenit, secum indivisa fratrum quos acquisiverat congregatio proficiscens obtentu memorie eius in vno societatis sanctæ vinculo permaneret. Diem etiam quo transiturus esset idem beatus Severinus è corpore ante duos seu amplius annos hac significatione monstravit.

QVID IN FRATREM REGIS SEVERINVS.

Præterea Fridericus à fratre suo Rugorum Rege Feba ex paucis quæ super ripam Danubij remanserant oppidis vnum acceperat à Fauianis, iuxta quod S. Severinus (vt retuli) commanebat. Ad quem cum idè Fridericus ex more salutaturus accederet, cœpit ei Christi miles iter suum enixius indicare, sub contestatione hæc proloquens: Noueris me (inquit) quantocumque ad Dominum profecturum: & idcirco monitus præcaueto, ne me discedente, aliquid horum, quæ mihi commissa sunt, attaminare pertentes, & substantiam pauperum captiuorumque contingas, indignationem Dei (quod absit) tali remeritate sensurus. Sed Fridericus insperata commonitione percussus: Cur, inquit, hac contestatione confundimur, cum non optemus tantis orbari præsidijs, & sanctæ largitioni tuæ, quæ omnibus nota est, conferre aliquid deceat, non auferre; quatenus solita, sicut & pater noster Flaccitheus, tua merear oratione muniri, qui experimento didicit sanctitatis tuæ meritis se fuisse semper adiutum. Et ille: Qualibet (inquit) occasione cellulam meam volueris lædere, & hic statim probabis; & in futuro solues, quam non opto, vindictam. Tunc Fridericus promittens se Christi famuli monita seruaturum, remeavit ad propria.

Doctor verò dulcissimus non cessabat suos alloqui per monita discipulos, dicens: Confido de gratia Domini mei Iesu Christi, quia vobis in opere suo durantijs, & meæ memorie pacata societate coniunctis, æternæ vitæ bona tribuet, nec præsentium solatia denegabit. Nonis itaque Ianuarij cœpit tenuiter lateris dolore pulsari, quo durante per triduum, medio noctis tempore fratres adesse præcepit: quos de corpore suo commonens & paternam in formatione corroborans, instanter ac mirabiliter talia profectus aiebat: Filij in Christo carissimi, &c.

OBITU S. SEVERINI.

Post huiusmodi igitur ædificationis alloquium cunctos per ordinem ad osculum suum insit accedere, & sacramento communionis accepto, fieri se penitus prohibet; torumque corpus signo Crucis tenta manu consignans, vt psallerent imperavit. Quibus mæroris suffusione cunctantibus, ipse psalmum protulit ad canendum: Laudate Dominum in sanctis eius. & dicto. Omnis spiritus laudet Dominum: sexto Iduum Ianuariarum die in hoc versiculo, nostris vix respondentibus, quieuit in Domino. Quo sepulto, credentes omnimodo seniores nostri quæ de transmigratione prædixerat, sicut & multa alia, præterire non posse: locellum ligneum parauerunt, vt cum prænunciata populi transmigratione provenisset, prædictoris imperata completerent.

BARBARICA TEMERITAS A DEO PVNTA.

Fridericus verò beati Severini morte cõperta, pauper & impius barbara cupiditate semper immanior, vestes pauperibus deputatas & alia nonnulla credidit auferenda. Cui sceleri sacrilegium copulans, calicem argenteum ceteraque altaris ministeria præcepit auferri: quæ cum imposita essent sacris altaribus, nec auderet directus villicus ad tale facinus suas manus extendere; quemdam militem Auitianum nomine compulit diripere memorata; qui quamuis inuitus præcepta perficiens, mox tamen incessabiliter vexatus omnium tremore membrorum dæmonio quoque corripitur. Is ergo velociter consilio meliore correxit errata: suscepto namque professionis sanctæ proposito, in insulæ solitudine armis cælestibus mancipatum militiæ commutavit officium. Fridericus autem immemor contestationis & prælagij sancti viri, abrais omnibus monasterij rebus, parietes tantum, quos Danubio non potuit transferre, dimisit: sed mox in eum vltio denunciata peruenit. Nam intra mensis spatium à Friderico fratris filio interfectus, prædam pariter amisit & vitam. Hic finis viri sacri legi: reliqua autem quæ ad S. Severini translationem pertinent, dicturi sumus suo loco inferius. Sed redarguendus hic ille qui penes plures error inualuit, dum eum appellant Episcopum Noricorum, quem numquam voluisse Episcopatu initiari, Eugipius eius discipulus disertis verbis affirmat.

Ad hoc ipsum (clamare liceat) viuum semperque manens omnium virtutum dignissimum exemplar

CHRISTI 482. 483.

SIMPLICII PAP. 15. 16.

ZENONIS IMP. 9. 10. ODOACR. REG. 7. 8.

Exemplar digito Dei inscriptum (quot enim miracula per ipsum Deus edidit, tot quisque verè dixerit esse notas amplissimas diuinæ manus opera exaratas) ad hoc ipsum inquam prototypum prouoco filios desultores, quo sentiant quantum abhorreant à pura illa religione, fideque Catholica, quam acceperunt maiores ipsorum à viro sanctissimo; qui iure licet Noricorum Apostolus nominetur, tamen non solum Noricis, sed & Baranis, Vindelicis, Rugis, & alijs Euangelium predicauit, sequentibus Apostolicis signis: vt planè nihil minus in his habuisse visus sit à ceteris Apostolis: Quo cum eadem nationes tanto glorientur institutore; quid est quoddam amplurimi ex ipsis, posthabita recta veraque miraculis etiam ostensa doctrina, conuersi sunt ad recentiorum fabulas hæreticorum? Currebatis bene: (sic liceat Apostoli eos verbis à fide refugas compellere) Quis vos impediuit veritati non obedire? Per suaasio hæc non est ex eo qui vocauit vos. cuius rerum præclarè gestarum auctorem habetis adeo probatum, utpote qui scripsit ea quæ vidit, & tanta quidem fide, vt non audeant eum vestri reijcere, immo laudent, celebrent, atque commendent. Hæc autem obiter aduersus apostatas à Catholica religione dicta sunt; cum tamen sciamus iisdem in locis adhuc superesse, qui eadem quæ Severinus, retineant, defendantque Catholica dogmata, & eius virtutes asseclantes, proximè imitatores accedant.

1578 AN- CTORIS IN HÆRETICOS COMPELLATIO.

Galat. 5.

Valent. Annal. Boior. lib. 2.

IESV CHRISTI ANNV 483.

SIMPLICII PAP. ANNV 16.

ZENONIS IMP. 10. ODOACR. REG. 8.

Quadragesimo octogesimo tertio Christi anno Anicius Faustus Consul creatus est: quo Ioannes Episcopus Alexandrinus Catholicus, expulsus Zenonis iussu anno superiori, Antiochia primium ad Calendionem Episcopum, inde verò Romam se contulit ad Simplicium Romanum Pontificem, quem vt legitimum Iudicem appellarat. Agit de his Liberatus Diaconus verbis istis: Ioannes autem Talaida eieclus de sede Alexandrina propter Petrum Mogum, profectus est Antiochiam, vt videret Illiùm Exconsulem Magistrum Officiorum: cui cum narraffet quæ sibi euenerant, eius consilio ingressus est ad Calendionem Antiochenum Patriarcham; & sumptis ab eo intercessionis Synodicis litteris, Romanum Pontificem Simplicium appellauit, sicut & beatus fecerat Athanasius; & suasit scribere pro se Acacio Constantinopolitano Episcopo. Et quidem ad hoc Simplicius præparati animi & voluntatis fuit. Acacius verò susceptis epistolis, simpliciter scripsit ei, quia Ioannem quidem ignoraret Episcopum, Petrum verò Mogum suscepisset in communionem in Zenonis Principis Vnitio; & quoddam citra eius gessisset sententiam propter vnitatem Ecclesiarum, Principis iussione.

Liber. Diacon. in Brev. 18. IOANNES EPISCOPVS ALEXAND. APPELLAT ROM. PONT.

Simplicius suscipiens huiusmodi litteras contristabatur aduersus Acacium, ei que scripsit quoddam non bene fecerit contra sententiam Apostolicæ sedis ad communionem hominem suscipiens: Oportebat enim, cõmuni decreto damnatū tanquam adulterum, communi Concilio damnatione liberari. Ad hæc autem, quia non sufficeret Petro consistere cõmunicatorem se esse Ecclesiæ Catholicæ secundum edictum, sed oporteret eum secundum terminum Chalcedonensis Concilij, & secundum epistolam Papæ Leonis amplecti communionem: vnum enim de duobus agere deberet, aut suadere Petro purè suscipere terminum Synodi, aut remouere se ab eius cõmunionem. Sed cum ad Acacium hæc scripta venissent, & deliberaret quid eum oporteret scribere, Papa Simplicius defunctus est. Hæc Liberatus. desiderantur eiusmodi nouissimæ Simplicij ad Acacium litteræ, sed quam acres fuerint, ex alijs ab ipso ad eundem anno superiori simili argumento conscriptis possumus intelligere. Porro qui Romanum Pontificem appellauit Ioannes Alexandrinus Episcopus, appellatione ipse profecturus, Romam se contulit: Verum cum venit, Simplicium Papam defunctum inueniens, libellum obtulit eius successori Felici: quod quidem ex ipsius Felicis Papæ litteris constat.

SIMPLICIUS REDARGVIT RVRSVM ACACIUM.

Quod verò ait superioris Liberatus in litteris Acacij ad Simplicium Papam redditis in causa Ioannis, contrarium planè esse videretur ijs quæ inferius idem auctor habet. his verbis: Dum per quinque annos sæpius fuisset admonitus Acacius, de statu Alexandrinæ Ecclesiæ sanctæ, Papæ sollicitudinem releuaret, nihil vniquam respondere dignatus est. Fuit eadem de Acacio querela Simplicij Papæ successorum, quoddam alio silentio rem tantam præterisset, sinens hæreticos in Ecclesiis debacchari.

Annal. Eccl. Tom. 6.

Ii 2

Obitus

SIMPLICIUS PAPA OBIIIT

RES GESTAE PER SIMPLICIUM PAP.

Obitus autem Simplicij, de quo facta est mentio, principio mensis Martij contigit (ut ha-

Hac tibi mens ualide decreuit praedia Chryste,

Cui testator opes detulit ille suas:

Simpliciusq; Papa sacris caelestibus aprans

Effecit uere muneris esse tui.

Ne quod Apostolici deessent limina nobis,

Martyris Andrea nomine composuit.

Vtitur hac heres titulis ecclesia iustis,

Succedensq; domo mystica iura locat.

Plebs deuota ueni, perq; hac commercia disce

Terreno sensu regna superna peti.]

haecenus uetus inscriptio. subdit uer-

Sed poenitentiariorum presbyterorum in ecclesijs praetolantium poenitentes haud re-

NON HUMANAE IN- NITI POTENTIAE ROM. ECCLESIAE.

Ex quibus plane intelligis, quam procul absit, ut Romanorum Pontificum auctoritas ex-

Et ne a Simplicio, de quo agimus, digrediamur: uidisti eum sub Odoacre Rege Romam

A posset praesens assistere, legationum auctoritate ac per vicarias praefecturas tum Occi-

Sed quae sunt reliqua de Simplicio, quae ad ornatum Ecclesiae pertinent, & alia, ex eodem

Quae autem hoc tempore sedis Simplicij vacantis, nodum successore creato, Romae pre-

Cum in vnum apud beatum Petrum Apostolum resedissent: sublimis & eminentissimus

Nam & cum quid confusionis atque dispendij venerabilis Ecclesia sustineret: miramur,

Ne utquam praedium seu rusticum, seu urbanum, vel ornamenta, aut ministeria Eccle-

ORDINATIONES PA- PAE SIMPLICII.

Conc. Rom. 3, sub Symmacho, c. 11.

QUID BASILIVS IN SEDE VACANTE PAE SIMPLICII.

BASILIE BUICTVM DE NON ALIENANDIS BONIS ECCLES. ROM.

hæc mox est interlocutus: Modò sancta Synodus dignetur edicere: si licuit laico homini A anathema in ordine Ecclesiastico dictare: aut si potuit laicus sacerdotali* anathema dicere, & contra canones quod ei non competeat constituere. Dicite, vobis quid videtur: De me licuit laico legem dare? Sancta Synodus dixit: Non licuit. Et adiecit: Lege sequentia. Hormisdæ diaconus legit:

Et is qui prædium rusticum vel vrbannum iuris Ecclesiastici fuerit consecutus, nouerit se * cõsequetur nulla lege vel præscriptione munitum: sed siue is qui alienauerit, siue qui eum sequetur*, voluntate contraria prædium huiusmodi alienatum reuocare tentauerit, id cum fructibus restituat qui illud fuerit consecutus: Quam etiam pœnam placuit accipientis heredes proheredesque respicere. In qua re cuiuslibet clericorum contradicendi libera sit facultas. Iniquum est enim & sacrilegij instar, vt quæ pro salute vel pro requie animarum suarum vnusquisque venerabili Ecclesiæ pauperum causa contulerit, aut certè reliquerit, ab his B quos hoc maximè seruire conuenerat, in aliquem* transferantur. Planè quæcumque in gemmis, vel auro, vel argento, necnon & vestibus minùs apta vsibus vel ornatui videbuntur Ecclesiæ, quæ seruari ac diu manere non possunt, sub iusta æstimatione vendantur, & erogationi religiosæ proficiant.] Hæc autem scripta à schismaticis sub Basilij titulo oblata sunt: quæ nullius profus fuisse roboris, eadem sancta Romana Synodus sub Symmacho, ipsoque præsentate, decreuit: in quorum abrogationem cum grauissimæ à sanctis Patribus sententiæ dictæ fuerint; hæc satis ex illis vel vnam saltem referre Eulalij Episcopi Syracusæ, quæ sic se habuit:

Scriptura quæ in sacerdotali Concilio recitata est, euidentissimis documentis constat inualida. Primum, quòd contra Patrum regulas à laicis quamuis religiosi, quibus nulla de Ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur vnquam attributa facultas, facta videtur. Deinde, quòd nullius Præfulis Apostolicæ sedis subscriptione firmata docetur. Quòd si cuiuslibet prouinciæ sacerdotes, intra terminos suos Concilio habito, quicquam sine Metropolitani, siue Antistitis auctoritate tentauerint, irritum esse debere Patres sancti sanxerunt: quanto magis quod in Apostolica sede non existente Præsule, qui prærogatiua beati meritis Apostoli Petri per vniversum Orbem primatum obtinens sacerdotij, statutis Synodalibus consuevit tribuere firmitatem, à laicis, licet consentientibus aliquantibus Episcopis (qui tamen Pontifici, à quo consecrari probantur, præiudicium inferre non potuerunt) præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere nõ dubium est, nec posse inter Ecclesiastica villo modo statuta censeri?] hæc dixit Eulalius consentientia ijs quæ ab alijs sanctissimis Episcopis dicta fuerunt: in quam sententiam & reliqui abiere. Sicque cassâ irritaque profus reddita sunt, quæ hoc anno à Basilio agente vicem Regis Odoacris, eodemque Præsule Prætorio facta fuisse dicuntur: sed quæ subdola ac fraudulenta commentitiaque reiecta sunt, penitus antiquata fuere, vtpote quòd à schismaticis post annos duodeuiginti, non ex Archiuis Romanæ Ecclesiæ edita, in quæ numquã illata fuere, sed scribis fortasse Prætorianis. Porro Basilium hunc Præfectum Prætorio haud alium existimamus fuisse ab illo Cæcina Basilio Consulari Romanæ spectatissimo, in cuius laudem plura habet Sidonius in epistola ad Heronium*. Porro quòd ad Simplicium Papam pertinet: ne quis putet eum Romanæ Ecclesiæ bona profulgasse, vt ea occasione Basilius Præfectus de non alienandis bonis Ecclesiæ edictum promulgavit: Ipsum quidem Pontificem non minuisse, sed auxisse Ecclesiæ bona, argumento est, quòd apud Cassiodorum^b in litteris Theodorici de domo quadam ab ipso Papa Simplicio empta Romanæ Ecclesiæ hæc scripta reperiuntur: Defensores itaque sanctæ Romanæ Ecclesiæ conquesti sunt, beatæ recordationis quondam Simplicium domum in sacratissima E Vrbe positam ab Euphrasio acolytho instrumentis factis solemniter comparasse: quam per annorum longa curricula Ecclesiam Romanam quieto iure suggerunt possedisse, & in vsu alienos transtulisse securitate dominij: nunc autem existere Samaræ superstitionis populum improba fronte duratum, qui synagogam ibidem fuisse, iniquis conatibus mentitur, cum ad humanos vsus habitacula longe aliter formata doceantur, quam potest esse memorata constructio, &c.] Sub barbaris Regibus Roma subiecta, omnibus improbis factis Romæ domicilia & synagogas ad profanos ritus habere concessum fuit, ad eò vt etiam Samaritani ibi domicilium sibi quærerent. Sed ad sancti Simplicij successorem eum transeamus.

Post dies sex cessationis Papæ Simplicij, die octaua Martij creatus est Pontifex Felix patria Romanus ex patre Felice itidem genitus, functus antea presbyterio in Titulo Fasciolæ: pro-

EULALIVS SYRACVSANVS EPISC. QUID A DVERSVS E DICTVM BASILII.

* Sidon lib. 1. epist. 9.

^b Cassiod. Viuar. lib. 3. epist. 45.

SVB BARBARIS REGIB. VRBS REFERTA OMNI SORDE MAERENTI-CORVM.

FELIX PAPA TERTIVS BELIGIVR.

la: prodit hæc vetus Anastasij liber de Romanis Pontificibus. Simulac autem Felix tantæ molli, tali turbulentissimo tempore subiecit humeros, insistens prædecessorum vestigijs eadem post illos graditur via: nam quod ad fidem Catholicam pertinet, reiecit Zenonis Enoticon. testatur id quidem Theodorus Lector, qui ait*: Cùm autem omnes (vt fertur) alij Patriarchæ Conciliationem Zenonis approbarent; solus Felix Romanus illi non communicauit.] hæc ipse Præstiturus id erat Simplicius prædecessor: sed morte præuentus, rem integram successori reliquit. Felix igitur rem indignissimam detestatus, execratusque est profusum facinus, quo tum fides Catholica abrogatione Chalcedonenfis Concilij magnopere læderetur, tum etiam corrumpetur Ecclesiastica disciplina, dum eò progressa est Zenonis audacia, vt de fide edictum promulgans, leges præscriberet Ecclesiæ, doceret doctores, & Episcopis nouum symbolum fidei seruandum proponeret: ista inquam Felix exhorrensens, B in subscribentes impio edicto intulit anathema, ipsumque proscriptis vnitatis edictum, verè impietatis seminarium.

Quod verò ad causam spectat Alexandrinæ Ecclesiæ, idem Pontifex Felix audiuit Ioan-nem Episcopum Alexandrinum sedem Apostolicam appellentem; suscepitque ab eo querelaram libellum, quem ille Simplicio offerendum paratæ, sed morte præuenio, tradidit successori. Eo accepto Felix, quòd res magni esset momenti, maximèque ponderis, cum iam eò causa producta videri posset, vt messe matura forent euellendæ zizania, verteretque periculum non vnus Ecclesiæ, sed trium præcipuarum sedium Orientis Ecclesiarum: cum dissimulatum diutius esset, vt post hæc omnis tolerantia ignauia potius quàm patientiæ adscribenda esset: idem Felix ea de re in maxima omnium causa Concilium ex Italiæ Episcopis more maiorum cogendum esse putauit.

Conuenerunt itaque sanctissimi Patres, habentur sacra Comitata, grauiissimæ dicuntur sententiæ: in illud tamen omnium conspirauere suffragia, vt legatio decerneretur Constantinopolim ad Zenonem Imperatorem, scriberenturque robustissimæ litteræ, quibus de prodicione Catholicæ fidei, eiusque proditoribus querelæ ingererentur: Scriberetur insuper ad Acacium Constantinopolitanum Episcopum, cui de non defensa fide, deque coniuuentia cum hæreticis ipse Romanus Pontifex (vt par erat) exposularet: Insuper adderetur his accusationis libellus eidem Romano Pontifici aduersus eundem Acacium oblatum à Ioanne Episcopo Alexandrino: huic iungeretur ipsius Romani Pontificis libellus ad eundem Acacium, instar citationis, vt responderet aduersum se oblatum in Apostolicæ sedis iudicio objectionibus: sed & ea de re alius mitteretur ad Zenonem Imperatorem libellus, vt cogeret Acacium cum accusatore experiri iudicio. Hæc nota sunt in Synodo fuisse decreta, præter alia quæ secretò fuerunt commissa legatis. Constant hæc quidem omnia cum ex litteris ipsius Papæ Felicis ad Acacium datis, tum etiam ex epistola ad Imperatorem ab ipso conscripta: quæ ambæ quod rerum gestarum perexactam narrationem complectantur, hinc eas describendas putamus; eo magis, quòd nusquam (quod sciamus) editæ, nunc primum è penetralibus nostræ bibliothecæ produntur in lucem. Exant ipsæ quidem in perueculo codice Cresconianæ collectionis.

Datæ sunt autem hæ litteræ ijs qui à sancta Synodo ad magnâ hanc prouinciam obeundam legati delecti sunt, nempe Vitali atque Miseno Episcopis, necnon Felici Ecclesiæ Romanæ Defensori. Quarum verò hi fuerint ciuitatum Episcopi, nusquam apud aliquem historicum expressum inuenimus. De Miseno tantum, in constituto Vigilij Romani Pontificis de tribus capitulis, reperimus eum nominatum esse Cumanum Episcopum. Sed in scripto perantiquo codice nostræ bibliothecæ, cui est titulus, Concordantiæ canonum, inter alia inest perbreue compendium historiæ, complectens tempora ab ortu Nestorij hæresis vsque ad Concilium Romanum sub Felice Papa, in quo damnatus est Acacius, quod licet sine auctoris nomine editum reperiat, alicuius qui hoc sæculo vixit, & veritatis studiosus fuit, esse videtur: in hoc inquam opere inter alia habentur hæc de his legatis missis Constantinopolim: Postquam ergo Felix Papa litteras prædecessoris sui nihil proficere cognouit, & ludibria quædam in euerfionem fidei ab Acacio fieri: tunc Vitalem Episcopum Droentinum ex regione Picena, & Misenum Cumanæ Ecclesiæ Episcopum ex regione Campaniæ direxit, &c.] sed pro, Droentinum, Truentinum legendum est. Erat enim tunc ea ciuitas apud fluium eodem nomine nuncupatum Truentum, hodie vulgò, Tronto, dictum: meminerunt eiusdem ciuitatis Plinius, Prolomæus, & alij. Hæc de legatis Constantinopolim missis satis sunt. Sed subijciamus his litteras in Cresconia collectione repertas, hæcenus nusquam

* Theod. 1. e. 7. Collect. lib. 2.

CONCILIUM ROMANVM INC VSA ACACII.

VITALIS ET MISENO EPISCOPE LEGATI.

CHRISTI 483.

FELICIS PAP. I.

ZENONIS IMP. IO. ODOACR. REG. 8.

quam cufas, quarum lectio eo gratior accidere debet, quod earumdem mentionem habet A ex Græcis Euagrius, ex Latinis verò Liberatus Diaconus, utpote quæ in Oriente atque Oc-

cidente essent ubique notæ. Ipsas igitur datas ex Synodo litteras reddituri, primo loco eas quæ ad Acacium Con-

FELICIS PAPAE AD ACACIUM EPISTOLA.

stantinopolitanum Episcopum scriptæ sunt, hinc describamus, per quem opravit sancta Syn-

FELIX REDARGUIT ACACIUM DE AFFECTU SILENTIO. Rom. 9.

odus conueniri Zenonem Imperatorem, ut quæ aduersus Catholicam fidem perperam

propellens

inictata

ACACIUS SUPERBIA REDARGUITUR.

hactenus egisset, sedulo studio emendaret. Præfiguratur his in codice litteris eiusmodi inscri-

prio: Felicis ad Acacium Episcopum per Vitalem & Misenum Episcopos.] ipsa autem epistola sic se habet: Postquam sanctæ memoriæ decessore meo Papa Simplicio de huius vitæ cursu superna præceptione migrante, ministerij quod regebat ad meæ humilitatis officium gubernacula peruen-

B

C

D

E

CHRISTI 483.

FELICIS PAP. I.

ZENONIS IMP. IO. ODOACR. REG. 8.

A clesijs, atque à Catholicis ordinatus succederet defuncto Pontifici: nimirum sapienter inten-

dens, Petrum, qui aut à nullis, aut ab hæreticis falsi nominis huius honore iactaretur, super

petram Catholice Ecclesiæ, e qua eius temeraria fuerat præsumptione depulsus, numquam posse penitus præsidere.] Vides quanta arma neglexit Acacius, quibus si voluisset, vincere potuisset Imperatorem. Sed subdit: Hæc huiusmodi quæ gesta sunt, & dilectionis tuæ conscientiam non latent, conuenerat

sepius impertiri; præcipue cum in his Christianissimo Principi promulgandis, quando ad regiam potestatem, Deo comitante, remeauerit, operam tuam missis huic litteris non tacueris vehementer impensam esse, dignam Catholico Pontifice, gloriareris, omnes qui contra se-

dem vestram, contraque Chalcedonensem Synodum, & contra prædicationem sedis A-

postolicæ venire tentauerint, fuisse prostratos: quo magis te pro tua salute & professione seruentius apud clementiæ eius aures oportuerat talia incessabiliter allegare, ac magnopere deprecari, quod nec suam, quam Catholica mente deprompserat, violari ullatenus patere-

unde Petrus

nostram

FELIX PAP. REDARGUIT ACACIUM DE AFFECTU SILENTIO. ROM. 9.

Galat. 5.

deiecit

Luc. 11.

Mat. 18.

Mat. 16.

Mat. 16.

18.

Vbi

molibus

PERSTRINGITUR ACACIUS A FELICE PAPAE

Vnde

Vnde iterum atque iterum protestamur, ne in abruptum totius Ecclesie status per auda-

* quos

* Luc. 6.

* Hierem. 2.

* Isa. 5.

* Ex eodem cod. Crescon. ex nostra biblioth. pag. 290.2. EPISTOLA FELICIS PAP. AD ZENONEM IMP.

* Orientalium

PRO SECESSIONE ALEXANDRINA SUPPLICAT.

A

B

C

D

E

Quaeso te, fili piissime, ne tunica Domini desuper contexta per totum, qua in vnum cor-

Verum quaeso propone etiam exempla gestorum, & hanc vicem meis repende beneficijs,

est prisci nomen Imperatoris: Ne, quaeso, nobis salutem tuam, pie Imperator, inuideas: ne fiduciam pro te minus supplicandi.

Postremo professionem tuam, conscientiamque; recolendam sensibus tuę pietatis insinuo:

Requirantur illa quoque, quę ad sanctę memorię Timotheum Orthodoxum Alexandrinum Episcopum serenitatis tuę paginę sunt locutę;

Denique cunctos Episcopos Ægypti, vniuersosque clericos * increpastis, vestris generaliter apicibus sancientes,

* reparantur & exercere.

* PRIORIBUS DE STERIORA REDAR-GVIT.

* clericos

Quaeso

non solum despoliandos honoribus, verum etiam & Alexandrina vrbe, & omni Aegyptiaca A regione carituros: iniustum enim videri, sicut Christianus Imperator affirmans, vt qui se ad Ecclesiam, qua vbiq; terrarum est, segregarent, haberent sacerdotes, aut vlllo sacro ministerij nomine censerentur. Vos indigne ferentes ab Alexandrinis seditiones concitatas, eos qui propter ordinem clericalem simili deceptione tenebantur, nisi salutaribus monitis obedirent, tali poena dignos arbitrabamini.

QVAT IN
PETRUM
PRO TIMO-
THEO.

Vos Petrum speciali notantes elogio, quod illicite se Alexandrinae iniecit Ecclesiae, omnes, qui tam ab eo quam ab haeretico Timotheo iam defuncto fuerant ordinati, si infra finita tempora respicerent, ad communionem Catholici Timothei mandastis recipi, (non etiam ad male presumpti gradus priuilegia decreueratis admitte) consequenter addentes, ceteros deteriora subituros, si eligere meliora nolissent. Vos cuiuslibet post has varias satisfactionis causas cunctis penitus abstulistis, quibus ipsos ab vnitate consortio discedentes, recen- B sultis tulisse iudicium. Vos de ipsius persona Petri quicquam denuo deficiendi, sapienti consideratione tacuistis: quippe quem Ecclesiae arce deiecit, simul per uasi Pontificij videretis honore nudatum, nec vlllo modo fieri posse, vt vquam vel Orthodoxis presideret, qui aut a nullis, aut ab haeticis fuerat institutus, vel recidua toriens temeritate violentus ouile Dominicum subdolos & inuidiosus intraret.

Atque ideo quod corrigendis eius praetendebatis sectatoribus irrogandum, huic iam quasi magistro sceleris rationabiliter deputabatis inflicendum: vt quibus fratres merferat ad ruinam, fieret ipse metuendae damnationis exemplum. Quodque adeo verum est, vt superstare venerando Timotheo legionem sollicitate iusseritis, si eidem humanitas aliquid euenisset. Vos non nisi de Catholicorum collegio clericorum & a Catholicis consecratum subuistis videre pastorem: quia vbiq; nullo more, nullo ritu sub vestrae serenitatis obtu- C tibus haeresis ipse praecipuus Eutychianae demenciae potuit esse vel dici Orthodoxi successor Antistitis. Quo igitur animo bestiam, quam a gregibus Christi duxistis abigendam, in eorum denuo patimini scire perniciem? Certè legibus, quas vniuersis imponitis, magis vultis vinci, quam promulgare contraria: quanto satius fuerit, intemerata persistere qua heri pro integritate retinenda totius Ecclesiae protulistis, quo & tui Catholici Imperij auctoritas inconuulsa permaneat, & nihil accedat quod actibus apud Dominum vestrae felicitati obstat.

protectionis

Deut. 2. 5.

VERAFFI-
DAMI DO-
CTRINA.

perspicuum

Cernis enim, venerabilis Imperator, quia vt Chalcedonensis Synodi indubirata defen- sio inimicorum eius elisio est, sic vicissim manifesta illius impugnatione comprobatur hostium venerandae ipsius cognitionis * euectio. Meministis quemadmodum verba diuina non instruant, neque in dextrum neque in sinistram rechte dispositionis excede- D re, sed via (vt scriptum est *) regia mediaque gradiendo, hinc atque inde Nestorij Euty- chetisque sacrilegia condemnata detestans, ita magnae pietatis praedicans sacramentum, vt omnipotentis Dei Patris consubstantiale sempiternumque Verbum, quod incommu- tabili Deitate & incarnatum est, & ab ipso ineffabilis conceptionis exordio, quam sibi in vtero Virginis matris potenter instruxit, vnum eundemque Iesum Christum Dominum nostrum, vnum eundemque Dei & hominis Filium, vnum eundemque inconfuse, indi- uisè Deum hominemque veraciter permanentem intemerata Patris lege prolatum, in hoc mundo fuisse conspicuum *, diuina simul humanaque gessisse; mortuum, atque ex mor- tuis exurgentem, in Patris dextera residere, itemque inde venturum, vt est visus ire in cae- los, eatenus profiterentur, quatenus librorum memorat traditio diuinorum, & Niceni Concilij forma, sicuti cuncti retro praedicaere Pontifices: sic eorum tam Ephesino primo competenter inserta conuentui, quo beati Papae Caestini temporibus Nestoriana pes- tis extincta est, quam datis Augustae memoriae Leoni sanctae memoriae Leonis Papae epi- stolis capitula subiecta restantur, quibus vir ille consulens etiam totius Orientis Episcopis, eorumque responsa, subscriptionesque super Synodi Chalcedonensis approbatione sulci- piens, ea nullatenus passus est mutari, quo magis Christiana mente perpendit, & hoc esse ve- rum, quod cum diuinis assertionibus Catholicorum de toto Orbe doctorum longe ante- quam huiusmodi quaestio nasceretur, consonantia vbiq; dicta concinuerant, & ideo nulla iteratione refodienda, qua constarent iure damnata: ne non solum causa praesens in omne Catholici nominis extendat exitium; sed etiam cunctis residuis publica bella resumendi pandatur occasio, si quolibet modo, quod semel a veteribus vniuersaliter decusum est, re- tractetur: vti esse iam etiam peruidetis Alexandrinae Ecclesiae peruersorem, funesta diu im- punitate

A punitate grassantem, vestris praeeptionibus, quibus merito dudum probatur ciecclus, esse nihilominus abigendum.

An non ipse est per triginta annos Catholicae desertor Ecclesiae, inimicorumque eius se- ctator & doctor, & ad fundendum sanguinem semper velox fuit & promptus? Numquid ad hanc istam dissimulationem sumus quadam ex conuientia praeeptoris? In quo re ve- ra non est opus discussione subtili; quia eius aperta sunt crimina. Dolet certè pietas tua, quod per diuturnos partis alternae grauesque consuetus multi ex hoc saeculo videantur ab- lati aut baptismatis aut communionis expertes. Sub hoc ergo Praesule ne sint baptizati, & efficiantur haeretici, & sine communionem transeant, ne in perditorum prauitate defi- ciant: vt quemadmodum scriptum est: Caeus caeco ducaturum praebens, cum eodem mer- gatur in foueam.

REFELLIT
FALSOS
PRAE-
PTVS ZE-
NONIS.

Mat. 15.

B Non est hoc, oro te, acerrimum decreuisse periculum, quando nec sancijs adhibetur fir- ma curatio, & sanis ingeritur miseranda contagio? Nam quomodo aiunt sedari posse, si in futuro furores suos patiantur? Quid est illud dicere iam causam nullam superesse cer- tamini, nisi haeticis victoria tribuatur? Proinde quibus inferri castigationis aliquid etiam corporalis, vt pater benignus horrescit: multo clementius eorum animas non patiaris intercipi, sed pia depositione compressos tandem subdi facias Catholico sacerdoti; vt verae generationis effectum & securum sibi met profuturae communionis auxilium consequan- tur. Subiecit vobis diuina prouidentia facultatem, qua itidem effringatis opera perfidorum. Depulit ille nostrae religionis vastatorem: vos ab eius Ecclesiae ceruicibus irruptionem de- turbate praedonum. Pacauit ille Republicam (sicut vester quoque sermo testatur) a tyran- nide haeretica: libertatem vos, ab ipsis haeseos praeeptoribus populos eruentes, Christia- nis restituit. Ille vos aulæ legitimae restituit Imperatoris iure suffultos: reddite vos magi- stro discipulum; sedem beati Marci Euangelistae ad communionem beatissimi Petri, de vi- ta eorum meritis deuotione reducite: vt ipse in vobis opus bonum perficiente, qui coepe- rit, securè audire mereamini: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit: & ad tuae gloriæ cumulum, ita vice Dei praesideas, verendus veraciter existens Diuinitatis imitator, atque adhuc in rebus temporalibus constitutus, iam experiaris & munus in aeternam tibi beatitudinem praeparatum.

QVARE ZE-
NON E
PRAESTAN-
DA.

Mat. 10.
24.

Quod verò cuncta litteris non potuerunt comprehendere, quae negotij qualitas non finit praeteriri: quaedam venerabilibus nostris fratribus & Coepiscopis meis, quibus cura lega- tionis iniuncta est, proprio apud vos agenda sermone, commissa sunt: Precor vt ea qua- que & audire benignus, & indifficiliter anuere tum pro Catholicae obseruantia veritatis, dum etiam pro regni vestri incolumitate dignemini.] haec enim Felicis Papae epistola ad Ze- nonem Imperatorem, fortissima ipsa quidem ad redarguendum, & potentissima ad sua- dendum, ac digna planè tanto Apostolicae sedis Antistite: sed mendosa scriptio atque cario- sa veritas reddunt eam in nonnullis obscuram.

Quod verò magnopere credideretur fore vt Acacius refractarius suasionibus Pontificis & Apostolicae sedis monitis minime acquiesceret, sed contumaciter solita arrogancia resilliret: optimè consultum fuit, vt iisdem legatis daretur citationis libellus, quo Acacius ad Aposto- licam sedem ad respondendum obiectis coram ipso Romano Pontifice vocaretur, qui sic se habet ex eodem codice scriptus:

Episcopali diligentia commone, debuerat dilectio tua Ecclesiasticum morem secuta, quid responsio sanctae memoriae praedecessoris mei per virum deuotum Vranium subdia- conum apud clementissimum Principem, quid apud te quoque litterae ipsius in causa Ale- xandrinae Ecclesiae profecerint, indicare: & curam, cuius te non immeritò voluit esse parti- cipem, cuncto studio prosperorum significatione moliri; vt Catholica fides apud Chalce- donensem Synodum roborata, & iterum firmata responsis omnium qui in eadem resede- rant Domini sacerdotum, quam inopinatò rursus haeticorum prauitas inquietat, comuni opere inimicis proprijs subiacere non permitteretur oppressa. Quod cum diu omittitur, su- perueniens & Coepiscopus noster Ioannes fugatus ab haeticis peruasoribus sedis Alexan- drinae, libellum nobis, quem sanctae memoriae decessori meo parauerat porrigendum (quan- tum ex subiectis agnosces) ingessit. Quem morem, maioris sui beatae memoriae Athanasij exemplo & piorum nostrorum, non potuimus resutare.

LIBELLVS
FELICIS
PAPAE AD
ACACIVM.

Et ideo lectis subditis, frater carissime, ad haec quae proposita esse cognoscis, apud bea- tum Petrum Apostolum, cui preces in nobis oblatas peruides, & quem ligandi atque sol- uendi

* subiectis

pendi à Domino potestatem sumpsisse, non potest diffiteri, & in Conuentu fratrum & Coepiscoporum nostrorum respondere festina: vt in alterutra partem quod iustitia parauerit, ordinantes, amotis scandalis Ecclesiarum, quas scindi videmus, reparata concordia, & seruata integritate fidei, puris mentibus acceptissimas faciamus placationis hostias, quas pro omni populo Christiano & salute gloriosissimi Imperatoris offerimus. Ad quam rem de collegio nostro fratres & Coepiscopos nostros Vitalem & Misenum, cum quibus illum à latere nostro fidelissimum nostram Felicem Defensorem, sanctæ Ecclesiæ Romanæ ordinatione direximus: quibus moram fieri non oportet, ne ad indignationem Domini prouocandam, quæ corrigenda sunt, procrastinationibus conualescant.] hucusque libellus Acacio offerendus. Iunctus huic fuerat & ille oblati Romano Pontifici libellus Ioannis Episcopi Alexandrini, sed desideratur in codice: vbi tamen scriptus extat huiusmodi eiusdem Felicis Papæ libellus ad Zenonem Imperatorem:

LIBELLUS
AD ZENONEM IMP.

Cum sibi redditam pacem, compressis per vos hæreticis, qui sentiebantur attolli, vniuersalis gauderet Ecclesia, & vestræ pietatis Imperium etiam de inimicis suis victoriam reportasset, & per vniuersum Orbem pro salute vestræ serenitatis oratio cunctorum oraret ad Dominum sacerdotum; & vestra pietas fidei custos & defensor Orthodoxiæ sub æterni Regis propitiatione regnaret: quando venerandi apices vestri, & Deo proxima currens de sacro pectore frequenter auctoritas, inter gaudia recepti Imperij, Petrum conuersatum cum hæreticis, & parricidæ illi Timotheo cohærentem, à prophanis (quia nec ab alijs fieri poterat) Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopum, quantum sibi existimauerat, ordinatum, acceptissima Deo præceptione deiecerat; & tyranni litteras, quas in euerisionem contra fas & sacrosancti Chalcedonensis Concilij definitiones mens insana dictauerat pro regni sui commendatione, euacuauit: Ita deinde illicitas ordinationes eius, vel etiam Timothei, vt pro hæreticorum, irritas fecit; atque eos, quantum extra Ecclesiam fuerint, iudicauit.

* iudicauit

Sed nunc cum, mutatis omnium gaudijs in marorem, Ecclesiæ Alexandrinæ cognouimus præsidere. Quod si verum est (vt Christianissimo Principi coram Deo fiducialiter est faciendum) diuino iudicio suggerimus, non leuiter esse pensandum; nisi certis remedijs, quod in contumeliam Dei factum dicitur, fuerit expiatum. Et quia (sicut scriptum est) vnius membri totum corpus patitur passiones, in persona eius Orientis concutuntur Ecclesiæ. Quod fratrem & Coepiscopum meum Constantinopolitanum respicit sacerdotem; aduersus quem in Conuentu mihi ab eo, cuius sedem præfatus fertur tenere, libellus oblati est, quem deplorationibus meæ humilitatis annexi, vt idem frater & Coepiscopus meus Acacius (sicut Ecclesiasticis necesse est, & vestris legibus fieri decet) ad hæc quæ de se peruidet intimari, apud beatissimum Petrum Apostolum diluere obedientes procuret, nec villo modo existimet differendum. Qui si (quemadmodum confidimus) bene conscius est, Apostolicum non debet iudicium cum sacerdotibus suis & moderationem abijcere, vt sacerdotalibus actibus & comprobatione fidei comprobatus; primum Christi Domini nostri, atque omnium sacerdotum, ac deinde pietatis vestræ gratia gloriosus perfruatur.] hucusque Felicis Papæ libellus ad Zenonem contra Acacium. Desideratur verò (vt diximus) Ioannis Episcopi Alexandrini libellus, quem his se subiecisse idem Felix affirmat. Ceterum non ad Zenonem solum atque Acacium per eosdem legatos datæ sunt litteræ Constantinopolim, sed etiam ad clericos, monachos, atque laicos Orthodoxos, vt restatur Liberatus Diaconus. Inrueris Romani Pontificis amplitudinem, & eminentem subijci nesciam auctoritatem: dum licet Romæ sub Erulis Arianis propemodum captiuus ageret, Zenonem Augustum grauib; coërcet epistolis, & Constantinopolitanum Antistitem ad dicendam causam Romam vocat (vt ex recitatis modò Felicis Papæ scriptis vidimus) cum Alexandrinus Patriarcha apud ipsum Romanum Pontificem, oblato libello, eundem accusasset Acacium, probè sciens maiorum exemplo Romanum Pontificem vniuersali Ecclesiæ Iudicem præsidere.

* Liber. Tit. ac
in Br. c. 18.

QUAERER
MANC LE
GATIONEM
FELIX PAP.
PERFICI
VOLUIT.
* Euag. lib. 3.
c. 18. 19. 20.

Meminit etiam earumdem litterarum & aliarum (vt diximus) Euagrius, qui de accusatione Ioannis Alexandrini Episcopi contra Acacium in oblato libello cõtentã agit; & quomodo Felix Papa, vt Romam ad dicendam causam idem Acacius mitteretur, à Zenone petierit, narrat, res omnes paucis complexus post refutatum Zachariam historicum rem tantam ambagibus obuoluentem; ait enim: Cum libelli à Ioanne Felici contra Acacium, quod contra Ecclesiæ ritum cum Petro communicauerat, de quæ alijs facinoribus ab eo contra canones admisisse dati erant: mittuntur à Felice ad Zenonem Vitalis & Misenus Episcopi,

vt eius

vt eius auctoritate tum Concilium Chalcedonenſe firmaret, tum Petrus vt hæreticus Episcopatu pelleretur, tum denique Acacius mitteretur ad ipsum Felicem, rationem de rebus, quas Ioannes, cuius mentionem sæpè fecimus, ei obieſſet, redditurus. At priuſquam Vitalis & Misenus venere ad Imperatorem; Cyrillus qui monachis, quos ἀκοιμήτες, hoc est, Inſomnes, vocant, præerat, mittit ad Felicem, quod eum, cum tam grauiâ peccata contra veram fidem commiſſa eſſent, inſimularet tarditatis.

Felix igitur ſcribit ad Misenum, vt nihil antè moliretur, quàm eſſet cum Cyrillo collocutus, & ab eo quid eſſet faciendum didiciſſet. Aliæ præterea litteræ à Felice tum ad illos, tum ad Zenonem ſcriptæ fuerunt, quibus eos non modò Concilij Chalcedonenſis, verum etiam perſecutionis in Africa regnante Theodorico excitatæ, in memoriam redigeret.] hæc Euagrius: ex quibus intelligis pariter, hoc anno poſtquam legati ab Vrbe receſſiſſent, fuiſſe excitatam in Africa aduerſus Catholicos perſecutionem, de qua legatos iam proſectos litteris admonuiſſet: agemus de ea inferiùs, poſtquam quæ reliqua ſunt rerum geſtarum anni huius Felicis Papæ aduerſus alios hæreticos fuerimus proſecuti: Quæ verò Constantinopoli per legatos acta ſint, ſuo loco dicentur inferiùs anno ſequenti.

DE TEMPORE PERSECUTIONIS IN AFRICA HABECCELSIAR.

Hoc itidem anno primo Felicis Romani Pontificis, in eadem quæ eſt habita (vt dictum eſt) Romæ Synodo, ab eodẽ Romano Pontifice dånatus eſt Petrus Fullo, idem quæ dictus eſt Cnæpheus, intruſus poſt eiectionem Episcopus Antiochenus. Hæc quidem hoc ipſo anno facta eſſe, certum inde argumētum deducitur: quod cum in litteris de eiudẽ Petri damnatione metio habeatur de Acacio adhuc præſidente Episcopo Conſtantinopolitanæ Ecclesiæ, quem tamen conſtat anno ſequenti à Felice exauctoratum, affirmandum eſſe videtur, id factum hoc anno: nec dicere poſſumus eadem facta eſſe antea; cum hæc ipſa nõ ab eius prædeceſſore Simplicio, ſed à Felice Papa peracta eſſe noſcantur, qui (vt vidimus) hoc anno ſedere cepit. Magna proſectò iſta Romæ habita Synodus dicenda eſt, in qua tanta ſunt geſta: cui Rom. Põtiſex præſuit Iudex, aduenit Alexandrinus Patriarcha actor, citatuſque ex ea Conſtantinopolitanus Episcopus, & Antiochenus depositus ſententiam damnationis accepit.

PETRUS FVLLO EPISC. ANTIOCH. DAMNATUS ROMAR.

Acturi igitur de Petri funeſtiſſimi hæreſiarchæ damnatione hoc anno Romæ in Concilio per Romanum Pontificem Felicem facta, quæ antea præceſſerunt in medium adducemus. Accidit autem, vt (quod dictum eſt) nefariis Petrus, quam occultatet in corde, repentina eruptione in conſpectum omnium hæreſim propalaret, nempe ſe non Eutychianum eſſe tantum hæreticum, ſed & Apollinaritam, atque Sabellianum: dum ſacro Trifagio cani ſolito in omnibus Orientis Ecclesijs, diuinitus hominibus impertito, quo dicitur, SANCTVS DEVS, SANCTVS FORTIS, SANCTVS IMMORTALIS, addidit iſte in hæc verba blasphemiam, QUI PASSVS ES PRO NOBIS, adſcribens nimirum paſſionem ſanctiſſimæ Trinitati: de quæ his litteras ſcripſit ad Acacium Conſtantinopolitanum Episcopus: Quo quidem portento edito, ſe primò detexit eſſe Eutychianum, dum vnam in Chriſto affirmabat eſſe naturam: & cum diceret carnem de cælo allatam, in Verbum eſſe conuerſam, ſe eſſe docuit ſectatorem Apollinaris: cum verò eque Patri, ac Filio, Spirituique ſancto paſſionem coniungeret, planè Sabellianum ſe aperuit, aſſerens vnam tantam totius Trinitatis eſſe perſonam: ſicquæ maiori cumulo redderet proſcriptum diu antè nefandum Theopachitarum errorem, excitans & blasphemias Marcionis, Valentini, Manetis, & aliorum iam diu antè eiectionum hæreticorum.

Hæc autem vbi audierunt Orthodoxi Episcopi Orientales, horreſcentes tot blasphemiarum inuolucrum inſtar ſerpentum mutuis ſpiris inter ſe inuicem glomerantium, continuo exclamauere. Sed & Acacius Episcopus Conſtantinopolitanus ſimulac ad ſe ſcriptam ab ipſo Petro audiuit horrendam blasphemiam, quantumlibet eidem Petro non nihil ſtudiſſet, tamen ad dementem hominem curandum, congregauit Conſtantinopoli Concilium Episcoporum, vbi ab omnibus inſanus ille Petri damnatus fuit error. Meminit eiudẽ quoque Synodi Conſtantinopolitani ab Acacio celebratæ Felix Papa in poſteriori epistola ad ipſum ſcripta. Extant adhuc & epistolæ à diuerſis Episcopis ad eundem impoſtorem protinus datæ: & inter alias quæ ſcripſit Antheon Episcopus Arſeniotis in Ægypto, cuius eſt exordium: Multum valde anguſtius ſum ſuper te, frater honorandiſſime; quoniam per te magnus oritur ſcandalum, &c.] meminit de ipſius ad Acacium, quibus aſtruebat hæreſim, litteris.

SYNODVS CONSTANTINOP. ONTRA PETRUM TRVMCNA-PHEVM. Habetur o. 2. Con. in veteri editione in exordio Quinſy-nodi in recenſione edita in Felice Papa. habet caſum citatus ſuperius codex Vaticanus.

Scriptit etiam ad eundem Petrum Fauſtus Episcopus Apollonidis, necnon Pamphilus Episcopus Abydorum, aliàs Amidenorum, ab Acacio Episcopo Conſtantinopolitano, vt id faceret, perſuaſus: nam inter alia: Multa (inquit) triſtitia repletus hæc tibi addo ſimul

Annal. Eccl. Tom. 6.

K k 2

cum

CHRISTI
483.FELICIS PAP.
I.ZENONIS IMP. IO.
ODOACR. REG. 8.

cum Acacio inducente me ad hoc ipsum, &c.] Sed & Afclepas Tralliarum Antistes id ipsum nauiter operatus est, scribens pariter ad eum epistolam, cuius est principium: Ecce, carissime, repletus est mundus scandalo, &c.] Acacius quoque, qui auctor illi extiterat resumenda sedis Antiochenae, facti sero poenitens eundem Petrum grauissimis admonuit litteris, quae sic incipiunt: Obstupuit caelum, & tremuit terra: mota sunt autem & fundamenta sanctae Dei & Apostolicae Ecclesiae: luctus & ploratus apprehendit sacerdotes Christi in his quae ego & sancta Synodus hic secundum Dei nutum congregata audiui fieri à te, frater] & quae sequuntur. Qui autem post epistolam subiiciuntur in codice anathematismi, non sunt ad Acacij epistolam spectantes, sed ad epistolam Quintiani Episcopi Asculani, ut praefert Vaticanum Latinum peruetus exemplar, in quo & dictae epistolae emendatiores leguntur, quam in secundo tomo Conciliorum, ubi editae reperiuntur cum aliis ab Occidentalibus ad eundem datis.

ROMANA
SYNODVS
IN CAUSA
PATRICIAE
THEL

Tantae autem blasphemiae tonitruus, qui Orientem feriendo concussit, non sine horrore in Occidente auditus est. Cum & Romanae urbis Felix Antistes super vniuersum gregem inuigilans his quantocyus occurrere festinauit, collectaque Synodo nefandum damnauit errorem, scripsitque ad eundem Petrum litteras, quibus eius singulas blasphemias confutauit: sed primo cum luctu ita exorditur: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? &c.] in fine autem de collecta Synodo meminit verbis istis: Hac tibi scripsi vna cum praesenti Synodo conueniens te coram Deo & sanctis Angelis, ut ea doceas, & nobiscum sentias, ut illibata fides nostra permaneat ad gloriam Dei.] Addidit & post has alias commonitorias litteras, ut idem Papa testatur in sententiae libello aduersus eundem Petrum conscripto: sed cum has omnes desposisset, damnationis in eum sententiam irrogauit, ut suo loco dicemus.

* Estat apud
Rom. Concil.

At non Felix tantum in Occidente, sed (ut dictum est) & Quintianus magni nominis Atulanus Episcopus id ipsum praestitit scribens & admonens nefarium Petrum de illatis ab eo in Deum blasphemias. est eius epistolae exordium: Multifariam multisque modis à veritate, carissime, declinasti, &c.] post multa autem duodecim apposuit anathematismos, qui sic se habent:

Omnis qui dicit vnam naturam Dei Verbi & carnis, non duas vnitas indiuisasque, damnatur.

Si quis confundit duas Christi naturas, dicens Deum passum carne, & non passum Christum carne, secundum Apostolum, damnatur.

Si quis impassibilem & immortalem Deum Verbum dicit conuersum in passionem & mortem, & non hoc reddit eius carni, damnatur.

Si quis nomen Trifagion, hoc est, ter sanctum, dicit propter nos crucifixum, & non Dominum Iesum Christum Filium Dei vnigenitum, damnatur.

Si quis post vocem ter sanctam, Deum dicit crucifixum propter nos, & non potius vnum Filium, cui in medio ter sanctae vocis hymnus dicitur, damnatur.

Si quis hominem dicit qui pro nobis crucifixus est, siue Deum, diuidendo naturas, & non eas copulando in crucifixione eius, damnatur.

Si quis dicit duas personas, seu substantias, & non potius duas naturas in vnam personam & vnam substantiam concurrentes, damnatur.

Si quis alterius substantiae dixerit carnem Domini à carne nostra, & non potius nobis consubstantialem absque peccato, damnatur.

Si quis Deum hominem, & non magis Deum & hominem dicit, damnatur.

Si quis dicit creatum Patris Verbum, & non magis eius carnem, damnatur.

Si quis dicit consubstantialem carnem Domini Deo & Patri, & non potius Deum Verbum, damnatur.

Si quis dicit sine mente & sine anima Dominum nostrum Iesum Christum, & pro ea habuisse diuinitatem, & ex hoc dicendum passum carne Deum, & non magis mentem cum anima rationali humanatum Deum Verbum, & impassibilem dicendum eundem diuinitate, humanitate verò passibilem, damnatur.] haec Quintiani anathematismi. Qui autem apud secundum tomum Conciliorum post hos duodecim sequuntur octo alij anathematismi, non sunt Quintiani Episcopi Asculani, sed Afclepiadis Trallensis Antistitis, ut apparet ex codice Vaticano: non enim plures quam duodecim fuerunt Quintiani anathematismi, de quibus ipse mox ista pergit dicere:

Has

CHRISTI
483.FELICIS PAP.
I.ZENONIS IMP. IO.
ODOACR. REG. 8.

Has duodecim damnationes direxi tibi, ut metuens horum iudicia, recedas à tua callidissima nouitate: Sciens quia oportet nos sequi relationem sanctissimi Episcopi Constantinopolitanae Ecclesiae Procli: quomodo cum in Campum concurreret cum omni populo suo inundante pro terrae motu, eadem fluctuante ciuitate, & luctu ab omnibus emisso, repente puer in aëra à quadam virtute eleuatus est, cuique preceptum est, ut in Litaniam diceretur Trifagion, hoc est, Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis. & haec denunciare Episcopo iussus est, qui per tres horas stetit in tribunali circa pedes eiusdem Episcopi. & hoc narrauit puer. Et istam Litaniam facientibus, steterunt illi terrores. Sic itaque & tu Litaniam facito, & cessabit à te ira prolata: alioquin veniet super te Felicis Papae nostri damnatio. Custodiat autem Deus Mundum à scandalis nunc & semper & in saecula saeculorum. Amen.] haec de his Quintiani epistola reddita ex codice Vaticano: quae licet suo loco, eo anno quo acciderunt, fuerunt enarrata; ob prodigij excellentiam haud piguit ex eiusdem Quintiani epistola hic repetere. Sequebatur in codice post Quintiani litteras epistola Iustini Episcopi in Sicilia ad eundem Petrum blasphemum data, quae incipit: Oportet armari militem aduersus hostem, &c.] ubi post nonnulla hanc salubrem admonitionem apponit: Quiesce ergo ab hac impietate saeuissima, non adicias scandalum, & non eris causa perditionis simplicium hominum: ne forte Pontifex noster Felix secundum canones te condemnet: & nihil tibi proderit dicenti: Ego bene haec apposui, dum Crucifixum in voce Trifagion sum confessus, &c.]

Sed in eodem codice Vaticano extat epistola Flacciani Episcopi Rhodopenensis haecenus nusquam edita. Fuisse hic vnus videtur ex illis Episcopis qui ex Aegypto Romam cum Ioanne Alexandrino venerunt, atque Romano Concilio interfuerunt. habentur in ea nonnulla suo ipsius exordio, quomodo hic nefarius deceperit Acacium Constantinopolitanum Episcopum, ut restitueretur in sedem. Reddamus hic aliqua ex ea, ab ipso epistolae initio inchoantes, quod est huiusmodi:

Venatores bestiarum iracundia non terrentur, neque sanguineis earum oculis perturbantur, sed potius ex aduerso prouocant eas qui confidunt in iaculis, quae secum habere noscuntur: Et veritatis indagatores non metuunt Regum & Principum haereticorum iracundias, nec qui inflammant in subuersionem oculos suos, sed accedunt ad eos viriliter, si quo modo possint ex iis cibum Deo venari, cum faciunt furorem cessare eorum quem habent de mala conscientia, si quando sancto Spiritui reluctantur. Hirundo dum non praeualet in hieme consistere, apprehendit ea loca ubi tranquillus aër est: & pij viri haereticorum fluctus respicere non valentes, illuc confugiunt, ubi fides temperata consistit.] Praefatur ista Rhodopenensis, quod in adeo horrenda tempestate, qua Oriens obriguisset algore perfidia, ipse Romam ad Apostolicae sedis tranquillitatem instar hirundinis commigrasset. Sed quomodo ipse feram bestiam se appetere dicat, eiusmodi eum exagitans inuectiua demonstrat:

Quis est igitur qui procillas excitauit haesum, nisi tu qui sollicitasti aures Principis innocentis, & falsis litteris cor Pontificis erexisti, id est Acacij, ut ad communionem te susciperet, dicendo: Non mihi fiat ulterius crucem apponere Trinitati, predicando tantum Christum crucifixum. Cui enim non videatur errare sermo impudentiae? Vbi ergo ex hoc declinans, remaneam non susceptus à vobis? Et ubi sunt viscera Christi ad Petrum? sunt haec verba olim scripta ab ipso Petro ad Acacium, cum se simulauit Catholicum esse, ut receptus in communionem ab ipso, sedem ex qua exciderat, recuperaret. Pergit verò Flaccianus: Haec & alia similia dicens, non audis baculum exactoris: institisti in proposito tuo, vniuersisque errores distribuis. At enim cribratus es canonicè à Praesulibus nostris, id est, à Principe Apostolorum Petro, cui Dominus ait: Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelo. At nec hoc meruisti, ut per dignam poenitentiam relaxeris, in temetipsum statuens ut perseueres in hac damnatione: Sed in hac vita spem habes tantummodo sperare in Principibus, ut redeas ubi digne eiectus es à sancta sede; ideoque perfectius es miserabilior omnibus hominibus, tamquam minimè desiderium habens ad Deum viuum & eius regnum caelorum. Verumtamen noli frustra puluere dealbari, quia irregulariter sacerdotij principatum arripuisti: neque inflexis aduersus nos pie recteque praedicantes, &c.] pergit ipse plumbus & quidem fortiter confutare eius blasphemias.

Cum enim inter alia profiteretur Petrus praeter omnibus haereticis Arium detestari: ostendit ipsum eadem sentire cum Ario: nam cum interdum excusando diceret, se non affirmare

EPISTOLA
FLACCIANI
EPISC. RHODOPEN-
SIS
AD PETRUM.

* Mat. 16.

PETRVS SV-
LO DEPR-
GITVR
ARIANVS.

Annal. Eccl. Tom. 6.

Kk 3

Trinita.

Trinitatem esse crucifixam, sed vnam ex personis eius, nempe Filium tantum; ad hæc ipse: A Cur (inquit) abhorres Arium, ut putes non quæ sunt illius sapere? Vbi apud te Consubstantialitas inuenitur, quæ apud illum nequaquam suscipitur? Dixisti enim: Vnum Trinitatis reor passibilem, sed non Patrem, nec Spiritum sanctum, sed Filium Dei. Ecce factus es Ariana hæreseos à temetipso conuictus, cum hoc Arius dixerit: Quia si passibilis est Filius, Pater verò non, quomodo consubstantialis?] Ad postremum verò post eruditam satis aduersus eum in longum productam disputationem hæc habet: Resipisce, vigila, ne permanes in iudicio Patrum: scis enim, quia neque Reges, neque potestates, neque principatus soluere te poterint hoc vinculo, nisi conuictus relinquas temporalem dignitatem, sed easque tanquam Iob super fordes extra ciuitatem. Hæc est ad te mea saluatio secundum Deum in Christo circa te, non secundum homines.] hæc tenus ipse.

Porro scripta ista ab eo ad Petrum videtur epistola, cum iam ipse Petrus à Felice Papâ damnatus esset: id enim significasse illis visus est verbis: Cribatus es canonicè à Patribus nostris, id est à Principe Apostolorum, &c.] cum videlicet auditis ad eum horrendis in Occidente blasphemis, simul cum Romano Pontifice qui collecti fuerunt Romæ Episcopi, aprum illum siluestrem diuinæ Scripturæ & sanctorum Patrum scriptis appetuere, confodereque illato in eum ab omnibus anathemate, obnitente in primis in eundem ipso Romano Pontifice. Extat prolata in Petrum ipsum blasphemum Felicis Papæ sententia in dicta Romana Synodo quadragintaduorum Episcoporum hoc anno habita, quæ sic se habet: *

* Extat Rom. 1. epist. Æcere. Rom. Pont. 2. tom. 2. Cæcil. FELICIS PAP. PAR SEN- TENTIA DE DAMNATIONE PER TRIANTIO- CHENI. * Euagelisticis

Quoniam pestiferis doctrinis imbutus, & impietate verborum, non curasti sequi præordinos sanctos Patres, qui sedem beatæ memoriæ Ignatiij gloriosi martyris ordinauerunt: quo etiam cum sis indignus, nescio quemadmodum adeptus fueris principatum, & sceleribus tuis profanis, impiisque dogmatibus inferre putaueris Ecclesiæ Catholicæ nouitatem, vt non propter nos Christum crucifixum dicas, sed passionem impassibili Deo iniquissimè intulisti, & immortalis Spiritui mortem apponere præsumpsisti: Nec exterritus es, quæ tibi à sanctis Euangelis & Apostolis & viris probatissimis & beatissimis Patribus tradita sunt, sed callidis hæc commentis astruere, & sensum proprii languoris, & huius hæreseos scandalum simplicioribus inculcare, ita vt nec similis prioribus videatur hæresibus, sed multipliciter potius hæc transcendat: Nec ambulare in veritate, nec nostris duabus epistolis aurem voluisti accommodare.] Vides duas præcessisse epistolas à Felice datas, præter alias ad eundem à prædecessoribus scriptas: & antequam sententiam in eum ferret, à Simplicio Papa antea condemnatum. Sed pergit:

ISTA PER- ULLITVR BENTEN- TIA HAB- RESIA R- CHA.

Nunc igitur sum exorsus aduersus te proferre sententiam (magis autem Princeps Apostolorum Petrus, qui inter sanctorum Apostolorum præconia præco veridicus est) & non solum aduersum te, qui eius nomini non consentis, neque fidei parem te esse cognoscis, quoniam ultra modum ab eius intentione recta inuolabili fide deuiasti, sed etiam aduersus eos qui non erubescunt Euangeliorum venerabiles characteres, neque horum sequacium Apostolorum perfectorumque virorum doctorum sermones, inconstanti sententia, iniquis traditionibus tuis incumbunt, ita vt malæ sectæ detestabiliter re vera sequantur amaritudinem, nec huiusmodi execrabilem auersantur impietatem. Dicimus ergo tibi, sicut etiam illis: Quoniam dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis quam loqui æquitatem: dilexisti omnia verba præcipitationis & linguam dolosam: propterea destruet te Deus in finem, non solum ab Antiochenæ Ecclesiæ sede, sed etiam ab omni ciuitate.

* Psal. 51.

DAMNATVS AB OMNI- BUS PETRVS ANTI- OCH.

Etenim sit in te hæc fixa damnatio à me & ab his qui sub me constituti Episcopales sedes gubernare noscuntur, & Acacio Constantinopolitanæ Ecclesiæ pastore, & venerabilibus Episcopis eius iuri subiectis, tamquam & ipsis minimè consentientibus tuis commentis. Sic aliquando siquidem dixisti, Trinitatem propter nos crucifixam, & non Christum: Aliquando verò immortalem Spiritum, Manichæi secutus errorem: Aliquando autem hæc fugiens, nostrorum sermonum pignoribus increpatus, Christum post immortalem Spiritum passionem sustinuisse dixisti, sicut Paulus Samosatenus & Nestorius, vnum Filium diuidentes in dualitatem Filiorum. Et cum his putasti non immorandum, ad peiora venisti, vt hymni, quos Cherubin cum tremore Trinitati incessanter emittunt, ad Trinitatem glorificandam non referantur; sed vt totus hymnus ad Filium deducatur, confirmare volens sententiam velut cancrum serpentem, quam aduersus simplices extulisti: & hinc in omnium hæresum laqueos præcipitatus es, à veritate declinando, nec prædicando

* hic QUOS SIT SECTATVS HÆRETI- COS PETRVS.

A cando propter nos Christum crucifixum vnigenitum Dei Filium, qui in medio Patris & sancti Spiritus glorificatur.

Quid enim hoc erit damnabilis, quam cum à vobis Pater & Spiritus sanctus fiat gloriosus, calumnia Seraphin inferatur, quam cum non Trinitatem glorificare credatur, cum dicit, Sanctus, sanctus, sanctus, sed solam personam? Quæ infernalis hæresis ita crudeliter vt vos, inuerecunda fuit? Verum tamen adhuc in ista discurrentes nouitate, vsque ad fundamenta blasphemiarum Dei pertingitis: Filium Patrem & Spiritum sanctum dicentes, Sabellium sectamini, & confusionem inducitis, & Trinitatis confessionem pariter abnegatis, in qua baptizati sumus & credimus & fatemur. Qui ergo non lugeat talia dicentes de sancta & inuolabili Trinitate: Hoc mihi valde conuenit allegare, & planctum sufficienter effundere, cum in hoc simplicium animæ fuerint captiuatæ, quæ tam rem impiam diuulgauerunt: quos etiam extraneos iudicamus à recta fide, Ecclesiæque Catholica, & communione gloriosissimi nostri Principis Petri, qui à clauis regni cælorum à nostro Salvatore percepit.

* Mat. 16. BLASPHE- MIA ADI- CTA HYM- NO.

Qui ergo voluerint esse communicatores Apostoli, eius quoque doctrinam sequantur, docendo & credendo Christum propter nos crucifixum, neque eum negando sicut Petrus, qui nuper damnatus est, eò quod prauè & nefariè in hymno Trisagion nouiter introduxit, Qui crucifixus est propter nos. Scientes quia non Trinitatem crucifixam ab Apostolis accepistis, neque Patrem, neque Spiritum sanctum, nisi carnem Christi, Filium Dei vnigenitum solum. Igitur fugite ab huiusmodi communione sacrilega, & ero vester socius atque comunicator, & vos quoque mei, peste dolosa à vestra rectitudine procul expulsa. Custodite, Christi discipuli, mei autem filij, traditiones, quas à sacris voluminibus accepistis.] hæc tenus excommunicationis in Petrum & eius sectatores sententia missa in Orientem.

C Adiecit his litteras Felix Papa ad Zenonem Imperatorem, monens eum vt caueat à comunione Petri iam iudicio Ecclesiastico condemnati. ipse autem sic se habent, vt in reſeria Romanum Pontificem decuit:

* Fel. epist. 1. tom. 1. epist. Rom. Pont. FELIX PAPA EXCI- TAT ZENONEM CONTRA PETRVM.

Conuenit, tuæ clementiæ rerum ordinem nunciare gestarum pro tranquillitate Imperij serenitatis tuæ. Et oro suscipias precem meam, ac si ipse præfens essem benignis auribus ruis, vt Christianissimus Imperator; & nequaquam arbitretur pietas tua illum puro vos corde diligere, quicumque te pacem cum Deo habere non vult. Quoniam verò fideliter credidisti, nec ambigis, & temporalis solij potestatem & æternæ vitæ retributionem superno ex momento pendere: per nostram etiam paruitatem dignare suscipere venerabilem ac diuinam beatissimi Petri confessionem; Apostolorum scilicet Principis, cui & regni clauis à Salvatore tradita sunt: qui etiam præparabit Christianissimo Imperio vestro

* Mat. 16.

D locum in cælo cum sanctis Angelis: qui que immutabilem & immaculatam fidem in Dominum nostrum Iesum Christum Dei Filium vnigenitum primus exponens, à Salvatore ipso beatus dictus est. Nam cum ipse dixisset ad Dominum: Tu es Christus Filius Dei viui: ab ipso audire meruit: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cælis est: & super istam confessionem ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.

* Matth. 16. PETRI CON- FESSIO NE FIDES STA- BILITA.

Cum ergo Saluator dixerit, quod portæ inferi non præualebunt aduersus ipsius Ecclesiam, vt ab ea ipsius denominationem tollant, quæ dicitur Christus Iesus & Dei omnipotentis Filius: Petrus Fullo primogenitus & diaboli filius, qui sanctæ Antiochenæ Ecclesiæ indignissimè se ingressit, sanctamque sedem Pontificatus Ignatiij martyris polluit, qui Petri dextera Episcopus ordinatus est, Eustathiique confessoris ac præſidentis trecentorum decem

E & octo Patrum qui in Nicæa conuenerunt, ausus est dicere, non oportere Christum etiam Dei Filium nominare secundum diuinam Saluatoris sanctionem & traditionem diuinam Scripturarum, Patrumque expositionem, sed vnum de Trinitate passionem pro nobis pertulisse in substantia Deitatis, iuxta Arij, Apollinaris, Eunomiique blasphemiam, volens hac voce euacuare salutarem Domini incarnationem, secundum quam Christus & passionem subiit (dicitur enim vnus ex nobis, qui Abraham semen apprehendit) Augere quoque Deorum pluralitatem nititur: quippe sensus eius tres introducit Deos, vnum mortuum, duos viucentes. Soluit etiam Consubstantialis nomen, sacrasque abiicit Synodos Nicænam, Constantinopolitanam, & Chalcedonensem: sanctam quoque Mariam Virginem nequam admittere deprehenditur: Si enim non ex ea Verbum incarnatum homo factum est: quæ necessitas Virginis? & quare ad eam Gabriel: Quod ex te nasceretur sanctum vocabitur Filius Dei, & dabit illi Dominus Deus sedem David Patris eius?

* Hebr. 3.

Post

DE BLAS-
PHEMIA
TRISAGIO
ADDITA.

Post hæc autem omnia impia, & blasphemiarum præsumpta, & deprauationem Trifagiarum deprecationis, cum illi addere voluit: Qui crucifixus est pro nobis: multa inconuenientia effecit, multumque à nobis & in Christo dilectis fratribus nostris qui in Oriente sunt, & à venerabili Acacio vestrarum regalis & à Deo amata ciuitatis Archiepiscopo admonitus, conuerti noluit. Quapropter nunc sancta Dei Ecclesia maternis te vocibus, utpote ad excellentem eius filium alloqui non cessat: O à Christo amate Imperator, meæ venerabilitatis vinculum, in quo multitudines Fidelium constringuntur, dissolui non permittas. Domini autem Christi & vnigeniti Filij Dei laudationem transgredi non permittas, quæ & vestram ciuitatem periclitantem saluauit: sed tamquam Angelorum traditionem indeprauatam conserua, & Petrum Arianæ superstitionis sequacem ab Ecclesia Antiochena expelle.

* Mat. 16.
* 1. Cor. 2.

* Lanciatur

Qua ex causa Petrus scidit vestem meam desuper contextam? Deus & Pater mandauit B Principi Apostolorum, quid vocarent Filium. Eius vnigenitus Filius in confessione primi Apostolorum fundauit me. Sanctus Spiritus quotidie testatur mihi dicens: Non iudica te scire aliquid, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Si autem inimici, increduli, insidiatores qui extra vitam sunt, & qui vnigenitum Filium Dei mactauerunt, lapidauerunt, & ligno crucis affixerunt, vestem suam non diuiserunt; & Petrus fidei meæ vestem dirupit? Portæ inferi non præualuerunt aduersus me; & Petrus tentat meos muros demoliri?

Ego, piissime Imperator, te de Imperio expulsam rursus introduxi, & malignos & inobedientes meis diuinis dogmatibus dedi pro sepultura tua, viam quoque potentia aperui ante te, inimicos tuos percussit vnà cum iniquo eorum dogmate, antiquam potentiam exquisiui tibi à Deo in altis regnante, ex quo & regnare sumpisti.

Respice ad prædecessorem tuum piissimum Imperatorem Marcianum, & illius fidem libenter amplectere: Hæreticam tyrannidem Petri quam citissime eradica: Valentini & Eutychetis discipulum expelle & à ciuitate simul & Ecclesiastico regimine, & à dignitate hierarchica deiectum esse sancito.

* Aeschinum
Hortatur
Felix Zenonem, ut
Petrum
pellat.

Conspice, sanctissime fili & Imperator inuidissime, qualis in Chalcedonensi Synodo indubitabilis defensio fuit, & quibus expugnauit Eutycherem, & diuulgationes hæreticæ doctrinæ Petri expeditas. Hæc legat sancta Dei Apostolica & Catholica Ecclesia, ut ab ipsa propter prædictas causas depositum ad communionem non suscipias, sed per diuinos apices vestrarum serenitatis ab Antiochiæ confinio propellite. Pro ipso autem constituite virum operibus sacerdotium ornantem, custodemque diligentem sanctæ Chalcedonensis Synodi, & eorum quæ in ea firmata sunt. Omnipotens Deus custodiat vestram potentiam in pace semper.] hæc Felix Papa ad Zenonem Imperatorem hoc quidem anno (vt dictum est) cum adhuc non esset Acacius ab Apostolicæ sedis communionem reiectus, quod fieri contigit anno sequenti. Cur verò de restitutione Calendionis nihil penitus Felix agat; puto quidem rem interim dissimulatam fuisse, quod ille, licet per calumniam, vnà cum aliis maiestatibus criminis factus reus, digno (vt apparebat) prætextu fuisset expulsus.

* Plures
Synodi
Rom. actio
nes.

Ad hæc autem omnia de Petro hoc anno sub Felice Papa conficienda, plures Synodi habitæ esse noscuntur. Actio, in quibus primò scriptæ fuerint litteræ admonitionis ad Petrum: in dicta enim ad eum data tunc epistola de Synodo ea de causa congregata mentio habetur, post quam alia secuta sunt eiusdem Pontificis ad Petrum ipsum litteræ eum iterum admonentis. Postremò verò illa celebrata est Actio, in qua recitata nuper est in Petrum lata sententia: diutius enim detenti Romæ ea de causa Episcopi fuere: nisi velimus dicere ad aliam Synodum iterum eos vocatos Romam eodem anno fuisse. Quæ autem Antiochiæ inter hæc acta sint, in compendio nuper citato ista leguntur: Dum Acacij scripta legerimus, quæ de Petro & Ioanne Antiochenis ad Papam miserat; excessus Acacij etiam in hac causa grauissima deprehenditur.

* Etenim
De Acacio
recipiend
teet pro-
mouente
quod sdam
navit.

Denique memoratus Petrus Ioannem quemdam presbyterum ordinauit Apameæ Episcopum; à quibus non receptus, venit Antiochiam, & Petrum Episcopatus sui pellit auctorem, & inuadit eius Ecclesiam: quos simul iterum damnatos dicit Acacius, petens ab Apostolica sede, ut si ad eam fortè confugerent, nec visu dignos haberet: sed si fortasse iam aliquam indulgentiam impetrassent, irritam esse debere, nec eorum poenitentiam recipendam esse. Quod cum factus Ioannes Alexandrinus Episcopus relegisset, tacere non potuit; quod illum Ioannem, quem Acacius damnauerat cum Petro, & sine remedio poenitentia fecit ab Apostolica sede damnari, post tot damnationes Tyriorum miserat

A ferat Ecclesiæ præsidere.] hæc ibi; quæ gesta esse ante decretam in Romano Concilio legationem, auctor ostendit. Habet hæc etiam de damnatione Petri atque Ioannis Antiochenorum intrusorum Antistitem, deque Acacio promouente ad Tyriæ Ecclesiæ Episcopatum eundem Ioannem, Liberatus Diaconus: eademque exactè explicata habentur in litteris Felicis Papæ anno sequenti datis ad clericos & Archimandritas Constantinopolitanos, vbi etiam legitur, Ioannis ordinationem in Episcopum Tyri factam esse ab Acacio anno sequenti, cum de ipso ceptum esset Romæ agitari iudicium. Quæ autem hæc secuta fuerint, dicemus suo loco. Iam verò in Occidentem clamor persecutionis in Africa excitata nos reuocat.

* Liberat.
Dicitur in Breth.
c. 18.
* Felice, epist.

Hoc enim anno, qui secundus numeratur ab eo tempore, quo de ventura persecutione in Ecclesiam Africanam ostensa sunt recitatae superius diuinæ prædictiones, cepta est eadem prouincia dirè ab Hunerico Vandalorum Rege exagitari: quod & data à Felice Papa hoc anno (vt vidimus) litteræ ad Zenonem Imperatorem significant. Quæ igitur hoc anno, quæ sequenti gesta sint, ex Victore, qui aderat, prosequemur: sic enim exorditur: Cæsar primò tyrannus iussione terribili, vt nemo in eius Palatio militaret, neque publicas ageret actiones, nisi se Arianum fecisset. Quorum ingens numerus, ne fidem perderet, militiam temporalem abiecit. Quos postea domibus proiectos, omnique substantia spoliatos, in insulas Siciliam & Sardiniam relegauit.

PERSECUTIO IN ECCLESIA AFRICANA.

* Victor de persecutione Vandalorum lib. 2.

Quodam tempore statuere per totam Africam festinauit, vt nostrorum Episcoporum defunctorum filcos sibi substantiam vendicaret: qui autem defuncto succedere poterat, non antè ordinaretur, nisi filco regali quingentos solidos obtulisset. Sed hoc ædificium vbi construere nisus est diabolus, statim illud destruere dignatus est Christus.

* Quo eodem vendicasset spolia Episcoporum Vandalicis piscibus rapit.

C Suggesterunt ei domestici sui dicentes: Si istud firmauerit præceptio vestra, nostri Episcopi in partibus Thraciæ & aliis regionibus constituti peiora incipient pati.] Quod igitur hæc ipsi via præclusa esset; ne quid contra ius factique in Episcopos Catholicos agere videretur, quibus permotus Zeno Imperator eadem in sibi subditos Arianos Episcopos irrogare potuisset, aliis dignis sibi visis prætextibus & iustis apparentibus causis persecutionem adornare conatus est, mirum inquirere dirisimilis quæstionibus si quæ reperire posset crimina Episcoporum, sed qua id arte quæserit, ex eodem Victore audi:

Præcepit (inquit) deinde sacras virgines congregari, dirigens Vandalos cum suis generis obstetricibus ad inspicienda & contredanda contra iura verecundiæ verecunda pudoris, vbi nec matres aderant, nec aliqua matronarum: quas cremantes graui suspendio, atque ingentia pondera pedibus alligantes, laminas ferri ignitas dorso, ventri, mamillis, & lateribus apponebant. quibus inter supplicia dicebatur: Dicite quomodo Episcopi vobiscum concubant & clerici vestri. Quarum acerbitate poenarum plurimas tunc scimus extinctas esse: aliarum quæ remanserunt, cutibus arefcensibus, factæ sunt curuæ. Nitebatur enim semitam inuenire, percuius aditum publicam, sicut fecit, faceret persecutionem. Et ita faciens, nullo modo inuestigare potuit, quomodo Christi Ecclesiam macularet.] Cum igitur nihil inuentum esset, vnde hæc ex causa persecutionem posset inferre, nec quiescere valeret animo, quem furor & crudelitas assiduis stimulis ad cladem Orthodoxorum impellerent; iam vi agere ceptit, quod iure explere quomodo posset non inuenit; sicque persecutionem auspicatur acerbam satis, quam Victor cernens lugubri profecutus est stylo, cum ait:

ENORMIS ET DIRA QUÆSTIO DE SACRIS VIRGINIBUS.

E Quibus autem prosequar fluminibus lacrymarum, quando Episcopos, presbyteros, diaconos, & alia Ecclesiæ membra, id est, quatuor millia nongenta sexaginta sex in exilium eremum destinauit? in quibus erant podagri quamplurimi, alij propter ætatem annorum lumine temporali priuati. In quorum numero beatus Felix Abdintanus Episcopus habens iam in Episcopatu quadragintaquatuor annos, qui paralysis morbo percussus nec sentiebat quicquam, nec penitus loquebatur. De quo nos maxime cogitantes, quod non posset iumento portari, vt à suis Rex peteretur, vt saltem eum properè moriturum Carthagini esse iussisset, quod ad exilium nulla posset ratione perduci. Cui ita fertur tyrannus cum furore dixisse: Si animali sedere non potest, iungantur boues indomiti, qui cum colligatis funibus trahentes perducant vbi ego præcepi. Quem extransuerso super burdonem vinctum, quasi quemdam ligni truncum toto itinere portabamus.

FELIX EPISCOPUS PARALYTICVS COGITVR SVBIRE EXILIVM.

Congregantur vniuersi in Siccensem & Larensem ciuitates, vt illuc occurrentes Mauri sibi traditos ad cremum perduxissent. Superuenientes igitur Comites duo subtilitate damna-

ORTHODOXORVM PLVRIMORVM EXILIVM.

damnabili blandis sermonibus cum Dei confessoribus agere cœperunt: Quid vobis (inquunt) videtur, vt ita pertinaces sitis, vt domini nostri præceptis minimè obtemperetis, qui cise poteritis in conspectu Regis honorabiles, si eius festinetis facere voluntatem? Statim illis clamantibus & dicentibus ingenti vociteratione: Christiani sumus, Catholici sumus, Trinitatem vnum Deum inuiolabilem confitemur: includuntur grauiori quidem, sed adhuc latiori custodia, vbi nobis copia dabatur & introire, & verbum admonitionis fratribus facere, & diuina mysteria celebrare. Ibi & infanuli fuere quamplurimi, quos genitrices materno sequebantur affectu, aliæ gaudentes, aliæ retrahentes: aliæ gaudebant se martyres peperisse, aliæ inuitos diluuiò rebaptizationis nitentur à confessione fidei reuocare. Nul- lum tamen tunc nec blandimenta vicerunt, nec carnalis pietas aliquem inclinauit in terram. Nam quædam quid tunc fecerit anus, breuiter referre delectat.

CHRISTIANAE TEM-
NAE EGREGIUM EXEM-
PLVM.

Dum iter ageremus cum Dei exercitu comitantes, & fortè magis noctibus promoueremur propter Solis ardorem: conspicimus mulierculam sacculum & alia vestimenta portantem, manu infantulum vnâ tenentem, atque his sermonibus consolantem: Curre, domine meus: Vide vniuersos sanctos, quomodo pergunt & festinant hilares ad coronas? Quam cum nos increparemus, quòd importuna videretur, aut viris pro sexu iungi, aut exercitui Christi sociari. Respondit: Benedicite, & orate pro me, & pro isto nepotulo meo: quia etsi peccatrix, filia sum quondam Zuritanæ ciuitatis Episcopi. Cui nos: Et qua ratione de tam longo itinere huc pergere demonstratis? Quæ respondit: Cum hoc seruo vestro paruulo ad exilium pergo, ne inueniat eum solum inimicus, & à via veritatis reuocet ad mortem. Ad hæc verba repleti lacrymis, nihil dicere valuimus, nisi vt voluntas fieret Dei.

Exod. 15.
* inuenit
CONFESSORIS ANGU-
STIATARI-
CTO CAR-
CERE.

Sed vbi aduersarius, qui iam fortè dicebat: Participabor spolia, replebo animam meam, interficiam gladio meo, dominabitur manus mea: nullum potuit occupare: incurrit angustia & terribilia loca, in quorum conclauius Dei exercitum coarctaret. Tunc eis etiam visitationis humanæ negata consolatio. Puniuntur & custodes fustibus, & grauius affliguntur. Iactantur confessores Christi super inuicem, angustia coarctante, vnus super alium, vt agmina locustarum; & (vt prope dicitur) vt grana pretiosissima frumentorum. In qua constipatione secedendi ad naturale officium nulla ratio sinebat loci: sed & stercora & vrinam, vrgente necessitate, ibidem faciebant, vt ille tunc foetor & horror vniuersa pœnarum genera superaret. Ad quos aliquando, dantes ingentia munera Mauris, dormientibus VVandalis, vix clam admitti sumus intrare. Qui introeuntes velut in gurgite luti vsque ad genua cœpimus mergi; illi tunc Hieremias videntes fuisse completum: Qui nutriti sunt in croceis, amplexati sunt stercora sua.

Hierem.
Thien. 4.

Quid multa? præcepti sunt, vndique perstreptentibus Mauris, ad iter, vbi destinati sunt, preparari. Exeuntes itaque die Dominica, linita habentes stercoribus vestimenta, facies simul & capita, à Mauris tamen crudeliter minabantur, hymnum cum exultatione Domino decantantes: Hæc est gloria omnibus sanctis eius. Aderat enim ibi tunc beatus Pontifex Cyprianus Vnizibirentis Episcopus consolator egregius, qui singulos pio & paterno fouebat affectu non sine fluminibus currentium lacrymarum; paratus pro fratribus animam ponere, & se vltro neum, si dimitteretur, talibus passionibus dare: qui totum quod habuit egentibus fratribus in illa tunc necessitate expendit. Quarebat enim occasionem, qualiter confessoribus sociaretur ipse animo & virtute, confessor: qui postea per multos agones & squalores carceris ad exilium, quod desiderabat, cum exultatione perrexit.

* propter
* Pfil. 149.
DE CYPRIANO EPISCO-
PO ET CONFES-
SORE.
* affatu

Quantæ tunc multitudines de diuersis regionibus & ciuitatibus ad visendos Dei martyres occurrerent populorum, testantur viæ vel semitæ, quæ cum agmina venientium nequaquam caperent, per vertices montium & ima vallium concurrerent turba Fidelium inæstimabilis descendebat, cereos manibus gestantes, suosque infantulos vestigiis martyrum proiicientes, ista clamabant: Quibus nos miseris relinquitis, dum pergitis ad coronas? Qui hos baptizaturi sunt paruulos fontibus aquæ perennis? Qui nobis pœnitentiæ munus allaturi sunt, & reconciliationis indulgentia obstrictos peccatorum vinculis soluturi? quia vobis dictum est: Quicumque solueritis super terram, erunt soluta & in cælis. Qui nos solemibus orationibus sepulturi sunt morientes? A quibus diuini sacrificij ritus adhibendus est consuetus? hæc fuerunt ex præcordiis erumpentes piorum querelæ; quibus intelligis quæ essent muna sacerdotum, & perseverans in tot angustiis in sacris obeundis ac ministrandis Ecclesiæ sacramentis traditio accepta à maioribus, & in posteros iugiter propagata: quibus infelicissimos fugiles nostri temporis Nouatores.

Mat. 16.

DIGNAE
VERBÆ
OCCURREN-
TIUM POPU-
LORVM.

In his

In his vocibus (subdit Victor) & lacrymis nullus iam pergere admissus est consolator; sed arctabatur multitudo ad currendû, vt vbi cannaua erat preparata, laboriosam caperet mansionem. Qui cum senes deficerent & alij fortè etiam iuuenes delicati, cœperunt hastilium cuspidibus ad currendum & lapidibus tundi: vnde magis deficientes, amplius lassabatur. Post verò imperatum est Mauris, vt eos qui ambulare non poterant, ligatis pedibus, vt cadauera animalis mortui traherent per dura & aspera lapidum loca: vbi primò vestimenta, postea membra singula carpebantur: quibus per gladios acutos petrarum huic caput conterebatur, alij latera findebantur, & ita inter manus trahentium spiritum exhalabant, quorum numerum nequaquam valuit colligere, multitudine coercente. Exaltatur tamen per totum aggerem publicum vilis sepultura sanctorum loquentibus tumulis.

CRVDELITAS IN LAS-
SURA MAURIS
RES ADMIS-
SA.

Reliqui habiliores ad solitudinis loca perueniunt: in quibus collocati, hordeum ad vescendum vt iumenta accipiunt. Vbi etiam venenatorum animalium atque scorpionum tanta dicitur esse multitudo, vt ignorantibus incredibilis videatur: quæ solo flatu etiam procul positus veneni virus infundat. Ab scorpionum autem percussu nullum dicunt aliquando emanasse. Quorum feritas virulenta, vsque ad præsens tempus, Christo defendente, nullum seruorum eius nocuisse docetur. Sed cum illic alerentur ordeaceis granis, postea & hoc ablatum est; quasi non poterat Deus, qui pluerat patribus manna, pascere & nunc tali exilio mancipatos.

DVRVM
EXILIUM
ORTHODO-
XORVM.

Cogitat acriora aduersus Ecclesiam Dei, vt qui membra aliqua absciderat, totû lanando perderet corpus. Nam die Ascensionis Domini, legatus Zenonis Imperatoris, Regina præsentem, legendum in media ecclesia Episcopo Eugenio dirigit præceptum, quod etiam vniuersæ Africa veredis currentibus destinauit:

Rex Hunericus VVandalorum & Alanorum vniuersis Episcopis Homousianis. Non semel, sed sæpius constat esse prohibitum, vt in fortibus VVandalorum sacerdotes vestri conuentus minimè celebrarent, ne sua seductione animas subuerterent Christianas. Quam rem spernentes plurimi reperti sunt contra interdictum Missas in fortibus VVandalorum egisse, asserentes se integram regulam Christianæ fidei tenere. Et quia in prouincijs à Deo nobis concessis scandalum esse nolumus: ideo Dei prouidentia cum consensu sanctorum Episcoporum nostrorum hoc nos statuisse cognoscite: vt ad diem Kalendarum Februariarum proximè futurarum, omnia in excelsatione formiditis, omnes Carthaginem veniat, vt de ratione fidei cum nostris venerabilibus Episcopis possitis inire conuentum, & de fide Homousianorum, quam defenditis, de diuinis Scripturis propriè approbetis: quo possit agnosci, si integram fidem tenetis.

EDICTVM
DE DISY-
TATIONE
FACIENDA.

Huius autem edicti tenorem vniuersis Episcopis tuis per vniuersam Africam constitutis direximus. Dara sub die xi. Kal. Iunias, anno septimo Hunerici. Est hic ipse annus: hæc sunt de futura collatione Hunerici mandata fiduciam habentis defecturos omnino Catholicos ab ea quam ipse exigebat probatione, nempe vt ex diuina Scriptura vocem Confabulationis probare possent, quam certò sciret testificatione suorum Episcoporum in diuinis Scripturis expressam minimè reperiri: sicque patefacta fouea videretur, qua vel Catholici fidem quam non probarent ex diuinis Scripturis desererent: vel si perstarent in sententia, oblata iusta videri posset occasio omnes Episcopos Orthodoxos ab Africa expellendi. Quæ autem postea secuta fuerint, & quomodo hæc à pijs accepta, subdit sic Victor:

QVO TEN-
DEBAT HV-
NERICI
DOLVS.

Cognoscentibus igitur qui aderam, simulque legentibus, contrita sunt extemplo corda nostra, & contenebrati sunt oculi nostri, & vere tunc dies festi nostri conuersi sunt in luctum, & cantica in lamentationem, dum edicti tenor indicaret futuræ persecutionis furorem. Et præsertim vbi dixit: In prouincijs nostris à Deo nobis concessis scandalum esse nolumus, quasi diceret: In prouincijs nostris Catholicos esse nolumus. Tractatum est quid fieret. Nullum inuenit remedium imminens calamitas, nisi à S. Eugenio rationabilis (si cor barbarum emolliretur) Suggestenda daretur tali textu conscripta:

Tob. 2.
MAERENT
CATHOLI-
CI.

Quoties animæ vel vitæ æternæ ac fidei Christianæ causa tractatur, intrepide (sicut regalis prouidentia compromisit) necesse est quod competit suggeratur. Nuper potestas regia per Vuitaredum Notarium paruitatem meam admonere dignata est, qui nobis de merito ac religione fidei præceptum eius in ecclesia, præsentem clero & plebe, recensuit: Ex cuius tenore cognouimus ad omnes Coepiscopos meos præceptum regium similiter emanasse, vt die constituta pro disputatione fidei veniatur. Quod nos venerabiliter accepisse suggestimus: debere etiam transmarinarum omnium partium, qui nobis sunt in vna religione vel commu-

S. EUGENII
LIBELLVS
AD HVNERICVM.

CHRISTI
483.

FELICIS PAP.
I.

ZENONIS IMP. IO.
ODOACR. REG. 8.

SYGGESTIO COMMUNIONE CONSORTES, agnoscere: quia ubique regno eius obtemperant vniuersi; maximè A
EUGENII quod totius mundi causa est, non specialis prouinciarum Africanarum tantummodo. Et
EPISCOPI quia secundo responso suggerendum me promisi oblatum; merito suppliciter peto ma-
SARPHAG. gnificentiam tuam, vt ad domini & clementissimi Regis aures memoratam suggestionem
meam perferre digneris; quo eius clementia dignanter agnoscat, nos disputationem legis
cum adiutorio Dei nullatenus declinare vel fugere, sed sine vniuersitatis assensu nos non
debere afferendæ fidei nostræ causas assumere. Quod petimus, vt benignitate qua tantus
est, & iustitia sapientiæ suæ dignetur annuere. Data ab Eugenio Episcopo Ecclesiæ Catho-
licæ Carthaginis.

Sed cum hæc suggestio à beato Eugenio offerretur, ille iam ^a qui conceperat dolorem,
^b vrgebatur iniquitatem grauius parturire: & ita S. viro Episcopo Eugenio per Obadum Præ-
positum regni sui mandasse videtur: Subde mihi vniuersum Orbem terrarum; & sub pote-
state mea vniuersus mundus redigatur: & facio, ô Eugeni, quod dicis. Ad quod beatus Eu-
genius respondit vt potuit: Quod rationem (inquit) non habet, dici non debuit: sic est hoc,
quomodo si dicatur homini, vt per aëra feratur & volitet, quod moris non est humane na-
turæ. Dixi enim: Si nostram fidem, quæ vna & vera est, potestas Regis cognoscere deside-
rat, mittat ad amicos suos: scribam & ego fratribus meis, vt veniant Coëpiscopi mei, qui vo-
bis nobiscum communem fidem nostram valeant demonstrare; & præcipuè Ecclesia Ro-
mana, quæ caput est omnium Ecclesiarum.

Ad hæc Obadus; Ergo tu & dominus meus Rex similes estis: Eugeni Episcopus dixit:
Ego non sum similis Regis, sed dixi: Si veram cognoscere desiderat fidem, scribat amicis
suis, vt dirigant nostros Catholicos Episcopos; & ego scribo Coëpiscopis meis, quia Catho-
licæ vniuersæ vna est cura.] haud quidem hæc ineptè Eugeni: siquidem qui Romano C
præerant Imperio Principes, erant Hunerico fœdere iuncti, Odoacer in Occidente, idem-
que vt ille Arianus, & Zeno in Oriente in Catholicos parum æquus. Sed subdit Victor:
Hæc agebat Eugeni, non quia deessent in Africa qui aduersariorum obiecta resellerent,
sed vt illi venissent qui alieni ab eorum dominatu maiorem fiduciam libertatis haberent,
pariterq; oppressionis nostræ calumnias vniuersis terris & populis nunciaret. Ille autem qui
necessebat dolos, audire noluit rationem, agens argumentationibus crebris, vt quoscumque
Episcoporum audierat eruditos, variis infectionibus agitaret. Iam ad exilium Vibianen-
sem secundo Donatianum; impositis centum quinquaginta fustibus, miserat Episcopum,
necnon & Susetulensem Præsidium, virum satis acutum. tunc & venerabiles Manfuetum,
Germanum, Fusculum, & multos alios fustigauit.

Dum hæc geruntur, imperat vt cum nostræ religionis viris illorum mensam nullus com- D
munem haberet, neque cum Catholicis omnino vescerentur. Quæ res non ipsis aliquod
præstitit beneficium, sed nobis maximum contulit lucrum. Nam si sermo eorum (dicente
Apostolo ^b) sicut cancer consuevit serpere; quanto magis communis mensa ciborum po-
terit inquinare: cum dicat Apostolus: Cum nefariis nec cibum habere communem.] huc-
usque Victor res præsentis anni sua historia est: persecutus: quæ verò sequitur subinfere,
^c 1. Cor. 5. sequenti anno contigisse noscuntur, nosque suo ea loco reddemus.

IESV CHRISTI
ANNVS
484.

FELICIS PAP.
ANNVS
2.

ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

THEODO- I Am voluitur annus Domini quadringentesimus octogesimusquartus, duobus notatus
RICVS GRA- Consulibus, Theodorico Gothorum Rege, atque Venantio Meruit barbarus Rex ob de-
TYS ZENO- bellatos Imperij peruelles (vt dictum est superius) non triumphum tantum atque eque-
NI. streum statuam, sed & Consulatum, immo & adoptionem Imperatoris, vt gestarum rerum
^a scriptores ^a affirmant: quin insuper euexit illum Zeno in spem Occidentalis Imperij po-
nitij. Ita planè Imperator imbellis ad turbas in Ecclesia concitandas tantummodo com-
^b paratus, dum rebelles deprimit, barbarum Regem plurimis officijs demeretur, cuius ope
suffultus, nec Deum ^b timere, nec homines reuereri curauit. Etenim hoc anno eò audaciæ
^c sceleratus progressus est, vt cum religione ius quoque gentium violaret. Quomodo autem
id acciderit, iam enarrare pergamus.

Cum

CHRISTI
484.

FELICIS PAP.
2.

ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

A Cum enim duo Episcopi Vitalis atque Misenus Apostolicæ sedis legatione fungentes, LEGATR
ab ipso Felice Romano Pontifice missi, Constantinopolim peruenissent: perinde ac si non APOSTOL.
ad regiam ciuitatem, neque ad Christianum Imperatorem se contulissent, sed in siluarum SEDIS MALI
recessibus incidissent in grassatores, continuo tenti, scriptis, quæ ferebant, exiit, atque car- HABITI A
ceri mancipati sunt: missi namque, loco accurrentis cum facibus cleri, hastati satellites: ZENONIS.
fuit pro cantu psalmodi sonitus catenarum, loco acclamationum iurgia atque blasphem-
ia, pro osculis sputa, pro salutatione repensæ sunt contumeliæ, ac denique pro ecclesia,
in quam primò deduci solerent, tetus paratus est carcer. Eiusmodi planè esse solent opera
hæreticorum, vt omnia vt metuque agant, nulloque charitatis symbolo pacifice cum piis,
sed fustibus, gladiis, atque carceribus tractent. Innouata vidit hoc anno Mæcedoniana tem-
pora Constantinopolis, cum Imperatoris potentia furit hæresis truculenta, sanguinem si-
tiens Orthodoxorum.

B Sed quod deterius est, successit violentiæ fraus: illa valuit tamquam leo furens perfidus ACACIUS
Imperator: ista præualuit tamquam draco insidians Acacius eius ciuitatis Episcopus: qui SEDVIT
pellexit blanditiis, inuitauit illecebris, niellitisque sermonibus emolliuit tandem ferrea LEGATOS.
pelora sacerdotum: sicque liberari eos vinculis fecit, vt grauiori catena præuagationis astrin-
geret: sic exemit e carcere, vt in profundum impietatis barathrum coniceret: & dum sibi
subdolè reddit eos obsequentes & Principi, apostatate fecit à Deo, & à quo missi fuerat Ro-
mano Pontifice. Quid demum? O indignum facinus! ô portentum! ignominiosè admo-
dum celsit legatorum Apostolicum vigor, enervata est constantia sacerdotum, emarcuitque
penitus inconcussum hætenus robur Antistitum, cum cõtra mandata Felicis Papæ vt Aca-
cio communicarent inducti sunt, vt quæ audirent absque contradictione recitari in Ecclesiæ
C sacris Diptychis nomen nefandi hominis Petri hæretici Alexandrinæ Ecclesiæ inuasoris.

Tanta hæc torpescens admiserat legati Apostolicæ sedis, nobile susceptum munus turpi
præuagatione fœdantes, inuidentes notam Ecclesiæ non habenti maculam neque rugam,
immemores planè petreæ ^a, è qua scissi, & caueriæ laci è qua præcisi essent, Petri inquam
Apostoli successoris Pontificis, & Romanæ Ecclesiæ inuiolatæ hætenus amplitudinis, è qua
profecti essent Constantinopolim corrigere deuios, à quibus ipsi præcipites acti sunt.

Rem adeò funestam paucis his Liberatus Diaconus narrat: Itum est Constantinopolim: ^b Liberat.
& prædicti Episcopi in custodia sunt redacti, chartis sublatis, ne Catholicis, quibus scriptum ^c Dicit. 6. 18.
fuerat, redderentur. Quos iterum post hæc Acacius de custodia eiiciens, secum fecit proce- ^d QUOMODO
dere, vt quasi confirmato Petri sacerdotio dimitterentur.] & inferius hæc addit de Felice ^e LEGATI HA
Defensore socio legatorum: Felix Defensor Ecclesiæ, qui cum legatis directus fuerat, im- ^f BITI CON-
pediente infirmitate, cum ipsis pergere non potuit: sed postquam Vitalis & Misenus è custodia ^g STANTI-
Constantinopoli sunt egressi, perrexit cum chartis Ecclesiasticis Constantinopolim; passus ^h NOP.
que est & ipse, sublatis chartis, grauiissimam custodiam.] hæc ipse perbreuiter nimis, quæ
tamen sunt omnino ab Euagrio prætermissa, quippe secutus Zachariam Eutychanum eru-
bescentem nefanda ista memorie commendare, ea reliquit omnino pressa silentio.

Auspicator autem narrationem Euagrius ab Excusatione Zenonis Imperatoris ad Feli-
cem Pontificem missa, cum ait: Zeno autem rescripsit ad Felicem Romanum Pontificem, ⁱ Euag. lib. 3.
eum frustra perturbatum verbis Ioannis, qui cum iurciurando se astrinxisset, numquam ^k cap. 10. 21.
omnino sedem Episcopatus Alexandrini occupaturum, violata fide, & iurciurando negle- ^l ZENONALIS
cto, nullius non sacrilegij genus admisisset. Petrum verò non sine accurata de eius fide in- ^m SE PVRGAT
quisitione ad sacerdotij gradum elatum fuisse, sed eum subscripsisse sua manu, se fidem tre- ⁿ APVD ROM.
centorum decem & octo sanctorum Patrum qui Nicææ conuenerant, cui sanctum Conci- ^o PONT.
lium Chalcedonense consentit, approbare. Ista enim à Zenone scripta sunt his verbis: De-
bes pro certo cognoscere, & nostram pietatem, & Petrum sanctissimum, de quo ante dictum
est, & omnes sanctissimas Ecclesias sanctissimum Concilium Chalcedonense complecti &
venerari: quod quidem Concilium cum fide Concilij Nicæni consentit.] hæc Euagrius de
excusatione Zenonis Imperatoris.

E His Romam perlatis, necnon quæ ab Orthodoxis monachis ad Felicem Papam contra
legatos scripta sunt: statim ipse Romanus Pontifex Felix conuocauit, ex more, Episcopo-
rum Concilium, vt tantum nefas ex prodicione legatorum admittenda sententia omnium dam-
naretur, & tam ipsos proditores quam ad scelus impulsores par damnationis pœna perceller-
ret. Quæ autem in hoc Concilio acta sint, Euagrius in primis narrat his verbis: Extant præ-
terea in Actis eiusdem Concilij Romæ habitij sub Felice epistolæ tum à Cyrillo monacho
Annal. Eccl. Tom. 6. LI Acce-

THEODO-
RICVS GRA-
TYS ZENO-
NI.
^a Jordan. 6.
alij.
^b Luca 18.

LEGATR
APOSTOL.
SEDIS MALI
HABITI A
ZENONIS.
ACACIUS
SEDVIT
LEGATOS.
LEGATO-
RVM PRÆ-
UARIATIO
ALISA 51.
Liberat.
Dicit. 6. 18.
QUOMODO
LEGATI HA
BITI CON-
STANTI-
NOP.
Euag. lib. 3.
cap. 10. 21.
ZENONALIS
SE PVRGAT
APVD ROM.
PONT.
ROMANVM
CONC. A TE
LICE PAPA
COGITVR.

CHRISTI
484.FELICIS PAP.
2.ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

Accemetarum ordinis, quem supra posuimus, tum ab aliis monasteriorum praepositis Constantinopolis, tum ab Episcopis & clericis Aegypti ad Felicem Papam contra Petrum, utpote haereticum, & eos qui cum eo comunicabant.]

MONACHORUM
LAV-
DATA CON-
STANTIA.

Porrò iidem sanctissimi monachi Orthodoxi degentes Constantinopoli lapsu legatorum veluti ingentis molis ruina concussi sunt: sed tamen minimè despondere animum, verùm maioribus sumptis spiritibus, mox aliquos delegarunt, qui Romam cuncta referre Pontifici aduolarent. De his enim addit Euagrius ista: Qui autem ex domicilio monachorum, quos Accemetas vocant, venere ad Felicem, Misenum & Vitalem propterea coarauerunt, quòd ad ipsorum vsque Constantinopolim aduentum Petri nomen clam & occultè in sacris tabulis legi consueuerat: ex eo autem ad praesens vsque tempus palam & aperte Misenum & Vitalem Petro communicasse. Epistola quidem Aegyptiorum tum ista de Petro complexa est, tum etiam quòd Ioannes & Orthodoxus esset, & ut leges Ecclesiasticae postulant, ordinatus; Petrus autem à duobus solum Episcopis eadem erroris prauitate cum illis infectis creatus; tum denique quòd statim post Ioannis fugam, nulla non supplicij genera Orthodoxis ab eo inflicta: Quae omnia Acacio per quosdam, qui Constantinopolim venerant, significata esse, Acaciumque Petro in omnibus quae moliebatur subsidio fuisse, memorant.

Creuere etiam res istae sermone Simeonis monachi, qui fuit ex numero eorum qui vocantur Accemetarum missi à Cyrillo ad Felicem: Nam Misenus & Vitalis ab eo fuerunt reprehensi, propterea quòd cum haereticis communicauerant; idque cum nomen Petri ut haeretici palam in sacris tabulis recitaretur: quòdque ea ratione multi simplices homines ab haereticis in errorem adducerentur, qui affirmare non dubitarunt, Petrum ab Episcopo Romano in communionem receptum esse. Addit etiam Simeon, cum quadam quaestione rogarentur, Misenum & eius fautores noluisse quemquam Orthodoxorum in colloquium venire, vel litteras reddere, vel quicquam contra veram sinceramque fidem admissum accuratè examinare. Producebatur item in medium Siluanus presbyter, qui vnà cum Miseno & Vitali fuisset Constantinopoli; isque verba monachorum confirmavit. Lecta est praeterea Acacij epistola ad Simplicium, quae significabat, Petrum iam pridem & abdicatum fuisse, & filium tenebrarum declaratum. Quibus de causis Misenus & Vitalis de sacerdotij gradu dimouerentur, & à sacrosancta & pura separarentur communione: idque de sententia totius Concilij.

Quòd quidem Romanum Concilium quae sequuntur de Petro pronunciauit: Petrum haereticum iam pridem sententia sacrae sedis Apostolicae condemnatum, interdictum Ecclesiae, & anathemate mulctatum Ecclesia Romana non recipit. Cui quidem licet nullum aliud crimen obiciatur, hoc pro se habet ponderis, cum quidem non posse Orthodoxis praesse, quòd ab haereticis ordinatus fuit. Eadem Concilij sententia hoc quoque complexa est: Acacium Episcopum Constantinopolitanum grauissimo crimine dignum res ipsa declarat: quippe tametsi litteras ad Simplicium scripserit, & Petrum appellauit haereticum, tamen idem ipsum iam Zenoni minimè patefecerit, cum certe illud, si inòdò amaret Zenonem, praestare deberet: verùm Imperatoris desiderio satisfacere magis, quam fidei consulere experierit.] haec tenus Euagrius de rebus gestis hoc anno in Romano tali ex causa congregato à Felice Papa Concilio.

SYNODVS
ROMANA
IN CAUSA
MISENI ET
VITALIS.

Verùm res tanta haud ita leuiter transeunda, sed locupletius explicanda, cum sermo sit de eo Romano Concilio, in quo summi ponderis negotium ventilatum est & definitum. Non antè quidem eiusmodi Synodus habita est, quàm missi legati redierunt Constantinopoli Romam, cum iidem ad dicendam causam Synodum ingredi iussi sunt, vbi parata erat scripta, necnon praesentes testes, quibus legati praeruaricationis accusarentur: hi enim eorumdem (vt dictum est) aduentum praecesserant. Felix igitur in tanto rerum discrimine, licet veluti captiua sub Erulis Arianis teneri videretur Ecclesia, & maiores in Oriente sciret ab Eutychanis haereticis excitatos esse tumultus, insuper Catholicae fidei aduersari Imperatorem, eumque sub Catholico pallio duplo iniquius persequente, & in qua omnem spem collocauerat, legationem in prodicionem esse conuersam aspiceret: nequaquam animo consternatus est; sed consurgens alacrior, malis resistere parans, indicit Synodum, in qua septuaginta septem Episcopi conuenerunt: tot enim subscripsisse reperiuntur sententiae in Acacium latae, vt Vaticanus codex ostendit.

Properarunt ergo vocati ex Italia Episcopi ad Synodum: qui simul in vnum congregati cum

CHRISTI
484.FELICIS PAP.
2.ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

A cum essent apud sanctum Petrum Apostolum, praesidente Felice Romano Pontifice, solemnibus ex more ritè peractis, iusserunt Misenum atque Vitalem Episcopos de legatione sibi credita reddere rationem. Sed inuenti minimè ipsi seruasse, immo transgressi esse praepcepta, quae obituri eam functionem acceperant: & licet inòdò negarent, inòdò excusarent, se fuisse deceptos, nescientesque cum haereticis communicasse; conuicti tandem ex ipsius Acacij litteris, quas iidem ipsi secum tulerant ad eundem Romanum Pontificem, vnà omnium sententia iudicati sunt qui communionem Apostolicae essent indigni, necnon ab Episcopatus honore alieni. Sic itaque abiire infelices illi instar Cain^a proiecti à facie Domini, stigmatè damnationis inusti. Porrò quòd ad litteras Acacij pertinet, quas ad Felicem Papam iidem retulerunt legati: ipsum illis professum se communionem esse iunctum cum Petro Alexandrino saepe damnato haeretico, testatur Gelasius in epistola ad Episcopos Dardaniae. eòdè procaciter perfricta frontis contumax homo peruenit, vt peccata sua sicut Sodomam^b praedicaret.

B His peractis, alia Sessione cognita est Acacij causa, allatisque in medium cunctis manifestis ab eo perpetratis criminibus, sententia omnium est iudicatus haereticus haereticorum participatione pollutus. At nec sic quidem in eum excommunicationis sententiam intorquere Patribus haec tenus visum est: Sed scriptis ad eum rursus litteris Synodalibus, admonitus est, vt resipisceret, alias sciret se excommunicationis sententia percussendum. De hac autem quae praecessit sententiam admonitione testatur Liberatus Diaconus verbis istis: Vbi ergo ad plenum detectus est Acacius haereticus, Papa Felix litteris suis Synodicis ad Acacium sic posuit: Peccasti, ne adicias: & de prioribus supplica, &c.]

C Nihil planè factum praeproperè ab ipso Rom. Pontifice, sed toto suae sedis tempore vsque in hanc diem nihil magis ipsum curasse Felicè, quàm Acacium admonere, testatur Gelasius in epistola ad Episcopos Dardaniae. Subdit verò Liberatus: Susceptis his Acacius litteris, perseverat, neque recedens à communionem Petri, neque suadens ei palam suscipere Chalcedonense Concilium & tomum papae Leonis.] haec Liberatus. Porrò desiderantur eiusmodi litterae Synodales ad Acacium missae.

Constat autem tantum abuisse vt Acacius resipisceret, vt mox Ioannem illum Apameam Episcopum electum, qui nuper ipso Acacio agente fuerat à Romano Pontifice cum Petro excommunicatus, idem Acacius creari Tyri Episcopum, Petrum verò Fallonem confirmari in sede Antiochena, vt Papa Felice litterae datae ad clerum Constantinopolitanum declarant, quae inferius recitanda erunt. Ita planè superbus nihil quauis occasione oblatum praetermissum voluit, quo aliena sibi vendicaret iura Ecclesiarum, & aduersus Romanum Pontificem niteretur, illum per omnia sectatus, qui ponere statuit suam sedem super astra caeli, vt fieret Altissimo similis: stultè nimis sibi fingens, vnà cum Romano Imperio in Occidente, etiam esse Romanam Ecclesiam humi depressam, eidem contemnens obtemperare, superbè ratus ei minimè cedere debere Praefulem amplissimae ciuitatis, in qua Romani Imperij scepra vigerent. Verùm non super regnum & Imperium inniti Apostolicam sedem, sed super Christum Regem Regum & Dominum domuantium, ipse suo tandem expertus est damno, vt quae sunt reliqua tomi huius passim ostendent, & quae sequenti dicentur tomo, cum aboleri iussum est eius nomen è sacris tabulis, manifestabunt. Sed iam prosequamur historiam.

E Cum igitur ipsi Romano Pontifici Felici & sanctae Synodo simul innotuisset Acacium more suo contempsisse nouissimam admonitionem, nec spem vllam penitus esse reliquam, vt resipisceret, atque errata corrigeret: collatis calculis vna omnium pari sententia condemnatur, & vt indignus penitus Catholicae communicatione ab ea reiectus exploditur, scriptaque in eum excommunicationis sententia, eadem missa est Constantinopolim. Tradit hoc ipsum Liberatus his verbis: Haec (inquit) cognoscens Papa Felix, nempe admonitionem praemissam contempitui habitam, scripturam misit Acacio per Tutum Defensorem, cuius est principium: Multarum transgressionum reperiris obnoxius.] extant ipsae quidem litterae, quibus huiusmodi inscriptio praefixa est:

FELIX EPISCOPVS SANCTAE ECCLESIAE CATHOLICAE VRBIS ROMANAE ACACIO.

Multarum transgressionum reperiris obnoxius, & in venerabilis Concilij Niceni contumelia saepe veratus alienarum tibi prouinciarum iura temerariè vendicasti. Haereticos peruafores atque ab haereticis ordinatos, & quos ipse damnaueras atque ab Apostolica inflitili sede damnari, non inòdò cõmunioni tuæ recipiendos putasti, verùm etiam aliis Ecclesiis

Annal. Eccl. Tom. 6.

L 1 2

(quod

MISENVS
& VITALIS
VOCATI
REDDERE
RATIONEM

Genes. 4.

Ista. 3.
IN SYNODO
AGITVR
ACACIE
CAUSA.Liberat.
Disc. Bre-
uiar. c. 18.

Isaia 14.

ACACIUS
CONDEM-
NATUR.

Titum

Epist. 4. Fe-
lic. to. 1. epist.
Rom. Pont.SENTENTIA
CONTRA
ACACIUM.

CHRISTI
484.FELICIS PAP.
2.ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

(quod nec de Catholicis fieri poterat) præsidere fecisti, aut honoribus, quos non merebatur, auxisti. Testatur hoc Ioannes, quem à Catholicis Apameæ non receptum, pulsūque de Antiochia Tyrus præfecisti: & Hymerius tunc de diaconio deiectus, atque Christiani nominis appellatione priuatus, à te etiam in presbyterij prouectus officium. Et quasi hæc minora tibi viderentur, in ipsam doctrinæ Apostolicæ veritatem ausu superbiæ tuæ tetendisti, ut Petrus, quem damnatum à sanctæ memoriæ decessore meo ipse retuleras (sicut testantur annexa) beati Euangelistæ Marci sedem, te conniuenste, rursus inuaderet, & fugatis Orthodoxis Episcopis & clericis, sui proculdubio similes ordinaret, pulsoque eo qui illic fuerat regulariter constitutus, captiuam teneret Ecclesiam. Cuius tibi adeo grata persona est, & ministri eius accepti, ut Episcopos & clericos plurimos Orthodoxos nunc Constantinopolim venientes detegaris affligere, & Apocrisarios eius confouere; atque anathematizantem eundem Petrum Chalcedonenis decreta Concilij, & violentem sanctæ memoriæ Timothei sepulturam (sicut ad nos certiores nunc quoque nunci detulerunt) per Misenum & Vitalem credideris excusandum, nec etiam laudare desieris, & multis esse præconis, ita ut damnationem ipsius, quam antè retuleras, veram non fuisse iactaris.

Tantum autem perseueras in hominis defensione peruersi, ut quondam Episcopos, nunc verò & honore & communione priuatos Vitalem atque Misenum, quos ad eius expulsionem specialiter miseramus, sublati chartis custodiæ passus fueris mancipari: & ad processionem, quæ tibi cum hæreticis habetur, exinde productos (sicut eorum professione patefactum est) ad hæreticorum tuamque communionem, contempta quæ vel gentium iure feruari debuit legatione, pertraxeris, præmissisque corruperis, & in laisionem beati Apostoli, à cuius sede profecti fuerant, non solum inefficaces redire feceris, sed etiam impugnatores omnium, quæ fuerant mandata, monstraris. In quorum deceptione tuam nequitiam prodidisti; & ad libellum fratris & Coepiscopi mei Ioannis, qui te grauissimis obiectionibus impetiuit, in Apostolica sede secundum canones respondere diffidens, obiecta firmasti.

Felicem quoque Defensorem fidelissimum nobis, necessitate faciente, serius subsecutum, indignum tuis censuisti oculis. Eos quoque tecum litteris tuis communicare testatus es, quos constat hæreticos: quid enim sunt aliud, qui post obitum sanctæ memoriæ Timothei ad Ecclesiam sub Petro redeunt, vel qui se ex Catholicis eidem tradiderunt, nisi quod Petrus ab vniuersa Ecclesia atque à te fuerat iudicatus? Habe ergo cum his quos libenter amplecteris portionem ex sententia præsentis, quam per tuæ tibi direximus Ecclesiæ Defensorem, sacerdotali honore & communione Catholica, necnon etiam à Fidelium numero segregatus; sublatum tibi nomen & munus ministerij sacerdotalis agnosce, sancti Spiritus iudicio & Apostolica auctoritate damnatus, numquamque anathematis vinculis exuendus.

Calixtus Felix Episcopus sanctæ Ecclesiæ Catholice urbis Romæ subscripsit. Data quinto Kal. Augusti, Venantio viro clarissimo Consule. Simul subscripserunt sexagintaseptem Episcopi.] hæctenus sententia in Acacium lata. Sed antequam vterius progrediamur, admonendum, ex cuiusmodi recitata epistola, hoc anno sub Consulatu Venantij data, redargui penitus mendacij quæ leguntur in libro de Romanis Pontificibus sub Felice, vbi dicitur, triennio post damnatum Acacium missos esse legatos Constantinopolim Misenum & Vitalem, cum ante eius damnationem missos esse eosdem legatos, tum ex dicta recitata sententia, tum omnium historicorum testificatione exploratissimum habeatur.

His igitur datis à Felice Papa atque Synodo de datione Acacij litteris, mox aliæ scriptæ fuerunt ad omnes Orientales Episcopos, quibus admoniti sunt, ut Acacij communionem vitarent, quem Ecclesia Apostolica sua communicatione iudicasset indignum. Paruerunt Macedones Episcopi, necnon qui præerant Dardaniæ Ecclesiis: testatur id quidè Gelasius Papa in epistola ad Laurentium, & in ea quæ ad Episcopos Dardaniæ scripsit. Sed hic ille nobis modò nodus soluendus: Quomodo postea Euphemius Episcopus Constantinopolitanus tempore Gelasij Felicis successoris ait ad excusationem Acacij, ipsum non fuisse damnatum in Synodo? Pater quidè ex Gelasij epistola quæstionis solutio, nepe intellexisse illum de Synodo œcumenica, quæ ipse Gelasius tradidit haud fuisse ad damnationem Acacij necessariam: sed & excusat, haud integrum fuisse Felici Orientales vocare Episcopos, quos sciret Acacij communionem pollutos.

Scripsit & Sancta Synodus Romæ collecta etiam post latam sententiam in Acacium litteras ad clericos & monachos tum Constantinopoli tum in omni prouincia Bithyniæ consistentes, quibus eos de rebus in Synodo aduersus Acacium gestis admonuit. sic enim se habent, magno Dei beneficio conseruata:

Sancta

CHRISTI
484.FELICIS PAP.
2.ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

A Sancta Synodus apud beatum Petrum Apostolum congregata vniuersis presbyteris & Archimandritis Orthodoxis Constantinopoli & Bithyniæ consistentibus dilectissimis filiis in Domino salutem.

Olim nobis, atque ab initio sedi Apostolicæ omnium nostrorum principi fides vestra probata est sanctitatis: nec dubitari potest, ita vos verè in Deum pietatis tenere constantiam, ut etiam discernendi iustos ab impiis, Fideles ab infidelibus, Catholicos ab hæreticis, dono diuini Spiritus habeatis industriam. De quo gloriantes in Domino, etsi nihil esset quod in causa fidei latere nouerimus: tamen ne quis pusillæ forte sit mentis, pro solitudine ministerij per Ezechielem Prophetam à Domino specialiter verba dicta proferimus: Quod si (inquit) speculator gladium viderit venientem, & non insonuerit buccina, & populi se non custodierint, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate sua capus est, sanguinem verò de manu speculatoris requiram. Videtis ecce quæ nos cura constringat, quæ mandata perterreant; & quod cauendum est potius, ne ipsi taceamus aduersis, quàm magis verendum diuinis subiaccere suppliciis, & cum possit celestis vocis auditu, quisquis se custodierit, sine dubitatione saluari: speculatoris sit grauior reatus, si quemquam taciturnitas eius amiserit.

Vnde quæ sint acta, memoramus: Cum Vitalis atque Misenus in nostro iudicio constituti causas mandatæ sibi pro fide legationis exponerent; quoniam astutiores sunt filiis lucis filij tenebrarum, præuaricatores mandatæ sibi legationis, circumueniente magisque opprimente Acacio, sunt reperti: ita ut (quantum famæ mobilitate præcognitum est) constiterit eos, prædicti contra formam præcepti, prohibitum sui exhibuisse famulatum, cum ob hoc specialiter directi fuissent. Vnam Ecclesia vobis audientibus eum corripere, & Petro Alexandrina vrbe secluso (quem S. Simplicius Papa sæpius poposcera longinquo exilio relegandum, ut Catholicis Episcopis subueniretur & populis) isti coram vobis inter altaria veneranda non solum Acacio, quod veritum fuit contraria perpetranti, sed iisdem ipsis, ad quos directi fuerant euitandos, se nescientes communicasse dixerunt, nec Catholicis Episcopis & clericis, quos persequebatur Acacius, callida seductione translatis, subuenire voluerunt. Et cum se vniuersa sicut illis mandata sunt mentirentur egisse, lectis Acacij litteris, quas ipsi detulerant, manifestum est eos sine excusatione vidisse, vnum atque idem Petrum, Acaciumque sentire, qui Petrum à S. Simplicio & ante Episcopatum fuisse damnatum, & ab Episcopatu ipsius retulerat honore propulsum.

Adiectum etiam tunc, cum ista in examinatione tractantur, quod Acacius Ioannem illum Tyriorum Ecclesiæ fecerit præsidere, qui Apamenis à Petro Antiochenæ Ecclesiæ tyranno fuerat Episcopus ordinatus; sed minimè receptus, proprio ordinatore depulso, eandem sedem non timuit occupare: quos tunc hypocrita Acacius ita fecit ab Apostolica sede damnari, ut his etiam Christianorum vocabulum tolleretur, quod gesta apud eum habita manifestant.

His ergo deterioribus compertis, Vitalem atque Misenum à sacerdotali collegio & sacrosancta communione suspendimus. Acacium quoque membris Christi perniciosius inhiantem, & per ciuitates atque prouincias vnam de fide Catholica Ecclesiam dissipantem, inter Episcopos sanctos atque inter Christianos iudicauimus non haberi. Qualiter enim fieri poterat, ut scindens tunicam Christi, quam nec crucifigentes eum diuidere ausi sunt, in numero fidelium censeretur? Igitur omnia quæ nobis in timore Dei competunt, cogitantes & præuidentes, ne totiens extinctæ Eutychianæ pestis hæreseos, cuius Acacius defensor est & patronus, serpens ut cancer, Christi membra disperderet, eum iam nunc è corpore Ecclesiastico, ut partem putridam, anathematizamus, sententia memorata abscissum, Dominicis eloquiis obsequentes: Si oculus tuus, aut pes tuus scandalizauerit te, abscinde eum, & prouice abs te. Et ut charitas vestra possit agnoscere, venerandas Synodos Nicænam & Ephesinam priorem, atque Chalcedonensem contra Nestorium & Eutychem impiissimum nos tenere, &c.] his subiecta fuisse videtur rectæ fidei instructio, quæ desideratur in dicta epistola, opera librariorum ita decurrata relicta, & adnexa sequentibus, quæ eiusdem esse noscuntur epistola, videlicet:

Post illam sententiam, quæ in Acacium perturbatorem totius Orientis Ecclesiæ dicta est, his quoque nunc congregati addicimus litteris, memoratam subdendo sententiam, quam placuit per Tutum Defensorem Ecclesiæ Acacio dirigi; ne volentes aliqui circumscribere veritatem, malignissimis blandimentis simpliciores quosque seducant. Nam si terra marique

Annal. Eccl. Tom. 6.

L 1 3

Ortho-

DE LITTE-
RIS AD O-
RIENTALES
EPISCOPOS
Datis.Gel. epist.
II.Gel. epist. 4.
tom. 1. epist.
Rom. Pont.

Ezech. 33.

Matth. 18

* adducimus
APPENDIX
AD SUPRE-
RIOREM
EPISTOLAM

Orthodoxis non ponerentur insidiæ, plurimi ex nobis cum eadem Acacij sententia venire potuissent. Vnde nunc causa Antiochenæ Ecclesiæ apud beatum Petrum Apostolum collecti, rursum dilectioni vestræ, more qui apud nos semper obtinuit, properauimus indicare.

MOS VETVS ROMANÆ ECCLESIAE VETERINARIUM

Quotiens intra Italiam propter Ecclesiasticas causas, præcipue fidei, colliguntur Domini sacerdotes, consuetudo retinetur, vt successor Præsulum sedis Apostolicæ ex persona cunctorum totius Italiæ sacerdotum, iuxta sollicitudinem sibi Ecclesiarum omnibus competentem cuncta constituat, qui caput est omnium, Domino ad beatum Petrum Apostolum dicente: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Quam vocem sequentes trecenti decem & octo sancti Patres apud Nicæam congregati, confirmationem rerum atque auctoritatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ detulerunt: quam vtramque vsque ad ætatem nostram successiones omnes, Christi gratia præstante, custodiunt. Quod ergo placuit sanctæ Synodo apud beatum Petrum Apostolum (sicut diximus) per Tutum Ecclesiæ Defensorem, & beatissimus vir Felix, caput nostrum, Papa & Archiepiscopus iudicauit, in subditis continetur.] his iuncta fuisse videtur exscripta sententia in Acacium lata, iam superius suo loco à nobis posita: cui hæc subiecerunt:

Sicut

Sic autem Acacius impietatem pestiferæ damnationis tetendit, vt etiam deiectus insulter, vt scissus scire non desinat; & cum omnino extra corpus habeatur, eius tamen membra dilaceret, & se scriptum esse testetur: Impius cum venerit in profundum malorum, contemnit: adiiciens deteriora prioribus, persequendo iam mortuos, eius anima grauer delinquendo, condemnationem secundæ mortis incurrit: qui, Calendione Episcopo sancto (quemadmodum cognouimus) nuper eiecto, Petrum totiens & à se ante damnatum in eius immisit Ecclesiam; ita vt plurimi (si verum est) Catholici cesserint, relictis suis sedibus, sacerdotes, & nostræ proiectæ sint porcis & canibus margaritæ.

Proh. 18.

Verumtamen neminem terreat, quod damnatus Acacius non quiescat. Elifus est satanas, & tamen operatur. Vicit Christus & vincit, nec adhuc hostis absistit. Et quia certum est nobis, meminisse vos etiam propheticæ lectionis, nec aliquid habere contra consistentia castra formidinis: opportunissime cohortamur expectantes Dominum, vt (sicut & nos) perseueretis in finem; & sententiam, quam reperitis in subditis, animo constanti retineatis.

Ne quid autem maligni in litteris nostris mutari apud prauissimas mentes, aut aliter interpretari possit: primum clementissimo Principi (sicut oportuit) supplicantes, has easdem litteras nostras ad dilectionem vestram, clerum, plebemque, & amplissimum Senatam direximus, quibus singuli vniuersique subscripsimus, diuinum petentes auxilium, vt vitatis insidiis, hæc ad vos scripta faciat peruenire. Et alia manu: Deus vos incolumes custodiat, filij dilectissimi. *Subscriptiones Episcoporum.*

Candidus Tiburtinæ ciuitatis Episcopus Petro Alexandrinæ Ecclesiæ peruafori, & Acacio quondam Ecclesiæ Constantinopolitanæ, necnon etiam Petro Antiocheno ab Episcopatibus & Christianorum numero olim iure & merito segregatis, omnibusque sequacibus eorum, sequens auctoritatem sedis Apostolicæ secundum desiderium nostrum iuxta Ecclesiæ statum Catholica deliberatione prolata, anathema dicens, subscripsi. *Et quadraginta duo Episcopi similiter subscripserunt.* hætenus ibi de epistola Synodali. Ex hac igitur Candidi Episcopi Tiburtini subscriptione manifestum redditur, non vnum tantum esse in Synodo Romana damnatum Acacium, sed & repetitam damnationem Petri Antiocheni, & Petri Alexandrini Episcoporum hæreticorum, eosdemque sedibus exauctoratos.

1. sila 1.

Quod verò ad ipsos monachos Constantinopolitanæ Ecclesiæ, ad quos Synodalis epistola data est, spectat: magna quidem Dei prouidentia in his moderandis eluxit, vt compensato certamine, tunc pro defensione Catholicæ veritatis insurgerent monachi, cum eiusdem Ecclesiæ Episcopus faueret hæreticis: sicut contra cum Eutyches Archimandrita vnà cum suis hæresim seminaret, tunc ex aduerso staret Catholicus eiusdem ciuitatis Antistes sanctissimus Flauianus. Perseuerauit & in posterum eiusmodi in monachis vnà cum sancta Romana Ecclesia in fide Catholica defendenda constantia, digna quidem laude: vt planè illud ciuibus decantare liceret: Nisi reliquisset Dominus semen, & quidem semen verum, semen sanctum, quasi Sodoma & quasi Gomorrha fuisset. Sed de his sæpe dicendum suis locis inferius.

Hæc igitur cum hoc ipso anno, qui secundus Felicis Pontificis numeratur, ex nota Consulatus & aliis signis facta esse, certissimum sit: soluenda illa obiectio est, quam ex Gelasij Papæ

A Papæ epistola quis posset inferre, cum scribens ad Anastasium Imperatorem dicat, triennio ferme laboratum esse cum Acacio, vt emendaret quod deliquisset, antequam Felix in eum sententiam damnationis inferret: cum tamen hic sit secundus Felicis annus. Ad hæc dicendum est, nequaquam triennium illud ad Felicis sedis tempora referendum esse, sed ad numerum illum explendum extrema Simplicij tempora computanda, vt quæ dicta sunt superius acta ab eo esse contra Acacium docent. Testatur id quidem Gelasius de Acacio ab Ecclesia Romana per triennij ferme temporis spatium sæpe præmonito in epistola ad Dardaniam Episcopos data.

Quid autem acciderit cum anathematis litteræ Constantinopolim perlatæ sunt, Liberatus Diaconus narrat his verbis: Datis Acacio huiusmodi litteris, eas non suscepit, patrocini Acacemetensem, ipsam chartam damnationis, dum ingrederetur ad celebranda sacra, suspendere in eius pallio, & discedere.] Addit ad hæc Nicephorus, monachos illos monasterij Dij nominari, qui comministri ad hoc opus fuere, ab Acacianis dira passos esse, occisos ex iis aliquos, nonnullos vulneratos, vel custodiis mancipatos: quorum celebris est memoria in tabulis Ecclesiasticis, in quibus monachorum Dij monasterij eiusmodi occasione necatorum gloriosum martyrium innotescit. Porro monasterium Dij dictum fuit ab Archimandrita Dio, qui egregia ibi Constantinopoli claruit sanctitate, cuius meminimus in Notis.

Addit Nicephorus ex Basilio Cilice veteri historico (cuius meminit Suidas, quem ait fuisse Episcopum Irenopolis) Acacium ed insaniam peruenisse, vt nomen ipsius Felicis Papæ sacro eraserit Albo, cum nullus ante eum, quamuis complures hæretici & hæresiarchæ illi præfuerint ciuitati Episcopi, tantum nefas nec cogitare ausus esset. At cum legis Acacium sacris Diptychis nomen Felicis Pontificis oblitterasse, in memoriam reuoca Dioscorum Alexandrinum id ipsum aduersus sanctum Leonem Papam, in eum anathema inferendo, tentasse: & considera quales esse consueuerint qui aduersus Romanos Pontifices insurrexerunt. Non id prædecessores Acacij Alexander, Paulus, Chrysostomus, Proclus, & Flauianus Episcopi sanctissimi & laudatissimi aliquando vel in animum induxere, neque antecessores Dioscori Dionysius, Petrus, Alexander, Athanasius vel leui saltem cogitatione tentarunt: immo hos omnes, eorumque similes constat omni reuerentiæ & honoris cultu profecutos esse Romanos Episcopos: aduersus quos dumtaxat cornua erexisse eiusmodi cornutas bestias illis similes, quas Ioannes sæpe in visu præuidit. His sese iungant socios Nouatores, eorumque vestigia sectentur, tantis ducibus gloriantes, eandem à Domino cum illis accipuri in sine mercedem.

Sed quid insuper contemptor Acacius? Addit Liberatus, numquam cessasse sacra peragere anathematis licet vinculis alligatum. Et quid sibi non licere, inconcessumve existimat esse, qui semel castra Fidelium deserens, ad inimicos se contulit transfuga? Et quid diabolo suadenti negabit hæreticus, qui eius impulsu vallum transiit pieratis? Et quomodo humilis acquiescet mandatis saluberrimis imperantis, qui ei se subdidit seruus, qui est Rex super omnes filios superbiæ? At leuiora hæc visa sunt cruentæ bestiæ, quæ pro nihilo duxit præcipuas sedes & totius Orientis metropoles hæreticis tradidisse, cum & Orthodoxos omnes quos sciret Episcopos ab Ecclesiis suis expellens ac fugans, eandem nefariis hominibus dedit, quos tum hæresis infamaret, tum vitæ turpitudine damnaret.

Sic igitur auctum est malum, & ruina latius patuit, cum post collatas Patriarchales sedes possidendas immo dissipandas hæreticis, etiam in alias præcipuas Orientalis Orbis Ecclesias, pulsus pastoribus Orthodoxis, subinduxerit latrones & fures, atque ad hoc tantum in ouile ouium, vt perderent atque maclarent, immiserit. Audi de his Gelasij Papæ querelas, & lacrymas intueri nec post plura annorum spatia deterfas vel exiccatas, sed vberiori scaturigine iterum atque iterum erumpentes pro mensura excrecentis in Ecclesiæ fata malorum alluione torrentis: ista enim ipse deplorat in epistola ad Episcopos Dardaniæ scripta, cum in eundem Acacium ait: Qua denique per totum Orientem Synodo, eiectis Orthodoxis nullo crimine maculatis, prauos quosque & criminibus inuolutos sua prouisione supposit? Qua Synodo tot aliena priuilegia nefandus populator inuauit? Sed libri non sufficerent, si tragedias eius, quas per Ecclesias totius Orientis exercuit, sigillatim describere moliamur. An illud ipsius argumentum nobis astimant opponendum, quod facinora sua in Imperialem nisus est iactare personam? Cur igitur quando voluit, obstitit Basilisco tyrauno, ceitè hæretico vehementer infecto? & inferius de iisdem agens, sic exaggerat:

Quasi

QUANTA
MALA ACA
CIVIS PER
PETRARIT.

Quasi verò tantum in Alexandrini Petri communione Acacius prauaricator extiterit, & non in omnibus quos vel fecit, depulsis Catholicis Pontificibus tamquam tyrannis, Ecclesiis quibuslibet præponi, vel taliter præpositis peruersa communione permixtus est, qui hoc ipso secundum canones fuerant ab Ecclesiastica communione pellendi, quod se passi sunt successores viuis sacerdotibus adhiberi. Quis autem nõ perspicat Christianus, quod Catholicis Pontificibus propria sede deiectis, non nisi hæretici potuerint introduci? Quibus tamen cunctis vel auctor fuit Acacius subrogandis, vel subrogatis communicator accessit, his utique qui à communione hæreticorum nullatenus discrepabant. Cur igitur vel cum hæc fieri videret Acacius, non sicut sub Basilisco iam fecerat, ad Apostolicam sedem referre curauit, vt si solus ipse non poterat, iunctis cum eadem consiliis atque tractatibus, apud Imperatorem quæ religioni competeret, allegarent? Nam si basiliscus (vt dictum est) tyrannus & hæreticus scriptis A postolicæ sedis vehementer infractus est, & à pluribus reuocatus excessibus: quanto magis legitimus Imperator, qui se Catholicum videri volebat, potuit cum Apostolica sede cunctorum quoque Pontificum moderata suggestionem mitigari, præcipue cum eiusdem Acacij esset specialis fautor & amator, qui litteris suis tam ipsum Acaciũ, quam sanctæ memoriæ Papam Simplicium magnis laudibus extulisset, doceretur quod hæreticis constantissimè restitisset? Cur tanto tempore Acacius inter ista conticuit, nisi quia præpediti nolebat vllatenus quæ desiderabat expleri? hæc & alia Gelasius in detestationem Acacij.

Porrò pulsi ex Oriente Episcopi Orthodoxi, magno suorum luctu, hinc inde dispersi sunt apud Occidentales, vbi fides Catholica illibata magis seruetur & illæsa inter barbaros Eruulos, quàm in Oriente, vbi tum Episcopi, tum Imperator atque ei parentes dominarentur hæretici. Qui autem pulsi ex Ægypto, vel aliunde à Petro Mogo, vel ab Orientalibus Ecclesiis à Petro Cnaphæo se contulerunt Constantinopolim apud Imperatorem de passis contumelias conquesturi, ibi dirioribus eos pœnis afflicti contigit. Nam de his hæc Liberatus summatum narrat: Porrò Petrus de propriis ciuitatibus proprios expulsi sacerdotes, ex quibus nonnulli apud Constantinopolim persecutionem grauissimam pertulerunt.

Scandalizabat autem Imperator & illos, qui à parte Nephalijs Abbatibus erant, & qui circa Ioannem Episcopum Eguminum*, & Præpositum monasterij Dioclon: & agens contra Ioannem, præposituram ei abstulit, & eam tradidit monasterio Abbatibus Amonis. Sed permanens in Episcopatu, scribens Acacio quia esset Synodi communicator, & fallens Alexandrinos, quia non communicaret Synodo: ita vt quidam communicatorum eius clerici, monachi, & laici, cognoscentes eius fallaciam, separauerint se ab eius communione: & extra collectas facientes non passi sunt nomini eius communicare, & eorum qui post Episcopatum habuerunt Alexandrinum, eò quod nomen Petri haberent in Diptychis.] sed subobscura sunt hæc ex mendis (vt puto) in codicem illapsis, quæ tamen ex his quæ dicuntur inferius sicut clariora. Porrò etsi aliæ prouinciæ horum occasione dire concussa sunt: Ægyptus tamen grauius exagitata est: cum enim prouincia sint ad rixas ipsa natura, addita verò impietate, redditi sunt penitus intolerabiles: hæresum enim est, animos, quos semel occupauerint, efferrare, & homines reddere penitus inhumanos. Sed Euagrius audiamus, qui ait:

Itaque cum schisma Alexandrinæ Ecclesiæ exardesceret, Petrus quibusdam Episcopis & monasteriorum Præpositis persuasit, vt cum ipso communicarent, Leonisque etiam de fide decisionem & acta Concilij Chalcedonensis reiicerent: atque eos qui libros Dioscori & Timothei non reciperent, damnauit: quinetiam alios plurimos, cum illis idem persuadere non posset, suis ipsorum monasteriis exturbauit.] Quod igitur idem Petrus inuasit Ecclesiæ Alexandrinæ omnia per vim & metum agens, ciuitatem illam atque vniuersam Ægyptum in magnum discrimen adduxisset, vt iam bello ciuili inter se confingerent, mutuoque se conficerent hæretici ac Orthodoxi, Nephalius, qui his occurrere conatus est, quomodo in discrimen adductus sit, idem qui supra Euagrius ita narrat: His de causis Nephalius Constantinopolim profectus, quid factum sit, nunciat Zenoni: Qui animo propterea conturbatus, Cosmam vnum ex satellitum numero eò mittit, qui quidem grauissimis minis coargueret Petrum, quod tum contra litteras Zenonis de concordia scriptas fecisset, tum sua asperitate grauem seditionem excitasset. At cum nihil Cosmæ succederet ex sententia, præterquam quod monachi expulsi eius opera, suis ipsorum monasteriis essent restituti, ad Imperatorem reuertitur. Quare Imperator mittit rursus Arsenium Ægypti Præsidem, & militum præfidiariorum Præfectum: qui vnà cū Nephalijs Alexandriam profectus, de concordia inter eos constituenda verba facit. At cum illis non posset persuadere, nonnullos eorum

Lib. Diac.
Bren. c. 18.

Acuminum
TVR BAR
ORIENTA
LES VNDI
QUE AV
CTAR.

Euag. lib. 3.
cap. 22.
TVMVLTVS
ALEXAN
DRINI.

Euag. lib. 3.
cap. 22.

A

B

C

D

E

A mittit Constantinopolim: & quamquam multa verba coram ipso Zenone de Concilio Chalcedonensi fiebant, nihil tamen de eo conclusum: quandoquidem Zeno neutiquam illi omnino assensit.] hæc Euagrius.

Interea autem Felix Romanus Pontifex cum videret res adeò in Oriente esse turbatas, vt nulla penitus spes foret Ioannem Episcopum Alexandrinum in suam sedem restitui posse: eundem Antistitem confessorem Nolanæ in Campania nobili præfecit Ecclesiæ. restatur id quidem Liberatus Diaconus, vbi ait: Ioannes verò Talaida habens Episcopi dignitatem remansit Romæ: cui Papa Nolanam dedit Ecclesiam, quæ est in Campaniæ regione, in qua plurimos residens annos, in pace defunctus est.] At de rebus gestis hoc anno à Felice Romano Pontifice fati.

Sed succedunt lacrymæ lacrymis, & mæror mærori coniungitur ex persecutione Vandalica in Ecclesia Africana maioribus in dies accessionibus aucta, & nouis semper prætextibus restaurata. Meminisse hic lector debet (vt posteriora prioribus coniungamus) anno superiori promulgatum à Rege Vandalorum edictum de Synodo colligenda Africanorum omnium Orthodoxorum Episcoporum, in qua Orthodoxi cum Arianis de fide Catholica disputarent, præscriptæque sunt ad certamen ineundum anni huius Kalendæ Februarij, vt relata à Victore Acta restatur, & ipsius Regis Hunerici edictum, quod datum ibi dicitur anno octauo regni ipsius, quem quidem sub Consulibus anni huius incidere, ex Marcellino discis in Chronico: vt planè intelligas omnia suo reddi tempore, atque cognoscas etiam, res gestas sub anno septimo Hunerici, concinnè superiori anno esse relatas. His de tempore confirmatis, quænam præcesserint hoc anno publicum à Rege indictum Conuentum, ex eodem auctore hic sunt describenda, quæ sic se habent:

Cum ignis iam persecutionis accenderetur, & flamma infestantis vbique Regis arderet: ostendit Deus noster quoddam miraculum per seruum suum fidelem Eugenium, quod præterire non debeo. Fuit in eadem ciuitate, id est, Carthagine, quidam cæcus ciuibus ciuitatiq; notissimus, nomine Felix. hic visitatur à Domino, prædiciturq; ei noctu per visum (dies enim Epiphaniarum illucescebat) Vade ad seruum meum Eugenium Episcopum, & dices ei, quia ego te ad illum direxi. Et illa hora, qua benedicit fontem, vt baptizentur accedentes ad fidem, contingeret oculos tuos, & aperientur, & videbis lumen. Qui tali visione commotus, putans se (quomodo affolet) deludi per somnium, surgere noluit cæcus: sed cum iterum mergeretur in somnos, similiter vt ad Eugenium pergeret, compellitur. Rursum negligit; tertioque festinanter & grauius increpatur. Excitat puerum, qui ei solitus erat manum porrigere. Pergit veloci agilitate ad Fausti basilicam, orat: veniens cum ingentibus lacrymis, suggerit cuidam diacono, nomine Peregrino, vt eum Episcopo nunciaret, indicans se habere aliquod secreti genus intimandum.

Audiens Episcopus iussit hominem introire. Iam enim ob festiuitatem celebritatis huius nocturni per totam ecclesiam, canente populo, congregatebant. Indicat cæcus Antistiti ordinem visitationis suæ, dicitq; illi: Non te dimittam, nisi mihi, sicut à Domino iussus es, reddideris oculos meos. Cui Eugenius sanctus: Recede à me, frater: peccator sum, & indignus, & super omnes homines delinquens, utpote qui in hæc tempora seruatus sum. Ille autem tenens genua eius, aliud non dicebat, nisi illud quod iam dixerat: Sicut iussus est, redde mihi oculos meos. Attendens quoque Eugenius inuerecundam credulitatem, & quia iam tempus urgebat, perguit cum eo, comitante officio clericorum, ad fontem: Vbi fixis genibus cum ingenti gemitu, pulsans singultibus cælum, crispantem benedixit alucum fontis: & cum completa surrexit oratione, ita cæco respõdit: Iam tibi dixi, frater Felix, peccator homo ego sum: sed qui te visitare dignatus est, præstet tibi secundum fidem tuam, & aperiat oculos tuos. Simulq; vexillo Crucis consignante oculos eius, statim cæcus visum, Domino reddente, recepit. Quem secum, quousque vniuersi baptizarentur, ibi detinuit ob hoc, ne tanto miraculo populus excitatus virum contereret, qui receperat lumen.

Fit postea manifestum Ecclesiæ vniuersæ. Procedit ad altare cum Eugenio, sicut moris, qui fuerat cæcus, suæ salutis oblationem Domino redditurus: quam Episcopus accipiens, altari imposuit. Fit strepitus, gaudio metante, irreuoçabilis populorum: statim nuncius pergit ad tyrannum. Rapitur Felix: inquiritur ab eo quid factum sit, qualiterque receperit lumen. Dicit illi ex ordine totum. Dicuntq; Arianorum Episcopi: Hoc Eugenius per maleficia fecit. Et quia oppressi confusione, non poterant nubilare, eò quod Felix vniuersæ ciuitati manifestus esset & notus: tamen volebant eum, si fas esset, necare, quemadmodum Iudæi susci-

IOANNES
CREATVS
NOLANVS
EPISC.
Liber Diac.
Breniar. c. 18

VIET. de per
secut. VVan
Anal. lib. 2.

EUGENIUS
ILLUMINAT
CÆCVM.

AVISIONIS
QVOMODO
ILLUMINA
TVS SIT
CÆCVS.

emanante

Joan. 12. fuscitatum Lazarum cupiebant occidere.] hæc Victor de cæco per Eugenium Ortho-

doxum Carthaginensem Episcopum diuinitus illuminato. Quis non sentiat diuino consilio, antequam de fide iniretur cum aduersariis indictus con-

fictus id factum esse ad veritatem fidei Catholicæ confirmandam? vt sciretur à piorum parte stare Deum, qui per fidelem Antistitem talia inconcessa naturæ signa ederet; sicque abs-

que alia disceptatione satis superque exploratum redderetur, quænam Deo probata esset Catholica fides, illudque initum tyranni consilium cassum penitus & irritum redderetur, quo (vt vidimus) anno superiori in exilium duci iusserat qui in Africa erant doctiores Episcopi, vt qui relictæ essent ad Conuentum huiusmodi celebrandum, vt minus peritantes manus, causa caderent, & sic de fide Catholica impietas Ariana trophæa victoriæ exaltaret. Sed

(quod scriptum est b) qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus subannabit eos. iam ante certamen Dei potètia victi sunt aduersarij, & vera religio tanto totius populi plausu de-

prostrata perfidia triumphauit, atque cum illa vniuersa simul Ecclesia, quæ eidem vt Catho-lico communicabat, atque communicata est in æternum, cum eadem sit vnius corporis omnium membrorum conditio, dum capiti inharere noscuntur, vnde vel hoc vno potissimum signo Orthodoxi ab hæreticis distinguantur.

Verum quod diaboli moris est, non cedere superatum, sed maiori audacia post casum redintegrare certamen; instant vna cum barbaro tyranno Episcopi Ariani, vt iam propinquante indicta ad disputandum die, conferrent cum Catholicis Episcopis manus. Non refugiant nostri, sed expectant parati. Quæ autem inter eos transacta fuerint, idem Victor ita describit: Appropinquabat iam futurus dies ille calumniosus Kal. Februariarum ab eodem staturus. Conueniunt non solum vniuersæ Africa, verum etiam insularum multarum Episcopi afflictione & mærore confecti. Fit silentium diebus multis, quovisque peritos quosque & doctissimos viros exinde separaret, calumniis appositis, enecandos (præter alijs anno præterito exilio separatos.) Nam vnum ex ipso choro doctorum, nomine Latum, strenuum atque doctissimum virum, post diuturnos carceris squalores incendio concremauit, æstimans tali exemplo timorem incutiens reliquos elisurum.

Tandem venit ad disputationis consuetudinem, ad locum scilicet, quem delegerant aduersarij. Euitantes igitur nostri vociferationis tumultus, ne forte postmodum Ariani dicerent, quod eos nostrorum oppressit multitudo: eligunt de se nostri, qui pro omnibus respondeant, decem. Collocat sibi Cyrila (erat hic princeps omnium Ariatorum Antistitem) cum suis satellitibus in loco excelso superbissimum thronum, astantibus nostris. Dixeruntque nostri Episcopi: Illa est semper grata Collatio, vbi superba non dominatur elatio, sed ex consensu communi venit, vt Cognitoribus decernentibus, partibus agentibus, quod verum est, D agnoscat. Nunc qui erit Cognitor? qui examinatus? vel libra iustitiæ, vt bene prolata confirmet, & prauè assumpta refellat?

Et cum talia & alia dicerentur, Notarius Regis respondit Patriarcha Cyrila dixit Legatur nobis, quo concedente illud sibi nomen Cyrila assumpsit. Et exinde strepitum concitantes, calumniari aduersarij cœperunt. Et quia hoc nostri petierant, vt saltem si examinare non licebat, prudenti multitudini vel spectare liceret: iubentur vniuersi filij Catholicæ Ecclesiæ, qui aderant, centenis fustibus tundi.] deesse quidem in textu nonnulla noscuntur, quibus significaretur, negatam esse Catholicis præsentiam Iudicis Cognitoris: sed instantibus iisdem, vt saltem populo interesse liceret, nec id concessum, immo (vt vidisti) iussi sunt qui aderant fustibus verberari. Sed pergit Victor: Tunc clamare cœpit beatus Eugenius: Videat Deus vim quam patimur: cognoscat afflictionem persecutionum, quam à persecutoribus sustinemus. Conuersique nostri Cyrilæ dixerunt: Propone quod disponis. Cyrila dixit: Nescio Latine. Nostri Episcopi dixerunt: Semper te Latine esse locutum, manifestò nouimus; modò excusare non debes, præsertim quia tu huius rei incendium suscitasti. At videns Catholicos Episcopos ad consuetudinem magis fuisse paratos, omnino audientiam diuersis cauillationibus declinauit. Quod ante nostri prouidentes, libellum de fide conscripserant, satis decenter, sufficienterque conscriptum, dicentes: Si nostram fidem cognoscere desideratis, hæc est veritas quam tenemus, & c.] subiicitur à Victore oblatas tunc libellus fidei, cuius est exordium: Regali imperio, fidei Catholicæ, quam tenemus, præcipimur reddere rationem, & c.] Cui quidem libello perperam inditus eiusmodi titulus reperitur: Victoris Episcopi Vti-

EX MIRA- CVLOSTEN SA VERITAS FIDELI.

Psalm. 2.

ORTHODOXI MALE HABENT.

LARTVS EPIS COP. MARTYA.

Cyrola stantibus

ATFLIGVN- TYR ORTHO DOXI.

LIBELLVS EVGENII, NON VICTORIS.

A illius puto additam: nam à Gennadio idem ipse libellus Eugenio tribuitur, cum de ipso ait: Eugenius Carthaginis Africa ciuitatis Episcopus admonitus ab Hunerico VVandalorum Rege, Catholicæ fidei expositionem; & maxime verbi Homousij proprietatem differere cum cōsensu omnium Africæ, Mauritanie, & Sardinie, atque Coricæ Episcoporum & confessorum, qui in Catholica permanerunt fide, composuit librum fidei non solum sanctarum Scripturarum sententiis, sed & Patrum testimoniis communitum, & per collegas confessionis suæ porrexit.] hæc Gennadius. verum apud Victorem idē fidei libellus minime integer habetur: Quæ autem hæc secuta sint, idem Victor narrare pergit his verbis:

Cum nos ter libellus legeretur oblatas, veritatis lumen nequaquam sufferre cæcis oculis potuerunt, insipientes vocibus inferendis, grauitate ferentes, quare nos nomine nostro, Catholicos, dixerimus. statimque mentientes suggerunt Regi de nobis, eod quod strepitum fecerimus, audientiam fugientes. Qui eadem hora accensus, & credens mendacio, festinauit facere quod volebat. Et iam conscriptum habens decretum, & occultè cum eodem decreto per diuersas prouincias suos homines dirigens, Episcopis Carthagine positis, vna die, vniuersæ Africa ecclesias clausit, vniuersamque substantiam Episcoporum & ecclesiarum suis Episcopis munere condonauit. Nesciens quoque quid loqueretur, neque de quibus affirmabat, legem quam dudum Christiani Imperatores nostri contra eos & contra alios hæreticos pro honorificentia Ecclesiæ Catholicæ promulgauerant, aduersum nos illi proponere non erubuerunt, addentes multa de suis, sicut placuit tyrannicæ potestati. Hæc est enim series datæ & propositæ legis:

Rex Hunericus VVandalorum & Alanorum vniuersis populis Regno nostro subiectis. Triumphalis maiestatis & regie probatur esse virtutis, mala in auctores consilia retorqueret. Quisquis enim aliquid prauitatis inuenerit, sibi imputet quod incurrit. In qua re nutum diuini iudicij clementia nostra secuta est, quod quibusque personis, prout eorum facta meruerint, seu bona, seu fortè talibus contraria dum facit expendi, simul etiam prouenit compensari. Itaque his prouocantibus, qui præceptionem inelytæ recordationis patris nostri vel mansuetudinis nostræ crediderint esse temendam, censuram seueritatis assumimus. Auctoritatibus enim cunctis populis fecimus innotescere, vt in fortibus VVandalorum nullos conuentus Homousiani sacerdotes assumerent, nec aliquid mysteriorum (quæ magis polluant) sibi mererent. Quod cum videmus esse neglectum, & plurimos esse repertos dicentes se integram regulam fidei tenere, postmodum vniuersos constat fuisse commonitos, spatio temporis prorogato mensum nouæque contentionis, si quid ab eorum proposito posset optari, vt ad Kalendas Februarias anni octauæ regni nostri sine metu aliquo conuenirent.

Qui dum huc ad Carthaginensem confluerent ciuitatem, post moram temporis præstituti, aliam quoque dilationem aliquantum dierum dedisse cognoscimur. Et dum se consuetudini paratos astruerent, primo die à venerabilibus Episcopis nostris eis videtur esse propositum, vt Homousion, sicut admoniti erant, ex diuinis Scripturis propriè approbarent, aut certe quod à mille & qui id excurrunt Pontificibus de toto Orbe in Ariminensi Concilio, vel apud Seleuciam amputatum est, prædamnant: Quod nequaquam facere voluerunt, vniuersa ad seditionem per se concitati populi reuocantes. Quinimmo & secunda die, dum eis mandaremus, vt de eadem fide (sicuti propositum fuerat) responderent: hoc euidenter assumpsere temeritate transacta, vt seditione & clamoribus omnia perturbantes, ad consuetudinem facerent minime perueniri.

Quibus hoc prouocantes statuimus vt eorum ecclesiæ clauderentur, hac illis conditione præscripta, vt tamdiu essent clausæ, quamdiu mallet propositum peruenire. quod ea oblatione facere noluerunt, quam prauis videntur assumpsisse consiliis. Adeo in hoc est necessarium ac iustissimum retorquere, quod ipsarum legum continentia demonstratur, quas inductis secum in errorem Imperatoribus diuersis, tunc contigit promulgari, quarum illud videtur tenere conceptio, Vt nulla super exceptis institutionis suæ Antistibus ecclesia patuisset, nulli liceret alios aut conuictus agere, aut exercere conuentus, nec ecclesias aut in vrbibus, aut in quibusdam paruissimis locis penitus obtinere, neque construere: sed præsumpta Fisci vrbibus iungerentur, sed etiam & eorum patrimonia Ecclesiæ suæ fidei sociata iuis Antistibus prouenissent: nec commemorare quæcumque loca talibus licentia patuisset, sed extorres omnibus vrbibus redderentur & locis, nec baptismatis omnino haberent

Victor de persecut. Vandal. lib. 3. ARIANITVM MVLTIVANTVM.

HUNERICVS EDICTVM CONTRA CATHOLICOS.

innotescere

MVLTA MENTITVM HVNERICVS.

* nos retinere IUBENTVR CLAVDI ECCLISIAE OMNES CATHOLICORVM.

* vrbibus

berent aliquam facultatem, aut fortè de religione disputarent, & nullam ordinandi habe-
rent licentiam siue Episcopos, siue presbyteros, vel alios quos ad clerum pertinere contin-
geret, proposita seueritate vindictæ; vt tam hi qui se paterentur huiusmodi honores accipe-
re, quam etiam ipsi ordinatores denis libris auri singuli multarentur, eo adiecto, vt nullus
eis locus esset vel aditus supplicandi, sed etiam si qua specialia meruissent, minimè præua-
lerent; & si in hac pernicio perdurarent, & de populo ablati, in exilium sub prosecutione
idonea mitterentur.

de proprio

CONTRA
HAERETI-
COS LEGES
LATAS CON-
VERTUNTUR
ADVERSUS
CATHOLI-
COS.

In populos quoque præfati Imperatores similiter sæuientes, quod eis nec donandi liber-
tas, nec testandi, aut capiendi vel ab aliis derelictum, penitus subiaceret, non fidei commissi
nomine, non legati, non donationis, aut relictionis quæ mortis causa appellatur, vel quoli-
bet codicillo, alijsve forsitan scripturis: ita vt etiam qui suis Palatijs militarent, condem-
nationi grauissimæ pro dignitatis merito facerent subiectos, vt omni honoris priuilegio
spoliati, infamiam incurrerent, & publico crimini huiusmodi personæ se cognoscerent esse
subiectos: Officialibus etiam Iudicum diuersorum triginta argenti pondo pœna proposita:
quam si quinque vicibus in errore perdurantibus contigisset inferre, tum demum tales con-
uicti, atque subiugati verberibus, in exilium mitterentur.

DE ALIIS
PœNIS CON-
TRA HÆ-
RETICOS
OLIM STA-
TUTIS.

Deinde codices vniuersos sacerdotum, quos persequerentur, præceperunt ignibus tradi:
Quod de libris huiusmodi, quibus sibi nominis illius errorè persuasit iniquitas, præcipimus
faciendum. Hæc enim: (vt dictum est) pro singulis quibusque personis illi obseruanda præce-
perant, vt illustres singillatim auri pondo quinquagena darent, Spectabiles auri pondo qua-
dragena, Senatores auri pondo tricena, populares auri pondo vicena, sacerdotales auri pondo
tricena, Decuriones auri pondo quina, Negotiatores auri pondo quina, plebeij auri pondo
quina, Circumcelliones auri pondo dena: Et si qui fortè in hac pernicio permanerent, confis-
catis omnibus rebus suis, exilio multarentur. Ordines autem ciuitatû, sed & procuratores,
& conductores possessionû tali pœna videbantur affligere, vt si fortè tales celare detegeren-
tur; & minimè publicassent, & retentos iudicio non facerent præsentari, ipsi tenerentur ad
pœnam: Conductoribus etiam regalium prædiorum hac multa proposita, vt quantum do-
mû Regiæ inferrent, tantum etiam Fisco pœnæ nomine cogerentur exsoluere. Id generali-
ter in omnibus conductoribus, vel possessoribus, qui in eadem superstitione crediderint per-
durandum, constituerunt obseruari. Iudicibus etiam, qui huic rei instantissimè nõ immine-
bant, pœna proscritionis & sanguinis supplicium poneretur: sed & de primatibus Officio-
rum tres numero punirentur, alijs viginti librarum auri condemnatione multandis.

RETORQUET
LEGES LA-
TAS CON-
TRA ARI-
ANOS IN CA-
THOLICOS.

Quare his necesse est constitutionibus obligari Homouianos omnes, quos huiusmodi
malæ persuasionis constat tenuisse & tenere materiam: quos ab omnibus supradictis absti-
nere decreuimus in prosecutione venturis per ordines cunctarum vrbiû: sed etiam Iudi-
ces, qui superioribus neglectis dira supplicia diuersis non intulisse monstrantur, omnes su-
pradictæ fidei Homouian erroribus implicatos, quæ cuncto prædamnata est Concilio tan-
torum numero sacerdotum, vniuersis rebus prædictis & contractibus præcipimus abstinere;
quod nihil sibi nouerint esse permillum. Sed vniuersos similis pœna maneat & astringat, si
ad veram religionem, quam veneramus & colimus, intra diem Kalendarum Iuniarum anni
octauæ regni nostri conuersi non fuerint. Ad diem autem præstitutum eadem pietas nostra
constituit, vt prædamnatis errorum indulgentia non negetur, & obstinatos animos supplicia
digna coërceant. Qui autè in eodè errore permanserint, seu domus nostræ occupati militia,
seu forsitan diuersis titulis necessitatibusque præpositi, pro gradibus suis dictarum superius
multarum illationes cogantur excipere, nihil valituris quæ forsitan per subreptionem quem-
quam talium contigit promereri. In priuatos etiâ, vel cuiuscumque gradus & loci personas
hoc nostra promulgatio præcepit obseruandû, quod circa tales supradictis legibus videbatur
expressum, vt pœnæ congruæ subderentur. Iudices autem prouinciarum quod statutum est
negligentes exequi, superiori pœna, quæ talibus est præscripta, constituimus obligandos.

SVIS SACER
DOTIB. REX
DAT CYN-
CTA ORTHO-
DOXORVM.

Veris autem maiestatis diuinæ cultoribus, id est, sacerdotibus nostris ecclesias vniuersas,
vel totius cleri nominis supradicti quibuscumque terris & regionibus constitutas, quæ
propitia Diuinitate, Imperij nostri regimine possidentur, vnâ cû rebus quæ ad easdem per-
tinent, hoc decreto statuimus debere proficere, non dubitantes plus alimonie inopum pro-
ficere, quod sacrosanctis Pontificibus nostris collatum est. Hanc igitur legem è fonte iusti-
tiæ prodeuntem, cunctis præcipimus innotescere; quatenus nullus sibi ignotum esse, quod
præceptum est, possit obtendere. Optamus vos bene valere. Data sub die sexto Kaldas
Martij,

A Martij, Carthagine.] hæcenus edictum, quod quidè satis intelligitur diu ante Conuentum
Episcoporum fuisse conscriptum: haud enim paucorum dierum potuit esse opus, cunctas
promulgatas in hæreticos ab Orthodoxis Imperatoribus leges inuenire, legere, ex eisdemque
pœnas inflictas in hæreticos, aduersus Catholicos retorquere: vt planè verum esse experi-
mento noscatur, antequam conuenirent vtriusque partis Episcopi, eam fuisse in Catholicos
legem scriptam, quam velamento illo, quod in disputatione defecissent, vel tumultuati es-
sent in dicta Collatione, voluit obumbrari.

Sed quid acciderit in singulis locis, in quibus per vniuersam Africam Hunerico subie-
ctam eiusmodi fuit promulgatum edictum, in Actis passionis septem martyrum, quæ ad
finem librorum Victoris habentur apposita, hæc leguntur: Post modicum quoque temporis,
vniuersas simul ecclesias, præiudicatis venerabilibus portis, cæmentis ingentibus claudi
mandauit. Vniuersa namque monasteria viroorum, vel puellarum sanctarum, Gentibus,
id est, Mauris cum habitatoribus donare præcepit: vnus fuit omnibus euilatus, vnus pro
Christo moriens integer & plenus affectus. Paria currebant flumina lacrymarum, quia per-
miserat Dominus cibari eos pane lacrymarum, & potari eos in lacrymis mensurarum, aut
forsitan sine mensura. Et si reperta est exiens de arca in hians cadaueribus mortuis pars aliqua
pereuntium coruorum, maior est tamen in nomine Trinitatis numerus feliciû colum-
barum. Quanti nobiles & optimi viri, ampli & lati cæspitis domini, terram cum cælo com-
mutauerunt, & simul corpus cum substantia tradiderunt? atque delicatæ & nobilissimæ
feminæ, contra reuerendiam naturæ, spectante vulgo, virgis cæcæ, variisque tormentis cruci-
ata, victricia trophæa portarunt? Quanti infantuli iridentes edicta feralia, antè mundum
contempserunt, quam illecebrosam eius semitam introirent? &c.] hæc ibi.

Sed redeamus ad sanctos Episcopos, quos inter dracones Carthagine agentes reliqui-
mus. Victor enim his verbis lugubrem tragœdiam profecutus, sic ait: Post hæc edicta
feralia veneno toxicato transuersa, iubet Hunericus cunctos Episcopos qui Carthagine fue-
rant congregari, quorum iam ecclesias, domos, & substantiam ceperat, in hospitibus quibus
erant expoliati, & expoliatos foras muros propelli: non animal, non seruus, non mutanda
quæ ferebant vestimenta penitus dimittuntur: addens adhuc, vt nullus quempiam illorum
hospitio reciperet, aut alimoniam præstaret: qui autem hoc miserationis causa facere
tentasset, cum vniuersa domo sua incendio cremaretur. Sapienter tunc etiam proiecti Epi-
scopi fecerunt, vt licet mendicantes, exinde non abirent: quia si recederent, non tantum
violenter omnino reuocarentur, sed & mentirentur eos, sicut mentiti sunt, fugisse con-
fictum; maximè quia vbi reuerterentur, iam nequaquam fuerat, ecclesiis, substantia, vel
domibus occupatis.

Dum ergo gementes in circuitu murorum nudo sub aère iacerent, factum est vt Rex
impius in piscinas exisset. Cui vniuersi occurrere maluerunt, dicentes: Vt quid taliter affli-
gimur? pro quibus malis fortè commissis ita perpetimur? Si ad disputationem congregati
sumus, quare expoliati? quare traducimur? quare differimur, & sine ecclesiis & domibus
nostris foras ciuitatem fame & nuditate laborantes, medijs sterconibus volutamur? Quos
ille toris oculis aspiciens, priusquam suggestionem eorum audisset, iussit super eos cum
fessoribus equos dimitti, vt tali violentia possent non solum conterri, verum etiam necari.
Quorum tunc multi contriti sunt, & præcipuè senes & infirmi. Tunc deinde iubentur ad
quemdam locum, qui dicitur Edes Memoria, illi viri Dei occurrere, fraudem sibi nescientes
apertam. Vbi cum venissent, charta eis ostenditur inuoluta: diciturque illis ista subtilitate ser-
pentis: Dominus noster Rex Hunericus, licet doleat quod fueritis contemptores, & adhuc
eius voluntati obedire tardens, vt eius efficiamini religionis, cuius est ipse: nunc tamen bo-
num de vobis cogitauit. Si iuraueritis ita, vt quod ista charta continet, faciatis; dimittit vos
ecclesiis & domibus vestris.

Ad quod vniuersi Episcopi responderunt: Semper dicimus, & diximus, & dicturi sumus:
Christiani sumus, Episcopi sumus, Apostolicam fidem vnâ & veram tenemus. Factoque
post confessionem fidei silentio modico, illi qui à Rege fuerant destinati festinabant extor-
quere Episcopis sacramentum. Tunc beati viri Hortulanus & Florentinianus Episcopi pro
omnibus & cum omnibus dixerunt: Numquid animalia nos irrationabilia sumus, vt ne-
scientes quid charta contineat, facile aut temerè iuremus? Accelerauerunt quoque illi à Re-
ge destinati scripturæ eius propalare tenorem, qui huiusmodi sermonibus fuerat coloratus.
sic enim calumniola series continebat: Iurate, si post obitum domini nostri Regis, eius

DIRA PER-
SECUTIO
VBIQUE OR-
THODOXO-
RYM.
præclusis
dicatis

Psal. 79.
Genes. 8.

Victor de
persecut.
Vind. lib. 3.
EPISCOPI
ORTHODOXI
QUAM MA-
LE HABITI.

CONVENTI-
ENTES OR-
THODOXI
EPISCOPI
REXEM
PROTRITI.

TENTAT
REX NOVA
ARTE EPI-
SCOPOS.

CHRISTI
484.FELICIS PAP.
2.ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

filium Hildericum desideratis esse Regem: vel si nullus vestrum ad regiones transmarinas A
epistolas dirigit: Quia si sacramentum huius rei dederitis, restituet vos ecclesiis vestris.

Cogitavit tunc multorum pia simplicitas, etiam contra prohibitionem diuinam sacra-
mentum dare, ne Dei populus in posterum diceret, quod vitio sacerdotum; qui iurare no-
luerunt, non fuerint ecclesiarum restituta. Alij quoque astutiores Episcopi sentientes dolum
fraudis, nequaquam iurare voluerunt, dicentes prohibitum fuisse Euangelica auctoritate,
ipso Domino dicente: Non iurabis in toro.] Diu sanè penesque multos inualuit ista sen-
tentia, quod prohibente Domino verbis illis, Non iurabis omnino] prohibitum esset vni-
cuique Christiano iurare. verùm adiunctis iis quæ Dominus dicit per Hieremiam^b: Iurabis
in veritate, in iudicio, & in iustitia] licitum esse iurare, Catholica^c Ecclesia docuit. sed de his
pluribus suo loco. Pergit Victor:

^a Matth. 5.^b Hierem. 4.
^c 22. q. 1. per
tot.HUNERICVS
IN OMNIS
PERIODVS.

Quibus ministri Regis: Secedant in parte (inquiunt) qui iurare disponunt. Qui cum se- B
cederent, Notariis scribentibus quis quid diceret, & ex qua ciuitate fuisset, exceptum est.
Similiter factum est de illis qui minime iurauerunt. Statimque pars vtraque custodiis man-
cipatur. Post verò fraus, quæ celabatur, apparuit. Iurantibus dictum est: Quare contra præ-
ceptum Euangelij iurare voluistis? Iussit Rex vt ciuitates atque ecclesias vestras numquam
videatis, sed relegati, colonatus iure ad excolendum agros accipiatis: ita tamen, vt non
psallatis, neque oretis, aut ad legendum codicem in manibus gestetis, non baptizetis, neque
ordinetis, aut aliquem reconciliare præsumatis. Similiter non iurantibus ait: Quia regnum
filij domini nostri non optatis, idcirco iurare noluistis: ob quam causam iussi estis in Corsi-
canam insulam relegari, vt ligna profutura nauibus dominicis incidatis.] hæc Victor, huc-
usque persecutus de Episcopis Carthagine ad Collationem congregatis historiam, illosque
relinquens, ad persecutionem quam in aliis Africæ prouinciis mox post promulgatum edi- C
ctum Orthodoxi sunt passi, styllum conuertit. At nos non relinquamus hunc celebrem
sanctissimorum Antistitum confessorum Conuentum.

Exhorruisti, lector, simulque compassus es, vbi tot venerandos Episcopos confessores
barbaricæ feritati truculentissimi Regis subiacerere conspexisti, cum furentibus Arianis in
mansuetissimos sacerdotes dire seruiendi est permissa potestas. Quibus illud^d Dominicum
iure fuerit exprobandum: Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum] cum mutandæ sint
vices, & tempus affuturum, cum videntes^e impij turbabuntur timore horribili, & mirabun-
tur in subitatione insperatæ salutis; dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia
spiritus gementes: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem im-
properij: Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore:
Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est.]

^d Luc. 22.^e Sap. 5.

Quæ autem post hæc ita exagitatis apud Carthaginem contigerit sanctis Episcopis, do-
lemus à Victore prætermissa: nisi æquius sit existimare iniuria temporis ea ex codice exci-
disse, sicut & alia plura, vel decurtata, vel saltem mendosa reperiuntur. Constat quidem
nullam penitus apud eum mentionem haberi de sancto Vindemiali Episcopo, hoc tempo-
re martyrio illustrato, notissimo martyre, vniuerso Catholico Orbi conspicuo ex publicis
Ecclesiæ Catholicæ monumentis^f. De Ruffiniano præterea profugo ex prouincia Bizace-
na, & in Sicilia vitam anachoreticam excolente, noto ex Actis sancti Fulgentij, nulla prorsus
est apud Victorem mentio: vt planè acciderit vt idem Victor rerum scribendarum copia
nimium exuberante victus fuerit: quod & ipse liberaliter ingenueque fatetur. Quamob-
rem quæ ex sacris martyrum passionibus de his Gregorius Turonensis in lucem prodidit,
hic describamus.

^f Martyrol.
Rom. die 2.
Maij.

Agens enim Gregorius de eadem persecutione VVandalica sub Hunerico excitata, ex
alia planè quàm Victoris historia ista narrat^g: Legimus (inquit) quorundam ex ipsis mar-
tyrum passionibus: ex quibus quædam replicanda sunt, vt ad ea quæ spondimus, venia-
mus. Igitur Cyrola falsò vocatus Episcopus, hæreticorum tunc maximus vocabatur asser-
tor. Cumque ad persequendum Christianos Rex per diuersa transmitteret, S. Eugenium
Episcopum virum inenarrabili sanctitate, qui tunc ferebatur magnæ esse prudentiæ, in sub-
urbano ciuitatis suæ reperit persecutor: quem ita violenter rapuit, vt nec ad hortandum
gregem Christi vllum abire permetteret. Ille verò cum se videret abduci, epistolam ciuibus
pro custodienda fide Catholica hoc modo transmisit:

Dilectissimis & in Christi amore dulcissimis filiis & filiabus Ecclesiæ mihi à Deo com-
missa, Eugenius Episcopus.

^g Gre. Turon.
Hist. Fr. anc.
lib. 2. c. 3.
EUGENIUS
DVCI TVR
INTRACAR
THAGINEM
MITTENDVS
IN EXI-
LIVM.

Regalis

CHRISTI
484.FELICIS PAP.
2.ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

Regalis emanauit auctoritas, & pro exercenda fide Catholica, edicto nos è Carthagine
venire^a præcepit. Et ideo ne abiens à vobis, Ecclesiam Dei in ambiguo, hoc est, in sus-
penso dimitterem, aut oues Christi non verus pastor silentio relinquere: necessarium
dixi has pro me vicarias vestræ dirigere sanctitati: In quibus non sine lacrymis peto, horror,
moneo, & satis abundeque obtestor per Dei maiestatem, & per tremendum iudicij diem,
atque aduentus Christi terribilem claritatem, vt fixius teneatis Catholicam fidem, asse-
rentes Filium Patri esse æqualem, & Spiritum sanctum eandem habere cum Patre & Filio
deitatem. Seruate itaque vnicuique baptismatis gratiam, custodientes chrisinatis vnitionem.

*abire
EUGENII
EPISTOLA
AD SVOS
CARTHAGE-
NENSIS.

Nemo post aquam reuertatur ad aquam renatus ex aqua: nutu enim Dei sal in aqua confi-
citur, sed si in aquam redactum fuerit, omnis species eius confestim euacuatur. Vnde non
immeritò Dominus in Euangelio ait^a: Si sal insatuatum fuerit, in quo salietur? Et vtrique
hoc est insatuari, velle secundo condiri, cum semel factum sufficiat. Nam audistis Christum
dicentem^b: Qui semel lotus est, non habet necessitatem iterum lauandi. Ideoque fratres,
& filij, filiarumque mearum in Domino, non vos contristet absentia mea, quin Catholicæ discipline
inhæreatis. Ego vos nec longinquitate aliqua obliuiscor, nec morte à vobis diuellor.

HORTATUR
VT CAVE-
ANT RR-
BAPTIZA-
TIONEM.
^a Mat. 5.
^b Marc. 9.
Luc. 14.
^c Ioh. 13.

Scitote quia quocumque me fecerint diuidi agone, mecum est palma. Si ad exilium abie-
ro, beati Ioannis Euangelistæ exemplum habeo. Si ad mortis exitium: Viuere^c mihi Christus
est, mori lucrum. Si rediero, fratres, implebit Deus desiderium vestrum. Artamen sufficit
modò, quod vobis non tæui: Monui, instruxi quomodo potui: ideoque immunis sum à
sanguine omnium pereuntium: & scio quia aduersus eos legentur litteræ istæ ante tribunal
Christi, cum venerit reddere vnicuique secundum opera sua. Si reuersus fuero, fratres, vide-
bo vos in hac vita: si non reuersus fuero, videbo vos in futura. Dico tamen vobis, Valet,

^c Philip. 1.
VT PER-
TENT IN
FIDE AD-
MONET.

orate pro nobis, & ieiunate: quia ieiunium & eleemosyna semper Dominum ad misericor-
diam deflexerunt. Memoretote esse scriptum in Euangelio^d: Nolite timere eos qui occidunt^e
corpus, animam autem non possunt occidere: Timete autem eum, qui postquam occiderit,
habet potestatem & animam & corpus perdere & mittere in gehennam.] hucusque Euge-
nij sanctissimi confessoris epistola cursim & furtim præ angustia temporis & loci conscripta,
cum iam ex tyranni sententia esset in exilium deportandus. Verum multa antea præcesse-
runt, quæ Victoris volumen non habet, qui (vt ipse testatur) relictis antequam in exilium ire
iuberentur, Episcopis, ad enarrandas clades, quæ ex Regis edicto tunc inferebantur Ecclesiis,
orationem conuertit. Porro ex Gregorio referemus, quæ in Victore desiderantur: quæ qui-
dem esse germana, germanitas recitatae epistolæ satis indicare posse videtur. Gènadius enim
meminit istiusmodi S. Eugenij epistolarum, vbi ait: Epistolas veluti communitorias fidei, &
vnius sacri & conseruandi baptismatis omnibus suis quasi pastor dereliquit.] Sed quænam
epistolam istam præcesserint, audi Gregorium, qui ait:

^d Matt. 10.
^e Luc. 12.

Tractus itaque S. Eugenius ad Regem, cum illo Arianorum Episcopo pro fide Catholica
decertauit. Cumque eum de sanctæ Trinitatis mysterio potentissimè deuicisset, & insuper
multas per eum virtutes Christus ostenderet: in maiorem insaniam idem Episcopus, inui-
dia inflammante, succenditur. Erant enim tunc temporis cum S. Eugenio viri prudentissimi
atque sanctissimi, Vindemialis & Longinus Episcopi, pares gradu, virtute non impares: nam
S. Vindemialis eo tempore ferebatur mortuum suscitasse: Longinus autem multis infirmis
salutem tribuit. Eugenius quoque non solum visibilem oculorum cæcitatem, sed etiam
mentium depellebat.] Horum gloriam æmulatus idem Arianorum Antistes, ne vel hac ex
parte inferior appareret, quod virtute perficere non daretur, subdola arte facere cogitauit.
E quid autem egerit, audi Gregorium, dum subdit:

DE VINDE-
MIALE ET
LONGINO
EPISCOPIIS.

Quod cernens ille nequam Arianorum Episcopus, nempe Cyrola, vocatum ad se quem-
dam hominem ab illo, quo ipse viuebat errore deceptum, ait: Non patior, quod hi Episcopi
multa in populo signa depromant, illosque cuncti, me neglecto, sequantur. Acquiesce nunc
his quæ præcipio: & acceptis quinquaginta aureis, sede in platea, per quam nobis est transi-
tus: & manum super clausos oculos ponens, me præeunte cum reliquis, exclama magna vir-
tute, dicens: Te, beatissime Cyrola nostræ religionis Antistes, deprecor, vt respiciens mani-
festes gloriam ac virtutem tuam, vt oculos meos aperiens, merear lucem videre, quam per-
didi. Qui iussa complens, residensque in platea, transeunte hæretico cū sanctis Dei: iste qui
Deum irridere cogitabat, exclamat magna virtute dicens: Audi me, beatissime Cyrola: audi
me, sancte sacerdos Dei: respice cæcitatem meam: Experiar ego medicamenta, quæ sæpè
cæci reliqui à te meruerunt, quæ ipsi etiam mortui perferunt:

CYROLA
STROPHAM
STRUIT FAL-
SI MIRAC-
CVLI.

Annal. Eccl. Tom. 6.

M m 2 Adiuo

CHRISTI
484.FELICIS PAP.
2.ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

Adiuro te per istam virtutem quam habes, vt mihi desideratam restituas lucem, quia graui sum cæcitate percussus. A

Veritatem enim nesciens, verum dicebat, quia cæcauerat eum cupiditas, & virtutem Dei omnipotentis irridere per pecuniam æstimabat. Tunc hæreticorum Episcopus paululum se diuertit, quasi in virtute triumphaturus, elatus vanitate atque superbia, posuit manum suam super oculos eius, dicens: Secundum fidem nostram, qua recte Deum credimus, aperiantur oculi tui. Et mox vt in hoc nefas erupit, risus mutatur in planctum, & dolus Episcopi est patefactus in publico. Nam tantus dolor oculos miseri illius inuasit, vt eos digitis vix comprimeret, ne creparent. Denique miser clamare cœpit, ac dicere: Væ mihi misero, quia seductus sum ab inimico legis diuinae. Væ mihi, qui Deum per pecuniam irridere volui, & quinquaginta aureos accepi, vt hoc facinus perpetrarem. Ad Episcopum autem aiebat: Ecce aurum tuum; redde lumen meum, quod dolo tuo perdidisti. Vosque rogo, gloriosissimi Christiani, ne despiciatis miserum; sed velociter succurrite pereunti. Verè enim cognoui quia Deus non irridetur.

Galat. 6.
Marc. 9.

Tunc sancti, Dei misericordia moti: Si (inquiunt) credis, omnia possibilia sunt credenti. At ille clamabat voce magna: Qui non crediderit Christum Filium Dei & Spiritum sanctum æqualem habere substantiam atque deitatem cum Deo Patre, hodie quæ ego perfero, patiatur. Et adiecit: Credo Deum Patrem omnipotentem, Credo Filium Dei Christum Iesum æqualem Patri, Credo Spiritum sanctum Patri & Filio consubstantialem atque co-æternum. Hæc illi audientes, & se inuicem amore mutuo præuenientes, oritur inter eos sancta contentio; quis oculos eius signum beatæ Crucis imponeret: Vindemialis verò ac Longinus Eugenium, ille autem econtrà eos exorat, vt manus imponerent cæco. Quod cum fecissent, & manus suas super caput eius tenerent: sanctus Eugenius Crucem super oculos cæci faciens, ait: In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti veri Dei, quem trinum in vna æqualitate atque omnipotentia consistemus, aperiantur oculi tui. Et statim ablato dolore, ad pristinam rediit sanitatem. Manifestissimè autem patuit per huius cæcitatem, qualiter hæreticorum Episcopus oculos cordium misero assertionis suæ velabat amictu, ne veram lucem illi liceret fidei oculis contemplari. O miserum, qui non ingressus per ianuam, id est, Christum, qui est ianua vera, lupus magis gregis, quàm custos effectus est; & pacem fidei, quam in credentium cordibus debuerat accendere, prauitate cordis sui conabatur extinguere. Sancti verò Dei alia signa in populo multa fecerunt, & erat vox vna populi dicentis: Verus Deus Pater, verus Deus Filius, verus Deus Spiritus sanctus vna fide colendus, vno timore metuendus, eodemque honore venerandus: nam quæ Cyrola asserit, falsa esse cunctis est manifestum. Hæc quidem tunc illi: ex quibus æquè irrideas & sibilis insecteris recentiorum quoque hæreticorum strophas in miraculis affectandis, cum pariter & ipsi Dei virtute delusi, vitam adimunt viuenti, dum videri volunt reuocasse ad vitam fingentem se mortuum, sed de his suo tempore. Iam verò quæ post hæc Hunericus in sanctos admisit Episcopos, oratio Gregorij ita profequitur.

EUGENIUS
ILLUMINATA
SANCYUM.

Videns autem (inquit) Hunericus Rex assertiones suas per sanctorum fidem gloriosam taliter denudari, nec erigi sectam erroris, sed potius destrui, fraudemque Pontificis sui in hoc scelere fuisse detectam; sanctos Dei post multa tormenta, post aculeos, post flammam, post vngulas, iussit interfici. Beatum verò Eugenium decollari iussit, sub ea specie, vt si in ea hora qua ensis super ceruicem eius incumbere non reuerteretur ad hæreticorum sectam, non occideretur, ne eum pro martyre excolerent Christiani; sed exilio damnaretur. Quod ita factum esse, manifestum est. Nam cum imminente morte interrogatus fuisset, si mori pro fide Catholica destinaret, respondit: Hæc est enim sempiterna vita, pro iustitia mori. Tunc suspensus gladio, apud Albigensem Galliarum urbem exilio deportatus est, vbi & finem vitæ præsentis fecit. Hæc Gregorius. Verùm quæ tradit de sancti Eugenij exilio in Gallias, sub successore Hunerici contigerunt, vt suo loco dicturi sumus: hoc autem tempore non in Gallias, sed in eremum Tripolitanae prouinciæ relegatum, Victor tradit inferius, vbi quænam passus ibi S. Eugenius fuerit, narrat.

Sic igitur barbari furentis animus, ex sanctorum Eugenij & Vindemialis virtutibus magis magisque exfauciatus, mox iubet omnes illos Carthagine congregatos sanctos Episcopos, gloriosissimos confessores, martyres designatos, ciues Sanctorum, domesticos Dei, mundi exules, cæli incolas in exilium deportari; quod illis triumphus gloriæ, præmium vitæ, iter ad cælum, atque regni corona fuit. Ceterum non vna de omnibus fuit sententia Hunerici, licet vnum

CHRISTI
484.FELICIS PAP.
2.ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

vnum eius prauæ mentis fuerit institutum, nimirum, vt omnes (si posset) præuaricari compelleret asperis, vel emolliret, heceteretque lenitate. Hinc itaque accidit, vt in insulam Corsicam ad opus nauium alios relegauerit, in deserta alios Africae, alios verò in amœniora loca proxima suis, quibus præerant Episcopi, ciuitatibus: Eugenium verò in eremum Tripolitanae prouinciæ relegauit, vbi Præfectus erat Antonius quidam sæuissimus Arianus, vt ab eo cogere durissima pati. Qui quidem vbi illuc deferendum se vidit tradi militibus, eam quam ex Gregorio recitauimus epistolam ad suos Carthagenenses conscripsit. Ceterum licet ipse in desertum locum longè abductus esset, haud tamen cessauit suis Carthagenensibus prodesse, alias commonitorias (vt dictum est ex Gennadio) scribens epistolas. At quid vniuersæ Ecclesiæ Catholicae super scripto præstitit, idem Gennadius testatur his verbis: Al-

Gennadius
de Script.
Eccl. c. 97.

& relegandas per Maiorem domus Hunerici transmisit, similiter & preces pro quiete Christianorum eidem veluti Apologias obtulit. Hæc Gennadius. De alio autè eiusdem Eugenij exilio in Gallias, atque eius obitu, suo loco dicturi sumus.

Porro sicut exemplo Eugenij demonstratum est, non omnes Episcopos Africae relegatos in Corsicam insulam esse, ita etiam ex his quæ habentur in Actis S. Fulgentij Episcopi liquet nonnullos haud longius amandatos: in eis enim hæc leguntur: Fuit autem tunc temporis Episcopus quidam laudabiliter prædicandus, nomine Faustus, qui pro fide Catholica non longè à cathedra sua iussus fuerat relegari. De multis enim sacerdotibus hoc Hunerici tyranni astuta malignitas ordinauerat, vt iuxta patriam propriam peregrinationis incommodum sustinentes, ad negandum Deum facile flecterentur. In eodem proinde loco, vbi relegatus tenebatur, monasterium sibi construxerat; in quo spiritualiter viuens, apud omnes Christianos venerabilis habebatur. Ad hunc ergo S. Fulgentius (quippe ei notissimus) alacriter venit, ei que secretum cordis sui fideliter indicauit, &c.] narrat enim quomodo apud eum idem S. Fulgentius vitam monasticam exercuit, atque tandem ad regimen Ruspenis Ecclesiæ vocatus est. At de exulibus hæc tenent.

DE FAUSTO
EPISCOPO.

Prosequamur iam modò quæ de eadem VVandalica sub Hunerico persecutione Gregorius recenset his verbis: Sanctum verò Vindemiale gladio percute præcepit, quod & impletum est in hoc certamine. Octauianus verò Archidiaconus & multa millia virorum ac mulierum hanc fidem asserentium interempta atque debilitata sunt. Sed pro amore gloriæ nihil erant hæc supplicia confessoribus sanctis, qui in paucis vexati, in multis bene se nouerunt disponendos, iuxta illud Apostoli: Quia non sunt condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelatur in Sanctis. Multi tunc errantes à fide, accipientes diuitias, inseruerunt se doloribus multis. Infelix autem quidam Episcopus, nomine Reuocatus, eo tempore est reuocatus à fide Catholica. Hæc de his Gregorius ex passionibus quas legit Sanctorum, vt ipse testatur exordio narrationis.

Greg. Tur.
hist. Franc.
lib. 2. c. 3.
DE S. VIN-
DEMIALE
EPISCOPO
ET MART.
Rom. 8.

Præter illos à Victore sub hac persecutione recensitos martyres, alij etiam (vt dictum est) passi, reperiuntur: Nam & Isidorus meminit læti Episcopi Leptensis hoc tempore sub Hunerico martyrio coronati: qui & miranda hæc de ipsius præstantia addit, post centum ferme annos Iustinianum Imperatorem fuisse ab eodem martyre excitatum, vt exercitum ad recuperandam Africam mitteret: nam ei omnia dextera euentura pollicitus est: quod quidem vt ab eodem insigni martyre læto fuerat prænuntiatum, euenit. Hæc de præclaris martyribus à Victore prætermisissis, & quidem insignibus: vt probè intelligas ipsum haud omnia profectum, vel scias codicem trium librorum ab ipso scriptorum haud integrum reperiri, sed plura in eo desiderari.

Isidor. hist.
VVandal.
LIB. TVS
EPISCOPIVS
LEPTENSIS
MARTYR.

Iam verò quæ reliqua sunt anni huius persecutionis VVandalicæ, Victore præuio, profequamur, qui ait: Addidit itaque bestia illa, sanguinem sitiens innocentum, Episcopis necdum adhuc in exilium directis, per vniuersas Africanæ terræ prouincias vno tempore terribiles crudelissimos destinari: vt nulla remansisset domus & locus, vbi non fuisset eiulatus & luctus, vt nulli ætati, nulli parceretur sexui, nisi illis qui eorum succumberent voluntati. Hos fustibus, illos suspendio, alios ignibus concremabant. Mulieres & præcipuè nobiles contra iura naturæ nudas omnino in facie publica cruciabant. Ex quibus vnam nostram Dionysiam cursim ac breuiter nominabo. Cum viderent eam non solum audacem, sed etiam matronis ceteris pulchriorem, ipsam primò nisi sunt fustibus expoliata aptare. Quæ cum peteret, diceretque de Domino suo secura: Qualiter libet cruciate, verecunda tamen membra nolite nudare: amplius illi magis furentes, cellisiori loco vestimentis exutam consistunt, specta-

FEMINAR
OPPRO-
BRIIS ET
TORMEN-
TIS CRUCI-
CIATAS.

culum eam omnibus facientes. Quæ inter ictus virgarum, dum rivuli sanguinis toto iam corpore fluitarent, libera voce dicebat: Ministri diaboli, quod ad opprobrium meum facere computatis, ipsa est laus mea. Et quia erat Scripturarum diuinarum scientia plena, arctata pœnis, & ipsa iam martyr, alios ad martyrium confortabat. Quæ suo sancto exemplo vniuersam suam patriam liberauit.

DE MARTYRIO MAIORICI FILII DIONYSIIAE.

Lucæ 13.

Quæ cum suum vnicum filium, admodum adhuc teneræ ætatis & delicatum, timore pœnarum formidolosum conspiceret, verberans eum nutibus oculorum, & increpans auctoritate matèrna ita confortauit, vt matre multo fortior redderetur. Cui inter crudelia verbera constituto, ita dicebat: Memento fili mi, quia in nomine Trinitatis in matre Catholica baptizati sumus: non perdamus indumentum nostræ salutis, ne veniens inuitator, vestem non inueniat nuptialem, & dicat ministris: Mittite in tenebras exteriores, vbi erit fletus oculorum, & stridor dentium. Illa pœna timenda est, quæ numquam finitur: illa desideranda vita, quæ semper habetur. Talibus itaque filium solidans verbis, velociter martyrem fecit. Venerabilis verò adolescens, Maioricus nomine, in certamine confessionis spiritum reddens, cursum palmiferum consummauit. Amplexansque illa hostiam suam, quantis potuit vocibus Domino gratias agens, ad gaudium spei futuræ in sua domo maluit sepelire, vt quotiens super sepulchrum eius Trinitati preces effundit, alienam se à filio numquam esse confidat. Quanti igitur per eam in illa ciuitate (vt fati sumus) acquisiti sunt Deo, longum est enarrare. Nam & eius germana, nomine Datura, atque Leontia filia S. Germani Episcopi, cognatusque Daturæ venerabilis Emelius medicus, religiosus quoque Tertius Trinitatis confessione præclarus, vel Sibidensis Bonifacius quanta pertulerint, qualibusque cruciatibus cuiuscera, vel cuiuscera sint, qui valet ex ordine dicat.

SERUUS TVRBURBITANVS DIXIT VEXATUS.

Seruus quoque Suburbitanæ ciuitatis maioris generosus & nobilis vir pro Christo quas pertulit, quis explicet pœnas? Qui post cædes innumerabilium sustium, trochleis frequentibus eleuatus, dum tota præ vrbe penderet, nunc in sublime se tollente ictu celeri, dimissis iterum cannabinis, super silices platearum pondere corporis veniens, vt lapis super lapides corruerat. Sed & sapius tractum, & lapidibus acutissimis defricatum, & cutibus separatis, pelles corporis lateribus dorsoque videres & ventre pendere. Iste iam temporibus Genserici non valde dissimilia pertulerat, ne amici cuiusdam sui secreta nudaret: quanto magis nunc, vt suæ fidei sacramenta muniret? Et si hominis gratiæ fideliter exhibuit fidem, quantum debet illi, qui redditurus est pro fide mercedem?

VICTORIANAE CULUSITANAE CERATAMEN.

In ciuitate verò Culusitana non valeo quæ gesta sunt nunciare: quia & ipsam quantitatem martyrum, vel etiam confessorum, impossibile est homini supputare. Vbi quædam matrona auxrix sui nominis Victoria, dum in conspectu vulgi continuato suspendio cremaretur, à marito iam perduto, filiis præsentibus, taliter rogabatur: Quid pateris, coniunx? Si me despicias, vel horum, quos genuisti, miserere impia paruulorum: Quare obliuisceris vteri tui, & pro nihilo ducis quos cum gemitu peperisti? Vbi sunt cœdera coniugalis amoris? Vbi societatis vincula, quæ inter nos dudum honestatis iure tabulæ conscriptæ fecerunt? Respice, quæso, filios ac maritum, & regiæ iustionis implere festina præceptum, vt & imminencia adhuc tormenta lucreris, simul & mihi doneris, & liberis nostris. Sed illa nec filiorum fletus, nec serpentis audiens blandimenta, affectum multo altius eleuans è terra, mundum cum suis desideriis contemnebat: Quam cum in continuatione supplicij vulsis humeris, etiam qui cruciabant conspicerent emortuâ, deposuerunt prorsus omni parte exanimem. Quæ postea retulit, quamdâ sibi virginem astitisse, atque tetigisse membra singula, & illico fuisse sanatam.

DE VICTORIANO ADRUMENTINO.

Qualiter autem Adrumentinæ ciuitatis eiuem Victorianum tunc Proconsulem Carthaginis prædicem, nescio, deficientibus verbis: quo in Africæ partibus nullus ditior fuit, qui etiam apud impium Regé pro rebus semper sibi cõmissis fidelissimus habebatur. Mandatur ei à Rege familiariter, diciturque quòd eum habiturus esset præ omnibus, si eius præcepto facilem accommodasset assensum. Sed ille vir Dei missis ad se tale dedit cum fiducia magna respõsum: Securus de Deo & Christo Domino meo, dico quæ Regi dicatis, subigat ignibus, adigat bestias, excruciet generibus omnium tormentorum. si consensero, si ultra sim in Ecclesia Catholica baptizatus: Nam si hæc præfens vita sola fuisset, & aliam, quæ vera est, non sperarem: æternam; nec ita fecissem ad modicum atque temporaliter gloriari, & ingratus existere qui suam fidem mihi contulit creditori. Ad quod tyrannus excitatus, quantorum temporum, & quantis cum afflixerit pœnis, humanus sermo non poterit explicare. Qui tripudians in Domino, feliciterque consummans martyrialem coronam accepit.

Apud

Apud Tambaiensem quoque ciuitatem gesta quis queat certamina martyrum explicare? Vbi duo germani Aquisregiensis ciuitatis sibi securi de Domino inuicem iurauerunt, & rogauerunt tortores, vt vna pœna pari que supplicio torquerentur. Et dum primo suspendio, molibus lapidum pedibus alligatis, tota die penderent, vnus illorum petiuit sese deponi, & sibi inducias dari: cui frater alius metuens ne fidem negaret, de suspendio clamabat: Noli, noli frater: non ita iurauimus Christo. Accusabo te, cum ante thronum eius terribilem venerimus, quia super corpus eius & sanguinem iurauimus, vt pro eo inuicem patiamur. Ita dicens & alia multa, confortauit germanum ad prælium passionis. Qui clamans ingenti voce dicebat: Adigite supplicij quibus vultis, & pœnis Christianos arctate crudelibus: quod frater meus facturus est, hoc etiam ego. Quantis iam laminis ignitis adusti sunt, qualibus vngulis exarati, quibus cruciatibus torti, ipsa res docet, & quod eos ipsi tortores à sua facie proiecerunt dicentes: Istos imitatur vniuersus populus, vt nullus ad nostram religionem penitus conuertatur, & præcipue quia nulli liuores, nulla pœnarum vestigia in eis penitus videbantur.

DVO GERMANI AQUISREGIENSIS CIUITATIS SIBI SECURI DE DOMINO INVICEM IURAUERUNT, & ROGAUERUNT TORTORES, VT VNA PœNA PARIQUE SUPPLICIO TORQUERENTUR. ET DUM PRIMO SUSPENDIO, MOLIBUS LAPIDUM PEDIBUS ALLIGATIS, TOTA DIE PENDERENT, VNUS ILLORUM PETIUIT SESE DEPONI, & SIBI INDUCIAS DARI: CUI FRATER ALIUS METUENS NE FIDEM NEGARET, DE SUSPENDIO CLAMABAT: NOLI, NOLI FRATER: NON ITA IURAUIMUS CHRISTO. ACCUSABO TE, CUM ANTE THRONUM EIUS TERRIBILEM VENERIMUS, QUIA SUPER CORPUS EIUS & SANGUINEM IURAUIMUS, VT PRO EO INVICEM PATIAMUR. ITA DICENS & ALIA MULTA, CONFORTAUIT GERMANUM AD PRÆLIUM PASSIONIS. QUI CLAMANS INGENTI VOCE DICEBAT: ADIGITE SUPPLICIJ QUIBUS VULTIS, & PœNIS CHRISTIANOS ARCTATE CRUDELIBUS: QUOD FRATER MEUS FACTURUS EST, HOC ETIAM EGO. QUANTIS IAM LAMINIS IGNITIS ADUSTI SUNT, QUALIBUS VNGULIS EXARATI, QUIBUS CRUCIATIBUS TORTI, IPSA RES DOCET, & QUOD EOS IPSI TORTORES À SUA FACIE PROIECERUNT DICENTES: ISTOS IMITATUR VNIUERSUS POPULUS, VT NULLUS AD NOSTRAM RELIGIONEM PENITUS CONVERTATUR, & PRÆCIPUE QUIA NULLI LIUORES, NULLA PœNARUM VESTIGIA IN EIS PENITUS VIDEBANTUR.

In Typaseni verò quod gestum est Mauritanæ Maioris ciuitate, ad laudem Dei insinuare festinemus. Dum suæ ciuitati Arianum Episcopum ex Notario Cyrillam ad perdendas animas ordinatum vidissent: omnis simul ciuitas euectione nauali de proximo confugit, relictis paucissimis qui aditum non inuenerant nauigandi: Quos Arianorum Episcopus primò blandimentis, postea minis compellere cœpit, vt eos faceret Arianos: sed fortes in Domino non solum suadentis insaniam irriserunt, verum etiam publicè mysteria diuina in domo vna congregati celebrare cœperunt. Quod ille cognoscens, relationem occultè Carthaginem aduersus eos direxit. Quæ cum regi innotuisset, Comitem quemdam cum iracundia dirigens, præcepit, vt in medio foro, congregata illuc omni prouincia, linguas eis & manus dexteras radicibus abscinderet. Quod cum factum fuisset, Spiritu sancto præstante, ita locuti sunt, & loquuntur, quomodo antea loquebantur. Sed si quis incredulus esse voluerit, pergat nunc Constantinopolim, & ibi reperiet vnum de illis subdiaconum Reparatum sermones politos sine vlla offensione loquentem: ob quam causam venerabilis nimium in Palatio Zenonis Imperatoris habetur, & præcipue Regina mira eum reuerentia veneratur.] Intelligis ex his, lector, Victorem ipsum eiusmodi scripsisse historiam, adhuc viuentem Zenone Augusto.

LINGVIS EXCISIS CONFESORES LOQUUNTUR.

Quod ad huiusmodi aded ingens, totoque Orbe vulgatum miraculum pertinet: summa providentia factum est eius qui tacit mirabilia solus, vt cum diuinitas Filij sui impugnaretur in Africa, aded vt qui lingua eam defendere potuissent, extra prouinciam in insulas & alia loca fuerint relegati; eandem sine linguis, sed sublimioribus vocibus, tuba cælesti, diuino præconio, Spiritu sancti tonitruo, quo etiam aduersariis timor incuteretur & tremor, voluerit non in Africa solum, sed vbique terrarum audiri: vt planè dicere verè licuerit: Non hominum, sed Dei voces.] & illud occinere: Altissimus dedit vocem suam.] & c: Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.] cum sine humana lingua ab hominibus in sui nominis confessione ipsa veritas proferretur lingua cælesti eiusdem quidem generis cum illis, quæ super singulos qui conuenerant, dum completi essent dies Pentecostes, linguæ dispersitæ tamquam ignis cælitus missæ sunt. Vt illud propheticum vsurpare licuerit: Dominus locutus est: quis non prophetabit?] cum admirando modo intonuit de celo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam: cuius sono tinnirent audientium aures, non eorum dumtaxat qui eodem vixerunt tempore, sed & qui hoc nostro sæculo sunt Christiani (nisi instar aspidis surdæ obturent aures) si velint possint audire Dei vocem, testantis apud illos esse Catholicam fidem, quos testificatione sua ipse Deus significauit esse Catholicos. At quamnam fidem sectari se antea illi professi sunt? Audisti nuper eorumdem Episcopos in publica Collatione, publico dato libello, esse professos, sequi se fidem illam, quam Romana profiteretur Ecclesia, quam & professi sunt esse caput omnium Ecclesiarum.

MIRACVLVM IN PIRIBUS CONFIRMATIONEM EDITVM.

Non in Africa solum, sed vbique terrarum audiri: vt planè dicere verè licuerit: Non hominum, sed Dei voces.] & illud occinere: Altissimus dedit vocem suam.] & c: Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.] cum sine humana lingua ab hominibus

lingua cælesti eiusdem quidem generis cum illis, quæ super singulos qui conuenerant, dum completi essent dies Pentecostes, linguæ dispersitæ tamquam ignis cælitus missæ sunt.

Ut illud propheticum vsurpare licuerit: Dominus locutus est: quis non prophetabit?] cum admirando modo intonuit de celo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam: cuius sono tinnirent audientium aures, non eorum dumtaxat qui eodem vixerunt tempore, sed & qui hoc nostro sæculo sunt Christiani (nisi instar aspidis surdæ obturent aures) si velint possint audire Dei vocem, testantis apud illos esse Catholicam fidem, quos testificatione sua ipse Deus significauit esse Catholicos.

At quamnam fidem sectari se antea illi professi sunt? Audisti nuper eorumdem Episcopos in publica Collatione, publico dato libello, esse professos, sequi se fidem illam, quam Romana profiteretur Ecclesia, quam & professi sunt esse caput omnium Ecclesiarum.

Porro rem tantam non vni vel alteri, sed vnus prouinciæ omnibus qui remanserant Catholicis diuinitas impertitam, nec vna die, vel mense, annove, sed vno ferme sæculo, vsque ad obitum scilicet illorum omnium qui talia passi sunt, patefactam, neque vna in ciuitate, vel prouincia Africa, sed etiam in transmarinis regionibus, in quas illi dispersi sunt, predicatam, voluit Deus etiam summæ auctoritatis scriptoribus reddi posteris omni ex parte testatam. Item non solum Victor idemque gloria confessionis illustris, qui istæ omnia oculis vidit & manibus contrectauit, posteris commendauit: sed & Imperatoriæ quoque sanctio-

MIRACVLVM A PLVRIBVS ASERTVM.

CHRISTI
484.FELICIS PAP.
2.ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

sanctionis testificatione res tanta meruit celebrari. Audi diuini operis dignum præconem, Iustinianum inquam ipsum Imperatorem, qui in constitutione à se edita de Officio Præfecti Prætorio Africæ ista ait: Vidimus (inquit) venerabiles viros, qui abscissis radicibus linguis, pœnas suas miserabiliter loquebantur.]

*Et abitur in
Bibliothec.
sanct. tom. 9.
AENEAE
GAZAE
STIFICATIO
DE LOQVEN
TIBVS SIN
LINGVIS.*

Accipe alium rursus de visu testem, doctissimum virum Æneam Gazæum, qui his temporibus claruit Platonice philosophus, de quo & paulo inferius dicturi sumus: hic enim ad calcem disputationis elucubratiſſimæ de animarum immortalitate, & corporum resurrectione, in dialogo qui inscribitur Theophrastus, ista habet, cum per dialogum Axithæus sic ad Theophrastum: Quod autem heri, & quidem paulo ante factum est, id (opinor) ipse quoque vidisti. THEOPHRASTVS: Quid id est, cedo? AXITHÆVS: Magnam Libyam dura premi tyrannide. Ac quoniam tyrannis humanitatem siue benignitatem & sanam atque veram de rebus sententiam haud admittit; sanè tyrannus criminis in loco ducit, eorum qui ipsius imperio subsunt, pietatem; iubetque illud tam præclarum & bonum dogma sacerdotes abnegare; iis qui non obtemperant (proh scelus!) caram Deo linguam excindit, Tere illius, de quo scriptum est in fabulis, exemplum imitatus; qui cum vim virgini fecisset, & accusationem sceleris declinare studeret, linguam excucuit. At virgo peplo facinus intexuit, & exponit arte, cum natura, vt loqueretur non daret. Illi verò, de quibus nobis est oratio, nec peplo opus habent; sed ipsius naturæ conditorem implorant, qui recentiore eis naturam die tertia post largitur, non dato quidem alterius linguæ, sed facultatis sine lingua articulata quàm vnquam antea quod vellent eloquendi munere. Ego verò putabam fieri non posse, vt tibi carens tibiis, artis suæ specimen vllum daret, itemque citharæ deditus cithara musicam artem eam exereret.

At nouum hoc spectaculum cogit me sententiam illam mutare, nihilque earum quæ videntur rerum fixum ac firmum existimare, si quidem id Deus loco suo mouere velit. Ipse ego vos viros vidi, & loquentes audiui; & vocem aded articulata esse posse miratus sum. Instrumentum vocis inquirebam, & auribus non credens, oculis iudicandi munus remisit: atque ore aperto, linguam totam radicibus euulsam vidi, ac stupefactus mirabar, non sanè quo pacto vocem conformarent, sed quo modo conseruari essent. Atque hoc ipsum etiam imperiti cuiusque ad credendum duritiem emolliret, ac doceret, verum ne sit quod dicimus, corpora collapsa resurgere.] hæc Æneas Gazensis, qui (vt diximus) hoc Zenonis tempore claruit, non ab Ænea Troiano ita denominatus, sed à viro diuino Ænea Gazensi Episcopo, quem subrogatum Irenioni Antistiti, & præcessisse Porphyrium virum sanctissimum Gazensem Episcopum, quæ dicta sunt superiori tomo in rebus gestis eiusdem Porphyrii declarant. Quæ præterea miranda his ferme diebus in Syria accidisse eodem in loco ipse narrat, nos (ne à suscepta narratione longius emigremus) post hæc mox narraturi sumus.

Sed & de re tanta quæ reliquæ sunt testificationes (licet ad fidem faciendam illæ opus non sint in re aded perspicue demonstrata, & omni fide probata) in medium afferamus, quo fiet vt nec improbus aduersarius & refractarius contradictor negare & à fide resilire omnino possit. Addamus igitur citatis auctoribus Marcellinum Comitem, qui & his viuentibus vixit, claruitque sub Iustiniano Imperatore. Ipse enim eadem habet in Chronico, qui & hoc addit mirabilius: Tunc idem Rex Hunericus vnus Catholici adolescentis vitam à natiuitate sine sermone ducentis linguam præcepit abscindi: Idemque mutus, qui sine humano auditu Christo credens, fidem didicerat; mox præcisa sibi lingua locutus est; gloriamque Deo in primo vocis suæ exordio dedit. Denique ex hoc Fidelium contubernio aliquantos ego religiosissimos, præcis linguis, manibusque truncatis, apud Byzantium integra voce conspexi loquentes.] hæc Marcellinus: quibus omnibus adde Procopium Rhetorem historicum, qui eodem vixit tempore, & sub Iustiniano nobilissimos duxit militiæ ordines, & eadem quæ vidit scriptis testatus est.

*DYPLEX MI
RACVLVM.*

*MIRACVLA
FIDEM
PROBANT.*

Habes itaque (vt de aliis taceam) quinque, qui eadem quæ viderunt & audierunt, scriptorum monumentis posteris commendarunt, nempe Victorem Episcopum Vticensem, Iustinianum Imperatorem, Æneam Gazæum, Marcellinum Comitem, atque Procopium, quibus tanta prodigia voluit Deus reddi omni fide testata, omnibusque perspicua, vt posteris cunctis innotesceret, curare nostra Deum, cum tam magno miraculo, iam subacta à Vuandalis Africa, ipsa Catholica fides pressuram passa tunc de victoribus triumpharet, vbi extingui penitus putaretur: Sicque certa, fida, tutaque semita monstraretur, per quam Fideles cuncti absque errore, periculoue securi, quo tendunt, in cælum perueniant. Ex quibus non illius tantum

CHRISTI
484.FELICIS PAP.
2.ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

A tantum temporis corrigi & emendari valuissent hæretici, sed omnes qui postea emerere, quic hoc perditissimo tempore tamquam ranæ in Ægypto ebullientes Catholicam veritatem infestant.

Etenim quos Deus tanto signo, tot sine lingua testantibus vocibus, docuit esse Catholicos, & fidem, cuius causa subirent martyrium, esse veram; planè & Ecclesiam, in qua essent, dici debere Catholicam, perspicue demonstrauit: At ab ea quàm longè absint Nouatores, qui se hodie Catholicos profitentur hæretici, lectis quæ ipse Victor & mox post ipsum Fulgentius, vel alij huius temporis Africani doctores scripsere, perspicue satis, si modò velint, intelligere possunt: Contra verò eum nos eandem cum illis scdemur fidem, eademque habeamus cõmunia sacramenta, per omniaque doctrinâ similem; Catholicos nos non esse, haud dicere possunt, redarguti ab iis, qui linguas non habentes, pro nobis altissima voce clamant, vt planè per consecrata illa ex fidei confessione organa benedicta ipse Deus loqui intelligatur.

Ad postremum verò succedant iis qui viderunt, testes qui audierunt, ab illis tamen qui viderant. est is sanctus Gregorius Papa, qui de iisdem hæc in dialogis habet: Zenonis quoque Augusti temporibus, dum contra Catholicorum fidem exorta à Vuandalis persecutio Ariana in Africa vehementer insaniret: quidam in defensione veritatis Episcopi fortiter persistentes ad medium sunt deducti: quos Vuandalorum Rex verbis ac muneribus ad perfidiam flectere non valens, tormentis frangere posse se credidit. Nam cum, eis in ipsa defensione veritatis silentium indiceret, nec tamen ipsi contra perfidiam tacerent, ne tacendo forsitan consensisse viderentur: raptus in furorem, eorum linguas abscindi radicibus præcepit. Res mira, & multis nota senioribus: quia ita pro defensione veritatis etiam sine lingua loquebantur, sicut prius loqui per linguam consueuerant. Hi itaque eo tempore profugi ad

C Constantinopolitanam urbem venerunt. Eo quoque tempore quo pro explendis responsis Ecclesiæ ad Principem ipse transmissus sum, seniore quemdam Episcopum reperi, qui se adhuc eorum ora sine linguis loquentia vidisse testabatur, ita vt apertis oris clamarent: Ecce videte quia linguas non habemus, & loquimur. Videbantur enim à respicientibus, vt ferebant, quia abscissis radicibus linguis quasi quoddam barathrum patebat in gutture, & tamen ore vacuo plena ad integrum verba formabantur. Quorum illic vnus in luxuriam lapsus, mox priuatus est dono miraculi: recto videlicet omnipotentis Dei iudicio, vt qui carnis continentiam seruare neglexerat, sine lingua carnea non haberet verba veritatis.] hæc tamen S. Gregorius. Eadem de iisdem confessoribus, qui linguis abscissis, rectè tamen nihilominus loquerentur, S. Isidorus refertur in historia Vuandalorum.

*LAPSI IN
TORNICA
TIONEM
DONO DEI
PRIVATI.*

Ex his autem quæ ex S. Gregorio recitauimus, possumus intelligere quæ habentur deprauata satis apud Procopium, dum hæc ita leguntur: Multis etiam linguam incidendo afflixit scilicet; suntque vsque meo tempore Byzantij qui impedita sunt voce. non autem omnes hoc pœnæ genus passi: sed si duo consilij fuissent amicarum cum illo concubitus, loqui amplius non permittebantur.] hæc apud Procopium magis quàm Procopius ipse: siquidem siue deprauatione textus, siue interpretis imperitia, nullum ex his verbis germanum sensum historiae consonum elicere possumus; qui tamen ex narrata à S. Gregorio facti serie legitimus ille esse cognoscitur, vt dicere ipse velit, multos lingua præcisos ad sua tempora perseuerasse Constantinopoli voce expedita loquentes; sed duo concubitu amicarum scõdatos, haud permisos esse amplius loqui. hæc quidem Procopius; quæ in eo tantum differunt à S. Gregorio, quod vnus ipse lapsum refert, eaque gratia nudatum, Procopius autem duos.

Sed antequam reliqua de rebus in Africa gestis his iungamus, prosequamur quæ polliciti sumus narrata ab huius temporis florentissimo auctore Platonico philosopho Ænea Gazeo ad mortuorum resurrectione insinuandam: ait enim: Nec fabulæ sunt quod dicimus, nec longa vetustatis memoria repetitum, sed hac tempestate factum miraculum. Ego ipse vidi senem & egregie bonum & Deo cum primis carum. Ei familiaris erat quidam agricola vir simplicis ingenij, & pater vnus tantum pueruli: cum quo puero vir ille rusticus senem illum frequenter adibat, volens aliquid boni facere & discere; illucque suam frugum primitias, tamquam ad fanum quoddam afferebat. Accidit haud ita multo post, vt puer graui morbo correptus vitam cum morte commutaret. Eum iam defunctum pater non (vti lex mandabat) sepulchro condidit, sed sportæ impositum, folijs obtectum, atque in humeros sublatum portans, ad senem ipsum intrat. Deinceps autem, deposito onere, senem (vti consueuerat) affatus, cum ei intentis in ipsum oculis affedisset, paucaque & dixisset & audisset, puero (vt habebat) ceu vuarum primitiis, illic relicto, discessit.

*DE PVRO S
MORTVIS
VSICITATO.*

At vbi

CHRISTI
484.FELICIS PAP.
2.ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

At ubi Sol iam occidisset, facta solita precatione, senex fructus illos attracturus, foliis remotis, non uuas, sed mortuum inuenit; & quantam pater spem fidemque habuisset, est admiratus. Ergo cum animo ad Deum intento super puerum incubuisset, prius non surrexit, quam puerum resuscitasset, atque sic eum resuscitatum ad patrem misit: ipse uero in exilium iuit ne admiratione eius homines perciti, nimis molesti deinceps essent.] hæc auctor, ex tanto miraculo probans Theophrasto Catholicam fidem de resurrectione mortuorum in Ecclesia prædicatam, cum & superius idem testetur, ad hoc ipsum indicandum sanctorum uirorum ossa plurima edere solita crebro miracula. At de his hæcenus. Iam res Africanas iterum repetamus, & quæ reliqua sunt de persecutione, atque legatione Zenonis Imperatoris ad Hunericum tyrannum suasionem Felicis Ecclesie Romanæ Pontificis, qui antè (ut uidimus) ad eundem datis litteris Africanam Ecclesiam sub Vuandalica persecutione laborantem, ut eidem opem ferret, commendauerat. Testatur quidem Euagrius, etiam Zenonis in Africam ad Vuandalorum Regem legationem missam, iam per Felicem Romanum Pontificem procuratam: de qua acturus Victor, ista prius de eiusdem persecutionis acerbitate præmittit:

^aEuag. lib. 3.
cap. 10.
^bVictor de
persecut.
Vuand. lib. 3.
SUPPLICIA
DIVERSA
ET MULTA
PLICIA.

Sed quis (inquit) congruo sermone possit exequi aut coaceruare diuersitates poenarum, quas ex iussu Regis sui etiam ipsi Vuandali in suos homines exercuerunt? In ipsa quoque quæ gesta sunt Carthagine, si nitatur scriptor singillatim astruere etiam sine ornatu sermonis, nec ipsa nomina tormentorum poterit edicere. Quæ res hodieque posita in promptu demonstrat: alios sine manibus, alios sine oculis, alios absque pedibus, alios truncos naribus, auribusque intendas; aliosque videas nimio suspendio pilis euulsis, caput quod eminere solebat in medio scapularum fuisse demersum, dum iugiter in altis ædibus suspendio cruciantes, impulsione manuum funibus agitati per vacuum aërem huc atque illuc faciebant vagari pendentem: qui nonnumquam disruptis funibus de illa altitudine suspensionis ictu valido corruentes, plurimi arcem cerebri cum oculis amiserunt: alij contractis ossibus, spiritum continuò reddiderunt: alij post paulum exhalauerunt.

Sed qui hoc fabulosum putat, Uranium Zenonis legatum interroget, cuius præsentia præcipue gesta sunt, illa scilicet causa, quia ueniens Carthaginem, sese pro defensione Ecclesiarum Catholicarum uenisse iactabat. Et ut illi ostenderet tyrannus se neminem formidare, in illis plateis vel vicis plures tortores & crudeliores statuit, in quibus legatis moris est ascendendo ad Palatium, & descendendo transire, ad opprobrium uidelicet Reipublicæ ipsius, & in nostri iam deficientis temporis faciem.

Tunc igitur & quædam uxor cuiusdam Cellarix Regis, nomine Dagila, quæ temporibus Genferici multoties iam confessor extiterat, matrona nobilis ac delicata, flagellis & fustibus omnino debilitata, exilio arido & inuio relegatur, ubi nullus hominum fortè consolationis gratia ueniendi haberet accessum, relinquens cum gaudio domum, maritum simul, & filios. Cui postea oblatum esse dicitur, ut in mitiorem eremum translata, frueretur, si uellet, solatio sociorum: Illa uero ingens sibi adesse credens gaudium, ubi nullus humanus esset consolantis affectus, ne fieret, supplicauit.] subdit his Victor enarrare exilium cleri Carthaginensis: sed quoniam ante ipsum præcessit certamen septem martyrum monachorum, de eo primum ordine temporum agendum erit. His etiam diebus & duo negotiatores, Frumentius, & alius Frumentius eiusdem urbis Carthaginensis, egregio martyrio coronati sunt. Tunc & septem fratres non natura, sed gratia, simul in monasterio cõmanentes, confessionis certamine expleto, immarcescibilem peruenerunt ad coronam, id est, Liberatus Abbas, Bonifacius diaconus, Seruus subdiaconus, Rusticus subdiaconus, Rogatus monachus, Septimus monachus, & Maximus monachus.] in quorum martyrio quoniam mirum in modum diuinæ potentie vis enituit, ipsorum certamen hic ex ueteribus monumentis describere pergratum erit; sic enim se habuit:

SEPTEM MONACHORUM CERTAMEN

^aIn Appendice
ad lib. 1. de
persecut.
Vuand.

Erant hi de territorio Capensis ciuitatis, cui præfuit sanctus Vindemialis sacerdos egregius & Christi fidei Antistes. Quibus attractis ad urbem Carthaginensem, primò eis illecebrosus blandimentis serpens uoluit sibilare, promittens honores caducos & diuitias ingentium voluptatum, necnon & Regis amicitias, vel alia multa, quæ solent insipientium animas, occupante diabolo, uisco mundi captare: sed hæc omnia milites Dei ac si contagia respuerunt, clamantes uno ore: Vnus Dominus, una fides, unum baptisma: Nec poterit in nobis, adiuuante Domino, iterari, quod in sancto Euangelio semel præceptum est dari: quia qui semel lotus est, non habet necesse iterum lauari, quia mundus est totus. Facite quod

^bEphes. 4.
^cIo. 1. 3.

CHRISTI
484.FELICIS PAP.
2.ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

A quod uultis, inferte poenas corporibus nostris: Melius est temporalia ad modicum ferre supplicia, quam æterna pendere & subire tormenta. Habete quæ promittis cum ipsis diuitiis post paululum perituri. Nobis uero nullus de postibus frontium ualebit euellere, quod uno baptisinate artifex Trinitatis dignatus est titulare.

Quid multa? dum tali constantia diuinitus munirentur, iussi sunt carcerali custodiæ mancipari: & ita crudelius onerati ferri ponderibus, tenebrosis deputati sunt locis, ubi nulla miseratio arrideret lenitatis. Sed populus ille memoratæ urbis in Domino semper fidelis, dato munere carcerariis die ac nocte Christi martyres frequentabat; & ita ab eis doctrina & uirtute fidei roborabatur, ut talia etiam ipsi pro Christi nomine plena delectatione perferre cuperent, & capulo persequentis facilia supponerent colla. Hoc autem tyrannicas peruenit ad aures: qui ebrietate furoris incensus, iubet eos adhuc inauditis suppliciis adigi, & maioribus uinculis onerari: nauimque imperat lignorum aridorum manipulis adimpleri, atque in eadem omnibus alligatis, in medio pelago igne supposito concremari. Eductisque illis de custodia, multitudine populi Dei, bellatores Trinitatis, quasi agnos innocuos ad uictimam deducebat, & rigentium pondera catenarum quasi quædam monilia peruidebat: quia non fuerant illa uincula, sed potiùs ornamenta.

Incedebant itaque cum fiducia ad supplicium, quasi ad epulas concurrètes, una uoce per ambitum platearum Domino decantantes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis: Votiuua nobis hæc dies est, & omni festiuitate festiuior: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, quando pro fide Domini Dei nostri perferimus præparatum supplicium, ne amittamus acquisitæ fidei indumentum. Sed & populus publica uoce clamabat: Ne timeatis, o populi Dei, neque formidetis minas, neque terrores præsentium tribulationum: sed potiùs moriamur pro Christo, quomodo ipse mortuus est pro nobis, redimens nos pretio sui sanguinis salutaris. Vnum tamen uehementi conatu, qui inter eos infantulus uidebatur, nomine Maximum, cupiebant auctores malorum à sanctorum cõsortio separare, dicentes: Infantule, quid festinas ad mortem? dimitte eos; infantiunt: & audi consilium nostrum, ut possis inuenire uitæ remedium, & tanti Regis adire Palatium.

Tunc ille ætate quidè puerili, senili tamen maturitate clamabat: Nemo me separet à sancto Patre meo Liberato Abbate, & fratribus meis, qui me in monasterio nutrierunt: cum ipsis sum in timore Dei conuersatus, & cum ipsis desidero passionem suscipere, cum quibus credo me & futuram gloriam inuenire. Nolite putare quia potestis seducere pueritiam meam: Simul nos Dominus septè uoluit congregare: simul dignabitur omnes uno martyrio coronare. Quomodo nemo perire potuit de septenario illo numero felicium Machabæorum, ita etiam septenus nostræ congregationis numerus nullum inueniet detrimentum: Nam si negaui eum, & ipse negabit me, quoniam ab ipso dictum est: Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis: & qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis.

Perducti itaque cum festinatione ad nauale supplicium pro uoluntate infandi Regis, uel crudelium ministrorum, extensis manibus & pedibus, clauati fuerunt potiùs quam ligati. Qui dum ignis fuisset lignis iniectus, statim imperio diuino, uidentibus cunctis, extinctus est. Et dum sæpius renouaretur nutrientibus pabulis, iterum atque iterum extinguebatur rogos globo flammaram. Et cum exinde magis tyrannus furore simul esset & rubore repletus, iussit eos remorum ictibus enecari, & ita singulos in modum canum, cerebris comminutis extingui: qui tali genere mortis debitum spiritum feliciter Domino reddiderunt: nec expauerunt, lignis quatentibus mortificari, quibus semper fuit spes omnis in ligno.

Sed cum in mari uenerabilia corpora iactarentur, illico (quod contra naturam est æquoriscadem hora illæsa corpora pelagus littori reddere maturauit, nec ausum fuit (ut moris est) triduana dilatione in profundo retinere, ne præcepto Dominico minimè paruisset. Ad quod miraculi genus & ipse tyrannus, licet impoenitens, ut fertur, expauit. Gaudens autem quæ aderat multitudo, corpora sanctorum martyrum diligenti tradidit sepulturæ, præeunte clero uenerabilis Carthaginensis Ecclesie. Vbi etiam & prædicandi diacones, tertio iam confessores effecti, Salutari & Murita, geruli reliquiarum affuerunt. Humatæ sunt igitur cum hymnis solemnibus ipsarum beatæ Sanctorum in monasterio Biguæ continuo basilicæ quæ dicitur Colebrinæ.] hæcenus certamen & corona septem sanctorum martyrum. Post hæc autem secutum est exilium lacrymabile totius cleri Carthaginensis, qui sanctos martyres mandauerat sepulturæ, quod à Victore ita describitur:

MARTYRES
IN CARCERE
DOCENT

^aLuc. 2.
PERGUNT
HILARES
AD MARTYRIUM.
^b1. Cor. 6.

PERIT
GENERA
NEROSA
CONFESSIO.

^a2. Mach. 2.
^bMatt. 10.
^cLuc. 12.

^aeleuati
ITERATA
DE IGNE
MIRACULA.

REDDITA
MORA
MARTYRI
CORPORUM
ET SEPULTURA.

^aCelestinus
Victor de
Persecut. uñ
dal. lib. 3.

Tunc

CHRISTI
484.FELICIS PAP.
2.ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

Tunc etiam Eugenio Pastore iam in exilio constituto, vniuersus clerus Ecclesie Carthaginensis caede inediaque maceratur, ferè quingenti vel amplius: inter quos quamplures erant lectores infantuli, qui gaudentes in Domino, procul exilio crudeli traduntur. quos autem intelligat Victor lectores infantulos, quæ nuper dicta sunt in certamine septem martyrum docent, nempe ea voce esse pueros nominatos. At Notas in Romanum Martyrologium de his consule. Pergit Victor:

HELPI-
PHORVS
APOSTATA
CRVDELIS-
SIMVS.

Sed libertatem tunc, dum media vrbe cæderentur, Murittæ diaconi ceteris liberio-rem tacere non debeo. Fuit quidam Helpidiphorus nomine nimirum crudelis & ferus, cui fuerat delegatum membra confessorum Christi suppliciis graffantibus laniare. Hic enim dudum fuerat apud nos in Ecclesia Fauisti baptizatus, quem venerabilis Muritta diaconus de alueo fontis susceperat generatum. Post verò dum apostataret, tantæ exitit feritatis aduersus Ecclesiam Dei, vt superior omnibus executor persecutionis esset inuentus. Quid multa? Dum primo presbyteri supplicijs macerandi ordine citarentur, post Archidiaconum Salutarem, arctatur pœnis memoratus Muritta (fuit enim secundus in officio ministrorum) Qui cum Helpidiphoro sedente & fremente, honorabilis senior cepisset extendi, priusquam exueretur, clam furto nescientibus cunctis, illa quibus eum suscipiens de fonte dudum texerat, sabana baulabat. Quibus ventilatis, simulque in ostensione cunctorum extensis, in his verbis totam ad sterum & lacrymas commouisse dicitur ciuitatem:

QVOD MV-
RITTA IN
HELPI-
PHORVM.

Hæc sunt linteamina, Helpidiphore minister erroris, quæ te accusabunt, dum maiestas venerit iudicantis, custodiende diligentia mea ad testimonium tuæ perditionis, ad demergendum te in abyssum putei sulphurantis: hæc te immaculatum cinxerant de fonte surgentem: hæc te acrius persequuntur, flammantem gehennam cum cœperis possidere: quia induisti te maledictionem sicut vestimentum, scindens atque amittens veri baptismatis, & fidei sacramentum. Quid facturus es miser, cum serui patrisfamilias ad cenam regiam congregare cœperint inuitatos? Tunc te aliquando vocatum, terribiliter indignatum, exutum stolam Rex conspiciet nuptialem, dicetque tibi: Amice, quomodo huc venisti, vestem non habens nuptialem? Non video quod contuli, non nosco quod dedi. Perdidisti militiæ chlamydem, quam in tela virgineorum membrorum decem mensibus texui: & tendiculas Crucis, quas extendens, aquam mundaui, & purpura mei sanguinis decorauit, non conspiciunt oculi mei: characterem non video Trinitatis: talis interesse non poteris epulis meis. Ligat eum pedibus & manibus funiculis suis, quia se ipse voluntariè separare voluit à Catholicis dudum fratribus suis: ipse funes extendit continuatos in laqueum, quibus & semetipsum vinxit, & alios ne ad istud venirent conuiuium impediuit: iuxta semitam multis scandalum posuit, quem nunc cum rubore perpetuo & dedecore sempiterno de conuiuium meo proieci. Hæc & alia Muritta dicente, igne conscientie ante ignem æternum obmutescens Helpidiphorus torrebatur.

VTCYVAZIA
PARATA
CONFES-
SORIBVS
A BLATA.
* forte
* Job 1.

Parantes itaque vniuersi dorsa sua verberibus, alacres ad exilium pergunt. Quibus adhuc in itinere longioris viæ constitutis: destinantur, Episcopis Arianorum suggerentibus, homines immisericordes ac violenti, vt illud quod eis forte miseratio Christiana victui contulerat profuturum, crudeliter auferretur. Quando vnusquisque eorum libentiùs fortiter cantabat: Nudus exiui de vtero matris meæ, nudum me oportet ad exilium pergere: quia Dominus nouit esurientibus cibum porrigere, & in deserto vestire. Vuandali namque duo sub Genferico sapius confessoribus, comitante matre, contemptis omnibus diuitiis suis, cum eisdem clericis in exilium perrexerunt. De multitudinis autem pergentium confessorum, id est, Ecclesie Carthaginis clericorum, suggerente quodam ex lectore Theucario perduto, quos ille nouerat vocales, strenuos atque aptos modulibus cantilenæ, designatione sua debere, dicit, duodecim infantulos separari, quos ipse, dum Catholicus esset, discipulos habuit. Statim illo suggerente, sub festinatione dimittuntur, & vi barbarici furoris bisseus numerus puerorum de itinere reuocatur: segregantur corpore, non spiritu à grege sanctorum. Qui timentes præcipitium, cum suspiriis lacrymarum, ne diuellerentur constringebant manibus genua sociorum: quos violentia tamen hæretica minacibus separans gladius Carthaginem reuocauit. Sed cum eis, quasi cum tali ætate, non blanditijs ageretur, superiores suis inuenti sunt annis; & ne obdormirent in morte, lucernam sibi Euangelici luminis accenderunt. Indignantur ob hoc grauitè Ariani, & se superatos à pueris erubescunt: Vnde accensit, subditiustibus iubens, quos iam ante paucissimos dies variis verberibus dissipauerant. Imprimuntur vulneribus vulnera, & rursum pœna restaurata recrudescit. Factum est, Domino confor-

DVODECIM
PUERORVM
CLERICO-
RVM CER-
TAMEN.CHRISTI
484.FELICIS PAP.
2.ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

A confortante, vt nec ætas minor deficeret in dolore, & magis animus cresceret roboratus in fide: Quos nunc Carthago miro colit affectu, & quasi duodecim Apostolorum, chorum conspiciit puerorum: Vnà degunt, simul vescuntur, pariter psallunt, simul in Domino gloriantur.] & inferius:

Illo tempore crudeliùs Arianorum Episcopi, presbyteri & clerici, quàm Reges & Vuandali fruebant: Nam ad persequendum ipsi cum suis clericis vbique gladius accincti fruebant, sicut quidam Episcopus inter illos ceteris crudelior, Antonius nomine, qui tam nefaria & incredibilia in nostros exercuit, vt narrari non queant. Fuit iste in quadam ciuitate proxima eremo, quæ Tripolitanae provincie vicinatur: qui vt bestia insatiabilis Catholicorum sitiens sanguinem, huc illucque ad rapiendum fugientes excurrebat. Nam impius Hunericus sciens Antonij ferocitatem, in ipsis eremi partibus voluit sanctum Eugenum relegare. Quem dum custodiendum Antonius accepisset, ita eum arctiori custodia cinxit, vt nullum ad eum introire permitteret; insuper variis insidiarum atque pœnarum supplicijs extinguere cogitauit.

ANTONIVS
ARIANI
EPISC. CRV-
DELITAS.

Sed Eugenus sanctus dum nostræ persecutionis deseret incommoda, & asperitate cilicij fenile attereret corpus, nudamque super humum cubitans, stratum sacci sui rigaret imbribus lacrymarum, aliquando sensit infestum paralysis morbum. Quo nuncio in gaudia conuersus Arianus, perguit festinus ad cubile eximij hominis Dei. Et cum videret, virgente passione, verum Pontificem balbutientia verba producere, cogitauit simul extinguere, & quem superesse nolebat. Præcepit, vt acetum asperum, nimirum acerrimum quæreretur. Cui cum fuisset allatum, venerabilis senis reculantibus & nolentibus faucibus ingerebat: Nam si communis Dominus, qui ad hoc venerat vt pateretur, cum gustasset, noluit bibere, quanto magis iste seruus & confessor fidelis omnino nollet, nisi hæretica feritas ingestisset? Ex quo aceto præsertim ille passionis noxiæ morbus accepit augmentum: cui pietas Christi misericordie subueniens, postea sanum exhibuit.] hæc de Eugenio Victor.

EUGENIVS
QVAM PAS-
SIVS IN EXI-
LIO ARIANI
TONIO.

Porro post Hunerici obitum eundem Sanctum superuixisse, pugnasque rursum strenuè pro fide Catholica, Gelasius Papa auctor est, qui de ipso eiusque collegis hæc habet in epistola ad Episcopos Dardaniæ: Ecce nuper Hunerico Regi Vuandaliæ nationis vir magnus & egregius sacerdos Eugenus Carthaginensis Episcopus, multique cum eodem Catholici sacerdotes constanter restiterunt sciuenti, cunctaque extrema tolerantes, hodieque persecutoribus resistere non omittunt.] hæc Gelasius. Propagasse quidem vitam sanctum Eugenum saltem vsque ad Pontificatum Gelasij, etiam Gennadius, qui eo tempore scripsit, ostendit, dum superstitem adhuc fuisse Eugenum tradit, cum de ipso agit, eiusque lucubrationes recenset. At de eo nobis sæpè dicendum inferius. Sed rursum Victor:

* potaret

* Gennadius de
Vir. ill. c. 97.

Alio autem nostro Episcopo Habetdeum similiter relegato, Tamalumentis ciuitatis, in qua Antonius fuerat, quantum potuerat infestari, res ipsa demonstrat. Nam cum diuersis cum persecutionibus affligeret, nec posset eum facere Arianum, videretque Christi militem semper in confessione constantem, promiserat suis, dicens: Nisi eum nostræ fecero religionis, non sit Antonius. At vbi in sua professione minor inuentus est; suggerente sibi diabolo, cogitat aliud: Pedibus, manibusque ligatis, vinculis ingentibus arctat Episcopum: oreque obturato, ne lingua clamaret, aquam corpori, vt putabat, rebaptizationis spargit: quasi valeret conscientiam ligare cum corpore, aut non adesset qui audit gemitus compeditorum, & cordis secretum rimatur: vel superare posset aqua mendax tantæ voluntatis propositum, quod iam homo dei manantibus lacrymis miserat legatum in cælum. Exiit statim virum vinculis, & tali quasi gaudens prosequitur voce: Ecce iam frater Habetdeum noster Christianus effectus es: quid vltra facere poteris, nisi vt voluntati consentias Regis? Cui Habetdeum: Illa est, impie Antoni, mortis damnatio, vbi voluntatis seruatur assensio. Ego fidei meæ tenax, vocibus confitens crebris, quod credo & credidi, clamando defendi. Sed & postquam catenis vinxisti, & oris ianuam opplasti, in prætorio cordis, violentiæ meæ, scribentibus Angelis, Gesta confeci, & lectitanda Imperatori meo transmissi.

ANTONIVS
HABETDE-
VM EPISCO-
PVM INVI-
TVM REBA-
PTIZAT.

* metantibus

Erat quidem generalis ista violentia tyrannorum: Nam Vuandali pro hac re vbique fuerant destinati, vt transeuntes itinera, sacerdotibus suis adducerent iugulandos. Ac vbi eos fallacia aquæ gladio peremissent, indicium eis perditionis, scriptura teste, tradebant; ne alibi sua violentia traherentur: quia non licebat siue priuatis, siue negotiatoribus alicubi transire nisi scriptam characteris iudicio suam miser ostenderent mortem: quam per reuelationem seruo suo Ioanni olim ostenderat Christus, vbi dicit: Nulli licebit aliquid vendere, vel

INVITI RE-
BAPTIZAN-
TVR VBIQUE

* Apoc. 13.

CHRISTI
484.

FELICIS PAP.
2.

ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

REBAPTIZATI
SANTAN
EVM PATE-
BAT COM-
MERCIVM.

emere, nisi qui habuerit charactere[m] bestiae in fronte sua, & in manu sua. Nam & Episcopi atque presbyteri illorum cum armatorum manu nocturnis temporibus vicos & oppida circuibant, & sic despicatibus ianuarum aquam, gladiumque gestantes, animarum praedones intrabant: & quos domi repererant, alios forte in lectulis soporatos imbre igneo atque fulmineo respergentes, daemoniaca vociferatione Christianos suos ipsi pariter vocitabant; vt ludum profus suae haereseos magis quam aliquam religionem ostenderent. In quo minus capaces & ignari impletum in se pollutionis sacrilegium putabant: prudentiores vero, nihil sibi, quod nolentibus atque dormientibus ingestum est, obesse gaudebant: Nam & multi eadem hora cinerem capitibus suis iniecerunt, alij sese vel (quia factum est) cilicio lugubri texerunt: nonnulli caeno foetido linierunt; & lintheamina violenter imposita per fila considerunt, atque in latrinis foetidiisque locis manu fidei proiecerunt.

QVID IN
NOBILEM
PVERVM
CYROLA.

Tali violentia, nobis videntibus, in Carthagine filius cuiusdam nobilis annorum circiter septem iussu Cyrolae Patriarchae Arianorum a parentibus separatus est, matre sine verecundia maritali, solutis crinibus post raptos tota vrbe currente, infantulo clamante, vt poterat: Christianus sum, Christianus sum, Christianus sum. Cui & os obturantes, infantem infantem in suum gurgitem demerserunt. Ita de filiis medici venerabilis Liberati factum esse probatur: Nam cum iussu Regis cum vxore & liberis ad exilium mitti iuberentur: cogitavit impietas Ariana a parentibus filios paruulos separare, quod posset per pietatis affectum etiam virtutem prostrare genitorum. Disiunguntur tenera pignora filiorum. Qui cum vellet lacrymas emittere, auctoritate vxoria increpatur, vt in ipso exitu sui illico lacrymae siccarentur. At enim ei coniux: En propter filios, Liberate, perditurus es animam tuam? Computa eos non fuisse natos: Nam & ipsos omnino vindicaturus est Christus. Nonne vides eos clamantes & dicentes: Christiani sumus?

LIBERATI
ET VXORIS
EIVS CERN-
TAMEN.

Sed haec mulier quid in conspectu Iudicum egerit, tacendum non est. Nam cum ipsa & maritus, licet seorsum, carceris tamen custodia tenerentur, ita vt se penitus non viderent: mandatur mulieri, diciturque illi: Solue iam duritiam tuam: ecce vir tuus paruit imperio Regis, & noster factus est Christianus. Atque illa: Videam illum, & faciam ego quod voluerit Deus. Educta igitur de carcere, inuenit virum suum stantem cum ingenti multitudine pro tribunalibus connexum: Et verum existimans quod fecerant inimici, iniecta manu apprehendens oram vestimentorum eius gutturi proximam, videntibus omnibus, suffocabat eum, dicens: Perdite & reprobe, gratia Dei & misericordia eius indigne, quare voluisti ad modicum gloriari, & in aeternu[m] perire? Quid tibi proderit aurum? quid argentum? numquid liberabunt te de camino gehennae? Dixit & alia multa. Cuius maritus respondit: Quid pateris mulier? Quid tibi videtur? Aut quid forte de me audire potuisti? Ego in nomine Christi Catholicus permaneo, nec amittere potero aliquando quod teneo. Tunc haeretici mendacij sui consilij & detecti, fallaciam suam colorare minimè potuerunt.

DECLARE
MIGRANT
IN OLYM-
PINEM PIL-
IBI QUE
MORTVI.

Et quia superius de violentia immanitatis eorum breuiter diximus: hanc plurimi mentientes, alij se in speluncis, alij in desertis locis, viri, vel feminae, nullo sibi consilio, sese clauderant: & ibidem, nulla succurrente sustentatione ciborum, fame vel frigore victi, contritum & contribulatum spiritum exhalabant, per haec afflictionis incommoda inuolatae se, cum fidei securitatem portantes. Sic enim Cresconius presbyter Myzentinae ciuitatis in spelunca Ziquensis montis repertus est, putrescente iam solutus cadauere.

Et quia de sancto Habetdeum praefati iam sumus: pergit tunc ad Carthaginem, adire censuit nefarium Regem, vt conscientiam suam, quam semper familiarem Trinitas habuit & amicam, etiam hominibus faceret manifestam. Nec eum retinere potuit Antonius propter verecundiam suam: offert impiissimo Regi libellum in hac similitudine verborum:

HABETDE-
VM EPISC-
PRAESENS
COMPELLAT
REGEM.

Quid, quaeso, iam cum proiectis habetis? Quid cum eis, quos exilio relegastis, quotidie dimicatis? abstulistis substantias, ecclesiis, patria, domibusque priuastis, sola anima remansit, quam captuare contenditis. O tempora, o mores! Vniuersus haec mundus intelligit, & ipse qui persequitur videt. Si fides dicitur quam tenetis, quid verae fidei membra tantis persecutionibus agitat? Quid vobis cum exilio nostro? Quid vobis cum egenis in saeculo, quorum est vita semper in Christo? Liceat saltem gaudere consortio bestiarum eis, quos abiecastis a facie omnium populorum.

Dum haec & alia similia Pontifex dixisset: sceleratus tyrannus hoc ei mandasse perhibetur: Vade ad Episcopos nostros, & quod tibi dixerint sequere, quia ipsi huius rei habere noscuntur per omnia potestatem. Sed neque Antonium haec res ab inania potuit reuocare, scientem se ma-

CHRISTI
484.

FELICIS PAP.
2.

ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

A se magis imperio Regis ob hoc multum posse placere. Habetdeum vero Episcopum gaudentem bono conscientiae suae ad locum exilij maluit remeare.

Ea tempestate facta est incredibilis fames, & coepit Africam tota vna de populatione vastare: nullus tunc affuit imber, nulla, prorsus gutta de caelo profluxit: nec frustra, sed vero & iusto iudicio Dei, vt vbi persequentibus coenosi gurgitis aqua & ignis sulphuris bulliebat, indulgentiae caelestis, quae semper affluenter aderat, pluuia negaretur. Lurida remanserunt terrae facies omnes: non vitis tegebatur aetate pampineis opaca virgultis, non fata resperfa vultus caespitum viridabant, non olea semper viridis, foliisque repleta iucundis decoris suis consuetum tegmen habebat, non pomorum virgulta, maritante tellure, gemmas prodexerant florum, postea fructus (vt affolent) editura. Tristitia fuere, tetraque omnia, vt pestilentiae clades Africam confunderet omnem, &c.]

FAME DIRA
VEXATA
AFRICA.

Prosequitur pluribus recensere funera non Africanorum tantum, sed & Vuandalorum, cum fame, tum etiam peste pereuntium: vt plane ipsa elementa clamarent, in vltionem offensae Diuinitatis tales tantaque simul immitti in Africam clades, quibus omnes desolatae fuerint vrbes: quorum consideratione, & eorum quae essent ante oculos inspectione, idem Victor confessor instar Hieremiae seorsum positus lugubres threnos flebili voce, crebris interrupta suspirijs, dolens ac mærens occinuit. En collige tibi fructus ex semine, quod in sulcis impietatis seminat haeresis, vt plane secundum illud Euangelij: Ex fructibus eorum cognoscetis eos: non nisi ex inferis & satanae regno dixeris prodire radicem, quae in tot germina maledictionis & desolationis excreuit. Meminit etiam Gelasius in Andronicum scribens eiusmodi famis, quae Africam dire vexauit,

PESTILENTIA
SIMVL
GRASSATVR
IN AFRICA.

Matth. 7.

Ceterum qui dispersit superbos in furore suo, & respiciens omnem arrogantem humiliat] excitatus tanquam dormiens Dominus, vermibus tradidit consumendum eum qui robustorum militum agminibus vallabatur, Hunericum: Hoc enim anno, cum de prostrata fide Catholica amens putaret parandum sibi triumphum, diuinam cogitur experiri vindictam, & omnium hominum miserrimus redditur. Quomodo autem id acciderit, idem Victor ad calcem operis his verbis, dignum apponens colophonem, rem paucis describens, sic ait: Tenuit sceleratissimus Hunericus dominationem regni annis septem, mensibus decem, meritorum suorum mortem consummans: nam putrefactum & ebulliens vermibus, non corpus, sed partes corporis eius viderentur esse sepultae. Et ille legis dator & transuersor ex Donatianorum haereti ad eos veniens quondam Nicasius in breui simili morte periit.] haedenus Victor.

Job 40.
HUNERICVS
PORTENTOSVS
OBITVS.

Vit. de Pest.
secus Vuand.
lib. 3. in fine.

Quod vero ad execrabilem obitum impij Hunerici spectat, rem aliter scriptam a Gregorio Turonensi reperimus, cum ait: Tunc & Sol teter apparuit, ita vt vix ab eo pars vel tertia eluceret: credo namque pro tantis sceleribus & effusione sanguinis innocentis. Hunericus vero post tantum facinus arreptus a daemone, qui diu de sanctorum sanguine pastus fuerat, propriis se moribus laniabat: in quo etiam cruciatu vitam indignam iusta morte finiuit. haec Gregorius, licet perperam ipsum Hunericum successisse Trasamundo testetur. Porro sanctus Isidorus interitum Hunerici ab his etiam diuersè refert his verbis: Hunericus octauo regni sui anno, vt Arius pater eius, interioribus cunctis effusus, miserabiliter vitam amisit. haec Isidorus in historia Vuandalorum, vbi ait eundem Regem menses nonnisi quinque post septem vixisse annos.

Gre. Turon.
de Gest. Fræ.
lib. 2. c. 3.

Verum prerogatiua antiquitatis atque praesentiae, cum haec omnia Victor oculis intueri potuerit, ei potius praeter ceteris deferendum esse videtur, vt dicamus vermibus vlticibus truculentu[m] carnificem instar Antiochi, Herodis, & Maximini, esse consumptu[m], secundum antiquam illam praedictionem fortissimae Iudith dicens: Vx genti insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis: in die iudicij visitabit illos: dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum. Fuit plane eiusmodi tam dirum supplicium praedictum aeternae damnationis: in cuius funere nazariae illae fuerint concinendae, quibus Tyri Regem Ezechiel flere videtur, cum ad illum Dominus: Fili hominis, leua planctum super Regem Tyri. & post multa in exprobrationem eius scelerum: In multitudine (inquit) iniquitatum tuarum polluisti sanctificationem meam: propterea ego educam ignem de medio tui, qui comedat te. Et dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium viuentium. Omnes qui te viderunt in Gentibus, obstupescunt super te. Istiusmodi plane canticis decuit impium, contumacem, & Deo rebellem homicidam tumulari: ex aduerso Fidelibus gratias Deo agentibus, & illud Dauidicum occinentibus:

1 Iudith 13.

IMPIOREGI
AVCTOR
POSTREMA
PERSOLVIT.

Ezech. 28.

Psalm. 9.

Cognoscetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator] & quæ sequuntur. Sarcophagum verò eius, ipsa putrum carniū theca, ira Dei præclararum atque perspicuum monumentum, quoniam fuit digniori epitaphio inscribendum, nisi quod ad Regem Tyri dictum Ezechiel addit: **N I H I L F A C T V S E S, E T N O N E R I S** **I N P E R P E T V V M**] vel quod Magnus ille Mathathias de huic simili Antiocho dixerat: **G L O R I A E I V S F V M V S E T V E R M I S E S T.**] Sed sepulchrum sua ignominia hominem relinquamus, iam dignè (vt par erat) eidem persolutis extremis.

Ad hoc vsque tempus, ad Hunerici obitum scilicet, perduxit suam Victor de Vuandalica persecutione historiam. Porro ipse Victor particeps passionum iugi confessione clarus titulo sanctitudinis relatus reperitur in Romanum Martyrologium. Quo tempore etiam alij eiusdem nominis claruere in Africa Episcopi, vt Victor Cartennæ in Mauritania, qui ad Gensericum volumen aduersus Arianos conscriptum misit. sed & alius fuit Victor Martyrianus Episcopus, cuius est mentio apud Cassiodorum, qui Cassiani Collationes purgavit, vt suo loco superius dictum est.

Successit Hunerico Vuandalorum Regi in Africa Gundabundus Genzonis aliàs Gentois fratris filius, qui propior genere Gensericum attingebat, vt Procopius tradit. hunc Victor Godagisum nominat, quem natu maiorem, ne succedere posset in regnum, idem Hunericus vnâ cum vxore (vt ait Victor) crudeli exilio relegauit. Hunc imitatione suorum persecutum esse Africanam Ecclesiam, Procopius tradit; secus verò Isidorus, qui ait: Gundabundus regnauit annis duodecim, qui pacem statim Ecclesiæ donauit, & Catholicos protinus ab exilio reuocauit.] hæc ipse de rebus Vuandalorum compendioso Chronico. Sed vtrumque verum dixisse putamus: Isidorum quidem, quia Victor qui post annos tres eam scripsit historiam de persecutione Vuandalica, si illa post obitum Hunerici adhuc perdurasset, exigebat ratio argumenti, vt de ea vel saltem meminisset: Sed & Procopium quoque vera locutum esse existimamus; quod ex Actis sancti Fulgentij in Africa Episcopi Ruspensis apparet persecutionem rursus excitatam fuisse; in qua ipsum multa pati contigerit. Præterea constat Gelasij testificatione, adhuc ipso sedente fuisse in Africa persecutores, quibus S. Eugenium Carthaginensem Episcopum & alios eius collegas sacros Antistites restituisse tradit. Quamobrem dicendum existimamus, ad aliquot annos noui Vuandalorum Regis quietuisse in Africa Vuandalicam persecutionem, postea verò recruduisse: quando autem id acciderit, dicemus inferius suo loco.

Hoc eodem anno alius Princeps barbarus, itidemque Arianus, & Ecclesiæ persecutor in Gallia moritur Euaricus Rex Gothorum, haud longè dissimili sine ab interitu Hunerici: nam de eo Gregorius: Non multum post tempus vltione diuina percussus interiit.] at quomodo id acciderit, non dicit. Porro quod ad tempus eius obitus spectat, ipsum hoc anno extremum clausisse diem, inde facile colligere possumus, quod eius filius Alaricus, ipsi statim succedens, hoc ipso anno regnare cœpisse reperitur, vt optimè colligitur ex Concilio Agathensi: quod cum celebratum habeatur sub Consulatu Messalæ, quo numeratur annus Domini quingentesimus sextus, ibidemque dicatur habitum esse anno vigesimo secundo eiusdem Regis; affirmare necesse est, hoc anno ipsum ibi regnare cœpisse. ex quo erroris redarguuntur, qui Euaricum tradunt regnasse annos quindecim, vt Isidorus habet in Chronico: cum enim (vt dictum est superius) constet ipsum regnare cœpisse Christi anno quadringentesimo sexagesimo quarto, ad vigesimum annum peruenisse liquet. Sed cum superius idem auctor vsq; in annum Zenonis Imperatoris vndecimum peruenisse tradit, rectæ chronographiæ concinna disponit: verum error in numero inest, dum decem & octo tantum anni ponuntur intercurrisse ab anno octauo Leonis Imperatoris, qui est Domini quadringentesimus sexagesimus quartus, quo & regnare cœpisse Euaricum ponit, vsque in hunc annum quo obiit, cum viginti numerentur. Ex quibus etiam habes in quo emendes Gregorium Turonensem, dum Euaricum habet regnasse annos vigintiseptem. At admonitum lectorem volumus, ab auctore recentiore, qui res Gothorum persecutus est, suorum gentilium nimis studiose, perperam positum eundem Euaricum regem pium, quem tradit è temporali regno ad æternam gloriosa morte migrasse, quem Arianum fuisse, & Ecclesiam Gallicanam persecutum, testificatione Sidonij, & Gregorij Turonensis, perspicua luce superioris est demonstratum.

Hoc pariter anno defuncto Childerico Franchorū Rege apud Parisios in Gallis regnante, eius filius Clodoueus successit, qui regnum tenuit (vt Gregorius Turonensis tradit) annis triginta.

^a Ezech. 28.

^b 1. Mach. 2.

^c Rom. Mart. tyrol. die. 23. Augusti.

^d Cassiod. In. stit. diuin. l. 6. c. 29.

^e Procop. de bell. Vuandal. lib. 1. GYNDABUNDVS REX VVANDALORVM. Victor de persec. Vuandal. lib. 2.

EVARICI REG. OBITVS. Greg. hist. Franc. lib. 2. c. 25. in fin. ALARICVS REX GOTHORVM IN GALLIA

^f Greg. Turon. de Gest. Frã. lib. 2. c. ult. EVARICVS IMP. IVS. Ioan. Magn. hist. Garb. lib. 1. c. ult.

^g Greg. hist. lib. 2. c. 20. in fin.

A triginta. Hoc quidem anno regnare cœpisse Clodoueu[m], ex tempore eius obitus, quem contigisse dicemus anno Domini quingentesimo decimo quarto, satis liquet: Consentit & Sigebertus, qui & hoc anno eiusdem Clodouei Regis ingressum ponit. Porro eius nomen diuerso modo ab antiquis etiam ponitur: ab aliis Clodoueus, ab aliis verò Hludouicus, vel aliter scriptum reperitur.

Sic igitur Imperio Romano Occidentali collapso, barbarisque triplicis generis Gallias occupantibus, nempe Gothis, Burgundionibus, atque Franchis: deploratis penitus rebus, diuina prouidentia factum est, vt eius tantummodo gentis regnum ad posteros feliciter propagaretur, penes quam cultus pietatis foret excellentius effulsurus, cuius in Childerico (vt dictum est) flores apparuerunt, in Clodoueo autem collecti sunt fructus. Coluit ille licet Ethnicus sanctissimam virginem Genouesam: quam non tantum veneratus est, sed & muneribus frequentauit eius filius Clodoueus, qui licet Gentilis adhuc, magna etiam ueneratione profecutus est sanctum Remigium Rhemensem Episcopum; cui etiam amplissimas villas dono dedit, quas tamen ille erogandas curauit in pauperes.

Testatum id quidem peregrinè reliquit ipse S. Remigius publica testificatione, nempe testamento suo, in quo ista leguntur: Villas, quas mihi dominus, illustrisq; memoriæ Hludouicus Rex, quem de sacro baptismatis fonte suscepi, cum adhuc Paganus Deum ignoraret, ad proprium tradidit, locis pauperibus deputauit, ne fortè cum esset infidelis, cupidum terrenarum rerum me arbitrari posset, & non potius suæ salutem animæ, quàm exteriora ab ipso bona requirere. Quod admiratus, intercedere me pro quibuscumque necessitatem patientibus, & fidelis, & ante fidem benignè liberaliterque concessit. Et quia ex omnibus Episcopis Galliarum pro fide & conuocatione Franchorum potissimum me laborare cognouit: dedit mihi Deus tantam gratiam in conspectu eius, virtusque diuina, quæ per Spiritum sanctum me peccatorem plurima signa ad salutem præfatæ gentis Franchorū operari fecit, vt non solum ablata omnibus Ecclesiis Franchorum restitueret, sed etiam de proprio gratuita lenitate plurimas ditaret Ecclesias. Neque prius de regno eius, quantum passus est pedis, Ecclesiæ Rhemorum iungere volui, donec vt hoc omnibus Ecclesiis adimpleret, obtinui. Sed neque post eius baptismum, &c.] de illius enim post baptismum rebus gestis, suo loco agemus. hæc satis ex verbis ipsius S. Remigij, aureis planè exaranda notis, insinuasse, vt intelligas, reuerentia erga sacerdotes atque erga Ecclesias munificentia Clodoueu[m] adhuc Ethnicum instar Cornelij Centurionis ad promerendam Christianam fidem sibi strauisse viam, & ad stabiliendum regnum Franchorum iecisse solida fundamenta: quæ si conculcantur, totam desuper structam molem necesse sit in discrimen adduci, si verò conuelantur, deficere penitus, permanere verò firmiter, si ipsa permanèant.

At summa laude dignus ipse Remigius, iure dicendus Franchorum Apostolus, dum quod Apostolum decet, & Apostolus docet, non quæ sua sunt quæsiuit, sed aliorum, neque quod sibi vile, sed multis, vt salui fiant: illud ore versans & opere: Non quæro vestra, sed vos.] ita planè moribus ipse cõpositus, virtutibus imbutus, & à diuino Spiritu afflatus esse debuit, qui nobilem Franchorum gentem, eiusque præstantissimum Regem è tenebris gentilitiæ superstitionis ad lucem Evangelicæ veritatis adduceret: Sicut & talem tantumque decuit esse Regem, qui primus Franchorum regnum Christiana religione perpetuò illustraret, atque regno eandem Christianam religionem iugiter protegeret & foueret.

Quis ista considerans, oculisque perlustrans præsentis temporis Ecclesiæ statum omni ex parte deploratissimum, non magnopere admiretur Dei prouidentiam in sua semper Ecclesia protegendâ? Etenim vbi pœnitit collapsum esset Occidentis Imperium, & vbiq; tam in Oriente quàm Occidente Reges regnarent hæretici: tunc è Gëtilibus Deus voluit sibi Principem suscitare, & aggregare sibi populum, qui ab ingruentibus hæreticis atque exundantibus barbaris sanctam Ecclesiam liberaret, necnon etiã magnopere illustraret: ad id namque à Deo instituti Reges visi sunt esse Franchorum. hæc autè quomodo se verè habuerint, quæ suis singulis dicenda sunt annis perspicuè declarabunt. Erit planè digito etiam demonstrare, quod vbi fides Catholica viguit, ibi regna maioribus in dies gloriæ augmentis ad posteros sunt transmissa, in quibus autem hæresis alta radice fixa coaluit, ipsa penitus esse collapsa, & è terris quas occupant euulsa, vt Gothorum, Vuandalorum, Erulorum, Alanorum, Suenorum, & Gipedarum, secundum illam Domini prædictionem: Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus, eradicabitur.] contra verò Franchorum ob pietatis irriguuni lato latroque cæspite germinalle. Sed de his modò satis: quæ anni huius sunt reliqua prosequamur.

CLODOVEVS REX FRANCHORVM REGNARE CœPIT.

^h Brist. de For. lib. 7.

ⁱ vsu[m]

^k Philip. 2. 1. Cor. 10. 2. Cor. 12.

DEI CONSILIVM IN SVBLEVANDA AB OPPRESSORIBVS ECCLESIA.

CHRISTI
484.FELICIS PAP.
2.ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

Hunc ipsum annum Domini octogesimoquartum supra quadringentesimum signat **A**
 sua epistola ad Oresium, siue potius Orentium data Sidonius^a Apollinarius, cum numerat à
 tempore sui Episcopatus tres Olympiadas, quem superius vidimus creatum Aruernensem
 Antistitem anno Domini quadringentesimo septuagesimo secundo. Interpellatus enim à
 viro docto & poetis facultatibus satis exculto Orentio Tarraconensi, vt carmen aliquod
 de fertili depromptum ingenio mitteret, ipse se excusans, hæc paucis^b:

^aSidon. lib. 9.
epist. 12.
^bSidon. lib. 9.
epist. 12.
SIDONII E-
PISTOLA AD
ORONTIVM.

Venit in nostras à te profecta pagina manus, quæ trahit multam similitudinem de sale
 Hispano in iugis casu Tarraconensibus. Nam recensenti lucida & falsa est, nec tamen pro-
 pter hoc ipsum mellea minus, sed sermo dulcis & propositio acer. Sic enim oblectat
 eloquio; quod turbat imperio; quippe quæ parum mentiens quid ordinis agam, carmina à
 nobis nunc noua petat. Primum, ab exordio religiosæ professionis, huic principaliter exerci-
 tium renunciaui: quia nimirum facilitati posset accommodari, si me occupasset leuitas ver-
 suum, quem respicere coeperat grauitas actionum. Tum præterea constat, omnem operam, **B**
 si longa intercapedine quiescat, ægrè resumi. Quisnam enim ignoret, cunctis aut artifici-
 bus, aut artibus maximum decus vsu venire? Cumque studia consueta non frequentantur,
 brachia in corporibus, ingenia pigrescunt in artibus: Vnde est & illud quod serò correptus,
 aut rarò, plus arcus manus, iugo bos, equus freno rebellat. Insuper desidia nostræ verecun-
 dia comes ad hoc sententiam nostram inclinat, vt me, postquam in silentio decurri tres
 Olympiadas, tam pudeat nouum poema conficere, quam pigeat: hoc item nefas, etiam dif-
 ficilia factu tibi negari, cuius affectum tanto minus decipi decet, quanto constantius nil re-
 pulsam veretur. Tenebimus ergo quippiam medium: & sicut epigrammata recentia modò
 nulla dictabo, ita litteras (si quæ iacebunt versu referat scilicet, ante præsentis officij neces-
 sitatem) mittam tibi, petens, ne tu sis carenus iustitiæ præuaricator, vt me opineris numquam
 ab huiusmodi conscriptione temperaturum. Neque enim suffragio tuo minus augear, si for-
 tè digneris iam modestum potius quam facetum existimare. Vale.] hæc Sidonius, quæ
 Orentij occasione haud oportuit prætermissa.

ORONTIVS
POETA HI-
SPANVS.

^cSigebert. de
vir. illustr.
cap. 34.

Porrò hunc ipsum Orentium Tarraconensem, ad quem Sidonius scribit, & laudat, illum
 puto qui postea Episcopus Eliberitanus interfuit Concilio Tarraconensi, licet Oruntius
 pro Orentio, vel Oronius in diuersis exemplaribus scriptus inueniatur; & planè eundem
 cum illo de quo Sigebertus^c: Orentius Commonitorium Fidelibus scripsit metro heroico,
 vt mulceat legentem suauis breuiloquio. Id enim opinari, patriæ nomen, ac studium poeti-
 cæ facultatis, & in scribendo suauitas æquæ à Sigeberto atque à Sidonio laudata, facile per-
 suadent: Dolemus nobilis ingenij omnia periisse monumeta, immo & nomen ipsum ferme
 obliuione sepultum, quod vix tandem eruderatum, obreptaque rubigine purgatum reddere **D**
 liceat. At de Orentio satis.

^dGennadius
de Scrip. Eccl.
c. 91.
SIDONII
SCRIPTA.

Quod verò ad ipsum Sidonium spectat: haud diu post hæc putamus superuixisse: etenim
 non peruenisse ad tempora Anastasij Imperatoris, Gennadius significare videtur, dum ipse
 scribens opus illud sub Anastasio, de Sidonio dum agit, sub Leone atque Zenone eum cla-
 ruisse tradit. Porrò de eius lucubrationibus agens^d: Scripsit (inquit) varia & grata volumina
 & sanæ doctrinæ: homo siquidem tam diuinis quam humanis litteris ad integrum imbutus,
 acerbæ ingenio scripsit ad diuersos diuerso metro vel prosa compositum insignis volumen,
 in quo quid in litteris possit, ostendit. Verùm in Christiano vigore pollens, etiam inter bar-
 baræ ferocitatis duritiem, quæ eo tempore Gallos opprefferat, Catholicus, Pater, & doctor
 habetur insignis.] hæc ipse. Sed quæ vexatio à duobus sceleratis clericis ante obitum eidem
 illata fuerit, & quomodo in eosdem seuerissime vltus sit Deus, ex Gregorio hîc describamus **E**
 auditu dignam historiam: vbi enim ipse eius doctrinam & erga pauperes effusam largitatem

^eGre. de Gest.
Franc. lib. 2.
c. 23.

QUAE PAS-
SVS SIDO-
NIVS A PRA-
VIS PRES-
BYTERIS.

Cumque ad officium Dominicum fuisset mancipatus, & sanctam ageret in seculo vitam,
 surrexere contra eum duo presbyteri, & ablata ei omni potestate à rebus ecclesiæ, arctum ei
 victum & tenuem relinquentes, ad summam eum contumeliam redegere. Sed non longi
 temporis spatio inultam eius iniuriam diuina voluit sustinere clementia: nam vnus ex his
 nequissimis & indignis dici presbyteris, cum ante noctem minatus fuisset eum de ecclesia
 velle extrahere, signum ad matutinas audiens fuisse commotus, feruens felle contra Sanctum
 Dei surrexit, hoc iniquo corde explere cogitans, quod die præcedente tractauerat. Ingressus
 autem in secessum suum, dum vltrem purgare nititur, spiritum exhalauit. Expectabat enim
 puer à foris cum cereo dominum egressurum. Iamque aduenerat lux, & satelles eius, id est,
 alius

CHRISTI
484.FELICIS PAP.
2.ZENONIS IMP. II.
ODOACR. REG. 9.

alius presbyter, mittit nuncium, dicens: Veni, ne tardaueris, vt quæ nobis die hesternæ con-
 uenerant, pariter expleamus: Sed cum responsa dare differret exanimis, eleuato puer velo
 ostij, reperit dominum super cellulam secessus defunctum. Vnde indubitatum est, non mi-
 noris criminis hunc reum esse, quam Arium illum, cui similiter in secessu fuere interna
 deposita per partes inferiores egesta: quia nec istud sine hæresi potest accipi, vt in Ecclesia
 non obediatur sacerdoti Dei, cui ad pascendum oues commissa sunt: & ille se ingerat pote-
 stati, cui neque à Deo, neq. ab hominibus aliquid est commissum. Dehinc beatus sacerdos,
 vno adhuc manente nihilominus inimico, suæ restituitur potestati.

Factum est autem post hæc, vt accedente febre ægrotare cœpisset. Qui rogat suos, vt eum **Q**
 in ecclesiam ferrent. Cumque illuc illatus fuisset, conueniebat ad eum multitudo virorum
 ac mulierum, simulque etiam & infantium plangentium, atque dicentium: Cur nos deseris,
 pastor bone, vel cui nos quasi orphanos derelinquis? Nunquid erit nobis post transitum
 tuum vita? Nunquid erit postmodum qui nos sapientiæ sale sic condiat, aut ad Dominici
 nominis timorem talis prudentiæ ratione redarguat? Hæc & his similia populis cum magno
 fleu dicentibus, tandem sacerdos, Spiritu in se sancto influente, respondit: Nolite timere,
 ô populi: ecce frater meus Aprunculus viuit, & ipse erit sacerdos vester. Qui non intelligen-
 tes, putabant eum loqui aliquid in extasi. Quo migrante, presbyter ille nequam, alter ex duo-
 bus qui remanserat, protinus omnem facultatem Ecclesiæ, tamquam si iam Episcopus esset,
 inhians, cupiditate, præoccupat, dicens: Tandem respexit in me Deus, cognoscens me iu-
 stiores esse Sidonio; largitusque est mihi hæc potestatem.

Cumque per totam urbem superbus ferretur, adueniente die Dominico, qui imminabat **V**
 post transitum sancti viri; præparato epulo, iussit cunctos ciues in domo ecclesiæ inuitari
 despectisque senioribus, primus recumbit in toro. Cui oblato pincerna poculo ait: Domine
 mi, vidi somnium, quod si permittis, edicam. Videbam hæc nocte Dominica, & ecce erat
 domus magna, & in domo erat thronus positus, in quo quasi Iudex residebat; cunctis pote-
 state præstantior: cui adfistebant multi sacerdotum in albis vestibus, sed & promiscuæ po-
 pulorum turbæ valde innumerabiles. Verùm cum hæc trepidus contemplerer, conspicio
 eminus inter eos beatum astare Sidonium, & cum presbytero illo tibi carissimo, qui ante hos
 paucos annos de hoc mundo migravit, attentè litigantem; quo deuicto, iubet Rex, vt in imis
 carceris angustis retrudatur: ablatoque isto, contra te iterum suggerit, dicens, te in eo sceler-
 re, propter quod ille prior damnatus fuerat, fuisse participem. Verùm vbi Iudex, quem ad te
 transmitteret, sollicitè cœpit inquirere, ego me inter reliquos oculere cœpi, & à tergo steti,
 tractans apud memetipsum, ne fortè ego, qui notus sum homini, mittar.

Dum hæc mecum tacitus voluerem, amoris omnibus, remansi solus in publico: vocatus-
 que à Iudice, propius accedo. Cuius virtutem atque splendorem contuens, cœpi hebes effe-
 ctus, titubare præ metu. Et ille: Ne timeas puer, inquit: sed vade, dic presbytero illi: Veni ad
 respondendam causam, quia Sidonius te accersit deprecatus est. Tu verò ne moram facias
 ad eundem: quia sub grandi testificatione mihi præcepit Rex ille tibi hæc loqui, dicens: Si
 tacueris, morte pessima morieris. Hæc eo loquente, exterritus presbyter, elapso de manu ca-
 lice, reddidit spiritum: ac de recubitu ablatum, mortuus sepulturæ mandatus est, possessurus **T**
 infernum cum satellite suo. Tale iudicium super contumaces clericos Dominus in hunc
 pertulit modum, vt vnus Arij fortiretur mortem, alius tamquam Simon magus, Apostoli
 sancti oratione ab excelsa arce superbiæ præceps allideretur: Qui non ambiguntur pariter
 possidere tartarum, qui simul egerunt nequiter contra sanctum Episcopum suum.

Interea cum iam terror Franchorum resonaret in his partibus, & omnes eos amore desi-
 derabili cuperent regnare; sanctus Aprunculus Lingonicæ ciuitatis Episcopus apud Bur-
 gundiones cœpit haberi suspectus: cumque odium de die in diem cresceret, iustum est vt
 clam gladio feriretur. Quo ad eum perlato nuncio, nocte à castro Diuionensi per murum
 demissus, Aruernos aduenit, ibique iuxta verbum Domini, quod posuit in ore sancti Sido-
 nij, vndecimus datur Episcopus.] hæc Gregorius. Ad Aprunculum hunc spectare videtur
 Aper ille itidem Aruernensi matre ortus, & Aruernis educatus, ad quem extat eiusdem Si-
 donij epistola^a, qua ad patriam eum nisus est reuocare. Quantum verò temporis Aprun-
 culus federit, ignoratur: constat tamen in Aurelianensi Concilio sedisse eius successorem
 Euphrasium.

QVID SIDO-
NIVS DIXIT
OBITVRVS.

VISIO DE
DIVINO
IUDICIO.

TERRIBILIS
VLTIO IN
PRESBYTE-
RYM PER-
VERSYM.

APRUNCU-
LVVS EPISC-
ARVER-
NENSIS.

^aSidon. lib. 4.
epist. 22.

IESV CHRISTI

FELICIS PAP.

ZENONIS IMP. 12.

ANNVS

ANNVS

ODOACR. REG. 10.

485.

3.

DESCRVA
FACIES O
RIENTALIS
ECCLESIAE.

Symmacho Consule absque collega notatur in Fastis tam Graecis quam Latinis praesens annus Domini quadringentesimus octogesimus quintus, quo res Orientalis Ecclesiae in deterius dilabuntur, cum pulsus (ut dictum est anno superiori) Orthodoxis, & suffectis in eorum locum haereticis, vel saltem communicatoribus haereticorum, tenebrae vndique spar- se impietatis tetram vbique & horrendam noctem induxerunt: ut cum Hieremia lugubre illud exclamandum iugiter fuerit: Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion.] cum tamen officio non defuerit Felix Papa, qui exemplo Domini, qui vulne- rat & medetur, post damnatum Acacium Constantinopolitanum Episcopum, malorum omnium (ut demonstratum est) & auctorem & propagatorem, ipsam filium tenebrarum in lucem, & desertorem reuocare ad Ecclesiam omni studio laborauit.

Hierem. 2.
Iob 5.

INVITATVS
ACACTVS
AD RESI-
DISCEN-
TIAM.

Egisse id in primis eundem Pontificem per Andromachum virum illustrem, testatur est Gelasius Papa in Comonitorio ad Faustum, vbi haec habet: illud autem nimis est impudens, quod Acacium veniam postulasse confingunt, & nos extitisse difficiles. Testis est frater vester, filius meus, vir illustris Andromachus, qui & a nobis abundanter instructus est, ut cohortaretur Acacium, deposita obstinatione, respicere, & ad sedis Apostolicae remeare consortium: Quique se, sub iureiurando, magnis cum eodem molitionibus egisse, testatur, nec ad ea quae recta sunt, potuisse deflecti, sicut rerum probatur effectu.] haec Gelasius de Romana Ecclesia eo tempore cum Felix Papa illi praesert, non autem postquam in locum eius ipse Gelasius est subrogatus, nam tunc iam Acacius defunctus erat. At ille quidem instar illius propheticae bestiae, indurauit cor suum tamquam lapidem, & (ut est in Iob) instar fabrilis incudis, ne crebro percussus, mallei verbi Dei cederet ictibus, sed magis ex piis tan- ctisque monitis obrigesceret; optimè imitatus auctorem suum, proximus illi comes acce- dens, qui Rex dicitur super omnes filios superbiae; cum rebellans aduersus eum a quo am- plissimam acceperat dignitatem, Vicariam dico praefecturam Apostolicae sedis, tanta sibi delegata a Simplicio Papa auctoritate, in ipsam auctorem atque eius successorem Felicem arma conuertit, quibus vniuersam Orientalem Ecclesiam perturbauit, de cuius vsque ad mor- tem obstinatione haec idem Gelasius per ironiam: Sed te vera tali percussus poena respuit, correctionem promisit, emendauit errorem; aut ille tractatus lenior voluerit coerceri: qui eriam verbera dura non sensit: quo in sua perfidia & damnatione moriente, &c.]

Iob 41.

Iob ibid.

IN ANIS
TERGIVER-
SATIO DE
FENSORVM
ACACII.

Ex officiis igitur (ut vidimus) per Apostolicam sedem adhibitionem ad curationem inflidi Acacio vulneris, planè detegitur, quam calumniosè eius post obitum defensores cauillare conati sint illatam in eundem anathematis a Felice sententiam, quod in eius sine Pontifex illa verba posuerit: Apostolica auctoritate damnatus, numquam anathematis vinculis exuendus.] quasi excluderit omnino eum a venia per poenitentiam consequenda. Nam quo- nam pacto ianuam misericordiae prorsus clausisse Acacio Felicem Papam per illam senten- tiam dicere potuerunt, cum ipse Felix, ut eum reuocaret in Ecclesiam, tantopere requisie- rit? Sed sic quidem numquam absoluendum ad calcem ponit, si in errore persisteret, quod aduersus eos Gelasius agens in tractatu de Anathemate pluribus docet. Qui itaque Acacio non defuit omni consilio, idem Felix Papa in officio continere studuit eos qui reliqui erant in Oriente, Orthodoxos Episcopos, ne cum haereticis communicarent: scimus id quidem praestitisse Felicem ex datis litteris ad Illyricos Praefules, quarum Gelasius meminit.

Relasiepi. 1.
CORPVS S.
BARNABAE
REPERTVM
ET CVM EO
EVANGELI-
VM S. MA-
THAEI.

In tantis autem Orientalis Ecclesiae offusis vbique tenebris, fecit Deus in insula Cyprì ad illustrationem veritatis splendescere lumen suum, cum veluti rediuuius collega Pauli Apostoli S. Barnabas vnà cum S. Mathaei Euangelio, quo potissimum Christi vera huma- nitas comprobatur, in opprobrium Eutythianae haereseos tunc grassantis apparuit, certis si- gnis, miraculorum virtute veluti digito, vbi Catholica fides esset, edocens. Historia quidem omni acceptatione dignissima, omnium assertionem atque confessionem recepta, ab egregio viro illius temporis Alexandro monacho Orthodoxo scripta, extat: quam vt egregium monumentum, & lucernam in caliginoso loco lucentem, ad Dei summam in sua Ecclesia moderanda prouidentiam commendandam, hic tibi opportunè intexendam putauimus. Etenim quod ad tempus spectat, cum haec cuncta auctor contigisse tradat, simulac pulso in Oatim S. Calendione, immixtus est in Antiochenam Ecclesiam Petrus Fullo, & iam vexare

A

C

D

E

Ortho-

CHRISTI
485.

FELICIS PAP.
3.

ZENONIS IMP. 12.
ODOACR. REG. 10.

A Orthodoxos omnes aggressus; his planè eam rem conuenire temporibus, certum est. Quae igitur tunc temporis transacta sint, idem auctor verbis istis aggreditur enarrare:

Vbi Zeno Imperator beatum Calendionem Patriarcham in Oatim exulem relegauit, Fullone illo Antiochenae sedis Episcopatum vi capiente; qui vt impius, & nullam spem reli- quam habens, tyrannidem ipsam impunè vel sceleratè potius exercebat, interficiens, proseri- missa faciam, cum multa sint, & propriam historiam requirant. Conferet autem se oratio nostra ad id quod magis vrget, vt sancti Apostoli Barnabae gratiam omnibus notam facia- mus; & quanta patriam suam cura & benignitate prosequatur, declaremus. Cum nondum contentus esset Petrus Fullo innumerabilibus illis malis, quibus Orientis partes affecit: in protuincias etiam illas, quae nihil ad eum pertinebant, manus iniecit. Cum enim Imperatoris, & eorum qui erant apud Imperatorem gratiosi, lenitatem auro sibi comparasset, ipsius etiam Dei legem deinceps contempsit: & Cyprios homines Dei & fidei amatores ac recta sen- tientes omni modo vexare cogitauit: quoniam eius insulae habitatores pietatem a parenti- bus suis traditam seruantes, recusabant cum eius impietate communicare.

B Itaque Cyprì sedem sanctissimam, & a principio inde vsque ab Apostolorum tempore liberam, ipse arripere & sibi subicere aggressus est: idque ad Imperatorem retulit, falsum deferens, ac dicens: Quoniam verbum Dei ab vrbe Antiochia ad Cyprum insulam mana- uit: ob id Cyprì Ecclesiam sub Antiochenae sedis Patriarcha esse oportet, quandoquidem Apostolica & Patriarchica sedes est. Haec ille rectae fidei & sententiae desertor contendebar, cum tamen non ignoraret, ea quae in vrbe Epheso sancta illa Synodus, Cyrillo praesidente, definierat, a se violari atque corrumpi.] Extant quidem eius rei Acta Synodalia eiusdem

C Ephesini Concilij, quorum suo loco meminimus. Subdit his verò haec mox Alexander: Sed pietatis praeco & sanctissimus Apostolus Barnabas patriae suae opportuno tempore sub- ueniens, illius Petri stultitiam, vel malitiam potius redarguit. Cum enim Episcopus Salaminae iussus fuisset ad regiam urbem se conferre, & aduersus Antiochenos coram Patriarcha causam dicere, pra: timore torpescere, Fullonis illius in- fidias suspensas habens.] Considera hic, lector, amabo te, visitatum morem haereticorum, nempe a sententia ab oecumenica Synodo lata prouocare ad Imperatorem: insuper & illud prorsus Antiocheno Patriarcha indignum, quod cum post Alexandrinum censeatur Antio- chenus primus Episcopus Orientis, subiicit se tamen iudicio Constantinopolitani Episcopi. Ex quibus quae per transennam, immo aperte nimis intueri & intelligere valeas, cur Aca- cius nefandi haeretici saepe damnati patrociniū suscepisset, & communicationem amplexus

D esset, ea nimirum ex causa, quod Fullo nequissimus turpiter ei cessisset ius primatus contra Leonis Papae & successorum Pontificum Romanorum sententiam. Sed pergit Alexander: Erat tunc Salaminae urbis Episcopus Anthemius vir cum primis admirabilis quod ad rectam fidem & vitae innocentiam pertineret, sed ad disputationem cum aduersariis susti- nendam parum valebat. Cum igitur ancipiti fluctuatione fluctuaret, neque certum haberet quid ageret, num videlicet Constantinopolim proficisci deberet, nec ne: nocte in somnis astitit illi quidam, diuinam quandam speciem praesferens, & luminis splendore multo effulgens, lucidaque veste indutus, ac sacro habitu decorus, qui & haec dixit: Cur ita tristis es nunc, Episcopo? Quomodo tantus iste torpor te corripuit? Cur vultus tuus ita concidit? Nihil mali ab aduersariis tuis patieris. Haec cum dixisset, ab Anthemio discessit. Qui exper- rectus, & timore perterritus Episcopus, in faciem se prostravit, & multis lacrymis ita Deum deprecatus est: Domine Iesu Christe Fili Dei viui, adiuua Ecclesiam hanc. Scio autem quod illam adiuuas. Si visio haec a te profecta est: fac, quae visio, vt ea iterum ac tertio mihi ostenda- tur; vt te mecum esse, certo scire possim.

E Interea Episcopus ille diuinis precibus attentius vacabat, ab omnium hominum congrega- tione remotus. Nocte autem quae deinceps consecuta est, cum astitisset idem ille vir eadem forma & habitu quo antea visus fuerat: iam (inquit) tibi dixi, nihil mali te passurum ex iis quae tibi aduersarij minantur. Nihil igitur suspicans, prompto animo ad urbem Constans- tinopolitanam venias. Haec cum dixisset, discessit. Episcopus verò rursus Domino gratias egit, neque quicquam alicui dixit, sed expectabat tamen reuelationem tertiam. Nocte igitur consequente idem vir apparuit: qui grauitis eum increpans: Quousque (inquit) non vis credere verbis meis, quae diebus his complenda sunt? Proficiscere in urbem regiam prompto & alacri animo: illinc enim cum gloria reuerteris, nec quicquam mali

Extat apud
Sur. dioc. 1.
lun.

QUAE PE-
TRVS FULLO
ADVERSVS
CATHOLI-
COS MOLITVS
SIT.

PETRVS
FULLO NI-
TIVR CON-
TRA ACTA
IN CONC.
EPHESINO.

Conc. Ephes.
tom. 2. apped.
1. c. 4. edit.
Pelt.

PETRVS
FULLO DE-
PERRIT ACA-
CIO.

PRIMA AP-
PARITIO
S. BARNABAE.

SECUNDA
ET TERTIA
APPARITIO
S. BARNABAE.

ab ad-

CHRISTI
485.FELICIS PAP.
3.ZENONIS IMP. 12.
ODOACR. REG. 10.

ab aduersariis patieris, cum Deum ipsum propter me seruum suum tui propugnatores habes. Tunc Episcopus: Quæso, inquit, domine mi, dic, quis es tu, qui hæc mecum loqueris. Tunc ille ait: Ego sum Barnabas discipulus Domini nostri Iesu Christi, segregatus à Spiritu sancto, ut vnà cum Paulo Apostolo electionis vase munus Apostolicum inter Gentes exercerem. Huius rei signum hoc habeas: Egredere extra urbem Occidentem versus, stadiis quinque in eam regionem quæ Sanitatis locus appellatur (per me enim Deus ipse in loco illo miracula efficit) & sub arbore siliquæ effodias. Speluncam enim atque arcam inuenies: quoniam illic totum corpus meum conditum est, & Euangelium propria manu scriptum, quod à sancto Apostolo & Euangelista Matthæo excepi. Quoniam verò aduersarij tui sursum & deorsum miscentes omnia, & iura quædam obicientes tecum disceptant, Antiochia scdem Apostolicam esse contententes; & tu contra, ius tuum illis opponas: Et mea, inquit, sedes Apostolica est: nam & Apostolum habeo in patria mea. His dictis Barnabas discessit.

INVENTIO
CORPORIS
S. BARNABAE CVM
EVANGELIO
S. MATTH.

Episcopus verò experrectus, Deum adorauit, totoque clero & populo Christianissimo congregato, exiit in eum locum quem per reuelationem didicerat, multo apparatu, & Cruce ipsa prælata. Cumque preces ad Deum misisset, iussit locum effodi: quem postquam paulum fodissent, inuenerunt speluncam lapidibus obstructam. Illis autem sublati, apparuit arca illa: Qua detecta, inueniunt venerandas sancti & venerabilis Apostoli Barnabæ reliquias suauem gratiæ spiritualis odorem spirantes. Inueniunt etiam Euangelium supra Barnabæ pectus impositum. Illam verò arcam plumbeo signo munierunt. Cumque Deum precati essent, discesserunt, viris religiosis in eo loco ab ipso Episcopo constitutis, qui vesperinis & matutinis hymnis Deum collaudarent.

ANTHEMI
ADVENTUS
CONSTANTINOPOLIM

Ille ergo insigniores Episcopos secum habens, venit in urbem regiam Constantinopolim, & ad Patriarchæ domum deductus est. De cuius aduentu cum Imperator audisset, Patriarchæ ipsi mandauit, ut cum Synodo quæ illuc conuenerat, omnium Patrum controuersiam audiret, & quod illi videretur decerneret. Coacto igitur Concilio, cum causa illa tractaretur, aduersarij afferebant sua iura, ut sibi videbantur, quod Antiochena sedes Apostolica & Patriarchica esset, ob idque contendebant & alias prouincias sibi subiectas esse debere. Hæc cum afferent, iis qui præsentibus erant, rationi consentanea dicere videbantur. Beatus verò Anthemius paulum moratus, contra obiciens: Et mea (inquit) sedes Apostolica fuit, inde usque à principio & libertate honorata, qui & Apostolum habeo in patria mea integro corpore constantem, beatissimum, inquam, illum Barnabam sanctarum laudum præconis celeberrimum. Hoc cum Anthemius opposuisset, nihil loci aduersariis relictum est, cum Episcopi qui præsentibus erant, silentio Anthemij orationem confirmassent. Aduersarij verò rubore perfusi, muti remanserunt responso illo tam iusto perculsi.

REPELLO
PETRO EVL
LONE, AN
THEMIO
CAUSA AD
IUDICATA.

Hæc cum Imperator audisset, Episcopum Cypri ad se accersiri iussit, & de reuelatione sancti Apostoli Barnabæ diligenter ab eo quæsiuit. Ille nihil ex his quæ vera cognouerat occultauit, sed ordine rem omnem Imperatori narrauit. Ille hæc audiens, valde gauisus est, diuinæ gratiæ diuitias admirans, quod Imperij sui temporibus tantum miraculum à Deo factum cognosceret. Tunc Antiochenæ urbis Episcopum illinc expulit, & iussit ut in posterum Cypri Episcopo, quod ad eam causam pertinebat, nihil omnino molestus esset. Beatum verò Anthemium Episcopum ita rogauit: Quoniam sancti Pontificatus tui temporibus Domino nostro Iesu Christo placuit sanctum suum Apostolum Barnabam reuelare: iube, quæso, celeriter Euangelium illud, quod inuentum est, nobis afferri. Id si feceris, mihi filio tuo gratissimum erit: habebis enim & me ipsum posthac tibi, Pater, in omnibus obtemperantem. Assensus est eius petitioni Episcopus; & quemdam ex eis quos secum habebat, vnà cum fidelissimo Imperatoris ministro Episcopum misit, qui Euangelium illud in urbem Constantinopolim attulerunt. erant autem libri tabellæ thyenis lignis compositæ.

EVANGELII
CODEX CUN
STANTINO
POLITASSER
VATVS.

Euangelium illud, Imperator in manibus sumpsit & deoscularus est, auroque multo exornatum in Palatio suo reposuit, vbi ad hodiernum usque diem seruatur, & in magna quinta Paschæ feria quotannis in Palatij Oratorio Euangelium ex eo libro recitatur. Episcopum verò Anthemium magnis honoribus prosecutus, pecuniis multis donatum ad insulam Cyprium remisit, eique mandauit, ut sancto Apostolo Barnabæ templum in eo loco erigeret, vbi venerandæ ipsius reliquæ inuentæ fuerant. Multi autem ex optimatum numero pro illius templi ædificatione pecuniam contulerunt. Ille igitur in Cyprium reuersus, multos artifices atque operarios collegit, & ædificationi non mediocrem operam dedit, & Apostolo Barnabæ templum valde magnum tum ædificio tum multo & vario ornatu insigne construxit.

ECCLESIA
S. BARNABAE CVM
MONASTERIO
ERECTA.

CHRISTI
485.FELICIS PAP.
3.ZENONIS IMP. 12.
ODOACR. REG. 10.

Astruxit. ad eam verò templi partem quæ ad Lybiam spectat, aulam quamdam composuit quattuor porticus habentem, & cellas hinc atque illinc è regione sibi oppositas in aula construxit; ut qui diuina officia in templo monachi celebrarent, in illis cellis habitare possent. Quinetiam è longinqua regione aquæ ductum deriuari fecit, & in medio atrio concham quamdam pulcherrimam construxit, in quam aqua illa deflueret; ut tam qui in eo loco habitabant, quam qui peregrè venissent, abundè aquis illis frui possent: ita ut qui locum illum vidisset, parua alicuius & iucundæ urbis figuram videre sibi visus esset. Deinde arcam illam, in qua Barnabæ Apostoli reliquæ traditæ erant, in dextera sacræ aræ parte collocauit; qui locus multo argento & marmoreis columnis ornatus erat.

Diem verò festum, quo beati Apostoli & generosi martyris Barnabæ memoria celebraretur, Patres agi per singulos annos constituerunt tertio Idus Iunij, ut Romani numerant, ut verò Cypri Constantientes, die vndecimo eiusdem mensis; qui ab illis dicitur Mefores, & decimus numeratur, ut autem Asiani homines, vel Paphij numerant, decimonono mensis, qui Prithipatus dicitur, & nonus numeratur. Hoc igitur anni tempore in eum locum, quem supra diximus, gentes plurimæ conueniunt; & diuina officia concelebrant in gloria Patris & Filij & Spiritus sancti, amen. Reliquiarum S. Apostoli Barnabæ reuelatio ita se habuit, ut diximus: quæ verò miracula quotidie à sanctissimo ipsius sepulchro abundè proficiuntur, ea si quis conscribere velit, ne multis quidem voluminibus (ut opinor) illa cõplecti poterit.] hætenus de his Alexander: eadem breuiter habent Theodorus Lector, Suidas, Nicephorus, atque alij tum Græci tum Latini historici. Porro Nicephorus^a errasse planè conuincitur, dum eiusmodi reliquiarum inuentionem factam sub Anastasio Imperatore^{cap. 17.} recenset, refragantibus ceteris omnibus, ipsiusque inuentionis Actis.

Sic igitur Deus ad conuincendum & confutandum insultantem regia auctoritate potentem Petrum hæreticum, ista tam grandia hoc ipso tempore in reuelatione sacrorum pi-
gnorum & editione signorum voluit demonstrasse: quibus non id tantum factum est, ut de subicienda Cypri Ecclesia sub Antiochenâ metropoli nullum amplius negotium fuerit à Fullone impio facestrum, sed & fides Catholica vbique in Oriente exagitata, illic absque vlla molestia fuerit intacta seruata. At idem perditissimus Fullo, cui in animo nihil erat magis inhærens, nisi ut cuncta à Catholicis bene gesta irritaret si posset, non tantum ista aduersus sententiam Patrum Concilij Ephelini molitus est; verum etiam cum audisset vagum quemdam nebulonem Persam, fugituum seruum, agentem se ut clericum ab Ecclesia eiec-
tum, assumit ipse hominem, atque ad Episcopatum usque prouexit: rem planè monstruosam, ut nondum Christianus, absque baptismo quis inuentus, fuerit ordinatus Episcopus; quam quidem Nicephorus ita narrat^b:

PETRI EVL
LONIS TE
MERITAS
REPERSSA
DIVINITVS.

Niceph lib.
16. cap. 27.
PETRI EVL
LOORDI
NAT XE
NATAM.

Xenaias quidam erat (Philoxenum Græca lingua rectè vocet) genere Persa, & fortuna seruus, peridoneus satanæ minister: qui sub Calendionis Episcopatu, cum ab hero suo profugisset, ad Ecclesiam Dei accessit, clericum se esse affirmans, cum quidem nondum diuinæ regenerationis lauacro initiatus esset. Calendion vbi hominem eum, & latentem in eo malevolentiam ex signis & coniecturis quibusdam cognouit, ab Ecclesia eum proscripsit. Vbi verò Calendioni Petrus Cnaphæus (qui & Fullo dictus est) successit, Xenaiam illum non solum recepit, verum etiam nondum baptismo initiatum, vicinæ Hierapolis Episcopum creauit, & Philoxenum nominauit. Et Petrus vbi tandem se Episcopatum viro nondum baptizato mandasse intellexit, dixisse fertur, sufficere ei pro baptismo consecrationem. Xenaias iste primus (ô audacem animum & os impudens!) vocem illam euomuit, Christi & eorum qui ei placere imagines venerandas non esse, &c.] quæ enim subdit sub Flauiano cõtrigisse, suo loco dicenda erunt. Recitantur hæc eadem ex antiquiori auctore per Anastasium diaconum in posteriori Nicæno Concilio, nempe ex Theodoro Lectore, quo tempore eius historia integra habebatur: in qua hæc amplius leguntur, quoniam modo scilicet idem scelestissimus Xenaias inuentus tandem sit, quisnam qualisve esset, qui in Syria agebat Episcopum: Hunc (inquit Theodorus) non longè postea quàm factus est à Petro Fullone Episcopus Hierapolis, Episcopi Persici insequentes, seruilibus parentibus natum, ipsum quoque seruum, & nondum baptizatum accusabant, &c.]

XENAIAS
AVCTO R
ICONOCLA
STARVM.

Vidisti ne quanto gloriari possint auctore impij Iconoclastæ? homine scilicet scelestissimo & seruilis conditionis errore, vix nomine cognito, à sanctissimo Orthodoxo Episcopo eiec-
to, à nefandissimo Fullone recepto; qui Episcopus fuerit sine baptismo, & sine Christo dictus tantum nomine Christianus, dicendus potius dæmoniacus, cui nondum pulsus

pulsus per baptismum spiritus nequam fuerat, sed inhabitans semper in eo iam esset per sacramentum consecrationis quasi vectibus, ne progredi posset, inclusus; tali afflatus numine, qui & tanto promotore dignus est factus Episcopus. Huic igitur tam nobili hæresiarchæ dignissimi eius sectatores Leonoclastæ ut suo ipsorum duci & principi columnas erigant, inscribant titulos, statuunt simulacra: huius solius imagines protequantur honore, conscribant panegyricos, laudent pro rostris, incendant thura, accendant lumina, effundant unguenta, & omni denique monumentorum genere immortalitati eius memoriam consecrent: ut omnis posteritas notum habeat, à quo ipsi gloriosum duxere principium, & cuius imitatores atque discipuli facti sint. non enim inuidemus.

Sed quænam sapientissimus Persarum, ex Manichæis proveniens, docere in Syria cœperit, accipe ex antiquo historico, Ioanne Diacrenomio: quæ his verbis recitantur in Nicæno Concilio posteriori: Xenaias non esse decens, dicebat, Angelos existentes incorporeos corporea forma effigiare, & in humana effigie incorporeos representare. Quinetiam & hæc fuit opinio eius, Christo non dandum esse honorem, aut laudem dicendam pictura arte hominum elaborata; esse autem illi solummodo acceptam adorationem in spiritu & veritate. Inter cetera autem dicebat, & hoc esse puerilis animi factum, fingere in columbæ idolo ter adorabilem Spiritum sanctum: nusquam enim Euangelicis litteris traditum esse, Spiritum sanctum columbam esse, sed quod in specie columbæ aliquando visus est: id autem dispensatiuè, & non substantialiter factum est. Ita (ut semel dicam vno verbo) intempestiuum putabat & inconueniens pios homines Spiritum sanctum ut corpus habentem declinare.

Hæc quidem Xenaias, qui & Philoxenus, docens, simul cum ipsa doctrina, & opere rem demonstrabat: sæpè Angelorum imagines afferens iecit. Christum autem imagines representantes, omnes in vnum locum collocavit.] hætenus Ioannes de Xenaia, de quo haud mirandum, si nondum Christianus, diuinas Scripturas non perlegit, Christianæque religionis traditiones minimè peruestigauit: Si enim scisset Dei præcepto iussos esse incorporeos Cherubin in Arca & in Sanctuario effigiari; sique nouisset Christianos procul abesse, ut columbam dicant esse Spiritum sanctum, sed ipsum representare, qui in ea forma est ostensus hominibus: si scisset à temporibus ipsius Domini nostri Iesu Christi, eius imagines in veneratione habitas in Ecclesia, & à posteris digno honore cultas: sique intellexisset rudium esse Scripturam imagines, ac proinde quibus signis voluit innoscere Deus mortalibus per ipsam Scripturam diuinitus traditam, eadem licere coloribus representare: si his inquam institutus esset catechumenus homo sine baptismo & sine Christo, nomine tantummodo Christianus, haud illa adeò impia & insulsa aliquando effutisset: sed danda venia cæmentario, si inueniatur in arte sutoria imperitus. At quid recitatis Xenaia blasphemias in eo Concilio œcumenico? Patriarcha dixit: Audiuimus, viri sacerdotes, quales fuerint qui imagines non receperunt, nempe non baptizati, Manichæi, qui non verè, sed per imaginem Deum hominem factum tradunt.] hæc ibi. At de his satis.

Hoc eodem anno vita functus est Martyrius Hierosolymitanus Episcopus, cum sedisset annos octo, tot enim anni eius sedi à Nicephoro adscribuntur, nec non à Cyrillo in Saba: cui cum ab Euagrio crimen communicationis cum hæreticis adscribatur, iniuria id factum scias: nam honorificèssima est eius memoria apud Cyrillum in rebus gestis sanctissimi viri Euthymij, quas scripsit post eius obitum: Quamobrem haud facile Euagrio assenserimus ea petenti à Zacharia Eurychiano, cum præsertim eundem Martyrium Euthymij testimonia commendarint, cuius vltima functio legitur in ecclesiæ dedicatione apud monasterium eiusdem sancti Euthymij insignibus miraculis declarata: quæ tu apud eundem auctorem consulas, qui de ecclesiæ dedicatione ista habet: Cum verò miraculum breui totam peruasisset solitudinem, & peruenisset etiam ad ipsum Archiepiscopum Martyrium: descendens ille multis copiis ad cœnobium, præclaram quidem egit synaxim & vigiliam cum multis lampadibus & suffribus: splendidam autem & magnificam fecit dedicationem, deponens sub ara quasdam partes reliquiarum martyrum Tarachi, Probi, & Andronici, septimo mensis Maij: erat verò iam duodecimus annus post decessum Euthymij.] hæc Cyrillus. Porro ex annorum notato numero duodeno ab Euthymij migratione, quæ ipso teste contigit anno decimo sexto Leonis Imperatoris, qui numeratus est annus Domini quadragesimus septuagesimus secundus, dicendum est, anno præterito eandem dedicationem fieri contigisse: cui cum diuina miracula fuerint suffragata, & eadem vnà cum Catholicis sanctisque viris habita sit, non nisi à Catholico Episcopo potuit celebrari.

Succesit

DEBITVS
MARTYRII
EPISC. HIEROSOLYMITANI.
*Nicephor. in Chron. Cyril. in Vita Sabæ.
b Euag. lib. 3. cap. 18.
*Cyril. in Vita Euthy. apud Syr. die 20. January.
DEDICATIONE ECCLESIAE FACTA A MARTYRO

A Succesit autem Martyrio Episcopo Sallustius, & ipse Catholicus; haud enim aliter dignum sentire de eo, qui magnum illum Sabam presbyteratus ordine insigniuit, iam antea calumniis circumuentum, sed ab ipso absolutum: ut planè sicut ex dedicatione ecclesiæ S. Euthymij Orthodoxa Martyrij fides fuerit demonstrata, ita & ex ordinatione Sabæ & alterius dedicatione ecclesiæ contingat Sallustium ipsum eius successorem Catholicum exhibere. At scias, non parui esse negotij certum quæmpiam his temporibus ostendere Orthodoxum, cum totus ferme Oriens vel hæresi vel communicatione cum hæreticis esset diluuiio penèmersus. Porro huius rei gestæ historiam, qua videlicet occasione sanctissimus Sabas à Sallustio Hierosolymitano Episcopo presbyter ordinatus sit, idem Cyrillus est litteris profecutus his verbis:

Cum Patriarcha, Martyrius scilicet, octauo anno Pontificatus à vita excessisset, & Sallustius sedem post accepisset, iam quadragesimum octauum ætatis, inchoatum videlicet, agente beato Saba, quidam ex Laura prauis animis, menteque peruersa & illiberali, qui planè erant carnes, & ut cum diuina dicam Scriptura, spiritum non habebant.] & paulo post: Seditiosus ergo isti (oportet enim non ex nominibus, sed ex studiis potius illos vocare) mala meditantibus aduersus diuinum Sabam, veniunt in sanctam ciuitatem; & ad Sallustium Episcopum linguis dolosis, aut (ut melius dicam) cordibus accedentes, eum quærebant, quis esset præfuturus. Ille autem cum esset sapiens, & aures non haberet faciles, nec ea admitteret, nisi prius examinata; accuratè rogauit, quinam essent, & vnde. Illi verò dicebant, se habitare prope quemdam torrentem, & illic peragere certamina exercitationis, celantes nomen Sabæ: sciebant enim eum ex virtute notum esse omnibus; quomodo ipsi studium ponebant, ut ex vitio cognoscerentur ab omnibus. Cum ij autem sæpè rogarentur, ut dicerent cuiusnam esset torrens, & quomodo vocaretur, & non possent effugere interrogationem, dicunt: Qui ab aliquibus vocatur torrens Sabæ.

Ille autem cum intellexisset eum esse Præfectum, aduersus quem isti struebant calumniam, rogauit rursus: Vbi est hic Sabas? Illi autem mittentes respondere ad propositum (ô arrogantiam & amentiam!) dixerunt ei non posse sufficere curæ de tam multis suscipienda propter simplicitatem nimiam & rusticitatem: lenitatem illius & moderatorem simplicitatem vocantes improbi, eo quod nollet hic populus (ut admirandus dixit Isaias) aquas Siloë, quæ fluunt silentio. Porro autem illud quoque addiderunt accusatores, nempe nimiam in suscipiendo sacerdotio cautionem, dicentes neque ipsum velle esse sacerdotem, neque alteri, ut fiat sacerdos, concedere. Sed hæc quidem illi.

Quiricus autem quidam sacerdos & virtutis amator ardentissimus, cum tunc adesset apud Episcopum, & quæ dicta essent audiisset: Quid verò (inquit) vos primi Sabam suscepistis, an ille vos? Cum autem illi respondissent, illum quidem ipsos suscepisse & cõgregasse, eis verò regendis eum minimè sufficere, qui in magnam creuissent multitudinem, cum esset agrestior & simplex. Excipiens rursus Quiricus: Si ille (inquit) vos ab initio congregauit, & locum qui erat desertus constituit ad habitandum, quanto magis & ipsum locum iam constructum & habitatum, & vos qui in vno estis congregati, erit is aptus ad regendum? Cui enim in his quæ erant magis difficilia opem tulit Deus, ipse etiam omnino adiuuabit in iis quæ sunt minus laboriosa, & facilem ei reddet præfecturam & administrationem. Ad hæc illi qui pacem oderant, cum quibus erat Sabas pacificus, & clam de proximo illiberaliter detrahebant, cum nihil possent respondere, tunc dimisit Episcopus: Considerate (inquit) in præsentia: craftino autem die accuratiùs de his inquiremus.

E Et statim quidem accersit beatum Sabam; nescientem cur esset accersitus. Porro verò eisdem quoque adducit & ad probandum quidem (ut putabant) suam accusationem, & ad expellendum Sabam à præfectura: ut autem rei ostendit exitus, ad ora eis potius obstruenda, & ad omnem auferendam sermonis occasionem. Nam postquam astiterunt, rectus ille & incorruptus Iudex, nihil illis omnino dicens, non arguens, neque alio egens testimonio, qui de virtute Sabæ optimè esset certior factus, & ab ea iam esset satis persuasus, eum quidem ordinat sacerdotem in conspectu omnium. hac autem apud eos vsus admonitione: Ecce (inquit) habetis vestrum Patrem, & Lauræ vestræ Præfectum, quem Deus desuper, & non homo elegit: nos verò solum Spiritui sancto manus commodauimus, non ipsum sed vos potius ipsos afficientes beneficio. Sic dixit: & cum statim assumisset beatum Sabam, & ipsos seditiosos, ac religiosum qui tunc aderat Quiricum, cum eis in Lauram proficiscitur, & primum illud sanctum cõsecrat templum, deinde etiam aram in eo constituit, & gloriosorum

Annal. Eccl. Tom. 6.

O o

Christi

SALLUSTIUS
EPISC. HIEROSOLYMITANVS.

*Cyril. in Vit. S. Sabæ, apud Syr. die 5. Decembris.

*Iud. 1.

SALLUSTIUS
COMMOTVS
TVR IN SABAE ACCVSATORES.
*Isaiæ 8.

SABAS AB-
SOLVTVS ET
ORDINATVS PRESBYTER.

CHRISTI 485.

FELICIS PAP. 3.

ZENONIS IMP. 12. ODOACR. REG. 10.

Christi martyrum illic multas recondit reliquias.] hucusque Cyrillus de rebus gestis Sallu- A stij Episcopi cum S.Saba. Sed iam ad Imperatoris aulam transferatur oratio.

DE LONGINO ZENONIS IMPERATORIS FRATRE.

Sub eiusdem anni Consulatu Symmachi de fratre Zenonis Imperatoris Longino nomine hæc habet Marcellinus in Chronico: Longinus Zenonis frater Augusti post decennalem custodiam, quam eidem Illus apud Isauriam inflixerat, ad germanum Constantinopolim venit.] Conatus est hunc Zeno Imperator creare Cæsarem, ut relinqueret Imperij successorem: sed quod esset perditissimis imbutus moribus, numquam id est consecutus, resistente inter alios Pelagio Patricio laudatissimo viro, qui & quomodo ea de causa à Zenone sit iussus interfici, paulo post dicturi sumus. Quam verò iste Longinus germanus Imperatoris, æque ac ipse Zeno, rapacissimus & impurissimus esset, Suidas prodit his verbis: Longinus & Conon fratres Zenonis Imperatoris iniuste potentia videntes, in vrbibus omnibus alienas possessiones sibi vendicabant, & mercede grauissimorum delictorum reos defendebant. Longinus autem omni quoque incontinentia refertus, erat semper ebriorum hominum vtrens consuetudine, & multos lenones secum habens: qui cum se illi principum viro- rum, vxores adducturos pollicerentur, scorta magnifice exornata in curribus insignibus adducendo, fucum illi faciebant, quasi illas ipsas adduxissent. Idem etiã monialium cœtum diremit hoc modo: Cum crebrò Pergis versaretur, nunciarum illi est à lenonibus, admodum formosas esse illas mulieres. Itaque illis misit legumina & siccos panes & vestes & alia quædam, quasi curaret eas scilicet è solitudine, vel conuersione timorum: Facile enim causas speciosas ad illaqueandas mulierculas feminarum aucupatores comminiscuntur. Et monasterium ingressus, multas earum vi potius quàm persuasione deduxit. Nam aded lasciuus fuit, vt & in ingenuas & magistratum vxores & virgines importune faceret impetum, omniaque ageret impudenter. In progressu autem globos argenteos & armillas proiciebat: multaque alia mala perpetravit Longinus iste.] hæc Suidas de spurcissimo homine ad delinquendum Imperatoria malè vso potentia: vt planè ad malorum cumulum accesserit turpitudine soluta licentia exundans, veluti alluione lutum vbique relinquens.

Suid. in hist.

*

QUALES ZE- NONIS MAGISTRATVS.

Quid præterea idem Suidas de ipsius Zenonis magistratum auaritia dicat, accipe: Bonam inquit gubernationem Romani sensissent, nisi Sebastianus tum in aula potentissimus illum quouis suo arbitratu impulsisset, velut in foro cauponans omnia, nec sine pretio quicquam in Regia sinens confici. Nam & magistratus vendebat omnes, pretio tum sibi reseruat, tum Imperatori communicato. Quod si quis accessisset qui paululum quicquam adiceret, is præferebatur. In toto denique Palatio nihil erat rerum omnium, quod venale non esset. Quod si Zeno magistratum aliquem suis familiaribus contulisset, ipse mancipis instar eum ab illis redemptum, plus vendebat aliis Zenoni surta præbens.] hæc de magistratibus. Exstant ad hunc ipsum Sebastianum Prætorij Præfectura fungentem eiusdem Zenonis Imperatoris complura rescripta. De mala verò educatione Zenonis filij, quem optabat Imperij relinquere successorem, idem Suidas mox ista addit:

DE EPISCOPO & CLERICIS.

Suid. in hist. FILIVS ZENONIS MALE MORATVS ANTERIIT.

Zeno Romanorum Imperator filium suum admodum adolescentem Imperij successorem relinquere cupiens, & dignitatibus ornabat, & corpus exercere iubebat ad staturę incrementum. At Imperatorij proceres potestatem nacti Fisci affatim exhauriendi, curabant vt adolescens Sybaritico luxu corrumpetur, & lenocinio suo ad insanos amores æqualium incitabant. Itaque vitæ ratione ad voluptatem & superbiam comparata, ab omni honestate remotus, & iam tum arrogantiam ob expectationem Imperij è vultu elucentem præfere-rens, sublimis incedere, & erigere ceruices cœpit, ac (vt paucis dicam) erga omnes non alium se præbere, quàm aduersus seruos. Verùm inspector omnium rerum, & nativa & edocta eius improbitate perspecta, ita illum multauit, vtalui profluuiio multos dies sine sensu lectum inquinans, immatura ætate rebus humanis eximeretur.] hæc Suidas.

PRAVIS MORIBVS FACILE SE INVGENT HÆRESSES.

41. Reg. 10.

Vides igitur, præter hæresum excrecentes omni ex parte torrentes, prauorum quoque morum exuberante profluuium, ex ipsa aula regia erumpentibus iniquitatum omnium fontibus: vt non mireris eiusmodi homines hæreticis fauisse, Catholicamque fidem lacerari aded permisisse, ipsique Romanis Pontificibus refractarios obstitisse, qui ab ipso bonorum omnium auctore Deo vitæ turpitudine separati, ab eodem fuerint diuinæ præsidio gratiæ derelicti. Haud enim reperire facile erit aliquem se ab Ecclesia Catholica separasse, quem, delictis præcedentibus, non proiecerit Deus, instar Saul, à facie sua.

Sed ad deploratissimum rerum statum illud accessit, quod cuius muneris erat Imperatorem admonere, vt tam sua, quàm aliorum peccata corrigeret, idem ipse seruos gloriæ & non

CHRISTI 486.

FELICIS PAP. 4.

ZENONIS IMP. 13. ODOACR. REG. 11.

non Apostolicus pastor Acacius, non id tantum facere prætermisit, oblitus Apostoli ad- monentis: Argue, increpa, obsecra] sed etiam (pro nefas!) turpi adulatione coniuuit. Quid enim corrigeret prauos mores Imperatoris Acacius, qui in grauiora delicta, nempe in hæreticorum communionem, ipsum veluti vincum secum in impietatis profundum abduxerat? Testatur id quidem est ipse Zeno litteris ad Felicem Pontificem scriptis, vt tradit Gelasius Papa scribens ad Dardanos, vbijait: ipse Zeno Imperator suis litteris profiteretur, cuncta se ex Acacij egisse concilio.] sicque planè accidit, vt dum cæcus cæco ducatum præstaret, in altissimam ambo foueam ceciderint præcipientes cū ruina multorum. Vnus tantum inuentus est Pelagius Patricius omni laude dignissimus, qui Zenonem redargueret, cuius rei causa ab eodem Zenone est iussus occidi, vt suo loco dicemus.

1. Tim. 4.

Gelasius epist. 11.

BIESV CHRISTI ANNVS 486.

FELICIS PAP. ANNVS 4.

ZENONIS IMP. 13. ODOACR. REG. 11.

Sequens annus Domini quadringentesimus octogesimus sextus Consulatu Longini atque Decij innotescit, quo hæc à Marcellino de Ioanne Antiocheno narratur in Chronico: Ioannes Antiochenæ parœciæ ex Grammatico presbyter scripsit aduersus eos, qui in vna tantum substantia adorandum esse Christum asserunt, nec acquiescunt duas in Christo confitendas esse naturas.] Hæc cum dicat ipse, affirmare quidem visus est hunc fuisse Catholicum, & aduersus inuasorem Antiochenæ Ecclesiæ Petrum Fullonem vexillum veræ fidei confessionis erexisse. Verum Nestorianismi suspectus est redditus, dum & redarguere aggressus est scripta Cyrilli contra Nestorium, de quo ista Gennadius habet: Simul & impugnat aliquas Cyrilli Alexandrini Episcopi sententias, dicens incautè ab illo aduersus Nestorem prolatas, quæ fomentum & robur addunt Timotheanis; quod valde inaniter dicit. Viuere adhuc dicitur, & ex tempore declamare.] hæc Gennadius. At licet hic Ioannes ex Grammatico dicatur presbyter, diuersus planè esse videtur à Ioanne Grammatico dicto, qui & Philoponus cognominatus est; nam ille non Antiochiæ, sed Alexandriæ & post hæc tempora claruit.

DE IOANNE ANTIOCHENO PRESBYTERO.

Gennadius de Script. Eccl. c. 93.

Ceterum quod ad dogmata pertinet: sanè quidem sicut Alexandriæ & Antiochiæ per ipsarum Ecclesiarum Episcopos Eutychna hæresis magnopere inualefcebat, ita etiam in Syria Superiori Nestorianæ blasphemæ altiores in dies radices figentes extendebant vsque in Persidem propagines suas: Edessæ enim palam aderant professores Nestoriani, qui doctrinam Theodori Mopsuesteni publicè in scholis docebant, vt Theodorus Lector fidem facit his verbis: In ciuitate Edessæ locus quidam doctrinæ erat Persicæ (vt aiunt) scholæ; vnde Persæ Nestorianam opinionem contraxisse putantur, quod nonnulli Nestorio adherentes, & loco Theodori præfidentes, dogmata sua, quibus delectabantur, Persis tradiderunt.] hæc Theodorus. Nisi etiam hoc saculo fuisse celebres sacrarum litterarum scholas, ex Cassiodori restificatione cognoscimus. Id pepererunt bella ciuilia, vt præcipuis Ecclesiis occupatis à defensoribus Eutychni erroris, aduersusque Catholicos concertantibus, Nestoriani, nemine illis facessente negotium, in Syria Superiori & Perside magnopere fuerint propagati: ex quibus postea illud infernale monstrum (vt suo loco dicitur) secta Mahometanorum erupit.

NESTORIANA HÆRESIS PROPAGATVR.

Theod. Lect. lib. 2. Collect.

Cassiod. Instr. diuin. lect. in præf. exord.

Hoc eodem tempore perditissimus ille, Orientalis Ecclesiæ pestis, fidei Orthodoxæ demolitor, potentissimus diaboli minister Petrus Fullo, inuasor Ecclesiæ Antiochenæ, ex hac vita ad tremendum iustitiæ diuinæ tribunal fera licet morte vocatur. At nec licuit tunc, adultero è medio sublato, Ecclesiæ Antiochenæ Catholici alicuius Antistitis consortio frui. Etenim prævalente hæreticorum factione fauore Zenonis Imperatoris, ex ipsorum sententia delectus est eiusdem hæreticæ prauitatis Antistes Palladius, qui communicationem retinuit cum nefando Episcopo Alexandrino, dum vixit, de quo suo loco inferius dicturi sumus. Sic nobilissimæ Antiochenæ Ecclesiæ miserandum planè erat vbique status & luctuosa conditio, prementibus eam nefandis hæreticis, ita vt videretur esse facta omnium Orientalium hæreticorum illuc vndique confluentium infelix errorum emporium. Porro hoc anno sedere cepisse Petri successorem Palladium, anni sedis eius inferius numerandi docebunt.

PETRI FULLONIS ORTIVS.

IESV CHRISTI
ANNVS
487.

FELICIS PAP.
ANNVS
5.

ZENONIS IMP. 14.
ODOACR. REG. 12.

A

Quadragesimus octogesimus septimus Christi annus Boetij Consulatu notatur: hic ille putatur Boetius, qui Anicius familia, Manlius Seuerinus cognominatus est, vir clarissimus, de quo suis locis inferius dicturi sumus.

CONCILIUM
ROMANVM
DE LAPSI
RESERVATVS
DIS.

Sub hoc Consulatu celebrata est Romæ Synodus, cuius Acta his verbis descripta leguntur: Flauio Boetio V. C. Consule, sub die III. Iduum Martiarum, in basilica Constantiniana, residente venerabili viro Papa Felice vnâ cum Candido Tiburtino, Paschasino Cenumcellensi, Constantio Aquinate, &c.] postque enumeratos duodequadraginta Episcopos, presbyterosque Romanæ Ecclesiæ, ista subnectuntur: Felix Episcopus Ecclesiæ Catholicæ vrbis Romanæ & præsidens Synodo dixit: Communis dolor, & generalis est gemitus, quod intra Africam rebaptizatos etiam Episcopos, presbyteros, diaconosque cognouimus: quæ res sine dubio ad vestræ quoque peruenit notitiam sanctitatis, de quo quid obseruari debeat, ordinare nos conuenit. Proinde vt manifesta sit super hoc nostra sententia, quæ nobis sunt visa recitentur.] hæc iure quidem præfatus est Felix ob funera ante biennium recensita ex Victore & aliis: quibus manifesta reddita sunt, quæ egerint Vuandali, cum blanditiis, minis, ac vi adhibita, nolentes etiam ac reluctantes rebaptizarent.

LAPSI CON
FUGIUNT
ROMAN.

Porro huius hoc anno celebrandæ Synodi vnde manarit occasio, est dicendum. Cum noui Vuandalorum Regis indulgentia (vt vidimus) essent relaxata Episcoporum & aliorum Orthodoxorum exilia: qui lapsi fuerant, resipiscetes, medicinam quæsiuere vulneribus: horum autem ingentem fuisse numerum, quæ ex Victore superius dicta sunt, manifestant. Sed cum huiusmodi à confessoribus postliminio redditis vitarentur, ne iidem ita relinquerentur foris absque medela, consultum fuit petere pharmachiam, ipsam videlicet adire Romanam Ecclesiam, ex qua congruum & præsentaneum præpararetur antidotum ægrotantibus.

Luc. 22.

Sic itaque collecta ab ipso Felice Romano Pontifice Synodo, quod eius muneris potissimum esset, lapsos consacerdotes erigere, cum à Domino dictum sit ad Petrum*: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos] pro qualitate vulnerum pharmaca opportuna composuit pluribus distincta capitibus: quæ ipsa recensentur in antiqua Cresconiana collectione: Sic quidem omnia attemperata, vt cum olei lenitate sit coniuncta acrimonia vini, feueritasque putredinem abstergeret vlceris, quod clementia deliniret. Idque more maiorum, quo scilicet lapsis succurrere Romana semper consuevit Ecclesia, prout quæ olim inter Romanum clerum, Corneliumque Romanum Pontificem, & Cyprianum Carthaginensem Episcopum intercessere declarant. Sic igitur ista decernens, ita præfatus est Felix, scribens ad eos generalem epistolam*:

Felic. epist. 6
20. 1. epist.
Rom. Pont.

Dilectissimis in Christo Iesu fratribus, vniuersis Episcopis per diuersas prouincias constitutis.

Qualiter in Africanis regionibus astutia diaboli sæuerit in populum Christianum, atque in id multiplici deceptione proruperit, vt non modò vulgus incautum, sed ipsos quoque in mortis profundo demerserit sacerdotes: nullus non Orbis ingemuit, nulla terra nesciuit. Vnde in grandi marore positi, dissimulare non possumus pereuntium atque à nobis exigendarum discrimen animarum. Quapropter competens adhibenda est talibus medicina vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifera captis peste nihil prosit; sed segnius tracta perniciis reatu non legitimæ curationis inuoluat pariter faucios & medentes. In primis itaque venientis ad nos, & remedia postulantis, sollicitè discutienda est professio & persona decepti, vt medela possit congruens adhiberi, &c.]

DECRETA
DE POENI
TENTIBVS.

Statuit enim, vt Episcopi, presbyteri, atque diaconi miserè lapsi, etiam si coacti poenis ad id fuissent impulsî, ad obitum vsque ab omni Fidelium exclusi coetu, atque etiam à catechumenis segregati orantes, ad finem vitæ laica tantummodo communicatione imparti- rentur: Reliqui autem inferioris ordinis clerici, vel monachi, aut laici, si sponte in facinus prolapsi essent, iidem triennio inter Audientes perseverare deberent; septem autem annis inter poenitentes sub manibus sacerdotum collocarentur, peregrinæ tantum communica- tionis participes facti, dum cum secularibus permitterentur orare, nondum verò eisdem communicationis viatico impertito, nisi interea aliquem ex eis mori contingeret. pueros in- super atque puellas, siue clericos, siue laicos, quos ætas excusat, non tamen sine poenitentia ad Ec-

CHRISTI
487.

FELICIS PAP.
5.

ZENONIS IMP. 14.
ODOACR. REG. 12.

A ad Ecclesiam admittendos, sed inter poenitentes sub manus impositione retineri deberè, vt tandem communicationis participes esse possent. Additum insuper his, vt eiusmodi lapsi nullus vnquam aditus patere deberet ad clericatum, inter laicos Catholicos tantummodo ad exitum vsque vitæ connumerandis, nec inter eos ab aliquo recipiendis, nisi litteris recon- ciliationis ab Episcopis scriptis ostensis.

His igitur ab ipso Felice Romano Pontifice constitutis, ad calcem epistolæ Apostolica auctoritate conscriptæ, Apostolica itidem eadem noluit caruisse modestia, cum ista sub- iunxit: His itaque ritè dispositis, & ad Ecclesiarum vestrarum notitiam nostra deliberatione perlatis, parere vos cõuenit. Quibus licet ad animarum reparationem nihil deesse videatur: tamen si cui noui aliquid, quod præterire nos potuit, fuerit reuelatum; secundum beatum Apostolum Paulum, tacente priore, fideliter insinuet: quia Spiritus sanctus vbi vult spirat, maximè eum sua causa tractatur, nec nos pigebit audire, si quæ sunt omissa, non arroganter abnuere, sed rationabiliter ordinare.] his Felix verbis clausit epistolam: quæ quidem cum non sub anni huius Consulatu, sed sequètis Idibus Martij data legatur, quæ hoc anno, dicta superius die, in Synodo lecta est, accidisse potuit, vt tunc minimè mitti valuerit, sed cum diu Romæ retenta esset, exscripta iterum, dies apposita illa fuerit, qua in Africam mitteretur.

ROMANAR
ECCLESIAE
AUCTORITAS
IN VNCTA MO
DESTIAR.

Eodem anno Constantinopolitana ciuitas defectione Theodorici Gothorum Regis in discrimen adducitur: de quo ista sub anni huius Consularu habet Marcellinus in Chroni- co: Theodoricus Rex Gothorum Zenonis Augusti beneficiis satiat, cum magna suorum manu vsque ad regiam ciuitatem & Melentiadem oppidum infestus accessit; plurimisque locis igne crematis, ad Nouensem Myliæ ciuitatem, vnde aduenerat, remeauit.] hæc ipse, quæ quidem incomperta fuisse videntur iis qui dixerunt Theodoricum veneratum semper esse Zenonem vt patrem, & concessisse eidem Italiam ab Erulis vindicandam: nam tentasse constat primùm infidelem & ingratum barbarum Orientale sibi Imperium (si licuisset) arri- pere, sed spe tanta frustratum, anno sequenti (vt suo loco dicetur) inuasisse Italiam posses- sam ab Erulis, quos hoc anno Rugos populos infestos Italiae debellasse, Cassiodorus affirmat in Chronico. Sic planè vides barbaros beneficiis Romanorum sæpè demeritos, semper proditores effectos: Sed quæ fides sincera inuoniri in hominibus possit, qui infideles Deo hæretica essent imbuti perfidia? Ex his omnibus per Marcellinum sincerissimè patefactis, totam illam Iordani orationem Theodorici ad Zenonem de inuadenda Italia, & Zenoni ipsi tradenda, vt effectum commentum ad contegendam barbari Regis ingratitude, ex- plodendam esse facile sentias, simulque corrigendos alios ipsum secutos. siue igitur illam accepit Iordanus (vt de aliis profiteretur) à Cassiodoro erga Regem illum propensissimo, siue in gratiam gentis suæ ipse confinxit, satis sit ostendisse esse commentum. sed quæ sunt ista, ab eodem auctore accipe:

THEODORI
CVS INFE
STVS ZENO
NI.

Inter hæc ergo Theodoricus Zenonis Imperio foedere sociatus, dum ipse in vrbe bonis omnibus frueretur, gentemque suam in Illyrico (vt diximus) residentem non omnino ido- neam aut referam audiret, elegit potiùs solito more gentis suæ labore quærere victum, quam ipse otiosè frui regni Romani bonis, & gentem suam mediocriter victitare: secumque deliberans, ad Principem ait: Quamuis nihil deest nobis Imperio vestro famulantibus: tan- tum (si dignum ducit pietas vestra) desiderium mei cordis libenter exaudiat. Cumque ei (vt solebat) familiariter facultas fuisset loquendi concessa: Hesperia (inquit) plaga, quæ du- dum decessorum prædecessorumve vestrarum regimine gubernata est, & vrbs illa caput Orbis & domina quare nunc sub Regis Truculidorum & Rugorum tyrannide fluctuat?

QVARE
TRANS-
ACTA PIN-
CVNTVR
IN TER
THEODORI-
CVM ET ZE-
NONEM.

E Dirige cum gente mea (si præcipis) vt hic expensarum pondere careas, & ibi, si adiutus à Domino vicero, fama vestræ pietatis irradiet. Expedi namque, vt ego, qui sum seruus vester & filius, si vicero, vobis donantibus, regnum illud possideam; haud ille, quem non hostis, tyranni iugo Senatam vestrum, partumque Reipublicæ captiuitatis seruitio premat. Ego verò si vicero, vestro dono, vestroque munere possidebo. Si victus fuero, vestra pietas nihil amit- tit, immo (vt diximus) lucratur expensas: Quo audito, quamuis ægrefere Imperator discessum eius, nolens tamen eum contristare, annuit quæ postcebat, magnisque ditatum mune- ribus dimisit à se, Senatam populumque ei commendans Romanum.] hæc ipse, sed profus inania esse, quæ superius dicta sunt, manifestant. Accessit noua commotionis causa Theodo- rico in Odoacrem expeditionis parandæ, nempe inuidia ex rebus prosperè gestis aduersus Rugos; ab ipso hoc anno deuictos, cum Regis filius, captiuo ducto patre, ad eundem Theo- doricum confugit. At hæc quomodo se habuerint, enarremus.

Erulorum

CHRISTI FELICIS PAP. ZENONIS IMP. 1481. 487-488. 5.6. ODOACR. REG. 12. 13.

Factum id quidem hoc anno, Cassiodorus paucis refert: His Consulibus (inquit) Odoacer Phæba Rege Rugorum victo captoque potitus est.] hæc ipse. Porro hæc ante quinquennium esse prædicta à sancto Seuerino, Eugipius fidelis testis enarrat, nosque suo loco superius diximus. At quæ idem auctor de his dicat, audiamus: post enim recensita sacrilegia à filio Regis admitta, quibus Dei iram accelerauit, ita mox subdit: Quapropter Rex Odoacer Rugis intulit bellum. Quibus deuictis, & Friderico fugato, patrem eius Feletheum, eundem & Phæbam dictum, captiuum duxit, atque ad Italiam cum noxia coniuge supra memorata, videlicet Gisa, transmisit.] hæc Eugipius. Quæ autem his subdit de misso iterum ab Odoacre germano suo aduersus Fridericum, qui fuga lapsus se contulerat ad Theodoricum Gothorum Regem in Mæsia agentem, atque iterum reuersus paternum ceperat regnum, dicemus anno sequenti, quo contigere, itemque de translatione sacrarum reliquiarum S. Seuerini in Italiam, cuius prædictione & spreta admonitione ad Regem & conjugem facta, ista omnia contigisse diximus: vt perspicue apparuerit, quæto & vitæ & regni dispendio Principes non audiant sacerdotes salubria ingerentes, & quàm grauiori supplicio se reddant obnoxios, qui in eosdem delinquant. Etenim quod ad Rugorum Regis itatum pertinet, tanto contempto monitore, serò didicit, frustra inniti militum viribus, qui destituitur diuino præsidio, violentiusque insurgere solere in auctores suos admitta peccata, quàm aduersariotum exercitus, qui iustitiæ obice sæpe languescant, sed in vindictam delinquentium inuicti reddantur.

IESV CHRISTI FELICIS PAP. ZENONIS IMP. 15. ANNVS 488. ANNVS 6. ODOACR. REG. 13.

OBITU ACACII EPISCOPI CONSTANTINOPOL.

ARROGANTIA ACACII IN IMAGINIBVS EIVS DECLARATA.

Ioan. 16.

Niceph. lib. 16. c. 18. FLAVITAS MALIS ARTIBVS MERCATVS THRONVM.

Qui sequitur annus quadringentesimus octogesimo octauus, duobus Consulibus Dinamio atque Siphidio adnotatur: quo & finem viuendi fecit Acacius Constantinopolitanus Episcopus in anathemate perseuerans, cum sedisset annis (vt Nicephorus habet in Chronico) decem & septem, atque mensibus nouem: cuius nomen licet à successoribus cum Catholicis in Ecclesia recitaretur, contradicentibus Romanis Pontificibus, ex Diptychis tandem ignominiosè abolitum est, id fortiter agente Hormisdâ Papa apud Iustinum Imperatorem, vt suo loco dicitur. Tanti fuit hic fastus & arrogantia, vt sineret suas ipsius imagines adhuc viuentis (quod de nullo ante eum Episcopo legitur) in ecclesiis dedicari: qui enim ei assentabantur, ipsius effigies in ecclesiis pingere vel affigere consueverunt, de quibus ista Suidas habet: Cum omnes ecclesias in sua potestate haberet, sollicitam curam impendit his qui præerant: quorum sagaciores eius imaginem in templis consecrarunt. Cum igitur vniuersæ omnibus in ecclesiis imagines ostenderentur: opinati quidam sunt, eum ex ambitione dedicationem illam imperasse. Confirmabat pictura templi iuxta nauale, è calculis musuo opere elaborata. Cum enim totum opus sub Gennadio fuisset perfectum, in insigni templi loco eum effinxerunt, & inter hunc, Saluatorem Gennadio dicentem: Solutum templum hoc. & Acacio: Post te hunc excitabo. quod scilicet post Gennadium fuisset Acacium creatum Constantinopolitanum Episcopum. Ob tales igitur imagines Acacius, quamuis benignus & officiosus, opinionem insanæ cupiditatis gloriæ est consecutus.] hæc Suidas de Acacio. Sed cum eius nomen è sacris tabulis, ita decernentibus Romanis Pontificibus, sublatum est, vtique & eiusmodi imagines ab ecclesiis oportuit fuisse deletas.

Acacio igitur in hunc modum ex hac vita subducto, in locum eius Flauitas, quem & Flavianum alij appellant, malis artibus subrogatus est; de quo ista Nicephorus: Post Acacium Flauitas Constantinopolitanum suscepit Episcopatum, vir qui quidem presbyter esse visus sit, sed vsque ad eum ad audaciam & improbitatem summam peruenit, vt id quod dicturus sum facinus, satis qualis fuerit, indicare possit. Zeno Imperator chartam puram in sacro ponit altari; atque in charta alia perscriptum Deo supplicauit, vt per Angeli manum, quæ in hominum conspectum non veniret, nomen eius adscriberet, quem caelesti calculo Constantinopolitanæ Ecclesiæ Hierarcham præfectum vellent: Atque ob eam rem quadraginta dierum ieiunium indixit, & Deum omnes orare, vt qui illi placitus esset ostenderetur, iussit. Hæc vbi Flauitas cognouit, auro multo templi custodem, qui idem princeps Imperialium cubiculariorum erat, corrupit, vt in charta pura nomen eius adnotaret, eamque rursus Imperatoris sigillo obsignaret. Hoc vbi factum est, & vbi constitutum ieiunij tempus

CHRISTI FELICIS PAP. ZENONIS IMP. 15. 488. 6. ODOACR. REG. 13.

A tempus præterit, sigillo è charta sublato, de repente Flauitas ingenti gloria, perinde atque à Deo designatus esset, affluens, correptus est, & magnifico saltu in Patriarchæ thronum is conscendit.

Verum enim uero piaculum id omnipotens prouidentia non diu latere passa, illusionem eam, scenicamque actionem quamprimum in apertum duxit. Infelix enim ille, cum non totos quatuor menses in sede ea tranlegisset, morte repentina ex hominibus sublatus est; cuius ne dimidium quidem partem munus eius, quo Episcopalem dignitatem redemerat, comparare potuerit. Argentarij hereditibus eius insisteret, & pecuniam nuper admodum mutuo datam exigere. Atque illi qui soluendo non essent, Zenonem adiere, eique vt ab acerbis illis creditoribus liberaret, supplicarunt, & rem ipsam secretò ei ipsi, qui de illa inquirebat, indicarunt. Zeno autem, re audita, obstupuit. Et postquam non Christum, sed Chrysum, hoc est; aurum potius Flauitæ nomen in libello illo adscriptisse cognouit, iudicium re vera & iustitiam iuxta Psalmum fecit. Atque eunuchum quidem, qui sibi diuinam existimationem & gloriam arrogasset, tolli; pecuniam autem creditam ex substantia eius dissolui argentarij iussit. Ipsam verò Ecclesiam Episcopis permisit, vt illi suffragiis suis, quem idoneum esse procuratori ei indicarent, eligerent.] hæc ipse: sed de successore Flauitæ agendum anno sequenti. Porro nec inter Catholicos fuit adnumerandus Flauitas, vt pote hæreticorum communionem pollutus: insistent enim vestigijs prædecessoris Acacii, eius nomen inter sacra recitari fecit, quem sciebat à Catholica communionem esse defunctum extorrem, vt Gelasij Papæ litteræ indicant, de quibus suo loco dicendum: quinetiam (vt testatur Enagrius) idem est repperus hostis Concilij Chalcedonensis.

Sed cum talis esset, nihilominus affectauit dici Catholicus ob ineundam communicationem cum Romano Pontifice, expetens quasi Catholicus à Felice Papa communionem, ex qua sciret magna infamia Acacium excidisse: De eo autè ista in primis Liberatus Diaconus habet: In his turbis Ecclesia constituta, moritur Acacius, & ordinatur post eum Flavianus presbyter, qui fuit à sancta Thracia: qui non consensit sine Romano Pontifice inthronizari, sed transmisit Sydonicam Papæ Romano Felici. Qui modico viuens tempore, moritur, non accipiens epistolam ipsius.] hæc Liberatus. Vides hæreticum hominem, & in ouile ouium ingressum aliunde quàm per ostium vt latronem & furem; quo tamen suffurari atque possit Catholicum nomen, sedere renuisse, donec acciperet à Romano Pontifice litteras communicatorias: Sed quid in super fraudulentus homo?

In gratiam Zenonis Imperatoris litteras etiam dedit ad eius amicos hæreticos Episcopos, vt de eo Nicephorus ita testatur: Cum Flauitas adhuc thronum obtineret, Synodales ad Petrum Alexandrinum epistolas dedit, & eiusdem generis litteras ab eodem accepit, in quibus eadem de Chalcedonensibus Actis, anathemati ea subiiciens, scripsit.] & paulo post: Apposuissem (inquit) & Petri & Flauitæ litteras, nisi me prolixitas illarum exterruisset. Et Flauitas ad Felicem scribens, se illius communionem esse, Petri autem coniunctionem auersari significauerat. idem ad Petrum litteras dans fecerat, communionem se illius recipere, Felicem autem reiicere insinuans. Quas litteras vbi Felix Papa à pijs quibusdam ad se perlatis accepit, legatos Flauitæ cum contumelia Roma expulit.] hæc de Flauita atque Felice Nicephorus: quibus planè vitatus hæreticorum mos detegitur, nihil sincerè agere, sed miscere omnia subdolè, temporibus atque personis pro vitæ præsentis commodis inferuentes.

At quis negare potuisset, rem tantam non seriò agere Proteum istum, cum tanti se facere communicationem Romani Pontificis præferent, vt absque eius consensu noluerit in throno sedere, legationemque miserit honorificam, dignam proculdubio Romano Pontifice, & litteras dederit cum professione Catholice fidei: tales namque oportuit illas fuisse, quibus se detestari communicationem Petri Alexandrini significarat: Quis, inquam, talia ac tanta videns, recipiendum esse ad communicationem Flauitam negaret? Attamen prudenter distulit Felix, & quid tempus pareret, prouidè expectauit, probe sciens, quod fictum est, haud diutius permanurum. Sed opportunè, Deo volente, factum est, vt Alexandria cum litteris Flauitæ ad Petrum datis Romam nuncij aduentarent, ex quibus totius fabulæ patefactum est argumentum: Vnde accidit, vt in præsentem hæretici hominis legatos, quos vtique ex auctore qui miserat, tales & ipsos esse existimauit, iure Pontifex commotus fuerit, vt in fraudulentos & impostores homines, qui circumuenire atque decipere sedem Apostolicam aduenissent. At de his modò satis.

Hoc

Hoc item anno, qui notatur post Cōsulatum Manl. Seuerini Boetij, Felix Papa ad S. Cæsarium Arelatensem Episcopum has litteras dedit de non ordinando in sacerdotem quemquam ex laicis:

Dilectissimo fratri Cæsario Felix.

Legi quod inter fraternitatem vestram est constitutum non licere ex laica conuersatione ad officium sacerdotale ante probationem temere promoueri: de qua re etiam à te ad nos peruenit opinio aliquos post ordinationem ad secularis vitæ mores fuisse transgressos. Et licet sit talis nefanda præsumptio, plus tamen est periculosa neglectio. Qui enim potest venienti malo resistere, & hoc dissimulans fieri permittit, ipse magis mali auctor operis approbatur. Nemo se itaque per antiquam consuetudinem speret exuere: quia quæ illicitè inchoata sunt, si damnentur, in posterum suos fructus generare non possunt: nam quod gradibus eruditur sine perfectione doctrinæ ad suum perueniat constitutum, errat per examinationem: quia non recipit firmitatem, nec honorem quis per timorem potest seruare, qui in eius gloriam semel laborate peruenit. Et laus inanis cui tribuitur lædit, ad elationem nutriens magis, quam prouocans ad operam veræ virtutis. Vas electionis ad suum discipulum Timotheum scribit, dicens: Nemini citò manus imposueris, nec communicaueris peccatis alienis. Quid sibi vult, Ne citius imponas manus? Quia dignitas quæ datur, ideo datur, vt duret immobilis: debet enim antequam concedatur, longa sub deliberatione tractari. Vnde magister, qui elementorum ignorat initia? Vnde gubernator, qui inter nautas sua seruitia non monstrauit? Ignorat quænam ratio magistris debetur, qui ad obedientiam sua corda non flexit. Vnde quemadmodum in domo Dei conuersari debeat posteris sit in exemplum, fit in omnibus clericis, & in his maximè qui sunt ad sacerdotia deligendi, Apostolicæ monitionis eloquium, qui ait: Oportet & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt. Quapropter communi consensu sub obseruatione venerabilium canonum ordinandum eligite sacerdotè, vt & de nostra simus salute solliciti, & illorum vtilitatibus consulamus, qui fuerint ad hunc ordinem diligenter adsciti. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime. Dat. III. Non. Febr. P. C. M. Seu. Boetij V. C.]

1. Tim. 5.

1. Tim. 3.

THEODORICI EXPEDITIO ADVERSUS ERULOS.

Sub huius quoque anni Consulibus apparatus atque præcinctam Theodorici Amali Regis Gothorum ad inuadendam Italiam Marcellinus recenset; ipsius autem ingressum in Italiam atque progressum refert sub sequentis anni Consulibus; sicuti etiam Cassiodorus, quos in his sequemur, res gestas propriis temporibus aptantes. Dei planè consilio factum est, vt Ariani, qui diuersarum nationum principatu suo Orbem iam cinxisse viderentur Occidentalem, peruasuri quoque Orientem, si vnanimes inter se fuissent, aduersus se inuicem arma conuerterent, armarenturque Gothi in Erulos & alios illis inhærentes populos Arianos. Incessit planè animum Theodorici Regis inuidia, quod ipse cum suis velut extorris incertis sedibus vagaretur, Eruli autem vix antè cogniti populi vniuersam Italiam iam annos plurimos obtinerent, quam Gothi primi omnium bellico robore superassent; adeo vt non tam aliena quam sibi Theodoricus repetere videretur. Accendebatur æmulatione insuper eius animus, cum sciret suæ gentis Alaricum Regem nobilissimam Galliarum prouinciam occupasse, illicque iam vagandi finem imponentem, honorificam fixisse sedem. His igitur bellicosissimi atque altissimi animi ipse iuuenis stimulis agitatus, ad inuadendam totis viribus Italiam vires vndique sibi comparat. Quibus autem progressibus rem perfecit, annis singulis apparebit.

ETERVUM ERULOS ODOACER VINCIT.

FRIDERICVS PVGAVITVR, ET POUILLI IN ITALIAM TRANSFERVNTVR.

Hoc item anno, qui sequens est à clade Rugorum per Erulos facta, cum eorum Rex atque Regina in Italiam captiui ducti sunt; Fridericus Regis filius, qui in Mœciam ad Theodoricum Gothorum Regem fugerat, viribus pollens in paternum regnum veniens, illud præsidio destitutum inuadens tenuit: Cuius rei gratia Rex Erulorum Odoacer, comparato rursus exercitu, ad eundem debellandum germanum suum mittit, vt eum obtineat, gentemque illam ab eiusdem tyrannide liberatam in Italiam transferat. Quod cum feliciter impleteret, ex eo factum, vt etiam venerandum corpus S. Seuerini ante annos sex defuncti, eius discipuli memores id ab eo viuente iussum, sustulerint, atque religioso pietatis officio in Italiam transtulerint. Sed quomodo cuncta hæc acciderint, Eugipius in rebus gestis eiusdem sancti Seuerini narrat his verbis:

Post audiens idem Odoacer Fridericum ad propria reuertisse, statim fratrem suum misit cum multis exercitibus Onoulphum: Ante quem denuo fugiens Fridericus, ad Teudericum Regem, qui tunc apud Nouam ciuitatem prouinciæ Mœsiæ morabatur, profectus est. Onoul-

A Onoulphus verò præcepto fratris admonitus, vniuersos iussit ad Italiam migrare Romanos. Tunc omnes incolæ, tamquam de domo seruitutis Ægyptiæ, ita de quotidianæ barbaricæ frequentissimæ deprædationis educti, sancti Seuerini oracula cognouerunt] nempe omnes fore transferendos in Italiam accolæ regionis illius. Quod autem ad Fridericum spectat: postea accidisse videtur, vt ipse rursus pugnans aduersus Erulos, eosdem superarit, sed vinceretur postmodum ipse à Theodorico Italiæ iam facto Rege. Id quidem ex verbis Ennodij Ticinensis in Panegyrico Theodorico dicto intelligi satis potest, cum sic ait: Nā Fridericus postquam tibi de aduersariis tuis peregit triumphum, de se præbuit.] pugnasse enim visus est aduersus Odoacrem sub ipso Theodorico in Italia, eumque vicisse, rebellans verò ipse postea, ab eodem Theodorico esse superatus. Sed ad S. Seuerini translationem reuocemus orationem. Quomodo verò discipuli sancti Seuerini exhumatum venerandum eius corpus transtulerint, idem Eugipius ita docet, cum ista mox subdit:

Cuius præcepti non immemor venerabilis noster presbyter tunc Lucillus, dum vniuersi per Comitum Pierium compellerentur exire, præmissa cum monachis vespere psalmodia, sepulturæ locum imperat aperiri. Quo patefacto, tantæ suauitatis fragrantia omnes nos circumstantes accepit, vt præ nimio gaudio atque admiratione prosterneremur in terram. Deinde humaniter æstimantes ossa funeris inuenire disincta (nam annus sextus depositionis eius effluxerat) integram corporis compagem reperimus: ob quod miraculum immensas gratias retulimus omnium conditori, quia cadauer Sancti, in quo nulla aromata fuerant, nulla manus accesserat conditoris, cum barba pariter & capillis vsque ad illud tempus mansisset illæsum. Linteaminibus igitur immutatis, in loculo multo antè iam tēpore preparato funus includitur, carpento, trahentibus equis, impositum: mox euehitur, cunctis nobiscum prouincialibus idem iter agentibus: qui oppidis super ripam Danubij derelictis, per diuersas Italiæ regiones, varias suæ peregrinationis fortiti sunt sedes. Sancti itaque corpusculum ad castellum nomine Felethem emensis regionibus apportatum est.

Per idem tempus multi variis occupati languoribus, & nonnulli à spiritibus immundis oppressi, medelam diuinæ gratiæ sine vlla mora senserunt. Tunc & mutus quidam ad id castellum suorum miseratione perductus est: qui dum in oratorio, quo sancti viri corpusculum super carrum adhuc positum permanebat, alacer peruenisset, ac sub eo clauso oris sui ostio in cordis cubiculo supplicaret, illico lingua eius in oratione soluta laudem dixit Altissimo. Cumque reuersus ad hospitium quo suscipi consueuerat, interrogatus fuisset ex more nutu signoque pulsatus, & orasse, & laudem se Deo obtulisse, clara voce respondit. Quo loquente, pauesfacti qui eum nouerant, ad oratorium cum clamore currentes, sancto Lucillo presbytero, simulque nobis, qui cum illo eramus, ignorantibus quod euenerat indicarunt. Tunc omnes exultantes in gaudio diuinæ gratiæ clementiæ gratiarum retulimus actionem.] Quod verò quæ his subdit Eugipius de translatione facta inde Neapolim, dicat contigisse sub Gelasio Papa: planè nonnisi post annos quatuor sacras S. Seuerini reliquias illuc translatas esse, affirmare necesse est. agemus de ea suo tempore.

Magna quidem Dei prouidentia factum apparet, vt in summa Occidentalis orbis obscuritate, Arianis vbique regnantibus, densaque errorum caligine veritatem obnubilantibus: tantæ lucis radij eruperint cunctis miraculorum virtute perspicui: vt audiretur ab omnibus, loquente muto, immo & defuncto virtutis voce clamante, illum esse Deum verum, quem Seuerinus coluisset, cuius ossibus tanta posse præstare, idem Dominus concessisset: Ac proinde palam factum cunctis mortalibus, ea fide, iisdemque ritibus & sacrificiis Deum esse colendum, quibus idem vir sanctissimus diuinum sibi numen conciliauerat. Cui micanti fulgori si filij tenebrarum oculos aperire voluissent, rectam per quam incederent viam euidētissimè perspexissent.

At verò non simul cum Seuerino præclaræ eius virtutes extinctæ sunt: nam & illa eum Deus auxit benedictione, vt locupletem sanctorum morum hereditatem veluti testamenti relictam transmiserit in discipulos; quos egregia enituisse sanctitate, non solum quæ vnus ex illis Eugipius scribit ostendunt, sed & Ennodius Ticinensis huius temporis scriptor celeberrimus docet. Scripsit enim iste vitam sancti Antonij eiusdem sancti Seuerini discipuli: Fuerat hic nepos æquæ sanctissimi viri Constantij Lauriacensis Episcopi, cuius meminit pariter Eugipius in Vita ipsius sancti Seuerini. Quomodo autem idem Antonius post obitum Seuerini è patria exire coactus, pluribus annis vnà cum discipulis quos collegit, vitam exerceat eremiticam, in qua mirifica resplenduit sanctitate dono prophetiæ clarus atque

S. SEVERINI CORPORIS TRANSLATIO.

MVTVS LOQVITVR PRECIBVS S. SEVERINI.

EXMIRACVLSIS INNOCENTESCERE RECTAM FIDEM.

DES. ANTONIO S. SEVERINI DISCIPULO.

atque miraculis; ac quomodo fugiens humanas laudes, demum inde recesserit, atque vbi alia plures elucerent accensæ lucernæ, ne solus ipse verè lucerna ardens & lucens intuentium pateret aspectui, in Lerinense monasterium se contulerit, & sancto ibi sine quieuerit, idem Eunnodius pluribus narrat. Asseruari hætenus clarum miraculis eius venerandum corpus in ecclesia eiusdem cœnobij Lerinensis, accepimus; solemniq̃ue ritu annis singulis eius diem natalem à monachis S. Benedicti illic agentibus peragi, certa relatione comperimus. Sed de his modò fatis.

EUPHEMIUS EPISC. CONSTANTIN. ELIGITVR. Enag. lib. 3. cap. 23. EUPHEMIUS FELICIS PETRI MOGYM.

Niceph. lib. 6. cap. 19.

CYRILLVS NON ADMISSVS A ROM. PONTIF.

CONTENTIO INTER EUPHEMIUM ET PETRUM

Enag. lib. 3. e 23. Niceph. lib. 16. c. 10. Baruch 3.

FLAVITAE NOMEN SVBLATVM A DIPTYCHIS.

Extr. apud Str. die 11. Decemb.

Redemptoris nostri annus quadringentesimus octogesimus nonus. Probino & Eusebio Consulibus aperitur: quo Euphemius ex Constantinopolitana Ecclesia presbytero eligitur post Flauitiam eius ciuitatis Episcopus, de quo ista Euagrius: Cum Euphemius litteras Petri Alexandrini de mutua inter eos communionem accepisset, animaduertensque eas Actis Concilij Chalcedonensis anathema indixisset: valde omnino commotus fuit, seque à Petri communionem penitus seunxit.] hæc Euagrius, eademque Nicephorus: ex quibus planè idem Euphemius possit videri Catholicus; cum & hoc addidit, vt Chalcedonense Concilium probarit; atque nomen Petri in sacra Diptycha relatum expunxerit, Felicis verò Papæ nomen ab Acacio abolitum in eisdem sacras tabulas referret: sed quod reliquerit in eis nomen Acacij, factum est vt Felix eum Apostolicæ sedis communicatione indignum existimarit. Testatur hæc omnia Nicephorus istis verbis: Euphemius simulatque Episcopatum inuit, nihil moratus, suis ipse manibus in sacris tabulis Petri Mogi nomen expunxit, & Felicis appellationem reposuit; atque in sacro suggestu considens, Synodales more recepto epistolas Romam ad Felicem dedit. Porrò Papa scripta quidem illius recepit, & Euphemio veluti Orthodoxo favit, sed illum in Episcopalem communionem non admisit, propterea quod Acacij quoque & Flauitæ nomen de sacro libro non deduxisset.] hæc Nicephorus. Sed quod Liberatus Diaconus tradit, suscepisse à Felice Romano Pontifice Euphemium scripta; intelligas ea fuisse commonitoria, non autem communicatoria, sicut & esse comperitur litteras quas ipsius in sede successor ad eundem Euphemium scripsit, quibus eum admonuit, vt nomen Acacij aboleret, si vellet consequi Ecclesiæ Catholicæ communionem. hæc quidem hoc modo inter Euphemium atque Felicem hoc anno transacta sunt.

Inter ipsum autem Euphemium atque Alexandrinum Episcopum Petrum Mogum res aliter se habuere: Confirmante enim Chalcedonense Concilium Euphemio, illo autem improbante; mutuo inter se digladiari cœperunt, cogentes alter aduersus alterum Synodos, seque mutuo anathemate ferientes vsque in sequentem annum, quo ex hac vita perfidum illum Mogum abripi contigit, vt tradunt Euagrius atque Nicephorus.

Summam planè Euphemius laudem consecutus fuisset, nisi illud diuinæ Scripturæ de eo dici potuisset: Coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum descendentibus in infernum] dum videlicet haud adduci potuit, vt impij Acacij expungeret nomen è Diptychis. Flauitæ autem Episcopi nomen quidem ab eo siue cassatum, siue inter defunctorum memorias non receptum, inde certum deducimus argumentum, quod cum de Acacij nomine illi à successore Felicis Gelasio negotium sit factitum, numquam in eius litteris de nomine Flauitæ facta mentio reperitur, qui quidem ex scriptis eius ad Petrum Romam perlatis manifestus fuit comprobatus hæreticus: ob id igitur de illo minimè tacendum fuisset, nisi id sponte Euphemius antè præstitisset. Inde etiam accidit, vt in aliquibus Græcorum monumentis post Acacium eidem dicatur successisse Euphemius, nulla facta de Flauita penitus mentione, vt videre est in Actis magni illius Danielis Stylitæ, vbi describitur eiusdem Danielis obitus hoc ipso tempore, cum videlicet ipse Euphemius creatus est Constantinopolitanus Episcopus. Res quidem memoria digna, cum sanctissimus vir miraculis plurimis nobilitatus, migraturus è vita hac, nihil magis quam fidem Catholicam, quasi Dei depositum testatur atque obsignatum suis reliquit: post quæ reddidit Deo spiritum, cum antea ista præcessissent, quæ his verbis ab auctore narrantur:

Diuinum mysterium Daniel celebravit, & intemerata ipsa sumpsit sacramenta, & iis quibus

B

C

D

E

A quibus præerat, impertit. Atque iam quidem Magnus extremum agebat spiritum; & ipse Antistes Episcoporum (is erat Euphemius, iam enim mortuus erat Acacius) cum aliis veniebat ad emigrationem. Aderat autem Rais fidelissima, & vir quidam qui possidebatur à dæmone, ac pergebat ad columnam, qui & Sanctorum ad Sanctum aduentum, clamando, aperte significabat, & eos suis appellabat nominibus; & ipsorum, vt qui conuenissent, meminerat Angelorum. Deinde adiciebat fore, vt tertia hora eius diei Daniel excedat ad Dominum, & à diurna habitatione immundus expellatur spiritus: quæ vtraque suo tempore euenerunt. Quæ autem prius dicta est Rais magnificè parabat ea quæ pertinebāt ad sepulturam; & cum multos adduxisset artifices, & iussisset fieri tumulum in inferiore parte columnæ & vsque ad fastigium, statuit ex vtraque parte tumuli homines qui faces ferrent, & lampades tenerent in manibus, & ea canerent quæ cani solent in decessu.

DANIELIS STYLITAE OBIVS.

SEPULTURA DANIELIS STYLITAE.

B Cumque illa corpus infra deculisset, in plumbeo id ponit loculo: in hoc quoque seruans magni Danielis testamentum. Ille enim mandauit discipulis: Seu Imperatores, seu Reges, aut vlli alij se inuicem superare cõtendat in loculi sumptu & magnificentia, nolite suscipere; sed & illic & sic corpus deponi finite, vbi & quomodo voluerit Rais fidelissima. Hæc ergo peracta sunt, & expulsus est immundus dæmon, cum multum hominem discerpisset, &c.] pergit dicere de mirandis quæ post eius obitum contigerunt. Sed illud obserua: recusari iussisse, si quæ ab Imperatore vltima munera soluerentur, vtpote homine consuetudine hæreticorum inquinato, & ob id à communionem Catholica alieno. Sic igitur magnus Daniel octogenarius ex hac vita decessit, cuius memoriam cum viuentis tum mortui miraculis illustratam Dei Ecclesia perpetuati anniuersarijs solemnibus consecrauit.

C His etiam Consulibus (inquit in Chronico Cassiodorus) felicissimus atque fortissimus dominus noster Rex Theodoricus intrauit Italiam: cui Odoacer ad Isontium pugnam parans, victus cum tota gente fugatus est. Eodem anno, repetito conflictu, Veronæ vincitur Odoacer.] hæc ipse. Sed quæ tunc transacta sint inter sanctum Epiphanium Ticinensem Episcopum, & Theodoricum Regem, scribit Eunnodius Ticinensis diaconus verbis istis, ex codice tamen nonnihil deprauato acceptis:

ADVENTVS THEODORICI IN ITALIAM.

Ennod. Ticin. in Vita S. Epiphani. Episc. Ticinensis.

Dispositione cælestis imperij ad Italiam Theodoricus Rex cum immensa roboris sui multitudine comueit. Ad quem vir integerrimus Epiphanius, dum Mediolani positus esset, occurrit. Quem cum ille Regum præstantissimus cordis oculis inspexisset, & solita iudicij sui sacerdotes nostrum libra pensarent; inuenit in eo pondus omnium constare virtutum: cuius integritatem velut fabrilibus lineis ad perpendicularum mentis emensus est. Quique tali apud suos de illo sermone vsus est: Ecce hominem, cui totus Oriens similem non habet, quem vidisse, præmium est; cum quo habitare, securitas. Fortissimo muro Ticinensis ciuitas, incolumi isto, vallatur: quos impugnantum nulla vis possit obruere, quos numquam balearis fundæ transcendat excursus. Si qua necessitas inter vndas certaminum accesserit, tutum est apud istum matrem familiarisq̃ue deponere, expeditum excursibus militare bellorum. Interea perduelles animos dedititij exercitus mutationum incendit ambitio: quorum caput Tusa fuit, homo in perfugarum infamia notitia veteri pollutus: qui concepit mente, vt se desperantibus partibus cum ingenti multitudine redderet. Quod cum Theodoricus Rex principali sollicitudine cognouisset, continuo omnem illam, quam totus Oriens vix sustinuit, contraxit manum, atque ad Ticinensis ciuitatis se angustiam contulit. Videres vrbem familiarum cœtibus scatentem, domorum immanium culmina in angustissimis refecata tugurijs, cerneret nec ad recipiendam habitantium densitatem solum ipsum posse sufficere.

TICINENSIS QUID PASSI SINT.

E Inter hæc ille in bonis vir exercitissimus, in quo animorum amplitudo cunctis pandebat accessum, opportunum sibi coniciens tempus offerri, quo benignitatis suæ pleno austro vela laxaret, & portum gloriæ per variarum notitiam gentium & actuum celebritatem secunda nauigatione pertingeret, primiore in loco (quod nullæ chartæ veterum, nulli librorum de quocumque loquuntur annales, quod cum stupore relator affirmet, vel cum admiratione lector admittat, vt cum sagacissima gente habitans, & quam nulla suspitionum aura præteruolat, in rebus dubijs, quando metus periculi etiam mitia contra quoslibet corda sollicitat) sic illis fidelissimus extitit, vt inimicos eorum toto deuinctos teneret affectu, & inter dissentientes Principes solus esset, qui pace frueretur amborum. Applicabat enim ad compendium vnus, quicquid præstatur ab altero: & reuerentia personæ suæ atque dulcedine sic largientis temperabat animum, vt nullatenus accenderetur, si aliquid à se beneficij per Episco-

DIGNA OFFICIA S. EPIPHANII EPISCOPI. TICIN.

Episcopum & inimicus acciperet. Ille fuit sic circa quemcumque, vt concordiam pugnantibus A seruarent, & eius quietem bella non læderent. Iam si ad illud veniamus, quot quotidiana & ipse pascebat humanitate raptos, & illis intra ciuitatem sumptuum necessaria ministrabat, qui foris prædia illius continua vastitate deleuerant: Nam tot millia hominum vno eodemque tempore, cum diuersa poscerent, reficiebat blanditiis, humiliabat alloquio, pascebat muneribus. Si cuius liberi vxorque inimicis qualibet ex parte fuissent intercipientibus occupati: illico supplicationis illius pretio reddebantur suis, quos auri redimere non potuisset effusio. Regi aptissimus, & præ sanctis omnibus venerabilis existebat: vt quoscumque Romanorum bellandi licentia hominum eius fecisset esse captiuos, mox illi restitueret, quem sola intelligebat aliorum libertate ditari.

REGI GOTHIS TRIGRES.

Deinde enumerare nequeam, quanta ille subiugatorum agmina solo proprio reddidit: quanta, ne vexarent, vir imposuit, &c.] paulo post hæc sequitur, dicens: Post hinc digressis B Gothis, ciuitas Ticinensis Rûgis est tradita, hominibus omni feritate immanibus, quos acris & acerba vis animorum ad quotidiana scelera sollicitabat: diem putabant periisse, qui illos sine facinore, casu aliquo interueniente, fugisset. Quos tam beatissimus Antistes sermonum suorum melle delinibat, vt effera corda auctoritati se submitterent sacerdotis, & amare discerent, quorum pectora odiis semper fuisse dedicata cognouimus. Mutata est per meritum illius peruersitas naturalis, dum in horum mentibus radix peregrinæ apud illos affectionis inseritur. Quis sine grandi stupore credat dilexisse & tenuisse Reges Episcopum & Catholicum & Romanum, qui parere Regibus vix dignabatur? Cum quibus tamen integram penè biennium exegit, vt ab eo flentes discederent ad parentes & familias regressuri.] hæc Ennodius.

Ennod. in natal. Laur. Episcopi Mediolanensis. Quid egert cum capta est ciuitas Mediolan. a barbaris. h. Cor. II.

At quid Mediolanensis ciuitas passa sit, cum ei præesset Laurentius Episcopus, idem C Ennodius docet his verbis, dum eiusdem Episcopi res præclarè gestas recenset: Veniamus ad illa quæ religioso sunt digna memoratu. Cum hostilis irruptio, more pecorum, Christianum populum per diuersa distraheret: tu variorum generibus cruciatuum capiebaris in omnibus: tu paterna conuentus pietate sustinebas tormenta multorum, vt ait Apostolus: Quis vestrum cruciatur, & non ego? Inter ista tamen fractum te non vidit aduersitas. Hoc triumphis suis decerpi sensit inimicus, quod capti sacerdotis animum nõ subegit. Pugnabas adhuc pro absolute plurimorum: & tibi nihil metuens, de plebis tuæ anxietate pendebas. Nolo diutiùs tristibus immorari, nolo tragœdiam maligni temporis aperire: libens de illustri conuersatione tua aliquanta præteruolo, ne te, narrando, cogam denuo sustinere quæ passus es: quamquam Doctor Gentium in tribulatione exercitum se fuisse commemoraret, vociferans: Cum infirmor, tunc potens sum. Taceo inedia, frigus, & iniurias, & illa quæ tibi D inimici animus prouidit augmenta morborum. Sed credo hæc puerilia & succo antiquæ valetudinis robusta membra tolerabant. Nonne emortuis per compages artubus, & à possibilitate propria longa iam ætate distractis, sola anima flecti nescia sustinebat, & ad imitanda intentione aduersus impugnantes muro constantiæ stabilita certabat?

LAURENTIUS EPISC. MEDIOLANENSIS CVM SVIS REDIT. A CTOR

Post hæc ad rediuuium statum libertatis optatæ, numquam pia vota despiciens Christus Redemptor noster occurrit, & fractas ratione nominis vires artificii medela solidata in vigorem salutarum res contrita remeavit, cum ex alto benignis oculis cælestis dominator aspexit, Mediolanensium vrbi lux est proprii reddita sacerdotis. Tunc enim rarus habitator, tunc horror in domibus, & per dulcia cubiculorum limina confusa discursio. Tunc enim vbique paup & luctus: & Dei templa ferarum habitationibus deputata sordebant, cum marceus incuria splendidissima dudum atria situ vetusti humoris obnuberebat. Læticiam ceteris tuo dedisti de reditu, tu regressus ad lacrymas, &c.] hæc & alia Ennodius, qui & de se E ipso, quæ tunc passus sit, cum agit de rebus suis, hæc ait:

Ennod. in diit. de rebus suis.

Tempore quo Italiam optatissimus Theodorici Regis resuscitauit ingressus: cum omnia ab inimicis eius inexplicabili clade vastarentur, & quod superest gladiis, fames necaret: & excessu montium, castrorumque arces penuria perirumpere, & in culminibus locatos armis fauor egestas obsideret: ego annorum ferme sexdecim, amici qui me aluerat, tempestate ea, priuatus sum: remansi solus, inops, re & consilio destitutus, &c.] Subdit enim, se Dei ope ex coniugio nobilis ac prædiuitis puellæ postea in meliorem statum collocatum. At demum mutuo consensu illa cælibem sanctamque vitam professa, ipse verò Ennodius fuit diaconus ordinatus: cum post hæc incidens in mortalem ægritudinem, ope sancti Victoris curatus est, vt suis ipse scriptis affirmat.

ENNODII AETAS.

Cum

A Cum autem eiusmodi malis vehementer affligerentur Ecclesiæ, coëgit tunc necessitas, vt Episcopi, quibus facultas suppeteret, ne paterent greges quibus præerant hostium frequentibus incurtionibus, ædificarent castella munita: inter alios enim id præstitisse Honoratum Episcopum Nouariensem, eiusdem Ennodij eidem inscriptum epigramma declarat his versibus:

VERSUS DE CASTELLO HONORATI EPISCOPI. Pontificis castrum spes est fidissima vite, Qui tutor sanctus que nocitura perant. Hic clypeus: votum est, procul hinc Bellona recede. Quod meritis constat, prælia nulla grauant. Conditor hic muros solidat, munimina factor.

DE CASTELLO HONORATI EPISCOPI.

B Nil metuat quisquis huc properat metuens. Scias insuper, fuisse etiam & Episcopis milites pro defendendis Ecclesiæ iuribus: nam de his idem Ennodius in epistola ad Faustum his verbis aduocandam credidit regiam defensionem, &c.]

Quod autem spectat ad Honoratum Episcopum, à quo munitum castrum erectum fuit ad suorum confugium hisce temporibus barbarorum tumultuum: licet in epigrammate nulla mentio, fuisse scias Honoratum hunc Nouariensem Episcopum, ad quem eiusdem Ennodij oratio extat in dedicatione basilicæ Petri & Pauli Apostolorum, quam prædecessor Victor Episcopus ex sano idolorum purgata conuerterat in Deo dicandum templum sub memoria eorumdem Apostolorum; auxit verò eandem & ornauit idem Honoratus Antistes, atque per S. Laurentium Mediolanensem Episcopum, aliosque ad Encænia conuocatos C ex more Præfules consecrari curauit. Hæc quidem omnia in oratione in dedicatione dicta, ipso eius exordio in primis narrantur, ipsius nomine Honorati, his verbis:

DE BASILICA SS. PETRI ET PAULI DEDICATIONE. adoriandi

Credo ego vos, fratres carissimi, tota mentis cura venerari, quod in loco hoc, manente templi nomine, vetus perierit pro religione cultura, quod delubri reuerentia fugatis instituat libaminibus, quod Sacrarum appelletur: meritò postquam seniores hostias abiurauit, & in adolendi mutatione sacrificij, ædis nomen assumpserit, postremò quod in alium statum inconcussis migrauerunt fundamenta culminibus, & cum ad structuram parum humanus sudor adiecerit. & paulo post de Victore prædecessore Episcopo huius operis auctore ista subiicit: Requirendum sanè, quis huius operis, quis inuouationis auctor extiterit, prædecessor nempe paruitatis mex, venerabilis Victor Antistes: futuræ annunciatrix innocentia Diuinitas nomen imposuit, &c.] eadem Ennodius eidem istis versibus:

D — possessas linquite sedes, Quod fecit Victor, victor ubique tenet. Accedit ad cumulum merito successor & actis, Qui morum nomen hinc Honorate geris.]

At de facta dedicatione basilicæ hæc in dicta oratione: Vbi sunt dii, quibus potentiam dederunt homines fulgore gemmarum? Non in iudeo: omnia ista (vt credo) fugerunt. Christus ingressus est: respiciamus, quibus fultus auxiliis. Venerunt cum eo cælorum radij Apostolorum diademata Petrus & Paulus. Qui enim in restauratione ædis essent necessarij, nisi architectus & petra? nisi lapis & superædificans? nisi fundamentum & opifex? &c.] At de his modò satis ad iusuandum non Honoratum tantum atque Victorem sanctos Antistes, sed etiam eum qui apud Catholicos omnes semper viguit Sanctorum cultum.

SYAGRIUS VINCITUR A CLODOVEO.

E Hoc eodem anno, qui numeratur quintus regni Clodouei, idem Rex Syagrium Romanum, qui Sueffionensem tenebat ciuitatem, vicit: quem fugientem ad Alaricum Gothorum Regem Arianum, ab eo petum, redditum & acceptum idem Clodoueus occidit. Accidisse videtur, vt diruto penitus Occidentali Imperio, regnante in Italia Odoacre, qui in Gallis tunc gerebant Prætorij Præfecturas, eadem quibus præerant, retinerent sibi ciuitates: Inter hos Syagrius fuit, quem (vt diximus) à Clodoueo peremptum Gregorius scribit. Porro hunc illum putamus Syagrium pronepotem Syagrii Consulis ordinarij, his temporibus degentem in Gallia, ad quem extat Sidonij Apollinaris iocosa epistola, qua eundem in hæcisse Burgundionibus docet, cum eum appelleret nouum Burgundionum Solonem.

Sidon. lib. 5. epist. 5.

His autem Franchorum incurtionibus non mediocre damnum est illatum ecclesiis: sed tum eluxit iustitia Clodouei, licet adhuc Gentilis, de quo ista narrat Gregorius: De quadam (inquit) ecclesia vireum mixæ magnitudinis ac pulchritudinis hostes abstulerunt

Greg. Tur. de Gest. Fræc. lib. 2. c. 27.

CHRISTI
489.490.

FELICIS PAP.
7. 8.

ZENONIS IMP. 16. 17.
ODOACR. REG. 14. 13.

cum reliquis Ecclesiastici ministerij ornamentis. Episcopus autem ecclesie illius missos ad Regem dirigit, ut si aliud de sacris vasis accipere non mereretur, saltem vel vrcuum ecclesie suae recipiat. Hæc audiens Rex, ait, nuncio: Sequere nos vsque Sueffionas; quia ibi cuncta quæ acquirita sunt, diuidenda erunt. Cumque mihi vas illud fors dederit, quæ Papa poscit adimpleam. Dehinc adueniens Sueffionas, cuncto onere prædæ in medium posito, ait Rex: Rogo vos, ô fortissimi præliatores, ut saltem mihi vas istud (hoc enim de vrcæ supra memorato dicebat) extra partem concedere non abnuatis. Hæc Rege dicente, illi quorum erat mens sanior, aiunt: Omnia gloriose Rex, quæ cernimus, tua sunt: sed & nos ipsi tuo sumus dominio subiugati. Nunc quod tibi beneplacitum videtur, facito: nullus enim potestati tuæ resistere valet.

QVOD CLO-
DOVEVS IN
MILITEM
SACRILE-
GVM.

Cum illi hæc ita dixissent, vnus leuis, inuidus, ac cerebrosus, cum voce magna, eleuatam bipennem vrcæ impulit, dicens: Nihil hinc accipies, nisi quæ tibi fors vera largitur. Ad hæc obstupescens omnibus, Rex iniuriam suam patientiæ lenitate coercuit: acceptumque vrcæ nuncio Ecclesiastico reddidit, seruans abditum sub pectore vulnus. Transacto vero anno, iussit omnem cum armorum apparatu aduenire phalangam, ostensuram in Campo Martio suorum armorum nitorem. Verum vbi cunctos circuire deliberat, venit ad vrcæ percussorem, cui ait: Nullus tam inculta, ut tu, detulit arma: nam neque tibi hasta, neque gladius, neque securis est utilis. Et apprehensam securim eius in terram deiecit. At ille cum paululum inclinatus fuisset ad colligendam eam, Rex eleuatis manibus, securim suam capiti eius defixit: Sic (inquit) tu apud Sueffionas in vrcæ illo fecisti. Hæc Gregorius fuisse autem vas illud Rhemenfis Ecclesie, requisitum vero à S. Remigio eius Ecclesie Episcopo, tradit Hincmatus, dum eiusdem Sancti res gestas refert.

Ceterum quæcumque alia damna intulissent sui Ecclesiis, idem Clodoueus factus postea Christianus (ut S. Remigius testatur) refarcienda curauit. De alio ab eo donato ipsi S. Remigio vase argenteo, hæc in testamento suo idem S. Remigius habet: Aliud argenteum vas decem librarum, quod mihi sæpe nominatus dominus illustrisque memorie Hludouicus Rex (quem, ut prædixi, de sacro baptismi fonte suscepti) donare dignatus est, ut de eo facerem quod ipse voluisset: tibi hæredi meæ Ecclesie supra memoratæ iubeo thuribulum, & imaginatum calicem fabricari, & epigrammata quæ Lauduni in argenteo ipse dictaui, in hoc quoque inscribi volo: quod per me faciam, si habuero spatium vitæ. Hæc ipse in suo testamento Remigius. Quod pertinet ad imaginatum calicem, intelligere potes propagatum ad posteros veterem vsum effigiando sacras imagines in calicibus, de quo Tertullianus meminit in libro de Pudicitia. At de his fati.

Apud Briff.
formul. li. 7.

IESV CHRISTI
ANNVS
490.

FELICIS PAP.
ANNVS
8.

ZENONIS IMP. 17.
ODOACR. REG. 13.

PERSEC-
TIO VVAN-
DALICAR-
B. CRVDES-
GIT.

Nonagesimo supra quadragesimum Christi anno Faustus Iunior & Longinus secundò Consules recensentur à Marcellino, à Cassiodoro autem vnus tantum Consul ponitur Faustus: Quo anno in Africa (quantum ex Actis S. Fulgentij Ruspensis Episcopi colligere licet) Vuandalica aduersus Catholicos persecutio recrudescit, non quidem aduersus Catholicos omnes, sed in illos dumtaxat sacerdotes, qui lapsos in errorem reconciliarent penitentes. Scripta sunt acta illa ab eiusdem Fulgentij discipulo exilij comite ad ipsius successorem Felicianum, omni fide testata, utpote scripta ab auctore res sui temporis prosequente; qui de dira eadem persecutione licet tantum pertingat quæ ad eundem beatum Fulgentium spectent, tamen ex eiusmodi tenui lucis speculo cetera quæ remanserunt obscura possumus intelligere.

Apud Sar-
tom. 1. diol.
Januar.
S. FVLGEN-
TII PRI-
MORDIA.

Porro res Fulgentij aggressuri, de eius genere atque natali pauca præfari opus esse putamus. Atque in primis corrigendus est error, qui in eius Vitæ exordium manifestus irrepit. dum loco Genferici, ponitur Hunericus; vbi auctor eius genus describens, hæc ait: Fulgentius parentes habuit ex numero Carthaginensium Senatorum: auus denique eius, nomine Gordianus, dum Rex Hunericus memoratam Carthaginem victor inuadens, Senatores plurimos, immo cunctos amissis omnibus bonis ad Italiam nauigare compelleret, inter ceteros etiam ipse impositam peregrinationem liberali voluntate suscepit, volens saltem facultatibus perditis, non perdere libertatem. Post cuius obitum duo ex filiis eius, ipse recuperandæ hære-

CHRISTI
490.

FELICIS PAP.
8.

ZENONIS IMP. 17.
ODOACR. REG. 13.

A hereditatis, Africanam prouinciam repetentes, manere intra Carthaginem minime potuerunt, domo propria donata Arianis sacerdotibus: sed possessionibus suis ex parte auctoritate regia repetitis, ad Bizacium perrexerunt, ibique in Lepte ciuitate vnus eorum nomine Claudius ex coniuge nomine Mariana, Christiana scilicet & honesta femina, istum; Fulgentium videlicet, cui tanta gloria debebatur, genuit, &c.] Corrigendum itaque esse pro Hunerico, Genfericum: illud in primis admonet, quod quæ dicta sunt, non Hunerico, sed Genferico conueniunt, qui victor Carthaginæ cepit, ut quæ de eo superius diximus, declarant: nec patitur ratio temporis, ut sub Hunerico sit natus Fulgentius, qui sub hac recrudescente persecutione iam Abbas nomine præfecturam gerebat monasterij. Qui igitur annum agens ætatis sexagesimum quintum (ut idem auctor testatur) in pace sub Rege Hilderico decessit, hoc tempore eum egisse annos ætatis circiter duodetriginta, intelligere possumus. Quæ autem tunc ipse Fulgentius passus sit, idem auctor rem gestam sic exorditur:

Nascitur rursus talis persecutio fidei, ut sanctæ memoriæ Faustum Episcopum cogeret per diuersas latebras commigrare, nec in ipso monasterio sineret iugiter quiescere. Tunc beatus Fulgentius timens aut illo loco solus remanere, aut de loco in locum frequentius commigrare, consulto prius Episcopo Fausto, vicinum monasterium petiit, vbi paucis & simplicibus fratribus Felix nomine Abbas præerat amicus eius ab adolescentia, cum quo etiam laicus familiariter vixerat. & post nonnulla: Cum subito barbaricæ multitudinis prouincia turbaretur incurfu: videntes salutem temporalem fugæ præsidio vindicandam, labores illico perferendæ peregrinationis excipiunt: limatoque consilio, procul abscedunt, vbi nulla belli nascendis opinio construendi monasterij præberet integram facultatem. Per mouent igitur castra spiritualia duces inelyti cælestis exercitus, & per ignotas Africæ regiones, monachorum suorum caterua comitante, pariter gradiuntur, vbi que facientes gaudium bonis, inuidiam malis.

FVLGENTIVM
FVGIT.

In territorio denique Siccensi dum cogitant certas sedes statuere, regionis fecunditate delectati, virosque etiam Fidelium fauore suscepti: presbyter quidam secta Arianus in fundo Babardilla perfidiam prædicabat, cui nomen quidem fuit inter homines Felix, natione barbarus, moribus sæuus, facultatibus potens, Catholicorum persecutor acerrimus. Hic beati Fulgentij nomen in illis regionibus clarum fieri sentiens, reconciliandos occultè multos, quos deceperat, suspicabatur: Neque virum dignum sacerdotio verè adhuc esse monachum credidit, sed eum sub habitu monachi sacerdotis officium putat implere. Et re vera sacerdotis officium etiam tunc laudabiliter implebat, non aliquantos reconciliando, sed omnes quos attingere poterat, ad reconciliationem salutaribus monitis inuitando: cuius sermo dulcis & rectus quia dura quoque corda mollebat, nec immerito hunc presbyterum sic timere pro sua perfidia compellebat. Arripit igitur presbyter infanti furoris stimulis concitatus Dei seruos crudeliter persequi, & per omnes vias custodiis distributis, ambulantiis simpliciter obsidet itinera. Necessarium quippe fuerat, athletas fortissimos voluntariis abstinentiæ laboribus ad omnem tolerantiam præparatos persequentium paululum tradi manibus; ut martyrialis agonis effecti participes, illata discerent supplicia tolerare, probaturi quid profecissent, si flagellis membra omnia dissipantibus, à fide vera minime defecissent.

ARIANVS
PRESBYTER
QVOD IN CA-
THOLICOS.

Nescientes igitur cogitationes maligni serpentis, habentesque fiduciam conscientie, nihil timentes, simul ambo gradiebantur secum loquentes. Et ecce subito quasi violentia saeuissimæ tempestatis inuadit incautos, diuidit iunctos, ligat diuisos, & feralibus vinculis oneratos perducit ad presbyterum Arianum vincetos: efficiuntur subito sine crimine rei, sine belli sorte captiui. Quibus enim fugientibus nihil nocere potuerant Mauri, pœnas ingerunt Ariani. Tunc antequam teneretur Felix Abbas, paucos solidos, vnde fratrum sustentabatur inopia, simpliciter vbi metus peruaserat, proiecit, & custodiendos Dei seruis ipsi Deo committit. O diuini singularis potentia miraculi! Nemo valuit solidos illos proiectos aspicere, nullus diuissus est victum pauperum pauperibus tollere. Sed illi soli, qui sic probandi fuerant, tenentur, ligantur, ad presbyterum perducuntur. Quibus ore terribili violentus presbyter insonat: Cur ex vestris regionibus occultè venistis Christianos Reges euertere? Bene enim miser Christianos Reges esse dicebat, in quibus Christum Regem Regum miserabiliter exufflauerat, & quos Filium Patri æqualem negare similis Antichristo docuerat. Illis ad hæc veracissimæ responsionis verba parantibus, inferri præcepit verbera primum.

CAPTIVE
DVCVNTVR
CONFESSOR-
RES.

FELICIS
ABBATIS
CHARITAS
ERGA EVL-
GENTIUM.

FULGENTI-
VS DIRECTVS
STATVR.

ARTANVS
PRESBYTER
IGNOMI-
NIA AFFE-
CIT EVLGEN-
TIUM ET
FELICEM.

FACTVM A-
RIANI HO-
MINIS OM-
NES DEBES
TAXI SVNT.

DE THEODO-
LO PRES-
BYTERO.
Gennadii de
Script. Eccl.
cap. 21.

Igitur felix Abbas vehemēti charitatē commotus: Parcite, ait, fratri Fulgentio, qui non potest tormenta perferre: Nolite istum cedere inter vestras manus forsitan moriturum. Conuertatur in me vestra crudelitas: ego scio quid confitear, in me est omnis causa. Tunc dilectionis admiratione stupefactus, remoueri paulisper beatum Fulgentium iubet, atque illum grauius cædi, ministris sæuissimis imperat. Tunc hilari animo Felix Abbas verberibus subditur: dolorem quippe cum gaudio sustinebat, quia beatum Fulgentium nihil adhuc pati videbat.] & inferius: Tunc sæuissimus presbyter etiam de Felicis Abbatis iniuria minimè fatiatus, nec beato Fulgentio parcendum putauit. Beatus autem Fulgentius vir omnino delicati corporis, vt pote ex familia natus illustri, violentos imperus fustium, repentini doloris acerbitate crescente, vix tolerans (sicut ipse nobis postea referebat) cogitauit presbyteri furentis insaniam vel mollire, si posset, vel certè paululum, donec recrudesceret, auocare, quo facilius inter ipsas moras inueniret spatium respirandi, ne continuata pœna omnino intolerabilis fieret: Dico aliquid, si loquendi potestas tribuitur, dum caderetur, exclamat.

Tunc presbyter putans eū confiteri velle, iubet quiescere cædentes; & sic adhuc ad flagella suspensum, loqui præcepit quod volebat. Vbi dum beatus Fulgentius eloquentiæ solitæ sermonibus blandis, suæ peregrinationis narrare est aggressus historiam, presbyterum facti attonitum, diuque nimia verborum suauitate delinitum, penè totius crudelitatis reddidit oblitum. Miratur presbyter beati Fulgentij facundiam, probat sapientiam, magnumque alique virum coniciens, erubescit inferre violentiam. Sed ne proderet suam superatam esse sæuitiam: Cædite, ait, iterum fortiter, & multiplicatis flagellis lacerate verbum. Me etiam, puto, seducere cogitat; longoque inanis fabulæ circuitu quid conficere molitur, ignoro. Recrudescit iterum manus vesana tortorum, flagellisque innumeris beatus Fulgentius exaratur. Tandem presbyter de illa cæde confusus, virorum laudabilium merita sensit, nec apud se eos tenere diutius ausus est; sed deformiter decaluatos, ablatis etiam omnibus vestimentis, ex domo sua nudos inanesque proiecit.] Porro decaluationem virorum etiam apud barbaros magnum fuisse supplicium, docent leges Theodorici, quibus eiusinodi pœna pro diuersis delictis infligitur. Pergit auctor:

Sed nec illa decaluatio viris sanctissimis turpitudinem, nec nuditas attulit confusionem: quos tolerata propter odium, religionis iniuria, primæ iam confessionis decorauerat ornamēto superna gratia fulciendos. Processerunt itaque de domo presbyteri tamquam de loco gloriosi certaminis, insignis victoriæ laureis coronati. Reuersique per campum, vbi fuerant capti, solidos quos Abbatem Felicem proiecisse diximus, integro ibi numero seruatos inueniunt, & quasi ex diuina manu restitutos hilariter accipiunt: agentesque ineffabiles gratias Deo, qui consolatur humiles in omni tribulatione, reuertuntur ad proximos fratres. Huius autem crudelissimi facti detestabilis opinio cunctam simul mæstificat regionem: nunciatur etiã Carthagine fama. Inter alios quoque Arianorum Episcopus dolet mactatum graui cæde beatum Fulgentium: & quia parentes eius cognitos habebat idem Episcopus, ipsumque beatum Fulgentium singulariter adhuc laicum dilexerat, aduersus presbyterum suæ religionis & parochiæ, qui cædis auctor extiterat, grauiter commouetur, vindicare beatum Fulgentium parans, si querelam de memorato presbytero deponere voluisset. Sed beatus Fulgentius, multis vt hoc faceret suadentibus: Non licet, ait, in hoc sæculo vindictam quaerere Christiano, &c.] puniendus quidem erat presbyter ille, quod non inuentos homines reconciliare lapsos, ita fustibus verberari iussisset: nam de illis tantum pœna sumenda erat, qui addictos iam Arianis ad Ecclesiam Catholicam reuocassent. Post hæc verò Fulgentius profecturus in Ægyptum ad inuiscendos anachoretas, nauigans in Siciliam, ab Eulalio Episcopo Syracusano detinetur: quomodo autem inde Romam nauigauerit, suo loco dicturi sumus. At de Fulgentio modò hæc tenus. Porro mitiorem putamus persecutionem hanc ab illa sub Hunerico excitata: siquidem hæc illos tantum pertingeret Dei ministros, quos esset suspicio reconciliare Ecclesiæ clanculum pœnitentes.

Hoc anno, qui Zenonis Imperatoris vltimus numeratur (nam anno sequenti, mense Aprilis decessit) moritur Theodulus celebris in Cœlesyria scriptor, de quo ista Gennadius: Theodulus presbyter in Cœlesyria scripsisse multa dicitur. Sed ad me liber eius peruenit, quem de Consonantia diuinæ Scripturæ composuit, id est, veteris & noui Testamenti, aduersus antiquos hæreticos, qui propter differentiam præceptorum vel cærimoniarum alium veteris Testamenti Deū dixerunt, alium noui. Moritur hic scriptor ante triennium, regnante Zeno-

Zenone.] hæc Gennadius post tres annos ista scribens. Porro eiusdem Theoduli celebris est memoria viuens iugiter in tabulis Ecclesiasticis etiam apud Latinos decimo Kalendas Aprilis, vbi Antiochenus presbyter dicitur. Certe quidem perditissimis his temporibus, cum res Antiochenæ penitus collapsæ essent, dominatibus nefandis Eutychianis, isdemque pollentibus auxilio Imperatoris, hunc inuentum esse Orthodoxum inter eos qui scriptis exagitarent hæreticos, maximæ fuit gloriæ etenim summæ constantiæ specimen extitit, vnum hominem contra hæreticorum phalanges Orthodoxæ confessionis erexisse vexillum.

Quo etiam tempore in Occidente S. Cæsarius Arelatenſis Episcopus doctrina celebris, sanctitate cōspiciuus, ad Felicem Romanum Pontificem de Gratia & libero arbitrio librum scripsit, quem agnitus ipse Felix non solum probauit, sed & scripta de eo epistola confirmauit, vulgandumque vbique curauit: non extat ille quidem, sed quantus fuerit, ex Romani Pontificis addita illi epistola (quod de aliis hæcenus nō meminimus factum) possumus opinari. De eo enim apud Gennadium hæc leguntur: Cæsarius Arelatenſis vr̄bis Episcopus, vir sanctitate & virtute celebris, scripsit egregia & grata valde & monachis necessaria opuscula. De Gratia quoque & libero arbitrio edidit testimonia, diuinarum Scripturarum, & sanctorum Patrum iudicij munta, vbi docet, nihil hominem de proprio agere aliquid boni posse, nisi eum diuina gratia præuenerit. Quod opus etiam Papa Felix per suam epistolam roborauit, & in latius promulgauit.]

Sed accuratius disquirendum, quid est quoddam commentarium illum à Cæsario scriptum de Gratia & libero arbitrio Felix Papa per suam epistolam roborauit, & quod (vt ait Gennadius) in latius promulgauit? Hæc vt percipias, lector, illa est tibi horum temporum rerum gestarum historia repræsentanda de rebus gestis in eadem Gallia Narbonensi & Aquitania.

Idem enim Gennadius antequam de Cæsario agat, capite quod præcedit, recensens scripta Fausti ex Abbate Lerinensi Episcopi Regiensis in Aquitania, inter alia hæc habet: Edidit quoque opus egregium de Gratia Dei, qua saluamur: In quo opere docet, gratiam Dei semper & inuitare & præcedere & adiuuare voluntatem; & quicquid ipsa libertas arbitrij de labore piæ mercedis acquisierit; non esse proprium meritum, sed esse gratiæ donum.] hæc Gennadius. Quisnam, rogo, sub tam pulchro titulo, ad eò fidei Orthodoxæ concinno, existimare posset inesse librum in quo lateret hæresis, ceu anguis in herba sub prominentibus floribus? quod quidem haud rudes tantum, sed & disertos potuit decipisse.

Quot enim quantisque præconis lucubratiō ista Fausti accepta fuerit (vt ex hoc magis periculum imminens innotescat, & quantum præstiterit Catholicæ Ecclesiæ Cæsarius suis scriptis, atque quàm opportuna illis accesserit comprobatio facta à Felice Romano Pōtifice per epistolam, magis intelligas) necesse est, vt quæ Sidonius Apollinaris in sacris dogmatibus olim adhuc tyro iam diu antè de eisdem libris ad Faustum ipsam auctorem conscripsit, patienter audias. Res sanè agitur (vt intelligis) magni momenti, vt pote quæ non in Galliis tantum atque in Italia, sed & Constantinopoli atque in Africana Ecclesia (vt videbis) exagitata, cui ipso sui exordio opus fuerit dignissimorum Romanorum Pontificum intercedere auctoritatem, Felicis, atque Gelasij successoris, illa probando scripta, quæ eo argumento à S. Cæsario edita essent; ista autem reprobando, atque reiiciendo inter apocryphorum quilibet, quæ eodem argumento essent ab ipso Faustio conscripta.

Sidonius igitur ad eundem Faustum data epistola, quomodo duo libri ab eo editi, à se verò diutius expectati in manus suas deuenierint, docet, atque primum verbis istis ipsum ita compellat auctorem: Venisti, magister in manus meas: nec exulto tantum, verum insulto:

Venisti, & quidem talis qualem abhinc longo iamdiu tempore desideria mea præstolabantur. Dubito sanè, vtrum & inuitus, aut certè similis inuito: quippe quo providente vel (si tamen hoc nimis abnuis) acquiescente, sim tuis libris insalutatus; iisque (quod multo est iniuriosius) territorium Aruernum cum præterirent, non solum mœnia mea, verum etiam latera radentibus. An verebare, ne tuis dictis inuideremus? Sed Dei indultu, vicio nulli minus addicimur: Cui si ita vt ceteris à mea parte subiiceretur, sic quoque auferret congregandi æmulationem desperatio consequendi. An supercilium tamquam difficilis ac rigidi pleoris extimescebas? Et quænam est cuiusque peritiæ ceruix tanta, quive hydrops, vt etiam tepida vestra non feruentissimis laudibus prosequatur? An ideo me fastidiendum, negligendumque curasti, quia contemneres iuniorem? quod parum credo. An quia indotum? quod magis sero: ita tamen, vt qui dicere ignorem, non & audire: quia & qui Circensibus ludis adfuerunt, sententiam decursibus non ferunt. An aliquo casu dissidebamus,

CÆSARI VS EPISC. ARELATEN SCRIPTOR. NOBILIS.

Gennadii de Script. Eccl. c. 86.

FAUSTI SCRIP. DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO.

Gennadii de Script. Eccl. c. 85.

Sidon. lib. 9.

epist. 9.

CELEBRAT SIDONIVS

FAVSTI SCRIP. DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO.

FTA VALDE. PROHIBENTE

*disputatio

scuiquam

vr putaremur, iis quos edidisset, libellis derogaturi? Atqui, p[re]sule Deo, tenues nobis esse amicitias, nec inimici fingere queunt.] H[ec] cum scribat Sidonius, & conqueratur ad se missos non fuisse libros: satis intelligi posse videtur, Faustum illos non omnibus communicasse, utique ex mala conscientia timentem, ne qui in eis essent laquei sub herbis latentes, ab aliquo acuti ingenij viro & dogmatum callentissimo detecti, penitus dissiparentur. Sidonius autem etsi vir pius & doctus, penetrabilia tamen rerum Ecclesiasticarum adhuc iunior haud fuerat perscrutatus. Sed pergit ipse:

SIDONIUS VI ADI- RVIT FAUSTI SCRIP- TTA.

deferretur

loco

Ista quorsum? inquis. Ecce iam pando, vel quid indagasse me gaudeam, vel quid te celasse succenseam. Legi volumina tua, quae Riocharus Antistes ac monachus atque istiusmodi bis peregrinus tuis Brittanis pro te reportat, illo iam in praesentiarum Fausto potius, qui non senescit, quiq[ue] viuentibus non defuturus post sepulturam, fiet per ipsa quae scripsit tibi superstes. Hic igitur ipse venerabilis, apud oppidum nostrum cum moraretur, donec gentium concitatarum procella deferueret* (cuius imaginis hinc & hinc turbo tunc inhorruerat) sic reliqua dona vestra detexit, ut perurbane quae praestantiora portabat operuerit, spinas meas illustrare dissimulans tuis floribus. Sed post duos aut iis amplius menses sic quoque a nobis citò profectum, cum quippiam prodidissent de viatoribus, mysticæ gazæ clausit inuolucris clam ferre thesauros; pernicious equis infecutus abeuntem, qui facile possint itineris pridiani spatia praertere, osculo in fauces occupati latronis insilui, humano loco, gestu ferino, veluti si excussura quæcumque catulorum Parthi colla raptoris pede volatico, tigris orbata superemiceret. Quid multa? capti hostis genua complector, iumenta sisto, frena ligo, sarcinas soluo, quæsitum volumen inuenio, produco, lectito, excerpo, maxima ex magnis capita defructans. Tribuit & quoddam dictare celeranti scribarum sequacitas saltuosâ compendium, qui comprehendebant signis, quod litteris non tenebant. Quibus lacrymis sanè maduerimus, mutuo vicissim fletu rigati tunc, cum ab amplexu sæpe repetito separaremur, longum est dixisse, nec refert: quod triumphali sufficit gaudio, spoliis onustum charitatis, & spiritualis compotem prædæ me domum retuli.] Vidisti, lector, quanta auiditate Faustii libri illi fuerint expetiti, quantave tandem inuenti fuerint rapacitate sublati: qui in Britanniam mittebantur, vbi diu viguit (vt dictum est) dogma Pelagij: Vt non mireris si à Cæsario paratum antidotum voluerit Felix Papa suis litteris vbique vulgari, ne conditum dulce venenum (quod à viris haud imperitis ipso primo gustu tam suaue, tamq[ue] gratum apparuit) incautè legentibus necem inferret, cum laudati viri laudibus adeò immensis prædicaretur. Fuisset hic integra ipsa reddenda Sidonij ad Faustum epistola, nisi nimis prolixitatis argui veritus essem: tu ipsam otiosius consulas.

DE QUIBUS FAUSTI LIBRIS SIDONIUS INTELLEXIT.

Et ne dubites Sidonium de alio aliquo à Fausto edito scripto potius intelligere voluisse, quam de opere de quo agitur, perpende accuratè ipsius Sidonij verba illa, quibus ait: Legimus opus operosissimum, multiplex, acre, sublime, digestum titulis, exemplisque congestum, bipartitum sub dialogi schemate, sub causarum themate quadripartitum.] ita planè: apparet enim commentarium illum in duos libros esse distinctum, per capita titulosq[ue] diuisum, dialogicam figuram concinnè referentem, sub causarum themate quadripartitum. Nam priori libro tum aduersus Pelagium omnia libero arbitrio hominis tribuentem, tum aduersus eos qui cuncta diuinæ gratiæ tantummodo accepta ferenda esse iactarent, disputat: posteriori verò de præscientia & prædestinatione, cumulatissimè disserit, vt idem in præfatione operis ad Leontium (quæ inscribitur Faustii professio fidei) apertissimè proficitur: vt nemo iure inficias ire possit, alium aliquem à Sidonio Faustii exprimi commentarium, quam qui duobus libris partitus, de Gratia Dei & humanæ mentis arbitrio inscriptus habetur.

Sed lectorem monitum velim, posteriorem Faustii librum haud integrum reperiri, sed desiderari in eo illa de quibus ad Leontium idem Faustus in fine ista præfatur: In quo quidem opusculo post Arelatenis Concilij subscriptionem, nouis erroribus deprehensis, adici aliqua, Synodus Lugdunensis exegit.] hæc ibi. At quænam ista subscriptio Arelatenis Concilij? numquid Episcoporum Concilium Faustii commentarium illum subscriptione firmavit: minime gentium: verum subscriptit Synodus Faustii illi tantum epistolæ, quam dedit ad Lucidum presbyterum, vt hominem in errores lapsum reuocaret ad Catholicam fidem. Sed cur, dices, illa subscriptio Arelatenis Concilij non in fine Faustii operis amplius, sed in fronte ipsius ante præfationem posita legitur, quam illis (vt ait) adici, Synodus Lugdunensis exegit?

A exegit? Numquid hoc casu factum? nequaquam. sed accipe Faustii v[est]rum consilium: Sic ipse quidem ad finem sui commentarij ista apposuit, quibus videri possit edita scripta ab ipso iam à duabus Synodis esse recepta: sed scias prudenter iureq[ue] inde postea esse sublata, & ante illud Faustii opus collocata, vt sua quæque tempori & auctoribus redderentur, ne Faustii fraus simpliciores decipere possit.

A Acturi nos verò de his quàm accuratissimè, in primis in memoriam reuocandum putamus, post sancti Augustini obitum prodidisse quosdam, qui ex eius scriptis malè perceptis complures inuenerunt errores, quos S. Augustini nomine & auctoritate defendere conabantur: sed eos, pro defensione ipsius S. Augustini agens, sanctus Prosper valide confutauit. Dicebantur isti (vt Sigebertus adnotauit) hæresis Prædestinatorum sectatores: qui idcirco eo nomine vocabantur, quia de prædestinatione & diuina gratia disputantes;

DE HÆRESI PRÆDESTINATORUM. Sigebert. Chron. ann. D. 415.

B assererent, nec piè viuentibus professe bonorum operum laborem, si à Deo prædestinati fuissent ad vitam: quæ assertione boni à bonis auocarentur operibus, & mali stabilirentur in malis: quæ quidem (vt diximus) ex scriptis sancti Augustini malè perceptis, qui huiusmodi erant, se accepisse iactabant. His autem detentus erroribus fuit Lucidus quidam magni nominis presbyter, ad quem Faustus epistolam illam scripsit, quam vt verè Catholicam ab Episcopis Concilij Arelatenis probatam & subscriptione munitam diximus; cuius etiam auctoritate libros illos duos, de quibus est sermo, Faustus probare voluit. Vt igitur cuncta quàm exactissimè in re magni momenti explorata reddantur, hic tibi primum ipsam ad Lucidum Faustii epistolam reddendam putauimus, vt de reliquis Faustii scriptis pretiosum à vili secernas: sic enim se habet:

C Domino deuinctissimo & mihi speciali affectu venerando ac suspiciendo fratri Lucido presbytero Faustus.

Grandis charitas est, parum cauti fratris errorem per Dei adiutorium & gratiam magis velle curare, quàm, sicut summi Antistites meditantur, à bonitate suspendere. Quid possum de hoc sensu, sicut vis, cum vnanimitate tua per litteras loqui, cum te præsens multa & blanda & humili allocutione numquam potuerim ad viam veritatis attrahere? Loquentes ergo de Gratia Dei & obedientia hominis, id omnimodo statuere debemus, vt neque proni in sinistram, neque importuni in dexteram, regiam magis gradiamur viam. Illud autem venerationem tuam dixisse miratus sum, quod nullus v[er]quam sub religiosa professione contra Catholicam fidem vel scripserit, vel prædicauerit, cum plurimi multiplices & profanos auctores suos etiam scriptorum monumentis crediderint inferendos, qui tamen Christiano nomine gloriabantur. Breuiter ergo dicam, quantum cum absente loqui possim, quid sentire cum Catholica Ecclesia debeas, id est:

FAUSTI EPISTOLA AD LUCIDUM.

Vt cum gratia Domini operationem baptizati famuli semper adiungas, & eum qui prædestinationem, excluso labore hominis, asserit, cum Pelagij dogmate detesteris.

Anathema ergo illi, qui inter reliquas Pelagij impietates, hominem sine peccato nasci, & per solum laborem posse saluari, damnanda præsumptione contenderit; & qui eum sine gratia Dei liberari posse crediderit.

ANATHEMATISMUS FAUSTI REGENSIENSIS.

Item anathema illi, qui hominem cum fidei confessione solemniter baptizatum, & asserentem Catholicam fidem, & postmodum per diuersa huiusmodi oblectaméta prolapsum, in Adam & originale peccatum periisse asseruerit.

Item anathema illi, qui per Dei præscientiam in mortem deprimi hominem dixerit. Item anathema illi, qui dixerit, illum qui perit, non accepisse vt saluus esse posset, id est, de baptizato, vel de illius ætatis Pagano, qui credere potuit & noluit.

Item anathema illi, qui dixerit, quod vas contumeliæ non possit assurgere, vt sit vas in honorem.

Item anathema illi, qui dixerit, quod Christus non pro omnibus mortuus sit, nec omnes homines saluos esse velit.] hæc tamen Faustii anathematismi, qui mox ista subiungit:

Cum autem ad nos in Christi nomine veneris, aut cum a sanctis sacerdotibus euocatus fueris: tunc opportunè (si Dominus iusserit) locis suis testimonia proferemus; quibus & quæ Catholica sunt, manifestentur; & quæ Catholicis sunt contraria, destruantur.] hæc Faustus, qui & mox subdit quæ de his ipse sentiat, verbis istis:

Nos autem per illuminationem Christi veraciter & confidenter asserimus, & eum qui perit per culpam, saluum esse potuisse per gratiam, si gratiæ ipsius famulatus, laboris obedi-

FAUSTI PROFESSIO.

CHRISTI
490.FELICIS PAP.
8.ZENONIS IMP. 17.
ODOACR. REG. 15.

dientiam non negasset : & eum qui per gratiam ad bonæ consummationis metas , seruitio A
obsequente , peruenit , cadere per desidiâ , & perire potuisse per culpam .

Nos ergo per medium , Christo duce , gradientes , post gratiam , sine qua nihil sumus , la-
borem laboriosæ seruitutis asserimus : sed omnimodo arrogantiam & præsumptionem la-
boris excludimus , ut totis viribus desudantes , ne gratia in nobis euacuetur , quicquid de ma-
nu Domini susceperimus , donum pronunciemus esse , non pretium ; scientes laboris ipsius
fructum officij rem esse , non meritum ; cum Euangelista dicentes* : Serui inutiles sumus : quod
debuius facere , fecimus . Hæc quæ strictim pro epistolæ breuitate memorata sunt , aut reci-
pere se , aut respicere , vnanimitas tua , recurrente sermone , respondeat . Ceterum qui hanc ve-
ritatis mensuram , gratia præcedente , & conatu assurgente , non sequitur , dignus erit qui à
sacris liminibus arceatur .

Ego autem indiuiduam mihi bonitatem tuam toto sinceræ benignitatis amplexu in via B
retinens , in matris Ecclesiæ gremio permanere , repudiato hoc errore , desidero : Qui si citò
respuatur , ignorantia fuisse videbitur ; blasphemia verò reputabitur , si pertinaciter defendatur .
Grauem namque in auctorem retorquemus inuidiam , si dicamus , quod ei possibilitatem
capeffendæ salutis noluerit dare qui perit , ei dumtaxat , qui capere iam possit arbitrij
libertatem : cum minimè negare possimus , quod mandati præuaricatorem in iudicij sui
examinatione damnabit : Qui enim non est obnoxius de suscepto , nescio quomodo reus esse
possit de perduto . Ac sic peccantes in Deum , cuius in primis incautiùs asseruimus gratiam ,
in postremis eius videbimur impugnare iustitiam . Huius autem epistolæ exemplar mecum
retinco , in conuentu sanctorum Antistitum , si ita necesse fuerit , proferendum . Quam si sus-
cipiendam putauerit fraternitas tua : aut subscriptam manu propria mox remittat , aut se-
quentibus scriptis omnino se improbasse respondeat . Quod si eam subscriptam (ut dixi) C
transmittere nolueris , aperte adhuc te in errore persistere , ipso silentio comprobabis : ac pro-
inde iam necessitatem mihi facies ad personam tuam publicis conuentibus exponendam .
Et ideo secundum hæc quæ à me sunt directæ , rescribe , utrum ea , remotis circuitionibus , aut
cognoscas , aut respuas .] hæcenus ad Lucidum Fausti epistola .

Protulit verò idem postea eandem epistolam , exposuitque cognoscendam Patribus in
Concilio congregatis : qua Catholica cognita , vndecim Episcopi qui interfuerunt , eidem
subscripserunt in hunc modum :

Auxianus in Christi nomine Episcopus relegi & subscripsi .
Faustus exemplar epistolæ meæ relegi & subscripsi .
Paulus Episcopus in Christi nomine relegi & subscripsi .
Eutropius in nomine Christi Episcopus relegi & subscripsi .
Pragmatius in Christi signo Episcopus relegi & subscripsi .
Patiens in Christo Episcopus relegi & subscripsi .
Euphronius relegi & admiratus sum plenitudinem sanctam .
Megetius Episcopus relegi & subscripsi .
Claudius in nomine Christi Episcopus relegi & subscripsi .
Leucadius in nomine Christi Episcopus relegi & subscripsi .
Iulianus in nomine Christi Episcopus subscripsi .

Lucidus presbyter relegi & subscripsi .] Quod autem huic epistolæ ipse Lucidus presby-
ter subscriptus legatur , accidisse videtur , ut qui per litteras palinodiam recantarat , etiam in
Synodo coram Episcopis id ipsum voluerit præstitisse .

Voluimus hic Episcoporum recensuisse nomina , quod omnes fermè magnæ famæ An- E
tistites fuerint , quorum apud Sidoniu mentio habeatur : nam Auxianus primo loco positus ,
in Lucidi epistolæ inscriptione Auxianus legitur , quem illum puto huius temporis Episco-
pum , apud Sidonium mendosè Aulianum nominatum in antiqua lectione , qua mendosius
recens habet Iulianum . Est mentio Auxanij , qui & Auxamius scriptus reperitur , in epistola
Hilari Papæ ad Leontium & alios Episcopos de controuersia inter eum atque Ingenuum
Ebredunensem Episcopum . nominatur & Faustus , ad quem extat Sidonij epistola^b . Pragmatius
item , qui habetur ordine quintus , idemque sanctus^c , ad quem extant litteræ Sidonij^d ,
fuit iste Episcopus Augustudunensis , idemque notus in Concilio Epaunensi . Patiens , qui
sequitur ordine sextus , & ipse inter Sanctos relatus , fuit Episcopus Lugdunensis , de quo
sæpe idem qui supra Sidonius^e meminit , nosq; plura de eo in nostris Notis . Euphronij pari-
ter , qui numeratur septimus , memoria apud Sidonium^f viget , quem sanctum nominat : sicut
& Me-

SYNODVS
PROBAT
FAUSTI E-
PISTOLAM .

^a Sidon. lib. 6.
epist. 6.
^b Martyrolog.
Rom. die. 22.
Novemb.
^c Sidon. lib. 6.
epist. 2.
^d Sidon. lib. 6.
epist. 11.
^e Sidon. lib. 1.
epist. 21.

CHRISTI
490.FELICIS PAP.
8.ZENONIS IMP. 17.
ODOACR. REG. 15.

A & Megetij , ad quem eiusdem Sidonij extat epistola^a . Claudius , qui ordine sequitur nonus ,
Episcopus fuit Bisuntinus ; idemque inter Sanctos memoria^b celebris , qui item subscriptus
legitur Concilio Epaunensi . De Leucadio nihil inuenimus . Iulianum verò , qui vltimo lo-
co ponitur , illum putamus fuisse , qui Carpentoratensem rexit Ecclesiam ; Epaunensique
subscripsit Concilio .

At subiiciamus hic eiusdem Lucidi epistolam , quam ad alium Episcoporum Conuen-
tum in detestationem eorumdem errorum his verbis conscripsit :

Dominis beatissimis in Christo reuerendis Patribus Leontio , Euphronio , Fonteio , Vi-
uentio , Mamerco , Patienti , Viriano , Auxiano , Fausto , Megetio , Paulo , Græco , Eutropio ,
Basilio , Leontio , Claudio , Leucadio , Pragmatio , Marcello , Prætextato , Iuliano , Amicali ,
Ioanni , Opilioni , Licinio , Viuentio , Theophrasto Episcopis Lucidus .

B Correctio vestra , salus publica ; & sententia vestra , medicina est . Vnde & ego sum-
mum remedium duco , ut præteritos errores accusando excusam , & salutifera confessione
mea diluam .

Proinde iuxta prædicandi recentia statuta Concilij , damno vobiscum sensum illum , qui
dicit , humanæ obedientiæ laborem diuinæ gratiæ non esse iungendum .

Qui dicit , post primi hominis lapsum ex toto arbitrium voluntatis extinctum .

Qui dicit , quod Christus & Saluator noster mortem non pro omnium salute suscepit .

Qui dicit , quod præscientia Dei hominem violenter compellat ad mortem , vel quod
cum Dei pereant voluntate qui pereunt .

Qui dicit , quod post acceptum legitime baptismum in Adam moriatur quicumque de-
liquit .

C Qui dicit , alios deputatos ad mortem , alios ad vitam prædestinatos .

Qui dicit , ab Adam vsque ad Christum , nullum ex Gentibus per primam Dei gratiam ,
id est , per legem naturæ in aduentum Christi fuisse saluatos , eo quod liberum arbitrium in
primo parente perdidit .

Qui dicit , Patriarchas ac Prophetas , vel summos quosque Sanctorum , etiam ante redem-
ptionis tempora , intra paradysum deguisse : Hæc omnia quasi impia & sacrilegijs repleta
condemno .

Ita autem assero gratiam Dei , ut annisum hominis & conatum gratiæ semper adiungam ,
& libertatem voluntatis humanæ non extinctam , sed attenuatam & infirmatam esse pro-
nunciem , & periclitari eum qui saluus est , & cum qui perit potuisse saluari .

D Christum etiam Dominum & Saluatorem nostrum , quantum pertinet ad diuitias boni-
tatis suæ , pretium mortis pro omnibus obtulisse : & quia nullum perire velit , qui est Saluator
omnium , maximè fidelium , diues in omnibus qui inuocant illum .

Assero etiam , per rationem & ordinem sæculorum alios lege gratiæ , alios lege Moyfi ,
alios lege naturæ , quam Deus in omnium cordibus scripsit , in spe aduentus Christi fuisse
saluatos ; tamen ex initio mundi ab originali nexu nisi intercessione sacri sanguinis non
absolutos .

Profitetur etiam æternos ignes & infernales flammæ factis capitalibus præparatas : quia
perseuerantes humanas culpas merito sequitur diuina sententia ; quam iuste incurrunt , qui
hæc non toto corde crediderint . Orate pro me , domini sancti & Apostolici Patres .] hæc-
enus professio Lucidi secundum ea quæ à nominatis Episcopis in Synodo definita fuissent ,
in hoc incumbens Patribus , ut errores exploderent illorum pontiffimum , qui ex doctri-
na S. Augustini malè ab ipsis percepta , siue in prauum sensum calumniosè detorta , prauas
deduxissent conclusiones , quasi ex necessitate prædestinationis fatum introduxisset , siue
alios errores , quos omnes ante hanc Synodum S. Prosper (ut dictum est) confutauit , cum
aduersus calumniatores doctrinæ eiusdem S. Augustini Responsionum quatuor libros
conscripsit . Ex cuius sententia iidem nominati nuper Episcopi eiusmodi emergentes con-
demnauerunt errores , nulla prorsus de S. Augustino habita mentione , ex quo fonte impro-
bè illi atque falsò assererent esse deductos : cum re vera non ex S. Augustino ista proferre , sed
prauis eorum sensibus conuicti sint .

E Bene quidem hucusque res gesta : sed qui inter eos confedit Faustus S. Prosperi successor
Episcopus Regiensis & æmulus , instar cauponis^c , qui miscens aquam vino , non iustificatur
à peccatis ; primum summam fidem apud Patres iuenit , quod successor esset acerrimi de-
fensoris Catholicæ fidei , & Lucidum magni nominis virum ad pœnitentiam perduxisset ,
meruil-

EPISCOPI
SYNODI
LUGDUNEN-
SIS .

LUCIDI
PLENACOM-
PENSIS .

Eccles. 26.
FAUSTI
CONATVS .

meruissetque laudem apud sacros Synodales conuentus, quibus interfuerunt (vt vidimus) A viri sanctissimi atque doctissimi: nam præter recensitos illos qui Fausti epistolæ subscripserunt, inter eos etiam, ad quos suæ penitentia Lucidus presbyter libellum direxit, magnus ille adnumeratur Mamercus Viennensis Episcopus, cuius præconia Sidonius Apollinaris posteris satis copiosè testata reliquit; & alij, quorum apud eundem auctorem celebris fama est, vt Leontius Episcopus Forouliensis, ad quem etiam Faustus libros illos suos inscripsit, & Sidonij extat epistola: Theophrastus, ad quem item ipsius Sidonij data reperitur epistola^b, sicut & ad Eutropium^c, necnon ad Græcum^d, quem plurimum laudat: item Ioannes, cuius est mentio apud eundem Sidonium in epistola ad Domnulum^e: necnon Basilius, ad quem extant ipsius litteræ^f.

^a Sidon. lib. 6. epist. 3. ^b Sidon. lib. 6. epist. 5. ^c Ibidem lib. 6. epist. 6. ^d Sidon. lib. 6. epist. 8. ^e Ibidem lib. 5. epist. 25. ^f Ibidem lib. 7. epist. 6.

Quod igitur duorum ista Conciliorum extarent monumenta à Fausto suis libris affixa, quibus visus esset à se editum commentarium illum duobus libris distinctum confirmare B voluisse: Cæsarius quod videret venenum ea arte esse paratum, vt decipere etiam prudentem hominem posset, eodem argumento (vt diximus) Catholicos edidit libros, quos epistola sancti Felicis Romani Pontificis confirmauit: cum è contrà Gelasij Papæ censura scripta Fausti inter reiecta sint adnumerata.

^g Ado in Chron. an. D. 452. ERRORES FAUSTI.

At non vnus tantum præstitit hoc Cæsarius, vt scriptis suis Catholicam fidem firmans, Fausti refutaret errores: sed & sanctus Auitus Viennensis Episcopus eodem fermè tempore istud ipsum exhibuit; de quo habet ista eiusdem Ecclesiæ Episcopus Ado^g, cum de Fausto agit his verbis: Faustus ex Abbate Lerinenis monasterij apud Regium Gallia Episcopus factus, Pelagianum dogma destrueret conatus, in errorem labitur: vnde qui eius sensus in hac parte Catholicos prædicant (sicut Gennadius de Illustribus viris scribens) omnino errant. Ita enim liberum arbitrium tam Augustinus, quàm ceteri Catholici in Ecclesia Dei C docent, vt illuminatio, virtus, & salus illi à Christo & per Christum & cum Christo sit: Faustus verò iste, ita liberum Christianum arbitrium docere conatur, vt illuminatio eius, virtus, & salus non à Christo, sed à natura sit. Contra hunc scribit lucidissima fide Auitus Viennensis Episcopus, eius redarguens errorem: similiter & Ioannes vir eruditus Antiochenus presbyter.] hæc Ado.

^h Isido. de Vir. illustr. c. 14.

Non est quidem, vt pro Fausto aliqua possit in eius defensionem vel excusationem Apologia elaborari, quem constat in vniuerso orbe Catholico impugnatum: Etenim in Occidente Cæsarius & Auitus doctissimi atque sanctissimi in Gallis Episcopi aduersarij eum scriptis exagitarunt, eundemque in Africa S. Fulgentius Ruspensis Episcopus septem libris vehementissimè oppugnavit, de quibus Isidorus^h: Legimus de Gratia Dei & libero arbitrio Fulgentij libros Responsonum septem, Fausto Gallia Regiensis vrbs Episcopo Pelagianæ D prauitati consentienti respondentis: obnititur eius profundam destruere calliditatem.] hæc ipse: sed qui præstant his omnibus Felix atque Gelasius Romani Pontifices eadem Fausti scripta reiecerunt: vt planè vniuersum Occidentalem orbem in eisdem Fausti libros insurrexisset, eosdemque oppugnasse, atque hæresis condemnasse, manifestum sit.

In Oriente verò non vnus dumtaxat (quem refert Ado) Ioannes presbyter Antiochenus eos Fausti libros refellit, sed Orthodoxi fermè omnes, obnitentibus contrà & turbas mouentibus Constantinopoli Scythia monachis, qui de his libellum obtulerunt legatis Hormisdæ Papæ Constantinopoli agentibus: quem cum illi recipere noluisent, ipsi Romam profecti eundem Pontificem conuenere.

Sed ad Possessorem Episcopum ea de re ipsum Pontificem litteris itidem consulentem, de Faustis libris ista rescripsit Hormisdæ: Hi verò, quos de Faustis cuiusdam Galli Antistitis E dictis contulisse, litteris indicastis, id sibi responsum habeant: Neque illum, neque quemquam, quos in auctoritate Patrum non recipit examen Catholice fidei, aut Ecclesiasticæ disciplinæ ambiguitatem posse gignere, aut religionis præiudicium comparare. Fixa sunt à Patribus, quæ Fideles sectari debeant instituta.] & post nonnulla: De libero tamen arbitrio & gratia Dei, quod Romana, hoc est, Catholica sequatur & seruet Ecclesia, licet in varijs libris beati Augustini & maximè ad Hilarium & Prosperum possit agnosci, tamen in scrinijs Ecclesiasticis expressa capitula continentur, quæ si tibi desunt & necessaria creditis, destinabimus.] hæc & alia Hormisdæ Papa ad Possessorem Episcopum Africanum, quibus valeas intelligere libris illis Faustis ab omnibus contradictum, & à sede Apostolica, Catholicaque Ecclesia eosdem esse reiectos. Sed de scriptis Hormisdæ ad Possessorem suo loco vberius agendum erit. Quinam autem colligantur ex Faustis duobus libris illis errores scriptis S. Au-

A S. Augustini & sententiæ Catholice Ecclesiæ aduersantes, tu vide illos collectos à Maxentio in Responzione ad Hormisdam Romanum Pontificem^a, vbi in pluribus Faustus declaratur hæreticus.

Videre namque est, eundem Faustum in conuentibus sanctorum Patrum, vt Saul inter Prophetas, Prophetam & ipsum apparuisse, eadem cum illis sententem: sed priuatis postea scriptis dolosa arte totam de iustificatione hominis destruxisse sententiam, dum captiosè videri volens pugnare contra Pelagium, Pelagio fauisse compertus est. Eiusmodi planè erant Pelagianorum, immo & Pelagij ipsius (vt superiori tomo ostensum est) fallaces artes; dum videri volentes eam hæresim confutare, eandem firmius stabilirent. Cum igitur Faustis sententiæ vbique ab Ecclesia Catholica fuerit contradictum, videant quanto periculo quidam ex recentioribus, dum in Nouatores insurgunt, vt eos confutent, à S. Augustini sententia de prædestinatione recedunt, cū alioqui arma non desint, quibus aduersarij profligentur.

^a Extat ipsa tom. 4. Bibl. sanct. secunda edit. ^b Faust. Lat. FEBRAB. DETEGVN. TVR.

At non his contentus nouus dogmatista, nouas in Ecclesia astruere conatus est sententias, cum illud insulsum edito scripto importunus inuexit, vt assereret animas esse corporeas. Extat hæcenus ipsius ea de re elucubratio in opusculo quod inscripsit de Creaturis, in quo quidem miram quamdam deteximus hominis in erroribus astruendis calliditatem ne, an dicam nequitiam? cum, vt lectorem decipiat, abutens S. Hieronymi nomine, eam ex eodem auctore sententiam citat, qua ille^b Origenistas impugnat. Audi, rogo, Faustis verba:

^b Hiero. epist. 27. contra Ioa. Hierosol.

Sicut in quodam sancti Hieronymi tractatu legimus: Globos (inquit) siderum comparatos esse spiritus arbitrantur.] At quàm procul ab hac sententia sanctus Hieronymus fuit, qui Origenistas ex philosophorum scholis deducentes ista figmenta ad corpora glorificata derideret? Verùm eiusdem mendaciorum latebras & captiosas fallacias detexit & confutauit

CLAVDIANVS FAUSTVM CON- PVTAT.

C Claudianus Mamerci Episcopi Viennensis germanus, tribus disertissimis libris ad Sidonium Apollinarem conscriptis, quos idem Sidonius luculenta laudauit epistola^c. Sed cum eximia illa præconia in ignominiam Faustis vertantur, aduersus quem Claudianus disputauit: planè intelligere potes eius erga Faustum priores affectus friguisse, immo & in contrarium esse conuersos.

^c Sidon. lib. 4. epist. 1. ^d In pr. fat. Claudian. oper.

At quod in talem tantumque virum incidimus, eius obuiam veneremur sepulchrum, & sacros cineres salutemus. Verùm de eius excellentia antè dicendum, & quæ de eo præmittit Sidonius, in medium adducenda. Qualis enim quantusque fuerit Claudianus cognomento Mamercus, pollens vnà cum Theologicis facultatibus, ceteris quoque scientiis, ipsi iidem tres libri sunt indices: vt planè veritatis assertorem, non autem adulatorem Sidonium fuisse cognoscas, cum duabus epistolis eius scripta cumulatissimè laudat, altera ad ipsum, altera ad Hypsidium data. Sed quod præstat in Claudiano, illud est, quod ad scientiæ cumulum hæud angustiori mensura probitatem adiecit; vt paucis verbis istis Sidonius declarauit in alia ad ipsum epistola data^d: Cum precatu Deum placas, eundem non modò amicis, sed & ignotis concilias: Cum scripturarum cælestium mysteria rimaris, quod te studiosius imbuis, eò doctrinam ceteris copiosius infundis: Cum tuas opes in vsus pauperum prodigis, tibi quidem maximè, sed alijs quoque consultum facis, &c.] Et in epistola ad Petreium^e, post multa, quibus excellentem viri doctrinam commendat, hæc de eius sanctis operibus, quibus sacerdotium decorabat, addit: Ceterum cetera quis competenti præconio extollat? quod conditionis humanæ per omnia memor, clericos opere, sermone populares, exhortatione marentes, destitutos solatio, captiuos pretio, ieiunos cibo, nudos operimento consolabatur; pariter & super his plura replicare superforaneum statuo: nam merita sua,

QVÆ LIS CLAVDIANVS.

E quibus diuitem conscientiam censu pauperatus locupletauit, spe futuræ retributionis celare plus studuit, &c.]

^d Sidon. lib. 4. ep. 1. vit. edit. ^e In epist. scrip. ad Petreium. ^f In edit. Torneffana sub titulo legitur Claudiani. ^g Sidon. lib. 4. epist. 11.

At ne contingat quempiam errare ex nomine, vel ex munere, non hic Claudianus (vt aliqui opinati sunt) Viennensis Episcopus fuit, sed presbyter germanus sancti Mamerci Episcopi Viennensis: nominant eum presbyterum Gennadius & Ado, sed & Sidonius pariter id ipsum affirmat, additque eundem fratri accessisse Vicarium, siue dixeris Corepiscopum: vnde eutò redarguas eos, qui hunc ipsum Viennensem Episcopum appellant. Accipe de eo quid Sidonius subdat^g: Episcopum fratrem maiorem natu affectuosissimè obseruans, quem diligebat vt filium, cum tamquam patrem veneraretur. Sed & ille suspiciebat hunc granditer, habens in eo consiliarium in iudicijs, Vicarium in Ecclesijs, procuratorem in negotijs, villicum in prædijs, tabularium in tributis, in lectionibus comitem, in expositionibus interpretem, in itineribus contubernalem, &c.]

CLAVDIANVS PRESBYTER, NON EPISCOPVS. ^g Genad. c. 83.

^h Sidon. lib. 4. epist. 11.

Constat autem Claudianum ante Mamercum fratrem ex hac vita subductum, cui Sido- nius Apollinaris hoc in eius sepulchro epitaphium scripsit, quodad Petreium misit:

EPITAPHIUM CLAUDIANI.

Germani decus & dolor Mamerci, Mirantum unica gemma Episcoporum, Hoc dat casside membra Claudianus: Triplex bibliotheca quo magistro, Romana, Atrica, Christiana fulsit: Quam totam monachus virente in auro Secreta bibit institutione, Orator, Dialecticus, Poeta, Tractator, Geometra, Musicusque, Doctus soluere vincla questionum, Et verbi gladio secare sectas, Si qua Catholicam fidem lacessunt. Psalmorum hic modulator & phonscus, Ante Altaria, fratre gratulante, Instructas docuit sonare classes. Hic sollempnibus annis paravit, Qua quo tempore lecta convenirent. Annistes fuit ordine in secundo Fratrem fasce leuans Episcopali. Nam de Pontificis honore summi Ille insignia sumpsit, hic laborem. At tu quisque doles, amice lector, De tanto quasi nil viro superfit, Vdis parce genis rigare marmor. Mens & gloria non queunt humari.]

A tenore

haec tenus epitaphium. Inter alia autem Claudiani scripta recenlet Ado librum vnum expositionis extremæ partis in Ecclesiasten, at non extat: sed & alia perierunt florentissimi ingenij lucubrationes, non sine iactura Ecclesiastica antiquitatis.

MAMERCIO OBITVS.

Qui verò ei superstes fuit eius germanus Mamercus Viennensis Episcopus, haud diu eam Ecclesiam gubernavit: mortuus est enim clarus sanctitate, cuius ex hac vita ad Deum transitus dies solemnibus ritibus consecratus à posteris anniuersaria memoria celebratur quinto Idus Maij. Successit huic Isicius (siue potius dixeris Esichius) ac post eum Auitus, qui (vt ex Adone dictum est) aduersus Faustum stabilire conantem Pelagianum errorem commentarium scripsit.

DE FAUSTO RRORIBVS.

Porro Faustus ipse, cum eius fallaciæ detectæ essent, quibus conatus est reueller Pelagianas scrobes in lapsum simplicium, abalienauit à se animos Episcoporum, atque decessit inglorius: quem miramur ab aliquibus imprudenter sanè inscribi Sanctum; sed multo magis obstupescimus eundem ab alijs redigi in classem monachorum ordinis sancti Benedicti; cum antequam idem Sanctus auspicaretur vitam monasticam, iam Faustus senex ex hac vita decessisset, iam longè antequam idem Benedictus nasceretur, creatus Episcopus. Hæc igitur de his satis; quæ diuersis temporibus actitata, hic in vnum oportuit collegisse, vt perdifficilis quæstionis causa facilius percipi posset.

HONORATI EPISC. MASSILIENSIS.

Qui autem occasione scriptorum Cæsarij à Gelasio Papa probatorum ad ista digressi sumus, prætermittere minimè debemus, & S. Honorati Massiliensis Episcopi huius tēporis scriptoris luculentissimi scripta ab eodem Gelasio Papa fuisse pariter comprobata. Vsu namque venisse videtur, vt Romani Pontifices quæ essent scripta Catholica cognoscerēt, cognitaque probarent. Porro de Honorato ista habet Gennadius eiusdem Massiliensis Ecclesiæ presbyter: Honoratus Massiliensis Ecclesiæ Episcopus, vir eloquens, & absque vilo linguæ impedimento ex tempore in Ecclesia declamator: & quia à pueritia in timore Dei crescens, etiam in negotijs Ecclesiasticis exercitatus est, os suum quasi armarium aperit, & in homiliarum modum ad vtilitatem legentium multa componit, maximeque ad colendam fidei rationem, & reuincendam hæreticorum peruersitatem. In cuius libera prædicanda constantia non solum vicinarum ciuitatum sacerdotes & populi delectantur, sed & longè positi, cum ad eos necessario pergunt, summam ei docendi in suis ecclesijs rogantes iniungunt.

Gennadii de Script. Eccl. cap. 99. DE SCRIPTIS HONORATI EPISC. MASSILIENSIS.

Sanctus

A Sanctus quoque Papa Gelasius Romanæ vrbis Pontifex per scripturam cognoscens eius fidei integritatem, rescripto suo probatam indicauit.] erant hæ Apostolicæ litteræ, quibus innotecebat, commentarium illum vt consentientem in omnibus Catholicæ veritati ab omnibus absque offensionis scrupulo tuto legi posse. Sed subdit hæc demum idem Gennadius de eiusdem Honorati reliquis scriptis: Sanctorum Patrum Vitas ad ædificationem posterorum coaptat ipse legendas, præcipuè nutritoris sui S. Hilarij Arelatenfis Episcopi. Litanias ad supplicandam Dei clementiam cum plebe sibi credita pro viribus agit.] hæc ipse, cum adhuc Honoratus superstes esset, Ecclesiasticis officijs totus intentus. At quod ingemiscendum est, omnia disertissimi viri nobilia perire monumenta, quæ digna æstimata sunt vt à doctissimo viro Gelasio cognita probarentur.

B Imitari voluit, vt par erat, suum Episcopum Honoratum ipse Gennadius presbyter Massiliensis, dum à se scriptum de fide librum ad eundem Gelasium Rom. Pontificem misit, sed non sicut ille ab ipso probatus apparet: non enim id ipse tacuisset de eo testari; qui ad postremum sua recensens scripta (vt Suffridi editio habet) ait hæc: Ego Gennadius Massiliæ presbyter scripsi aduersus omnes hæreses libros octo, aduersus Nestorium libros sex, aduersus Pelagium libros tres, & tractatus de mille annis. Et hoc opus de fide mea misi ad beatum Gelasium vrbis Romæ Episcopum.] hæc ipse postremo capite, quo licet complura exemplaria careant, tamen re vera Gennadij esse comprobatur & Scholiastes.

GENNADIUS AD GELASIVM SVADENS DIRIGIT SCRIPTA. Gennadii de Scrip. Eccl. c. 100.

C Sed quod tradat, se ad Gelasium suas misisse lucubrationes, & non ita de eis, sicut dixerat de Honorati Episcopi scriptis, ab ipso Gelasio probata, & scripture munita testetur: planè intelligi posse videtur, illa non absque erroris nube esse inuenta. Sed si ita est, inquit: cur Gelasius non ea inter improbata scripta reiecit? Ad hæc dici primùm potest, librum Gennadij ad Gelasium esse missum, postquam illud Romanum Concilium, in quo de his actum est, fuerat celebratum; vel (quod verius est) ipsam Gennadij lucubrationem fuisse eiusdem cura Gelasij perpurgatam, vt quæ proximè dicturi sumus, ostendent. Ceterum quod ad Gennadij doctrinam spectat, ipsum aliquando æquè ac Faustum impugnando Pelagium, fauisse Pelagianis erroribus, qui eius scripta accuratè perlegerit, intelliget. Videas ipsum insuper & in hoc ipso de Scriptoribus Ecclesiasticis libello plus satis fauere Pelagianis, eos verò impugnare: qui illis sunt aduersarij, vt superius sæpè demonstratum est; in illam verò Pelagianorum classem reiiciendum; qui intrinsecus fauentes Pelagianis erroribus, exterius visum impugnare Pelagium: vnus planè hic fuit ex presbyteris illis Gallicanis, de quibus Prosper & Hilarius apud S. Cælestinum Papam conquesti sunt, aduersus quos extat eiusdem Pontificis ad Galliarum Episcopos data epistola, cõtra quos etiam Concilium Arausicanum collectum esse suo loco superius dictum est: collega enim hic fuit Cassiani eiusdem Massiliensis Ecclesiæ presbyteri, licet ille ætate prouectior, eademque fulgine denigratus, cuius iste videtur affectatus esse vestigia.

Suffridi. pref. ad Gennadii.

DE GENNADIO FAVENTE PELAGIANIS.

Quod autem extat eiusdem Gennadij opus de Definitionibus Orthodoxæ fidei, siue de Ecclesiasticis dogmatibus, & in aliquibus codicibus sub Augustini nomine falso admodum fovebatur, à maioribus omnibus Gennadij cognitum esse, qui censuram apposuit, probè docet. Porro hunc Gennadij librum, illum ipsum esse, quem ad Gelasium de fide à se scriptum ipse Gennadius tradit, æquè intelligi potest, sed Gelasij præcepto emendatum. ipsum enim auctorem in meliorem frugem esse reddidit, factumque plenè Catholicum, & vitam laudabilem, assumptum postea ad eiusdem Ecclesiæ Massiliensis Episcopatum, vt dicamus, Hadriani Papæ in epistola ad Carolum Magnum de eodem Gennadio elogium persuadet, quod sic se habet: Sanctissimorum Pontificum hæc oblata sunt testimonia, id est, S. Gennadij Massiliensis Episcopi, qualiter veneranda sunt corpora & reliquæ Sanctorum, capite quadragesimo, vbi ait: Sanctorum corpora & præcipuè beatorum reliquias ac si Christi membra sincerissimè honoranda, & basilicas eorum nomine appellatas, veluti loca diuino cultui mancipata, affectu purissimo & deuotione fidelissima adeundas. Si quis contra hanc sententiam venit, non Christianus credatur, sed Eunomianus.] hæc ex ipso Gennadio Hadrianus, accepta (vt apparet) ex commentario illo, de quo modò mentio facta est, de Ecclesiasticis dogmatibus, capite septuagesimo tertio: quæ enim à capite vigesimo primo eiusdem commentarij vsque ad quinquagesimum secundum interiacent, non esse Gennadij, sed Gennadij correctoris, optime obseruauit doctissima schola Louanensis: fuerit ne id factum censura Gelasij, librum ad se missum cognoscentis & emendantis; vel eius iussione alius aliquis id præstitit, haud affirmare omnino audeam, vel negare. At de Gennadio hæc-

Extat apud August. in appendice ad rō. 1. p. 380. edit. Plantin.

GENNADIUS REDDITVS OMNINO CATHOLICVS.

Hadrian. epist. ad Carol. Magn. rō. 3. epist. Rom. Rom.

sed Eunomianus & Vigilantianus creditur.

nus; quem librum illum scripsisse circa exordia Imperatoris Anastasij assequi licet, cum de Gelasio Papa agens ipsum vita functum esse ait sub Anastasio Imperatore, quem constat primo Anastasijanno nondum absoluto vita functum esse. Quod verò de reliquis scriptoribus, qui post hæc floruerunt, nihil scribat Gennadius, ut de Auito Episcopo Viennensi, & aliis: satis posse intelligi videretur, iam editum librum esse, ipso (vt dictum est) exordio eiusdem Anastasij Imperatoris.

ARBITER SCRIPTORVM OMNI VM ROMA NVS PONT.

Rursum verò quod pertinet ad libros à diuersis auctoribus scriptos ad Gelasium Romanum Pontificem missos; non Occidentales tantum id præstitisse noscuntur, sed etiam Orientales. Photius enim in Bibliotheca meminit de Ioanne Orthodoxo Episcopo Alexandrino, scriptam ab eo Apologiam, qua damnauit Pelagianos, eorumque primos auctores atque Patronos Pelagium, Cælestium, & Iulianum, & seipsum ostendit Catholicis in omnibus consentire dogmatibus, hereticorumque omnium sententiis penitus aduersari. Vides igitur in vniuersa Ecclesia Catholica Romanum Pontificem præsidere solitum arbitrum scripturarum, & quidem non præsentium tantum sed etiam præteritorum auctorum: vt ea esse probata vel improbara omnes scirent, quæ ipsa Romana Ecclesia reciperet, vel reiceret, cuius censura in Romano Concilio à Gelasio Papa post alios edita reperitur, vt pote quod & scientiæ clauem apud eam esse, maiores omnes Orthodoxi absque controuersa aliqua intellexerint, atque opere professi sint. Sed de his modò hæcenus.

PETRVS MOGVS MORITVR, ATHANASIVS SVB ROGATVR.

Quod verò ad res pertinet Orientalis Ecclesiæ, hoc anno sedis Alexandrinæ inuasor nefandus Petrus cognomento Mogus moritur, cum sedisset (numerando à tempore obitus Timothei Orthodoxi) annos tredecim, quibus instar feræ bestiæ depasus est vineam Domini: adeo vt Ecclesia nobilissima, quæ primum post Romanam locum obtinuit, à Catholica & Apostolica communicatione diuisa; ceu palmæ è vite præcisus elanguerit penitus & aruerit; vixque post plurimos annos reuiuiscere, reddita pace valuerit. Ad hunc vsque annum peruenisse Mogum, errareque eos qui dixerunt antehac morte præceptum, ex eo perspicue declaratur, quod vixit aliquo tempore sedis Euphemij, cum, teste Euagrjo, ambo inter se conflictarent, altero aduersus alterum cogente Synodos. Subtrahito itaque de luce hac impio, & demerso cum impiis in tenebras exteriores, in locum eius ab hæreticis hæreticus pariter est subrogatus Athanasius sede illa ac nomine prorsus indignus: fuit hic cognomento Herniosus, Palladio æque hæretico communicatione coniunctus: de eo Euagrjus, Nicephorus, Liberatus Diaconus, Leontius Scholasticus, & alij historici veteres meminerunt, licet res ab eo gestæ vt pote filij tenebrarum obscuræ remanserint. hoc tantum de illo Leontius habet, quod cum Petrum Mogum reciperet, cum ipso non communicabant Acephali:

PELAGIVS PATRICIVS OCCIDITVR A ZENONE

Sub huius quoque anni Consulibus (inquit Marcellinus in Chronico) Zeno Imperator, in insula quæ Paganorum dicitur, Pelagij gulam laqueo frangi præcepit. hæc ipse. At non ita leuiter magni ponderis factum prætereat, sed accuratius pertractemus: Ille siquidem Pelagius (quod superius diximus) summa animi altitudine atque constantia solus aggressus est agere, quod nec reliqui omnes Comites Imperatoris, vel ipsi Constantinopolitanæ sedis Episcopi ausi sunt pertentare; nempe monere impurissimum atque sæuissimum Principem, vt à nefandis perpetrandis sceleribus desisteret: cuius rei causa mortem illam sibi nobilem comparauit, omni vita maiorem: vt pote magnum Baptistam imitatus, Principem arguendo, æquæ cum eo accepit pro mercede à diro tyranno supplicium, immo coronam, quæ ipsum terræ cæloque reddidit gloriosum. Rem gestam breuiter à Cedreno narratam accipe:

PELAGI IUSTIÆ AD DEVM PRÆGES.

Interfecit etiam (inquit) Zeno Imperator Pelagium Patricium, virum præclarum, & carminum scripture insignem; quod is pro sua prudentia & iustitia libertatem dicendi sibi sumens, Zenonis nefanda facinora palam incessebat. Moriturus autem, manibus ad cælum erectis, Deum omnium gubernatorem sic est precatus: O iustissime Deus, mihi quidem iniustissime mors infertur, propterea quod libero ore Zenonis multa facinora violenta repressi, & quod fatuum eius fratrem nolui Cæsarem designari. Tu autem Domine omnipotens, qui iustitiæ rationem habes, quamprimum eorum scelerata homicidia punito. Extat historia ab eo scripta versibus ab Augusto Cæsare exorsa. Homerocentra etiã composuit, & alia quam plurima laude digna. Zeno autem Zosimum præterea interfecit Rhetorem Gazæum, & Arcadium Præfectum, aliosque illustres viros. hæc Cedrenus.

Porro innocentissimi Pelagij preces implorantis à Deo iustissimam aduersus scelestissimum Imperatorem vindictam quam citissime exaudita sunt: neque enim elapsus est annus,

A nus, cum Zeno terribilem à Deo irato ultionem excepit: quomodo autem id acciderit, anno sequenti dicturi sumus. Sic namque sæpè sæpius accidisse vidimus, vt cum Deus ob populi peccantis delicta sinat seuissimos regnare interdum tyrannos, qui scelestos pœnis addicant, potissimum verò potentes, qui impunè hæcenus deliquissent: cum verò iudem Principes & innoxium sanguinem effundere non sunt veriti, clamante illo sicut sanguine Abel à Domino, mox & ipsi Deum vindicem experti sint, ac iure quidem: Nam cum omnis potestas à Domino Deo sit, tamen non nisi ad vindictam malorum (vt ait Petrus) laudem verò bonorum eidem Principibus à Deo gladius impertitus est: quem cum iniquè in innocentes conuertunt, ab eis à Deo qui dedit, auferitur, fitque secundum imprecationem Propheticam: Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur. regni namque simul & vitæ dispendia miserrimè patiuntur: sicut & Zeno diu toleratus à Deo, licet impurus, licet hæreticus, licet auarus & iniquus, expertus est: cum enim in Pelagium virum innoxium atque timentem Deum gladium conuertit, in se ipsum è cælo vindictam eduxit.

QVAMDIV MALI PRINCIPES TOLERANTVR

Genes. 4. 1. Petr. 2.

Psal. 36.

Cum autem innocentis Pelagij Patricij obitus auditus esset, præter ea quæ Zeno in Catholicam Ecclesiam in dies magis magisque peccaret, magnus bonorum audus est mæror. Sed quæ tam Leontius monachus, qui diuinas litteras profitebatur, dixerit, accipe à Suida, vbi de ipso agit his verbis: Leontius monachus sub Zenone, cum occulta Scripturæ loca prophetica gratia declararet, multos studiosos habuit affectas. Cum verò quidam Imperatoris portenta contra Ecclesiam molestè ferrent: Non (inquit) miranda sunt ea, quæ fiunt ab homine ad Imperium ab hominibus adscito, cum Saul diuino suffragio Rex designatus Achimelech sanctissimum sacerdotem & eius filios in domo Domini gladio confecerit. Aliis autem dubitantibus, & ingenium eius è mansueto sæuum factum esse opinantibus, quod initio Imperij quædam pollicitus esset, quæ ad bonum tenderent: Non mutauit (inquit) naturam, sed in rebus secundis improbitatem declarauit, longo tempore Illi Exconsulis metu dissimulatam. Idem Leontius cum quidam Clementis Stromathej librum legeret, & ad locum peruenisset, quo ille viros deridet qui faciem meretricio more pingunt & capillos tingat, aut fucet faciem? Monachus alius subiecit: Nos vniuersi de homine dubitamus, num is vilo modo sustineret ornatu mutare naturam: nec tamen hoc facere putauimus Imperatorem. Perargutè sanè deriserunt monachi eos, qui naturam virilem transformare in muliebrem student. hæcenus Suidas de Leontij viri doctissimi salibus in Zenonis putoribus accommodatis.

QVAS LEON TIVS DE ZENONE.

Suid. verbo Leontius.

1. Reg. 22.

Hoc eodem anno sub notatis Consulibus, ad Duram fluium (inquit Cassiodorus) Odoacrem Regem dominus noster Theodoricus tertio certamine superauit: qui Rauennam fugiens, oblidetur inclusus. hæc ipse: sed Marcellinus sub anni superioris Consulatu hæc refert. At præferendus fide Cassiodorus, qui res ante oculos positas scripsit; cuius auctoritate etiam liquet triennium interlapsum, vsquequo Odoacre occiso, Theodoricus absque alicuius obice tota est potitus Italia. Id ipsum Iordanus atque Procopius tradunt.

Cassiodorus in Chron.

ODOACRE INTERVM VINCITVR ET OBSIDETVR.

Iordan. de reb. Get.

Procop. de bello Goth. lib. 1.

Q Vi sequitur annus Domini quadringentesimus nonagesimus primus, vnus tantummodo Olybrij Consulibus nota inferitur Fastis. Extat ad Olybrium Ennodij carmen & plures familiares Epistolæ, ex quibus præter auitam eius insignem nobilitatem, doctum ipsum fuisse atque pium cognosces. Cuius Consulatu (vt Cassiodorus atque Marcellinus tradunt, & alij omnes absque controuersia vlla consentiunt) Zeno Imper. finem viuendi fecit. Mortuum tradunt hoc anno, sed quo mense & die, ab antiquis non prodicitur, à recentiore suo arbitrio ponitur octauo Idus Aprilis: Sed quo mortis genere, accipe de pauendo Dei iudicio quid dicant historici: atque primum Euagrjus: Cum autem Zeno absque liberis decimo septimo regni sui anno confecto esset, comitali morbo extinctus est, &c. At audi Cedrenum: Fertur (inquit) fama, Zenoni à quadam diuina potestate fuisse caput abscissum, vt ea res conspectum hominum fugeret, solaque cute caput cum ceruice coniungeretur. sed

DE OBITU ZENONIS IMP.

Euag. lib. 3. c. 29.

Cedrenus in Compend. hist.

fed haud est recepta sparsa vulgo sententia. Verum illud magis certum, ipsum quidem morbo comitali arreptum, aded vt videretur mortuus, viuentem verò fuisse sepultum: nam idem subdit: Itaque vxorem & cubicularios propriæ salutis consulentes, mortuum in assere iacentem reliquisse: diluculo tandem quemdam cum nulla necessitudine attingentem sindonem cadaueri iniectisse. Satellites porrò, qui ad sepulchrum, in quo repositus fuit, custodiendum erant collocati, reulerunt, se per duas noctes lamentabilem vocem audiuisse ex sepulchro elaram: Miseremini, & aperite mihi. Cum illi dicerent, alium iam imperare: Nihil, inquit, curo: In monasterium me adducite. Sed cum non aperirent, ferunt aliquantopost monumentum fuisse reclusum, inuentumque in eo Zenonem, qui præ fame suos ipse lacertos mandiderat, & caligas quas gestabat. Quia crebrò comitali corripiebatur morbo, quæ ipso adhuc viuentem Ariadna Zenonem amabat, eadem mandauerat custodiis regij sepulchri ne aperirent.] hæc Cedrenus.

ZENO VI. VVS. SARP. SVS.

Zonaras tom. 3. Annal.

Zonaras autem alias causas, vt viuus sepeliretur, enarrat his verbis: Tradunt enim quidam, eum gulæ & ebrietati indulgentem errore mentis affici solitum, & prolapsum à mortuo nihil destitisse. Cum verò ipsi etiam coniugi Ariadnæ inuisus esset, sic inebriatum, pro mortuo in monumentum Imperatorium ab illa coniectum, lapide maximo, qui pro operculo esset, imposito: factumque sobrium, vociferatum quidem esse lamentabiliter, sed nemine curante, miserè periisse. Alij dicunt, cum ægrotus acerbissimis doloribus vgeretur, pro mortuo habitum, & in sepulchro positum, ibique expirasse, lamentantem, & domesticos implorantem, cum Ariadna prohiberet, ne quis monumentum aperiret, aut quicquam illum curaret.] hæc Zonaras. Verum Euagrius asserens eum comitali morbo extinctum, haud his repugnat: mortuus enim creditus, & vt mortuus sepultus est.

Job 6.

Hunc tandem Zeno consecutus est finem, postquam annos seprèdecim & menses quinque (vt habet Marcellinus) imperasset, digno vita impia atque probrosa exitu cõsummat, & horrenda morte præreptus, vt viuens inter mortuos deputatus sit; qui mortuus inter viuentes, impius inter pios voluit adnumerari, fallens per simulationem Ecclesiæ Catholicæ iudicium; sed Deum minimè decipere potuit, cuius licet seram, diram tamen vindictam expertus est: vt ei acciderit, secundum quod de impijs Iob sanctus vaticinatus ait: Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorû: ambulabunt in vacuum & peribunt. Considerate semitas Thema & itinera Saba, & exspectate paulisper. Confusi sunt, &c.

ZENO VI. HÆRETI- CUS DAM. NATVS.

Inuolutas planè fuisse semitas Zenonis gressuum, quæ singulis annis de ipso sunt narrata declarant: Inuolutas dixerim, cum ad tempus faciem præferret Catholicis Principis, cum pellens hæreticum tyrannum Basiliscum studet apparere Catholicus; cum & leges pro fide Catholica sanxit, hæreticos expulit, Orthodoxos in Ecclesias restituit; rerum verò potitus, in tutoq; Imperio collocato, rursus hæreticos, pulsos Catholicis, reuocauit. Vt planè tali exemplo apparuerit, maximè infidam esse fidem regnantis hæretici hominis, non ad pietatem, sed ad regni stabilitatem cuncta voluentis, ac susceq; miscntis. Toleratus est ipse diu à Felice Romano Pontifice, quod se esse negaret hæreticum: communicationem verò cum hæreticis ex Acacij consilio, præmissa fidei Catholicæ confessione, se iniisse professus est; sic planè studens occultare quod erat, exhibens se Catholicum, cum non esset.

Verum inuoluta ista fictionum, quibus serpentes intus latentes obtegebantur, post aliquot annos Hormisda Papa, Apostolica vsus auctoritate, palam fieri, ob oculosque omnium exponenda curauit, cum Iustinum Imperatorem adegit, vt Zenonis nomen tamquam hæretici ex albo Catholicorum Imperatorum expungeret. Quomodo autem res tanta fuerit peracta, suo loco dicemus. Non enim mortuus damnatus est; sed qualis re vera viuens fuerit, perfectius agnitus, cum defunctum absque pœnitentia hæreticum Pontifex iudicauit alienum à cõsortio communicationis Catholicæ, qua solet præscriptis ritibus Ecclesia communicare cum mortuis.

Euag. lib. 3. c. 19.

Mortuo Zenone (inquit Euagrius) Longinus eius frater magnam adeptus potentiam, tamen si spem animo concepit se Imperio potiturum, tamen ea quæ expectabat, minimè est consecutus: nam Ariadna Anastasio, qui nondum ad Senatorium ordinem ascenderat, sed solum in schola Silentiariorum (sic enim dicitur) adscriptus erat, coronam imposuit Imperatoriam.] & paulo post: Iste Anastasius patriam habuit Epidamnium, quæ iam Dyrhachium nuncupatur. Et primum Longinum fratrem Zenonis, officio fungentem Magistrum, quem vetustiores Præfecturam ordinum Aulicorum vocabant, mittit in patriam; multisque alijs postea Isauris idem postulantibus, ad suos reuertendi concessit potestatem.] hæc

ANASTASIVS EXSILENTIARIO IMPERATOR.

hæc Euagrius. Res aded inopinata suspicionem haud leuem concitauit, promotum fuisse ab Ariadna Augusta inferioris Palatinæ militiæ hominem ad maximum dignitatis fastigium ob turpem amborum commixtionem. Quodnam autem fuerit Silentiarij munus, ex quo Anastasius in Imperium euectus est, Procopius sic breuiter docet: Qui (inquit) in Palatio Imperatoris militantes, ea quæ sunt quietis curarent, Silentiarij sunt appellati.]

Procop. do bello Persic. lib. 2.

Sic igitur conatu Ariadnæ Imperatricis Anastasius Imperator creatus, primum omnium Euphemium Episcopum Constantinopolitanum aduersarium sensit, quippe qui eum coronari non consensit, nisi prius emissa Catholicæ fidei professione: etenim eum non rectè sentire de fide Orthodoxa, vehemè suspicio erat. At quid ille? Vt regnaret, statim absque obice interiecto, rectæ fidei confessionem Euphemio obtulit. Hæc quidè in primis docet Theodorus Lector, cum ait: Ei restitit Euphemius Episcopus, vocans eum hæreticum, & indignum qui Christianis imperaret: Ariadna verò & Senatores vi tractum cogunt. Ille verò consentire noluit, nisi scriptam ab eo confessionem retulisset, qua Chalcedonenis Synodi decreta determinationi fidei inserta comprobaret, quod ille fecit. Manichæi & Ariani letabantur propter inaugurationem Imperij Anastasij: Manichæi, quod mater illius zelo ac studio ipsorum prædita erat; Ariani verò, quod Clearchum auunculum Anastasij consentientem haberent.] hæc Theodorus. Quæ præterea verba tranfacta fuerint inter Anastasium & ipsum Euphemium Episcopum Constantinopolis, Suidas sic narrat: Hic sub Euphemio Patriarcha Constantinopolitano, cathedra parata, cum quibusdam cœtus agitabat. Verum Euphemius minitabundus ei dicit: Vt, aut si frequentaret ecclesiam, cum ea confiteret; aut nequaquam eam ad peruertendos simplices ingrederetur: Sin secus (inquit) feceris, resecta tua coma, te in triumpho ducam cum populo. Ex eo tempore quieuit, felix illius gloriæ causa retinendæ.] hæc cum dixit Euphemius, planè exauctorationem ei comminatus est: siquidem idem erat recidere Imperatoris comam, quod in ordinem monachorum redigere ad pœnitentiam, vt de pluribus factum legitur. Vidisti quanta sibi auctoritate sacerdotij sumat Euphemius, vt abrogationem Imperij magna animi celsitudine intrepidus publicè comminatus fuerit Imperatori: Quod timens ille, ab hæreticorum cœtu ad tempus saltem abscessit, simulans se esse Catholicum.

EUPHEMIVS EXRGIT PROFESSIO- NEM FIDEI AB ANASTASIO IMP. Theod. lect. lib. 2. Coll. 8.

Antequam verò ista de perfidia detecta, & contradictione ab Euphemio Anastasio exhibita innotesceret Romano Pontifici, de creatione eius summa celeritate nuncio Romam allato, gauisus quidem est Romanus Pontifex Felix: qui enim expertus esset, quanto discrimine sub Zenone in Oriente fides Catholica laborasset, existimans aduenisse diem, quo priora illa infelicissima tempora, quibus sola hæresis triumpharat, penitus desinerent, & fides oppressa confurgeret; gratulatoriam statim ad Anastasium Augustum dedit epistolam, vt benignitate eum allicere & eius capere animum festinaret, & sic hæreticos antenereret in hoc ipsum solitos omnem impendere diligentiam, vt recens creatum Imperatorem in suas partes mille comparatis vndique artibus veluti captiuum adducerent. Scripsit igitur Felix Papa ad Anastasium litteras gratulatorias, quarum Gelasius Romanus Pontifex eius successor his verbis meminit in Commonitorio ad Faustum: Prædecessor meus non solum minime eius nomen artigit, verum insuper quando principia adeptus regiæ potestatis exercuit, in eius se scripsit Imperij promotione gaudere.] hæc Gelasius.

FELIX PAPA SCRIP- SIT AD ANASTASIVM IMP.

Quod enim ante Imperium Anastasius haud aded illustris persona esset, qui nec adhuc inter Senatores militare meruerat; haud mirum videri debet, si qualis re vera esset, hæreticus, Romæ minimè innotuisset. Verum etsi quis rumusculus de hæresi diffamatus fuisset, oblata ab eo fidei Catholicæ confessione Euphemio, penitus euanuerat. Ceterum nec lenis susurrus in populo aduersus eum potuit diffamari, cum ab omnibus vir sanctissimus haberetur, prout populi acclamations declarant, quas recitaturi sumus. Hæc igitur in his quæ spectant ad Catholicam fidem fuerunt primordia Anastasij Imperatoris, cum se per rectæ fidei professionem ab omni suspicione hæresis liberauit.

ANASTASIVS OPTIMI PRINCEPIS SPECIMEN EDIDIT.

Quod autem ad politicum statum pertinet: magnam quidem de se expectationem concitauit, fore optimum Principem, qui omnes prædecessores facile superaret. talia quidem ab eo præstari debere, concitata de ipso expectatio extorquebat: nam in pristino statu humili collocatus, specimen viri sanctissimi in omnibus ferè vitæ actibus ediderat. vnde hac ex parte in his quæ foris apparebant, Ariadna Augusta excusatione meruisset, immo & laudem haud mediocrem consecuta esset: vt pote quæ obstitisset ne regnaret impurissimus Longinus frater Zenonis Imperatoris, euexissetque in Imperatorem virum optimis moribus aded

CHRISTI
491.FELICIS PAP.
9.ANASTAS. IMP. I.
ODOACR. REG. 16.

comparatum, ut eo nomine celebris, licet militiæ ordine infimus, haberetur, visa in his egregium factum S. Pulcheriæ imitata, cum posthabitis illa reliquis, Marcianum virum rectissimum in Imperij regimen diuino consilio promouisset.

Cum verò recens electus Imperator, ex more, munera Circensia populo exhiberet, qualis de eo hæcenus viguisset in populo fama, quæve opinio parva, spes concepta, & expectatio aucta, accipe quæ ex eius temporis scriptis Cedrenus affert^a, verbis ex publicis Actis proditis: cum autem Anastasius, habitu sumpto Imperatorio, in Circo sederet: omnis populus vno ore directè in clamauit: Sicut vixisti, ita etiam impera, domine. Quippe qui ante gallicantum templum adire solebat; ibique dum concio dimitteretur, stabat Deum precans: frequenter ieiunabat; & sua pauperibus & mendicis erogabat.] At ne putes adulatorias has fuisse populi voces, audi quid Gelasius Papa habeat in litteris ad eum datis^b: Non me (inquit) latet, Imperator, quod tuæ pietatis studium fuerit in priuata vita: optasti semper fieri particeps promissionis æternæ, &c.] hæc de pristina eius vitæ institutis, quibus magna hominum admiratione diutius affucisset: Iis ut responderent reliqui vitæ actus, cum moderandas suscepit habenas Imperij, ista statuit, quæ idem Cedrenus subdit his verbis: Delatores funditus ex vrbe deiecit: aboleuit etiam tributum, quod Chrysfargyrum dicebatur, Auroargentum aliàs. Id tale fuit: Quisquis mendicus, quæuis meretrix, quæuis repudiata, quæuis seruus, quæuis libertus arario aliquid impendebant, atque etiam de mulo, de fimo, de iumentis, de canibus in vrbe vel rure degentibus homo siue mas esset, siue femina, annuum argenteum pendebar, tantamdem equus, bos, mulus, asinus, aut etiam canis obulos sex: & erat tum in agris, tum in vrbibus magnus eiulatus, cum id tributum absque aliqua miseratione exigetur.

^a Cedrenus in
Compend.
FRIGOR VI-
TA ANASTA-
SII QUAM
ZAVDABI-
LIS.
^b Gelas. ep.
20.

CHRYSAR-
GYRVM AD-
BAPTVM.

^c Theod. Lect.
Col. lib. 2.

AVIDITAS
SVCCISA,
NON AVVI-
SA.
^d Sap. 4.

^e Suid. in bi-
sior.
ANASTA-
SIVS EXPI-
LATOR IM-
PERII.

Itaque Imperator, cum ea de re legatos ad eum misissent monachi Hierosolymitani, & Timotheus Gazæus vir sapientissimus tragædiam de ea finxisset, excidit ista: atque eo sanè tempore illustrem suam fecit liberalitatem, quod tributum illud quadriennale, quod magna cum omnium pernicie ingentem talentorum corradebat numerum, & Chrysfargyrum appellabatur, sustulit, tabulasque eius tributi descriptionem continentis in Circo coram populo omnes cremavit. At Republicam quidem ille tanta magnificentia emendabat.] eadem Theodorus Lector de Chrysfargyro sublato, qui & alia ab eo tunc rectè instituta recenset, ubi ait^c: Anastasius Chrysfargyrum remisit, & venationes sustulit, & magistratus qui venales fuerant, gratis contulit.] hæc ipse. At quis talia tantaque videns & audiens, summam elcuidandæ Reipublicæ spem de ipso recens creato Imperatore non concepisset?

Sed quod omne quod non ex animo, sed ex ambitu partum est, quodve firmas non habet in virtute radices, & in charitate Dei minimè fundatum est, diutius consistere haud valet, secundum illud Sapientis^d: Plantæ adulterinæ non dabunt altas radices] ad momentum ferme ista sunt visa, & statim ab intuentium oculis euanuere: ac planè accidit, perinde atque cum radice non euulsa, si stipes præcidatur arbuticulæ, multiplicatis scetibus erumpant hinc inde maiori virore germina & coalescant: ita planè Anastasio accidit, cum post firmatum iam & stabilitum Imperium, post excisum Chrysfargyrum, eius cupiditas in radice latens rursus pullulauit in diuiores exactiones & publica furta. Nam accipe quid de ipso Suidas enarret^e: Anastasius Romanorum Imperator mutatus in deterius, vniuersum Imperium aristocratiam effecit, magistratibus omnibus vendendis, & delinquentibus ignoscendo, inexplebili pecuniæ auiditate incensus. Vnde factum, ut prouinciæ militaribus catalogis exhaustis, prouinciales rebus insuetis & peregrinis percellerentur. Neque enim armis infestis barbaros propulsabat, sed pecunia subinde pacem redimebat. Ad hæc in bona defunctorum inquirebat, & communem omnibus paupertatem donabat. Quorum enim ipse rem familiarem auferebat, iis paulo post pietatis nomine distribuebat; & quarum vrbium incolas nudabat, earum ædificia renouabat, ut & patriam studiosè exornaret, tribusque coronis circumdaret. Sub hoc Libycæ vrbes grauiter sunt afflictæ ab iis qui Lazici dicebantur: præfecerat enim his nepotem ex filia Marinum, hominem adolescentem, leuissimoque præditum ingenio; rursus post illum, Basianum filium: Is verò suis factis quouis modo superioris Prætoris intemperis superatis, effecit ut priorem statum desiderarent, quamuis necesse & ademptas sibi opes recordarentur.] hæc Suidas. Porro ad extremam Orientalis Imperij cladem & Catholicæ fidei desolationem talem hominem in Imperatorem ab impia Ariadna esse promotum, exitus patefecit.

Quid autem infaustum hoc anno acciderit, cum idem Anastasius creatus est Imperator, Mar-

CHRISTI
491.FELICIS PAP.
9.ANASTAS. IMP. I.
ODOACR. REG. 16.

A Marcellinus sub anni huius consulatu ita ait: Bellum plebeium inter Byzantios ortum, par- CIVILIBUS
LVM CON-
STANTINO
POLI.
que vrbis plurima atque Circi igne combusta.] hæc ipse: sed cuius rei gratia eiusmodi ciuile bellum conflatum fuerit, nusquam mentio: putantur quidem illi qui Zenoni eiusque germano studuissent, ægro animo ferentes, illo posthabito, huic mediocri conditionis homini Romanum Imperium esse decretum, eiusmodi ciuiliu conflictationum auctores fuisse. Confundunt nonnulli præsens incendium cum eo, quod Zenone superstite contigisse diximus, cum bibliotheca regia conflagrauit. Porro tunc accidisse creditur, quod Procopius tradit, incensum esse nobilissimum omnium templum, Sophiam dictum: ait enim^a: Viles quidam & vulgi sex olim templum Christianorum concremare ausi sunt, templum, inquam, quod Byzantini Sophiam vocant, opportuno in primis nomine excogitato. Permisit Deus impium fieri opus, præuidens nimirum in quantam olim elegantiam templum restitui deberet. Etenim totum templum in cineres redactum Iustinianus (quamquam multo post) ita reparauit & expoliuit, ut quisquis de priori templo audierit, is monstrata præsentis venustate, optare possit illud iam dudum periisse.] hæc Procopius, qui item addit de augustissima domo hospitali S. Sampsonis exusta. His planè funestis exordiis Anastasius est Imperium auspicatus, quibus faciem ipsam ferre ad Ecclesiam Catholicam inflammandam videri poterat præsignatum. Reliqua de ipso inferius annis singulis referemus.

At vice versa hoc item anno accidit, ut cum Anastasius, Silentarius esse desinens, creuerit in Imperatorem; Dei consilio vir sanctissimus Ioannes ex Antistite Colonia in Armenia euaserit Silentarius, cum videlicet sedi nuncium remittens, profectus ad loca sancta, subiiciens se disciplinæ magni Sabæ, mutatus in monachum, ob incomparabilem silentij obseruantiam, Silentarius fuit cognominatus. historia quidem scitu digna & Annalibus Ecclesiasticis congrua, cum præsertim à Cyrillo monacho discipulo admirandi illius Euthymij, qui his viuere temporibus, scripta fuerit. Liceat absque inuidia dicere, me neminem reperisse post sanctos Athanasium atque Hieronymum, qui maiori fide scripserit sanctissimorum virorum res gestas, digerens eas, atque distinguens accuratè per tempora, ac ipse Cyrillus, dum quæ ipse vidit, vel sanctorum omni probitate præstatiu virorum relatione didicit, absque leui suspitione mendacij, sinceram veritatem veluti sacrosanctum depositum posteris tradidit, nempe Acta Euthymij, itemque Sabæ, & Ioannis Silentarij, de quo est sermo: sed & eiusdem auctoris creduntur esse Vitæ Theodosij Cœnobiarchæ, nec non Quiriaci anachoretæ, qui iisdem temporibus claruere viri sanctissimi; sed quod illæ careant auctoris inscriptione, feruntur nomine eius qui postremò edidit Metaphrastes, cum tamen ipse ea antiquius scripta tantum exscripserit.

D Sed quod spectat ad Ioannis aduentum in Palæstinam: erat quidem in Orientali Ecclesia florentissima fama S. Sabæ Abbatis in Palæstina degentis, utpote viri ob egregias virtutes Deo acceptissimi: adeo ut cum ex aliis Orientis partibus, tum ex Armenia ad ipsum conuolarent, qui ex cultioris monasticæ obseruantia cupidi essent: nam hæc de ipso in primis idem Cyrillus^b: Tunc quidem (inquit) agebat Sabas quinquagesimum tertium annum suæ ætatis, quo tempore Anastasius quidè sedem tenebat Imperatoriam, cum è viuus iam excessisset Zeno. Eodem autem anno ad Lauram accedit vir quidam diuinus, quem dona decorabat spiritualia, genere Armenus, nomine Hieremias; quem duo quoque sequebantur discipuli, qui vocabantur Petrus & Paulus, qui cognoscebantur eius vitam apertè referre & exprimere.] & paulo post: Cum itaque Hieremias, & qui cum ipso erant, ita venissent ad Lauram, diuinus quoque Episcopus & Silentarius Ioannes eorum vestigia sequens, eodem accedit iam agens trigésimum octauum annum ætatis, &c.] his ducibus Armenos plurimos in Lauram confluisse tradit. Porro quomodo diuino monitu tantus Antistes tum generis claritudine, tum egregijs virtutibus exornatus, missam faciens sedem, incognitus sub Sabæ disciplina profiteri cœpit, ex ipso Cyrillo rem gestam audire pergratum erit: post enim enarrata gloriosa Ioannis primordia, & functionem muneris Episcopatus, hæc subiicit:

Cum hic ergo diuinus Ioannes transeisset iam decem annos in Episcopatu, accidit, ut COLONIEN-
SIS ECCLE-
SIA AFFLI-
CTATA.
maritus sororis eius, qui vocabatur Pafnicus, Armeniorum haberet administrationem: qui instinctu satanico cœpit damno afficere & conturbare eam quæ illi credita fuerat Ecclesiæ: his quidem qui eam administrabant, non permittens ut Ecclesiasticarum rerum curam gererent: eos autem qui intra eius fines cofugiebant, vi auellens, & ius asyli soluens ac violans. Qui cum sæpe rogaretur à Dei seruo, euadebat deterior, Maria eius sorore iam mortua. Cum autem ex eo vir iustus in grauissimam incidisset afflictionem, cogitur venire Constan-

^a Procop. de
edific. Insi-
Imp. otal. 1.
INCENDIUM
A TVRPA
EXCITATA.
TVM.

CYRILLVS
VRAX ET
ACCVRATVS
SCRIPTOR
RERVVM SS.
MONACHO-
RVM.

^b Cyril. in vi-
tas. Sabæ. lib.
apud Suidam.
c. 26.

CHRISTI
491.

FELICIS PAP.
9.

ANASTAS. IMP. I.
ODOACR. REG. 16.

Constantinopolim. Cum verò illic fuisset, & quæ erant eius Ecclesiæ vitia peregrisset circa finem Imperij Zenonis, Euphemio Episcopo Constantinopolitano pro se decertante, Deo gratum inuit consilium, nempe vt in sanctam secedat ciuitatem, & per se quiescat ab omnibus huius vitæ negotiis. Cum autem dimisisset eos qui cum eo erant presbyteros ac clericos, ac diuinis iussis peractis, & omnibus nescientibus solus nauem conscendisset, venit Hierosolymam, & manet in primo sanctæ ciuitatis Gerocomio, in quo Gerocomio est oratorium sancti martyris Georgij.

QVO STENO
IOANNES
IN SOLITV-
DINEM DV-
GITVS.

Cum autem illic fuisset, & mundanam illic turbam aspexisset, magno animi dolore affectus, Deum rogauit cum lachrymis, vt duceretur in locum sibi gratum & quietum & aptum ad salutem consequendam. Postquam autem in dicto Gerocomio mansit venerandus pater noster Ioannes, in fundendis noctu ad Deum precibus versans longo tempore, cum vna nocte ex omnibus solus Gerocomij impluuium cælum aspexisset, aspexit repente stellam lucis, quæ habebat figuram Crucis, & ad ipsam veniebat, & audiuit vocem ex illa luce dicentem: Si vis esse saluus, sequere hanc lucem. Is autem cum credidisset, protinus est egressus, & illam lucem secutus, venit in maximam Lauram S. patris nostri Sabæ, cum eo tempore esset Hierosolymitanæ Ecclesiæ Pontifex Sallustius, quattadecima Indictione, trigesimo octauo ætatis suæ anno: Quo quidem tempore à Deo constructæ maximæ Lauræ ecclesiæ celebrata sunt encænia, seu dedicatio: Anastasius autem, mortuo Zenone, susceperat Imperium, vt eum audiui sua lingua loquentem.] hæc de progressu Ioannis Colonienfis in Armenia Episcopi in Lauram Cyrillus, signans hunc ipsum annum etiam ex Indictione, quo nimirum decimaquarta absoluta, decimaquinta mense Septembris inchoatur: vt videas omnia quam exactissimè reddita tempori. Porro voluit Deus, tanto signo cælitus misso, fieri manifestum, haud ignauæ adscribendum S. Ioanni, si Ecclesiam in persecutione reliquit. Verum & exitus declarauit, ex fructibus nempe productis, Dei voluntatem fuisse, vt nobilis Ecclesiæ pastor pascendus ex Armenia transferretur in Palestinam, illic vberem fructum redditurus tempore suo, vt eius vitæ Acta declarant, necnon Sabæ, quæ quis otiosus magna animi delectatione legere poterit.

Quo autem statu res Italix, configentibus simul duobus barbaris Regibus, fuerint, Cassiodorus his paucis declarat: Hoc Consule (nempe Olybrio) Odoacer cum Erulis egressus Rauenna nocturnis horis ad pontem Candidum à domino nostro Rege Theodorico memorabili certamine superatus. Tunc etiam VVandali, pace suppliciter postulata, à Sicilia solita deprædatione cessarunt.] hæc ipse. Porro ad huc biennio Odoacer Rauennæ se muniens resistit Theodorico, qui interea tota est potitus Italia.

OBITVS S.
PATRICII.

* LXXXII.

Sub huius anni Consulatu à Mariano Scoto eius gentili (nam Hibernia Scotia dicta reperitur) obitus recensetur S. Patricij Hiberniæ primi Episcopi. ait enim: Sub Olybrio Consule Sanctus Patricius Hiberniæ Archiepiscopus obiit, cum esset annorum nonagintaduorum. Qui cum esset annorum sexdecim, venditus est, sex annis vixit in seruitute in Romanis partibus; sexaginta annis in Hibernia prædicauit.] verum ex recensitis annis deducto numero, non nisi octogintaduobus eius reperuntur ætatis. sed alia est apud Probum, qui Vitam eius scripsit, supputatio annorum S. Patricij: qui eum centum atque trigintaduobus annis vixisse tradit. ad hanc planè ætatem eum peruenisse oportuit, si (vt ait) annos triginta natus exitit discipulus S. Martini. At qui viuens prædicatione, post obitum magis illas regiones miraculis illustrauit.

IESV CHRISTI
ANNVS
492.

GELASII PAP.
ANNVS
I.

ANASTAS. IMP. 2. E
ODOACR. REG. 17.

FELICIS
PAPAE OB-
ITVS.

* Martyrolog.
Rom. die 25.
Februarij.

Christi Redemptoris nostri anno quadringentesimo nonagesimosecundo, Consulibus Anastasio Augusto atque Rufino, quinto Kalendas Martias moritur sanctus Felix Papa, cum sedisset annos nouem, minus diebus duodecim, summa laude Pontificia administratione perfunctus; receptusque cum beatis in cælis, in terra etiam venerandus in perpetuum anniuersario cultu remansit ipsa die natalis sui. In Martyrologio enim Romano, ex-plosa deprauata lectione, qua legebatur Felix Quartus pro Tertio, hæc leguntur dicta die vigesimaquinta Februarij: Romæ natalis sancti Felicis Papæ Tertij, qui sancti Gregorij Papæ

CHRISTI
492.

GELASII PAP.
I.

ANASTAS. IMP. 2.
ODOACR. REG. 17.

A Papæ ataus fuit; de quo is refert, quod sanctæ Tarillæ nepti apparens, illam ad cælestia regna vocauit.] Verum quod ataus Gregorij fuerit Felix Tertius, & non Quartus, vt Ioannes Diaconus existimauit, tum ratio temporis persuadet, tum etiam patria affirmare cogit: siquidem ille Samnita, hic verò Romanus sicut & Gregorius fuit. Sed de his pluribus in Notis egimus. Porro historiam de Tarilla atque Felice idem Gregorius publico concionis præconio euulgauit, itemque dialogorum commentariis est profecutus, his scilicet verbis post centum ferme annos:

* Greg. hom.
in Euan. 18.
Eddent. g. lib.
4. c. 16.

Tres pater meus sorores habuit, quæ cunctæ tres sacræ virgines fuerunt, quarum vna Tarilla, alia Gordiana, alia Emilianæ dicebatur: Vno omnes ardore conuerse, vno eodemque tempore sacratæ, sub distractione regulari degentes, in domo propria socialem vitam ducebant. Cumque essent diutius in eadem conuersatione, cœperunt quotidianis incrementis in amorem conditoris sui Tarilla & Emilianæ succrescere, & cum solo hinc essent corpore, quotidie animo ad æterna transire. At contra Gordianæ animus cœpit à calore amoris intimi per quotidiana decremента tepescere, & paulisper ad huius sæculi amorem redire. Crebrò autem Tarilla dicere Emilianæ sorori suæ cum magno gemitu solebat: Video Gordianam sororem nostram de nostra sorte non esse: perpendo enim, quia foras defluit, & cor, ad quod proposuit, non custodit. Quam curabant blanda quotidie redargutione corripere, atque à leuitate morum ad grauitatem sui habitus reformare. Quæ quidem resumebat vultum subito grauitatis inter verba correctionis: sed cum eiusdem correctionis hora transisset, transibat protinus & superducta grauitas honestatis; moxque ad leuia verba redibat, puellarum gaudebat societate laicorum; eiq; persona valde onerosa erat, quæcumque huic mundo dedita non erat.

DE TARSIL-
LA, GORDIA-
NA, ET AB-
MILIANA.

C Quadam verò nocte huic Tarillæ, quæ inter sorores suas virtute continuæ orationis afflictionis studiosæ, abstinentiæ singularis, grauitate vitæ venerabilis, & honore & culmine sanctitatis excreuerat (sicut ipsa narravit) per visionem ataus meus Felix huius Romanæ Ecclesiæ Antistes apparuit, eiq; mansionem perpetuæ claritatis ostendit, dicens: Veni, quia in hac te lucis mansionem suscipio. Quæ subsequenti mox febri correpta, ad diem peruenit extremum. Et sicut nobilibus feminis, virisque morientibus, multi conueniunt, qui eorum proximos consolentur, eadem hora eius exitus multi viri ac femine eius lectulum circumsteterunt, inter quas mater mea quoque affuit. Cum subito sursum illa respiciens, Iesum venientem vidit: & cum magna animaduersione cœpit circumstantibus clamare, dicens: Recedite, recedite: Iesus venit. Cumque in eum intenderet, quem videbat, sancta illa anima à carne soluta est; tantaque subito fragrantia miri odoris aspersa est, vt ipsa quoque suauitas cunctis ostenderet, illuc auctorem suauitatis venisse. Cumque corpus eius, ex more mortuorum, ad lauandum esset nudatum, longæ orationis vsu in cubitis eius & genibus camelorum more inuenta est obdurata cutis excreuisse; & quid viuens spiritus eius semper egerit, caro mortua testabatur. Hæc autem gesta sunt ante Dominici Natalis diem.

DE FELICE
PAPA ECCE-
LESTICO TAR-
SILLAM PRO-
NEPTEM
AD SE VO-
CANTE.

Quo transacto, mox Emilianæ sorori suæ per visionem nocturnæ visionis apparuit, dicens: Veni: vt quia Natalem Dominicum sine te feci, sanctam Theophaniam iam tecum faciam. Cui illa protinus de sororis suæ Gordianæ salute sollicita respondit: Et si sola venio, sororem nostram Gordianam cui dimitto? Cui (sicut assererat) tristis vultu, iterum dixit: Veni; Gordiana etenim soror nostra inter laicas deputata est. Quam visionem mox molestia corporis secuta est; atque ita vt dictum fuerat, ante Dominicæ Apparitionis diem, eadem molestia ingrauescente, defuncta est. Gordiana autem mox vt solam remansisse se reperit, eius prauitas excreuit; & quod prius latuit in desiderio cogitationis, hoc post effectum prauæ actionis exercuit: Nam oblita Dominici timoris, oblita pudoris & reuerentiæ, oblita consecrationis, conductorem suorum postmodum maritum duxit.] hæc tenus Gregorius, quæ nos occasione sanctissimi Papæ Felicis à cælis vocantis ad se pronceptes volumus retulisse.

DE TRANS-
ITV ARMI-
LIANÆ,
ET REPRO-
BATIONE
GORDIA-
NÆ.

Sed non prætereamus de eodem Felice quæ in libro de Romanis Pontificibus scripta leguntur his verbis: Hic fecit basilicam sancti Agapeti iuxta basilicam sancti Laurentij martyris.] & inferius: Hic fecit ordinationes duas in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros viginti octo, diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca triginta vnum. Hic sepultus est in basilica sancti Pauli Apostoli. Cessauit Episcopatus eius dies quinque. Et post transitum eius factum est à presbyteris & diaconibus Constitutum de omni Ecclesia.] hæc ibi. Porro Constitutum de omni Ecclesia, idem esse quod vniuersale decretum spectans

RELIQVAE
RIS GESTAE
FELICIS
PAPAE.

spectans ad vniuersam Catholicam Ecclesiam, superius alia occasione declaratum est. Verum haud rem nouam aggressus, vacante sede, clerus Romanæ Ecclesiæ, qui sibi, vt iure concessum, iam (vt vidimus) tempore vacantis sedis Papæ Fabiani idem factitasse cognoscitur. Porro perditissimis temporibus istis Dei Ecclesiæ infestissimis, aduersantibus ei Imperatoribus & Episcopis præcipuarum sedium Orientis, & in Occidente Principibus Arianis, viguit tam in Romanis Pontificibus, quam in Romanæ Ecclesiæ clero Apostolicum robur atque constantia, vt nihil penitus remissum fuerit pristini eorum vigoris ac disciplinæ.

GELASII
CREATVR
PAPA.

Gelas. ep.
10. to. 1. epist.
Rom. Pont.
Act. 22.

Gelas. epist.
1. 2. 9.

Gelas. ep. 9.

1. Cor. 13.

EUPHEMIUS
EPISCOPVS
CONSTAN-
TIN. SCRIBIT
AD GELASII
PAPAM.

LEGATIO
SINCLITTI
DIACONI
AD GELASII
PAPAM.

Tom. 1. epist.
Rom. Pont.
Gelas. epist. 9.
Euphemias.

Elapsis igitur diebus quinque, die secunda Martij creatur Romanus Pontifex Gelasius ex patre Valerio. Quod verò Afer natione fuisse ponitur in libro Anastasij de Romanis Pontificibus, repugnare aliquo modo videtur quod ipsemet Gelasius ad Anastasium Imperatorem scribens, hæc ait: Glorioso filii, te, sicut Romanus natus, Romanum Principem amo, colo, suscipio. Verum cum Africanus fuerit, multis potuit rationibus dici Romanus ciuis natus, sicut & Paulus, Tarsensis cum esset, se ciuem Romanum natum gloriatur. De tempore autem eius ordinationis, cum conset ex ipsius etiam litteris hoc anno sedere cœpisse, corrigendus est Marcellinus, dum post annum sequentem Gelasij ponit ingressum: Sub huius enim anni Consulibus leguntur plures litteræ (vt dicemus) ab ipso Gelasio datæ. Doctissimum quidem fuisse, cum sua scripta testentur, Euphemius Constantinop. Episcopus suis litteris testatus est: ceterum etiam doctus, minimè tamen inflatus scientia, sed mente humilis: nam ad ipsum Euphemium: Ego quidem (inquit Gelasius) sum omnium hominum minimus, satis immeritus ad tantæ sedis officium, nisi quod superna gratia semper operatur magna de paruis. Quid enim de me sentiam, cum hoc ipse de se Magister Gentium testetur, qui se vltimum & non vocari dignum Apostolum profretur? hæc de se ipse.

Porro Euphemius Constantinopolitanus Episcopus, simulac Gelasium subrogatum in locum Felicis accepit, more maiorum epistolam scripsit, qua & suæ fidei professionem inseruit, vt sic consequi mereretur Catholicæ Ecclesiæ communicationem. Cum verò Gelasius missas ab eo litteras accepisset, inuenissetque fidei professionem in omnibus consonam Catholicæ veritati, reperit tamen quid in Euphemio magna reprehensione dignum esset, nimirum quod nequaquam è Diptychis nomen Acacij prædecessoris ab Ecclesia Romana damnati, vt Felix Papa monuerat, expunxisset, sed pateretur in sacris recitari cum aliis Episcopis Orthodoxis. Quamobrem detrectauit Gelasius Catholica communicatione Euphemium impertire, sicque non pacificas seu communicatorias ad eum litteras dedit, sed commonitorias potius, quibus ipsum admonuit, frustra sperare se posse Catholicæ Ecclesiæ communicationem nancisci, nisi anathemate damnato Acacio, nomen illius è sacris tabulis penitus aboleret. Hæc quidem ita transacta esse inter Euphemium atque Gelasium, litteræ Gelasij ad eum de tunc redditæ satis docent.

Cum verò accepisset ex Gelasij prioribus litteris Euphemius, ipsum admodum resillire, atque procul abesse vt optatam & expetitam communionem impertiret, rursus legationem aliam ad eundem Gelasium misit per Sinclitium diaconum, cui ad eundem litteras dedit, quibus ei persuadere nisus est, vt absque damnati expunctione Acacij nominis, condescendens fide Catholicis communicare deberet. Quibus aliis præterea vltus sit Euphemius argumentis, vt à Gelasio Catholicam communicationem extorqueret; posteriores quæ extant ad eum redditæ litteræ docent, quas hæc ad rerum gestarum absolutissimam cognitionem necessariò recitandas esse existimauimus: hisce namque litteris, quæ ipsorum alter aduersus alterum iure prætere videretur, elucidantur.

Non fuit controuersia ista inter Catholicum & hæreticum, sed inter ambos fide Catholicos, licet Euphemius inter schismaticos potius fuerit adnumerandus. Certè quidem de Euphemio nequaquam dubitari poterit, quin faueret Orthodoxæ doctrinæ, qui rectæ fidei confessionem ab inuito licet Anastasio magno animi robore exegit, nec destitit, quousque illam Imperatoris ore prolata & scripto professam accepit: quam ob causam liberius sibi agendum apud Gelasium Romanum Pontificem arbitratus est. Tu quidem ista perlegens, magnæ palæstræ spectator eris, in qua tamen fortissimum licet virum viribus senties destitutum, penitusque languescere, cum altero pede implicitus communione Acacij teneretur. Sed Gelasij audiamus epistolam, cuius hic est titulus:

Dilectissimo fratri Euphemio Gelasius. Non exhorruisse Orthodoxos interdum vocare fratres Christianos etiam à communicatione extorres, superius aliis exemplis est demonstratum: compagine enim humanæ naturæ & nominis Christiani, licet non fidei Orthodoxæ,

Athodoxæ, neque Catholicæ communionis coniunctione, eiusmodi reperitur à Patribus aliquando vsurpara nomenclatura. Porro epistola sic se habet:

Quod planè cupimus, atque sincera fidei communionisque Catholicæ reintegratione firmari, asserit tua dilectio, quod alteri solus non sufficiat auditus, nisi per litteras spectauerit significationem protocatam (hoc est, reddens certiore eum qui ante litteris prouocauerat) de his quæ circa nos dispensatio diuina perfecit, vt sic in secundis vicem salutationis impenderem. hæc idcirco Gelasius, quod Euphemius questus suis litteris esset, electionem Gelasij ex auditu tantum à se perceptam, cum nihil ipse prouocatus licet litteris significasset, vt quæ post hæc idem Gelasius subdit declarant. Pergit verò: Non arbitramur vel dilectionem tuam, vel aliquem sic hoc sperare potuisse, vt putaret nos vel aliquem potiorum quæ sunt gesta referentes debuisse responsa promereri: quia nimis iudicaretur arrogans, si de prima sede taliter existimasset. locus quidem subobscurus: verum illa verborum videtur esse sententia, non putare eo sensu scriptum ab ipso, vt quæretur non accepisse litteras à Romano Pontifice, quasi ad id præstandum ex debito teneretur: nimis enim arrogans fuisset, id sibi sumere voluisse: nam his addit: Quod si (vt magis opinamur) quasi sociis, quibus præesse, Christi munere delegatum est, Apostolicam sedem institutum sibi nouiter sacerdotem, præeuntibus oportuisse dixisti litteris indicare: Fuit quondam Ecclesiastica verus hæc regula apud Patres nostros, quibus vna Catholica Apostolicaque communio ab omni præuaricatorum libera pollutione constabat.

Nunc autem, cum societatem præferre malitis extraneam, quam ad beati Petri purum redire illibatamque consortium: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Quomodo dispositionis Apostolicæ antiqua scedera præbeamus hominibus communionis extraneæ? Quemadmodum vobis ordinationem renunciatura est, cui, vestro etiam testimonio, hæreticos damnatos præponitis? Intelligis, puto, ex his, lector, veterem morem Romanæ Ecclesiæ, vt nouo subrogato successore Romano Pontifice, de his litteras dare soleret ad omnes Episcopos, quod omnium esset causa communis, cum præeminens membris caput visibile Catholicæ præficeretur Ecclesiæ: quo gaudio illi dumtaxat reputabantur indigni, qui Catholicæ communicationis expertes essent. Sed pergit inculcans, cur eo munere indignus fuerit ipse ætlimatus Euphemius ob retentam communicationem Acacij:

Dicet forsitan tua dilectio, hæreticos damnatos dici Acacium & Petrum: cur fas non est præsentibus saltem litteris colloquamur? Quia aliter appellamus Dominicæ mensæ participes, aliter qui in eius nobiscum societate dissentiant: quia ipse Dominus alio modo verba faciebat à sua prædicatione discretis, alio discipulis regni cælestis secreta pandebat. Consequenter quoque Apostoli non ita à suo collegio separatis, quemadmodum fidei domesticis consortibusque loquebantur. hæc idcirco Gelasius, quod vt extraneo scribens, nullum Euphemio Apostolicæ salutationis & benedictionis ex more munus fuerat impertitus. At prosequitur ex litteris Euphemij obiecta diluere: Sed ait dilectio tua, tantum circa me sese charitatis habuisse, vt non solum ad scribendum fueris contentus, sed affatus audire: legisti sententiam: Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei: illud scilicet verbum, quod confessioni beati Apostoli Petri, portas inferi numquam præualituras esse promisit. Atque ideo rationabiliter existimasti, quia fidelis Deus in verbis suis, non nisi aliquid tale promississet instituere, veram sponitionis suæ promissionem impleret.

Ait denique dilectio tua, nos diuinæ prouidentix gratia, quod ille monstraerit, sanctorum Ecclesiarum non deserere charitatem: quia me in Pontificali sede locauerit non indigentem (sicut ait) doceri, sed intendentem omnia necessaria ad Ecclesiastici corporis unitatem. Ego quidem sum omnium hominum minimus, satis immeritus ad tantæ sedis officium, nisi quod superna gratia semper operatur magna de paruis. Quid enim de me sentiam, cum hoc ipse de se Magister Gentium testetur, qui se vltimum & non dignum vocari Apostolum profretur? Verumtamen vt ad dilectionis tuæ verba redeamus: Si veraciter assecutus es, hæc diuinitus mihi fuisse collata, quæ & profectò quæcumque sunt bona, dona sunt Dei: sequere ergo hortamenta non indigentis doceri, & secundum supernam dispositionem vniuersa cunctaque insipientis, quæ ad Ecclesiarum pertinent unitatem, & aduersus diabolum conturbatorem veræ pacis atque compagis (vt asseris) fortiter resistentis. Si ergo de me ista pronuncias, aut sectanda tibi sunt, quæ à Christo (vt perhibes) constituta sunt, aut palam (quod absit) Christi dispositionibus obuiare depromis, aut ad veniam luxuriæ de me cognosceris ista iactare.

DE LITTERIS
EUPHEMI
MII ATQUE
GELASII.
Prouocatum

CVR NEGRET
EUPHEMI
COMMVNIO
NEM GELASII
SIVS.

Psal. 136.

quod
NON COMMUNICAN-
DVM CVM
COMMUNICANTIBVS
CVM HÆRETICIS.

Rom. 10.
Mat. 16.

GELASII
MODESTIA.

1. Cor. 13.

venam

Sed

FALSTPRAE
TEXTVS BV
DEHMII.

Sed consequenter adnectis, condescendibilem me, & optima dispositione reuocare posse concordiam. Proinde quoniam isto verbo frequenter vumini: quid sibi velit, explorem. Optima enim illa est Ecclesiæ Catholicæ atque Apostolicæ dispositio, ad meliora proficendo condescendere, nõ ad inferiora descendendo deficere. Cùm autem dicis condescendere nos debere vobiscum: interim iam vos aut descendere, aut descendisse monstratis. Vnde, quæso, vel quod ista descensio est? Vtique ex superiori quodam loco ad inferiora quæque depositos, à Catholica Apostolicâque communione ad hæreticam damnatamque prolapsos vos videtis, cognoscitis, nõ negatis: & non solum vos in infimis iacere delectat, sed etiam in superiore manentes sede vultis impelli. Condescendere nos vobiscum inuitatis ad ima de summis: nos conascendere vos nobiscum rogamus ad summa de imis. Nunc igitur sub conspectu illius excelsæ iustitiæ iudicet genus humanum, quis nostrum debeat alteri obedire.

An dicis (vt cetera nunc omitam) Descendit Dominus ipse de cælo? Descendit planè, **B** sed vt hominem ab errore liberaret, non vt eius miseretur errori. Nõne ipse præmonuit, vt qui in tecto confisterent, non descenderent, nec ad ea quæ in domo videntur esse tollenda? Nõne pro omnibus Apostolus clamat vnus, qui ^b plus omnibus laborauit, cùm de custodia veritatis ageretur: Quibus ^c nec ad horam cessimus subiectionis gratia, vt veritas Evangelij permaneret apud vos? Videtis cælestem magistrum condescendere noxiis recusantem? Postremò faciamus aliquem corruisse: ad quem benignissimè subleuandum, paululum quispiam velit inflecti: Ergo vt erigatur iacens, miserantem conuenit inclinari, non vt cum eodem præcipitetur in foueam.

Igitur per litteras, quas per Sinclitium diaconem destinasti de his quos baptizauit, quos ordinauit Acacius, maiorum traditione confectam & veram præcipue religiosæ sollicitudini congruam præbemus sine difficultate medicinam. Quò nos vultis vltra descendere? **C** Quid tacetis? Quid verecundamini verbis exprimere, quod corde gestatis? Ipsa vos saltem verecundia (quod nonnunquam fit) debuit commonere. An forsitan, vt hæreticorum, damnatorumque & his vel eorum successoribus communicantium nomina consentiamus admitti? Hoc non est condescendere ad subueniendum, sed euidenter in inferna demergi. Parcite, quæso, & nobis & vobis. Quòd sicuram vestri aded non habetis, date veniam nobis. Dolere & flere possumus & debemus: in hæc abrupta deduci non possumus, nec debemus, qui, præstante Deo nostro, sinceram puramque paternæ traditionis fidem, communionemque retinere, & ab omni præuaricatorum contagione discretare, etiam intentato periculo mortis, optamus, eligentes (si velit Deus) quælibet illa perpeti, quàm causas incidere damnationis æternæ. Date, inquam, veniam: si tamen vos propter amorem cuiuslibet hominis vel timorem hæc libenter incurritis: nos propter amorem Dei & timorem **D** gehennæ talia refutamus.

Nec vos credatis, dissimulando causas atque personas, cuiuslibet amicitias posse subrepre: quia * neque vos ita subtiles estis, qui non possitis intelligi, & nos, præstante Domino, non reperitis incautos. Nõne missis huc sæpe litteris indicastis, cum ceteris hæreticis vos Eutychem quoque respuere? Hoc si verum est: aut eos qui communicauerunt Eutychemis successoribus pariter abdicare: aut aliorum quoque hæreticorum successoribus communicantes admittite. Sed Acacius (inquis) nihil contra fidem, sicut Eutychem & successor eius, legitur vbiicumque dixisse: quasi non sit deterius & non ignorasse veritatem, & tamen communicasse veritatis inimicis. Si enim cùm aliquis rectè sapiens de fide Catholica communicet cum illis hæreticis, inter quos Eutychem posuistis, vel successoribus eorum; non est fas eos inter Catholicorum altaria nominare: ita ergo ne illius Eutychemis successoribus **E** communicando simili forte tenetur obnoxius? De talibus quippe conuenienter dicitur ^d: Descendant in infernum viuentes: qui dum illa vita, qua ^e iustus viuuit, vera atque Catholica putantur viuere, repentè aut in prona prauitatis, aut in hæreticæ communionis inferna vergunt. Ecce quales Christo dicitis esse præponendos, cùm ille nec animas nostras sibi mer præcipiat anteponi. Videtis Romanum Pontificem, quàm tenacissimus custos sit seruandæ Catholicæ integritatis à communicatione perfidix hæreticorum intactæ? Sed & aliis occurrit argumentis Euphemij, vbi subdit:

Immo & adhuc quæritis: quando fuerit damnatus Acacius? Quasi re vera, etiam si eum nullus antè damnasset, non debuerit Orthodoxæ & Apostolicæ communionis, cuius præuaricator extitit & defertor, participatione secludi; sicut etiam quilibet qui fuerit antè Catholicus; cuiuscumque hæresi communicans, meritò iudicatur à nostra societate remouendus;

ACACIUS
DAMNATUS
CVM EUTY-
CHETE A
SYNODO
CHAEC-
DONENSI.

* QUI
DE ACACII
NOMINE
ABDICAN-
DO.

^d Psal. 54.
^e Rom. 1.

A aut in tali sorte defunctus, inter Catholicorum nomina nullatenus computari. Hæc quidem obiiciebantur ab Euphemio (vt postea patuit) quòd diceret damnatum minime fuisse Acacium in Concilio œcumenico. Sed pergit Gelasius:

Miramur tamen (inquit) quomodo ista profertis, hoc est, vt & Synodum Chalcedonensem vos suscipere pro fide Catholica profiteamini; & eos quos damnauit sectantium communicatores, non particulariter * generaliterque putetis fuisse damnatos. Ostendite ergo, quæ Synodus in vnaquaque hæresi cum erroribus successores eorum his communicantes simulque omnes non damnet & complices. Itaque ille vester Acacius, qui Eutychemis hæreticis * detestabili communiõne factus est particeps, ab eadem Synodo sine dubitatione damnatus est, quæ & Eutychem, Dioscorumque cum successoribus eorum, hisque communi-
cantes Synodico tenore prostravit: sic sequaces quoque eorum Timotheum, Petrumque simili definitione deiecit. Proinde si ea quæ in Synodo Chalcedonensi pro fide & communione Catholica lege Apostolica definita sunt, vere certæque sectamini, sicut vestra professione multiplex continetur: aut successores ab illa Synodo damnatorum, hisque communicantes abiciite: aut, si istos admittitis, ea quæ in illa Synodo pro fide & communione Catholica & Apostolica sunt peracta, non solum falso vos retinere perpenditis, sed insuper labefactare conamini, & in Eutychemis hæresim sine retractatione reciditis, meritoque à Catholicis probamini esse vitandi: quia vt talem pestilentiam perpetuò possemus euadere, ea quæ contra ipsam ab ea congregatione sanctorum Patrum salubriter decreta legantur, nullatenus mutilanda, non solum sedis Apostolicæ Præsules, sed etiam Orientalium regionum Catholici censuere Pontifices.

An Petrum dicitis fuisse purgatum, cui communicauit Acacius? Veris assertionibus edoce, hoc ostendite, hoc probate, quibus ille inodis, quibus ille regulis ab Eutychemis fuerit professione vel communiõne mundatus: vt cùm id nihilominus euidenti rerum claruerit demonstratione conuictum, palam aperteque possitis aduertere, aut vos debere cedere veritati, aut aduersus hæc manifesta dimicatione confligere. Nec vobis blandiamini, quia si dem Catholicam profiteamini vos tenere: quia Eutychemis nomen ademitis: quia ea veluti prædicare videamini, quæ Orthodoxa prædicauit antiquitas. Clamat enim nobis illa Evangelica sententia: Aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos; aut facite arborem malam; & fructus eius malos: à fructibus enim arbor cognoscitur: id est: Si voce, si fide, si professione Catholica & Apostolica fideliter veraciterque gloriamini, huius & communionem recipite: Si vero hæreticorum, scilicet damnatorum, vel his aut successoribus eorum communicantium communiõ vobis placet; quid statis? quid circumspicitis? simul & eorum aperte manifesteque, remotis obstaculis, dogma defendite. Quid enim iuuat? immo & satis grauat, dictis polliceri, quod factis negatur; vt nõ solum ipsa per se hæresis Eutychemiana quam fit funesta Christiano sacramento possitis agnoscere, sed quanta & quàm graui hæresis illa in sui definitione contineat.

Ecce ad quæ nos præcipit condescendere prouocatis, atque ad quæ nos vitæ æternæ pericula cupitis inclinare. Hoc descensu saluare est ægotantem, an cum languente consumi: Hæc erit optima dispositio illius, quam memoras, reparandæ concordix, an illa potius, vt reiectis contagiis perfidorum, integra fide, sincera sui communiõne potiarur communiõ Catholica atque Apostolica; ne hæreticorum tæbe depulsa, intemeratam suæ fidei confessionem nitatur adstruere, atque inuicem sibi congruentis Orthodoxæ professionis, communionisque sit vnitas? Hanc (sicut dilectionis tuæ litteræ cohortatur) meis quoque temporibus custodiri, qua valeo prece depono, quæ per tot annos ab illis Patribus gloriosis illibata intactaque seruata est. Hæc enim est (sicut ipse dicitis) quam Deus noster de omnibus benè futuram, & secundum suam veritatem & regulam gubernandam & præsciens antè constituit, & singulis quibusque temporibus sua dispositione conuenienter aptauit. Hæc est voluntas Dei, cuius tu ingeris mentionem, quam ego quoque pro meo modulo, quem Dominus donare dignetur, cupio prorsus implere, vt non reus de huius talenti cælestis diminutione reperiar: sed in hoc talento (sicut ipse quoque nos admones) incrementum, Christi gratia postulo consequi, & nullum prorsus incidere detrimentum.

Hinc est, quòd prioribus dilectionis tuæ litteris (sicut tua quoque pagina designauit) pro vestra sumpsit salute tristitiam, vbi comperi quod erat vobis noxium, & quod verè pacis contrarium reperi. Contristatur enim Apostolus ^b de errore deuantium, & lætitiã recipit de eisdem sua predicatione correctis. Si autem tua charitas (vt dixit) nescio quorum necessitate

NON SATIS
NON ESSE
HÆRETI-
CVM SI
COMMUNI-
CAT CVM
HÆRETICO

Hinc est, quòd prioribus dilectionis tuæ litteris (sicut tua quoque pagina designauit) pro vestra sumpsit salute tristitiam, vbi comperi quod erat vobis noxium, & quod verè pacis contrarium reperi. Contristatur enim Apostolus ^b de errore deuantium, & lætitiã recipit de eisdem sua predicatione correctis. Si autem tua charitas (vt dixit) nescio quorum necessitate

NON SATIS
NON ESSE
HÆRETI-
CVM SI
COMMUNI-
CAT CVM
HÆRETICO

^a Mat. 12.

QUAE MA-
LA CONDE-
SCENSIO.

^b 2. Cor. 7.
IUSTA GE-
LASII EX-
CVSATIO.

sitate constringitur, quod (pace tua dixerim) sacerdos pro veritate promenda nec facere de-

1. Tim. 4.

contagia POPULVS NON SE QVENDVS SED DVGEN DV6.

Alf. 13. Euphemie COMMINATIO DEDICATIO

Nihil pro fecit Euphemius & Gelasii admonitione.

Job 41.

Mat. 5.

Iste mihi sunt (quas dilectio tua commendat) certæ fidei perpetuæ cum eo quicumque voluerit in Christi visceribus amicitia. Hic non tam optamus præponi aliis (sicut prædicas) quam cum Fidelibus cunctis sancti & Deo placitum habere consortium. Hæc mihi (quam mandat dilectio tua) pax solida, inconuulsa, & perennis: hoc vnum vinculum (sicut etiam ipse deprecari) protectio diuina perficiat. Hæc est (quæ Deus est) charitas, quam poscis, de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. Quomodo ergo de corde puro, si hæreticorum fuerit participatione polluta? Quomodo conscientia bona, si malorum fuerit confusione permixta? Quomodo fide non ficta, si fuerit mixta cum perfidis? Quæ si prudentia tua (sicut etiam precamur) diligenter aduertat, perspicit Apostolicam sedem non vitare pacem, sed hæreticorum damnatorumque vitare vestigia.

Quæ etiam vos rationabiliter intuentes creditis commonendum, populum Constantinopolitanum non permittere submoueri nomen perfidorum. Quisnam hoc in Ecclesia Dei (quæso te) possit audire, cum utique pastor sequi grex debeat ad pascua salutaria reuocantem, non per devia gregem pastor errantem? Dic mihi (rogo te) grex pro te, an tu pro grege redditurus es ratione? Certè si vobis hoc placet, multo magis causa est nobis iustior, qui populum Romanum à fide illa sua laudabili, maiorum traditione percepta, declinare nõ sinentem nos penitus libenter audiuius, si vos Constantinopolitanam plebem ab hæretica communione discedere recusantem non vultis offendere. Hæc idcirco Gelasius, quod Constantinopolitana plebs Acacij nominis studiosa haud suaderi facile poterat nomen Acacij è Dipytychis submoueri. Ad postremum verò quod idem Euphemius suis litteris petiisset mitti ab ipso Romano Pontifice legatos Constantinopolim pacis sequestres, cur id facere renuat, eiusmodi causam affert, quam subdit his verbis:

Sed nos, dicitis, debere dirigere, qui eam valeat mitigare. Quomodo me auditura est, quem videtur habere suspectum, si præfules suos despicit admonentes: Nonne ipsi Apostolis est præceptum, in aliquibus regionibus verbi prædicatione non uti: his quippe, in quibus non fuerant audiendi? Verumtamen frater Euphemie, sine dubitatione veniemus ad illud pauendum tribunal Christi (ut faceam, quæ ex hoc sit metuenda vindicta) circumstantibus illis, à quibus fides ipsa defensa est. Non illic inficiationibus, non dilationibus, non inclusionibus est agendum; sed manifestissime comprobandum, vtrum beati Petri gloriosa confessio cuiquam eorum, quos regendos accepit, quicquam subtraxerit ad salutem, an eam auscultare nolens etiam cum suo periculo rebellis extiterit obstinata pernicies? Ibi certè dilucidabitur, vtrum ego (sicut putatis) acerbus, asper, & nimis durus, difficilisque sim vobis, qui cum ratione vestram salutem parturio, qui clamo: Etiam si austerum videtur antidotum, accipite, quæso, bibite, viuite,uolo moriamini: An vos, qui à noxiis prohibiti, medicos dicitis execrandos, immo qui vultis vobiscum medicos ægrotare, quam vos recipere sanitatem. Et alia manu. Deus te incolumem custodiat.] hæc Gelasius ad Euphemium Constantinopolitanum Episcopum.

Sed aspidis surdæ instar ipse, vocem non exaudit incantantis, qui alias post hæc (vt suo loco dicturi sumus) struxit pro sua defensione aduersus Pontificem rationes: resiliens enim obstinatio factus, eo magis obduruit, quod ea iure viderentur sibi concedi debere, quod solus aduersus ingruentes hæreticos in Oriente fidei Catholicæ ageret defensorem, tutareturque Chalcedonense Concilium aduersus eundem Imperatorem illud ipsum labefacturæ conantem. Tali igitur prætextu iustitiæ, veluti Thorace quodam superposito roboratus, sicut aduersariorum illæsus excepit ictus, ita & amicorum eum curantium admonitiones despexit, visus sibi sacrorum dogmarum magister esse, qui non indigeret ab aliis edoceri; ob idque derisit (sicut illud de Behemoth in Job) vibrantem hastam. Nihil planè in Ecclesia Dei execrabilius ipsi Deo, quam maiori resistere potestati: nihilque à curationis spe magis alienum, quam delinquentis animus iustitiam præferens. de his enim Dominus ad suos: Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum.]

Hæc

Hæc autem omnia inter Gelasium & Euphemium transacta esse hoc anno, nihil prohibet vt dicamus: nam cum Gelasium huius ferme anni exordio Pontificem creati contigerit, vt hoc eodem anno accepto de eius electione nuncio Euphemius ad eum primò & secundò rescripserit, idemque Gelasius reddiderit ad eum litteras, nulli esse potest impedimento angustia temporis, cum (quod superius demonstratum est) mensis vnus spatium ad summum Constantinopoli missæ Romæ litteræ redderentur, sicut & quæ Roma Constantinopolim mitterentur. Hæc satis quod ad res gestas Gelasij ipso sui Pontificatus exordio cum Euphemio: Quid verò cum Anastasio Imperatore egerit, iam dicemus.

Quod enim ipse Gelasius scisset eundem Imperatorem Anastasium rectæ fidei Catholicæ confessionem Euphemio Constantinopolitano Episcopo obtulisse: licet nullas ab eo accepisset epistolas, nihilominus ad eum scripsit pacificas ex more dari solitas litteras, testatur id ipse in Commonitorio ad Faustum his verbis: Ego nulla ipsius scripta percipiens, honorificis (vt nostis) eum litteris salutare curauerim. Hæc ipse. Quæ autem reperiuntur datæ litteræ Gelasij ad Anastasium Imperatorem, non hoc anno, sed sequenti potius scriptæ esse noscuntur, vt suo loco dicemus.

Inter hæc autem cum in scandalum plurimorum Thessalonicensis Ecclesiæ Episcopus, idemque totius Macedoniae prouinciæ Metropolitanus, qui alias semper cum schisma aliquod obortum esset inter Orientales & Romanum Pontificem, ipsi sedi Apostolicæ firmissime in hæretico, suscipereque consueuisset eiusdem sedis patrocinium, modò Acacianis turpiter in hæresim: idem Gelasius Papa, vt reliquos eius prouinciæ Episcopos in officio Catholicæ & Apostolicæ communionis contineret, ad eiusdem prouinciæ Antistites litteras dedit Circulares, missas autem non ad Thessalonicensem, vt potè indignum, sed ad Laurentium

Lignidi Episcopum. de illo verò ita ad Dardaniæ & Illyrici Episcopos idem Gelasius: Non uerit autem vestra fraternitas, Ecclesiæ Thessalonicensis Antistitem nostris adhortationibus sæpius incitatum, contagia communionis externæ numquam declinare voluisse, nec apud nos nomen Acacij, vel ceterorum similium perfidorum, hisque communicantium congrua professione damnassee: quapropter eum communionem sedis Apostolicæ non recepisse, manifestum est.] hæc Gelasius de Episcopo, cuius tamen populus perstabat in fide: nam de eo & de statu Ecclesiarum eius prouinciæ cum in dictis litteris ad Laurentium agit, qualis esset, earum exordio narrat his verbis:

In prolixitate epistolæ dilectionis tuæ magno nos gaudio replesti in ea parte, in qua dictum est, quod in Thessalonicensi Ecclesia, vel in aliis similiter recitata epistola prædecessoris nostri de excessibus Acacij, cuncti ei anathema dixerint, nec quisquam communioni præuaricatoris sese miscuerit. Vnde quia nos ad moneos dilectione fraterna, vt velut medicinam quamdam fidei Episcopis per Illyricum, vel aliis ministrare debeamus: quamquam hoc copiosissime factum sit à beatæ recordationis prædecessore nostro: vt quia mos est Romanæ Ecclesiæ sacerdoti nouiter constituto formam fidei suæ ad sanctas Ecclesias prærogare: hæc eadem compendiosa nimis breuitate studui renouare, vt sub qua fide viuendum sit, secundam statuta Patrum per hæc nostram epistolam propter breuitatem sine fastidio lector agnoscat. Confitemur ergo Dominum nostrum Iesum Christum, &c.] ponit namque integram Catholicæ fidei confessionem, tamquam exemplar, quod Catholici omnes ad imitandum intueri deberent, vt mererentur & Catholici dici, & Catholica communionem digni existimari. Sic namque moris fuit (vt ait) Romanorum Pontificum, Fidelibus omnibus credendi formam præscribere, quæ (vt Gelasius profitetur) nihil haberet alienum diuersumve ab iis quæ eidem à maioribus accepissent, verum omnia accommodata ad ingruentium hæresum medicinam; sicuti ipse Gelasius eadem fidei confessione, quæcumque obortæ essent aduersus veram Verbi Dei incarnationem hæreses damnans, rectè credendi regulam docuit. Porro hanc epistolam ad Laurentium datam communem esse voluisse omnibus Macedoniae Episcopis, & textus ipse declarat, cum & fidem æquè communem omnibus præscribit: ad finem verò hæc habet de officio ab eodem Laurentio requisito:

Hæc ergo sunt, frater dilectissime, quæ pro antidoto nos debere mittere flagitasti, quod cum nullum amarum neque dulce noxium habeat, bibere ne refugite. Nam & de nostro conuentu disposueramus quosdam dirigere, si ratio id temporis fieri permisisset: Quod facere credimus opportunè, cum illarum partium correctio ad nos, iuuante Domino, legatione plenissima (sicut confidimus) fuerit nunciata: sperantes etiam de Dei nostri misericordia, vt huic prædicationi nostræ clementissimus & Christianissimus Imperator vnanimiter

DE LITTE- RIS INTER GELASIVM ET EUPHEMIVM.

Gelas. ep. 8. tom. 1. epist. decretal.

Gelas. ep. 2.

GELASIVS AD LAURENTIVM ET ALIOS EPISC. MACEDONIAE

* &

videndum ADMONITIO GELASII.

tem suam, auxiliumq; coniungat, quatenus pro fide, qua pollet, in illis regionibus coërceat, A quin suis quæstionibus & secundum elementa mundi (sicut Vas electionis antè prædixit^a) superflua vanaq; concinant, nolentes contineri salutaribus disciplinis. Sed vos (sicut ait idem Apostolus^b) non ita didicistis Christum, si tamèn illum audistis, & in illo docti estis, sicuti osti veritas in Iesum: quam utique ille apprehendere poterit, qui Orthodoxorum Patrù (sicuti iam sæpe dictum est) obseruauerit instituta.] hæc Gelasius: quibus planè significatur, magnam spem ipsum de fide Catholica Imperatoris concepisse, cum audisset fidei Catholicæ libellum Euphennio Constantinopolitano Episcopo ab eo oblatum. Ita quidem hanc de se concitauerat Anastasius Imperator expectationem; sed perit illa prorsus, cum postea auditum est chartam suæ confessionis reddi sibi voluisse.

Eodem fermè tempore sui ipsius Pontificatus exordio idem Gelasius ad vniuersos Dardaniæ Episcopos litteras dedit mōitorias per Triphonem, quæ non extant, erant autè eius B argumenti, vt moriens præciperet Dardaniæ Episcopis vitare communionem Eutylichianorum. extat eorum responsio ad Gelasium istis verbis^c:

Domino sancto Apostolico & beatissimo Patri Patrum Gelasio vrbis Romæ humiles Episcopi Dardaniæ.

Saluberrima Apostolatus vestri præcepta, Tryphone viro religioso filio nostro deferente, qua oportet deuotione suscepimus: & maximas Deo omnipotenti & beatitudini vestræ ferimus gratias, quod nos pastoralis adimonitione & Euangelica doctrina visitare dignatus es, domine sancte Apostolice & beatissime Pater Patrum. Desiderij enim & voti nostri est, iussionibus vestris in omnibus obedire, & quemadmodum à Patribus nostris accepimus, sedis Apostolicæ, quæ vitæ & meritis vestris delata est, præcepta intemeratè seruare; atque religionem Orthodoxam, cuius estis prædicatores, fideli & inculcata deuotione, prout nostræ C rusticitatis sensus patitur, custodire. Eutychetis enim, vel Petri, Acaciiq; & omnium sectatorum. eius atque consortium, velut quædam pestifera contagia; ante vestram quoque vitauimus iussionem, & multò magis nunc post admonitionem sedis Apostolicæ, & ab eadem nos pollutione necesse est abstinere: & si qui alij eiusdem Eutychetis sectam, vel Petri & Acacij aut secuti sunt, aut sequuntur, vel eorumdem se complicitibus atque consortibus æstimant immiscendos, à nobis, qui sedi Apostolicæ secundum diuina præcepta & Patrum statuta inculpati seruire desideramus, omni ratione vitandi sunt.

Et si qui praua intentione (quod neque arbitramur, neque optamus) à sede Apostolica se crediderint segregandos; ab eorum nos alienos esse consortio profitemur: quoniam (vt dictum est) Patrum in omnibus custodientes præcepta, & inuiolabilia sacrosanctorum canonum instituta sectantes, Apostolicæ & singulari illi sedi vestræ communi fide & deuotione parere D contendimus. Et quoniam suggerendi fomitem nobis pro insita sibi benignitate beatitudo vestra concessit, aliqua memorato Tryphoni viro religioso filio nostro præceptorum vestrorum portitori suggerenda mandauimus. Et vt suggestionem eius, quantum arbitramur, iustam & rationabilem, pro supplicatione nostra libenti animo Apostolatus vester dignetur admittere, iustis precibus exoramus (quod supplicatio nostra meretur effectum) vnum ex Angelica sede vestra cum sæpe dicto viro religioso ad nos vsque præcipite destinare; vt sub eius præsentia, quæ fides Orthodoxa & vestræ iussionis sinceritas postular, ordinentur.] hæctenus epistola; sequitur post hæc ibi posita Episcoporum subscriptio.

Vides, qua sequerentur obseruantia Catholici Episcopi Apostolicam sedem, quantoque dignarentur honore ipsum Romanum Pontificem; qui quidè non defuit officio: licet enim ob tumultus bellicos aliquanto tardiùs, misit tamèn ad eos secundum petitionem ipsorum E Vrsicinum Episcopum; adiecitque litteris suis, quas voluit esse communes omnibus illarum prouinciarum Episcopis, iteratam admonitionem de cauendis hæreticis, & communicantibus illis: quam quidem epistolam hoc tempore fuisse scriptam, satis ex eo apparet, quod numerat annos quadragintaquinque ab ortu Eutylichianæ hæresis. Sed & horum temporum statum Italiæ bellis Theodorici & Odoacris exagitata: demonstrat verbis istis^d: Vbi primùm respirare fas est à continuorum tempestate bellorum, quæ in illis prouinciis, vel in istis temporibus^e qualitas incessanter exercuit, cunctos per Dardaniam Domini sacerdotes fraternæ sollicitudinis charitate duximus alloquendos: primùm quia regimen Apostolicæ sedis adepti, strepitu publico (sicut dictum est) retardante, commissum nobis sacræ dispensationis officium, propriis (vt mos erat) litteris nequiuimus indicare, quo vestra fraternitas de communionis Domini nobiscum munere gratuletur.] Vides, lector, ad hoc scribi solitas à Romano

Post secundam Gelasij epistolam. com. 1. epist. decretal. DARDANORVM EPISCOP. EPISTOLA AD GELASIVM.

VERE ORTHODOXOS SE ESSE DIGNENT.

in uocatis

OBSERVANTIA ERGA CATHOLICAM SEDEM

Gelasij ep. 2.

temporibus

A mano Pontifice recens creato litteras, vt ad quos ille scriberet, eosdem esse Catholicæ communicationis participes omnibus innotesceret.

Legauit igitur idem Pontifex cum his litteris Vrsicinum Episcopum, vt hisce remediis eosdem populos non solum ab hæresi Eutylichiana, sed à communicatione cum communicantibus ipsis hæreticis, alienos esse debere, instantiùs commoneret. Ad postremum verdè eos cautos reddit his verbis: Si (inquit) aures vestras de hac crediderit subreptione pulsandas: sollicitudine pastoralis ad nos quantocyus referre properetis, & communi studio Catholicoque tractatu pro domo vnius Domini cuncti Catholici conferant sacerdotes; vt quæ Orthodoxæ definitioni competunt, intemerata seruentur.] & paulo post: Hæc autem vestra dilectio ad contiguas sibi quasque prouincias, vicinisque Pontifices prudenter faciat peruenire; vt Ecclesiarum Præsules vniuersi, veritatis instructione percepta, mortiferam B declinare valeant falsitatem.] Circulares erant hæc Gelasij litteræ per vniuersam saltem Greciam circumferendæ. Sic igitur res anni huius se habuere: quæ autem post à refractariis tentata sint, dicemus anno sequenti.

Moritur hoc anno Sallustius Hierosolymorum Episcopus: cum enim peruenisset ad annum octauum suæ sedis, ex hac vita decessit. Ita quidem ex Cyrillo constat in Actis sancti Sabæ, in quibus hæc de eodem Sallustio enarrantur laude digna; cum præcauit ne monachi schismate diuiderentur: Lazarus (inquit) & Anastasius monasticæ perfectionis cum parum aut nullam curam gererent, ad quasdam autem mundanas curas, & pecunia emolumenta tota mente & anima conuersi essent, maximè cum tunc Anastasius post Zenonem suscepisset Imperium, & schismata cum summa impudentia & licentia loquerentur aduersus Ecclesiam: Cum tunc ergo diuinus Sallustius (erat autem is Patriarcha Hierosolymitanus) C statuisset liberare fratres ab illa tempestate: primùm quidem constituit, vt qui iam à me dictus est Marcianus eis præesset, & eorum susciperet rectionem. Cum verdè intercessisset aliquantum temporis, egrotabat quidem diuinus Sallustius, & corpore erat malè affectus: ad eum ergo conuenerunt omnes qui erant in solitudine. Ipse autem communi suffragio eorum qui simul conuenerant, statuit, vt monasteriis quæ erant circa sanctam ciuitatem præessent Sabas & Theodosius, ij quos præsens vobis ostendit narratio. Ab illo ergo tempore Theodosius quidem iis qui communiter viuebant, Sabas autem iis qui cum nemine congregiebantur, & erant omnino separati, præerant.] Sic itaque Sallustius ex hac vita recessurus optimorum Præsidium robore munitam relinquere voluit monachorum Catholicam fidem. Subdit verdè Cyrillus:

Postquam autem Sallustius migravit ex hac vita, Elias quidem, cuius sæpe memini in Vita magni Euthymij, in sedem illius euehitur] & quidem hoc anno, vt apparet ex his quæ inferius idem auctor ait, dū res gestas sub Elia tertio anno Anastasij Imperatoris recenset^b. Porro ad secundum annū Anastasij Sallustium peruenisse, itidem ipsæ res gestæ indicare videntur. Fuit Elias Arabs genere laudatissimus discipulorum S. Euthymij, de cuius sede idem Sanctus (sicut de Martyrio accidit) antè prædixerat: nam idem Cyrillus in Actis Euthymij, hæc ait: Præuidit autem magnus Euthymius perspicaci oculo animi ea quæ erant ventura Martyrio & Elia, nempe fore, vt Iacobi, qui clarus erat in choro discipulorum, vnusquisque eorum sedis sit successor futurus.] hæc de prædictione. Venerant hi ex Ægypto monachi, vt superius cum de Martyrio egimus, dictum est: sed de Elia dicturi, eadem hic repetemus. Ait enim idem Cyrillus: cum ergo in Ægypto omnia essent plena turba & tumultu ob hæreticos occupantes Alexandrinam Ecclesiam, duo quidam anachoretæ, quibus nomen erat Martyrius & Elias, vnus quidem Cappadox, alter verdè Arabs, profecti ex monte Nitrig, ad magnum illum veniunt Euthymium, &c.] quot autem annos Elias sederit, dicemus in eius obitu.

Magna planè Dei prouidentia factum est, vt è monasteriorum latebris in sedem illam sublimem eueheretur Elias, qui in spiritu Eliæ aduersantem Achab Ecclesiæ Dei posset arguere, & prophetas Baal confodere verbi gladio. Constat autem eundem S. Eliam confectum esse idem vitæ genus cum est factus Episcopus, quod excoluerat antea monachus, & numquam bibisse vinum, vt Polychronius testatur apud Sophronium^d. Subdit verdè hæc idem Cyrillus^e de eodem Elia: Vbi factus est Hierosolymorum Episcopus, statim omni studio contendit, vt circa se congregaret bonos monachos sanctæ Resurrectionis circa Turrim David dispersos in aliquibus cellis. Monasterium quidem certè construit apud Episcopatum, & cellas ædificat ad illos excipiendos: & vnicique eorum qui conueniebant, abundè suppeditabat ea quæ erant necessaria. Cum hi ergo omnes monachi illic cōgregarentur, diuinitati

QVID GELASIVS AD DARDANOS PER VRSICINVM REFERT.

SALLUSTII EPISCOP. HIEROSOLYM. OBITVS.

Cyril. in Vita S. Sabæ, apud Sur. 20. 6. die 5. Decemb. c. 38.

SALLUSTII RES GESTAS ANTR. OBITVM.

ELIAS EPISCOP. HIEROSOLYM. CRBATVR. Cyril. in Vita S. Sabæ, c. 69.

Cyril. in Vita Euthymij, apud Sur. die 20. Ianuary.

Soph. Præf. Spirit. c. 35. Cyril. in Vita S. Sabæ, c. 39.

ELIAS EPISCOP. MONTIS TURRIM DAVID DISPERSOS IN CELLIS. APUD S. CONGREGAT.

CHRISTI 492. GELASII PAP. I. ANASTASII IMP. 2. ODOACR. REG. 17.

diuiniſſimus Sabas rurfus emens multas cellas, in quibus illi prius habitabant, adiecit eas ad illos hospicio recipiendos, qui veniebant ad Lauram.] hæc ipſe, qui & de hymno Trifagio hæc paulo inferius habet:

*Cyrill. in S. ba. c. 49.

Quoniam autem quidam ſequentes inanem vocem Petri cognomento Fullonis, qui eadem ſentens quæ Eutyches, cum Antiochenam ſedem impie inuaſiſſet, ſæpe fuit expulſus à ſacris veſtibus, angelico Terſancti hymno inſerebant, Qui propter nos fuit crucifixus: diuinus Sabas ad alteram hanc tollens nouitatem, aliam quidem ſacrorum hymnorum conſequentiam (quandoquidem ſciebant eum rectè proſequi Armenos) permixtiſſis eis ſolita voce canere: ſolum verò hymnum Trifagium ſanxit canere lingua Græca: hoc quoque præterea præcipiens, vt die quidem Sabbati in templo ſpeluncæ, diebus autem Dominicis fierent ſynaxes in templo Deiparæ: in aliis autem Eccleſiis & Dominicis & inſignioribus feſtis magis ſolemniſſis à veſpera uſque ad mane producerent vigilias.] hæc Cyrillus.

DE HYMNO TRISAGIO GRAECIS CANENDO.

In his autem obſerua, quod ait Sabam inſtituiſſe, vt propria lingua ipſi pſallerent, nempe Armena reliquos hymnos, ipſum autem Trifagium Græca lingua concinerent: Ea quidem ratione, vt audiretur ab omnibus, Catholicos longè aliter hymnum illum occinere, quam docuiſſet Petrus Fullo impius hæreſiarcha, & qua lingua ille hæreſim ſacræ cantioni admixuiſſet, eadem Catholici illam abſque vilo additamento occinentes, errorem redarguerent hæreticorum, & ſe perſpicuè eſſe Catholicos declararent. Quo ſalubri cõſilio introductum eſt pariter in Occidentali Eccleſia, vt vbique ſolemni ritu in Paraſceue, cum ſancta Crux adoratur, abſque illo additamento, Qui crucifixus pro nobis] à nefario Petro Fullone appoſito, Trifagium Græcè tantummodo publicè concinatur; qui laudabilis uſus hæcenus in deſtationem antiquæ blaſphemix perſeuerat.

BELLUM ISAVRICUM Theod. 1. eff. Collect. lib. 2.

*Eua. lib. 3. c. 10. QVO COLORE ANASTASII FORTISSIMO VERET HARESES.

Hoc eodem anno, qui ſecundus eſt Imperatoris Anaſtaſij, cœptum eſt bellum Iſauricum, auctor eſt Marcellinus, qui & ſexennio illud perduraſſe tradit, quinquennio verò Theodorus Lector. Cum ex rebus ipſo exordio proſperè ſuccedebat Anaſtaſius inſolentior factus, poenitens ſe dediffe fidei Catholice profeſſionem Euphemio, eandem ab eo reſtitui ſibi cogit: id quidem ipſe Theodorus affirmat, & Cedrenus hoc anno eius Imperij ſecundo accidiffe reſtat. Quoniam autem colore id Anaſtaſius egiſſe dicatur, audi Euaſium rem geſtam referentem (vt puto) ab Eueſychiano hiſtorico Zacharia, à quo & alia plura ſe depromiſſe fatetur: Iſte inquit Anaſtaſius pacis ſtudioſus cum in Rempublicam, tum maxime in Eccleſiæ adminiſtratione nihil omnino rerum nouarum moliri voluit: immo verò modis omnibus elaborauit, vt tum Eccleſiæ ſanctiſſimæ ab omni tumultu & perturbatione vacarent, tum omnes qui ipſius parebant Imperio, ſumma tranquillitate fruereſſent, omni contentione & diſcordia ex rebus tam Eccleſiaſticis, quam ciuilibus perſonis ſublata.

MISERRIMI STATVS ECCLESIAE ORIENTALIS.

Quod autem ad Concilium Chalcedonenſe attinet: illud id temporis neque palam in Eccleſiis ſanctiſſimis prædicatum fuit, neque ab omnibus reiectum. Nam ſinguli Eccleſiarum Præſides arbitratu ſuo in ea re egerunt. Atque vt nonnulli decretis in eo Concilio editis firmè & conſtanter adhæſerunt, & ne ſyllabam quidem de rebus ab eo definitis remittere, immo nec litteræ mutationem adimere voluerunt; quin etiam ab illis qui eiſdem decreta repudiabant, magna cum animi confidentia reſugerunt, reſuſcitantibus penitus cum iis communicare: ſic alij non ſolum illud Concilium & eius decreta reiecerunt, verum etiam tum illud, tum Leonis de fide deciſionem damnarunt anathemate. Alij verò epiſtolam Zenonis de concordia mordicus tenuere, idque cum inter ſe, vtrum vna, an duæ ſint in Chriſto naturæ, grauiter diſſiderent. Ac pars eorum ipſa litterarum compoſitione decepti ſunt; pars ad pacem ſe magis inclinarunt: uſque adeo vt omnes Eccleſiæ in ſeparatas factiones diuiderentur, & earum Præſides inter ſe ipſos minimè communicare vellent. Vnde plurimæ diſſenſiones tum in Oriente, tum in Occidente, tum in Libya ortæ ſunt: dum Episcopos Orientis neque cum Episcopis Occidentis, neque cum Episcopis Libyæ, neque ipſi viciniſſim cum Orientalibus in gratiam reduci poterant: ſed res ad maiorem abſurditatem in dies prolapſa eſt: quippe Antifites Orientis nec ſecum ipſi communicare voluerunt; nec Europæ præterea & Libyæ Episcopos, nedum cum exteris.

QVID MALE CONSULTUM AGAT ANASTASII IMP.

Quas res cum Anaſtaſius Imperator animaduertit, Episcopos, ſicubi eos nouis rebus ſtudentes, aut quemquam præter conſuetudinem illorum locorum, in quibus ætate degebant, Concilium Chalcedonenſe prædicantem, aut idem ipſum damnantem anathemate cõperiret, exturbauit.] hæc de præteritu Anaſtaſij Euaſius: quibus planè ſignificatur, ipſum Imperatorem nequaquam fuiſſe Eueſychianum hæreticum, quod prohiberet damnari Concilium

CHRISTI 492. GELASII PAP. I. ANASTASII IMP. 2. ODOACR. REG. 17.

A cilium Chalcedonenſe; neque Catholicum, quod nec illud permetteret prædicari, cuius & à ſe editam profeſſionem receptam voluit aboleri: at ipſum falſò exiſtimariſſe, imposito tum Catholicis tum hæreticis ſilentio, pacem induci poſſe, cum vera pax ſemper iuſtitiæ conſequatur, ſecundum Dauidicum illud: Iuſtitiæ & pax oſculatæ ſunt.]

*Pſal. 84.

Cuiusnam ergo hæreſis Anaſtaſius ſectator fuit? Acephalorum fuiſſe ſectæ hæreticæ, habent Acta Theodoſij Cœnobiarchæ, affirmant id idipſum Cedrenus & alij: fuerunt autem qui dixere eum ſectæ fuiſſe Manichæum, vt pote Manichæa matre natum. Leontius verò ait, Anaſtaſium ex numero illorum hæreticorum fuiſſe, qui ob id quod neutri duarum aduerſantium ſibi partium inhærent, nominati ſunt Hæſitantes: qui & ipſi quod capite carerent, Acephali dicti eſſe reperiuntur. De eiſmodi Hæſitantibus cum Leontius agit, hæc ait: Age de argumentis quoque nonnullis, quæ omnes hi Hæſitantes obiciunt Eccleſiæ, paucis diſſeram.] & inferius: Primum eſt, Synodum Chalcedonenſem non eſſe recipiendam, quod ei homines inconstantibus & ſibi ipſis diſſimiles interſuerint: nimirum eos & Eutychem ab officio remouiffe Byzantij, & Epheſum profecto Eutychem vnà cum Dioſcoro recepiſſe, reiecto Flauiano.] rurfum poſt hæc conſutata ſubdit: Alterum argumentum eſt, quod hæc habita Chalcedone Synodus (vt de ipſis Actis intelligi poteſt) dixiſſe videatur, Dioſcorum non propter fidem abdicatum eſſe. Rectè igitur ſentiebat Dioſcorus, & malè Synodus eum abdicabat. Talem Synodum quo pacto nos probare poſſumus?] Conſutato & hoc falſo ipſorum prætextu, oſtendens eam fuiſſe tantum vnus Anatolij Episcopos Conſtantinopolitani ſententiam, cum ibi dixit: Non propter fidem depoſitus eſt Dioſcorus, ſed quia fecit excommunicationem beato Leoni] & aliis aduerſus eos inductis, pergit ipſe Leontius: Alterum dubium eſt, cur Synodus definitionem illà repudiauerit, qua continebatur verbum illud, Ex duabus naturis, cum tamen ſanctus ille vir Cyrillus ſuſum deorſumque ex duabus naturis dicat.] Sed & his penitus conſutatis, addit, hæc dicens:

*Cyril. in Vita Theodof. apud S. u. lib. 11. Ianuarius.

*Leont. de S. ſ. Act. 5. c. 6.

HAESITANTIVM RATIONES ET FALSI PRÆTEXTVS.

Quarta difficultas eſt (ſecunda enim in duo diuiditur) quod homines ſectarios, nempe hæreticos, Synodus Chalcedonenſis receperit, Theodoretum ſcilicet & Ibam.] & poſtquam hæc reſellit, adiungit: Rurfum obiciunt: Cur Synodus ab eò, Theodoro videlicet, non poſtulerit, vt ſua ſcripta, quæ aduerſus duodecim beati Cyrilli capitula compoſuerat, anathematizaret?] Erant hæc obiectiones Hæſitantium aduerſus Chalcedonenſe Concilium, quas omnes idem Leontius perfacile diſſoluit: quem conſulant, quibus ea viſa ſunt alicuius eſſe momenti: cum alioqui iidem Hæſitantes cum Eutychemianis eos redarguerent, qui duas aſſererent in Chriſto naturas; quos idem Leontius egregiè conſutat. Sed hæc ſatis ad Hæſitantium errores, quibus ſub pacis nomine quaſi neutri partium vellet hæreſe Anaſtaſius Imperator inhærens, ab Euphemio palam quidem fidei ſuæ profeſſionem, qua probat Chalcedonenſe Concilium, reddi ſibi voluit.

Iſtæne Principis vera prudentia, & non potiùs ea quàm mortem Apoſtoli nominat? Hac Anaſtaſius uſus reſeſſit à Catholica fide, quam ſi aſſeruiſſet vt alij Imperatores, citò Eccleſiis pacem reſtituere potuiſſet. Stultè enim in meditullio ſe conſtituens, tantum abſuit vt exulem diu pacem Eccleſiis redderet, vt ex diſcordiis nouas diſcordias propagaret, omniaque vbi que miſcuerit turbis, atque diſſenſionibus agitarit. Sed quid accidit? Cum ſic multiplicarentur in Oriente aduerſarij Chalcedonenſis Concilij, qui vnus eius patrocinium ſuſceperat Euphemius Conſtantinopolitanus Episcopos ab Orthodoxis compluribus colebatur, licet extorris eſſet à communicatione Apoſtolicæ ſedis: Etenim non communicare cum Euphemio, planè videbatur iis qui erant in Oriente, id ipſum eſſe aduerſari Concilio Chalcedonenſi, cuius erat ipſe protector: ſicque veluti contingere ſolet in nocturno conſpectu, nec qui erant amici ab aduerſariis facile dignoſci valebant, accidebatque omnes inter ſe mutuò commiſceri, cum inimicis interdum ſe iungerent Orthodoxi putantes eos verè eſſe fidei Catholice defenſores. Hæc ita hoc anno ſe habuere: reliqua autem dicemus inferius ſuis locis.

*Rom. 8.

CVR CATHOLICI COMMVNICARENT CVM EUPHEMIO.

IESV CHRISTI ANNVS 493. GELASII PAP. ANNVS 2. ANASTAS. IMP. 3. THEODORICI REG. 1.

Qvadrageſimus nonageſimustertius Chriſti annus Conſulatu Albini in Faſtis Caſſiodori reperitur adſcriptus, apud Marcellinum verò collega Eufebius additur. Porro in veteribus Latinis monumentis vnus ponitur Conſul Albinus, idemque Iunior inſcriptus, quod

quod alter Albinus Maior gesserit Consulatum anno Domini quadringentesimo quadra- A
gesimoquarto vna cum Theodosio Imperatore. De hoc autem Iunior Albino mentio est
in titulo sepulturæ ad ostium cryptæ ad S. Iuuenalis Narniæ posito verbis istis:

HIC QUIESCIT PANCRATIUS EPISCOPVS FIL. PANCRATII EPISCOPI, FRA-
TER HERCVLI EPISC. DEPOSITVS III. N. OCTOB. CONS. ALBINI IUNIORIS.]

ita ibi. Sed quod audis Pancratium Episcopum filium Pancratij Episcopi; memoria repete
quæ superius dicta sunt ex S. Hieronymo aduersus Iouinianum, pristino more fuisse receptum vt
coniugati frequenter ad Episcopatum postularentur, ea tamē lege, vt à coniuge abstinerent.

Quod autem ad res gestas pertinet: Hoc anno (inquit Cassiodorus) dominus noster Rex
Theodoricus Rauennam ingressus, Odoacrem molientē sibi in insidias interemit.] Quomodo
autem id acciderit, Procopius breuiter ita narrat: Theodoricus verò in Rauennæ obsidione
cum annum iam tertium contriuisset, Gothi q; ipsi diutius hanc obsidendo, tædio ac mole- B
stia afficerentur, & Odoacris insuper milites necessariarum rerum vt geretur inopia: conuen-
tum adinuicē est (Rauennæ Antistitis interuentu pacificatis) Theodoricus, Odoacerq; equa
ac simili sorte ea in vrbe vt viuerent, pariterq; potirentur imperio. Quibus conditionibus
aliquandiu vtrinque seruaatis, Theodoricus per causam, quod in se machinatus insidias es-
set, Odoacrem ad epulas fraudulenter vocatum cum occidisset, barbaris sibi & hostibus
conciliatis, qui reliqui fuerant, Gothorum solus & Italicensium imperium tenuit: Romani
tamen Imperatoris nec insignia quidem, nec nomen sibi desumpserunt, sed quoad vixit Rex est
appellatus, quo nomine suos barbari nuncupant duces.] hæc de extincto Odoacre & Theo-
dorici regno Italiæ adepti Procopius. Sed prætermiserunt hæc fuisse proditoriè acta Cassio-
dorus atque Iordanus: ille, quia in gratiam Theodorici, cui erat ab epistolis, cuncta dispo-
neret: iste, quia suorum Gothorum scriberet historiam.

Quod verò ad Odoacrem Regem pertinet: planè illi accidit, quod à sancto Seuerino No-
ricorum Apostolo fuerat prænunciatum verbis illis: Odoacer integer erit inter tredecim &
quatuordecim annos.] nam reliquis quibus superuixit annis vsque ad decimum septimum,
haud integer fuit: siquidem sæpe victus & obsessus triennio Rauennæ detentus est. Theo-
doricus autem Rex vna cum Rauenna integra potitus Italia, diuturno bello fatigatus, ad
stabiliendum adeptum regnum pacem optat: quam inire in primis cum Anastasio Imp. cu-
piens, duos ad eum mittit legatos cum litteris, cum ipse aliàs sæpe (vt iisdem testatur) ab eo-
dem Imperatore antè accepisset. Theodorici autem epistola sic se habet:

Anastasio Imperatori Theodoricus Rex.

Oportet nos, clementissime Imperator, pacem quærere, qui causas iracundiæ noscimus
non habere: quando ille moribus obnoxius iam tenetur, qui ad iusta deprehenditur impar- D
tus. Omni quippe regno desiderabilis debet esse tranquillitas, in qua & populi proficiunt, &
vtilitas gentium custoditur: hæc est enim bonarum artium deuota mater: hæc mortalium
genus reparabili successione multiplicans, facultates protendit, mores excolit; & tantarum
rerum ignarus agnoscutur, qui eam minimè quæsisse sentitur. Et ideo, piissime Princeps, po-
tentia vestra conuenit & honori, vt concordiam vestram quærere debeamus, cuius adhuc
amore proficimus. Vos enim estis regnorum omnium pulcherrimū decus, vos totius Orbis
salutare præsidium, quod ceteri dominantes iure suspiciunt, quasi in vobis singulare aliquid
inesse cognoscunt; nos maximè qui diuino auxilio in Republica vestra curā didicimus, quem-
admodum Romanis æquabiliter imperare possimus. Regnum vestrum, imitatio vestra, for-
ma est boni propositi, vicini exemplar Imperij: qui quantum vos sequimur, tantum gentes
alias anteimus. Hortamini me frequenter, vt diligam Senatū, leges Principum grater
amplectar, vt cuncta Italiæ membra componam. Quomodo potestis ab angusta pace diui- E
dere, quem non optatis à vestris moribus discrepare? Additur etiam veneranda Romanæ vr-
bis affectio, à qua segregari nequeunt, qui se nominis vnitatem iunxerunt.

Proinde illum atque illum (retrahit Cassiodorus nomina legatorum) legationis officio ad
ferenissimam pietatem vestram credidimus destinandos: vt sinceritas pacis, quæ causis
emergentibus cognoscitur fuisse vitiata, detersis conditionibus, in sua deinceps firmitate re-
stituta permaneat: quia pati vos non credimus inter vtrasque Respublicas, quarum sem-
per vnum corpus sub antiquis Principibus fuisse declaratur, aliquid discordiæ permanere;
quas non solum oportet inter se otiosa dilectione coniungi, verum etiam decet mutuis vi-
ribus adiuari. Romani regni vnum velle, vna semper opinio sit. Quicquid & nos possu-
mus, vestris præconiis applicetur. Quapropter salutationis honorificentiam præferentes,
prona

Procop. de
bello Goth.
lib. 1.
ODOACER
OCCIDITVR,
REGNAT
THEODO-
RICVS.

Cassiod.
epist. 1.

THEODO-
RICVS PA-
TRIS QUAE-
RIT AD IM-
PERAT.
addecora

suspiciunt

A prona mente deposcimus, ne suspendatis à nobis mansuetudinis vestrae gloriosissimam cha-
ritatem, quam ego sperare debui, etiam si aliis non videretur debere posse concedi. Cetera
verò per latores presentium pietatis vestrae verbo suggerenda commisimus, vt nec episto-
laris sermo redderetur extensior, nec aliquid pro vtilitatibus nostris prætermisisse videremur.]
hactenus Theodoricus ad Anastasium Imperatorem. Porro missam hanc fuisse legationem
post pacatas vndique res vltimo anni huius tempore, persuadet, quod Gelasius Kalendis
Nouembris ad Episcopos Piceni prouinciæ scribens, ad illam ferme diem tumultus bellicos
perdurasse testetur.

Quinam autem fuerint duo hi à Rege missi legati Constantinopolim, licet suppresserit
Cassiodorus silentio, ex litteris tamen Gelasij Papæ possumus intelligere, alterum ipsum
fuisse Faustum Magistrum Officiorum, cui idem Pontifex Communitorium dedit, vt pau-
lo post dicturi sumus; alterum verò fuisse Irenæum, ex litteris eiusdem Pontificis ad Anasta-
sium Imperatorem postea datis apparet: nam in eius epistolæ exordio de ambobus missis
legatis, iisdemque reuersis, hæc habet: Famuli pietatis vestrae, filij mei, Faustus Magister, &
Irenæus, viri illustres, atque eorum comites publica legatione fungentes ad Urbem reuer-
si, &c.] quam hic Gelasius dicit publicam legationem, in Communitorio ad Faustum re-
giam legationem appellat: vt non sit dubium, de legatione missa à Theodorico debere in-
telligi. Ceterum quod ad eiusdem legationis effectum pertinet, factus est voti compos
Theodoricus, vt ab Anastasio Imperatore pacem perfacile obtineret, vrpote qui (vt dictum
est) auro etiam ab hostibus eam redimere consueverit: sed etsi bellicosissimus quoque fuis-
set, ratio temporis exigebat, vt implicito ipsi periculosissimo Iaurico bello, pacem non dan-
di tantum, sed petendi onus incumberet.

B Ad stabilendum quoque sibi Italiæ regnum eundem Theodoricum legationem misisse
constat ad Clodoueam Franchorum Regem, eiusq; filiam Audeflendam in matrimonium
dari sibi postulasse: quod ille gratè concessit. ante cuius connubium ex concubina adhuc in
Mœsia positus duas Theodoricus genuerat filias, quarum alteram nuptui tradidit Alarico
Vuisigothorum Regi, alteram verò Regi Burgundionum in Gallia regnantibus. Iam verò &
antequam obtinuisset penitus, occidissetque Odoacrem; cum VVandalorum Rege in Afri-
ca regnante pacem sibi conciliasse, superius dictum est. Sic igitur cum omnium in Europa
regnantium Principum foedere Italiæ regnum pacatum sibi reddidisset atque tranquillum:
hinc factum est vt rebus politicis moderandis animum penitus addiderit, vsus Romanis
magistratibus, de ciuibus omnibus ac potissimum Senatoribus benemereri solitus. In pri-
mis verò Aurelium Cassiodorum Senatorem virum illustrem ac doctum auxit dignitate Pa-
triciatus, de qua eidem collata dignitate extant eiusdem Theodorici litteræ cum ad ipsum
Cassiodorum, tum ad Senatū datae, in quibus magistratus tum ab ipso, tum à maioribus
eius benè perfuncti honorifica mentio habetur. retinuit eum apud se, cuius consilio regnum
moderari consuevit, & leges sancire populis; vsus etiam eius ministerio in conscribendis ad
diuersos epistolis, ex quibus ipsius Cassiodori libri Variarum confecti sunt. At de his satis
reliqua verò de ipso annis singulis pro temporum ratione promemimus. Iam ad res Ecclesiasti-
cas reuocemus orationem.

C Decreta, quam diximus, à Theodorico Rege ad Anastasium Imperatorem legatione, al-
teri legatorum Fausto Magistro Gelasius Papa causam commendat, quæ vertebatur cum
Euphemio Episcopo Constantinopolitano à Catholica communionem diuiso: vt si posset,
quod iustum esset ei persuaderet, nempe vt Ecclesiæ Romanæ æquissimis iussionibus parens,
E eiusdem consecuti mereretur communicationem frustra hactenus expetitam. Huius autem
delegandi Fausto negotij ea potissimum ratio intercessit, quod acceptis à Gelasio anno su-
periore datis litteris Euphemius Patriarcha, tantum absuit vt illis pro consequenda com-
munionem Romani Pontificis acquieuerit, vt etiam animo obstiniori resisteris, non solum
Acacij nomen è sacris tabulis minimè dempserit, sed & eius defendendi suscepit patro-
cinium: immò & eò dementiæ progressus fuerit, vt inops consilij, quid aliud faceret ne-
scius, ipsam Apostolicam sedem ad iudicium vocare in animum duxerit, & iactarit præter
hæc alia plura ab eisdem hæreticis & schismaticis contra Apostolicam sedem esturari solita:
His accessit, quod ab eo & aliis Orientalibus ad concitandam Anastasij Imperatoris inui-
diam & odium aduersus Romanum Pontificem, in vulgus sparsum fuerit, ipsum Anasta-
sium ab Episcopo vrbs Romæ non recipi, neque à Senatu Romano: cuius rei causa ipse Im-
perator commotus est.

FAUSTVS ET
IRENÆVS
LEGATI.

Iordan. de
reb. Goth.
THEODORI-
CVS PACEM
CVM OMNI-
BVS REGI-
BVS SIBI
CONCI-
LIAT.

CASSIODO-
RO COLLA-
TA PATRI-
CIATVS DI-
GNITAS.
Cassiodorus
Variar. lib. 1.
epist. 3. 4.

GELASIO
PAPAE OC-
CASIO DA-
TA COMMU-
NITIONI
NTORII
SCRIBENDI.

VERBIS
IMP. ADVER-
SVS GELA-
SIVM.

Ne

Ne igitur horu occasione Romana Ecclesia in discrimen adduceretur, aetataq; inter duos A haereticos Principes Anastasium & Theodoricum durioribus angustiis premeretur: viro pio Faustio Magistro alteri legatorum tantę molis negotium credidit, vt cum esset Constantino- poli, obiecta dilueret, tentata destrueret, atque sequester pacis existens, Orientalis Ecclesię cum Occidentali cõciliator accederet. Profectus est Faustus, nauiterq; negotium susceptum peregit; sed non ex sententia vt erat in optatis absoluit, refragante Euphemio, & maiora rixarum fomenta miscente. Qui & de omnibus quę transacta erant cum ipso, datis ad Gela- sium litteris, eum reddidit certiore. Quibus acceptis, Gelasius ad eum rescripsit aduersus aduersariorum calumnias defensionem, qua posset idem Faustus ab aduersariis obiecta re- fellere. Extat ipsa quidem Commonitorij nomine nuncupata, quod scilicet eum Gelasius admoneret, quonam modo perulantiam calumniantium retundere validę posset. est verõ eius argumenti tractatio, qua rerum gestarum series aperitur, & illorum resellantur obie- ctiones, digna vtique quam perlegas & exactę consideres, cuius hic est titulus:

Beatissimi Gelasij Papę Cõmonitorium ad Faustum Magistrum fungentę legationis offi- cio Constantinopoli.] quod quidem tũc scriptũ videtur, cum ad litteras ipsius Faustii Gelasius respondit, cum ad eum ille scripsisset de Gręcorũ animo obstinato, epistola autem ita habet:

ego quoque mente percepi, Gręcos in sua obstinatione mansuros: nec cui velut in spe- rarum videri potest, quod est ante præcognitum. Quapropter non iam propter religionis causas student dispositionibus publicis obuiare, sed potius per occasionem legationis regię Catholicam fidem moluntur euertere, & tali commento nituntur sperata præstare. Quid sibi vult autem, quod dixerit Imperator, à nobis se in religione damnatum; cum super hac parte & decessor meus non solum minimę nomen eius attigerit, sed insuper quando princi- pia adeptus regię potestatis exercuit, in eius se scripsit Imperij promotione gaudere: & ego C illa ipsius vniquam scripta percipiens, honorificis (vt nostis) eum litteris salutare curauerim? Decessores mei sacerdotes, qui præuaricatoribus se communicasse, propria voce confessi sunt, à communionem Apostolica subinouerunt. Si isti (Imperatori scilicet) placet se miscere damnatis, nobis non potest imputari: si ab eis velit discedere, tanto magis à nobis nõ potest esse damnatus; sed potius ad gratiam sincerę communionis admittitur.] hæc quod ad excu- sationem Pontificum pertinet: sed quod nec recipi se à Senatu, vt hæreticum, esset eiusdem Imperatoris Anastasij querela; hæc ad ipsius Senatus excusationem idem Gelasius subdit in eodem ad Faustum Commonitorio:

Ad Senarum verõ pertinet Romanum, vt memor fidei, quam à parentibus se suscepisse meminit, contraria vitę communionis externę, ne à communionem eius sedis Apostolicę (quod absit) reddatur externus. Veniam sibi dari proponit. Legatur ex quo est religio Chri- stiana, vel certę detur exemplum in Ecclesia Dei, à quibuslibet Pontificibus, ab ipsis Aposto- lis, ab ipso denique Salvatore veniam nisi corrigentibus se fuisse concessam. Auditũ autem sub celo nec legitur omnino, nec dicitur, quod eorũ voce deponitur: Date nobis veniam, dum tamen nos in errore duremus.

Id quoque pariter ostendant, qui nobis canones nituntur opponere: quibus hoc canoni- bus, quibus regulis, qua lectione, quõve documento siue à maioribus nostris, siue ab ipsis Apostolis (quos potiores merito fuisse, non dubium est) seu ab ipso Domino Salvatore, qui iudicaturus creditur viuos & mortuos, siue factum est vniquam, vel faciendum esse manda- tur. Mortuos suscitasse legimus Christum: in errore mortuos absoluisse, non legimus. Et qui certę hoc faciendi solus habuit potestatem, beato Petro principaliter mandat Apostolo: Quę ligaueris super terram, ligata erunt & in cælis: & quę solueris super terram, soluta erũt & in cælis. Super terram, inquit. Nam in hac ligatione defunctum nusquam dixit absolui. Quod ergo numquam factum est, vel mente concipere formidamus, scientes in diuino iu- dicio non posse penitus excusari.] hæc idcirco Gelasius, quod petiissent Orientales Acacij communicatores, dari illi veniam, quod in Romanum Pontificem deliquisset, à quo fue rat excommunicatus: quod nisi fieret, comminarentur se penitus à Romana Ecclesia discessu- ros. Ad hæc quidem ipse Gelasius ista respondit:

Si autem, quod nunc prætendunt, à Romana Ecclesia se sunt diuisuri: id iam dudum fe- cisse monstrantur. Euphemium verõ miror, si ignorantiam suam ipse non perspicit, qui dicit Acacium ab vno non potuisse damnari. Ita ne non perspicit, secundum formam Synodi Chalcedonenstis Acacium fuisse damnatum? nec nouit eam, aut se nosse dissimulat? in qua vtique per numerosam sententiam sacerdotum erroris huius auctores constat fuisse damna- tos,

COMMONI- TORIUM GELASII AD FAU- STIUM.

ANASTASII QUERELA IN SENATU.

GELASII CAUSA IV- STISSIMA.

Mat. 16.

DE EUPHE- MII VANI- TATE.

A tos, sicut in vnaquaque hæresi à principio Christianę religionis & factum fuisse, & fieri, ma- nifesta rerum ratione monstratur, decessoremque meum executorem fuisse veteris cõstituti, non nouę constitutionis auctorem. Quod nõ solum Præsuli Apostolico facere licet, sed cui- cumque Pontifici, vt quoslibet, & quemlibet locum, secundum regulam hæreticos ipsius antę damnata à Catholica communionem discernant. Acacius quippe non fuit noui vel proprii in- uentor erroris, vt in eum noua scita prodirent, sed alieno facinori sua cõmunionem se miscuit. Itaque necesse est, vt in eam recideret iusta lance sententiam, quam cum suis successoribus per conuentionem Synodalem suscepit auctor erroris.

Nobis opponunt canones, dum nesciunt quid loquantur: contra quos hoc ipso venire se produnt, quod primę sedi sana rectaq; suadenti parere fugiunt. Ipsi sunt canones, qui appel- lationes totius Ecclesię ad huius sedis examen voluere deferri: ab ipsa verõ nusquam pror- sus appellari debere, sanxerunt: Ac per hoc illam de tota Ecclesia iudicare, ipsam ad nullius commeari iudicium: Nec de eius vniquam præceperunt iudicio iudicari, sententiamq; illius constituerunt non oportere dissolui, cuius potius decreta sequenda mandarunt.

In hac ipsa causa Timotheus Alexandrinus, & Petrus Antiochenus, Petrus, Paulus, & Io- annes, & ceteri, non solum vnus, sed plures vtique nomen sacerdotij præferentes, sola sedis Apostolicę sunt auctoritate deieci: cuius rei testis etiam ipse docetur Acacius, qui præce- ptionis huius extitit executor. Quod vtique sicut Apostolicam sedem iuxta formam Synodi- cam fecisse, manifestum est, sic neminem resutare potuisse, certissimum. Hoc igitur modo recidens in consortium damnatorum, est damnatus Acacius, qui eorum damnationem, an- tequam præuaricator existeret, fuerat executus. Nobis ausi sunt facere canonum mentio- nem, contra quos semper ambitionibus illicitis fecisse monstrantur.

C Qua ipsi Synodo, vel secundum cuius Synodi formam Alexandrinum Ioannem de Ec- clesia, cui ordinatus fuerat, expulerunt? qui nullis ausis euidentibus nec antę conuinci, nec postea prouocans etiam in iudicio competenti potuit accusari. Quod si dicunt: Imperator hoc fecit. Hoc ipsum quibus canonibus, quibus regulis est præceptum? Cur huic tam prauo facto consensit Acacius, cum auctoritas diuina dicat: Non solum qui faciunt praua reos es- se, sed etiam qui consentiunt facientibus: Quibus canonibus, quibusve regulis Calcedion ex- clusus est, vel primi vrbium diuersarum Catholici sacerdotes? Qua traditione maiorũ Apo- stolicam sedem in iudicium vocant? An secundę sedis Antistites & tertię, ceteriq; bene sibi conscij sacerdotes pelli debuerunt; & qui religionis extitit inimicus, depelli non debuit? Vi- derint ergo si alios habeant canones, quibus suas ineptias exequantur.

Ceterum isti, qui sacri, qui Ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem Apostolicam ad- D iudicium vocare num possunt: & Constantinopolitanę ciuitatis Episcopus, quę vtique per canones inter sedes nullum nomen accepit, in communionem recidens perfidorum, non debuit submoueri? An qui homini mentitus est Imperatori, & qui Imperatorem læsisse per- hibentur, depelli debuerunt; & in Deum, qui summus & verus est Imperator, Acacium delinquentem, sinceramque communionem diuini sacramenti studentem misere cum perfid- is, secundum Synodum, qua hæc est damnata perfidia, non oportebat excludi? Sed velint, nolint, ipsius iudicio antiquę canonum constitutiones firmabuntur. Sed religiosi viri atque perfecti secundum canones concessam sedi Apostolicę potestatem nimirum conantur eri- pere, & sibi met eam contra canones vsurpare contendunt? O canonum magistras atque cus- todes! Nobis nullum fas est inire certamen cum hominibus communionis alienę, diuina Scriptura dicente: Hominem hæreticum post primam & secundam correctionem deuota, b Tit. 3. E sciens quod huiusmodi delinquat proprio iudicio condemnatus. Ecce cognoscant, quia non solum ab alio, sed à se ipso damnetur hæreticus.

Illud autem nimis est impudens, quod Acacium veniam postulasse coningunt, & nos ex- titisse difficiles. Testis est frater vester, filius meus, vir illustris Andromachus, qui & à nobis abundanter instructus est, vt cohortaretur Acacium, deposita obstinatione respicere, & ad sedis Apostolicę remeare consortium: quique se sub iureiurando magnis cum eodem mo- litionibus egisse testatur, nec ad ea quę recta sunt potuisse deflecti, sicut rerum probatur ef- fectu.] Quod verõ hic dicat Gelasius, à nobis instructum Andromachum ad Acacium co- hortandum, non ita intelligi potest, vt id Gelasius ipse præstiterit, cum idem Acacius iam- diu antequam ipse Pontifex crearetur, decessisset ex hac vita: sed illud, quod à nobis, hoc est, ab ipsa Apostolica sede factum intelligit. At pergat: Certę proferatur iudicium, quando miserit, quando veniam postularit, correctionemque suam nobis promiserit exhibendam:

DE APPRE- LATIONI- BUS AD APO- STOLICAM SEDEM.

PATRIAR- CHAR DAM- NATI AB APOSTOLI- CA SEDE.

INVESTI- FACTA AB ACACIO.

Rom. 1.

PRÆSUM- PTIO VO- CANDI AD IUDICIUM SEDAM APO- STOLICAM.

Tit. 3.

RENDACIA CONVINCITUR PROLATA.

nisi

nisi forte hunc animum gessit, quem successores eius habere perspicimus, ut tamen si veniam postulareret, sic sibi vellet impendi, ut nihilominus in errore peristeret: vbi utique non tam a nobis recipi videretur, quam nos potius ad suam traducere prauitate. Quem reatum se confessuros asserunt ante certamen? Si reatus est, utique corrigendus est: Si corrigendum non putant, fallaciter se reatum perhibent profiteri: nisi (quod est infelicis) cum & farentur reatum, & non aestimant corrigendum.

FAKSA ET INANIS PRAETENSIO SCHISMATICORVM.

Illud quoque me ridere libuit, quod ait: si necesse fuerit, veniam postulare: Existimans nimirum tunc se peccati veniam necessario postulare, si ei concedamus ne peccare desistat; immo etiam (quod absit) cum eodem consentiamus nos quoque peccare. Nescio inter quae mundi prodigia haec vox possit admitti. Remitti culpa de praeterito potest, correctione sine dubio subsequente. Nam si deinceps finitur mansura peruersitas, non est benignitas remittentis, sed consentientis assensio. Non est mirum si isti sedem beati Petri Apostoli blasphemare praesumunt, qui talia portenta vel corde genuit, vel ore diffundunt, & nos insuper superbos esse pronunciant: cum eis prima sedes, quicquid est pietatis, non resistat offerre, illi eam ipso proteruo spiritu subiugare se posse confidant. sed captos mente facere ista, non mirum est: Sic phrenetici solent medicantes quosque vel ut hostes putare, vel cadere.

APOSTOLICA SEDES IUDICAT OMNIA.

Quare tamen ab his: iudicium quod praetendunt, vbi nam possit agitari: an apud ipsos, ut iidem sint inimici & testes & Iudices? Sed tali iudicio nec humana debent committi negotia, nedum diuinæ legis integritas. Si quantum ad religionem pertinet: non nisi Apostolicæ sedis iuxta canones deberet summa iudicij totius. Si quantum ad saeculi potestatem: illa à Pontificibus, & praecipue à beati Petri Vicario, debet cognosci; quæ diuina sunt, non ipsa eadem iudicare. Nec sibi hoc quisquam potentissimus saeculi (qui tamen Christianus est) vendicare praesumit, nisi religionem forsitan persequens.

AUCTORITAS APOSTOLICAE SEDES.

M. 16.

Quid tamen dicerent, si non chartis suis in omnibus vincerentur? Ineptias itaque suas sibi seruent, nisi resipiscant potius cogitantes Christi vocem non esse superfluum, quæ confessioni B. Petri Apostoli inferni portas numquam praeualiturus asseruit. Quapropter non veremur, ne Apostolica sententia resoluatur, quam & vox Christi, & maiorum traditio, & canonum fulsit auctoritas, ut totam potius Ecclesiam semper ipsa diiudicet. Sed cogitet magis (si quis in eis religionis est sensus) ne prauitatem suam nullatenus deponeret, apud Deum hominesque sedis Apostolicæ perpetua constitutione damnentur. Sic autem dicitur fuisse definitum, ut deinceps de negotio nihil dicatur, quasi vel nunc eos (quemadmodum nostris) meo duxerim nomine specialiter alloquendos: Neque planè cum istis non corrigentibus ineunda congressio, quemadmodum cum aliarum quoque hæresum sectatoribus dimicatio renuenda. Vos autem saluos & hospites quantocyus huic reuerti, continuis Diuinitatem votis experimus.] haec tamen ad Faustum legatum Commonitorium de his quæ ipse aduersariis respondere deberet, cum iura impeterent Apostolicæ sedis.

VNDERE-VIT ARROGANTIA CONSTANTINOPOLITANORVM EPISCOPIS.

Vidisti, lector, ex responsionibus Papæ Gelasij, quoniam progressa fuerit arrogancia Constantinopolitanorum Antistitum, Apostolicæ sedis veluti captivæ sub iugo barbarico insultantium; vnde eis animositas tanta succreuit, ut qui ministri esse solerent in mandatis (ut vidimus) exequendis Apostolicæ sedis, modo iidem, quod illic vigeret adhuc imperium, in Occidente autem fuerit desolatum, statim putarint Romanæ Ecclesiæ iura, quasi super homines vel moenia innixa, non Dei promissione firmata, esse diminuta atque collapsa: Cum è contrà in ipsis Romanis Pontificibus videas eundem inesse vigorem, atque eandem reside-re in iisdem cum auctoritate & potestate etiam maiestatem, optimè conscis prædecessores suos etiam temporibus Ethnicorum Imperatorum, cum grauissimæ persecutiones ingruerent, non solum nihil remississe roboris sacerdotalis, sed maiorem semper præstulisse constantiam, utpote qui probè scirent, supra firmam petram fundatam Ecclesiam nullis unquam posse labefactari contrariis, vel debilitari pressuris, immo maiora ex aduersis virium sumere incrementa, ut planè fiat cuique rem attentius intruenti perspicuum, ipsam Ecclesiam, non hominum, sed summi Dei regimine gubernari, providentia regi, protectione defendi, & auxilio iugiter subleuari. At quid actum sit Constantinopoli, cum istæ per Faustum sunt allata atque relata, dicturi sumus anno sequenti.

PELAGIANI IN DALMATIA ITERRVM PVBLICARE DEBEVNT.

Iam verò quæ ab eodem perugili pastore Gelasio hoc ipso anno aduersus Pelagianos in prouinciis Dalmatiæ & Piceni decessos acta sunt, enarremus. Extant eo argumento conscriptæ hoc anno sub Albini Consulatu ipsius Gelasij Papæ epistolæ, è quibus rerum gestarum series satis sufficiens colligi posse datur: exscripseramus nos antè ex codice Vaticano, collatione

A tione facta cum vetustissimo exemplari petito è monasterio S. Petri in Auellana in Vmbria sito, quas nuper Vaticanis typis gaudemus editas. Porro datæ Gelasij primo noscuntur litteræ ad Honorium in Dalmatia Episcopum hoc anno, quinto Kalendas Augusti, sub Consulatu Albini, licet mendosè & Fausti collegæ legatur: nullus enim Fausti Consulatus sub Pontificatu Gelasij reperitur. ipsa autem epistola sic se habet:

Gelasij ep. 3. tom. 1. epist. Rom. Pont. GELASIVS AD HONORIVM DE PELAGIANIS INQUIRENDIS. Luc. 22. 10. 21. 2. Cor. 11.

Dilectissimo fratri Honorio Gelasio.

Licet inter varias temporum difficultates continuis occupationibus implicati vix respirare valeamus; pro sedis tamen Apostolicæ moderamine totius ouilis Dominicæ curam sine cessatione tractantes, quæ beato Petro Saluatoris nostri voce delegata est: Et tu conuersus confirma fratres tuos, & item: Petre amas me? pasce oues meas: dissimulare nec possumus, nec debemus, quæ nostram sollicitudinem forma perstringat, cum beato Paulo Apostolo sentientes, atque dicentes: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Ita quippe nos repente tristis, horrenda, & vix credibilis confecit opinio, ut mentem nostram confunderet, sauciaret, affligeret. Nunciatum est enim, in regionibus Dalmatiarum quosdam recidiua Pelagianæ pestis zizania seminasse, tantamque illic eorum præualere blasphemiam, ut simplices quosque mortiferi furoris insinuatione decipiât. Addit his complura in derestationem Pelagiani erroris antè cum sententia Romanorum Pontificum, tum sacris Conciliis sapius prædamnati.

His acceptis Honorius litteris, negans, ad Gelasium rescripsit quaerens tamquam calumniam passus, cum accusaretur nomine negligentia, & occultæ proditoris Catholicæ fidei. Gelasius verò, datis rursus ad eum litteris, quàm expediat in his peruestigandis videri studiosior quàm remissior, declarat, his verbis exorditus epistolam:

Gelasij ep. 4. tom. 1. epist. Rom. Pont. INQUIREN DI DILIGENTIVS HAERETICI.

Miramur dilectionem tuam fuisse miratam, curam sedis Apostolicæ, quæ more maiorum cunctis per mundum debetur Ecclesiis, pro vestra quoque regionis fide fuisse sollicitam. Cumque ad eam perlatum esset, quod quidam per Dalmatias integritatem Catholicam vitare niterentur, & diuinis humanisque legibus antè damnatum Pelagianæ pestilentia virus inferre, non putauerimus vllatenus differendum, quo minus hæc diligentius inquirentes, ut aut si fortasse irreperant, de proximo sanarentur, aut anxietatem nostram, si falsò probarentur iactata, releurent: aestimantes, melius nos videri impatientius talia inuestigare voluisse, quàm crescere dissimulando perniciem. Neque enim vel silentio premere causam huiusmodi, vel differendo fouere deberemus: cum, dicente Magistro Gentium: Sollicitudine non pigri: atque iterum: Qui præest in sollicitudine: reos proculdubio nos, nisi continuo quæreremus, etiam si inaniter essent vulgata, conuincerent. Nec interest per quos ad aures nostras eadem peruenissent, dum quomodolibet ista referentibus, postquam nostrâ conscientiam penetrarent, in his veraciter indagandis pastorales excubias esse non oportuerit negligentes, quatenus vel è vestigio posset lupis inhiantibus obuiari, vel nullis existentibus feris, ouium custodia secura persisteret.]

Rom. 12. 5. 1. Cor. 14.

Vides quanta Gelasius ista inculet energia: ex quibus planè intelligas, ex sanctorum Patrum præscripto in hæreticis sollicitè inquirendis vigilantissimum esse debere studium primæ sedis Antistitis, indefessumque exhibendum officium, atque diligentiam incomparabilem adhibendam: in quo munere ex ipsius Gelasij sententia constet segnitiam magis culpandam, quàm exquisitam improbandam esse solertiam; adèd ut præster, delatum à quouis etiam innocentem in quaestionem adduci, quàm sub leui suspitione relinquere Catholicæ fidei integritatem.

Ceterum quod pertinet ad Pelagianos in Dalmatia degere nunciatos: veram eam fuisse delationem, credi absque piaculo potuit, cum in proximis prouinciis transmarinis eadem erroris semina sparsa esse comperta sint. Etenim breuis interstitio maris ex aduerso positam Piceni prouinciam iisdem temporibus liquet Pelagij fuisse contagione labefactatam. Hoc namque anno sub eiusdem Albini Consulatu data habetur Kalendis Nouembris Circularis epistola eiusdem Gelasij ad omnes Episcopos in Piceno positos, qua plurimum dolet, eandem Pelagianam hæresim in eadem prouincia coalescere cœpisse. Sed quo magis aduersus eos Romanus Pontifex commoueretur, illud quidem fuit, quod non sicut in Galliis, vel aliis prouinciis Pelagianorum doctissimi fraudulenta calliditate sub Catholico nomine, subque titulo defensionis Catholicæ pietatis, immò & sub prætextu impugnandi eiusdem erroris Pelagiani, Pelagianam (quod vix credi possit) vafre nimis hæresim propinarant: verum homo rudis, illiteratus, obtusus ingenio, vecors, stupidus, & infantissimus eandem cum do-

PELAGIANI IN PICENI Prouincia.

ceret hæresim, qui eum audirent, & essent, & qui inducerentur in errorem inuenirentur A etiam sacerdotes summi, populis præidentes Episcopi.

Ad hæc autem mala curanda legatum misit Gelasius Papa Romulum S. R. E. diaconum Cardinalem, cui & cum Apostolica ei tributa auctoritate litteras etiam ad dictos Episcopos dedit. Audiamus igitur ipsum Gelasium iuste exostulantem cum Episcopis Piceni prouinciae in epistola ad eos simul omnes conscriptas, ex qua tamen, omissis reliquis, illa dumtaxat, quæ ad historiam pertinent, hic describemus. sic enim se habet:

*Gelaf. ep. 5. rom. 1. epist. Rom. Pont.

Gelasius Episcopus vniuersis Episcopis per Picenum in Domino salutem.

GELASIVS AD EPISCOPOS PICENI.

Barbaricis hætenus dolebamus incurfibus & bellorum sæua tempestate vastari: sed quantum inter ipsa recentium calamitatum feruentia pericula comperimus, perniciosorem diabolus Christianorum mentibus labem quam corporibus hostilis feritas irrogauit.

Quod malum principaliter illarum regionum respicit sacerdotes, qui tanta segnitie, tanta B que ministerij dissimulatione suscepti, commissarum sibi negligunt regimen animarum, vt eas etiam ab exiguis quibusque bestiolis lacerari sub conspectibus suis impunè patiantur: quinimo subrepentes nequitias componendo, & deprauatoribus acquiescendo Fidelium, non solum eas minimè retrahant, sed ipsi magis præbeant propria nutrimenta perditionis exemplo. Quid autem tales essent acturi Pontifices, si (quod absit) vel aliqua noua pestis & primitus ignorata prorumperet, vel ingenis acrioribus, sensibusque versutis, aut aliqua secularium doctrinarum peritia callidis sacrilega blasphemiarum dicta promerentur, qui tam veteris erroris detrita commenta, tamque maioribus Ecclesiarum magistris, quam etiam nostra ætate conuicta non recolunt, nec refutant, atque ab imperitis stultisque prolata non respuunt?

PICENI EPISCOPI REPREHENSIONE DIGNI.

Gratias omnipotenti Deo agimus, quoniam suorum corda per huiusmodi personas examinat, qui hoc ipsum virus nesciunt, quod loquuntur. Nam quid facerent populorum Præsules sub astutioribus inimicis, qui se subiiciunt libenter indoctis? Quando vtrique etiam si tanta erat in rectoribus Dominici gregis prorsus ignauia, vt ne tam vilem, hebetemque personam possint vel intelligere, vel refrenare, potius pastoralis cura debuerint à nobis cognoscenda perquirere, quam suasionibus inconsideranter absurdis facile submittere voluntatem.

*Apo. 16.

Oblatus est enim nobis miserabilis senex, Seneca nomine, qui non modò totius est eruditionis alienus, sed ipsius quoque intelligentiæ communis prorsus extraneus, in Pelagianæ voraginis cœno (sicut de quibusdam in Apocalypsi b legimus) velut vna ranarum impudenter immerfus, inque illa face horribiliter volutatus, nullatenus inde qualiter emergere possit, inueniens, quia puritatem relinquens Catholicæ veritatis, quanto se per lubricum falsitatis conatur attollere, tanto magis eius lutosis foueis circumclusus obruitur, de illis vnus existens, de quibus Petrus dicit Apostolus c: Hi verò, velut irrationabilia pecora, naturaliter in captione & in pernicie, in his quæ ignorant blasphemantes in corruptione sua; & peribunt recipientes mercedem iniustitiæ.

*2. Pet. 2.

SENECÆ PELAGIANI HAERETICI CVM PRAVITATE STVPIDITAS.

*Mat. 19. Marc. 10. Luc. 18. *2. Tim. 2.

Re vera enim sic eius stolidus & obtusus est animus, vt de his venenis quæ malè hausit & vomuit, nullam rationem vel accipere valeat omnino, vel reddere: sed induratus occæcatione diabolica, sibi que iam traditus, cordis sui funesta sit obstinatione damnatus; nihilque superlit ei, nisi vt Deus noster, qui dixit d, quæ hominibus impossibilia videntur, apud se esse facilia, huiusmodi mentem potenti compunctione transfigat, vt secundum beatum Apostolum e Paulum respiscat à diaboli laqueis, quibus captiuus detinetur sententia diuini iudicij. Multa ex illis, quæ de Pelagianis sensibus nec in somnis omnino contingerat, vobis magis patefacta prodidimus, ea que dudum conuicta fuisse monstrauius, &c.] E

Quænam autem essent Pelagianæ hæresis capita, quæ circulator iste prædicans, corrumperat populum illum alioqui piuum hætenus, & qui antehac nec vel leui suspitione hæresis reperiatur asperfus, idem Gelasius memorat, simulque iungit antidotum, quo Episcopi illi & se ipsos & alios eo veneno potatos curare possent, ac pristinae reddere sanitati. Tres autem enumerat Pelagianas sententias Gelasius, quarum senex delirus erat assertor: Earum prima illa est, quod negaret infantes cum peccato originali concipi, & ei obnoxios reddi: Secunda ista, paruulos sine baptismo non posse damnari: Tertia demum erat, hominem per liberum arbitrium, ipsa natura suffragante, posse beatum reddi. His tribus capitibus, immo portentis, cerberus iste triceps haud leuia populo illi damna intulit, tacentibus qui bestiam abigere debuissent Episcopis, immo & eidem consentientibus: vnde ad finem epistolæ ipse Gelasius eosdem huiusmodi exagitat querimonia:

Nimis

A Nimis inculamus fratres & Coepiscopos nostros, maxime per Piceni prouincias Dei Ecclesiam gubernantes, qui non solum ineptissimi senis abiectæque personæ prauum non deterruere colloquium, verum & suo nutriuere consensu. Quis audiat? Quis ferat, passos esse Pontifices; vt cadauer nescio quod indignum, presbyterum sibi non acquiescentem audire, communionem priuaret? Quomodo talis vel susceptus ab aliquo, vel patienter auditus est? hæc cum exclamet ipse Gelasius, & iure redarguat tantum sibi sumpsisse cariosum fenem, vt resistentem ipsi presbyterum excommunicare præsumperit, demum silentio obuolutam hætenus pandit causam, cur tantam sibi deformem monstrum vendicaret auctoritatem, nimirum quod ad hæresim illecebras proposuisset carnis oblectationes atque lasciuias. Magnum profectò & late patens esse solet ad illaqueandas animas eiusmodi hæreticorum rete; vt vbicumque tensum fuerit, capiantur omnes bestiae terræ; tantummodo verò

B euadant illi, qui sicut columbæ pennis caelestia petunt, & de quibus est Sapientis sententia: Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.] quod quidem plus satis infelicissima nostra tempora edocent. Sed audi insecantem ista Gelasium, & de inueterato dierum malorum fene hæc nefanda prodentem:

*Psal. 54. Prou. 1.

Insuper leges dedit, libenter acceptus, vt serui Dei cum puellis sacris congregatione decorosissima miscerentur. Nam cum spirituales animi, etiam cum desint ista consortia, imaginariis infestentur illecebris: quemadmodum alterni sexus intuitu sic illicita volentes, non vehementius incitentur? hæc quidem probrosus senex, cum vim tantam assereret homini etiam sine Dei adiutorio inesse liberæ voluntatis, vt si vellet, posset inter adolescentulas versari, contrectare; & tamen nullatenus inquinari. Talibus ergo suis concessa licentia, & dempto à sacris virginibus candido pudoris velamine, superinducto autem naturalis furuo regimine libertatis, quod libidinum putas lutum eiusmodi commixione porcorum esse contractum, concretum, & augmentatum, longè superans Augiæ stabulum Herculis sudore mundatum?

MISCEBAT PVCELLIS MONACHOS PELAGIANVS HAERETICVS.

Sed etsi tanto suæ isti essent obruti cœno libidinum, sanctissimi tamen voluerunt hominibus apparere, nobilique veluti corona redimiti digni victores, qui thorace libertatis arbitrij potentes, spicula carnis vt sagittas infantium se superasse iactarent, sicque diuinam sententiam reddidissent irritam, qua Sapiens asserit f: Sciu quoniam aliter nõ possum esse continens, nisi Deus det: & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum.] hæc qui sapit, non qui dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Aduersus ergo eiusmodi sociantes se sacris virginibus poenas decernit idem Gelasius in epistola data anno sequenti ad vniuersos Episcopos, qua & coërcet clericos eiusdem Piceni prouinciæ negotiationibus & turpibus lucris vacantes.

*Sapient. 8.

*Gelaf. ep. 6. rom. 1. epist. decretal.

Sed quod infirmum est hæreticis, cum praua & aduersantia Catholicæ fidei dogmata sectanda proponunt, vt in eos quos sciunt his aduersari viros sanctissimos Catholicæ fidei defensores, mox iacula maledictionum intorqueant: audi quid de sene bis puero, ter fatuo, quaterque improbo idem Gelasius addat: Adhuc maius scelus accrescit, vt sub conspectu & præsentia sacerdotum, beatæ memoriæ Hieronymum atque Augustinum Ecclesiasticorum lumina magistrorum, musca moritura (sicut scriptum est g) exterminans oleum suauitatis, læcerare contenderet. Sed quid miremur Ecclesiarum Præsules ista negligere; quos (sicut à multis audiuius) contra canones omnia gerere, & contra Apostolicam disciplinam passim cuncta miscere, manifestum est; non seruatis regulis, ordinare, liciteque non solum monachos, sed etiam ministros Ecclesiæ cum feminis ad peregrina migrantes, remeare rursus, & ab aliis Episcopis in militiam prouehi clericalem? Quæ cum singula toleranda non sint: quis sustineat tot & tanta facinora perpetrari, quibus spectaculum Gentilibus & Iudæis & hæreticis non immeritò præbentes, in ipsum (quod absit) tendere videantur religionis excidium? Dignè ista facientibus aptabitur illa sententia dicentis Apostoli h: Nomen Dei per vos blasphematur in Gentibus.] Ne verò hæc vltèrius progrediantur, quibus, vt altius coallescerent, quæ hætenus in Italia inter Odoacrem & Theodoricum fuere bella, occasionem præbuerant, idem Pontifex his admonet verbis:

*Ecl. 10. NEGLECTA CVSTODIA CANONVM.

*Rom. 2.

Sufficiat igitur hætenus fuisse hæc commissa: & vt placetur Deus humanis rebus, sollicitus diuina curentur. Nusquam loci prorsus inueniatur præfatæ pestis assertor, nec accessum prorsus Ecclesiæ, vel vsquam participationem Catholicæ communionis inueniat; qui hæreticorum mauult sublequi nefaria professione consortium: & hi cum quibus antea probabitur noxium miscuisse colloquium, nisi resipiscunt, & ab eius societate discedunt, ab

ADMONITIO GELASII ET COMMUNICATIO.

Ecclesiastico renati seruitio, deuota vltione plestantur, quo cetēris cauendi ministretur A exemplum. Nullum adeat: nec vsquam loci damnatē olim blasphemīe iam sinantur. Discreta suis habitationibus virorum atque feminarum (sicut sanctum propositum decet) exerceatur circumspecta deuotio. Contra canonum constituta nullus ad Ecclesiasticum permittatur officium: non ignoraturis prouincīe cuiusque Rectoribus, nec de præteritis veniam reperturos erroribus, si deinceps dissimulauerint vitare patefactos: Nec excusationis de cetero relinquetur occasio, si post præcepta præsentia, quæ per Romulum diaconum (cuius tolerantiam pro fide Catholica & pro religione vigilantiam gratissimè comprobamus) duximus destinanda, quisquis super his omnibus aut contemptor, aut negligens deprehendatur Antistes. Sicut enim ad sedis Apostolicæ moderamina pertinet, cunctis sollicitudinem debitam ministrare congruenter Ecclesiis: ita necesse est vt in contumaces & desides traditam sibi diuinitus non dissimulet potestatem. Data Kal. Nouembris, Albino V. C. Consule] B quo (vt dictum est) Theodoricus regnare in Italia cœpit.

ECCLESIAE ROMANAE AUCTORITAS INTER GRAEVS ANASTASII REGIS.

Intueris, lector, nihil penitus Apostolici vigoris remissum vel hebetatum, deploratissimis licet temporibus, Ariano Rege omnibus Italiae prouinciis dominante, nihilque solite Romanæ Pontificis auctoritatis vel iuris diminutum, quin idem Romanæ vrbis Episcopus pro arbitrio absque vilo implorato à Rege consensu liberas dirigeret legationes ad Italiae prouincias corrigendas, non quidem fauore fultus Imperatoris, cui se constituerat aduersarium, non amicitia & gratia Theodorici regnantis, cui Ariano existenti nulla poterat Pontifex communicationis compagine glutinari. Vt planè intelligas Romanæ Ecclesiæ summam auctoritatem barbarum Ariantumq; Regem reueritum esse, qui nulli fuit illius sedis Episcopo impedimento, quin plenissima auctoritate cuncta quæ essent iurium sedis Apostolicæ exerceret. Vt merito hac ex parte lugenda sint tempora nostra, dum sub Principibus orthodoxis sæpe Catholica ingemiscit Ecclesia, suis vbiq; iuribus spoliata, quæ sub æmulis Principibus hæreticis & barbarico gladio libera atque secura, suo decora splendore fulgebat, propriæ dignitatis vbiq; venerabilis maiestare; cum subiici nescia exigebat auctoritate sua etiam ab hostibus dominantibus reuerentiam. Sed ad Gelasium redeamus aduersus Pelagianos agentem. legitur eius nomine volumen aduersus Pelagianam hæresim, cuius est exordium: De Pelagianis quidem sensibus, &c.] sine tamen carere videtur: at nulla de eò est mentio apud Gennadium, dum Gelasij Papæ scripta relegit.

TULLIUS MVLTVS CONSTANTINOPOLI.

Quod ad Orientales res pertinet, sub hoc eodem anni huius Albini Consulatu hæc Marcellinus in Chronico: Bella ciuilia aduersus Anastasij regnum apud Constantinopolim gesta sunt. Statuæ Regis Reginaeque funibus per urbem tractæ. Iulianus Magister militiæ nocturno prælio pugnans, Getico ferro in Thracia confossus interiit.] hæc ipse: quæ accidisse videntur vulgi furore sine capite debacchantis, quod indignè ferret (vt dictum est) exclusum germanum fratrem Zenonis, hominis ob profusas impetās plebi infimæ acceptissimi. In ludis autem spectans vulgus tumultuatum esse, habent etiam litteræ Gelasij Papæ ad Anastasium, anno sequenti suo loco ponendæ. Sed quæ sine auctore vel duce tumultuaria grassatio facta est, citò deseruit. Quomodo verò post hæc detectus Euphemius Constantinop. Episcopus fauere Isauris, indignationem commouit Imperatoris, suo loco dicturi sumus.

QUO MODO EPISCOPI ORTHODOXI COMMVNICENT EUPHEMIO. Cyril. in Vlt. Saba. c. 69. Sup. tom. 6.

De Ecclesiasticis autem controuersis hoc anno Constantinopoli agitati habet hæc Cyrillus: Tertio anno Imperij Anastasij incidit grauis seditio inter eos qui præerant Ecclesiis, Romanis quidem Pontificibus dissidentibus & Byzantinis; quod Acacium, qui Constantinopolitanus quidem fuit Episcopus, de rebus autem Christianis non rectè sentiebat; inscriptum haberent in sacris Diptychis Byzantini, rursus exclusis Alexandrinis, qui Chalcedonensem quidem Synodum feriebat anathemate, Dioscori autem admittebat communionem. Cum ergo inter eos inuicem magna esset dissensio, qui prius dictus est Elias Episcopus Hierosolymitanus, solius Euphemij, qui erat Constantinopoli, amplexabatur communionem, Occidentalibus (vt diximus) depugnantibus, Palladio verò Antiocheno ad gratiam intruente Imperatoriam, & ideo Chalcedonensem quidem Synodum feriente anathemate, ea autem amplectente quæ tenebant Alexandrini, vtpote quod Anastasius eadem quæ Alexandrini sentiret.] hæc Cyrillus.

At dum laudat Eliam, quod Euphemij tantummodo communionem teneret, absque dubio id egit, quod probaret, defenderetque Concilium Chalcedonense, reiectum ab Alexandrinis (quos nominat Occidentales) & à Palladio Episcopo Antiocheno, atque ab ipso demique Anastasio Imperatore: aded vt res tunc Catholice fidei in Oriente in eo viderentur statu

A statum reposita, vt omnes (vt dictum est) qui essent Catholici, Euphemio communicarent; quod si secus agerent, viderentur consentire hæreticis primarum sedium Patriarchis, & Imperatoris sequi perfidiam. Vt non mireris, si Elias vir sanctissimus habitus, in meditullio positus inter Alexandrinum & Antiochenum hæreticos Patriarchas, se cum Euphemio propugnante fidem Catholicam consentire professus sit: cum tamen non ob hanc causam ipsum Eliam dixerimus inter schismaticos numerandum, quod Euphemio communicaret: nam licet (vt idem testatur Cynillus) controuersia hoc anno maximè verterent inter Romanum Episcopum & Constantinopolitanum, nondum tamen eò res progressa erat, vt Gelasius Papa in Ephemium damnationis sententiam protulisset: quando autem id factum sit, suo loco dicemus. Rursus verò non erat pro Romana Ecclesia in Oriente legatus, qui colligeret absque Euphemij communicatione Catholicos: nam vidimus res Ecclesiasticas commisisse Gelasium Papam Fausto vni ex legatis Theodorici Regis: quod proculdubio non fecisset, si aliquis legatus Apostolicæ sedis fuisset in Oriente, cui ex more agenda tractandaque committere valeret. neque enim in litteris ad Euphemium, vel ad Imperatorem datis, vel ad Episcopos Macedoniæ missis vlla est de aliquo mentio, qui in Oriente vices ageret Apostolicæ sedis. Hæc ad Eliæ Episcopi excusationem dicta sunt.

Sub hoc eodem anno secundo Gelasij Papæ facta ponitur inuentio cryptæ Gargani montis in Apulia, quæ ex apparitione sancti Michaelis Archangeli reddita celeberrima, pio est cultui mancipata. Rei gestæ extat historia, in eo tamen emendanda, dum ibi dicitur bellum tunc viguisse inter Neapolitanos & Sipontinos; restituendumque est, Inter Odoacrem & Theodoricum: eiusmodi enim bello & non alio priuato tunc vexabatur Italia: cum Sipontini, qui se Theodorico dederant, malè habitū sunt ab Odoacre. quamobrem occiso tandem Odoacre, summa rerum potitus idem Theodoricus Sipontinis negotiatoribus duorum annorum tributa relaxari iussit. extat de his epistola eiusdem Regis ad Faustum Præpositum. Creuit maioribus in dies accessionibus semel ceptus illic religiosus cultus S. Michaelis Archangeli, quem & vniuersa Occidentalis Ecclesia antiuersaria solemnitate celebrandum suscepit, & locus ipse ob ingentia illiæ solita edi miracula iugi in posterum peregrinatione Fidelium est frequentatus.

Ceterum alia apparitione erat Romæ illustis memoria S. Michaelis Archangeli, in cuius venerationem annua festa dies peragi consuevit: in eius laudem Drepanius Florus celebris ætatis suæ poëta cecinit sacrum hymnum; in ipsius verò exordio hæc de eius apparitione, festaque die:

D Clarent Angelici sublimia festa diei Allatura pia dona beata anime. Hunc etenim Michael aula celestis alumnus Conspicuo nobis consecrat ore diem, Dignatus Petri, Pauliq; inuisere sedem, Imperiumq; fouens, inclyta Roma, tuum. Qui proceres inter pia mœnia luce coruscas Egregio vultu splenduit orbe nouo. Cum Deus expulsis lucem depromeret umbris, Conderet & stabilem nocte ruenite diem, &c.] Ex quibus facilè intelligas, ante apparitionem in Gargano factam, iam celebrem Romæ fuisse cultum eiusdem Michaelis Archangeli.

E Porro ipse Drepanius, cognomento Florus, is creditur esse, cuius Sidonius Appollinaris in epistola ad Lupum meminit, sicut & Antidij æquè poëta, de quo idem in carmine ad Felicem. Quod si ita est, errare illi conuincuntur, qui Drepanium Florum ad tempora reuocant S. Gregorij Papæ. Longè verò ante hæc tempora sub Theodosio Maiore alter Drepanius vixit clarus orator, quem Panegyricum eidem Theodosio dixisse meminimus: quem & illum putamus qui eodem tempore Proconsulatum in Africa gessit, ad quem extat eiusdem Theodosij rescriptum; qui Pacatus dictus reperitur; hic autem poëticis facultatibus notus, Florus est nuncupatus. At de his satis.

Sigobert. hic an. 2. Gelas. DE APPARTIONE S. MICHAELIS IN GARGANO MONTE.

Apud Gargani. lib. 2. epist. 38

CULTVS ROMAE S. MICHAELIS ARCHANGELI. Extat tom. 8. Biblioth. sanctæ.

Sidon. lib. 8. epist. 11. DE DVORVS DREPANIIS

De exlib. rēp. I. A. C. Theod.

IESV CHRISTI
ANNVS
494.

GELASII PAP.
ANNVS
3.

ANASTAS. IMP. 4.
THEODORICI REG. 2. A

REDITVS
LEGATO-
RVM.

Capitul.
Franc. lib. 5.
c. 67.

Gelas. ep. 10

GELASII
PAPAE AD
ANASTAS.
IMP. EPI-
STOLA.

1. Cor. 9.
PONTIFI-
CIS EST AD
MONERE
IMPERA-
TOREM.

LEGES OM-
NES IUSTAS
RECIPIT
ECCLESIA.

EXCELEN-
TIA SEDIS
APOSTOLI-
CAE.

1. Marth. 16.

Christi annus quadringentesimus nonagesimusquartus Consulatu Asterij atque Praefi-
dij illucefcit: quo remeantibus Theodorici Regis legatis circa fine anni superioris Con-
stantinopolim missis, nunciatisque Gelasio Papae quae ab Imperatore Anastasio accepissent;
ipse Gelasius apologeticam epistolam ad eundem Augustum conscripsit: citatur ipsa in Ca-
pitularibus Regum Franchorum: est namque celebris ob argumenti egregij dignitatem.
Reddemus eam integre, vt par est, exemplaribus Vaticanis e mendis (quantum licuit) emac-
culata: sic enim se habet, vt in ea sacerdotalis effulgeat eminentia, & rerum gestarum cog-
nitionem haud mediocrem exhibeat: est autem eiusmodi:

Famuli vestrae pictatis, filij mei, Faustus Magister, & Irenaeus viri illustres, atque eorum B
comites publica legatione fungentes, ad Urbem reuersi, clementiam vestram quaesisse di-
xerunt, cur ad vos meae salutationis scripta non miserim. Non meo, fateor, instituto: sed
cum directi dudum de partibus Orientis, vel videndi me, licentiam sibi vestris praecption-
ibus abnegaram, tota Vrbe disperferint; a litteris credidi temperandum; ne onerosus potius
quam officiosus existerem. Videtis igitur non meae dissimulatione prouenisse, sed competen-
tis fuisse cautelae, ne respuentibus animis molestias irrogarem. Sed vbi ferentis tuae bene-
uolentiam comperi, praefatis indicantibus, humilitatis meae clementer expetisse sermonem;
iam re vera perpendi, imputandum non immerito mihi, si tacerem: quia, gloriose filii, te,
sicut Romanus natus & Romanum Principem amo, colo, suscipio; & sicut Christianus,
cum eo qui zelum Dei habet, secundum scientiam habere desidero; & qualiscumque Apo-
stolicae sedis Vicarius, quodcumque plenae fidei Catholicae deesse comperero, pro meo mo-
dulo suggestionibus opportunis supplere contendo.

Dispensatione etenim mihi diuini sermonis iniuncta: vae mihi est, si non euangelizauero.
Quod cum Vas electionis beatus Paulus Apostolus formidet & clamet: multo magis mi-
hi exiguo meruendum est, si diuinitus inspiratum & paterna deuotione transmissum sub-
traxero ministerium praedicandi. Pietatem tuam precor, ne arrogantiam iudices diuinae ra-
tionis officium. Absit, quaeso, a Romano Principe, vt intimatam suis sensibus veritatem arbi-
trectur iniuriam. Duo quippe sunt, Imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic re-
gitur, auctoritas facta Pontificum, & regalis potestas: in quibus tanto grauius est pondus sa-
cerdotum, quanto etiam pro ipsis Regibus Domino in diuino reddituri sunt examine ratio-
nem. Nosti etenim, fili clementissime, quod licet praesideas humano generi dignitate, rerum
tamen Praesulibus diuinarum deuotus colla submittis, atque ab eis causis tuae salutis expetis; in-
dique fumendis caelestibus sacramentis, eiusque (vt competit) disponendis, subdi te debere cog-
noscis religionis ordine, potius quam praesesse. Nosti itaque inter haec, ex illorum te pendere
iudicio, non illos ad tuam redigi velle voluntatem.

Si enim quantum ad ordinem pertinet disciplinae, cognoscentes Imperium tibi superna
dispositione collatum, legibus tuis ipsi quoque parent religionis Antistites, ne vel in rebus
mundanis exclusae videantur obuiare sententiae: quo, rogo, te decet affectu eis obedire, qui
pro erogandis venerabilibus sunt attributi mysteriis. Quod audis Gelasium profiteri Pon-
tifices obedire legibus Principum, iam dictum est iterum superius, nec refugisse Romanos
Pontifices parere legibus Ethnicorum, immo & persecutorum Imperatorum, quae iustitia
pollerent & veritate. Pergit verò Gelasius: Proinde sicut non leue discrimen incumbit Pon-
tificibus siluisse pro Diuinitatis cultu, quod congruit: ita his (quod absit) non mediocre pericu-
lum est, qui cum parere debeant, despicunt.

Et si cunctis generaliter sacerdotibus recte diuina tractantibus Fidelium conuenit corda
submitti: quanto potius sedis illius Praesuli consensus est adhibendus, quem cunctis sacer-
dotibus & Diuinitas summa voluit praeminere, & subsequens Ecclesiae generalis iugiter pie-
tas celebravit? Vbi pietas tua euidenter aduertit, nunquam quolibet penitus humano con-
silio eleuare se quemquam posse illius priuilegio vel confessioni, quem Christi vox prae-
lit vniuersis, quem Ecclesia veneranda confessa semper est & habet deuota Primatem. Im-
peti possunt humanis praesumptionibus quae diuino sunt iudicio constituta, vinci tamen quo-
rumlibet potestate non possunt. Atque vti nam sic contra nitentibus perniciofa non sit auda-
cia, quemadmodum quod ab ipso sacrae religionis auctore praefixum est, non potest vlla vir-
tute conuelli. Firmamentum enim Dei stat.

Num-

CHRISTI
494.

GELASII PAP.
3.

ANASTAS. IMP. 4.
THEODORICI REG. 2.

A Numquidnam cum aliquibus infestata religio est, quantacumque potuit nouitate supe-
rari, & non magis hoc inuicta permanfit, quo aestimata est posse succumbere? Desinant er-
go (quaeso te) temporibus tuis quidam per occasionem perturbationis Ecclesiasticae praeci-
pitanter ambire quae non licet; ne & illa quae male appetunt, nullatenus apprehendant, &
modum suum apud Deum & homines non teneant. Quapropter sub conspectu Dei pu-
re ac sincere pietatem tuam deprecor, obtestor, & exhortor, vt petitionem meam non
indignanter accipias: Rogo, inquam, vt me in hac vita potius audias deprecantem, quam
(quod absit) in diuino iudicio sentias accusantem. Nec me later, Imperator Auguste,
quod pietatis tuae studium fuerit in priuata vita: Optasti semper fieri particeps promissio-
nis aeternae. Quapropter noli, precor, irasci mihi, si te tantum diligo, vt regnum quod
temporaliter assecutus es, velim te habere perpetuum, & qui imperas seculo, possis regna-
re cum Christo.

Tuis certe legibus, Imperator, pateris nihil perire, Romano nomini nullum admitti in-
geri detrimentum. Ita ne verum est, Princeps egregie, qui non solum praesentia Christi be-
neficia, sed desideras & futura, vt religioni, vt veritati, vt sinceritati Catholicae communi-
onis & fidei temporibus tuis paruaris quemquam inferre dispendium? Qua fiducia, rogo te,
illic eius praemia petiturus es, cuius hic damna non prohibes? Non sunt grauia, quaeso te,
quae pro tuae salutis aeternitate dicuntur. Scriptum legisti: Meliora sunt vulnera amici,
quam oscula inimici. Quaeso pietatem tuam, vt quo affectu dicuntur a me, eo tuis sensibus
intimentur. Nemo pietatem tuam fallat. Verum est quod figuratim per Prophetam Scri-
ptura testatur: Vna est columba mea, vna est perfecta mea: Vna est Christiana fides, quae
est Catholica: Catholica autem veraciter illa est, quae ab omnium perfidorum, atque ab eo-
rum successoribus atque consortibus sincera, pura, immaculata communionem diuisa est.
Alioquin non erit diuinitus mandata discretio, sed miseranda confusio. Nec vlla causa iam
superest, si hoc in quolibet contagio voluerimus admittere; ne cunctis haeresibus aditum
ianuamque pandamus. Qui enim in vno offenderit, omnium reus est. Qui minima sper-
nit paulatim quod dicit.

Hoc est, quod sedes Apostolica magnopere cauet, vt, quia mundo radix est Apostoli glo-
riosa confessio, nulla rima prauitatis, nulla prorsus contagione maculetur. Nam si (quod
Deus aueriat, quod fieri non posse confidimus) tale aliquid proueniret: vnde cuiquam re-
sistere auderemus errori? vel vnde correctionem errantibus posceremus? Proinde si pietas
tua vnus ciuitatis populum negat posse pace componi: quid nos de totius Orbis terrarum
sumus vniuersitate facturi, si (quod absit) nostra fuerit prauaricatione deceptus? Si torus
D correctus est mundus, profana patrum suorum traditione despecta: quomodo non corri-
gatur vnus ciuitatis populus, si praedicatio fida succedat?] haec ingerens Gelasius, haud du-
bium de Acacij abolendo nomine, cui ciues fauerent, intelligit; & proinde subdit: Ergo,
gloriose Imperator, volo ego Ecclesiarum pacem, quam, etiam si cum mei sanguinis impen-
dio prouenire posset, amplector. Sed precor te, cuiusmodi debeat esse pax ipsa, non vt cum-
que, sed veraciter Christiana mente libremus.

Quomodo enim potest esse pax vera, cui charitas intemerata defuerit? Charitas au-
tem qualiter esse debeat, nobis euidenter Apostolus praedicat, qui ait: Charitas de cor-
de puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Quomodo (quaeso te) de corde erit puro,
si contagio inficiatur externo? Quomodo de conscientia bona, si prauis fuerit malisque
commixta? Quemadmodum fide non ficta, si maneat sociata cum perfidis? Quae cum a
E nobis saepe iam dicta sint, necesse est tamen incessabiliter iterari, & tamdiu non taceri,
quamdiu nomen pacis obtenditur: vt nostrum non sit (vt inuidiose iactatur) facere pacem,
sed talem velle doceamus, qualis & sola pax esse, & praeter quam nulla esse monstra-
tur. Eutychianum certe dogma, contra quod Apostolicae sedis cautela peruigilat, si cre-
ditur salua fidei Catholicae posse veritate constare, promatur, asseratur, & quantilibet vi-
ribus adstruatur; vt non solum per ipsum, quam inimicum sit fidei Christianae possit osten-
di, sed quantas & quam letales haereses in sua contineat colluuiione, monstrari. Si autem
(vt magis confidimus) a Catholicis iudicatis mentibus excludendum: quaeso te, cur non
& contagia simul eorum, qui hac probantur esse polluti, decernitis refutanda? cum di-
cat Apostolus, non solum qui non facienda faciunt, reos videri, sed etiam qui consen-
tiunt facientibus.

Proinde sicut non potest, peruersitatis communicatore suscepto, non pariter peruersi-
tas

CAPTAT A-
PVD ANA-
STASIVM
BENEVO-
LENTIAM
GELASIVS.

1. Prou. 27.

1. Cant. 6.

1. Iacob. 2.

1. Eccl. 19.

QVOD POTIS
SIMVM CA-
VEAT SEMES
APOSTOLI-
CA.

1. Tim. 1.

QVAE AD
PACEM VR-
RAM RE-
QVIRAN-
TVR.

1. Rom. 1.

QVISE IN-
DIG NOS
VENIA CON-
STITVNT.

tas approbari : sic non potest refutari peruersitas , complice sectatore peruersitatis admisso. **A** Legibus certe vestris criminum conscij, susceptoresq; latrocinantium pari iudiciorum poena constringuntur, nec expers facinoris aestimatur, qui licet ipse non fecerit, facientis tamen familiaritatem foedusque receperit. Proinde cum Chalcedonense Concilium, pro fidei Catholicæ atque Apostolicæ veritate communionemque celebratum, damnauerit Eutychem detestandi furoris auctorem, non satis habuit nisi vt pariter eius quoque consortem Dioscorum, ceterosque percelleret. Hoc igitur modò sicut in vnaquaque hæresi vel factum semper, vel fieri, non habetur ambiguum, successores eorum Timotheum, Petrum, atque alterum Antiochenum Petrum, non vixitiam propter singulos quosque rursus facto Concilio, sed Synodi semel acta regula consequenter elisit. Quemadmodum ergo non euidenter apparet, etiam cunctos simili tenore constringi, & qui eorum communicatores & complices extiterunt, atque omnes omnino à Catholica & Apostolica merito communionem discerni: **B** Hinc Acacium quoque iure dicimus à nostro consortio submouendum, qui maluit in formam transire perfidiæ, quam in Catholicæ & Apostolicæ communionis sinceritate constare, cum ferè per triennium, ne in id veniret, Apostolicæ sedis epistolis doceatur competenter instructus, postquam verò communionis est factus alienæ, non potuit nisi à Catholicæ & Apostolicæ mox societate præcidi, ne per eum, si vel paululum cessarem, nos quoque videremur subiisse perfidorum.

COMMI-
XTIONE
MALORVM
MALVS
QVIS REFI-
CITVR.

Sed re vera vel tali percussus poena respicit, correctionem promisit, emendauit errorem? aut ille tractatus lenius voluerit coerceri, qui etiam verbera dura non sensit? Quo in sua perfidia & damnatione moriente, tamen eius in Ecclesiastica recitatione non potest nomen adscribi, quàm externæ contagium non debet communicationis admitti. Quapropter aut doceatur ab hæretica participatione sincerus, quorum se ille communicationi permisit; aut **C** cum iisdem non potest non repelli.

QVIO PRÆ
TEXERENT
ORIENTA-
LES EPISC.

Si autem susurrant Orientis Episcopi, quòd ad eos sedes Apostolica non ista conscripserit, quasi vel ipsi de recipiendo legitime Petro sedem Apostolicam suis litteris fecerint certiorum, vel huius receptionis inconditæ non iam pariter complices extitissent, quem sicut verè non possunt docere ab hæretica prauitate fuisse purgatum, ita se hæreticorum nullatenus poterunt excusare consortes. Quòd si fortassis adstruxerint, quòd ad Apostolicam sedem de susceptione Petri per Acacium cuncti consona voce retulerint, per eundem sibi met omnes pari voce sentiunt fuisse rescriptum. Apostolicæ verò sedis auctoritas, quòd cunctis sæculis Christianis Ecclesiæ prælata sit vniuersæ, & canonum serie patrum, & multiplici traditione firmatur. Sed vel hinc, vtrum sibi quisquam contra Nicænæ Synodi constituta quippiam valeat vsurpare, collegio potest vnius communionis ostendi, non mentibus externæ **D** societatis aperiri. Apud illos si quis confidit, egrediatur in medium, & Apostolicam sedem de vtraque parte reuincat & instruat. Tollatur ergo nomen e medio, quòd Ecclesiarum discretione procul à Catholica communionem operatur, vt sincera pax fidei, communionisq; reparetur & vnitas: & tunc quis nostrum contra venerandam vel insurrexerit, vel nitatur insurgere vetustatem, competenter & legitime perquiratur: & illic apparebit, quis modesto proposito custodiat formam, traditionemq; maiorum, qui supra hæc irreuerenter insiliens, rapina æqualem posse fieri arbitretur.

FALSA EX-
CVSATIO DE
POPULO
REFRA-
GANTE.

Quòd si mihi populi Constantinopolitani persona proponitur, per quam dicatur, nomen scandali, id est Acacij, non posse remoueri: Taceo quia & hæretico quondam Macedonio pulso, & Nestorio nuper eiecto, plebs Constantinopolitana Catholica permanere delegerit potius, quàm maiorum Præfulum damnatorum affectione retineri. Taceo, quòd qui ab eisdem **E** ipsi damnatis Præfulibus baptizati fuerant, in fide Catholica manentes, nulla sint exagitatione turbati. Taceo, quòd pro rebus ludicris populares tumultus nunc etiam vestre pietatis auctoritas refrenarit: atque ideo multò magis pro salute animarum suarum necessariò vobis Constantinopolitanæ ciuitatis obtemperat multitudo, si eam ad Catholicam & Apostolicam communionem vos Principes reducat. Etenim, Imperator Auguste, si contra leges publicas aliquid (quòd absit) quispiam fortasse tentaret, nulla pati id ratione potuisset; ad Diuinitatis puram sinceramque deuotionem vt tibi plebs subdita redigatur, cõscientiæ tuæ non putas interesse? Postremò si vnius ciuitatis populi animus non putatur offendi, ne diuina (vt res postulat) corrigantur: quanto magis ne diuina offendantur, Catholici nominis vniuersam fidem nec lædere debemus omnino, nec possumus: Et tamen iidem nostra se possunt voluntate sanari.

Compe-

A Competentibus ergo sinant curari se posse remediis: alioquin (quòd absit) in eorum transeundo perniciem; cum illis perire possumus, ipsos autem saluare non possumus: Iam hic quid sit magis sequendum, sub diuino iudicio vestræ conscientiæ derelinquo: vtrum (sicut nos optamus) simul omnes certam redeamus ad vitam; an (sicut illi possunt) manifestam tendamus ad mortem. Sed adhuc Apostolicam sedem sibi medicinalia suggerentem, superbam vocare arrogantemq; contendunt. Habet hoc qualitas sæpe languentium, vt accuset magis medicos congruis obseruationibus ad salubria reuocantes, quàm vt ipsi suos noxios appetitus, deponere vel reprobare consentiant. Si nos superbi sumus, qui animarum remedia conuententia ministramus; quid vocandi sunt qui resultant? Si nos superbi sumus, qui obediendum paternis dicimus institutis; qui refragantur, quo appellandi sunt nomine? Si nos elati sumus, qui diuinum cultum puro atque illibato cupimus tenere seruari, qui contra Diuinitatem quoque sentiunt, dicant, qualiter nuncupentur? Sic & nos ceteri, qui in errore sunt, estimant, quòd eorum non consentiamus insanæ. Vbi tamen spiritus superbiæ veraciter consistat & pugnet, veritas ipsa indicat.] hæc ad Anastasium Augustum Gelasius Papa.

INIVSTE
SVPERBIAR
REDARGVE
TVR APO-
STOLICA
SEDES.

Quòd autem tota hæc epistola in eo tantummodo versetur Gelasius, vt reprehendat eos qui Acacij nomen adhuc retinerent in Diptrychis; nec in Anastasium tamquam in hæreticum improbarem Chalcedonense Concilium inuehiatur: intelligere satis possumus, ipsam Imperatorem haud eò palam prouenisse audaciæ, vt se Eutychanum esse hæreticum & Acephalorum sectæ signiferum propalaret. Post hæc enim, & non ante præsentem annum Anastasium prælium, excitare cœpisse aduersus Catholicam fidem, Marcellinus proficitur in Chronico, qui addit eum persecutione prodigiòse esse terræmotum exortum: Maximus **C** terræmotus (inquit) extitit, ex quo Laodicea, Hierapolis, atque Agathicum ciuitates eodem tempore prostratæ sunt.] hæc Marcellinus.

ANASTA-
SIVS OCCV-
TE HÆRE-
TICVS.

At ne istis quidem datis hoc anno à Gelasio Papa litteris, vel minimum Anastasius persuaderi valuit, vt remoto obice, Ecclesiis vnio redderetur & pax; Euphemio insuper cum suis in sententia obstinate persistente; immo & alios ab Apostolicæ sedis communionem reuocare conante; cum ad decipiendos simplices illa iactaret, non esse eiusmodi inter se & Gelasium quæstionem, qua Catholica communitio solui deberet, vt pote quòd non de fide (vt **D** mentiebatur) sed de moribus altercatio orta esset: per Apostolicam verò sedem magis exerceri vindictam, quòd ab Acacio preta esset, quàm iustitiam defendi. His & aliis ille prætextibus dum inuolueret eos qui antea secum communicare renuerant, in suas partes blandis sermonibus captiuos abducere satagebat.

FALSI PRÆ-
TEXTVS
SCHISMA-
TICORVM.

D At tamen complures ab eo resilierunt omnino, fortesq; in sententia permansere, vt Episcopi Dardaniæ & Illyrici, qui nullis induci valere argumentis, vt communicarent cum Euphemio & aliis illi coniunctis Episcopis. Docent id quidem litteræ Gelasij Papæ hoc eodem anno sub dictis Consulibus datæ tertio Nonas Augusti: cum ad eisdem in fide consolidandos idem Pontifex duos legatos misit Cyprianum atque Macarium; ambos sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconos; quibus & dictas litteras dedit, quas à laude dictorum Antistitum verbis istis exorditur:

DVO LEGA-
TIMISSI A
GELASIO
PAPA.

Adientes Orthodoxæ vestræ dilectionis in Christo constantiam, atque ita vos antiquæ fidei, communionisque sinceræ traditionibus inhærentes, vt mentem Christianæ deditam veritati nullatenus infecerint præuaricatorum vicina contagia: magnificauimus Dominum, charitatemque vestram missis litteris alloqui per religiosos filios nostros Cyprianum atque **E** Macarium diaconos tota cordis auiditate curauimus. Quoniam pro sedis Apostolicæ principatu, eius sollicitudo delegata diuinitus, cunctis debetur Ecclesiis: nos viuiamus; si vos statis in Domino; magnisque gaudiis triumphamus, cum vbique terrarum Dominum Sabaoth semen puræ confessionis reliquisse cognoscimus, & ceter.] ad finem verò hæc de falsis schismaticorum prætextibus: Nec quisquam omnino vobis persuadeat, Acacio præuaricationis suæ crimen fuisse laxatum: quia qui postquam in collegium recidens prauitatis, iureque meruit ab Apostolica communionem secludi, in hac quidem persistens damnatione defunctus est: absolutionem quam superstes nec quæsiuit omnino, nec meruit, mortuus iam non potest impetrare.] & inferius: Sed neque vos quisquam circumuenire poterit, quòd dicat non de religione, sed de moribus esse certamen: vel Apostolicam sedem non causam communionis Catholicæ fideiq; tractare, sed iniuriam dolere, cum videatur ab Acacio fuisse contempta: quoniam hæc & huiusmodi, quatenus simplices quoque decipiant,

Gelas. epist.
8. Tom. 1.
epist. de reu.
Rom. Pont.
GELASII
EPISTOLA
AD EPISCO-
POS DARD-
DANIARVM
ILLYRICI.
1. Thef. 3.

decipiant, hi qui in errore sunt positi, spargere non quiescunt. Videris enim (sicut supra iam dictum est) per nomina prauaricatorum, si (quod absit) in Ecclesia recitanda credantur, simul & contagium prauaricationis induci. Sedes autem Apostolica in tantum non contumeliam docet, sed fidem defendit, &c.] Quae insuper ad excusationis praetextum iudem Orientales schismatici addiderint, dicemus suo loco anno sequenti.

CONCILIUM ROMANVM LXX. EPISCOPORVM

Placuit autem inter haec Gelasio, congregato Romae Concilio septuaginta Episcoporum, in eodem quaecumque ad fidem Catholicam illibate custodiendam, dissidia tollenda, pacemq; in Ecclesia restituendam spectare viderentur, communi omnium Episcoporum consensu, Deo inspirante, constituere: sed in eo potissimum laborauit, vt Catholicae & Apostolicae Ecclesiae communio nulla vel leui macula conpersa, illibata penitus & impolluta, sacra recta in omnibus seruaretur. Ad hoc autem praestandum sollicitiorem curam impendens, non solum vindicasse voluit ipsam Ecclesiam ab omnibus (vt semper fuit) immunem haeresibus B atque haereticorum consortio; sed vt eam redderet a prauorum scriptorum contagione securam, omne studium adhibens, delectum habuit Ecclesiasticorum librorum, qui haecenus editi legi solerent: distinguens, separansq; quasi os Domini, mundum ab immundo, & discernens pretiosum a vili. Cuius rei perficiendae gratia decretum constituit ab Ecclesia Catholica perpetuo retinendum, in quo post recensitos canonicos libros tum veteris tum noui Testamenti, adiecit de primatu Romanae Ecclesiae & aliarum Patriarchalium Ecclesiarum iuribus, ad reprimendam Constantinopolitanorum Antistitem praesumptionem & audaciam infringendam, qua se Acacius primum, inde eius successores aduersus Romanam Ecclesiam proterue nimis exercebant, ista subiiciens non noua, sed quae a praedecessoribus seruata, & a Damaso (vt vidimus) olim fuerant promulgata, longe vero antea ab ipso Ecclesiae nascentis exordio (vt saepe demonstratum est) traditione prodita, vsu retenta, & obseruatione firmata, quae sic se habent:

DE PRIMATV ROMANAE ECCLESIAE

Post Propheticas (inquit) Euangelicas atque Apostolicas scripturas, quibus Ecclesia Catholica per gratiam Dei fundata est, illud etiam intinandum putamus, quod quamuis vniuersae per Orbem Catholicae Ecclesiae vnus thalamus Christi sit: sancta tamen Romana Catholica & Apostolica Ecclesia, nullis Synodicis constitutis ceteris Ecclesiis praelata est, sed Euangelica voce Domini & Saluatoris nostri primatum obtinuit: Tu es Petrus, inquit, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & portae inferi non praevalent aduersus eam, & tibi dabo clauas regni caelorum, & quaecumque ligaueris super terram, erunt ligatae & in caelis, & quaecumque solueris super terram, erunt soluta & in caelis. Cui data est etiam societas beatissimi Pauli Apostoli Vasis electionis: qui non diuerso (sicuti haeretici garriunt) sed vno tempore, vno eodemq; die gloriosa morte cum Petro in vrbe Roma sub Caesare Nerone agonizans coronatus est, & pariter supradictam sanctam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecrarunt, talemque omnibus vrbibus in vniuerso mundo sua praesentia atque venerando triumpho praetulerunt.

DE PRIMATV ROMANAE ECCLESIAE

Est ergo prima Petri Apostoli sedes Romana Ecclesia non habens maculam, neque rugam, nec aliquid huiusmodi. Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco eius discipulo & Euangelista consecrata est: ipseque a beato Petro Apostolo in Aegyptum directus, verbum veritatis praedicauit, & gloriosum consummauit martyrium. Tertia vero sedes apud Antiochiam eiusdem beatissimi Petri Apostoli nomine habetur honorabilis; eo quod illic, priusquam Romam venisset, habitauit, & illic primum nomen Christianorum nouella gentis exortum est. Et quamuis aliud fundamentum nullus possit ponere praeter id quod positum est, qui est Christus Iesus: tamen ad aedificationem nostram eadem S. Romana Ecclesia post illas veteris & noui Testamenti, quas regulariter suscepimus, etiam has suscipi non prohibet scripturas, id est, sanctam Synodum Nicenam trecentorum decem & octo Patrum, mediante Maximo Constantino Augusto, in quo Arius haereticus condemnatus est; sanctam Synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio Seniore Augusto, in qua Macedonius haereticus debitam damnationem excepit; sanctam Synodum Ephesinam, in qua Nestorius condemnatus est consensu beatissimi Caesestini Papae, mediante Cyrillo Alexandrinae sedis Antistite, & Arcadio Episcopo ab Italia destinato.] Hic obserua, lector, nullam fieri de Theodosio Iuniore mentionem, sicut de ceteris Imperatoribus, sub quibus reliquae contigerunt Synodi celebrari; quod ipse Theodosius male audire visus sit. Sed pergit: Sanctam Synodum Chalcedonensem, mediante Marciano Augusto & Anatolio Constantinopolitano Episcopo, in qua Nestoriana & Eutylichiana haere-

DE SYNODIS QUAEVENERUNT IN NICIA

A haerases simul cum Dioscuro eiusque complicibus damnatae sunt.] haec de quatuor oecumenicis Synodis Gelasius.

Ad finem vero damnationem inserit omnium haesiarcharum & schismaticorum, inter quos adnumerat recentiores haereticos post Eutychem atque Dioscorum duos Petros, Alexandrinum & Antiochenum: atque ad postremum recenset Acacium eadem anathematis sententia innodatum. Haec Gelasius Papa hoc anno statuit in Romano Concilio profutura posteris, si non praesentibus refractariis proficua forent. Sed de rebus Synodalibus haecenus.

At ipse licet rerum Orientalium torus assiduis curis distectus, haud tamen praetermisit que spectarent ad statum Occidentalis Ecclesiae, ac praecipue rerum Italiae: Hoc enim ipso anno sub nominatis Consulibus epistolam scripsit ad vniuersos Episcopos in Lucania, Brutiis & Sicilia constitutos: cum enim ob bella inter Erulos & Gothos annis pluribus agitata Ecclesiastica disciplina collapsa admodum atque prostrata esset, ad eam restaurandam laborauit omnem curam impendens: qui & suae epistolae exordio tradit, relatione Ioannis Rauennatis Episcopi, Italiae Ecclesias ob bella & famem esse sacris ministris exhaustas. Quamobrem ad Ecclesiae ministros pertinentia accurata inspectione complura constituit.

DISCIPLINAM ECCLESIASTICAM GELASIVS REVOCAVS SVVDAT.

De Ecclesiae vero bonis rursus illud sollicitius inculcauit, vt de redditibus eius tam ex fructibus quam ex oblationibus quadripartita diuisio fieret, quarum prima Episcopo, clero secunda, tertia pauperibus, quarta vero adificiis Ecclesiae tribuenda. Addidit autem praeter ea quae hac de re fuerant a Simplicio constituta, prouida ratione Gelasius, vt pars illa quae in vsu pauperum conuertenda esset, nequaquam clanculo erogaretur, sed palam, omnibus videntibus atque scientibus, ne rapiendi, vel ex parte diminuendi eam daretur occasio. nam ait: ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quamuis diuinis rationibus se dispensasse monstraturus Episcopus esse videatur: tamen iuxta quod scriptum est: Vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est: oportet etiam praesenti testificatione praedicari, & bonae famae praconiis non taceri.] haec ipse.

DE BONIS ECCLESIAE IN QVAETVOR PARTES DIUIDENDIS.

Rursum hoc eodem anno ad Siciliae Episcopos scribens, praeter illam partem quae erogari deberet in pauperes, vt de sua Episcopus debeat alere peregrinos atque captiuos inculcat: quibus plane demonstrat, quod pars illa pauperibus debita, non in alios pauperes, quam in eos qui sunt scripti suae cuiuscumque dioecesis, sit eroganda: nam audi quid dicat: Praesulum auctoritas nostrorum emanauit, vt facultates Ecclesiae Episcopi ad regendum habeant potestatem: ita tamen, vt viduarum, pupillorum, atque pauperum, necnon & clericorum stipendia distribuere debeant: hoc eis etiam statuimus dari, quod haecenus

Gelas. epist. 7. Tom. 1. epist. decret.

decreta sunt. Reliquum sibi Episcopi vendicent, vt (sicut ante diximus) peregrinorum atque captiuorum largitores esse possint, &c.] Haec autem in Ecclesia Dei exoleuisse, iam superius deploratum est: dolemus rem tantam negligi, vel inuolucro aliorum praetextum praetermitti: vnde mihi facile persuadeo hac potissimum causa Dei Ecclesiam assiduis atteri malis: Etenim propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. Cognoui enim (dicam cum Propheta) quia faciet Dominus iudicium inopis & vindictam pauperum.]

Psal. 11. 139.

Hoc anno scripta extat epistola Gelasij Papae ad Eonium Episcopum Arelatensem de mutua conseruanda charitate cum fide Catholica, accepta ex codice Arelatensi: sed corrigendam puto in eius inscriptione, dum Eonium habet, eiusque loco restituendum esse Caesarium: etenim quomodo potest hoc tempore sedisse Eonius Arelate, si qui post eum sedit Caesarius, exploratissimum est tempore Felicis Papae, qui Gelasium praecessit, iam sedisse: id quidem tum Felicis Papae ad eum datae litterae, quarum Gennadius meminit, docent, tum illa quas eiusdem Felicis ad Caesarium ex eodem archiuo Arelatensi hic tibi primum edendas curauimus. qua etiam castigatione emenda, quas a Symmacho Papa ad Eonium Arelatensem Episcopum datas epistolae leges. Epistola vero Gelasij sic se habet:

Caesario

Dilectissimo fratri Eonio Gelasius. Inter difficultates varias copiam nos reperisse gratulamur, qua per diuinam gratiam sedis Apostolicae regimen nos adisse pandentes, praetermissum diu cum tua misceremus fraternitate sermonem, & salutatione directa, mutua charitate solliciti dilectionis quoque tuae prospera quaereremus. Quanto enim totius ouilis cura, Christo Domino delegante, suscepta beati Petri Apostoli gubernatio principalis vniuerso gregi in Orbe terrarum, tanto pietatis affectu cunctas Ecclesias, earumque rectores amplectitur, & inter diuersos mundi

mundi turbines si paterna fide vel traditione firmiter perseuerant, vbi primum facultas ar-
riferit, & querit anxia, & gauisa cognoscit. Quapropter, frater charissime, instantius reli-
giosis viris filiis nostris Euphronio presbytero & Restituto viro religioso, qui ad Italiae partes
ad prouidendam congregationi sanctae substantiam commearunt, remeantibus ad propria,
silere nequiuimus: sed omni voto dilectionem tuam duximus admonendam: quatenus &
vigere apud nos alternae viscera gratiae fratres & Coepiscopi nostri per Gallias constituti,
charitate tua vulgante, cognoscerent: & desiderantibus omnium, per quos tua charitas vo-
luisset, referret mutuo sospitatem, constaretque nullatenus quantumlibet saeculo detra-
hentis diuelli, sed Catholicam professionem manere semper vbi que coniunctam. Domi-
nus te incolumem custodiat, frater charissime. Dat. x. Kalen. Septembr. Asterio & Praefi-
dio VV. CC. Confl.]

A Hoc ipso anno, qui numeratur decimus regni Clodouei regnantis in Gallia, idem Rex B
foedere nuptiarum iunxit sibi in matrimonium Crotildem Christianam feminam neptem
Burgundiae Regis Gundebaldi nomine, ex qua ipsi bona cuncta fluxerunt, cum primum per
mulierem Fidelem factus est vir infidelis. Rem gestam exacte descripserunt, qui res
Franchorum profecuti sunt, vt Gregorius Turonensis*, Amonius (quem Aimonem, alij
Aimoinum nominant) necnon qui Vitam S. Remigij scripsit Hincmarus. Porro ex Amo-
nio ista reddamus, qui rem sic auspicatur: Quo ordine Clodoueus ad matris Ecclesiae si-
num ac Catholicae peruenerit fidei unitatem, paucis dicam. Duxit uxorem ex genere Bur-
gundione Crotildem nomine, Christianam ab ipsis incunabilis infantiae. Haec tali quadam
ex causa ad notitiam ipsius Regis peruenit. Miserat idem Princeps legatos ad Gundebaldum
Regem Burgundionum ferendae pacis gratia: qui dum in palatio immorantur, Crotildem
puellam contemplati, inquirunt quae sit. Dicitur eis, neptem esse Regis, ex fratre progeni-
tam: quae (inquit) parentibus orbata, nunc stipe alitur regia. Regressi itaque legati, annun-
ciant perfecta esse pro quibus ierant. Inter cetera dicunt vidisse se puellam adeo forma ve-
nutam, vt cuiuslibet potentissimo regi nuptui possit tradi: Quam, inquit, inquit, in regia manen-
tem, patre eius hac vita carente, patruus ab ineunte nutriuit aetate.

Hoc audito, Rex Clodoueus amore capitur puellae, sperans & ex hac occasione regnum
Burgundiae accipere posse. Dirigit euestigio quaedam sibi familiarem, nomine Aurelianum,
qui munera puellae a se missa perferens, speciem eius diligentius contempleretur. Huic im-
perat, vt puellam adeat, de nuptiis voluntatem Regis edicat, & quid in animo illa super hac
re habeat, agnoscat. Est mentio Aureliani Patricij apud Gregorium Turonensem, cum
agit de eius seruo apud sacras reliquias S. Victoris Massiliae liberato. Sed pergit auctor: Ille
praeccepto parens, Burgundiae partes ingreditur. Palatio appropinquans, socios siluis se abdere
iussit: ipse habitu mendici circumamictus, ad aulam properat, & vt futurae sibi dominae collo-
qui possit, explorat. Tunc fortasse illa ad Ecclesiam processerat, Domino suarum vota re-
latura precum; erat quippe dies Dominica. Aurelianus inter ceteros pauperes praeforibus
stans, egressum eius operiebatur. Expletis Missarum solemnibus, egreditur puella, egenis (vt
mos erat) eleemosynam largitura. Accedit Aurelianus vt mendicus stipem postulaturus.
Cumque illa aureum ei porrigeret: ipse apprehensam manum eius, pallio super brachium
reducto, nudum ori eius osculaturus admouit. Illa pudore puellari perfusa domum repe-
tit. Mittit continuo puella, qui inuentum (vt putabat) mendicum ad se deduceret compo-
situm; quem taliter alloquitur:

Quid tibi, o homo, visum, vt eleemosynam accepturus, manum meam veste denudans
osculareris? Cui ille, interrogata omittens, tale dedit responsum: Dominus meus Rex Fran-
chorum, audita generositatis tuae excellentia, desiderat te habere coniugem: ecce annulus
eius & cetera ornamenta sponsalia. Conuersus autem, vt sacculum, quem post ostium depo-
suerat, sumeret, oblaturus ei munera quae detulerat, furtim ablatum esse reperit. Quaestione
habita, inuenitur sacculus, recipit eum vt peregrinus, munera puellae offert, de nuptiis iam
securus. Nam illa vbi de tori copula audiuit, legato in haec verba respondit: Non est (in-
quit) fas Christianae mulieri Paganum sortiri maritum: sed si hoc cunctorum praedinaue-
rit conditor Deus, vt ille per me Creatorem agnoscat suum, petita non abnuo, quin imo om-
nipotentis fiat Domini iussio. Illo dicente, Regem per omnia assensum praebiturum; rogat
illa vt secretum apud se hoc verbum teneat, ne patruus aliquo illud pacto persentiscat.
Qui fidem dans, se id nulla proferre ratione, regreditur ad Regem, quem prospero nuncio
reddidit alacrem. Puella sane eum quem Clodoueus miserat annulum in thesauris patrii
reposuit

CROTILDIS
NPTA CLO-
DOUEO.
*Gundebaldi
*Greg. Turd.
de reb. gest.
Franc. lib. 2.
c. 28. 29.
*Hincmarus
in Vita S. Re-
migij apud
S. Tom. 1.
*Simon. de
Gest. Franc.
lib. 1. c. 13.

AURELIA-
NVS LEGA-
TUS AD CRO-
TILDEM.
*Greg. Tur.
mirac. lib. 1.
c. 77.

REGESTAE
INTER CRO-
TILDEM ET
AURELIA-
NUM.

A reposuit custodiendum.] Quomodo autem eadem expetita prius, postea petita a patruo,
assentiente illo, sponsalibus contractis, ad Clodouicum deducta, & illi coniuncta sit foedere
nuptiarum, idem auctor pluribus narrat. Sed haec modo satis: quibus representatam
ferme videas in Aureliano industriam serui Abrahamae quarentis coniugem filio domini
sui, afferentisque munera futurae sponsae puellae, & in Crotilde illi primum eleemosynam
large dante, & postea munera ab eo accipiente, sanctam redditam esse Rebeccam. Talibus
plane dignis exordiis e domus Abrahamae patris credentium exemplo deductis tantum decuit
conubium auspiciari, ex quo fides esset in nobilem gentem fecundis germinibus propagata.

B At voluit Deus tanti coniugij primitias sibi offerri, vt sic magis caelestibus benedictio-
nibus augetur, cum videlicet primogenitum ex eo filium natum in caelum accepit. Nam
subdit auctor, natum puerum, baptizatum & Ingomerem nominatum, adhuc in albis po-
situm, antequam diuturniore vitae huius vsura potretur, ex humanis subductum, quasi
obsidem & pignus credituri parentis ad Deum praemissum; vt filius patris voluntate per-
missus fieri Christianus, precibus parentem generaret in fide: Cum Rex ignorans Dei
consilium (inquit auctor) non nihil in sanctam Reginam commotus, dixit: Quia puer in
Dei vestri baptizatus est nomine, diu nostri illum praesenti luce fraudauerunt. Cui regina:
Gratias ago, ait, omnipotenti Deo, qui dignatus est ex meo vtero progenitum in suum re-
cipere regnum. Genuit & alium filium, quem baptizatum vocauit Clodomirum: quo
aegrotante, Rex coniugem cepit increpare, dicens: Et hic propter superstitionem ve-
stram deorum incurrit offensam. Sed orante Regina, puero salus est restituta.] haec auctor,
eodem Gregorius, Hincmarus, & alij. reliqua autem, quomodo videlicet Rex ipse Christia-
nam fidem est consecutus, suo loco dicturi sumus: haec modo satis.

C Hoc ipso anno, quo transacta sunt haec inter Clodouicum atque Gundebaldum Bur-
gundiae Regem, pariter ad eundem Gundebaldum Theodoricus Rex legationem misit:
qua functus est, ad hoc delectus, sanctissimus ille Episcopus Ticinensis Epiphanius, huius-
cemodi muneribus iam diutius asluctus. Sed & hoc ipso anno, antequam trans Alpes ad
Regem Burgundionum dirigeretur, vnacum Laurentio Episcopo Mediolanensi ad sub-
leuandas Ligurum afflictiones, quibus vniuersus populus ille penitus obrutus tenebatur,
ad ipsum Theodoricum Regem se contulit, Rauennae adhuc consistentem, iuraque regni
disponentem: qui quidem, quo difficiliore negotio per plures annos anticipi semper fuisset
suspensus euentu, rerum summam tandem consecutus, eo cautius atque prudentius agen-
dum putauit, vt retineret adepta: nam praeter inita cum omnibus Europae Principibus fe-
dera, conciliatosque sibi Romanos, ne spes aliqua Erulis superesset ad amissum regnum Ita-
liae redeundi, quos sciret sibi aduersatos esse, atque Erulis studuisse, ne rursus pro illis con-
surgere, eosdem vt perduelles dure admodum exagitandos curauit. Quorum quidem
cum haud exiguum numerus esset, & omnia eorum gemitibus atque lacrymis repleta: ne Rex
in eos quicquam videretur hostiliter agere, leges aduersus eosdem difficiles promulgauit.

Cum vero irrogatae legibus praenae potissimum eos pertingeret, qui Liguriam & Aemiliam
provincias incolebant: ad haec funera dimouenda populorum lacrymae suos ipsorum ro-
gant & urgent Episcopos ad suscipiendam ad Regem barbarum legationem. Sic igitur san-
ctus Laurentius Mediolanensis, itemque sanctus Epiphanius Antistes Ticinensis Ecclesiae,
ambo selectissimi Domini sacerdotes, in haec infelicia tempora, vt Dei donu, ad abstergen-
das infelicium lacrymas referuati, pro venia miseris promerenda ad Theodoricum profi-
ciscuntur, comitantibus eos reorum precibus de statu suo ad momentum periclitantium.

E Quae vero ab eisdem cum Rege transacta sint, Ennodius Ticinensis Ecclesiae diaconus la-
cinioso stylo in rebus gestis quas profecutus est ipsius S. Epiphaniij scriptorum monumentis
omni fidelitate posteris commendauit, simulque aliam illam legationem recenset, quae mox
subsecuta est, cu postea Theodoricus Rex ipsum Epiphaniu, addito collega Victore Episco-
po Taurinensi, misit in Gallias pro redimendis Liguribus & aliis Italiae captiuis a Burgundio-
nu Rege detentis, quorum diuersa conditio erat: alij enim ex illis voluntarie extorres, tum
famis tum belli acriter ingruentium necessitate solum vertentes patrium, in Galliam Lug-
dunensem se contulerant, vbi a Gundebaldo ibi agente Rege detenti fuere, alij vero ab ip-
dem Burgundionibus saepe fines Italiae incurfantibus captiui ducti erant. Perdurauit ista gra-
fatio vsque ad annum praeteritum, cum Theodoricus, pulsis Erulis, regnare coepit, prout ex
Cassiodoro intelligi potest, vbi ait: Cum se feritas getilis prioris temporis animasset, Aemi-
lia & Liguria nostra (sicut vos retinere necesse est) Burgundionum incurfione quateretur.

PRIMOGE-
NITVS CLO-
DOUEI BAP-
TIZATVS
MORITVR.

THEODORI-
CVS VICI-
CIVIS IN
ERVLORVM
FAVTORES.

LAUREN-
TIVS ET EPI-
PHANIVS
EPISCOPI
LEGATI.

EPHANIUS
CREDITA
RREGE LEGA-
TIO AD RE-
GEM BUR-
GUNDIO-
NUM.

Cassiod. V. m.
vitar. lib. 2. c.
epist. 29.

gereretq; bellum de vicinitate furtiuum : subitò præsentis Imperij, *nempe Theodorici*, tamquam Solis ortu fama radiavit: expugnatum se hostis sua præsumptione congenuit, quando illum cognouit nominatæ gentis esse rectorem, quem sub militis nomine probauerat esse singularem. Quotiens se optauit de suis finibus non exire Burgundio, ne Principe nostro pugnaret aduerso, &c.] Quomodo igitur ad redimendos captiuos, hoc ipso anno mox post indulgentiam impetratâ à Theodorico Rege idem (vt dictum est) Epiphanius in Galliam missus sit, Ennodius Ticinensis prosecutus est; ex cuius verbis, quo purior ipsa rerum gestarum series innotescat, hic cuncta reddemus: sed decet vt à priori legatione narrationem exordiamur, cum ait:

THEODORICI
LEX AD
VERSUS
ERVLOVM
RAYTORBS.

Interea subita animum præstantissimi Regis Theodorici deliberatio occupauit, vt illis tantum Romanæ libertatis ius tribueret, quos partibus ipsius fides examinata iunxisset. Illos verò, quos aliqua necessitas diuiserat, ab omni iussit & testandi, & ordinationum suarum ac voluntatum licentia submoueri. Quæ sententia promulgata, & legibus hac ita plurimis tali lege calcatis: vniuersa Italia lamentabili iustitio subiacebat. Itur rursus ad Epiphanium Episcopum Ticinensem, illum qui manu medica publicis consueuerat subuenire vulneribus, cuius fonte ærumnarum sæpe fuerat ardor extinctus. Qui dum se diceret solum ad tantam sarcinam sustinendam non posse sufficere: rogatur pariter venerabilis Laurentius Mediolanensis Episcopus. Qui profecti vnâ Rauennam, etiam pariter peruenerunt: Suscepti pariter. Postquam illis agendi aditus reclusus est: beatus Laurentius necessarium duxit, illi potissimum perorandi copiam dari, cuius vestigia frequentium legationum laboriosus callis attriuerat, & per tramitem huiusmodi itineris cursitantem, non semel hispidum castrensis puluis effecerat. Qui tali publicas petitiones est orditus eloquio:

EPIPHANII
EPISC. TI-
CINENSIS
ORATIO.

Quantus inuictissime Princeps, per innumerabiles successus felicitatem tuam fauor diuinus euexerit, si per ordinem relegam, agnosces te votorum parcum maiora semper à Deo nostro beneficia accepisse, quam optasse memineris. Sufficit tamen horum vnum narrare, sed maximum: quòd apud te Principem ibi seruorum tuorum causas agimus, vbi solebat inimicus tuus huius soli possessione gaudere. Habes plurimum Christo Redemptori nostro quod debeas: pro quibus rogamus, ipse largitus est. Cauendum nobis est, ne offendatur auctor muneris, si quod præstitit, non amemus. Diu suspendo fiduciam meam: placet ire per singula, quæ fando comperi atque perspexi accessisse tibi Diuinitatis auxilio. Scis quæ te pollicebaris acturum, quando confertissimis inimicorum cuneis vrgebaris, & circa muros hostilis tuæ Ticinensis ciuitatule clangor streperet: quando armis, numero aduersarij præstantiores substitere: sola tecum dimicante cælitus inuisibili virtute, non poterat, non audebat te aggredi, qui exercitus tuos nuda æstimatione pensabat: solatorum tuorum pondus omnis bellandi apparatus sustinere non valuit. Quotiens utilitatibus tuis aer ipse seruierit, si recenset; tibi cæli serena militarunt, tibi conuexa pluuias pro voto fuderunt. Quis resistere dexterae tuæ ausus fuerit & cum gratia superna pugnant? Quotiens inimici tui ceciderunt mucronibus sodalium suorum? Quotiens tibi vicit, qui pro hostium tuorum utilitate certabat? His ergo donis cælestibus vicissitudinem, impensa circa homines pietate, restitue. Mystica oblationis holocausta sunt supplicantium lachrymas non sperni. Illud certè perpende, qualibus in regno successeris; quos (sicut liquet) malitia expulit: casus illorum necesse est vt sequentes informet: Ruina præcedentium posteros docet: cautio est semper in reliquum lapsus anterior. Non sincero exemplo militat, qui respicit qua causa decessor eiectus est.

DONA DI-
VINITAS
PRÆSTITA
THEODORICI
CO.

* coniecta

* nos

PRO LIGY-
RIA SV-
PLICAT.

QUID THEO-
DORICVS
RESPON-
DERIT.

* 1. Reg. 15.

His freta Liguria vestra, nobiscum profusa supplicat, vt legum vestrarum beneficia sic et tribuatis innocentibus, vt noxios absoluat. Exigua est apud Deum nostrum misericordia, si illos tantum læsio non sequatur, qui reatu carent. Culpas dimittere, cæleste est: vindicare, terrenum. Post hæc siluit. At eminentissimus Rex insit: quo loquente, attonita de voluntate eius corda pauor arctabat:

Quamuis te, venerabilis Episcope, pro meritorum luce suspiciam, & multa apud me confusions tempore reposuisses beneficia, quibus frui te conuenit, tranquillitate reuocata: regnandi tamen necessitas, qua concludimur, misericordiae, quam suades, nõ vbiq; pandit accessum. Et inter res duas nascentis imperij, pietatis dulcedinem censuræ pellit utilitas. Exemplorum cælestium testimonio asserio mea nititur. Offendisse legimus Principem, qui cælitus destinatum nec inimicum subduxit exitio. Pœnam meruit leuitas, quam potuit intulisse districtio. Vltionem suscepit, qui detrectat inferre. Locum diuini iudicij aut

attenuat,

A attenuat, aut contemnit, qui hosti suo, cum potitur, indulget. Iustitia coercendi sunt, quos constat gratiani non secutos. Vicia transmittit ad posteros, qui præsentibus culpis ignoscit. Nam quod de Redemptoris nostri patientia loqueris: illos verè amplectitur lac gratiæ, quos auctoritas legis informat. Numquam à medico ad plenissimam curationem æger adductus est, nisi ab illo, qui primum putrida ferro membra defecuit, & latentem saniem penitus è sinu viscerum produxit in lucem. Qui criminosos patitur impunè transire, ad crimina hortatur insontes. Tamen quia precibus vestris, quibus superna assentiuntur, obistere terrena non possunt: omnibus generaliter errorem dimittimus: nullius caput noxa proferret: quoniam potestis & apud Deum nostrum agere, vt sceleratæ mentes à proposito sui peruersitate discedant. Paucos tamen, quos malorum incentores fuisse cognoui, locorum suorum tantummodo habitatione priuabo, ne fortè exurgens necessitas vicinos inueniat nutritores, & malorum adiuta successibus bella consurgant.

B His præcellentissimus Rex dictis, virum illustrissimum Vrbicum acciri iubet, qui vniuersa Palatij eius onera sustentans, Ciceronem eloquentia, Catonem æquitate præcesserat: cui præcepit vt generalis indulgentiæ pragmaticum promulgaret. Quod ille ad omnè benignitatem paratissimus illico tanta breuitate & luce contexit, vt & illa culparum genera cognoscere abolita, quæ putabantur fuisse referuata.

LEX DE IN-
DULGENTIA
LATA PER
VRBICVM.

Interea secretius Rex præstantissimus sacerdotem venerandum Epiphanium imperat euocari: quem tali compellat assau: iudicij nostri ex ipsa sententia, gloriose Antistes, pondus intellige; vt ti iam in toto regni nostri circulo Pontifices esse videantur, tu potissimum in tanta re quasi vnicus eligaris: nec eneruata per meritum tuum huiusmodi æstimatores illudit opinio. solus esse iuste crederis, cuius splendore tamquam globis lunariis minorum siderum lumen obtunditur, & modicæ lucis radij perfulgida conscientia tua luce fuscantur. Quis quarat noctis lampadem, vbi Solis iubar effullerit: quis candelæ præsidium, vbi caminis indefinentibus fidei pyra succenditur? Postremò talè à me oportet dirigi, qualem suscipiens libenter auscultet. Vides vniuersæ Italiæ loca originariis viduata cultoribus? In tristitiam meam segetum ferax spinas atque iniussa plantaria campus apportat: & illa mater humanæ mellis Liguria, cui numerosa agrorum solebat constare progenies, orbata atque sterilis ieiunum cæspitem nostris monstrat obtutibus. Interpellat me terra, quocumque respicio vberem vineis faciem, tum aratris impexa contristat. O dolor! nullus humor illorum labris infunditur, quos à vini copia Neotrios vocauit antiquitas. Hæc quamuis Burgundio immanis exercuit: nos tamen, si non emendamus, amissimus: populatæ patriæ cessamus succurrere, si aurum apud nos habetur in conditis. Quid interest, pecunias, an ferro aduersariorum animos inclinemus? Obtulisse quòd mentes capiat hostis, vicisse est, occuluisse, superari.

THEODO-
RICVS AGIT
CVM EPI-
PHANIO
DI LEGA-
TIONE AD
REGEM VR-
GUNDIAR.

Suscipe ergo, Christo adiuuante, huius laboris sarcinam, ex qua communem habeamus in cælesti repromissione mercedem: quia nouus iste propriis insignibus titulus laudis adcreuit, per manus tuas de oppugnatoribus nostris sine sanguine triumphare. Princeps eorum Gondouadus est, cui reuerentiam tui venustas inseruit: quem videndi te nimia cupido stimulat: Mihi crede, pretium captiuitatis Italicæ erit vester aspectus. redemptos putabo esse, quos cupio; si ad terras illas talis redemptor accesserit. Quam magno suffragio vincuntur oculi, quibus te offerimus. Sed quid demoror? manus arua poscent iam. polliceor tibi rediuuium statum Liguriæ, polliceor soli lætitiæ, & post Transalpinam peregrinationem reducem fecunditatem. Ex accidenti aurum tibi commodatur, pro qua talis legatus acturus es.

PRO CA-
PTIVIS RE-
DIMENDIS
EPIPHANII
MITHR.
* Gundeba-
dus
Gundebal-
dus

E Ad hæc Episcoporum lux Epiphanius respondit: Quanto, venerabilis Princeps, pectus meum tripudio repleueris si sermone possit ambiri, pro diuitiis meritorum tuorum immediatè continua verba profunderem: sed quam sermoni meo interceptus denegetur successus, monstrant lactymæ gaudiorum, quas dolorum alumnas nunc parturit exultatio. Proinde intellige, ad referendas optimo Regi tam pro nobis, quam pro se ipso gratias, plus me sentire posse, quam eloqui. Iustitia prius, an bellorum exercitatione, an quod his præstantius est, omnes retro Imperatores te pietate superare commemorem? Habes vnde gētis nostræ rectores accuses. Tu redimis, quos illi per sæpe aut permiscere fieri, aut fecerūt ipsi captiuos. Dauid legimus, pro singularis laudationis exemplo, idcirco maxime cælorum proximitates adeptum, quòd oblato manibus suis Saul pepercit inimico: & in testimonium concessæ potestatis, exuuiarum eius particulam rapuit, per quam & licentiam probaret & votum.

EPIPHANII
GRATIAS AGIT
REGI.

* 1. Reg. 24.

CHRISTI
494.GELASII PAP.
3.ANASTAS.
THEODORICI REG. 2.VICTOR
TAURINENSIS
EPISCOPUS.TEMPUS
LEGATIONIS.RUSTICIUS
LVGDVNENSIS
EPISC.Sidon. lib. 2.
epist. 21.EPIPHANII
EPISCOPI
ORATIO.

Deus bone, in quanta remuneratione huius facti suscipis pro tot millibus oppressorum libertate tractantis, qui illum pro vnius seruari hominis sanguine sublimasti! Perage ergo cœpta festinus, & felicitatis tuæ oblationem lætus adporta: meque quamuis sim paratus, stimula, ne in offerendo tam odorato sacrificio tarditatis obice frenens. Christi Redemptoris nostri erit concedere (sicut ex operibus futurum coniecimus) vt verè holocausta tua per meas manus possis offerre. Precor tamen, vt indultu clementiæ tuæ Victor Taurinensis vr̄bis Episcopus comes mihi & particeps huius itineris adiungatur, in quo clarum est epitomen omnium constare virtutum: quo socio adhibito, de Deo securus respondeo, nullum effectum propriis petitionibus abnegandum.

Quibus auditis, Rex eminentissimus annuit: ac tremendus Pontifex, dicto Vale, discessit. Extempore portandæ pro redemptione pecuniæ destinantur, suscipiuntur: egreditur: Ticinum impiger venit. Et quamuis adhuc hiemali tempore Martius mensis glacie fluminibus frenum imponeret, & cana niuibus iuga Alpium transituris minaretur exitium: sed mortiferum frigus & concretas fidei glebas fidei ardor exuperat, numquam in gelu labitur, cuius fundamentum petra solidauit. Ordinato ergo itinere sui viatico, profectus est: quæ poterat retinere necessitas, nec sibi ipsius capiendi mora sustinebatur. Et cum singulos cum ipso positos ille plenus discriminibus callis turbaret: solus inter pericula timere non nouerat, quem spes vitæ certa comitabatur. Concurrebat omnis ætas & sexus; & quos à vicinitate viæ ipsius longa interualla seiuixerant, ardore animi proximabant.

Quicquid habuit quisque pretiosum, obtulit; & si non habuit, aliunde mercatus est. Patria vbique, vbique opulenta diffusio: inemptis dapibus mensæ cumulabantur peregrinorum; & illis, quas nisi comparatas habere, non poterant, escis sine pretio utebantur externa. Tunc quoscumque indigentum reperit, illis quæ erant donata dispersit: domi forisque pascebat miseris. Neque fieri potuit, vt quod ad ipsum delatum est, pauperum vibus subtraheretur. Hoc ordine, mira celeritate Lugdunum ingressus est, vbi Rusticius tunc Episcopalem cathedram possidebat (*dignus hic successor S. Patienis Episcopi, ad quem adhuc laicum extat Sidonij Apollinaris epistola*). homo, qui & in sæcularis tituli præfiguratione sacerdotem semper exhibuit, & sub prætextu fori gubernationem gessit Ecclesiæ: qui trans Rhodanum fluiuium, aduentui ipsius spiritualis lætitiæ copia repletus occurrit: causam commearionis inquit: quæ essent astutiæ Regis edocuit; quem ne inopinatum obiectionum aut responsum calliditas inueniret, intra penetrabile pectoris certaminum prolusionem firmabat. Quem postquam Gondebadus terræ illius dominus venisse cognouit: Ite (inquit ad suos) & videte hominem, quem & meritis & vultu semper ego Laurentij martyris personæ coniunxi. Qui quando nos velit videre, inquit: & cum iusserit, inuitare. Mox ad eum omnis Christianorum Principi assistentium turba confluit: qui assatim admiratione capiebantur, quod illa tot linguarum fama tamen minorem se in isto, quamuis etiam ampla, monstraret: cui numquam sufficeret paupertas sermonum, quamuis ditior iusto esset in reliquis.

Constitutus est ergo videndi Regis dies. Ad quem cum ingressus, salutauit: & sua vtrique visione lætati sunt. Dedit summo viro Victori licentiam, si iuberet, ipse principium legationis ordiri: qui ad illum omne pondus retulit, & fuit ad cunctam humilitatem paratissimus. Euestigio decus Italiæ. Antistes noster talibus verbis cœpit affari.

Inexplicabilis mihi dudum, probatissime Princeps, vestri amor imposuit per iter istud contra naturam & tempus bella suscipere, & crustati montis pericula non timere: quibus dudum in metallum aquas arctauerit, coagulatum ex liquore minatur exitium. Transcèdi alienis mensibus, ninguidos per saltus potui gressus, quos in suis locis vis frigoris obligabat. Postremò mortem non timui, vt tibi celer præmium æternæ lucis asserrem. Inter duos optimos Reges testimonium in cælestibus dicturus adhibeor: si quod ille misericorditer postulat, tu clementer accomodes. Munus repromissionis Dominicæ æqua lance diuidite; & cum ambo amplius habueritis, nemo damna lugebit. Certate, Duces inuictissimi; & alterutrum vos, exequendo præcepta mystica, superate: In qua conflictatione sic brauium victor accipiet, vt visus præmium non amittat. Sequimini consilium meum, & ambo superiores, & ambo pares extabitis.

Redimere cupit ille captiuos, tu sine pretio redde genitalibus glebis. Mihi credite, nemo vberius in hac causâ, nemo maius accipiet, quam qui nihil acceperit. Defraudabitur præmium

CHRISTI
494.GELASII PAP.
3.ANASTAS.
THEODORICI REG. 2.

A præmium partis illius, atque ad tua compendia lucrum transit alterius, si quos vendere gloriosum est, donare disponas. Diuites exercitus tuos faciet contempta pecunia, acquisita mendicos. Audi Italorum supplicum voces, & de te præsumptum preces serenus admitte. Audi Italiam numquam à te diuisam, & multum de animi tui clementia confidentem: quæ si vna voce vreretur, hoc diceret: Quotiens pro me (si reminisceris) ferratum pectus hostibus obtulisti? Quotiens pugnasti consilio ne bella subreperent; ne aliquis meorum duceretur in quacumque Orbis parte captiuus? Quos nunc detines, tu nutristi. Dolo: sè mihi virtus tua beneficium præstitit, si quos ab extraneis tutatus est, custos inuasit. Quis catenarum nexibus impeditus, duræ forti nõ vberiores lacrymas exhiberet, cum se ad conditionem liberator impelleret? Quis se subduceret, cum armorum tuorum crepitus audiretur, in quo in necessitatibus tutissimum habuere perfugium? Elisis collo manibus matrona sublimis, cum traheretur ad vincula, promisit sibi vindicem te futurum.

B Virgo ab stupratoris insidiis pudorem suum tibi credebatur displicere posse, si perderet. In summa capti sunt, quos nemo fugientes inuenit. Agricolæ laboriosæ stirpes, & duris exercitaturæ lignibus soboles, quas per terram suam pascit infabricata simplicitas, cum lons colla necerentur, & palmas vinciret arcta connexio: nihil pro defensione sua aliud clamitabat: Scimus & euidenter agnoscimus, nõne vos estis Burgundiones nostri? Videte ne ante pium Regem, quæ facitis, excusetis, & illa vrbanorum cõsuetudine crimina suppressatis. Quotiens istæ, quas ligare præsumitis manus, domino communi tributa soluerunt? Nouimus, quia ille fieri ista non iussit. Hac auctoritate miseri pro solatiis utebantur. Multos tamen integritatis tuæ fiducia fecit interimi, dum capti superbius responderunt.

C Redde ergo residuos patriæ, redde origini, redde gloriæ tuæ. Antiquus dominus provinciam dilige, quam & modernus amplectitur. Remitte, quamuis ad alienam ditionem, qui se & ibi positi tuos esse cognoscant. Parum enim gratiæ impendimus illius imperio, cuius misericordiæ nihil debemus. Vacua sentibus illam quam bene nostis Liguriam, & reple culturis. Quantum muneribus tuis obnoxia sit, intelliget, si faciem suam aliquando cognouerit. Domesticum tibi semper est indulgere supplicibus, sicut superbos opprimere, sic in vtroque fortissimus, ibi per gladium, hic per temperantiam triumphos acquires. Nostis nostrorumq; mouere fletibus: sic in successione regni istius legitimus tibi heres accrescat, & per spem adultæ progeniei ad Burgundionum gubernacula reuiuifcas. Et licet hoc Deo tribuas: adiace & illud, quod nec hominibus externis istud impendis. Sed iuncto tibi Italiæ domino etiam necessitudine affinitatis: sit filij tui sponsa laxa largitas; absolutio captiuorum offerat pactæ suæ munus, quod & Christus accipiat. Hæc cum dixisset, comonito sancto Victore collega, surrexit; & vsque ad pectus regium lacrymantes, & cum omnibus prope astantibus capita submiserunt.

D Tunc rex probatissimus, vt erat fando locuples, & eloquentiæ diues opibus, & facundus assertor, verbis taliter verba reposuit: Belli iura pacis suasor ignoras, & conditione gladio decisæ concordiæ auctor euisceras. Lex est certantium, quem putas errorem. Frequentum nesciunt inimicitia; quod tu Christianæ lucis iubar ostendis. Proeliis temperantiam nullus adneçit; quæ oris tui nitore, egregie moderator, attollitur. Statuta sunt dimicantium: Quicquid non licet, tunc licere. Ita sibi fortè quies vendicet, quæ narrasti. Hostem suum qui non læsit, adiuvat. Paulatim aduersarius à regni sui mole succiditur, cuius Imperij radices viribus amputantur. Reposui Regi partium illarum contumeliam, quam putas illatam: ludificatus specie fœderis, nihil egi studiosius, nisi vt quod est cautela, apertos inimicos agnoscerem. Concedat tamen Diuinitatis assensus, vt solidatum inter nos fœdus longa ætate seruetur. Inuenient partes illæ constantem in amicitia, quem senserunt perniciosum sibi fuisse, dum litigatur. Vos tamen sancti viri ad domos, in quibus manetis, sine tribulatione discedite: dum ego animæ meæ & regni vtilitate discussa, quæ me conueniat præstare, pronunciem.

E His auditis, Pontifices abcesserunt. At ille, vocato Laconio, cui & rerum & verborum fides ab illo semper tutè mandata est: quem & prærogatiua natalium & auorum curulis per magistræ probitatis insignia sublimarunt: cum quo confert, quotiens pia & religiosa meditat. Et sicut non est cum vitij sociata nobilitas, nec adstringitur ad illecebras ius naturæ: si quid ille benignè facere voluerit, duplicari iste hortatur adhibitus. Cui Princeps: Vade (inquit) Laconi, & tota vororum tuorum vela suspende. Et sacerdos à nobis & beatus Epiphanius libenter auditus est, cuius te precibus fuisse permotum,

CHRISTI
494.GELASII PAP.
3.ANASTAS. IMP. 4.
THEODORICI REG. 2.

cum apud nos verba faceret, animorum indices lacrymæ testabantur. Vade & pleno pe-
ctore dicta sententias, per quas pactionis illius durissimæ nexus irumpas. Liccat omni-
bus Italis, quoscumque Burgundionum nostrorum metus captiuitatis fecit esse captiuos,
quos famis necessitas, quos periculorum timor aduexit; postremò quoscumque concessit
aut addixit consensus Principis sui, noſter absoluat. At paucos quos ardore preliandi tunc
ab aduersariorum suorum dominatione rapuerunt, pro illis pretij quantumcumque per-
cipiant, ne derestabiles apud illos fiant certaminum casus, quorum cum discrimina susti-
nerint, lucra non sentiant.

Post præceptum venerandi Regis impiger ille verborum saltibus indulgentiæ species
aut formas exposuit, & chartas ad insignem Antistitem detulit: quas ille cum expectatiss-
sima deuotione suscepit, & portitorem tanti doni ambienter amplexus est. Qui postquam
rumor innotuit, tan tæ istius iam liberæ multitudinis frequentia subito astitit, vt desolata
crederes esse etiam incolis rura Gallorum. Nam testis huius rei ego sum, per cuius ma-
nus pietacia ad claufuras iussio sacerdotis elicitur. Quadringentos homines die vna de so-
la Lugdunensi ciuitate reditus ad Italiam fuisse dimissos, identidem per singulas vrbes
Sabaudia * vel aliarum provinciarum factum, indubitanter agnouimus: Ita vt istorum,
quos solæ preces beatissimi viri liberarunt, plusquam sex millia animarum terris patriis
redderentur. Eorum verò qui redempti auro sunt, numerum ad liquidum cognouisse non
potui: quia inter eos etiam multos fuga eripuit. Sic factum est, vt tunc ad liberationem
omnium subiugatorum transeundi occasio concessa sufficeret. Postquam tamen pecunia-
rum ille cumulus effusus est, continuò ad expensas redemptionis suggestit necessaria illa,
quæ ibi est, thesaurus Ecclesiæ Syagria, cuius prolixam quærit vita narrationem: sufficit
autem, vt ex operibus cognoscatur, quam verba transcendunt.] eiusdem stemmatis hanc
putamus esse Syagriam, cuius & Syagrius, qui apud eundem Regem Burgundionum
agebat magno ab eo honore habitus: nam Burgundionum Solonem appellat eum Sido-
nius, quem & Syagrii quondam Consul ordinarij pronepotem fuisse testatur^a. Dedit
etiam (subdit Ennodius) præstantissimus inter Gallos Auitus Viennensis Episcopus, in quo
se peritiam velut in diuersorio lucidæ domus inclusit.] hic illustis ille Alcimus Auitus, qui
eiusdem Regis Burgundionum salutem curans (vt auctor est Ado Viennensis) ad eundem
dialogum scripsit, quo vehementer impugnavit hæresim Arianam: sed de eo inferius plu-
ribus agendum erit. At perguit auctor:

Quid pluribus auro illorum ex maxima parte actum est, ne Gallis diutius seruitum pu-
bes Ligurum duceretur. Nec in vno loco summus vir in illa se regione continuit: ne forsitan
in longinquo degentes dominorum feritas impediret. Fuit Geneuæ, vbi Godigisclus
germanus Regis larem statuerat: qui formam fraternæ deliberationis secutus, bonis operi-
bus eius se socium dedit. Breui tamen tantæ liberatorum phalanges remissæ sunt, vt vide-
res longè lateque agminibus feruentia itinera cum laude Dei nostri, tum etiam splendidis-
simi sacerdotis Epiphani, cuius ministerio atque labore erepti fuerant, redeuntium. Et ne
tanti lux nostra trophæo muneris priuaretur, atque ab oculis ipsius pulcherrimum specta-
culum tolleretur: ipse cum his remeavit. Videres duci in triumphis cælestibus vulgus libe-
rum, & pro macandorum sanguine terram madefieri lachrymis exultatum. & paulo post:
Ecce tunc comperimus armatorum mentes sanctitate superatas, & cessisse precibus electi
legati Principem, qui obuium semper lanceis pectus ingessit. Quantum acutior fuerit ver-
borum quam ferri lamina, hinc lector agnosce: expugnauit sermo, cui se gladij subdixerunt.

Dum ergo tertio mense cum tali trophæo Ticinum remearet Antistes, vt Tarantas iam
venit (sic enim vocitatur oppidum Alpius vicinum) ibi quædam mulier graui immundi
spiritus vexatione laborabat: quæ continuò, percepta benedictione, absoluta discessit. Ipse
tamen suis inopinatus nec suspicantium oculis astitit. Visus est subito, de quo vix crede-
batur aliquis posse rumor audiri. Mox tamen vt rediit, curis ex more animum fatigat, ne
fortè quibus absolutionem Deus noſter per illum dederat, proprii census possessione tur-
barentur: præcipuè ob nobilium consideratione personarum, quibus immanior apud suos
poterat constare calamitas, si vitam inopes reduces sustinerent, & de peregrinationis in-
commodis sola misericordiæ solatia perdidissent. Ad Regem Theodoricum inuictissimum
per se mox ire noluit, ne fortè laboris sui vicissitudinem in relatione gratiarum, aut in exhi-
bitione munerum positus videretur exigere: flagitat enim quasi debitam retributio-
nem, qui pro flagitatis Principum iussionibus ipse quid actum sit auctor annunciat. Hoc
ergo

SOLVUNTVR
CAPTIVI
ET DIMIT-
TUNTVR
DIVERSA
CONDI-
TIONE.NUMERVS
CAPTIVO-
RVM DI-
MISSORVM
* Spaldie.SYAGRIA
SANCTIS-
SIMA FE-
MINA.^a Sidon. lib. 5.
epist. 3.GODIGIS-
CLUS SVOS
CAPTIVOS
RELAXAT.EPIPHANI
PRVDENS
CONSILIUM.CHRISTI
494.GELASII PAP.
3.ANASTAS. IMP. 4.
THEODORICI REG. 2.

A ergo ille totius acuminis vir perspicuus, declinare gestiebat. Scripsit tamen, & quæ gesta
sunt, loqui commisit epistolis: ne aut tacendo contemptor, aut occurrèdo per arrogantiam
pronunciaretur intemperans. Quantum tunc; admirande Pontifex, tua plus egit absentia,
quantum impetrauit humilitas deprehensa; dicant illi quos de exilibus ditissimos reddi-
disti. Igitur omnia, quæ à piissimo Rege pro miseris per paginam petiit, singularis Antistes
incunctanter obtinuit, &c.] hæc de legatione Epiphani Ennodius Ticinensis, cui ipse
comes ac sancto viro minister accessit.

Redempti sunt aliis etiam sub eodem Theodorico captiui, non pecunia Regis, sed ele-
mosynis Romanæ Ecclesiæ, eas abundanter impendente Symmacho Papa, de quo hæc le-
guntur in libro de Romanis Pontificibus: Hic captiuos per Liguriam & Mediolanum & per
diuersas provincias pecuniis redemit, & dona multiplicauit, & dimisit.] sic ibi. Hæc autem
de legatione ad Gundebaldum cum contigisse auctor dicat biennio ante eiusdem Epipha-
nij obitum, hoc ipso facta sunt anno: nam idem desit ex hac vita (vt suo loco dicemus in-
ferius) anno Domini quadringentesimo nonagesimo sexto. His planè officiis idem Burgun-
dionum Rex demeruit Theodoricum: à quo supra fiducia, petiit horologia eius generis,
quæ Romæ aliquando vidisset, nempe tum ad aquæ fluxum attemperata, quæ clepsydras
vocant, tum etiam quibus Sol umbra gnomonis diei horas edocet. Impertitus est Theo-
doricus quæ ille petiisset, Boetio Seuerino viro in omnibus scientiis & mathematicis præci-
puè facultatibus callentissimo in eiusmodi curandum opus incumbente. extant eiusdem
Theodorici Regis de his tum ad Boetium datæ epistolæ, tum ad ipsum Burgundionum
Regem, cum horologia misit, reddita litteræ^a.

Hæc quidem laude digna præstitit Theodoricus hoc ipso regni sui exordio, relaxans
reos, redimensque captiuos, sic sibi animos concilians subditorum: adiecit autem, quòd
licet Arianus esset, Catholicis bene vñus est, non tantum nihil negotij illis more hæreti-
corum faciens, sed & indulgens, & gratis ornans, & omni officiorum genere profe-
quens, de quæ illis benemereri in omnibus studens; adeò vt se ægro animo indignoque fer-
re monstrarit, si quis in eius gratiam è Catholica fide ad Arianam sectam, cuius ipse cultor
erat, transiret: quod & aliquando eiusmodi facto egregio declarauit, à Nicephoro & alijs
ita descripto^b:

De Theodorico quiddam huiusmodi historiæ tradunt. Ministrum is quemdam sanio-
rem fidem sectantem vehementer infans amore prosequeretur, & ad voluptatem eo abu-
tebatur. Et ille, vt quæ grata placitaque ei essent, faceret, à Constantialis fide desceiuit ad
Arianismum. Quod vbi Theodoricus comperit, caput illi, quem tantopere amauerat,
resecuit, inquit: Si Deo fidem sinceram non seruasti, quomodo mihi, qui homo sum,
conscientiam sanam præstabis?] hæc Nicephorus, eadem Zonaras, & Cedrenus, licet in
eo vterque erret, dum Theodoricum Africæ Ducem appellant. scribit id ipsum Theodo-
rus Lector libro posteriori Collectaneorum, sed nihil de fœderate ministri.

Quenam autem miranda hoc tempore Anastasij Imperatoris acciderint Constantino-
poli de alio item à Catholica fide deficiente ad Arianam perfidiam: & horrida blasphemia
impetere sanctissimam Trinitatem, ex Theodoro historico sanctus Ioannes Damascenus
enarrat, cum sic exorditur à titulo: Ex historiæ Ecclesiasticæ Theodoretii tomo quarto.]
ita ipse ante rei gestæ narrationem. Sed in hoc ipso limine prudens lector obiciet de titulo
recitato, quomodo de rebus gestis sub Anastasio Imperatore citari potuit Theodoretus,
quem constat etiam ante Zenonis Augusti tempora defunctum esse; cum pariter liqueat,
historiam Theodoretii quinque partitam libris Valentiniani tempora minimè prætergre-
sam & Theodosij Iunioris Imperium? Nodus hic tibi primò solucendus, ne anceps in ipsa
lectione fluctes, qui de auctoris fide iam iussa obiectione vacillas. In primis autem dici
posse videtur, Theodoretum pro Theodoro mendosè conscriptum: nam tradit Suidas,
Theodorum Lectorem Ecclesiæ Constantinopolitanæ scripsisse historiam Ecclesiasticam à
Constantini temporibus vsque ad Iustiniani Imperium, planè diuersum opus à perbreui-
bus illis duobus Collectaneorum libris, quæ fragmenta potius esse videntur, quam ordina-
ta rerum tractatio, quam idem Ioannes Damascenus inferius citat. hæc Scholiastes apud
ipsum Ioannem Damascenum sensit, & quidem haud infulse.

Sed magis placet, vt dicamus, præter Theodoretum Cyri Episcopum, alium extitisse post
eum Theodoretum historicum, qui à sancto Ioanne Damasceno citatur. Nec putes hæc
à nobis inani tantummodo opinione effingi, quæ scriptoris eiusdem sæculi assertionem fir-
man-

ROMANA
ECCLESIA
CAPT. VOB
REDEMIT.^a Cassiod. Va-
riar. lib. 1.
epist. 45. 46.
THEODORI-
CVS FAXIT
CATHOLICIS.^b Nicephor.
lib. 16. c. 35.PRO THEO-
DORO THEO-
DORITVS.THEODO-
RETVS IUN-
IOR.

CHRISTI
494.GELASII PAP.
3.ANASTAS. IMP. 4.
THEODORICI REG. 2.

mantur. Etenim idem, de quo modò egimus, Theodorus Lector posteriori Collectaneo-
rum libro eundem Theodoretum Iuniorum citat his verbis: Petrus Mogus reliquias Ti-
mothei Solofascioli effodisse fertur, quod & Theodoretus scribit.] hæc ipse de rebus gestis
sub Zenone longè post obitum Senioris Theodreti: vt plane certo certius affirmandum
sit, post Theodoretum Episcopum Cyri, Theodoretum alium citatum tum à Theodoro
Lectore, tum à sancto Ioanne Damasceno, claruisse: ex quo de Arianis admiranda ista, eo
præfixo titulo, narrat his verbis^a:

^a Ioan. Da-
mascon. de
Imag. orat. 3.

*
OLYMPIVS
ARIANVS
BLASPHE-
MVS DAT
ROENAS.

Hoc Consulatu, octauo Kalendas Ianuarij, res admiranda, terribilis & singularis, qua au-
res audientium obtupebant, euenit. Olympius enim quidam nomine, cum Eurhymius
Arianæ factionis defensor cursorem saltantem * citaret in balneis Palatij Heleniani, acce-
dens ad eum qui præmollebat, & quosdam qui lauabantur *ouibis*, hoc est, eiusdem sub-
stantiæ de Filio dici comprobantes conspicatus, istiusmodi verbis eos compellauit: **Q**uid
enim est (inquiens) Trinitas? aut quo non in pariete inscripta est? Membrisque corporis
necessarijs apprehensis: Ecce (inquit) & ego Trinitatem habeo: Quæ re qui illic aderant,
commoti, illum erant interfecturi; sed in valli ambitu prohibiti sunt à quodam Magno
sanctorum Apostolorum presbytero, viro admirando; Deiq; studioso, qui sic eos est allo-
cucus: Iustitiæ non laet oculos cuncta spectantis & punientis. Cum igitur hominis ven-
eratione quieuisset: surrexit Olympius *blasphemus ille Arianus*, & calidarum aquarum
balneo locus (vt fit) ad illud quod frigidus continebat ingreditur (suscipit enim aquas è ter-
ra medium venerandi altaris sanctæ ædis Stephano protomartyri dicatæ, quam Aurelia-
nus inter veteres præcipuis dignitatibus illustris exadificauit, ex quo diuinis aquam specta-
culis fieri dignam existimo.) In hanc ille cum descendisset, confestim egressus est, clamans:
Miseremini. Et carnes suas vngulis dilanians, ab ossibus diuellebat.

DIRA VI-
TIO IN
OLYMPIVM
ARIANVM.

Hunc illum qui circumaderant comprehensum linteo obuoluerunt, & præ frigore ani-
mo deficientem reclinant. Rogantibus autem, quidnam illi contigisset? Respondit
Olympius: Hominem vidi candidis indutum vestimentis, qui super Nerophorum ince-
dens, tres mihi calidæ siclas infudit, Ne maledixeris, inquiens. Qui igitur erant illi ne-
cessitudine coniuncti, sublatum in aliud balneum, quod Arianorum hæreticæ ecclesiæ, ge-
starunt. Verum cum ex linteo vellent illum eximere, omnes illius carnes dilacerarunt,
atque ita moriens animam efflauit. Quæ quidem res per totum ferè peruagata regnum
est. Prodiderunt autem quidam, Olympium cui id contigerat, quodam tempore ab eo-
rum qui Filium Homouium, hoc est, eiusdem essentia cum Patre fatebantur, cœtu, ad
Arij partes defecisse.

ANASTAS.
IMP. PIC-
TVRA RE-
PRÆSEN-
TARI MI-
RACVLYM
IVRET.

Verum cum ad aures regias peruenisset (erat autem Rex Anastasius) iussit miraculum D
in tabula coloribus expressum ad Nerophorum collocari. Ioannes autem quidam ædis
illius, de qua supra mentionem fecimus, Stephano protomartyri sacra diaconus & curator,
vir qui (vt si quis alius) decreti illius, quo Filius eiusdem cum Patre essentia declaratur, se
perpetuò studiosissimum ostendit, ipse quoque rem pictura, sed non simpliciter promulga-
uit: Nam eorum qui illic lauabantur, spectatoresque fuerant, qui que in balneo ministra-
bant, nomina inscripsit, & vbi eorum singuli habitarent, indicauit. Quæ quidem pictura ad
hoc vsque tempus rem ipsam testatur, in fronte quartæ porticus, quod sæpe vocatum est
Oratorium, affixa.

Ceterum quando res admiranda rem ad mirandum consecuta est, cum eiusdem argu-
menti sit, nefas est eam contemnere. Itaque licet præsens subeat tempus, illam non gra-
uabor commemorare. Cum enim illi qui Arij partibus studebant, triumphum progredi
perpicerent, precibus impulerunt eum, cui Palatij Helenianorum cura fuerat demandata,
vt tamquam balnei administrationis Præfectus imaginem auferret & absconderet. Hic
facili inuenta excusatione, quod ob aquarum humilitatem esset corrupta, sustulit eam (vt
aitur) inter disputandum, & abscondit. Verum cum Rex singula loca regia obiret atque
intuisset, ad hunc quoque peruenit, & imaginem inquirendam, ac parieti rursus affigen-
dam curauit. At Eutychianum (ministro enim illi id erat nomen) diuina quadam sic inua-
sit indignatio, vt dexter oculus ei disfluere, pessimeq; reliqua item membra cõfluerentur,
quo ad sacrum Oratorium, vbi beatorum Pantaleonis & Marini pars reliquiarum conser-
uatur, accederet: quod quidem Oratorium, Concordia, vocatur, quoniam illuc Episcopi
centum & quinquaginta, Imperatore Theodosio Magno regnante, concordēs in eam sen-
tentiam conuenerunt, vt diuinæ Trinitati eandem essentia constituerent, & Dominum
ex

EUTYCHIA-
NV. OCCV-
TANS IMA-
GINEM DAT
ROENAS.

CHRISTI
494.GELASII PAP.
3.ANASTAS. IMP. 4.
THEODORICI REG. 2.

A ex Virgine humanam assumpsisse carnem declararent. Verum cum illic septem circiter dies
commoratus nihil acciperet adiumenti, quin etiam gemini exederentur: media quadam
nocte minister, cuius erant partes vt totam noctem in somnis duceret, secundum quietem
vidit quemdam Regem altantem, manuque illum qui ægrotabat ostendentem, dicentem-
que: Quomodo hunc suscepisti? Iste cum illis sentit, qui in me maledicta coniciunt: Iste
miraculi abscondit imaginem.

Clericus igitur somno solutus, quod in quiete viderat, enarrauit: negans fieri posse, vt
is ab ea calamitate liberaretur. At Eutychianus, eadem nocte, cum doloribus subactus
obdormisset, adolescentem quemdam eunuchum altantem vidit, splendido indutum ve-
stimento, seque sic alloquentem: Quid habes? Cum autem ille: Vi morbi consumptus
perco, nec curationem vllam inuenio, respondisset: audiuit eum dicentem: Nemo tibi po-
test optulari: Rex enim vehementer iratus est tibi. Ipse verò: Quem (inquit) mouebo, aut
quid faciam? At ille: Si vis (inquit) curari, ad Helenianorum balneum contende, & pro-
pe combustum Ariani imaginem quiesce. Protinus is experrectus, vnum è ministris vocauit.
Admirati sunt autem, quoniam tertium iam diem vocis vsu caruerat. Se igitur, vt fuerat
imperatum, abduci iussit: Verum cum ad locum peruenisset, prope imaginem collocatus,
expirauit. Is enim, quem in somnis viderat, per animæ se iunctionem à corpore, morbi
curationem significans, vera prænuuciauit.] hæcenus ex citato auctore Ioannes Damasc-
enus. Narrat hæc eadem de Olympio sacrilego Ado Viennensis, & Miscellæ auctor, sed in
eo corrigendi, dum in Africa id referunt accidisse, id putantes scilicet, quod illic vigeret
Arianorum principatus. Verum ab Anastasio, icto scedere cum Theodorico Ariano Rege,
Arianis Constantinopoli agere, ecclesiam habere, conuentus cogere licere, pactis conuentis
esse statutum, possumus intelligere.

Hæc Deus adeo ingentia atque perspicua in primaria Orientis ciuitate his potissimum
temporibus edi voluit aduersus Arianam impietatem diuinitus signa, vt vniuerso innotes-
cerent Christiano orbi, qui vndique Arianis confertus erat, regnantibus vbique Arianis
Principibus, Theodorico in Italia, Guntabundo in Africa, Alarico in Gallia Narbonensi,
& Gundebaldo in Gallia Lugdunensi ac Viennensi: ne quis crederet illic esse Deum, vbi
vi armorum Principes dominarentur.

Potuerunt quidem hæc signa, vel alia tamquam potens pharmacum expurgare eos,
qui eminentioris ingenij sed salutis suæ non obliti penitus essent. Inter alios enim Gunde-
baldum Burgundionum Regem de quo plura nuper locuti sumus, admonuerunt, vt errori
nuncium omnino remitteret, fidemque Catholicam, quam veram esse sciebat, expeteret,
id potissimum suadente sanctissimo viro Alcimo Auito Episcopo Viennensi: de eo enim
haber ista Gregorius^a:

Cum autem cognouisset Gundebaldus assertiones hæreticorum nihil esse, à sancto Auito
Episcopo Viennensi, Christum Filium Dei & Spiritum sanctum æqualem Patri confessus,
clam vt christmaretur, expetit. Cui ait sacerdos: Si verè credis, quod nos ipse Dominus
edocuit, exequere. Ait autem^b: Si quis me confessus fuerit coram hominibus, confitebor
& ego eum coram Patre meo, qui est in cælis: qui autem negauerit me coram hominibus,
negabo & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis. Sic & ipsos sanctos ac dilectos suos
beatos Apostolos cum de futuræ persecutionis tentationibus doceret, insinuauit dicens^c:
Attendite vobis ab hominibus: tradent enim vos in Concilijs, & in synagogis suis flagella-
bunt vos, & ante Reges & Præsides stabitis propter me in testimonium illis & Gentibus.

E Tu verò cum sis Rex, & à nullo apprehendi formides, seditionem pauescis populi, ne Crea-
torem omnium in publico fatearis. Relinque hanc stultitiam, & quod corde te dicis cre-
dere, ore profer in plebe: sic etenim & beatus Apostolus ait^d: Corde creditur ad iustitiam,
ore autem confessio fit ad salutem. Sic & Propheta ait^e: Confitebor tibi in Ecclesia ma-
gna, in populo graui laudabo te. & iterum^f: Confitebor tibi Domine in populis, psalmum
dicam nomini tuo in Gentes. Metuens enim populum, ô Rex, ignoras, quia satius est vt
populus sequatur fidem tuam, quam tu infirmitati faueas populari? Tu enim es caput po-
puli, non populus caput tuum. Si enim ad bellum proficiscaris, tu præcedis ad cateruas ho-
stium, & illæ quò abieris subsecuntur. Vnde melius est, vt te præcedente, cognoscant veri-
tatem, quam te præeunte, permancant in errore. Nam Deus non irridetur: nec enim di-
ligit illum, qui propter regnum terrenum, eum non confitetur in sæculo.

Ista ille oratione confusus, vsque ad exitum vitæ suæ in hac infania perdurauit, nec pu-
blice

NVLIAM
EUTYCHIA-
NVS CON-
SEQUITUR
VENIAM.

CVR HIS
TEMPORIB.
TANTA MI-
RACVLA.

^a Greg. Turc.
de Gest. Franc.
lib. 1. c. 34.
^b Matt. 10.
CONFES-
SIONEM
FIDEI MA-
NIFESTAM
REQUITIT
^c Matt. 10.
^d Rom. 10.
^e Psalm. 34.
^f Psalm. 56.

AVTTI
SCRIPTA.

Ado in
Giron. anno
Domini 492.

Gregor. de
Gest. Franc.
lib. 1. c. 34.

S. BENEDI.
CTVS ER-
MVM PE-
XIT.

LONGE AN-
TES GREG-
GORIVM
S. BENEDI-
CTVS.

Greg. Dial.
lib. 1. m
prim.

Greg. Dial.
lib. 4. cap. 26.
c. 36.
REDAR-
GVNTRV
BARORES.

blicè æqualitatem Trinitatis voluit confiteri.] Verùm etiã nõ valuit S. Auitus ipsum Gun-
debaldum ab errore liberare, eius tamen filium Sigismundum ad fidem Catholicam con-
uertit, vt suo loco dicemus. Addit Gregorius, eundem Auitum, ipso regnate Gundebaldo,
scripsisse commentarios aduersus Eutychnam hæresim tunc in Oriente inualescentem,
relegitq; alia ab eo edita scripta. Quod insuper ad eundem spectat, non est prætermittend-
um, quod de ipso agens eiusdem Ecclesiæ Episcopus Ado, hæc de eius genere & ipsi con-
iunctis, dum eius recenset scripta, habet his verbis: Auitus quoque Viennensis Episcopus
eloquentia & sanctitate præcipuus, & eius frater Apollinaris Valentia Episcopus miraculis
insignis, Ilicij Senatoris primùm viri, postea Viennensis Episcopi, duo lumina, clarissimi
filij.] eius mater Audentia dicta est, vt de Virginitatis laude ad sororem scribens Auitus
ipse testatur. Sed pergit: Hic B. Auitus aduersus hæresim Arianam, quæ tunc non solum
Africam, sed & Galliam, Italiamq; magna ex parte occupauerat, magno furore decertauit, B
quod clarissima eius opera testantur. Scripsit enim dialogum hæresim illam oppugnans fi-
delissimo & doctissimo immortalique ingenio ad Gundebaldum Burgundionum Regem
filium Gundouci: item alios libros duos contra Nestorium & Eutychnem auctores erro-
ris luculentissimo & castigato satis sermone. Fuerunt & alia illius plura eximia opera in
Christi Ecclesia probatissima.] quæ recensens Gregorius, ista subdit: Scripsit enim homi-
liarum librum vnum, de mundi principio, & de diuersis aliis conditionibus libros sex versu
compaginatos: Epistolarum libros nouem, inter quas supradicta continentur epistolæ.]
Sed perire omnes eius epistolæ graui damno memoriæ rerum illorum temporum.

Hoc eodem anno magnus ille monachorum Patriarcha, Occidentalis decus Ecclesiæ
Benedictus, Nursinus patria, Romæ litteris dans operam, ab Vrbe recedens profecturus in
solitudinem, sublimioris vitæ monasticæ prima iecit feliciter fundamenta: habet hæc de
tempore vetus historia Cassinensis. At cum de re ipsa liquidò constet, de anno tamen di-
uersæ admodum inter se pugnantis sententiæ reperiuntur: quænam autem ipsarum magis
sit veritati consentiens, id nobis est diligentius explorandum, & ab annis vitæ eius & obi-
tus tempore in primis natalis expiscandus est annus. Marianus Scotus complures fuisse tra-
dit, qui sanctum Benedictum annos nonaginta sex vixisse testentur, obiisseq; anno Christi
sexcentesimo tertio: eandemq; sententiam secutus est Sigebertus, quam ipsam & verifi-
cilem esse Trithemius dicens, alius errandi occasio fuit. secundum autem huiusmodi asser-
tionem, ipsum sanctum Benedictum natum esse anno Domini quingentesimo septimo,
dicendum esset: quod omnino falsum esse, plurima sunt quæ demonstrant.

Re igitur accuratius peruestigata, longe longius horum sententiam à veritate discre-
pare perfacile erit ostendere: Nam in primis, si vera ea sententia esset, dicendum planè D
opus erit, sanctum Benedictum æqualem sancti Gregorij Papæ sub Pontificatu eiusdem ex
hac vita migrasse, anno eiusdem Pontificis sedis decimotertio, vno tantum vel paulo am-
plius ante ipsius Gregorij obitum: quod quidem valde repugnat iis quæ idem Pontifex in
Dialogorum libro secundo de eodem sancto Benedicto conscripsit, dum quibus auctoribus
res ab eo gestas didicerit, his verbis, ipsius narrationis exordio tradit: Huius ego om-
nia gesta non didici; sed pauca quæ narro, quatuor discipulis illius referentibus, agnoui,
Constantino scilicet reuerendissimo valde viro, qui ei in monasterij regimine successit;
Valentiniano quoque, qui annis multis Lateranensi monasterio præfuit; Simplicio, qui con-
gregationem illius post eum tertius rexit; Honorato etiam, qui nunc adhuc cellæ eius, in
qua prius conuersatus fuerat, præest.] hæc sanctus Gregorius, satis perspicuè docens, post
obitum sancti Benedicti quatuor substitutos esse in præfectura monastica successores, cum E
ipse ea de ipso Sancto scriberet in Dialogis, quos liquet scripsisse anno quarto sui Pontifica-
tus, dum sæpe in illis tradit, ante triennium diram illam pestilentiam contigisse, quæ qui-
dem ipsius Pontificatus exordio urbem vastabat, anno nimirum Domini quingentesimo
nonagesimo primo. Si igitur ipse Gregorius anno Christi quingentesimo nonagesimo quar-
to Dialogorum libros conscripsit, quibus & vitam & obitum sancti Benedicti
profecutus est: quomodo dicto anno sexcentesimo tertio eum mortuum esse tradunt? Et
quonam pacto potuit Gregorius eius scripsisse obitum, si post annos ferme decem ab ea
scriptione ipse sanctus Benedictus dicatur fuisse superstes: Cum igitur quæ scripsit Grego-
rius de sancto Benedicto, testetur se accepisse ab eius in monastica præfectura successoribus
Constantino & aliis eiusdem discipulis in idem munus postea subrogatis, affirmare neces-
se est ipsum longe antè iam fuisse defunctum.

Veritati

ANASTAS. DE
BENEDICTI.

A Veritati autem magis consentiens ea apparet esse sententia, qua ipse asseritur ex hac
vita decessisse anno Domini quingentesimo quadagesimo secundo: quam asserit Leo
Ostiensis Episcopus ex Cassinensis cœnobij antiquioribus monumentis, quibus etiam tra-
ditur, eundem sanctum Benedictum annos vixisse tantum sexagintaduos: qua ratione
æquè ponitur ipse natus anno Domini quadringentesimo octogesimo; hocque anno quo
ab Vrbe ponitur recessisse, annum ætatis egisse decimum quartum. Sed falli, mea quidem
sententia, puto, qui Benedictum eius ætatis puerum eremum petiisse existimarunt, haud
asssecuti Gregorij verborum sententiam. Nec sanè verisimile est, vt tam teneræ ætatis puer
adeò arduum vitæ arripuerit institutum, à quo potius per Romanum prudentem mona-
chum reuocandus fuisset, quam famularu pollicito impellendus. Hanc quidem sententiã
de eius pueritia cum eremum petiit, inde ortam puto, quòd S. Gregorius puerum eum ap-
pellat. Sed cum talem fuisse studeat demonstrare, qui si voluisset, mundi voluptatibus frui
vtique valuisset, sed abstinuisse virtute animi; adolescentulum potius quam puerum eum
exhibere videtur.

At reddamus hic verba Gregorij: Fuit (inquit) vir vitæ venerabilis, gratia Benedictus
& nomine, ab ipso suæ pueritiæ tempore cor gerens senile. Etatem quippe moribus tran-
siciens, nulli voluptati animum dedit, sed dum in hac terra adhuc esset, quo temporaliter li-
berè vti potuisset, desepxit quasi aridum mundum cum flore. Qui liberiori genere in pro-
uincia Nursia exortus, Romæ liberalibus litterarum studiis traditus fuerat: sed cum in eis
multos ire per abrupta vitiorum cerneret, eum quem quasi in ingressu mundi posuerat, re-
traxit pedem; ne, si quid de scientia eius attingeret, ipse quoque in immane præcipitium
totus iret. Despectis itaque litterarum studiis, relicta domo rebusque patris, soli Deo vacare
desiderans, sanctæ conuerfationis habitum quaesuit. Recessit igitur scienter nesciens & sa-
pienter indoctus.] hæc Gregorius. Quem igitur tempore abdicationis sæculi puerum
dixit, adolescentè fuisse verisimile videri potest: nam & dum idem ipse Gregorius homi-
num distinguit ætates, illudque explicat Iob: Consumere me vis peccatis adolescentiæ
meæ] non pueritiam, sed adolescentiam esse primam ætatem in virtutum operatione dicit.
Sed & scias, esse peculiare eidem sancto Gregorio, vt per puerum intelligat adolescentem;
nam inter alia puerum, immo puerulum eum dicit monachum, qui cum aliis construe-
bat parietem monasterij, super quem paries ipse recidit; quem ex opera quam præstabat,
adolescentem vtique fuisse oportuit: sicut & cum ad Eulogium scribens agit de puero or-
dinato diacono, quem tamen nullum repulisset ætatis impedimentum.

Nisi magis placet, vt eundem sanctum Benedictum dicamus puerum ab Vrbe recessisse
iam puberem, quem vt adhuc ætate tenerum nutrix (vt ait sanctus Gregorius) est cõsecu-
ta, retinuitque apud se in loco illo qui Eufide dicitur, aliquandiu ibi commemorata: domici-
lium namque illic fixisse nutricem, tota illa de tritico purgando atque capisterio fracto hi-
storia docet. Tunc verò demum constat recedendi è loco illo ipsum Benedictum iniisse
consilium, cum vulgato edito à se grandi miraculo, sibi timens, aufugit, iamque ætate ado-
lescens, animo promptus & viribus, per arduum illud vitæ genus sectandum suscepit. Hæc
satis de his quæ ad tempus spectant: ex quibus quæ in Notis antea dixeramus, corrige.

Quod admiratione dignum est, sanè quidem in sancti Benedicti vocatione summa Dei
in consulendo suæ Ecclesiæ innouit prouidentia. Etenim tempore, quo (vt diximus) vni-
uersa Italia, Gallia, Hispania, atque Africa à Gothis & Vuandalis hæreticis Arianis possi-
debantur, Oriensque penè totus esset infectus hæresibus; in tam tetræ noctis obscuritate,
E densaque caligine, eiusmodi claritudo lucis effulsit, qua vniuersus Catholicus orbis illustra-
retur, quantus autem splendor ex viro Dei Benedicto ad Ecclesiam illustrandam diuini-
tus emicuerit, inferius suis locis ordine temporis enarrabimus. Sed quibus ista sint aucta
progressibus, breuiter audi.

Egit vir Dei tres annos in specu, tantum conscio sancto Romano, vt sanctus Gregorius
tradit: inde verò Dei reuelatione notior factus, & virtute miraculorum redditus vniuer-
sæ regioni illi conspicuus, inuidiæ iaculis ab hominibus appetitus, postquam vires Satanæ
confregisset, victor in omnibus, ad vitæ sanctæ æmulationem suo exemplo quamplurimos
traxit: cum tamquam ex alueario excrefcentia apum examina in alia vala ipse inferens,
duodecim à se erecta monasteria repleuit: sicque perseverasse vsque ad annum Domini
quingentesimum vndetrigesimum, atque postea migrasse Cassinum, ex Cassinensi Chro-
nico conpertum habetur.

Ac

CHRISTI 494. GELASII PAP. 3. ANASTAS. IMP. 4. THEODORICI REG. 2.

QUI FALSO DICTI PRO-FESSORES S. BENEDI-CTI.

At verd cum innumerorum penes sanctissimorum atque etiam doctissimorum Patrum Patriarcha Benedictus fuerit fecundissimus propagator: perperam mea sententia illi faciunt, qui ei quos non genuit, alienos partus supponunt: qui inquam, nimio eius ordinis, sub quo profitentur, amore, nonnullos fama illustres viros, qui etiam ante sancti Benedicti tempora floruerunt, eiusdem fuisse regulae professores imprudenter & inconsulte nimis affirmant. Etenim non fecundis, sed sterilibus supponi aliena soboles consuevit. praestitit hoc inter alios Trithemius, auctorque ceteris posterioribus fuit id ipsam faciendi. Quid, rogo, cum S. Benedicto S. Caesarius Arelatenis Episcopus, qui, antequam nasceretur ille, erat Antistes, ut superius demonstratum est? Quid ad eundem pertinet Faustus Regiensis Episcopus, qui eodem cum S. Caesario vixit tempore? Quid insuper ad sanctum Benedictum Eugipius Abbas, qui, antequam ipse sanctus Benedictus sumeret monasticum habitum, iam sancti Seuerini discipulus & monachus erat, ut ipse de se testatur? Sed quid insuper Cassiodorum pro animi arbitrio sub eiusdem sancti Benedicti regulis monachum referunt, cum agens ipse de monachis a se collectis in commentario de Diuinis lectionibus, nec ullam quidem (cum in eo argumeto versatur) sancti Benedicti vel regularum ipsius habuerit mentionem: quae certe ante omnia ipsis suis monachis ab oculis ponenda erant. Quid praeterea Orientales sub institutis sancti Basilij militantes monachi ad sanctum Benedictum pertinent, ut Anastasius Persa, idemque martyr illustris? Quid etiam sanctus Ioannes Damascenus, & alij plures?

*Cassiodor. Diuin. lect. 6. 29. 32.

Dolui, fateor, considerans veritatis candorem non illustrari, sed obscurari ab his, qui nullum habentes delectum, quoscumque reppererunt doctrina vel sanctitate claros vitae monasticae alumnos, eosdem sub sancti Benedicti regula constituunt professores; cum tamen iam ante tempora sancti Benedicti constet etiam in omnibus Occidentalis Ecclesiae prouinciis viguisse diuersa genera monachorum; ut quae saepe superius dicta sunt, certissimam fidem faciunt. non est nostrum modò de singulis agere; quos prudentissimus indagator, adhibita temporis ratione, alterius potius instituti quam S. Benedicti monachos fuisse cognosceret: cum tamen illud gloriosè praedicare liceat, coalescente nobili planta, maioribus incrementis in dies magis magisque dilatatum esse eundem ordinem monachorum S. Benedicti, progressuque temporis complures alios extitisse in Occidente monachorum ordines sub eiusdem Sancti regulis militantes.

*Beda de Gest. Anglor. lib. 1. c. 13. 16. in fin.

BRITANNI VICTIS HOSTIBUS RESPIRANT.

*Gilda de excid. Brita.

Hoc eodem anno, qui quadragesimus quartus numeratur à tempore Imperij Marciani, contigit Britanniae Ecclesiam ab hostibus insulae inuasoribus liberari, qui Badonici montem obsidentes dire ab incolis trucidati sunt. Fuit annus iste Gildae Sapientis (ut ipse testatur) natalis: quo tempore florens ille extitit Britannicae Ecclesiae status, ut qui pressis praetereitis malis superauerunt sacerdotes, pie sancteque Christianam religionem excoluerint, qui autem his postea successerunt, torpescerent otio, emarcescentesque putredine vitiorum Ecclesiam illam ad eò scadauere, ut maximi fuerint paucis bonis qui remanserant causa luctus. Sed Gildam istae lamentantem audiamus:

BRITANNI CAL ECCLESIAE STAB STAB TYE VARE VS.

Ex eo tempore nunc ciues, nunc hostes vincebant: ut in ista gente experiretur Dominus solito more praesentem Israel, utrum diligat eum, an non, usque ad annum obsidionis Badonici montis, nouissimaeque ferme de furciferis non minimae stragis: qui & meae natiuitatis annus est. Sed ne nunc quidem ut antea ciuitates patriae inhabitantur, sed desertae dirutaeque haecenus squalent, cessantibus licet externis bellis, sed non ciuilibus. Haesit etenim desperati insulae excidij, insperatiq; mentio auxilij memoriae eorum, qui vtriusque miraculi testes extiterunt: & ob hoc Reges, publici, priuatiq; sacerdotes, Ecclesiastici suum quique ordinem seruauerunt. At illis decedentibus, cum successit aetas tempestatis illius neficia, & praesentis tantum seruitutis non expers, ita cuncta veritatis ac iustitiae moderamina concussa & submersa sunt, ut earum non dicam vestigium, sed ne monumentum quidem in supradictis propemodum ordinibus appareat, exceptis paucis & valde paucis, qui ob amissionem tantae multitudinis, quae quotidie prona ruit ad tartara, tam breuis numeri habentur, ut eos quodammodo venerabilis mater Ecclesia in sinu suo recumbentes non videat, quos solos veros filios habet, &c.]

BRITANNI PESSUNDA TI OB MALIS CULTAM RELIGIONAM.

Quinam autem prauis moribus omne hominum genus ibi corruperint, ipse exactè recenset atque deplorat, nempe polluta sacra altaria nece regionum puerorum, dimissas legitimas vxores, & scorta subintroducenda, incestuosas praeterea & sacrilegas nuptias, cum cognatas & eas quae Deo vouerant castitatem sibi impie matrimonio coniungerent: apostasiasque

CHRISTI 495. GELASII PAP. 4. ANASTAS. IMP. 5. THEODORICI REG. 3.

corum qui vouerant monachatum. Sed haec quidem, quos refert, Principes perpetrabant: In quas verò vitiorum voragines & peccatorum profunda ordinis Ecclesiastici viri demersi fuerint, idem ipse distincto volumine luget atque redarguit, cuius hoc est exordium: Britannia habet sacerdotes, sed nonnullos insipientes; quamplurimos ministros, sed multos impudentes, clericos, sed quosdam raptores, subdolos; pastores (ut dicunt) sed occisioni animarum lupos paratos, &c.] Tu ipse, si cupis, ea consulas, quae veluti celae exculpra habes, unde cognoscas, ob collapsam in ea insula in viris Ecclesiasticis canonicam viuendi formam meruisse illam habitatoribus reddi vacuam, atque alienigenis dari gentibus incolendam, quae vberem redderet tempore opportuno prouentum, quando autem id acciderit, suo tempore dicturi sumus: iam verò ad sequentis anni res gestas oratio transferatur.

IESV CHRISTI 495. GELASII PAP. 4. ANASTAS. IMP. 5. THEODORICI REG. 3.

Sequitur ordine temporis annus Domini quadringentesimus nonagesimus quintus, Consulatu Viatoris notatus in Fastis apud Cassiodorum & Marcellinum, addunt alij collegam Amilianum: cuius exordio rursum fuit Gelasio Papae aduersus Orientales schismaticos laborandum. Qui enim communionem defuncti fouebat Acacij Euphemius Constantinopolitanus Episcopus, causam iniquam & impiam falsis praetextibus orans, Orientales Episcopos sedi Apostolicae communicantes, ab eius coniunctione diuellere conatus est. Haec cum Gelasio innotuissent, ipsis Kalendis Februarij prolixam valde atque disertam epistolam dedit ad Dardaniae Episcopos, cuius est exordium: Valde mirati sumus, quod dilectio vestra quasi nouam & difficilem quaestionem, & adhuc tamquam inauditam quippiam nosse desiderat. alias enim superius litteras miserat, quibus cunctas quae ab Euphemio afferebantur pro retinendo Acacij nomine rationes, veris certisque confutauerat argumentis. est de illis mentio habita in dato ad Faustum Commonitorio. Porro ex his postremo scriptis ad Dardanos litteris, ex Vaticana bibliotheca & codice veterissimo monasterij sancti Petri in Auellana in vmbria in integrum (ut licuit) restitutus & editis, ista deprompsisse scit est, quae de Apostolicae sedis auctoritate narrat his verbis:

EUPHEMIUS QUID M OLIATVR.

*Gelaf. epist. II. tom. 1. epist. decer.

GELASIVS QUID AD DARDANOS.

Non reticemus autem, quod cuncta per mundum nouit Ecclesia: quoniam quorumlibet sententia ligata, sedes beati Petri Apostoli ius habet resoluedi, utpote quod de omni Ecclesia fas habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerint, ab illa autem nemo sit appellare permissus. Quapropter cum satis constet, Acacium nullum habuisse pontificium, sententia sedis Apostolicae damnatum, sine vlla eius notione soluendi dicant certe, qua Synodo hoc ille praesumpsit (Euphemius scilicet) quod nec sic quidem absque Apostolica sede fas haberet efficere? Cuius sedis Episcopus? cuius metropolitanae ciuitatis Antistes? nonne parociae Heraclienensis Ecclesiae? nempe Constantinopolitanae sub metropoli Heraclienensis Ecclesiae constituta: quibus plane indicat Gelasius, omnia concessa Constantinopolitanae Ecclesiae priuilegia absque consensione Apostolicae sedis esse irrita. Post ista verò suggerit:

Sed nec praeterimus, quod Apostolica sedes frequenter (ut dictum est) more maiorum, etiam sine vlla Synodo praecedente, & absoluendi quos Synodus iniquè damnauerat, & dammandi nulla existente Synodo, quos oportuit, habuerit facultatem. Sanctae memoriae quippe Athanasium Synodus Orientalis addixerat, quem tamen exceptum sedes Apostolica, quia damnationi Graecorum non consensit, absoluit. Sanctae memoriae nihilominus Ioannem Constantinopolitanum Synodus etiam Catholicorum Praesulum certe damnauerat: quem simili modo sedes Apostolica etiam sola, quia non consensit, absoluit. Itemque sanctae memoriae Flavianum Pontificum congregatione damnatum, pari tenore, quoniam sola sedes Apostolica non consensit, absoluit, potiusque qui illic receptus fuerat, Dioscorum secundae sedis Praesulem sua auctoritate damnauit, & impiam Synodum non consentiendo submouit; ac pro veritate, ut Synodus Chalcedonenis fieret, sola decreuit, in qua Pontificibus innumeris qui Latrocino corruerant Ephesino veniam postcentibus sola concessit, & in sua perfidia permanentes nihilominus sua auctoritate prostrauit: quam congregatio, quae illic pro veritate reparanda collecta fuerat, est secuta. Quoniam sicut id quod

NON IN-DIGET SYN-DICALI CON-VEN TV VT IVDICET SEDES APO-STOLICA.

NON PRO RATIONE DIGNITAS SACCV-LARIS SE-DIVM PRAE-ROGATIVA.

CONSILIVM ROMANVM IN ABS-LV-TIONE MI-SERI.

Extant tom. 1. epist. Rom. Pbc. in Gelas. ACTA RO-MANI CON-CILLI.

respicit

Exzech. 33.

deliberates

prima sedes non probauerat, constare non potuit, sic quod illa censuit iudicandum, Ecclesia tota suscepit, &c.] haec atque alia Gelasius, illa adducens exemplum, quae non in angulis facta essent, sed in summis causis, toto Orbi perspicuis, omniumque sententia comprobatis.

Post nonnulla vero idem Gelasius. Papa ridet illud omnino ab Euphemio stulte admodum inculcatum, dum ratione regiae dignitatis prerogativas sedium expenderet, atque sibi primatum supra Orientales Ecclesias vendicaret, quod regia vrbs Constantinopolis esset. In qua ipse: Risimus autem (inquit) quod prerogativam voluit Aeacio comparari, quia Episcopus fuerit regiae civitatis. Numquid apud Rauennam, apud Mediolanum, Siriniam, apud Treuiros, multis temporibus non constitit Imperator? Numquidnam harum urbium sacerdotes ultra mensuram sibi met antiquitus deputatam quippiam suis dogmatibus vsurparunt? &c.] haecenus Gelasius in dicta epistola ad Dardanos, ex qua etiam nonnulla sunt a nobis suis locis pro ratione temporis superius recitata. Porro hanc ipsam epistolam non ipsis tantum Dardaniae Episcopis voluit esse communem, sed vulgari in Orientales Ecclesias, notamque reddi omnibus Orthodoxis, necnon schismaticis & haereticis. nam haec habet in fine: Recte autem faciet vestra dilectio, vt ista quae scribimus, pariter Catholicis & contraria sapienribus innotescant, quo & sanis necessaria firmitas, & male sanis competens medicina praebatur. Dat. Cal. Februarij, Viatore V. C. Confule.]

At cum ne sic quidem istis ipsis Gelasius quicquam profecerit, Deus per haereticum Principem voluit Euphemium schismaticum Episcopum sede deiici, atque abscondi qui scindebat Ecclesiam: quomodo autem id se habuerit, paulo post dicturi sumus. prosequamur interea eiusdem Gelasij Papae anni huius res gestas. Qui igitur hoc anno mense Februarij (vt vidimus) dictam epistolam ad Orientales scripsit, idem mense Martij habuit Romae Synodum, cui interfuerunt Episcopi quinquagintaquinque, praesente simul clero Romano. Extant Acta ipsa ex bibliotheca Vaticana deprompta, sed mendosa non nihil, quae & sine careant. Sed accidit opportunè, Dei providentia, quae rebus nostris inuigilat, vt dum ea vtrumque se habent deprauata ac decurtata hic edere pararemus, vir doctissimus Frôto Ducæus Societatis I. E. S. V. professor, sponte, meque nihil penitus cogitante, miserit eadem ex codice Virdunensi descripta, integra ipsa quidem, quae etiam (vt in omnibus antiquis scriptis ferme accidit) aliquibus essent corrola mendis, collatione tamen facta cum ijs quae Romae habentur cusa, parum abest quin in pristinum candorem recipias restituta, quae sic se habent:

Residente in Synodo venerabili Papa Gelasio vnâ cum Bonifacio, &c.] & inferius; Gelasius Episcopus Ecclesiae Catholicae vrbs Romae dixit: Meminit dilectio vestra superiore Conuentu oblatum nobis à Miseno libellum in conspectu vestro fuisse recitatum: hunc eundem, si placet dilectioni vestrae, denuo recensendum, vt acta nostra contineant. Et quia aliud se quoque petitorium praemanibus habere profiteretur, quid etiam in hoc contineatur, possimus agnoscere. Et adiecit: Miseni libellus denuo recitetur. Anastasius diaconus recitauit: Datum à famulo vestro Miseno die octauo Iduum Martiarum, Viatore V. C. Confule. Quantum ad meae pertinet infelicitatis abruptum, errori meo qualibet ratione contracto definitio non esse parcendum: quoniam hoc ipso poena carere non debeo, quod merui ad causam poenalem, quacumque foret, perducere.

Quantum vero pertinet ad remediale subsidium, duo sunt quae me ad hoc suppliciter implorandum venire constringunt: ne vel ego desperatione magis perpetuis cruciatibus sim dignus addici Iudae prauaricatoris exemplo: & quia tanta est ineffabilis illa clementia, quae Apostolica potestate vniuersum facinus possit absoluere. Hanc igitur solam in meo negotio, Papa venerabilis, vocem miserandus effundo: Parce prostrato, porrigere manum iacenti. Nullis ignorantiae excusationibus nitor, nullas decipulas circumventionis obtendo, nec in quemquam calamitatis meae studeo transferre discrimen: quia alios incusare non debeo, qui postquam clementer absolui: quia licet mihi pro mea defensione nihil asseram, non ambigam tamen haec omnia tuo iudicio esse tractanda. Tantum quaeso, vt superno numini obsequentes, quod pronunciat per Prophetam: Nolo mortem morientis, donec reuertatur & viuat: vos potius cuncta quae in persona mea gesta sunt, benigna consideratione librantes, viaticum seni aegritudine & continua maceratione consumpto, ne sine Ecclesiastica communione rapiar, non negetis, ex alterius casu experimentum meae formidinis inuenientes: qui auxilium, etiam vobis conferre volentibus, non potuit indispici. Et me per imperitiam hac clade potius implicatum hoc ipso dignanter ostendite, quod ad receptionis Ecclesiasticae superstes gratiam valui peruenire.

Quo

A Quo lecto, Gelasius Episcopus dixit: Petitorium Gesta retinebunt. Et adiecit: Ipse nunc Misenus adueniat, & petitorium quod obtulit, ipso praesente, recitetur. Cumque ingressus fuisset Misenus, prostratus in terram aliud petitorium obtulit, & rogauit vt susciperetur. Cumque susceptum fuisset, Gelasius Episcopus dixit: Vtraque petitoria quae obtulit, ipso quoque praesente, legantur. Iterum Anastasius diaconus recitauit: Datum à famulo vestro Miseno, octauo Id. Mar. Fla. Viatore V. C. Conf.

Quantum ad meae pertinet infelicitatis abruptum, errori meo qualibet ratione contracto definitio non esse parcendum: quoniam hoc ipso poena carere non debeo, quoniam merui ad poenalem causam quacumque forte perducere. Quantum vero respicit ad remediale subsidium, duo sunt quae me ad hoc suppliciter implorandum venire constringunt: ne vel ego desperatione magis perpetuis cruciatibus sim dignus addici Iudae prauaricatoris exemplo: & cetera quae superius continentur. Item aliud petitorium recitat: Datum à famulo vestro Miseno sub die tertio Id. Mar. Fla. Viatore V. C. Conf.

Oblato primitus petitorio meo nihil aliud suppliciter exorauit, quam vt misericordiam mihi sedis Apostolicae non in perpetuum negaretur: cuius mihi spes quoniam pro immensa Dei pietate, qua regitur, relucere iam sentio, magis magisque conscientiam meam contagijs perfidorum, quae infelicitate potius, quam studio, circumuentus incideram, liberam purgataeque esse pronuncians, toto corde atque ore protestor sub diuinæ contemplationis intuitu, me omnes quidem haereses & quicquid inimicum est Catholicae & Apostolicae fidei, communionisque sinceræ, prona mente refutare, tum praecipue Eutyrianam haeresim cum suo scilicet auctore Eutyche & eius sectatore Dioscoro, vel successoribus eius atque communicatoribus Timotheo Aeluro, Petro Alexandrino, Acacio Constantinopolitano, Petro Antiocheno, cunctisque eorum complicitibus & communicatoribus respicere, damnare, & anathematizare perpetuo, omnesque istos & huiusmodi horribiliter execrari; nec vquam me cum talibus vllum quolibet modo profiteor habiturum esse consortium, sed ab his omnibus futurum prorsus alienum. Quorum prauitatem licet numquam voluntate receperim; tamen quia me calamitatis impulsu minus cautus videor incidisse, sub conspectu Dei & beati Petri Apostoli eiusque Vicarij, ac totius Ecclesiae, mea (sicut dixi) professione, voceque condemno, detestor, exhorreo, in sola me fide communionisque Catholica & Apostolica semper duraturum esse confirmans. Cui petitioni meae manu mea subscripti die tertio Id. Martiarum, Viatore V. C. Conf. Hae vestrae beatitudini in Conuentu venerandorum

C Credidi meis manibus offerenda. & alia manu. Ego Misenus huic petitioni meae & à me oblatae subscripti, die & Confule supra scripto.

D Gelasius Episcopus dixit: Quae lecta sunt, transcribantur. Et adiecit: Quid videtur fraternitati vestrae statuendum, vestri quoque consilij participatione desideramus agnoscere. Leuaerunt se omnes Episcopi & presbyteri, rogantes & dicentes: Exaudi Christe: Gelasio vita: dictum vices. Quod vobis Deus dedit in potestate praestare: dictum duodecies. Hoc fac, quod facit dominus Petrus: dictum decies. Vt indulgeas, rogamus: dictum novies. Cum denud sedissent, Gelasius Episcopus dixit: Sedes Apostolica quidem, quae Christo Domino delegante, totius Ecclesiae retinet principatum, pro dispensatione curaque generali, quam vel pro fide Catholica, vel pro paternis canonibus regulisque maiorum necessaria semper circumspeditione dependet, Misenum atque Vitalem, quos contra Eutyrianam pestilentiae sectatores, vel contra eos qui talium se communione polluerant, suae potestatis legatione sussultos ad Orientem dudum sub sanctae memoriae decessore meo Praesule destinarat, quod Apostolica praecipra declinantes quolibet modo in eorum, aduersum quos missi fuerant, confortia recidissent, Gestis Synodalibus rerum discussione patefacta, communione pariter & honore merito iureque summouit.

Quibus tamè misericordiae locum memor supernae pietatis pro suo moderamine reseruauit: & dum conditionem posuit ultionis, spem noluit propitiationis abscondi: sicque suam sententiam temperauit, vt istorum veniam cum illorum mallet salute prouenire, quorum fuerant participatione decepti: ac potius praerent eis, quos suo firmauerant in prauitate consensu, & salubrem correctionis metum, & emendationis imitandae confortium. Denique sic ipsa animaduersionis verba librata sunt, vt se illi & cum istis percussos aduertenterent, & ex eorum conditione non diffiderent posse saluari. In quo vtrique & his non est in totum via praclusa remeandi; & illis, si mallet, per istos est oblata correctio, studiumque porrectum, quo possint meliore conatu praeteritos compensare prolapsus: si fauorem, quem

Annal. Eccl. Tom. 6.

V v 2

praua-

CHRISTI
495.GELASII PAP.
4.ANASTAS. IMP. J.
THEODORICI REG. 3.

prauaricatoribus facili voluntate detulerunt, in reformationem Catholicorum potius A
conuerterent sacerdotum.

Dicitur enim, tamdiu istos fore suspensos, donec auctore Deo, & adnifu Catholico-
rum Principum, vel populi Christiani, Alexandrina Catholicum sacerdotem recepisset Ec-
clesia. Gratulandum scilicet crederetur, nullo modo Græcos nō posse renuere quod viderent
ab Apostolica sede fuisse damnatum: facileque eos posse de istorum supplicio commoueri,
vt nō essent quid vitarent, & quid consequenter ambirēt, ac velle putarent resipiscendo mag-
gis sentire cum reētis, quā iugiter errare cum perfidis. Expectatumque diu est, vt his ra-
tionibus incitati contagia nefanda deponerent, vnā cum Apostolica sede consentiendo, sic-
ut de eorum speratum fuerat voluntate, nitentesque Catholicis sacerdotibus reuocandi
studium potius commodarent: quo ipsi ad Orthodoxam recurrerent vnitatem; & istis, qui
illorum participes erroris extiterant, ministrarēt præsinitæ receptionis effectum: Nec qua B
fieri potuit occasione cessatum est, quo competenter admoniti & sufficienter instructi, pa-
riter pericula vitanda cognoscerent, ac parere sibi ianuam, si sinceris mentibus hanc peti-
issent, Apostolicæ communionis aduerterent.

Sed quia eō peruentum est, vt hortamentis quoque medicinalibus, dum etiam quæ re-
ferrent contraria nō haberent, differrent tamen hæcenus adhibere cōsensum, illorum qui-
dem difficultatibus paternum quemdam debemus pij doloris affectum, deprecantes omni-
potentiam Dei nostri, quæ sola quamuis deuias in veritatis viam potest conuere voluntates,
vt cisdem suæ propitiationis operatione mirabili spiritum resipiscentiæ & efficaciam
correctionis dignanter infundat. Quæ donec (sicut de eius virtute confidimus) diuina pla-
catione proueniant, hunc interim qui supplicat desiderabiliter expetentem nullatenus pe-
rire patiamur: vt cuius non sunt Orientales deiectione perterriti, ne in errore persisterent, C
saltem curatione prouocentur, vt redeant ad salutem; præcipue cum dispositionis sedis
Apostolicæ clementiam tenor comitetur ipse dictorum, neque prolata sibi repugnare con-
stitutio iudicetur. Definitum quippe est (vt superius iam prædictum est) eos de quibus agi-
mus eatenus debere suspendi, donec auctore Deo, & præfatis adnitentibus, Alexandrina
Catholicum receperit Ecclesia sacerdotem: non abruptè & sine exceptione propositum est,
sed ea ratione depromptum est, qua non sine illis adnitentibus, siue non adnitentibus, in-
differenter videretur infixa sententiæ: ideoque sub quo tenore librata conditio est, eodem non
existente, necessitatem suæ professionis absoluit. Quod enim cum adnifu prædictorum pro-
nunciatum est esse faciendum, hoc eodem non succedente non fieri posse, manifestum est.
Sed cum eorum etiam faciendum memoratur adnifu, satis euidenter ostensum est, quod
sine hoc non posset impleri. Licet ergo illi, quorum deesse probatur adnifu, de sua sint ob-
stinatone miserandi: tamen quia deest, sicut sine eo effici non potest quod cum eodem ef-
fici posse præsumptum est, ita desistentibus causis, per quas hic articulus veniret ad termi-
num, insolubiliter non retinet obligatum.

Quapropter lata sententiæ non existentibus per que possit vsque ad sui exitum deputa-
tam tenere mensuram, his consulendi, & his qui arctati tenebantur, tribuet libertatem. Et
Apostolica quidem sedes (vt sæpè repetendum est) æstimans Orientales nullo modo non
posse respuere quod sedes Apostolica refutasset, eosque salutis propriæ & Apostolicæ com-
munioni nullius præferre posse personam, hæc de eorum mentibus melius æstimat. Sed
quod iterum nō tacendum est, dolenda pernicietas non velut improuidam benè de Orienta-
libus sentientem potest opinionem magis Apostolicæ sedis arguere, quā suæ peruicaciæ
potius deputare, quod oblatum sibi tramitem propriæ redintegrationis secuta non fuerit: E
nec ideo tamen alijs debet medicinalem desiderantibus impedire per suam peruicaciam
facultatem. Tunc enim dicta sunt de Græcorum consensione fidenter, quia & simul beati
Perri focietatem quibuslibet videbantur præponere posse personis; & qui extiterunt antè
Catholicis, æstimabantur consensuri facile veritati, atque ideo cuiuslibet hominis affectum
in desiderijs Apostolicæ communionis non posse præponere: quæ cum nondum susceperint
per quas hic ordo decurreret voluntates; id quod per eas fieri posse præsumptum est,
cernitur absolutum: quoniam cum desunt qui perficiant, nullus prouenire possit effectus;
immo cum iidem ipsi, per quos iudicatur esse faciendum, ne efficiatur obstant: qui si
in hac sunt (quod absit) obstinatione mansuri, resoluta conditio est illius rei, quæ eorum
studijs fiducialiter censebatur impleri.

Sin verò (sicut potius optamus) fuerint ad meliora conuersi, ne inter hæc interim qui mi-
secti-

si desunt per
quos id effi-
ciant.

CHRISTI
495.GELASII PAP.
4.ANASTAS. IMP. J.
THEODORICI REG. 3.

A sericordiam postulat, vel ætate, vel morbo, quo frequenter impeditur, possit intercipi, dum
super istis est consulendum, ne defuncto iam nullum possit remedium subrogari; quippe
cum dictum sit, siue illis adnitentibus, siue etiam fortassis inuitis, sed cum eorum magis
adnifu quod promulgatum fuerat posse constare: sicut igitur cum illis adnitentibus nulla-
tenus pace fixa * perdurant: hoc etiam tenore beatus Paulus Apostolus non ideo (quod præfatis
absit) fefellisse credendus est, aut sibi extitisse contrarius; quoniam cum se ad Hispanias
promississet * iturum, dispositione diuina maioribus occupatus ex causis, implere non po-
tuit quod promisit. Quantum enim ipsius voluntatis interfuit, hoc pronunciauit, quod re-
vera voluisset efficere: quantum ad diuina secreta concilij, quæ vt homo omnia non potuit
licet Spiritu plenus agnoscere, superna prætermisit dispositione præuentus. Nec quia bea-
tus Petrus Apostolus pro affectu diuinæ reuerentiæ ipsi Domino respondit: Non lauabis
mhi pedes in æternum, fefellisse (quod absit) aut in sua putabitur minimè constitisse sen-
tentia, quod mox eidem diuinæ cesserit voluntati: & quod se dixerit non esse facturum,
causis adstrictus humanæ salutis expeteret prona voluntate faciendum.

Idcirco illa non accedente via, qua eorum fuerat reconciliatio constituta, alteram licet
adoriri, qua subueniatur, quibus subueniendum esse decretum est: maximè cum Miseno
ex quolibet excessu vel qualibet prauaricationis poena sufficiat, quæ vsque eo tractata est,
vt sola considerationis humanæ (suprema consideratione laxetur, remittendaque punitio
sit, quæ non habet vltra quo crescat: Quia cum nulli animæ Deus omnipotens & miseri-
cors per Ecclesiasticam pietatem querenti noluerit remedium denegari; non dubium est,
hoc ipso auctore Deo, & diuina compunctione prodire, vt tunc de eius receptione tractetur,
quando ea non protelanda quoque necessitas compeilat impendi: nostro præterea Sal-
uatore beato Petro Apostolo præ ceteris delegante: Quæcumque ligaueris super ter-
ram, ligatæ erunt & in cælis; & quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cælis:
sicut & his verbis nihil constat exceptum, sic per Apostolicæ dispensationis officium & to-
rum possit generaliter alligari, & totum consequenter absolui. Præcipue cum ex hoc magis
præberi cunctis oporteat Apostolicæ miserationis exemplum, vt absolutione damnati, si
resipiscant vniuersi, & ab errore se retrahant, atque ad Apostolicæ communionis sinceram
redeant vnitatem, vitæ se damnationis illius, quam vniuersaliter merito prauarica-
tores exceperant, non ambigant exuendos.

Neque enim qui longè positos ad integram fidem curare nitimur, reuertentes in præsen-
ti supplices resutare debemus: vbi solite præcauendum est, ne conscientia detrimentum
negantes, vsque ad extremum peccati, in materiam (quod absit) nullatenus incidamus: cen-
suræque veritas etiam circa supplices, sine fine persistens transibit in reatum. Proinde quan-
tum præsentante Domino, possibilitatis humanæ desideranti remedia præbeamus, totum
quod supra nostræ facultatis est modulum diuino iudicio relinquentes, non autem nobis
poterunt imputare: cur prauaricationis offensam viuentibus remittamus; quod Ecclesiæ,
Deo largiente, possibile est: qui nos etiam mortuis veniam præstare deposcunt: quod no-
bis possibile non esse, manifestum est, quia cum dictum sit: Quæ ligaueritis super terram,
quos ergo non esse iam constat super terram, non humano, sed suo iudicio referuauit. nec
audet Ecclesia sibi met vendicare, quod ipsis beatis Apostolis conspiciat non fuisse concessum,
quia alia sit causa superstitum, alia defunctorum.

Tulerit Vitalis sortem diuini iudicij, cui etiam cum magnopere vellemus, non potuit
subueniri: huic saltem præsent, dum copia viuentis admittat, in remedijs assequendis alte-
nus experimenta repente subtrahat. Cumque scriptum nouerimus: Vnus adsumetur, &
vnus relinquetur: hortatur nos intercepti periculum in superstitibus subsidia non differenda
sanandi, qui hoc ipso recipiendus diuinitus indicatur; cum illi superuicit, qui ad hæc non
meruit peruenire: & quoddam de utroque cælestis iudicij resulget examen, ostenditurque
nobis euidentius in duobus; in quo fuerit causa sine venia, & in quo sit quæ indulgentia
carere non debeat, atque ideo quam ipse quoque si superstes competenter Acacius expetisset,
potuerat obtinere (quippe de quo sic positum est, insolubilem fore, vt non diceretur,
Etiam si forte corrigere) multo magis hujus qui communionis eius infectus est, imploranti
flebiliber, pietatis est Apostolicæ non negare.

Professus ergo Misenus regulariter, se omnes hæreses, Eutychianam præcipue cum Eu-
tychete, Dioscoro, Timotheo Aeluro, Petro Alexandrino, Acacio Constantinopolitano,
Petroque Antiochæno, vel cunctis eorum successoribus, sectatoribus & communicatoribus

Annal. Eccl. Tom. 6.

V v 3

bus

bus detestari, eosque anathemate ferire perpetuo, communionis Apostolicae, & sacerdotum gratiam, quam Catholica traditione percepit, recipiet dignitatis. Omnes Episcopi & presbyteri surgentes in Synodo adclamauerunt: Exaudi Christe: Gelasio vita: dictum quindecies. Domine Petre, tu illum serua: dictum duodecies. Cuius sedem & annos: dictum septies. Vicarium Christi te videmus: dictum sexies. Cuius sedem & annos: dictum septies trigies.

Sixtus Notarius sanctae Romanae Ecclesiae iussu domini mei beatissimi Papae Gelasij ex serinio edidi die tertio Id. Maij, Flauio Viatore V. C. Conf.]

Stetit apparuit diuina vindicta in Vitalem Episcopum interrogata, cum antequam Catholicae communioni restitueretur, ex hac vita subductus est. Sed & in Acacij fauorem Euphemium Constantinopolitanum Antistitem Deus pariter vitus est, cum eum (vt diximus) per Anastasium Imperatorem in exilium duci voluit. Frequens est enim, vt qui monita patris non audit, tyrannum interdum experiri cogatur, & Deum ultorem sentiant, qui praeposito ab ipso negligunt monitores. Sed de Euphemij exilio historiam recitemus.

Hoc namque anno sub iisdem Consulibus rei summam Marcellinus perstringens, hac habet in Chronico: Euphemius Episcopus Constantinopolitanus falso ab Anastasio Principe accusatus atque damnatus, in exilium ductus est.] haec ipse. Quenam vero in illum accusationes obiecit fuerint, audiamus: quas quidem Theodorus Lector sic narrat: Anastasius insidias Isaurorum Euphemio acceptas retulit] re vera autem, quod (vt Suidas ait) comminatus Euphemius illi fuisset, se illum in ordinem redacturum, si persequeretur haereticus. Sed pergit Theodorus: Eorum Praefectis scripserat, Episcopos domi praesentes congregauit. Hi vt Imperatori gratificarentur, Euphemium excommunicant, ac deponunt. Elegit autem Imperator Episcopum Macedonium quendam presbyterum ecclesiae & custodem. Populus vero seditione mouet propter Euphemium, & ad Hippodromum supplicandi gratia currunt: at nihil efficiunt: peruenit enim Imperatoris resistentia. Macedonius Imperatori more gerens, Concordiae Zenonis subscripsit, Enotico scilicet. Hic Macedonius vir erat religiosus & sacer, utpote a Gennadio educatus, cuius etiam (vt fama habet) nepos erat ex forore. Euphemium Imperator in exilium duci praecipit: Ille vero per Macedonium cautionem petiit, vt sine insidijs inde abduceretur. Macedonius vero aliquid laude dignum cogitans, vt cautio illi & ratio redderetur consensit: & cum Euphemius in baptisterio esset, Episcopalia insignia a diacono sibi ipsi aufurri praecipit, atque ita ad Euphemium accessit: factaque mutatione, pecunias illi ad sustentandos eos quicum illo erant, dedit.] hucusque Theodorus.

Passus haec quidem est Euphemius, licet iniuste, & a perfido Imperatore Catholicae fidei aduersario: quod tamen contempsit parere Romanis Pontificibus in abdicatione. Acacij nominis, meruit ipse, iusto Dei iudicio abdicari: sic planè qui gloriosum fuisset confessionis ob haec quoque passus est titulum consecutus, quod ab ipsa Romana Ecclesia minime meruit ad communionem admitti (extra quam nulla potest esse, ex sententia Patrum, vera confessio, neque martyrii) infelix decessit inglorius, & postea (vt dicemus) nomen eius e Diptrychis est sublatus. Quod vero eius successori Macedonio Theodorus inuritur notam subscriptionis Zenonis Enotici: longè aliter rem se habuisse, quae horum temporum scriptor Cyrillus narrat edocent, nam ait: Euphemius quidem propter rectam de fide sententiam ab Imperatore (a iustitia) impie depellitur a sedis rectione, & in eius locum euehitur Macedonius. Cum in his autem esset Ecclesiae, ijs quidem qui Euphemium sede expulerant assentiri non sustinuit Elias Episcopus Hierosolymitanus, vt qui eum expulissent praeter regulam; Macedonio vero non dubitauit communicare, & cum eo conuenire, vt qui ipse quoque rectam fidem amplecteretur: quod quidem non parum ab initio turbauit Imperatorem.] haec de Macedonio Cyrillus: reliqua vero suis locis dicenda.

Moritur hoc eodem anno Gundabundus Vandalorum Rex in Africa, regni sui anno duodecimo inchoato. Abripuit Deus e vita hominem, cum intermissam aliquandiu persecutionem instaurat: hoc namque tempore rursus sanctissimum virum Eugenium Episcopum Carthaginensem exagitat, non ferens tantum virum in locis quibuslibet Vuandalicae ditionis licet exulem degere. Quod enim sciret ipsum restituere lapsos ad poenitentiam, & stantes ad martyrium roborare, scribereque frequentes (vt dictum est ex Gennadio) litteras pastorales: consilium illud inuit, vt trans mare eum in Gallias amandaret: qui illuc delatus, Albigensem incoluit ciuitatem. Haec quidem ex Gregorio Turonensi. Sed dum sub persecutione ab Hunerico facta ipsum in Gallias missum dicit, planè fallitur: peruenisse eum

Theodor. Lect. lib. 2. Col. 3.

EUPHEMIUS EPISCOPUS CONSTANTIN. IN EXILIVM DICITVR.

Cyrillus 11. 2a. Sab. c. 69. apud S. tom. 6. MACEDONIVS EPISCOPUS CONSTANTINOPOLITANVS.

DE EXILIO S. EUGENII IN GALLIAS.

Greg. de Gest. Franc. lib. 2. c. 3.

A eum namque ad Anastasij Imperatoris tempora, quae de ipso narrat Gelasius Papa ad Episcopos Dardaniae manifestant: Sed & cum Gennadius, dum de eodem agit scribens librum illum sub Anastasio Imperatore, adhuc vita esse superstitem tradat, nullum videri possit reliquum esse dubium ad haec tempora deuenisse, atque ex Africa in Gallias transfugissimum esse. Immo & cum idem Gennadius nequicquam de eius in Gallias relegatione ipse Gallus dicat, planè accidisse videri potest eundem S. Eugenium fuisse relegatum in Gallias post scriptum ab eo libellum illum de Scriptoribus Ecclesiasticis: ad eum vt ad hoc tempus, ante tamen obitum Gundabundi, eius in Gallijs referendum exilium sit: etiam qui in locum eiusdem Regis successit Trasamundus, ipso regni exordio pacem cum Catholicis habuit, de omnibus benemeritus.

Quomodo autem in loco exilij, in ipsa Albigeni ciuitate idem Eugenius diem clausit extremum, idem Gregorius ita narrat: Hic cum magnis in saeculo polleret virtutibus, & iam victor de tormentis martyrialibus exilisset: tempus vocationis suae, quo accesseretur ad gloriam, Domino reuelante, cognouit: illud praecipue, quod populis occultabatur, manifestum noscens se martyri Awarantho socium esse futurum (colitur iste martyr in ea vbi sepultus est ciuitate) ad eius sepulchrum dirigitur, prostratusque solo diuinitus orationem fudit ad Dominum. Deinde expansis super pauimentum brachijs, spiritum celo direxit. Qui a Christianis collectus, in ipsa quam diximus crypta sepulturae mandatus est.] haec Gregorius, qui & de miraculis illius editis subiicit narrationem. At de sancto Eugenio satis. Virtus est autem Deus eius exilium in Regem, quem hoc anno ex hac vita subduxit, cum in locum eius successit Trasamundus ipsius germanus, de quo ista Procopius: Gundabundus excessit ex morbo anno regni sui duodecimo: post quem frater Trasamundus regnum suscepit, vir indolis sapientiae maximae, tum animi magnitudine omnes maiores antecedens: Christianos autem non poenis corporis aut supplicij, vt ille, sed praemijs & honoribus omnibus ad deserendam fidem inuitauit, non auscultantes vero minime plecebat. Si quos magis criminibus obnoxios vidisset, seu fortuna, seu voluntate, hos non dare praetoriorum poenis, sed praemijs muneribusque meliorem inducere mentem coegit. Fuit autem Anastasio Principi amicissimus.] haec de Trasamundo Regis Procopius. Sanè quidem S. Fulgentius ad hunc Regem cum libros scripsit, eum parente meliorem appellat. Huic Trasamundo Theodoricus Italiae Rex Matrimonio iunxit fororem suam nomine Amalafidam, vt ex eiusdem Theodorici ad ipsum data epistola constat: ad quem extat etiam alia, qua cum antea redargutum suscipit, licet missa ab eo munera respuat. Sed de eo saepe inferius dicendum erit.

IESV CHRISTI GELASII PAP. ANASTAS. IMP. 5. 6. ANNVS 496. ANNVS 496. THEODORICI REG. 4.

Qui sequitur Christi Redemptoris annus quadringentesimus nonagesimus sextus. Cori- solent habuit Paulum sine collega, idemque Gelasij Papae nouissimus numeratur: hoc enim anno xi. Kalend. Decembris ipsum ex hac vita migrasse, habent Indices Vaticani & Anastasius de Romanis Pontificibus, cum sedisset annos quatuor, menses octo, dies vnde- uiginti. De eius lucubrationibus ista Gennadius tradit: Gelasius urbis Romae Episcopus scripsit aduersus Eutychetem & Nestorium grande & praclarum volumen, & tractatus diuersarum scripturarum & sacramentorum limato sermone, & aduersus Petrum & Acacium scripsit epistolas, quae hodie in Ecclesia tenentur Catholicae: fecit hymnos in similitudinem Ambrosij Episcopi.] haec Gennadius de Gelasij Papae scriptis. Sed de his altior per- scrutatio habenda est, cum videlicet quae eiusdem Papae nomine inscribitur liber de Duabus naturis aduersus Eutychetem & Nestorium, num ipsius opus dici re vera possit, accuratius differemus. est eius exordium: Necessarium quoque fuit, &c.] Scimus in his quidem nobilia complurium. Orthodoxorum sudasse ingenia, dum aduersus Nouatores inde sibi arma parantes studio indefessio inire certamen: cum e contra Orthodoxi vna ferme sententia opus illud Gelasij esse negarint.

In primis vero inter alios scimus Suffridum in praefatione ad Gennadium praefixa, non esse Gelasij, sed Gennadij tractationem illam asseuerare, accidisseque vt quae Gennadius librum misit ad Gelasium (vt ipse testatur) scripta eadem Gelasij nomine edita fuerint. Verum cum Gennadius illos sex libros non aduersus Eutychetem, sed Nestorium, se scripsisse tradat,

Gelasij epist. 11. tom. 1. epist. Rom. Pont. Gennad. de vrb. illustr. c. 97.

Greg. 11. 5. Minst. lib. 1. c. 58. DE OBITU S. EUGENII EPISCOPUS CAR- THAG.

Procop. de bello Vandal. lib. 1. TRASAMUNDVS REX REGNAT IN AFRICA.

Fulgent. ad Trasam. li. 3. in fin. Apud Casiod. lib. 5. epist. 44.

GELASII PAPAE OBIVS.

Gennad. de Scrip. Eccles. c. 14.

Gennad. cap. ult.

tradat, & neque eos ad Gelasium Papam missos dicat, sed opus de fide sua (vt ait) ad illum A dederit; & quodnam illud fuerit, satis sit suo loco superius demonstratum: nihil est, vt lucubratio illa, quæ Gelasio tribuitur, Gennadij esse dici possit.

Hieron. de
Scrip. Ecclief.
6. 130.
DE GELASIO
EPISCO.
CAESARIB.
PALESTINA.
E.

Sunt præterea, qui negantes pariter scriptionem illam esse Gelasij Papæ, eamdem tri- buant Gelasio Episcopo Cæsariensi, cuius mentionem habet S. Hieronymus; quod cum æta te tunc iuuenis esset, ad tempora Nestorij & Eutychetis superuixisse, atque ea scripsisse potuerit. At ne id quidem iure affirmari posse videtur, cum ex his quæ dicta sunt superius quos saltem Episcopos numerari contingat post Gelasium vsque ad Nestorij & Eutychetis tempora, nempe Ioannem, qui vna cum Porphyrio Gazensi functus est legatione ad Arca- dium Imperatorem, & Eulogium, qui reperitur interfuisse Concilio Diospolitano, vbi Pe- lagius dolose visus est recantasse palinodiam: qui autem primo loco ibi in Concilio Palesti- no nominatur Eulogius Synodo præfident, Metropolitanum oportuit Palestinæ totius B fuisse, nempe Cæsariensem Episcopum. Sic igitur nihil est, vt opus illud Gelasio Palestino quoquo modo possit adscribi.

DE SCRIP-
TIS GELASII
CON-
TRA EV-
TYCH. ET
NESTOR.

Sunt tamen alia re vera nonnulla, quibus probari posse videntur, commentarium illum non esse Gelasij Romani Pontificis. Etenim cum Gennadius scribat, grande volumen a Gelasio editum aduersus Eutychetem atque Nestorium: planè dissimile ab eo esse appa- ret, quod eius nomine fertur perbreue satis. Verùm non vnum dumtaxat librum, sed quod grande & præclarum opus Gennadius nominat, in quinque libros fuisse partitum liquet: habet id enim Anastasius Bibliothecarius in libro de Romanis Pontificibus, cum affirmat quinque libros aduersus Nestorium & Eutychetem ab eodem Gelasio fuisse conscriptos: cum tamè opusculum, quod Gelasij nomine editum extat, vnus libri periodo terminetur. C

GELASII
NOMINE
SCRIPTA
VPPROBATA.
Cassiod. de
dilin. lect. c. 8.

Haud autè nouum inauditumque est, vt his ipsis tēporibus Gelasij Papæ nomine scripta adulterina supponerentur: nam audi Cassiodorum locupletissimum testè, temporisq; huius scriptorem; In epistolas (inquit) tredecim S. Pauli annotationes conscriptas in ipso initio meæ lectionis inueni, quæ in cunctorū manibus ita celebres habebantur, vt eas à S. Gelasio Papa vrbs Romæ, doctissimi viri studio, dicerent fuisse conscriptas: quod solent facere qui res virtuosas cupiunt gloriosi nominis auctoritate defendere. Sed nobis ex præcedentibus le- ctionibus diligenti retractatione patnerunt, subtilissimas quidem esse ac breuissimas dictio- nes, sed Pelagianij erroris venenâ illic esse seminata.] hæc Cassiodorus, quibus intelligas id ipsum de eodem libello euenire facile potuisse. Si enim tēpore Cassiodori Gelasij æqualis, siue ipso Gelasio viuente, siue potius paulo post eius obitū, tantū nefas aggredi ausa est audax hæreticorū præsumptio, vt Pelagianū opus Gelasij nomine prænotant: quid adeo mirādū, si cōmētariolus ille, de quo est quæstio, eiusdē nomine inueniatur eodē tēpore esse vulgatus? D

QUIS GE-
LASIUS GER-
MANVS AV-
CTOR OPE-
RIS.

Sed est beneficio Dei, vt tibi ostendere possimus, ac velut digito indicare, quisnam auctor eius opusculi Gelasius iste fuerit: Accipies enim id ex his quæ Photius in Bibliotheca ha- bet his verbis: Acta Primæ Synodi, nēpe Nicænæ, tribus tomis, auctore Gelasio: quæ, inquam, non verè sunt Acta ipsa, sed de rebus gestis in Synodo historia: humili namq; sermone, sed diligenti tractat ea quæ in Synodo contigerunt.] hæc ipse. Est autem istud ipsum opus non aliud, quàm quod Græcè scriptum Vaticana bibliotheca possidet, ab Alphonso Pisano So- cietatis I E S V professore in lucem vindicatum in suo, quod edidit, Nicæno Concilio. Quo- nam autem iste Gelasius vixerit tempore, in eius operis præfatione ipse declarat, dum se ex- agitatum ab Eutychanis hæreticis tradit, cum iidem inualescerēt tempore Basilisci Impe- ratoris. Cū verò ibidē auctor addat, se eosdē disputando confutasse hæreticos Eutychanos, & in exordio libelli illius Gelasij de duabus naturis habeatur, ob recentē obortam ea de re E controuersia, se esse opus illud aggressum; vnum eundemq; Gelasij vtiusq; tractatus esse scriptorē possumus intelligere. Sic igitur cum nomē auctoris, tēpus quo vixit, & quæ idē ipse in vtraque scriptione præfatur, in vnū conueniant: quæ alia de his esse potest ratio dubitadi?

LAVDATOR
EUSEBII
GELASII
AVCTOR
OPERIS.

Sed & ex nato, immo profunda potius cicatrice, quæ in vtriusque Gelasij operis facie cernitur, vnum omnes cognoscent vultum vnus eiusdēque Gelasij. At quanam ista? Inspi- ce: Qui Gelasius de duabus naturis opusculum illud scripsit, cum in fine profitetur se Ca- tholicorum (vt ait) magistrorum testimonia afferre, quibus à se dicta confirmet: tamè inter plures sanctorum Orthodoxorum Patrum assertions, ponit post Magnum Athanasium, ante Gregorium Nazianzenum, Eusebium Cæsariensem, conelamatum iam sæpe ab omni- bus antesignanum Arianorum, eiusque tres sententias ex diuersis locis acceptas referre: quæ quidē quæ indigna sint Gelasio Papa, nemo non videt, quamque alienus sit auctor ille ab aliquo

A aliquo Latino scriptore, cum in re tanta nitatur Græcorum dumtaxat auctoritate, vix duo- bus Latinis ex plurimis in testimonium adductis. Quàm verò econtrà ea conueniant Ge- lasio illi à Photio recensito, cognosce, dum ipse in dicto opere de Nicæno Concilio eum- dem Eusebium Cæsariensem plurimum laudat, & titulis Orthodoxo magno viro dignis exornat, atque ab omni Arianae hæresis suspitione vult exemptum, dum ipsum nunquam Ario consensisse, non sit veritus affirmare, dealbans Æthiopem. Ex qua tam enormi in vul- tu vtriusque operis perspicua cicatrice, quis vnus eundemq; esse Gelasium vtriusque au- ctorem operis, visu, tactuque (vt ita dicam) admonitus negare vnquam? quem citas Ioan- nes Romanus Pontifex eius nominis secundus in epistola ad Auuenum, & alios Senato- res, absque aliquo titulo Romani Pontificis nominat.

QUAM CON-
TRARIAM AV-
CTOR
ADVERSA-
RIOS.

Hæc autè cum anni ex parte constantia firmaq; pie lector satis intelligas, exultesq; ger- manum operis auctorem inuentum: haud tamen nos pigeat post victoriam instaurare certa- men: adeo enim pau facimus hostes, vt nō timeamus victriam arma depōnere, atque illos finire armis vti qua volunt, dareq; auctorem opusculi esse Gelasium Rom. Pontificem. Ita liberaliter indulgēdo liber in re seria cum pueris ludere (pueros sanè dixerimus omnes qui inani studio veritatem oppugnare nituntur, vt pote leues, imperiti, atque prudētiæ profusis expertes, sed anime pertinaces, de quorū corde stultitiâ virga tantū fugabit) nā cum res sit in tuto, neque si ista demus, vllū penitus ex hoc passura sit Ecclesia Catholica detrimētum.

Prou. 22.

Porrò qui putat ex Gelasij Papæ verbis suam ipsorum hæresim confirmari, non sunt Sacramentarij, quos omnes vno ictu auctor conficit, dum disertis verbis trāsubstantia- tionem panis & vini in Christi corpus & sanguinem astruit; sed ij qui eam negant, cum tamen in vtraque substantia Christum inesse confirmant. Verùm quomodo in sit in sacratissi- ma Eucharistia Christi corpus & sanguis, cum in idē aduersarij inter se hæctenus de hoc ipso indefesso certamine altercentur, nec constans permanēnsve eorum dē sit vna sententia, sed pro numero capitum, & varietate temporum, variæ atque diuersæ reperiantur: planè à veri- tatis scōpō omnes longius aberrare, cum vna eademque sit semper veritas, intelliguntur.

Sed reddamus hic primū ipsa auctoris verba, quæ iudei exultantes atque pariter insul- tantes, publico cōsiliū inuito, aduersus Catholicos tamquam firmissimum arctetū induxere. Sunt autem huiusmodi, quæ velim attendas: Certa sacramenta quæ sumimus corporis & sanguinis Christi, diuina res est, propter quod & per eadem diuinæ efficiuntur consortes na- turæ; & tamen esse non desinit substantia vel natura panis & vini. Et certè imago & simili- tudo corporis & sanguinis Christi in actione mysteriorum celebrantur. Satis ergo nobis euidenter ostenditur, hoc nobis in ipso Christo Domino sentiendū, quod in eius imagine D profiteremur, celebramus, & sumimus; vt sicut in hanc, scilicet in diuinam transeunt, sancto Spiritu perficente, substantiā, permanēte tamen in suæ proprietate naturæ; sic illud ipsum mysterium principale, cuius nobis essentiam virtutemq; veraciter representant: ex quibus constat, propriè permanentibus, vnum Christum, quia integrum verumque permanere demonstrant.] hæc auctor à simili argumentum deducens de sacratissima Eucharistia ad Christi incarnationem, nimirum quod sicut in illa simul cum speciebus iuncta diuinitate vnum efficitur corpus Christi, ita in mysterio incarnationis Verbo carni vnio, vnus idemq; factus sit Christus, duarum simul in vna persona naturarum proprietate coniuncta.

Gelas. ad-
uersus Eulyc.
& Nestor.
ASII
VERBA RED-
DVNTUR
EUCYDAN-
TVR.

At sicut in aliis rebus, ita in his non necesse est vt similitudo in omnibus æquè respon- deat; sed satis sit, si aliqua tantum ex parte conueniat: nam & secundum Iureconsultum Nullum simile est idem. Neque enim cum in S. Athanasij Symbolo dicitur: Sicut anima rationalis & caro, vnus est homo; ita Deus & homo, vnus est Christus] similitudo ipsa pro- cedit in omnibus, cum re vera eiusmodi comparatio in pluribus reperitur esse dissimilis, quàm similis. Et ne longius argumentum petatur: cum ex ea deducere ratione Eutychia- ni, vnam tantum dici debere in Christo esse naturam, sicut dicimus vnam esse hominis humanam naturam, non duas humanas naturas, licet diuersæ substantiæ, nempe corpus & anima coniungantur; tamen idem auctor aduersus eos pluribus disputans, docet non esse necesse similitudinem in omnibus concordare. vt planè nihil sit, vt quis importunè ex ea similitudine ab ipso auctore exigere valeat, in omnibus simile demonstrare voluisse sacrum mysterium Eucharistia cum incarnationis Verbi cœconomia.

OMNIS SI-
MILITUDO
DISSIMILE.
I quod Ner-
uass. de pep.

Quis igitur adeo seuerus censor ad illud auctorem astringi velit, ad quod longa disputa- tione quempiam velle teneri neget? Quis itē tam austerus Orbilius ab auctore importunè velit exigere eā vocum proprietatem, ad quam ipse ea ratione nullatenus voluit obligari, &

VOCVM
PROPRIE-
TATAM NE-
GLEXIT AV-
CTOR.

OMNINO

CHRISTI
496.GELASII PAP.
5.ANASTAS IMP. 6.
THEODORICI REG. 4.

omnino præstare contempsit non in his tantum quæ obiter dicta essent, sed ubi cardo vertitur A totius, de qua disputat, quæstionis? Nōne (audi quæso) qui toto illo tractatu disputat contra Eutychem, ipso quæstionis exordio (quod mireris) vsurpat improprie vocē naturæ pro persona? ait enim, cum agit de opposito ex aduerso hæresi Eutychemanæ errore Nestorij. Contra autē Nestorianos, qui diuidunt naturas in eodē Domini sacramento, nā nostra confessione, promendā.] Quomodo (rogo te) si proprietatē vocū attendas, nondicas, vnā asserendo in Christo naturā, ipsum sentire eū Eutychem, cuius vt hæresim destruat, toto illo cōmentario scripto laborat? sed sentiet æquus lector, ibi naturæ vocē pro persona esse acceptā, nec infligēda ob id verbera putabit auctori, quem ponitus destruere eo opere Eutychemanū errorē intelligit. Vides ergo, quā inique ab eo quis extorqueat vocis proprietatē, ad quā noluisse teneri, ad eō certo exēplo perspicuē declarari. Sic igitur qui dixit in Eucharistia substantiam panis & vini remanere, absque dubio ipsas dicere voluit, quas nos magis distinctē dicimus B species eiusdē panis & vini, vniūsq; accidentia cōtinentes. Sed hæc tibi perspicua magis fient.

SUBSTAN-
TIA PRO
ACCIDEN-
TIIS.

Intelliges enim ista facilius, si hoc ipsum attendas, quomodo nomen substantiæ interdum improprie pro ipsius accidentibus substantiæ in hærentibus consueuerit idem auctor (si velimus esse Gelasium) vsurpare. Agens ipse aliquando contra Pelagianos in epistola data ad Episcopos Piceni prouinciæ, ait peccato originali substantiam hominis esse deprauatā, cum tamen eadem substantia hominis, quæ antē erat, permaneret integra: sed deprauatam ait hominis substantiam, cum accidentia ipsa quæ inerant homini tamquam in subiecto, vt originalis iustitia, & alia dona, fuerit vel deperdita, vel imminuta: quæ cum accidentia sint, adesse & abesse dicuntur substantiæ hominis præter subiecti corruptionem: ad eō vt minime potuerit proprie dici substantiam esse corruptam. Verūm cum aliquando voluit ali- C quid exprimere verē secundum substantiam fieri, substantialiter illud agi, dicere consuevit, vt in libro de Anathemate, ubi vt verē exprimat mortem hominis, eam esse definit, cum quod erat, substantialiter non esse, vel substantialiter perire dicitur.

Sic igitur eiusmodi vsu vocum, & attenda Gelasij dicendi phrasi, nihil est quod ad eō mireris si dixit remanere in Eucharistia substantiam panis, cum sub nomine substantiæ intellexerit vsu dicendi de inherere solitis panis substantiæ accidentibus. quod si re vera remanere panem communem in Eucharistia intellexisset, more suo non substantiam panis, sed substantialiter panem remanere dixisset: cum tamen re vera nō amplius in ea esse communem panem, sed illum transisse in diuinam substantiam, non ibi tantum discretis verbis as- firmet, sed in epistola etiam ad Dardaniam Episcopos scripta, ubi totidem verbis ait: Vt salutaris alimonia panis illius, qui de cælo descendit, Fideles hunc sumentes ad vitam perducat æternam.] hæc ipse: ex quibus intelligas vnā tantum in Eucharistia ipsum fieri sub- D stantiam, eamque diuinam, quam non communem, sed panem cælestem appellat: sicque quod ait, ibi remanere substantiam panis, vsu dicendi, panis accidentia intellexisse.

* Gelasij epist.
2.

Sed dicas velim, quoniam propriori vocabulo eas species appellasse potuit, num accidentium nomine, an substantiæ? Quoniam pacto vocis conuenit proprietati, vt id accidens dici possit, quod non est in subiecto? Si accidens, cui accidit? Si non accidit, neque in subiecto est, quomodo proprie accidens dici potest? Si non accidens, ergo substantia, eo quod per se subsistat: Omnium enim rerum quæ sunt, duæ hæc sunt voces, substantia, & accidens: ad eō vt oporteat nominari substantiam omne quod accidens dici non potest. Hoc dixerimus, non vt affirmemus illis speciebus nomen conuenire substantiæ; sed ne ad eō mireris si eas species Gelasius maluerit substantiam quam accidentia appellare: sicut enim improprie eas quis dixerit accidentia, ita etiam haud proprie in omnibus quis substantiam nominauerit. E Sed quis naturalium rerum subijciat nomenclaturæ, quæ diuinitus acta omnem excedunt superantque naturam?

Porro quis ad eō seuerus vitio tribuat, his esse vsos vocibus Patres, antequam vsu venerit vt eadem sacra symbola specierum nomine dicerentur? Sicut quis temerè errasse dixerit antiquiores Patres, qui ante Nicænum Concilium in Filij Dei diuinitate insinuāda, eundem consubstantialem Patri dicere prætermiserint, cum nondum ea vox fuerit vsu recepta, quæ definitione eiusdem Nicæni Concilij promulgata est? Noua (omnes sciunt) in Ecclesia Catholica opus fuit excogitare vocabula, cum hæretici prioribus abusi vocibus simpliciter proferrē solitis, ex illis suam ipsorum prauam sententiam roborare conati sunt.

Habes igitur, lector, ex vsu verborum, phrasique dicendi Gelasij Papæ & alia eius sententia perspicuē demonstratū, ipsum per substantiæ nomē significare voluisse accidentiū naturam,

non

CHRISTI
496.GELASII PAP.
5.ANASTAS IMP. 6.
THEODORICI REG. 4.

A non autem ipsam communis panis substantiam, quam amplius non extare, sed in diuinam esse transfusam, sententiæ ipsius nuper recitata tam ex eo contra Eutychem commentario, quam etiam ex dicta epistola ad Dardaniam Episcopos data demonstrant: vt planè scias nullam accedere veriore germanioreque interpretationem ad cuiusque auctoris verbi atque sententiæ, quam quæ elicitur ex alius eiusdem auctoris verbis atque sententiis. Eadem prorsus est ratio de his quæ in eandem sententiam asseruntur ex Theodoretii libro primo atque secundo dialogorum, de quibus consulas quæ eruditissimè in suis Controuersiis asserit doctissimus Bellarminus, quibus penitus obstruit blaterantium & blasphemantium ora hæreticorum.

Sic igitur iam, puto, vides lector veri cultor, ipsa ingentia tela, acuminata spicula illa, quæ tanta iactantia insultantes vibrarunt hostes aduersus Catholicam veritatem, secundum Dauidicum illud, in sagittas infantium esse conuersa; & tonitrua illa horrendum quiddam B oblitrepentia, diraque miqantia, in tenuem auram distantem puluerem leuem euauisse (ita quidem, etiam si milles conuincere possent esse Gelasium scriptoris illius auctorem.) Eiusmodi planè sunt hæreticorum machinæ bellicæ, quæ aspectu ipso perterreant, sed nullo negotio dissoluantur, cum veritas ipsa validioribus mēdacium ictibus quatit. Insultauit petulans hæresis, instar filie Herodiadis coram Rege saltantis, præconiumque studuit opprimere veritatis, cum domestico nostro nos confodere gladio credidit, testificationeque tanti Pontificis impias suas roborare sententiæ: cum alioqui, velint nolint, eiusdem Gelasij scriptis Nouatores vnā cum alijs, in quos ipse inuehitur, hæreticis atque schismaticis, iugiter feriantur, ac penitus prosternantur.

Sed instaurat denuo certamen cedere nescia hæreticorum procacia, eademque prostrata licet, audacior tamen in Gelasij scripta rursus insurgit, vt si possit, eundem constituat fidei Catholicæ proditorem; calumniari iterum eum quærens, à quo se fecit vehementius imperi. Sed dum notam inurere conati sunt impij eiusdem Gelasij commentariis, ipsi sese imperitos esse penitus demonstrarunt. Nam audi, quæso, quorsum ipsorum temeritas sit progressa. Extrat ipsius Gelasij Papæ decretum, ex quo illi nouam venati sunt obiectionem, qua ipsum redderent suorum ipsorum ad stipulatorem errorum: sed quænam ista fuerint, vt intelligamus, ipsum hic primò integrum reddere opus est, quod sic se habet apud Gratianum intextum:

Comperimus autem, quod quidam sumpta tantummodo corporis sacri portione, à calice sacri cruoris abstineant. Qui proculdubio, quoniam nescio qua superstitione docentur astringi, aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur: quia diuisio vnus eiusdemque mysterij sine grandi sacrilegio non potest prouenire.] hæc Gelasij decretum, ex quo inferunt Nouatores, necessariò sub vtraque specie communicandum: Quibus nos qui repugnant, Gelasium de sacerdote sacrificante dixisse, interpretantur. At re vera nulla ibi de sacerdote sacrificante mentio habetur: vt planè quod generaliter esse dictum appareret, ad sacerdotes minime restringi debere, satis intelligi possit.

Reiicimus igitur frigidam eiusmodi, qua haud indigemus, solutionē, qui vnde germanus sensus Gelasij verborum accipi possit, habemus. Dum enim ait, eos qui talia agerent, quadam superstitione teneri, planè occultos illos Manichæos significat, qui ob sectæ superstitionem, sic ipsi cum Catholicis communicare solerēt, ne detegerentur hæretici, sed tamen abstinerent ab hauitu vini, quod hæresis prohiberet. Hanc quidem non esse diuinationem, sed germanum Gelasij decreti sensum, quæ sanctus Leo habet in sermone quarto habito E Quadragesimæ tempore satis apertè docent, his verbis detestatus Manichæorum errores: Cumque ad tegendam infidelitatem suam nostris audeant interesse mysterijs: ita in sacramentorum communionem se temperant, vt interdum tutius lateant, ore indigno Christi corpus accipiunt, sanguinem verò redemptionis nostræ haurire omnino declinant. Quod ideo vestram volumus scire sanctitatem, vt nobis huiuscemodi homines ex his manifestentur indicijs: & quorum deprehensa fuerit sacrilega simulatio, notati & proditi, à sanctorum societate sacerdotali auctoritate pellantur.] hæc sanctus Leo.

Quòd igitur abstinentia calicis proderentur penitus Manichæi, idem planè remedium, quo vsus est sanctus Leo, adhibendum putauit esse Gelasium, vt latitantes sub Catholico nomine impios detegeret Manichæos: hincque est quod subdit, dum sanciti decreti rationem asserit: Quia diuisio vnus eiusdemque mysterij sine grandi sacrilegio non potest prouenire] nimirum non sine labe suspicionis nefandissimæ hæresis. Obserua enim, non dictum esse,

Non

Non potest perfici, sumique, sed, Non potest proteneri sine grandi sacrilegio: quod scilicet nemo Catholicorum haustum calicis penitus exhorreret, ut Manichæi. Sic ergo ne si Catholici calice abstinerent, in suspicionem adduci possent hæresis Manichææ; neque si id facerent Manichæi, quod Catholici facerent, haud eo signo detegi possent: prudentissimè quidem S. Leonis insistentis vestigiis Gelasius id prohibens, istud quod vidimus sanciuit decretum. Profecisse eiusmodi Gelasij remedium ad Manichæos peruestigandos; planè docent quæ apud Anastasium Bibliothecarium scripta leguntur, nempe Manichæos sub eius Pontificatu inuentos, eiusdemque auctoritate in exilium deportatos, eorumque codices publicè concrematos. Vides, lector, quomodo ignoratione rerum gestatum Nouatorès temerè ante victoriam cõsueuerint parare triumphum; sed & perspicis eorum immensa studia quàm facillimè veluti inflatas bullas citò dirumpi.

Sed nec quidem hîc finis pugnacis hæreticorum proteritiæ, dum ex aliis eiusdem Gelasij Papæ scriptis aliam rursus captant oppugnandæ veritatis occasionè, qua idem Nouatores rerum seculariũ vfu verbis Gelasij putant penitus excludi Christianiæ religionis Antistites, quibus spiritalium tantummodo præfectorum creditam esse voluit. Sunt autem ista verba Gelasij in libello quem de Anathematis vinculo scripsit, illud arguentis, non esse secularis potestatis de personis Ecclesiasticis iudicare, dum hæc politicæ atque Ecclesiasticæ potestatis distinctionem habet: Fuerint (inquit) hæc ante aduentum Christi, ut quidam figuratè, adhuc tamen in carnalibus actionibus constituti, pariter Reges existerent & pariter sacerdotes: quod sanctum Melchisedech fuisse, sacra prodit historia. Quod in suis quoque diabolus imitatus est, utpote qui semper quæ diuino cultui conuenirent, sibi in tyrannico spiritu vendicare contendit, ut Pagani Imperatores idem & Maximi Pontifices dicerentur.

Sed cum ad verum ventum est eundem Regè atque Pontificem, vltra sibi nec Imperator Pontificis nomen imposuit, nec Pontifex regale fastigiũ vendicauit: Quamuis enim membra ipsius, id est, veri Regis atque Pontificis, secundum participationem naturæ, magnificè vtrumque; in sacra generositate sumpsisse dicantur, ut simul regale genus & sacerdotale subsistant: attamen Christus memor fragilitatis humanæ, quo suorum saluti congrueret, dispensatione magnifica temperans, sic actionibus propriis, dignitatibusque distinctis officia potestatis vtriusque discreuit, suos volens medicinali humilitate saluari, non humana superbia rursus intercipi: ut & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporalium cursu rerum Imperialibus dispositionibus vterentur: quatenus spiritalis actio à carnalibus distaret incuribus; & ideo militans Deo minimè se negotiis secularibus implicaret; ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negotiis secularibus implicatus: ut & modestia vtriusque ordinis curaretur, ne extolleretur vtroque suffultus, & competens qualitatibus actionum specialiter professio appareret. Quibus omnibus ritè collectis, satis euidenter ostenditur, à seculari potestate nec ligari prorsus, nec solui posse pontificem: quo manifestius approbatur, Alexandrinum Petrum per Imperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus absolui. Hæc ipse: quæ sunt accuratissimè examinanda, singulaque in his contenta capita certis limitibus distinguenda.

Per hæc enim in primis insinuare voluisse Gelasium, ipsum secundum ordinem Melchisedech Regè atque Pontificem & Dominum dominantium Christum Redemptorè nostrum conseruatam voluisse quam repererat in terris politicam potestatem, sed certis limitibus circumscriptam, ne se sacris rebus immisceat, omnes puto percipiunt. Rursum autem ita à politica potestate distinctum Ecclesiasticum statum & auctoritatem factam tectam ab eodem Domino nostro relictam, ut tamen quæ sunt Regum Regibus ministranda relinquat, eundem Gelasium significare voluisse, omnes æque consentiunt. At qui ita voluit vtramque potestatem ab inuicem omnino esse discretam, numquid negauit civilem potestatem Ecclesiasticæ subiiciendam: minimè gentium: nam ad eundem Anastasium Imp. idem (ut vidimus) Gelasius scribens, hæc de regia potestate Christi sacerdotibus subiicienda: Nosti enim, fili clementissime, quod licet præsideas humano generi dignitate, rerum tamen Præfulibus diuinarum deuotus colla submittis.] & de ipso Romano Pontifice hæc inferiùs: Et si cunctis (inquit) generaliter sacerdotibus rectè diuina tractantibus Fidelium conuenit corda submitti, quanto magis sedis illius Præfuli consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus & Diuinitas summa voluit præeminere, & subsequens Ecclesiæ generalis iugiter pietas celebravit.]

Intel.

DISTINCTIO DE POTESTATE ECCLESIASTICA A TQVE POLITICA.

Genes. 14. Heb. 7.

generatio- ne 1. Pet. 2.

2. Tim. 2.

SENTENTIA GELASII IN ELUCIDATIO.

A Intelligis ex his, ita distinctam à Gelasio ciuilem & Ecclesiasticam potestatem, ut tamen ciuilibus subiciatur Ecclesiasticæ in his quæ sunt ad Deum, prout inquit S. Apostolus: Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum.] subordinatam subiectamque sibi habeat ad hoc ipsum potestas Ecclesiastica politicam præfectorum, & in his quæ ad hæc pertinent, sacerdotes illis præcipiant atque ius dicant, & eisdem in omnibus moderetur. Nam ad hoc spectat quod idem Apostolus ait: Nescitis quia Angelos iudicabimus? quanto magis secularia?] Non ergo Gelasius ea distinctione discreuit regiam à Pontificia potestate, ut negaret huic illam esse subiectam: neque cum ait ex Apostoli sententia: Nemo militans Deo implicet se negotiis secularibus] voluit secularium illis inhibuisse ius ac potestatem in his quæ ad Deum pertinent: non enim sententia Apostoli potuit vetuisse, quæ illorum esse, iudicare nimirum secularia, idem Apostolus tradit, hæc quo ad iudicariam pertinet potestatem.

Quod autem ad temporalium rerum dominium spectat, haud his carere debere Christi Ecclesiæ sacerdotes, potuit Gelasius intellexisse, qui quonam modo redditus Ecclesiarum & oblationes Fidelium quadripartita deberent diuisione distribui, epistola sua data ad Episcopos Lucaniæ, Brutiæ & Siciliæ, statuit. Nam & quod ad Romanam Ecclesiã pertinet, in diuersis Occidentalis Orbis prouinciis latifundia possedisse, quæ sæpè superius dicta sunt, manifestè declarant. Cum igitur neque quo ad ius, neque quo ad res seculares, siue dixerimus temporales, Gelasius quicquam voluerit Ecclesiæ imminutum: reliquum est, ut saluis rebus ac iuribus secularibus, quæ omnia omnino (ut vidimus) in his quæ ad Deum pertinent, competunt sacerdotibus, actiones prohibita his illæ tantum seculares esse dicantur, de quibus ait Paulus Apostolus: Nemo militans Deo implicet se negotiis secularibus.] quænam verò sint ista, cum Patres, tum etiam Canonici iuris interpretes declarant. In reliquis verò, nempe in his quæ sunt ad Deum, vides quanta vi in ipsum Imperatorem Gelasius ipse se erigat, & sub Rege Gothorum licet, leges Vrbi præscribat, dum Pontificia edita sanctione, vetuit conseruata hæcenus Lupercalia, nullo ab impio Rege requisito consensu, vel Placet (ut aiunt) accepto.

Quis credere possit, post tot Christianorum Imperatorum edicta aduersus idololatriam sæpissimè lata, postque sanctorum Pontificum ad eandem extirpandam adhibita studia, viguisse tamen adhuc Romæ ad Gelasij tempora, quæ fuere ante exordium Vrbi allata in Italiam Lupercalia? Et quis satis dignè admirari queat, eadem quoque recepta ab hominibus Christianis? Sed & non obstupefeat amplius, audiens eadem habuisse defensores Christianos, qui Gelasio illa penitus extirpare conanti restiterint, eisdemque fuisse nobiles Senatores? Aduersus hos autem idem Pontifex acerrimam struxit Apologiam, qua quod ipse tam nefaria prohibendo statuerat decretum, ut sanctè pieque sancitum, voluit custoditum; ne posteritas conuelleret auderet, quod auctoritas Pontificia decreuisset, & edita nobili scriptione firmasset: quam cupienti lectori hîc ex Vaticano codice editam describendam esse putauimus, erroribus (quantum licuit) emaculatam: multa enim habet quæ ad rerum gestarum horum temporum pertineant cognitionem. est autem libelli palam editi eiusmodi inscriptio:

Gelasius Papa aduersus Andromachum Senatorem, ceterosque Romanos, qui Lupercalia secundum morem pristinum colenda constituebant.] hic ille esse videtur Andromachus vir illustris, homo Christianus, frater Fausti Magistri Officiorum, cuius se opera vsum ad monendum Acacium Constantinopolitanum Episcopum, idem ipse Gelasius tradit in Commonitorio ad eundem Faustum eius germanum dato, de quo suo loco superius dictum est. Ipse autem apologeticus libellus Gelasij sic se habet:

Sedent quidam in domibus suis, nescientes neque quæ loquantur, neque de quibus affirmant, de aliis iudicare nitentes, cum se ipsi non iudicent, & velint prius accusare, quam nosse, ac docere, quàm discere, & indiscussis rebus, nec inuestigatis causis, nec rerum ratione quæ sita, quod eis in buccam venerit, inconsideranter effundere, & præcipitanter euomere, non veritatis assertionem prolata censentes, sed studio cacologiæ, quæ nesciunt, arguentes: eoque progressi sunt, ut etiam rectè facta malevolentia proposito lacerare contendant. Qui si sciperent, non præcipitarent omnino sententiam; sed perferutatis antè rebus, loquenda depromerent. Verum quia nos arguunt segnes esse censores in vitiis Ecclesiæ coercendis: & à nobis consequenter agnoscant, non tantum corporalis adulterij esse peccatum, quod & discuti debeat & iure puniri, sed esse longè maius fornicationis & adulterij genus,

Annal. Eccl. Tom. 6.

Xx

quod

Heb. 5. PONTIFICIUM IVRA IN SACRILIBUS REBUS. 1. Cor. 6.

2. Tim. 2.

Gelas. epist. 6.

2. Tim. 2.

PVG NAR GELASII ADVERSVS GENTILIIVS RIIVS.

QVID IN GELASIVM QVIDAM OBVRVMV- RARENT.

quod in quolibet Christiano (quia membrum omnis Christianus Ecclesie est) competen- A ter debeat vindicari. Tanto enim sacrilegij maius est crimen, quam animae fornicatio peior est corporis: nam per animae fornicationem ab ipsius Dei coniunctione disceditur, atque ad immundos spiritus spiritalis adulterij genere transitur.

DE LUPER- CALIBVS RETINEN- DIS IMPIA ASSERTIO.

Hebr. 6.

Rom. 2.

10. m. 8.

QVID IN EOS GELASIVS QVI CLERICO- RVM TAN- TVM PRAE- CA- TA PRO- DVNT.

Math. 7.

DE HIS QVI SYA EXCV- SANT PEG- CATA, QVOD LAICI SINT.

2. Cor. 10.

CONFVAT IMPIOS EX- RITIBVS IMPIORVM.

Quomodo autem non in hanc partem recidit, qui cum se Christianum videri velit & profiteatur & dicat, palam tamen publiceque praedicare non horreat, non refugiat, non pauescat, ideo morbos gigni, quia daemonia non colantur, & deo Februario non libetur? Video vbi hec deliramenta conceperit. Quomodo prauaricator non est, qui in has blasphemiae profanitates incurrit? Quomodo sacrilegus non aestimetur, qui abiurata vnius Dei providentia & potestate, quam confessus est, ad prodigiosas superstitiones & vana figmenta seducitur, secundum Apostolum a longè deterior reus iureque damnandus, confessam veritatem deserere, quam si in eam nullatenus credidisset? Quamuis enim ridiculosa sint figmenta quae proferat, tamen ipse affectus & voluntas in crimine est, & professio ac praedicatio iure damnanda. Ac per hoc qui in alium sententiam damnationis vult sine dilatione proferri, in quo alium iudicat, semetipsum se condemnare cognoscat.

Numquid enim Pontifex vindicare debet in eos qui adulterium corporale committunt, & in eos qui sacrilegium, id est fornicationem & adulterium spirituale gerunt, non debet vindicare? Nonne ipse Dominus, cum adultera ad eum esset adducta, accusantibus dixit: Si quis vestrum sine peccato est, primus in eam lapidem mittat? Non ait: Si quis vestrum non similiter adulter est, sed, Si quis sine peccato est. Quolibet ergo obstrictus quisque peccato, in alterius peccati reum lapidem non audeat mittere.

Quibus tunc pro sua conscientia discedentibus, mundi Saluator adiecit: Mulier, vbi sunt accusatores tui? Nemo te condemnauit? Nec ego te condemnabo. Sed vade, ulterius iam C noli peccare. Tenes & teneris: viges & virgeris: obstringis & obstringeris: Pontificis discussionem flagitas, vindictamque deposcis. Memento in aduersum omne crimen esse proferendum. Numquid non etiam leges humanae dicunt, quod reus reum facere non possit? Festucam d vides in oculo fratris, & in tuo trabem non vides? Qui moechos accusas, adulterium facis, & corporales adulteros spiritalis adulter inaccessis? Certè discussionem poscis: homo diligens, maturus, religiosus, non vis aliquem in Ecclesia peccare; peccantem cupis discutere, & poenae consequenter addici. Quaecumque in alium promissis, & in te proferre cogis: hoc enim facis, ne legitima Pontificis accusetur, & maculetur Ecclesia. Debet ergo & Pontificis in omnibus malefactorum sollicitudo & severitas non deesse, & ab omnibus Ecclesiae fama purgari.

Sed dicas forsitan, te laicum, illum Ecclesiae ministrum. Et ego granius crimen exaggerans: Verum dicis, nec ego diffiteor. Tanto sollicitius examinandus est, quanto magis propinquus est. Tanto magis reus est, quanto in illo ministerio constitutus, & haec facere minime debuisset. Ecce censura non deest: auditus & si conuictus fuerit, vindictae consequenter addicitur. Age modò, quid vis de te? Numquid quia in ministerio sacro non es, in plebe sacra non es? An nescis & te membrum esse Summi Pontificis? An nescis, totam Ecclesiam Sacerdotium vocitatam? Postremò si ille reus est, qui accedens ad ministerium Ecclesiae delinquit: numquid & tu reus non es, qui post confessionem veritatis ad praua & peruersa & profana, & diabolica, quibus te renunciare professus es, figmenta reduceris? Itaque etiam tu post blasphemias palam publiceque profusas, à sacro corpore modis omnibus abstinendus es: Non potes enim mensae Domini participare, & daemionum; nec calicem Domini bibere, & calicem daemionum: nec potes templum Dei esse, & templum E diaboli: lux simul & tenebrae in te conuenire non possunt. Viderim vtrum virgeas atque compellas in alio malefactorum vindicare: tu tamen sceleris tui pondus non potes declinare. Et quanto in alio transire crimen non pateris impunitum, tanto quid etiam in te pro rerum ratione facere debeamus, ostendis.

Verumtamen in ipsis blasphemis tuis, quibus es iure plestibilis, imperitiam tuam euidenter agnosce, & sicut ait ille, voluntatem habere te mentiendi, artem fingendi non habere: cum sic te intelligas malum habere affectum, peruersumque apostatandi propositum, vt tibi materia prorsus vanitatis illius nulla suppeditet, nec possis astruere quod corde concupiscis & ore depromis. Dic mihi, cum saepenumero in Romanis historiis legatur, Liuius auctore, saepissimè in hac Vrbe exorta pestilentia, infinita hominum millia deperisse, atque eò frequenter ventum, vt vix esset vnde illis bellicosis temporibus exercitus potuisset ad- scribi;

A adscribi: illo tempore deo tuo Februario minime litabatur? An etiam cultus hic omnino nihil proderat? Illo tempore Lupercalia non celebrabantur? Nec enim dicturus es, haec sacra adhuc illo tempore non coepisse, quae ante Romulum ab Euandro in Italiam perhibentur illata. Lupercalia autem propter quid instituta sunt (quantum ad ipsius superstitionis commenta respectant) Liuius secunda Decade loquitur: nec propter morbos inhibendos instituta commemorat, sed propter sterilitatem (vt ei videtur) mulierum, quae tunc acciderat, exolendam. Proinde si vel ad hoc ipsum aliquid hoc valeret; hoc intermisso, non morbus acciderit, contra quem Lupercalia reperta non sunt; sed feminarum nequaquam generare debuerant, pro quarum foecunditate concinnantur inuenta.

Quid dicturi estis de peste, de sterilitate, de bellorum tempestate continua? numquid & haec propter sublata Lupercalia contigerunt? Si autem non propter ista vel vitanda vel curanda Lupercalia sunt prouisa: quid inani turbatione iactamini? Quid Tuscia, quid Aemilia, ceteraque prouinciae, in quibus hominum prope nullus existit: vt bellica necessitate confumerentur, Lupercaliorum fecit offensio, quae longè antè vastatae sunt, quam Lupercalia tollerentur? Quando Anthemius Imperator Romam venit, Lupercalia vtique gerebantur, & tamen pestilentia tanta subrepit, vt toleranda vix fuerit. Numquid per Campaniam Lupercalia gerebantur, quae sublata morbos illic & pestilentiam procrearent? Sed dicturi estis: Ad Romam, tamquam ad caput, omnia pertinere; & quod hic factum non est, diuersis prouinciis ad eam pertinentibus obfuisse. Cur ergo antequam ad Romam istae prouinciae pertinerent, praeter Lupercalia, propriis opibus floruerunt? Vt sterilitas sit continuata terrarum, Lupercalia sublata fecerunt, an nostrorum merita peccatorum? de quibus olim dictum est:

SCITE RE- DARGVIT SVPERSTI- TIOSOS GE- LASIVS.

C Et quicquid Romani meruerant perdere mores. Sterilitas certè feminarum debuit prouenire, propter quam auferendam Lupercalia instituta iactantur, non sterilitas terrarum, propter quam Lupercalia non sunt instituta.

Quid in Africa? vnde sterilitas? Quid in Gallis? Lupercalia ista fecerunt, an nostri mores, furta, homicidia, adulteria, iniustitiae, iniquitates, ambitiones, cupiditates, peruria, falsa testimonia, oppressiones miserorum, bonarum causarum impugnatione, malarumque defensio, & in omnibus inaudita peruersitas, postremò (quod supra omnia est) Deo factae mentes, & sacrilegia, artesque magicae etiam Paganis horrendae? Ecce quae faciunt omnia aduersa & inimica nobis, non Lupercalia, quae sunt pro vestra salute sublata.

PECCATA QVI BVS PRAESENS SAECVLVM ABVNDAVIT.

Sed quid dicitis vos ipsi, qui Lupercalia defenditis, & agenda proponitis? Vos eadem non pretiatis, vos eorum cultum celebratamque vilem vulgaremque redditis. Si offensio Lupercaliorum vobis aduersa procurauit, vestra culpa est, qui quod vobis singulariter prodesse putatis, negligentissimè & tam longè impari cultu & deuotione ea ducitis celebranda, quam profanitati vestrae celebrare maiores. Apud illos enim nobiles ipsi currebant, & matronae, nudato publicè corpore, vapulabant. Vos ergo primi in Lupercalia commissistis. Satius fuerat non agere, quam ea cum iniuria celebrare. Sed deduxistis venerandum vobis cultum & salutiferum, quem putatis, ad viles triuialesque personas, abiectos & infimos. Si verè ergo profitentini hoc sacrum ac potius execrumentum vobis esse salutare, ipsi celebrate more maiorum, ipsi cum amiculo nudi discurrere, vt ritè vestrae salutis, ludibria peragatis. Si magna sunt, si diuina, si salutifera, si in his vita vestra pendet integritas: cur vos pudet per vos ipsos talia celebrare? Si pudet & dedecus est: ira ne salutiferum est & diuinum & profuturum, quod vos ipsi dedecus esse fateamini? Nemo religionem proficitur, quam per se exequi prorsus erubescit & refugit. Ipsa verècundia vestra vos doceat, crimen esse publicum, non salutem, non diuinitatis cultum, de quo sapiens nullus erubescit; sed instrumenta prauitatum, quibus mens vestra contra semetipsam testimonium ferens, quod gerendum proficitur, erubescit implere.

RETOR- QVET GELASIVS IN IMPIOS AR- QVVM EN- TVM.

Castores vestri certè, à quorum cultu desistere nolulistis, cur vobis opportuna maria minime praebuerunt, vt hiemis tempore venirent huc nauigia cum frumentis, & ciuitas inopia minime laboraret? An diebus sequentibus hoc futurum est aestatis? à Deo constitutum beneficium est, non Castorum vana persuasio. Dicite nobis, nec Christiani, nec Pagani, vbique perfidi, nusquam fideles, vbique corrupti, nusquam integri, qui tam vtrumque tenere non potestis, quam sibi vtrumque contrarium est: dicite, inquam, Lupercaliorum patroni, & re vera diuinitatis ludibria, & cantilenarum turpium defensores, digni magistri vestrae, & qui non sine causa sana capita non habetis, digni hac religione, quae obsecnita-

QVAE AGT SOLEBANT IN LUPER- CALIBVS.

tum & flagitiorum vocibus celebratur: videritis ipsi, quid vobis salutis impendat, quæ tan- A
tam moribus labem perniciosamque proponit. Nec est, quod dicatis, potius hæc agendo, &
facinora vniuscuiusque vulgando deterreri à talibus commissis animos, & pudore refrena-
ri, ne de his publica voce canteretur, quando (sicut ille ait) non tam deterrere, quàm admo-
nere animos hæc ludibria videantur, & sicut ille dixit,

iram atque animos à crimine sumunt. Eo impudentiores effecti, quo cri-
mine publicato, expositaque verecundia, nihil superest omnino quod pudeat, nec habet
quod metuatur publicari, sed iam se fiducialiter exerat, qualis in propatulo non per coerci-
tionem, sed potius per quamdam læticiam & celebritatem nominum & celebritatem nominum decantata est quælibet
* profana illa persona: immo & religione se præstare confidit, vt sint vnde numinum solemnia
celebrentur, quæ nisi criminum decantationibus non coluntur.

Dicite nobis itaque, qui voluntatem profanitatis habetis, cuius causas afferere non po- B
testis, qui tuendæ habetis propositum falsitatis, quam defendere non potestis: quid dictu-
ri estis de siccitate, de grandine, de tempestatibus, variisque cladibus, quæ
pro morum nostrorum qualitate proueniunt? numquidnam & hæc omnia pro sublatis Lu-
percalibus contigerunt? an in malis moribus castigandis, meritis retributionibus inferun-
tur? Sed non mirum est, homines non iudicio diuino velle ista contingere, sed vanæ su-
perstitionis incurfibus, quibus sua crimina & malefacta cooperiant, auctoritatem cæli fi-
dera perhibent adhibere, & fatalem inducunt errorem, necessitatemque peccandi, facino-
raque sua non de cordis proprii peruersitate procedere, sed celo auctore pendere. Pro-
ponite igitur, pro quibus aut submouendis malis, aut promerendis bonis Lupercalia ve-
stra fuerint instituta: & videamus quæ illa bona prouenerint, cum Lupercalia gererentur;
& quæ mala successerint, cum Lupercalia viderentur ablata.

Figite gradum: ad quod vestrum excidium dicatis hæc prodigia fuisse reperta, digni qui C
monstrum nescio quod pecudis hominisque mixtura compositum, siue verè, siue falsè edi-
tum celebretis. Si propter pestilentiam submouendam (vt antiquiora præteream) ecce an-
tequam meis temporibus tollerentur, pestilentiam grauem tam in hac Vrbe, quàm in agris,
hominum pecudumque fuisse, non dubium est. Si pro sterilitate iactatis: Cur in Africa, vel
Gallia ista contingit, vbi nec fuerunt aliquando Lupercalia, nec constat fuisse sublata? Cur
nunc Oriens omnium rerum copiis exuberat & abundat, qui nec celebravit vmquam Lu-
percalia, nec celebrat? An dicitis, illic nocere, vbi per plurima sæcula fuerant celebrata, &
repente sublata sunt? Videamus ergo si his temporibus, quibus dicitis agitata, & ritè ac ple-
na sui (sicuti vobis videtur) deuotione completa sunt, numquam famas, numquam pesti-
lentiã profus extiterit. Si verò sæpenumero his cladibus ad extremum periculi ventum est: D
apparet his malis submouendis nihil Lupercalia profuisse, etiam eo tempore, quo (sicut di-
ctum est) vt putatis, competenti ordine gererentur; sic de singulis quibusque necessitatibus,
propter quas dixeritis fuisse prouisum: si constiterit etiam illis non defuisse, vanã huius re-
medij conuincitur esse præsumptio.

Verumtamen cur non hoc etiam experiamini, vtrum valeant aliquid etiam ritè celebra-
ta? Et vos per ludibria ista discurrete, vestrorum more maiorum, vt diuinam rem & saluta-
rem vobis (vt dicitis) deuotius celebrando, salutem vestræ prospicere magis magisque valeat-
is. Numquid cum hæc celebrarentur, à Gallis Roma capta non est, & sæpenumero ad
extrema quæque peruenit? Numquid bellis ciuilibus sub hac celebritate non concidit?
Numquid Lupercalia decrant, cum Urbem Alaricus euertit? Et nuper cum Anthemij &
Ricimeris ciuili furore subuersa est, vbi sunt Lupercalia? cur istis non profuerunt? Certè si E
diuinum est, si salutare vobis: cur non per vos ipsi, vt maiores vestri, ista facitis? cur cau-
sas vestræ salutis minuitis? cur decoloratis? cur eliditis? cur ad vilia quæque deducitis?
Quid imputatis nobis cum ipsi remedia vestra calcetis? Satius est non tentare, quàm contu-
meliosè peragere. Maiores certè vestri, si vitiosè (vti illis videbatur) sacrum aliquod cele-
brassent, instaurandum esse ducebant. Cur non quod ad vitiosum cultum redequistis per
indignas quasque id exequendo personas, competenti instauracione reparatis, vt causas ve-
stræ salutis plenius perfectiusque tractetis? Cur vos pudeat agere, si salutare est, si diuinum,
quod tractasse, sit dedecus?

Sed, inquis, vel imaginem ipsius rei non debere moueri. Si prodest, si salutare est; cur
non imago potius apud vos, & non ipsa sit veritas? Aut si certè nec tunc profuit, quando
ritu integro (sicut dicitur) tractabatur: quid queritis eius imaginem, cuius nec ipsam pro-
fuisse

* profana

FATALIS
NECESSI-
TAS A SV-
PERSTITIO-
NIS INDV-
CTA.

CONVIN-
CVNTVR SV-
PERSTITIO-
NIS CERTI-
RATIONI-
BVS.

VRGET EOS
AB EVENTV
RERV.

A fuisse cernitis veritatem! Sed dicitis, tot sæculis, rem gestam non oportere secludi: nihilo-
minus multis temporibus paganitatis supersticio ventilata est; sacrificetur in templis dæ-
monum, & in Capitolio profana vanitas celebratur. Cur portionem defenditis, & quæ
maiora sunt præteritis? Si plura genera vanitatum multis acta sæculis probantur esse sub-
lata: cur portio quantouis tempore ventilata non possit auferri? Si temporibus præscri-
bitur: imputate maioribus vestris, qui cum hac temporis præscriptione non vti sint, posse
quod superfluum est, & debere remoueri, dum plura & maiora sublata sunt, indicantur.

Sed dicitis, etiam Christianis temporibus hæc fuisse: sed etiam illa aliquamdiu Christia-
næ quoque temporibus celebrata sunt. Numquidnam quia sub primis Præfulibus Chri-
stianæ religionis ablata non sunt, ideo sub eorum successoribus tolli minimè debuerunt?
Multæ sunt quæ à singulis Pontificibus diuerso tempore sublata sunt noxia, vel abiecta.
B Non enim simul omnes in corpore curat medicina languores, sed quod periculosius cõspi-
cit imminere; ne aut materia corporis non sufficiat medicinæ, aut pro conditione mortali
simul omnia non possit auertere. Quære quale sit vnde agis: Si bonum est, si diuinum, si sa-
lubre merito quancumque tolli non debuit. Si nec salubre, nec diuinum: causandum ti-
bi magis est cur tardius auferatur, quod supersticiosum constat & vanum: quod certè Chri-
stianæ professioni non conuenire, manifestum est.

Postremò (quod ad me pertinet) nullus baptizatus, nullus Christianus hoc celebret:
sed soli hoc Pagani, quorum ritus est, exequantur. Me pronuciare conuenit, Christia-
nis ista perniciosa & funesta indubitanter existere. Quid me incufas, si quod professio no-
mini inimicum est, à consortibus professionis Christianæ pronuncio submouendum? Ego
certè absoluiam conscientiam meam: ipsi videant qui iustis admonitionibus obedire negle-
xerint. C Quod etiam prædecesores meos forsitan fecisse non ambigo, & apud Imperiales
aures hæc submouenda tentasse, & quia auditos esse non constat, dum hæc mala hodieque
perdurant: ideo hæc ipsa Imperia defecerunt: ideo etiam nomen Romanum, non remoris
etiam Lupercalibus, vsque ad extrema quæque peruenit. Et ideo ea nunc remouenda sua-
deo; quæ cum nihil profuisse cognosco, tamquam contraria veræ religioni, noxiã potius ex-
stitisse pronuncio. Postremò si de meorum persona præscribendum ætlimas prædecesorum,
vnusquisque nostrum administrationis suæ redditurus est rationem, sicut etiam in publicis
dignitatibus fieri peruideatis. Ego negligentiam accusare non audeo prædecesorum, cum
magis credam fortasse tentasse eos vt hæc prauitas tolleretur, & quasdam exitisse causas &
contrarias voluntates, quæ eorum intentiones præpedirent, sicut ne nunc quidem vos istos
absistere insanis conatibus velle perpenditis.]hactenus Gelasius in Andromachum.

D Profecit autem Romanus Senatus, vt non Lupercalia tantum, in quæ Gelasius eo mo-
do declamauit, sed etiam quæ minoris esse superstitionis & maioris oblectamenti videri
poterant spectacula abstulerit saltem ad tempus, quæ in nouis creandis Consulibus celebri
cultu peragi consueuerant, delinita olim ad tollendam idolatriam & superstitionis suspi-
cionem male superinducto Christi nomine, dum (quod ex Saluiano^a diximus) non in Mar-
tis vel aliorum deorum honorem, sed ad Christi gloriam eadem celebrari Circensia fate-
rentur, falso prætextu, sed digno velamento obtegentes potius quàm abolentes supersti-
tionem auitam. At rem fucatam saniori iudicio detestantes, serioque agendam esse censentes,
aliam longè nobiliorem loco Gentilium munerum paruere spectaculi pompam: dum
profusa illa impensa fieri solita in editione Circensium, in pauperum fuit vestimenta con-
uersa, de qua ista Ennodius Ticinensis in defensorio libello habet his verbis: Mentior (in-
quit^b) nisi egena agmina aduentum Consulatus vestri in subsidio miseriarum præstolan-
tur. Etenim purpura vestra, qua anni vocabulum nobis datis, subueniente miseris, vesti-
mentorum largitate pellit algorem. Probè iam iterum necessitatibus ferunt auxilium de-
cora Factorum; & veteri infidelitate deposita, in tali præparatione census dispendia effi-
ciuntur lucra animarum.]hæc Ennodius.

Haud verò hæc parui fuere momenti: quanta enim hactenus in creatione Consulium,
etiam regnantibus Christianis Principibus, supersticio viguisset, vix quis crederet, nisi fide-
lissimus testis adesset ista deplorans huius sæculi scriptor, quem retulimus, Saluanus Masti-
liensis Episcopus, cuius hic iterum sunt verba reddenda: Quid enim (inquit) numquid
non Consulibus & pulli adhuc Gentilium sacrilegiorum more pascuntur, & volantis pen-
næ auguria quaruntur, ac penè omnia fiunt quæ etiam quondam Pagani veteres friuola
atque irridenda duxerunt? Et cum hæc omnia ipsi agant qui annis nomina tribuunt, & à

NON OM-
NIA A
PRAED E-
CESSORI-
BVS EM-
DATA PON-
TIFICIBVS.

OBRETE-
TVM GEN-
TILITIVM
CVLTVM
CVLLAVM
IMPERIVM.

^aSaluan. de
vero iudic.
lib. 6.
EXPENSAR
LVORVM
CONVERSAR
IN VSVM
PAUPERVM.

^bExtat tem-
a. Consul.

SVPERSTI-
TIO HAC E-
NVS RE-
TENTA.
^cSaluan de
vero iud.
lib. 6.

quibus anni ipsi exordium sumunt : credimus nobis bene annos posse procedere, qui à rebus talibus ordiuntur ? Atque utinam sicut hæc propter Consules tantum fiunt, ita illos tantum incestarent, propter quos fiunt. Illud est feralissimum & grauissimum, quod dum consensu publico aguntur, honor paucissimorum fit crimen omnium : ac si ex singulis bini inaugurentur, prope est ut in omni mundo nullus euadat.] hæc Saluianus, talia nefanda deplorans : ex quibus magis perspicue, lector, intelligas iure questum esse Gelasium ob eiusmodi superstitiones à Romanis retentas atque defensas Romanum esse penitus collapsum Imperium, & Romanum nomen abolitum, regnantibus in Occidente Gothis & aliis ubique barbaris.

At quæ reliqua sunt sancti Pontificis monumenta hic reddamus ? Inter alia quæ reperiuntur decreta Gelasij illud fuit, ut qui suum occidissent Episcopum, in posterum indigni proprium habere pastorem, sub vicinioris Episcopi dicecesi redigerentur. ista Gelasius scripsit ob Scyllacæorum geminam eadem Pontificum.

Gelas. epist. 25. 9. 2. c. 25. TRANSLATIONE S. SEVERINI NEAPOLIT.

Sub Pontificatu quoque Gelasij (quoto autem eius sedis anno nescitur) facta est eiusdem Pontificis auctoritate translatio venerandi corporis S. Seuerini Neapolim nobilissimam Campaniæ ciuitatem, eamq. paucis descripsit Eugipius eiusdem Sancti discipulus. Mirificè enim ciuitas illa studiosa semper fuit reliquiarum sanctorum martyrum & confessorum : non enim satis habuit è proximo accipere S. Ianuarium, & è longè ex Africa eiusmodi ditari thesauris, sed & Danubij ripis sacra pignora S. Seuerini in Italiam delata, à S. Gelasio Pontifice impetrauit, quæ in præsentem vsque diem honorificentissimo cultu profequitur : cuius rei gratia videatur locupletem benedictionem Obededom consecuta, ut sicut ille in sua recipiens Arcam Domini, multiplicibus bonis affluit ; ita ciuitas ista recipiens factata Dei templa, ipsa Sanctorum corpora, meruerit semper amplioribus gloriæ accessionibus illustrari. Sed quæ pauca de hac translatione scribat idem Eugipius, audiamus :

2. Reg. 6.

* Barbara

Illustis femina Barbaria beatum Seuerinum, quem fama vel litteris eum suo quondam iugali optime nouerat, religiosa deuotione venerata est : quæ post obitum eius audiens corpusculum Sancti in Italiam cum multo labore perductum, & vsque ad illud tempus terræ nullatenus commendatum, venerabilem presbyterum nostrum Marcianum, sed & cunctam congregationem litteris frequentibus inuitauit. Tunc S. Gelasij sedis Romanæ Pontificis auctoritate & Neapolitano populo exequiis reuerentibus occurrente, in castello Lucullano per manus S. Victoris Episcopi mausoleo quod prædicta femina condidit, collocatum est : qua celebritate multi languoribus diuersis afflicti, quos recensere longum est, recepere protinus sanitatem. Inter quos quædam venerabilis ancilla Dei, Processa nomine, cuius Neapolitana, cum grauissimum ægritudinis pateretur incommodum, sancti funeris prouocata virtutibus in itinere properanter occurrit, & ingressa sub vehiculo quo corpus venerabile portabatur, statim caruit omnium languore membrorum. Monasterium igitur eodem loco constructum ad memoriam Beati hætenus perseuerat : cuius meritis multi obsessi dæmonibus sunt curati, & diuersis obstructi languoribus receperunt ac recipiunt, operante Domini gratia, sanitatem : cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Habes, egregie Christi minister, commemoratorium, de quo opus efficias cum magisterio fructuosum.] hætenus Eugipius, qui scriptam omni fide eiusmodi de rebus gestis S. Seuerini tractationem misit (ut sua epistola præfatus est) ad Paschasium Romanæ Ecclesiæ diaconum, cuius ad eundem Eugipium reddita extat epistola : quod quidem viri clarissimi monumentum hic tibi reddi, grato accipies animo, cum intelliges hunc illum esse Paschasium diaconum, cuius S. Gregorius in Dialogis miraculum recitat : cuius & extant libri duo de Spiritu sancto. epistola autem sic se habet :

DE TRANSLATIONE S. SEVERINI NEAPOLIT.

PASCHASII EPIST. AD EUGIPIVM.

Domino sancto semperque carissimo Eugipio presbytero Paschasius diaconus frater in Christo carissimus.

Dum Sanctos peritiæ tuæ facundia & otij felicitate, perpendens amaritudines, occupationesque multiplices peccatorum, te tractare contemnis : pudoris iacturam dilectionis contemplatione sustineo. Direxisti commemoratorium, cui nihil possit adiciere facundia peritorum ; & opus quod Ecclesiæ possit vniuersitas recensere, breui referasti compendio, dum beati Seuerini finitimas Pannoniarum prouincias incolentis vitam moresque verius explicasti, & quæ per illum diuina virtus est operata miracula diuturnis mansura temporibus tradidisti memoriæ posterorum. Nesciunt facta piorum perire cum sæculo : ut omnes præsentem habeant, & secum quodammodo sentiant comorari, quibus eum relatio peruenerit lectio-

A lectionis. Et ideo quia tu hæc quæ à me narranda poscebas, elocutus es simplicius, explicasti facilius : nihil adiciendum labori vestro, studio nostro credidimus. Siquidem aliter audita narramus, aliter experta depromimus. Facilius virtutes magistrorum à discipulis exponuntur (quæ suggeruntur crebrius conuersatione docentium) diuini charismatibus inspiratis sanctis bonorum mentibus excolendis.

Quantum gesta Sanctorum utilitatis impertiant, quantum feruoris attribuunt, quantum puritatis infundant : de hac re Apostolicæ vocis auctoritas latius innotescens : Forma (inquit) facti gregi. & beatus Paulus Timotheo præcipit, formam esse Fidelibus. Vnde idem Apostolus iustorum catalogum summa breuitate contextens, ab Abel incipiens, insignium virorum pergit narrare virtutes. Sic & ille fidelissimus Mathathias morti gloriosissimæ iam propinquans, filiis suis hereditario iure sanctorum exempla distribuit : quorum certaminibus admirandis celebrius excitati, animas suas pro legibus sempiternis sanctitatis feruore contemnerent. Nec paternales liberos sefellit instructio. Tantum enim profuerunt memoratis facta maiorum, ut aperta fide armatos Principes detererent, castra sacrilega superarent, cultus arasque dæmoniacas longè lateque diruerent, ciuicamque coronam, gestis decorati perentibus, splendenti patriæ prouiderent. Vnde & nos ornamentis sponæ Christi quiddam fraterno ministerio prouideri gaudemus : Non quo vllis (ut credo) temporibus defuerit clarior vita maiorum, sed quod domum magni Regis plurimorum vexilla trophæorum habere conueniat. Non enim vera virtus excluditur numerositate victorum, sed optatis successibus eatenus ampliatur.] hucusque in codice Paschasij diaconi epistola ; quem illum ipsum esse, cuius sanctus Gregorius in Dialogis meminit, nomen, tempus, locus, & sacra functio docent.

1. Pet. 5. 2. Tim. 2. Hebr. 13.

De ceteris ab eodem Gelasio rebus gestis hæc leguntur in libro de Romanis Pontificibus : Huius temporibus inuenti sunt Manichæi in vrbe Roma, quos in exilium deportari præcepit, quorum quoque codices ante fores basilicæ S. Mariæ incendio concremauit. Hic sub Gesta Synodica cum steru & sub satisfatione libelli purgatum Misenum Episcopum reuocauit, quem & Ecclesiæ suæ restituit, qui peccauerat in causâ Acacij & Petri. Hic fuit amator cleri & pauperum, & clerum ampliavit. Hic liberauit periculo famis ciuitatem Romanam. Hic fecit constitutum de omni Ecclesia. Huius temporibus item venit relatio de Græcia, eo quod multa mala facta essent à Petro & Acacio Constantinopolitano.] sed dicendum potius horum occasione patrata : nam hi iam pridem decesserant. sicut & antea factum esse constat, quod subdit auctor de Ioanne his verbis : Eodem tempore fugiens Ioannes Alexandrinus Episcopus Catholicus venit Romam ad sedem Apostolicam : quem beatus Gelasius suscepit cum gloria, cui etiam & secundam sedem præbuit.] Sed & quod adiungit de Acacio & Petro tamquam viuentibus à Gelasio damnatis, procul abhorret à vero, ubi ait : Ipsis temporibus fecit Synodum, & misit per tractum Orientis, & iterum damnauit in perpetuum Acacium & Petrum, si non pœnitentes sub satisfatione libelli postularent pœnitentiam secundum humanitatem primæ sedis Ecclesiæ.] hi enim iam damnati erant & vita sancti. His addit auctor :

GELASII REG. STAB.

Hic dedicauit basilicam sanctæ Euphemie martyris in ciuitate Tiburtina milliario vigesimo ab Vrbe : dedicauit autem & basilicas alias sanctorum Nicandri & Eleutherij & Andree via Lauicana ad fundum in villa Pertusa. Fecit autem & basilicam sanctæ Mariæ via Laurentina in fundo Crispini milliario ab Vrbe vigesimo. Hic fecit libros quinque aduersus Nestorium & Eutycherem, qui hodie in bibliotheca & archiuo Ecclesiæ continentur. Fecit & hymnos in modum beati Ambrosij Episcopi, item duos libros aduersus Acium.] ea nimirum ratione, quod regnantibus in Italia Gothis iisdemque Arianis, hos voluit fidei veræ doctrina confodere, à quibus armorum potentia Catholici populi tenerentur oppressi. Sed addit : fecit etiam & Sacramentorum præfationes & orationes lauto sermone, & epistolas fidei climato sermone. Multum sub huius Episcopatu clerus creuit. Hic fecit ordinationes duas in vrbe Roma per mensem Februarium & Decembrem, presbyteros triginta duos, diaconos duos, Episcopos per diuersa loca numero sexaginta septem, qui etiam sepultus est in basilica sancti Petri Apostoli vndecimo Kalendas Decembris. Et post obitum eius cessauit Episcopatus dies septem.] hætenus ibi Anastasius.

Petro & GELASII SCRIPSA.

Sic igitur eodem anno, vigesimo octaua mensis Nouembris in locum Gelasij Papæ subrogatus est Anastasius Romanus ex Petro genitus in regione quinta, Caputauri cognominata :

ANASTASII SIVE PAPA. MINATA:

CHRISTI 496. GELASII PAP. 5. ANASTASII IMP. 6. THEODORICI REG. 4.

minata: cuius res gestas suis locis dicturi sumus. Porro de tempore creationis Anastasij corrigendum est Marcellini Chronicon, cum post annos duos sub Consulatu Ioannis Scythae & Paulini eius in sedem ingressum ponit.

FLAVIANVS EPISCOPVS ANTIQVHE NVS.

Eodem quoque anno Palladius Antiochenus Episcopus moritur, cum annos decem sedisset: inque locum eius Flavianus Iunior subrogatur, qui quidem pro Concilio Chalcedonensi aduersus Imperatorem & alios haereticos stetit, cuius rei causa meruit cum aliis Episcopis confessoribus exilium animo constanti subire: sed quando id contigerit, suo loco pluribus dicendum erit. modò verò ex Cyrillo, haec pauca de eius Orthodoxa fide promamus: Postquam autem (inquit) Flavianus quoque, qui post mortem Palladij Antiochenae praesuit Ecclesiae, eadem quae ij, nempe Elias Hierosolymitanus & Macedonius Episcopus Constantinopolitanus, sentiebat, & in recta veraque ratione ingrediebatur: non poterat amplius contineri ira Imperatoris, qui aduersus pietatem solum erat fortissimus, nec ferre poterat eorum concordiam, sed efferatur, acri ira percitus, utrosque damnat exilio, &c.] At haec de exilio Eliae & Flavianii longè postea contigerunt, quae suo loco dicentur.

POTTERVS LEGATIO EPIPHANVS EPISC. TICIN. AD THEOD. REG. ITAL.

Eodem ipso anno, nempe post biennium à legatione ad Gundebadum Regem Burgundionum, Epiphanius Episcopus Ticinensis ad Theodoricum Regem Italiae pro Liguria populis iterum legatione perfunctus, ex hac vita migravit. Rem gestam Ennodius Ticinensis narrat his verbis: Cum necdum biennio exacto, à deliberata quietis gremio, tamquam à portu cymba illata tempestate propellitur. Nam infirmis Ligurum & labantibus humeris vix ferenda tributorum sarcina mandabatur. Rursus ad te, afflictorum consolator, accurrunt. Doceres frustra reddidisse patriae vices, si illis in solo auxilio periclitantibus non adesses. Et quia apud te numquam fatigatus est qui rogauit, suscepisti causam infelicium, & te protinus ad rediuiua opera preparasti. Rauennam pro nobis regem rogaturus excurris. Quantas ibi, postquam Gallicana insignia effugeris, minas caeli, procellarumque discrimina, adhuc quasi aui integer, aut valens corporis munitus exuperas: Numquam tibi ad officium animorum se membra quamuis inualida subduxerunt: frigus, pluuia, Padus, ieiunia, nauigatio, periculum, tonitrua, sine tecto mansio in ripis fluminis incerti, penè sine terra portus virtuti tuae dulcia fuerunt & grata successui. Consolatus est de praesentia tui ille eminentissimus Rex, qui te videre ambienter optabat. Expofuisti necessitates nostras aduentu tui, antequam diceres: & quales tecum habitantium lacrymae te compulerint, docuerunt superata discrimina. Ast vbi ad Principem ingressus est, ita loqui coepit.

ORATIO EPIPHANVS AD THEODORIC. REGEM.

Solita, Rex venerabilis, mentis tranquillitate famulorum preces intellige. Et me ad postulanda necessaria, & vos ad tribuenda vsus informat. Lex tua est, ductor inuide, misereri iugiter. Tu semper nutriti spem intercessionum in posterum, dum praesentibus non resistis. viam supplicationi nostrae patefecit ad reliqua semper apud vos beneficij fides impetrati. Liguribus tuis largire quod proferas, tribue quod reponas. Futurorum quaestus est temporalis indulgentia. Boni Principis mos est cum virtutibus amare famam, & regnum ita ordinare, tamquam ad stirpis suae posteros transiturum. Nutantes domini haec tantum, quae accipiunt, diligunt: firmissimi illa potius, quae dimittunt. Sic terris semina parua committimus, vt multiplicata capiamus: Foenus sine crimine fit triplicatum: boni Imperatoris est possessoris opulencia: Concede immunitatem anni praesentis Liguria: qui eos ab externis, qui supplicat, reduxisti. Quam vberem praesentem natiuitatem habuerimus, clementia vestra astantes interroget: nemo illi mentitur, cui seruiunt, qui conuincant.

Ad haec Princeps: Licet nos immanium expensarum pondus inlicitet, & pro ipsorum quiete legatis indefinenter munera largiamur: tamen vis meritum tuorum tractatibus nostris reuerenter interuenit. Opus est fieri quicquid iniunxeris: iuuat omnè quod praecipis: aestimamus enim compendiis nostris. Nihil tu quasi ex accidenti deprecaris, qui habes in nobis plurima quae reposcas. Duas tamen praesentis indictionis fiscalis calculi partes cedemus, tertiam tantummodo suscepturi: ne aut aerarij nostri angustia Romanis pariat maiora dispendia, aut supplicatio tua expectatae patriae gaudia non reportet. Taliter praefato Regi egit gratias summus Antistes; à quo, Vale dicens, abscessit, &c.] haec Ennodius de legatione vltima Epiphaniij, qui (vt idem auctor ait) regressurus in patriam Parmae agrotare coepit, ac Ticinum perueniens septimo die decessit, anno suae aetatis quinquagesimo octauo, cum sedisset annos triginta, sedereque coepisset (vt diximus) anno Domini

CHRISTI 497. ANASTASII PAP. I. ANASTASII IMP. 7. THEODORICI REG. 5.

A mini quadringentesimo sexagesimo sexto. Suffectus est in eius locum Maximus, qui adfuisse reperitur Symmacho Papae aduersus Laurentium schismaticum. Extat eiusdem Ennodij oratio in laudem Maximi Episcopi, quae incipit: Prodit religiosae vorum conscientiae] & quae sequuntur.

IESV CHRISTI ANASTASII PAP. ANASTAS. IMP. 7. ANNVS ANNVS ANNVS THEODORICI REG. 5. 497. I.

Quadringentesimus nonagesimus septimus Christi annus Anastasio Augusto iterum Consule adnotatur: quo Anastasius Papa ipso sui exordio Pontificatus, nihil antiquius habens quam succurrere periclitanti sub haeretico Principe Ecclesiae Orientali, legationem ad eundem misit, quo eum ad meliorem frugem reuocaret. functi sunt amplissima hac legatione praestantissimi viri, nempe Germanus Episcopus Capuanus sanctitate conspicuus, qui & sub Hormisda Pontifice iterum eodem munere functus est, & Cresconius Episcopus Tudertinus vir plane egregius. Datae ab ipso tunc litterae ad Anastasium Imp. haec tenent: reddemus hic eas, quod ex eisdem qui in hac legatione scopus Romani Pontificis fuerit, possimus apertissime noscere. Sed ante illud monere debemus, toleratum haecenus ab Apostolica sede Anastasium Imperatorem, ea nimium spe, vt ad Catholicae fidei, vnde aberrauerat, lineam reduceretur, & per eum Orientalis Ecclesia schismatibus & haeresibus lacinata, posset aliquo modo sanari. Ipsa autem epistola sic se habet:

LEGATIO AB ANASTASIO P. AD ANASTASIVM IMP.

Gloriosissimo ac clementissimo filio Anastasio Augusto Anastasius Episcopus. Exordium Pontificatus mei, primitus oblata populis pace, pronuncio, & consequenter pro fide Catholica humilis pietati tuae precator occurro. In quo primum mihi diuinum fauorem propinquasse confido, quod nunc consonantia in me augustissimi nominis tui non dubium praestat auxilium: vt sicut praecellsum vocabulum pietatis tuae per vniuersas gentes toto Orbe perfulget, ita per ministerium humilitatis meae (sicut semper est) sedes beati Petri in vniuersali Ecclesia assignatum sibi à Domino Deo teneat principatum: nec propter vnum mortuum diutius tunica illa Saluatoris desuper contexta per totum, male fortis patiatum incertum, quae sola in discissionem pro firmitate sui venire non potuit: serenitate tua praecipue Rempublicam gubernante, cui etiam in priuata vita tantum circa sinceram religionem studium fuit, vt (sicut fama certissima celebravit) nemo magis vel inter praecipuos sacerdotes praefixas à sanctis Patribus regulas Ecclesiae custodisse dicatur: quod sanctum studium cum maiestate Imperij creuisse confidimus.

EPISCOPI ANASTASII PAP. AD ANASTAS. IMP.

Legatione itaque fungimur pro Christo, ne eos propter offensionem vel scandalum patriam publice nominari, quorum merita vel actus illum Iudicem latere non possunt, in cuius iam sunt iudicio constituti. Nec illic se potest interfere in corpore mortali adhuc temeraria praesumptio, in quo non solum confessio facit aperta merita singulorum, sed etiam silentij ipsius non potest latere secretum.

DE NOMINE ACACII AB OLENDO.

Namque & praedecessor noster Papa Felix & etiam Acacius illic proculdubio sunt, vbi vnusquisque sub tanto Iudice non potest perdere sui meriti qualitatem. Itaque monente nos beatissimo Paulo Apostolo, ne quid sit in hoc offendiculum in Ecclesia, dum quod facere non possumus, de his qui iam transferunt iudicare conemur; obseruandum esse tranquillitas tua cognoscat. Ait enim de his qui de rebus ad Deum solum pertinentibus iudicare praesumunt: Nemo enim nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur: siue enim viuimus, Domino viuimus; siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur, Domino sumus. in hoc enim Christus resurrexit à mortuis, vt & viuorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. scriptum est enim: Viuo ego (dicit Dominus) quia mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. Monet igitur beatus Apostolus, ne de his nobis praesumamus iudicium, de quibus nemo potest melius vel verius iudicare, quam Deus: ne sibi in hoc quisquam temerarios ausus vsurpet, & propter hoc pax & vniuersa Ecclesiae dissipetur. Nam in regnorum libro dicitur: Non quomodo videt homo, videt

1. Cor. 9.

Rom. 14.

2. Cor. 5.

Eccle. 45.

Philip. 2.

DIVINVM IUDICIVM

OB OCVLOS PONIT.

1. Reg. 16.

videt

videt Deus : quia homo videt in facie, Deus autem videt in corde. Item in Paralipomenon A libro primo^a: Et nunc, o Salomon, scito Deum patrum tuorum, & serui illi in corde perfecto & animo volente: quoniam omnia corda scrutatur Deus, & omnem cogitationem nouit. Item in Ezechiele^b: Hæc dicit Dominus Deus: Sic dixisti, domus Israel, & cogitationes spiritus vestri ego noui. Vnde & de Domino Iudice dicitur in Euangelio^c: Sciens autem Iesus cogitationes eorum, dixit: Quid cogitatis mala in cordibus vestris?

Precamur itaque clementiam vestram, vt specialiter nomen taceatur Acacij, & quod multis ex causis scandalum vel offendiculum Ecclesiæ concitauit, speciali appellatione taceatur: cum (sicut diximus) in generalitate sacerdotum vniuersiusque meritum illum Iudicem latere non possit, qui nouit quid cuique tribuendum sit pro æstimata dispensatione meritum, cui soli cogitationes quoque manifestæ sunt.] hæc quidem aded vehementer inculcat Anastasius, quod qui ex bona conscientia Acacium defenderent, nihil detrimenti in ipsum inferri ex sententia in eum lata à Felice Pontifice nitentur ostendere; nimirum quod cum diuersorum sint fora diuersa iudiciorum, iudicetq; Ecclesia secundum ea quæ in Acta certa probatione inducuntur, iudicet verò Deus secundum illas quæ latent in corde cogitationes, ob id ex Ecclesiæ iudicio inferri diuino examini præiudicium non possit. Sic igitur Anastasius Papa apud Imperatorem de Acacij nomine abolendo, cuius causa schismate diuisi essent Orientales, instantius vrget, ostendens ex iis quæ ad iudicium Ecclesiasticum perducta sunt, Acacium iure esse damnatum, cum addit:

Quantos verò excessus atque præsumptiones habuerit Acacius, ne clementiæ tuæ suggerere per singula fortasse videatur onerosum; Cresconio, vel etiam Germano fratribus & Coepiscopis meis, quos misimus ad serenitatem tuam, de causis singulis, qualis fuerit, instructionem plenissimam dedimus, clementiæ vestræ specialiùs recensendam, si hoc pietati tuæ placuerit curiosius indagare, ne in aliquo suggestionibus nostris veritas defuisse videatur: vt pro diuina sapientia vestra perspicue videre possitis, non superbia vel elatione sedis Apostolicæ in Acacium talem processisse sententiam, sed facinoribus certis (quantum nos extra illud iudicium, quod solum falli non potest, æstimamus) zelo magis Diuinitatis exortam.

Nos verò humiliter supplicantes, controuersiam in Ecclesia remanere nolumus; cum magis vitanda contentio sit, sicut dicitur in Prouerbiis^d: Odium suscitatur contentiones: omnes autem qui non contendunt, protegit amicitia. Nam & Apostolus ad Corinthios^e: Cum enim sint inter vos æmulationes & contentiones, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Item ad Philippenses^f: Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera & miserationes: implete contentionem meam, vt id ipsum dicatis, omnes eandem charitatem habentes: nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitate mentis inuicem æstimantes semetipsis superiores: non sua singuli respicientes, sed aliorum.

Hoc tamen præcipue in sinu serenitati tuæ, gloriosissime & clementissime fili Auguste, vt cum causæ Alexandrinorum patuerint piissimis auribus vestris, ad Catholicam & sinceram fidem eos auctoritate, sapientia, diuinitate vestris monitis redire faciatis. Nam quid tenendum sit in religione Catholica secundum definita Patrum & Prædicationem omnium sacerdotum qui in Ecclesia floruerunt, si hoc quoque præceperitis, scientibus in memoriam transmittendo renouabimus; ignorantibus ad discendum pro officio nostræ instructionis offeremus, vt nulla extra hæc ingeniorum iactantia vel prauitatis audiat.

Illud verò peculiarius pro amore Imperij vestri & beatitudine, quæ consequi poterit regnum, pro Apostolico officio prædicamus, vt (sicut decet, & Spiritus sanctus dicat) monitis nostris obedientia præbeatur, vt bona omnia vestram Rempublicam consequantur, sicut in Exodo promittitur^g: Si audieris vocem Domini Dei tui, & quæ placent ei feceris coram ipso, & obedieris præceptis eius, & custodieris omnem iustitiam eius: omnem infirmitatem quam importauimus Ægyptiis, non importabo in te: ego enim Dominus sum, qui saluum facio te. Et illic iterum tuba potentissima canitur^h: Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus postulat à te aliud, quàm vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in omnibus viis eius, & diligas eum, & seruias Domino Deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua custodire præcepta Domini Dei tui & iustitias eius, quas ego mando tibi? Hæc me suggerentem frequentius non spernat, ante oculos habens Domini in Euangelio verbaⁱ: Qui audit vos, me audit: & qui vos spernit, me spernit: & qui me spernit, spernit eum qui

^a1. Par. 28.

^bEzech. 21.

^cMatth. 9.

QUI LEGA-
TI MIT-
TANTUR.

^dProuer. 10.

^e1. Cor. 3.

^fPhilip. 2.

DE CAUSA
ALEXAN-
DRINAR.
ECCLSIAR.

TAKEN
BY M. AB
IMPP. DON-
TIFICIBVS.

^gExod. 15.

^hDeut. 10.

ⁱLuc. 10.

A qui me misit. Nam Apostolus concinens Saluatori nostro, ita loquitur^a: Quapropter qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit Spiritum sanctum suum in nobis.

Pectus clementiæ vestræ secretarium est publicæ felicitatis; & per instantiam vestram, quam velut vicarium Deus præferre iussit in terris, Euangelicis Apostolicisque præceptis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam quæ sunt salutifera compleantur. Nam secundum Ecclesiæ Catholicæ consuetudinem sacratissimum serenitatis tuæ pectus agnoscat, quod nullum de his vel quos baptizauit Acacius, vel quos sacerdotes siue Leuitas secundum canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acacij portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam & baptismum (quod procul sit ab Ecclesia) siue ab adultero, vel à fure fuerit datum, ad percipientem munus peruenit illibatum: quia vox illa, quæ per columbam sonuit, omnem maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur^b: Hic est qui baptizat Spiritu sancto & igne. Nam si visibilis Solis istius radij cum per loca foedissima transeunt, nulla contactus iniquatione maculantur; multo magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate constringitur. Nam & Iudas cum fuerit sacrilegus atque fur, quicquid egit inter Apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissima voce: Scribæ (inquit^c) & Pharisei super cathedram Moysi sedent: quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominum profectum quilibet in Ecclesia minister officio suo videtur operari, hoc totum contineri implente Diuinitatis effectu, ita ille per quem Christus loquitur, Paulus affirmat^d: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum

dat Deus. A Deo autem non queritur, quis vel qualis prædicet, sed quem prædicet: vt inuidos^e etiam bene prædicare Christum confirmet, quo malo diabolus ipse deiectus est, & hoc ipse prædicare non desinit.

Ideo ergo & hic, cuius nomen dicimus esse reticendum, malè bona ministrando sibi tantum nocuit: nam inuolabile sacramentum, quod per illum datum est, aliis perfectionem suæ virtutis obtinuit, ei autem obfuit. Quod cum ita sit, aliquorum in tantum se extendit curiosa suspicio, vt imaginentur, prolato à Papa Felice iudicio, postea ineffaciter in sacramentis quæ Acacius vsurpauit, egisse: ac perinde eos metuere, qui vel in consecrationibus, vel in baptisate ministeria tradita susceperunt, ne irrita beneficia diuina videantur. Meminerint in hac quoque parte similiter tractatum præualere superiorem: quia non sine vsurpatione nominis sacerdotij ad iudicatus hoc egit, in quo virtutem suam obrinentibus mysterijs, in hoc quoque aliis rea sibi persona non nocuit. nam ad illum pertinuit, quod tuba Dauidica canitur^f: Verumtamen Deus conuassabit capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis. Nam superbia semper sibi, non aliis facit ruinam; quod vniuersa Scripturarum cælestium testatur auctoritas, sicut etiam per Spiritum sanctum dicitur à Propheta^g: Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam. Vnde cum sibi sacerdotis nomen vendicauerit condemnatus, in ipsius verticem superbiæ tumor inflatus est: quia non populus, qui in mysterijs donum ipsius sitiebat, exclusus est: sed anima sola illa quæ peccauerat, iusto iudicio, propriæ culpæ erat obnoxia: quod vbiq; numerosa Scripturæ testatur instructio. Vnde remotis hominum studiis, siue versutis, in hac adhuc præfenti fragilitate positurum, secundum preces nostras adnisi & auctoritate Imperiali offerre Deo nostro vnam Catholicam Ecclesiam & Apostolicam: quia hoc solum est, in quo

non solum in terris, sed etiam in cælo triumphare possitis. *Subscriptio.*

Omnipotens Deus regnum & salutem tuam perpetua protectione custodiat, gloriosissime & clementissime semper Auguste.] hæc tenus Anastasius Papa ad Anastasium Imperatorem. Porro Festum quoque Patricium cum legatis Apostolicæ sedis profectum esse, libellus Apocriphorum Ecclesiæ Alexandrinæ declarat, qui paulo post recitabitur.

Cum hos suscepisset Apostolicæ sedis legatos Anastasius Imperator, bene illos habuit, detinuitque spe pacis vsque ad finem anni sequentis, dolose molitus interea, si quo modo ad subscribendum Enotico Zenonis ipsum Romanum Pontificem posset inducere: quomodo autem id tentarit per ipsum Festum legatum anno sequenti, suo loco dicemus. Constat etiam Macedonium Constantinopolitanum Episcopum erga Romanum Pontificem fuisse redditum propensiorum; sed votis suis passum esse ipsum Imperatorem magnopere aduersarium, quæ paulo post dicturi sumus significabunt. Cum verò per vniuersam Orientalem

SACRAMENTA
PER ACACIUM
MINISTRATA
TENENT.

^bMatth. 3.
^cLuc. 3.

^dMatth. 23.

^e1. Cor. 3.

^fPhilip. 1.

REIICIVS
OBRECTIONES.

^gPsal. 87.

^hPsal. 100.

FESTVS PATRICIVS
CVM LEGATIS
PROFECTVS
CONSTANTINOP.

ralem Ecclesiam innotuisset ab Apostolica sede legatos esse missos Constantinopolim pro pace Ecclesiarum concilianda: Apocrisarii Alexandrinæ Ecclesiæ egerunt id ipsum cum legatis Constantinopoli agentibus, nimirum ut Ecclesia Alexandrina in communicationem Catholicam ab Ecclesia Romana reciperetur: libellumque supplicem iisdem obtulere legatis, quem adhuc integrum asseruatum in codice Vaticano sæpius citato, hic describere, dignum duximus, quod luculentam contineat rerum gestarum tractationem in his quæ spectant ad epistolam sancti Leonis Papæ ab interpretibus deprauatam: quibus videas & admireris, quanta soleant arte hæretici suas hæreses honestare, & circumspicte vestire habitu Catholicæ veritatis: ut planè non adeò mirandum existimes, si ipsi errantes, in errorem traxerunt innumeram multitudinem. mos iste verus hæreticorum, ut illud potissimum curent, ut comparatis vndique velamentis sub Catholici nominis inuolucro impietatem abscondant. Sed audi: ita libelli se habet inscriptio:

Libellus, quem dederunt Apocrisarii Alexandrinæ Ecclesiæ legatis ab vrbe Roma missi ab Anastasio Papa.

LIBELLVS EX PARTE ECCLES. ALEX. AD LEGATOS ANASTASII PAP.

Gloriosissimo atque excellentissimo Patricio Festo, & venerabilibus Episcopis Cresconio & Germano simul cum eius potestate directis in legatione ab vrbe Roma ad clementissimum & Christo amabilem Imperatorem Anastasium, Alexandrinæ venerabilis Ecclesiæ Dioscorus presbyter, & Cheremon lector responsis eiusdem Ecclesiæ seruietes.

Venerabiles sanctæ Ecclesiæ Romanæ vrbs atque Alexandrinæ non solum fidem rectam & immaculatam, ex quo salutaris in eis prædicatus est sermo, sed etiam in diuino ministerio semper concordiam seruauerunt. Quippe cum ab vno fuerit in vtrisque iactum fidei fundamentum (Petrum memoramus beatum Apostolum, cuius per omnia sanctus Euangelista Marcus extitit imitator) ita ut si quando contigerit in rebus ambiguis quædam Episcoporum Concilia celebrari, sanctissimus is, qui Romanæ præsideret Ecclesiæ, reuerendissimum Alexandrinæ ciuitatis Archiepiscopum deligeret, ut sui curam loci susciperet.

DE CAUSA DISCORDIARVM INTER ROM. ECCL. ET ALEXAND.

Sed hostem humani generis, cui bona perosa sunt, qui in perniciem nostram impio semper furore grassatur, non piguit per satellites proprios zizania inter vtrasque compere, ut tantæ vnitatis discordiam perpetraret. Nam Eutychete impiissimo contra fidem, quæ in beatissimis Apostolis prædicata est, sentiente & docere tentante, contigit per idem tempus sedis Apostolicæ Præsulem tunc Leonem litteras ad Chalcedonense Concilium destinare: quarum litterarum fuerit interpretes hi, qui cum Theodoro Cyrorum ciuitatis Episcopo tunc fuerant Nestorianæ hæresis sectatores: contraque eam fidem, quæ à venerabilibus trecentis decem & octo Patribus est edita, supra memoratæ litteræ probantur existere; & non paruas occasiones his, qui eiusdem nefandissimi Nestorij blasphemias vindicant, præstituerunt; ita ut licentiùs astruerent eundem Nestorium minimè peruersa sensisse. His igitur causis Deo amabilis populus noster offensus est, & de Græca translatione arbitratus est in Latino quoque sermone sensum similem contineri, ac sese ab vnitæ Romanæ diuisit Ecclesiæ. Necnon etiam Romanus Antistes, existimans nos contra eam fidem, quæ tradita est à beatissimis Apostolis, conspirasse, à nostra se communionem suspendit.

DELEGATIS ALEXANDRIA ROMANENSIBUS.

Verumtamen eius volentes satisfacere sanctitati, nos eam fidem tenere, quam princeps Apostolorum Petrus, eiusque discipulus Marcus beatissimi crediderunt, & postmodum trecenti decem & octo venerabiles edidit Pontifices, legatos ad vrbe Romam nostra dirigere curauit Ecclesia. Sed ibi quidam ciuitatis nostræ repertus est à recta fide dissentiens, atque ab ea ex causis quoque diuersis alienus existens, qui hoc visus est perpetrare, ne vlla in suscipiendis legatis copia præberetur: qui nec ad faciem vsque salutationis admissi, sine aliquo effectu reuersi sunt.

DE LEGATIONE THESSALONICENSIS ECCLESIAE.

Quia verò ante non multum temporis Photinus religiosus diaconus sanctæ Thessalonicensis Ecclesiæ nobiscum de pace sanctarum Ecclesiarum verba conseruit, dixitque se ante spatium parui temporis destinatum à sanctissimo Archiepiscopo Andrea Thessalonicensis Ecclesiæ ad Romanum Pontificem Anastasium: & affirmabat de his, quæ nos vehementer offendunt, in translatione epistolæ sibi satisfactum fuisse à supradicto Præsule Romanæ Ecclesiæ, quòd scilicet in epistolæ translatione comprobarentur errores: ipsam verò Latinam epistolam iuxta fidem trecentorum decem & octo sanctorum Patrum editam constituisse. Insuper quædam retulit ex persona eiusdem Antistitis fuisse narrata, quæ ad vituperationem eorum, quæ in translatione sunt indita, pertinere: & ad illos, qui ea confingere tentaerunt, ad satisfactionem eorum qui rectam fidem immaculatamque custodire non negligunt.

Quibus

Quibus abundè sanatis, cupientesque pristinam reintegrari concordiam: malimus etiam à vobis, si vera sunt illa quæ Photinus religiosus diaconus nobis retulerat, edoceri, vestraque desiderauimus occurrere sanctitati, & de his omnibus habere colloquium. Verùm sanctitas vestra non semel, sed crebro nos docere dignata est, in epistolæ interpretatione errores interstos, non in Latino textu fuisse conceptos. Quapropter supplicauimus vobis, ut confessionem nostræ fidei sumeretis, pro qua venerabilis Ecclesiæ nostræ legatione perfungimur: quam fidem etiam vbique sanctissimus Archiepiscopus intimaui, & approbantiam accepit rescripta cunctorum. Quod si etiam vestram huic fidei sanctam Ecclesiam videritis congruere, nobis satisfieri iubeatis; ut sublatis è medio scandalis, ad pristinam tam Romanam, quam Alexandrinam venerabilem Ecclesiæ redeant vnitatem.

DEREPRUGATA ET AD PRIMUM RESTITUTA EPISTOLA S. LEONIS.

Hanc autem fidei confessionem vobis obtulimus taliter continentem ex Euangelicis Apostolicisque præconiis inspiratione diuina solam veram rectamque fidem, quam trecenti decem & octo venerabiles Patres, qui in Nicæna Synodo cõgregati sunt, ediderunt: quam & secuti sunt centum quinquaginta qui ad vrbe regiam conuenerunt æquè venerandi Pontifices. Hanc etiam exequentes qui Ephesi collecti sunt Patres, annuente quoque sedis Apostolicæ Papa sanctissimo Cælestino, sacrilegum damnauere Nestorium, pœnam in eos qui tentauerint fidem aliam statuere præfigentes: quem Nestorium nos quoque simul cum Eutychete contraria his quæ superius dicta sunt sentientes anathematis vltione damnauimus, suscipientes duodecim illa capitula, quæ venerandæ memoriæ Cyrillus Alexandrinæ Ecclesiæ quondam Archiepiscopus scripsit. Cõfitemur autem vnigenitum Dei Filium & Deum, qui secundum veritatem factus est homo, Dominum nostrum Iesum Christum consubstantialem Patri secundum diuinitatem, & consubstantialem nobis eundem ipsum secundum humanitatem: qui descendit & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine Theoroco, hoc est, Dei genitrice, vnum Filium non duos existere. Vnius namque dicimus vnigeniti Filij Dei siue miracula, siue etiam passiones, quas sponte pro nobis carne sustinuit. Eos autem qui diuidunt, vel confundunt, aut phantasiam aliquam introducunt, nequam omnino recipimus: quia incarnatio illa, quam Dei genitrix secundum veritatem ex se edidit, augmentum filij non effecit: Mansit enim Trinitas, etiam incarnato, quod vnum ex Trinitate est, Verbo Dei. Hæc itaque scripsimus, non fidem nouantes, sed vobis causa concordia satisfacere cupientes. Omnem autem qui aliter sentit, senseritque, seu nunc, seu aliquando in quocumque loco, vel in quolibet Concilio, anathematis pœna percellimus, præcipue verò Nestorium & Eutychetem, vniuersosque qui illis assentiunt.

PROFESSIO FIDEI EX PARTE ECCLES. ALEXAND.

NVLLAM DE CONC. CHALCED. MENTIONEM HABENT.

Vestra igitur reuerentia suscipiens fidem nostram, hanc se Præsuli Romanæ Ecclesiæ Anastasio asseruit relaturam, quem & paratum existere memorabat satisfacturum illis, qui fuissent à nobis hac causa transmissi. Illud etiam assererat, hanc fidem Dioscorum, Timotheum, Petrumque sensisse nostræ quidem ciuitatis Archiepiscopos, nec deberi in Diptychis eorum nomina recenseri. Nos contra poposcimus, aut perducì aduersus eos qui astruat talesque demonstrent, aut si non reperientur qui eos conuincere potuissent, nobis pro eorum persona satisfaciendis acquiescant, demonstrantibus & approbantibus, quòd hanc fidem tenuerint, docuerint, cunctisque quos informauerunt, tradiderint præfari parentes nostri & Archiepiscopi Timotheus, Dioscorus, & Petrus. Vestra autem sanctitas renuit, dicens, non sibi fuisse præceptum ab Apostolicæ sedis Antistite de his facere quæstionem.

DE MISTIS QUAE GESTASSENT INTER IPSOS LEGATOS.

Huius rei gratia obtestamur vos coram magno Deo & Salvatore nostro Iesu Christo, qui de sancta & Dei genitrice Maria Virgine incarnatus & natus est, qui que concordem glorificationem seruitutemque Fidelium probat libenter & suscipit, & sanctis Angelis eius, per hanc eandem immaculatam quæ de illo est fidem, ut ad vrbe Romam, fauente Domino, venientes, hanc chartulam offeratis Apostolicæ sedis Antistiti Anastasio, quæ ex persona sanctæ Ecclesiæ Alexandrinæ vobis oblata est: ut eius sanctitas relegens, quæ sibi fuerint placita, seu litteris ad sanctissimum nostrum Archiepiscopum datis, seu per aliquem inrennuncium manifestare dignetur. Nam cum à sanctitate eius fidei rectæ fuerit seruata confessio, quæ est à beatis Patribus constituta, nos paratos existere profitemur ad vrbe Romam legatos, qui pro vnitæ sanctarum Dei Ecclesiarum agere debeant, destinare.

HÆRETI CI CVM SINT, QUAE RVNT SVBRIPERE APOSTOLICAM COMMUNIONEM.

Confidimus autem in Domino nostro Iesu Christo, quòd huic fidei eius beatitudo contentiens, iuxta illa quæ in response sunt posita, velut proprios etiam nostros populos arbitretur, & pro eorum regimine sollicitudinem gerat, cupiens secundum Deum omnibus vtilis approbari. Exemplum autem huius chartulæ apud nos detinimus, necesse habentes,

fi qua mora prouenerit quo minus sanctarum Ecclesiarum vnitas fiat, in illo glorioso de caelis aduentu Domini nostri Iesu Christi, cum venerit iudicare viuos & mortuos, ante tribunal eius, vbi nulla est acceptio personarum, cum hoc assistere ad refellendum eos qui sanctarum Ecclesiarum neglexerunt vnitatem.] haecenus haeretici Ecclesiae Alexandrinae, bis impij, dum sicut in sua fidei professione verbum nullum posuerunt de Synodo Chalcedonensi, ita nefandissimos haereticos & sacrilegos Dioscorum, Timotheum, & Petrum volunt saluos, atque eorum nomina inter Diptycha recitari : ac proinde haud dubium digni qui repellerentur ab Apostolica sede. Videre planè fuit restaurata antiqua, sed diuerso modo, signum diaboli : dum sicuti olim ad decipiendos Gentiles Aegyptios, intra parietes ornatisimè structos crocodilum, vel simiam, vel apin, aliudue monstrum exhibere consueverat adorandum, ita modò ad seducendum populum Christianum Aegypti, sub specie quadam foris ostensa Catholicae pietatis, inducit miseros ad haeresum monstra colenda, & ipsos nefandos haereticos venerandos.

Theod. Lect. Collect. lib. 2. REGESTAE PER FESTVM PATRYCEIVM LEGATVM.

Sed quid interea laudabiliter egerit Festus Roma missus legatus ad Anastasium Imperatorem, audi: scribit enim de eo Theodorus Lector his verbis : Festus quidam Senator Romanus cum ad Imp. Anastasium propter quasdam ciuiles necessitates missus, ad Imperatorem venisset, adhortatus est, vt memoria coryphaeorum Apostolorum Petri & Pauli multa cum reuerentia & veneratione celebraretur. Quamuis itaque & antea celebrata esset, tamen ex petitione Festi multo amplius & splendidius panegyris illa celebrari coepit.] Simulac enim aduersari coepere Constantinopolitani Antistites Apostolicae sedi, ipsi Ecclesiae Petri, & Petri successoribus Romanis Pontificibus, pariter & ipsius Apostoli Petri cultus Constantinopoli neglectus est, quem Festus Senator restituendum curauit. Mos iste haereticorum, vt praecia primò aduersus homines ineuntes, in caelites demum illa conuertant: quo in genere cognoscas Nouatores audaciores progredi pugnatores, dum in Romanam Ecclesiam odium, non solum Petri Apostoli cultum penitus omiserunt, sed execrabilibus eundem Nerone truculentiores confodere blasphemijs numquam cessant.

Niceph. lib. 26. c. 35.

Sed pergit Theodorus: Per hunc Festum Macedonius Episcopus Constantinopolitanus Anastasio Romano Episcopo rationem reddere voluit: verum ne hoc faceret, ab Imperatore est prohibitus. Festus verò (sicuti fertur) Imperatori clanculò pollicitus est, persuasurum se Romano Episcopo, vt Concordiae Zenonis subscriberet. Cum autem Romam venisset, Anastasium Episcopum mortuum reperit.] haec Theodorus, eademque Nicephorus. Ex quibus satis appareret Anastasium Papam integrum sincerumque in Catholica fide permansisse: decessisse autem, antequam à Festo eiusmodi perfidia tentaretur. Reditum autem legatorum in sequentem annum fuisse productum, cum iam Anastasius Papa decessisset, ex modò dictis apparet.

ANASTASII PAP. CATHOLICVS PERSEVERAVIT. Tom. 1. Concil.

Porro quantum attinet ad integritatem Anastasij Papae: haud inuidiam pati debet, quòd in illud inclinasse monstrant litterae Iustini Imperatoris, vt acquiesceret tolli tantum nomen Acacij, ceterorum autem qui cum eo communicassent Constantinopoli, non similiter. Id enim Iustinus Imperator ad Hormisdam Papam scribens restatur his verbis : Anastasius religiosissimae memoriae vestrae culmen Ecclesiae palam aperteque constituit, cum hoc idem scriberet negotium decessori nostro, satis esse pacem affectantibus, si nomen tantum reticeatur Acacij. Ergo priora vestrae sedis constituta sequitur, qui non omnes memorias mortuorum iudicat contemnendas, &c.] haec Iustinus Imperator. Ceterum si attendas epistolam Anastasij Papae ad Anastasium Imperatorem : etiam in ea de Acacij tantum nomine habita videatur mentio, nihilominus de ceteris cum Acacij nomine communicantibus nequicquam visus est decreuisse; sed tantum suggestisse, se recepturum quos baptizauit, vel ordinauit Acacius: quod Apostolica dispensando auctoritate fieri posse cognouit, cum sciret Gelasium Papam se idem praestitutum pollicitum esse.

PROBATA ANASTASII PAPAE IN FIDE ORTHODOXA PERSEVERANTIA.

At verò nullam concordiam iniisse Anastasium Papam cum Anastasio Imperatore, sed magis illum execratum esse, satis declarant litterae apologeticae ipsius successoris Symmachi Papae ad eundem Anastasium Imperatorem datae, in quibus haec leguntur : Dicis, quòd mecum Senatu conspirante, excommunicauerim te. Ista quidem ego: sed rationabiliter factum à decessoribus meis sine dubio subsequor.] haec Symmachus Anastasij successor ad Anastasium Imperatorem: quae profectò tam liberè de praedecessoribus affirmare ausus non fuisset, nisi Anastasij Papae fides sincera, atque in ea tuenda probata in omnibus fuisset sacerdotalis constantia.

Habentur Tom. 1. Biblioth. sanct.

Ex his

A Ex his porro habes, vnde corrigas, vel quomodo sanè intelligas quod in libro de Romanis Pontificibus habetur his verbis: Eodem tempore, Anastasij Papa scilicet, multi clerici & presbyteri se à communionem ipsius retraxerunt, eo quòd communicasset sine consilio Episcoporum, vel presbyterorum, vel cleri cunctae Ecclesiae Catholicae, diacono Thessalonicensi nomine Photio, qui communionis erat Acacij; & quia occultè voluit reuocare Acacium, & non potuit: qui nutu diuino percussus est.] haec ibi, quae scias contra Anastasium sparsa esse à schismaticis Laurentianis, de quibus suo loco dicitur. Etenim illum Photium cum Anastasio consuetudinis vsum in restituenda (vt vidimus ex libello Alexandrinorum legatorum) corrupta ab interprete Leonis Papae epistola, in deteriorem aduersarij acceperunt partem: cum tamen requisitum huiusmodi Papae officium nec haereticis denegari poterat, dum non aliud peteret, quam vt deprauata sancti Leonis epistola vitiosa translatione, ex prototypo ab archiuo Ecclesiae Romanae petendo, in pristinam germanitatem, integritatemque veterem redderetur.

CONFVTVR OBITU CTIO IN ANASTASIVM. ACACIVM * Photio

Ceterum si contentiosè nimis quis asserere velit, Anastasium propensiore fuisse in restituendo sublato è Diptychis Acacij nomine, sed morte praeventum id praestare minimè valuisse: in hoc est quidem, quo magis magisque admireris Dei prouidentiam erga Romanam Ecclesiam, cum titubantem Apostolicae sedi praesidentem Pontificem ex humanis ante subduxerit, quam quod meditaretur impleteret; & antea morte praereptum, quam vel tentari posset à Festo legato de subscribendo Zenonis Enotico. Ita namque saepe diuino consilio, quo potissimum Catholicae fidei semper seruate consuevit integritatem, factum scimus, vt quam citissime morte multatus sit, qui in aliquod discrimen adducturus esset Catholicam Romanam Ecclesiam puritatem. Sunt de his plura exempla suis locis reddita, vel reddenda: quibus planè secundum illud Dauidicum : Ecce non dormitabit; neque dormiet qui custodit Israel] nosceas Deo Romanam Ecclesiam curae esse.

CUSTODITA A DEOROM: ECCLESIAE INTEGRITAS.

Eodem anno Athanasius haeticus Episcopus Alexandrinus, cum sedisset annos septem, defunctus est, inque locum eius illi non impar est successus Ioannes, planè diuersus ab illo Ioanne Orthodoxo, de quo supra. De hoc autem habet haec Liberatus diaconus: Sic enim Athanasio haeretico tempus sui Episcopatus complente, post eum ordinatur Episcopus Ioannes cognomèto Mela, qui & ipse secutus est Athanasium praedecessorem, qui in edicto Vnitio communicauit alijs sedibus, id est, Constantinopolitanæ & Antiochenæ & Hierosolymitanæ: in cuius Praesulatu dum Alexandrina Ecclesia diuisionem habuisset Dioscoritarum propter Petrum Mogum, quasi communicasset Synodo, etiam ipse defunctus est tempore Macedonij Constantinopolitani Episcopi.] haec Liberatus. Verum calumniosè quidem detrium sedium Episcopis, nempe de Macedonio Constantinopolitano, Flauiano Antiocheno, & Elia Hierosolymitano refert, recepisse Vnitium Zenonis, cum aperte sit demonstratum hos esse profectos Chalcedonense Concilium. De ipso autem Ioanne liquet fuisse haeticum, aduersarumque sacrosancto Chalcedonensi Concilio: nam de eo eiusque successoribus haeticis Episcopis haec Leontius habet: Post Athanasium Ioannes sit Episcopus, rursumque Ioannes alter, inde Dioscorus, & tandem Timotheus, qui omnes Vnionis scriptum recipiebant, & Synodum anathematizabant.] haec Leontius. at de his satis.

Psal. 120.

IOANNES MELA ALEXANDRINVS EPISCOPVS.

D trium sedium Episcopis, nempe de Macedonio Constantinopolitano, Flauiano Antiocheno, & Elia Hierosolymitano refert, recepisse Vnitium Zenonis, cum aperte sit demonstratum hos esse profectos Chalcedonense Concilium. De ipso autem Ioanne liquet fuisse haeticum, aduersarumque sacrosancto Chalcedonensi Concilio: nam de eo eiusque successoribus haeticis Episcopis haec Leontius habet: Post Athanasium Ioannes sit Episcopus, rursumque Ioannes alter, inde Dioscorus, & tandem Timotheus, qui omnes Vnionis scriptum recipiebant, & Synodum anathematizabant.] haec Leontius. at de his satis.

IESV CHRISTI ANASTAS. PAP. ANASTAS. IMP. 8. ANNVS ANNVS THEODORICI REG. 6. 498. 2.

E Qui sequitur annus Domini quadringentesimus nonagesimus octauus, Paulino & Ioanne Schyta Consulibus Fastis adiecit, idemque Ecclesiae Romanae funestus, scissa eadem diro schismate ob Anastasij Papae successoris creationem oborto. Hoc enim anno idem Romanus Pontifex, cum sedisset annos duos minus diebus septem, moritur xvi. Kalendarum Decembris. Rediens enim Faustus legatus Constantinopoli post obitum Anastasij Papae, vt praestaret quod pollicitus fuerat Imperatori, suadere Romano Pontifici subscribere Zenonis Enotico: cum iam de id agendo cum Anastasio spes omnis euauisset, operam dedit, vt successor crearetur, qui ad id praestandum suaderi facile posset. Sic igitur studijs eiusdem Festi negotium agentis Anastasij Imp. cum conaretur aliquem subrogari Pontificem qui eius votis annueret, resistente verò maiori saniorique parte Romani cleri atque Senatus, eius rei causa Ecclesiasticum bellum conflatur: de quo antequam agere aggrediamur,

ANASTASIVS PAPAE MORITVR.

Annal. Eccl. Tom. 6.

Y y 2

mur,

mur, quæ sunt reliqua Actorum Anastasij Papæ dicamus. in dicto enim libello Romano. A rum Pontificum hæc habentur:

* octoginta

* 16. q. 7. c. tom. 1. Conc.

SYMMACHUS PAPA CREATOR.

Theod. lib. 2. Collect.

* Nicoph. lib. 10. c. 36.

THEODORICI REX DI- RIMIT SCHISMA:

NICENSI- TAS COM- PULIT SVB- IRE IVDI- CIVM RE- GIS ARIA- NI.

SCHISMA AMBIGVI- TATE PER- PLEXVM.

Hic fecit Confessionem beati Laurentij martyris ex argento, pensantem libras cētum*.] & inferius: Hic fecit ordinationem vnam in vrbe Roma per mensem Decembrem, creavit presbyteros duodecim, Episcopos per diuersa loca numero sexdecim. qui sepultus est in basilica S. Petri Apostoli XIII. Kalend. Decembris. & cessauit Episcopatus eius dies quatuor.] hæc ibi. Fertur decretum nomine Anastasij Papæ, cuius est exordium*: Sanè Theſſalonicenſes Episcopi, &c.] sed quoniam in eo mentio habetur Timothei Episcopi Constantinopolitani, necnon Dioscori Iunioris Episcopi Alexandrini, ad Hormisdæ Papæ tempora, & actio- nes referendum esse putamus: quod quidem miramur eruditos viros emendatores libri De- cretorum Romanorum Pontificum præterisse: agemus de eo nos suo loco.

Quarto autem die ab obitu Anastasij nempe decimo Kalendas Decembris, Romæ in ba- siliſica Constantiniana creatur Romanus Pontifex Symmachus natione Sardus, patre Fortu- nato: quo item die in basilica sanctæ Mariæ Laurentius in schismate creatur Papa, id agen- te Festo Patricio in gratiam Anastasij Imperatoris, quod sciret ab eo fore subscribendum Zenonis Enoticum. Res insignis turpitudinis, vniuersæ Ecclesiæ palam facta, ita describitur à Theodoro Lectore Græco auctore^b: Festus verò (sicut fertur) clanculum Imperatori pollicitus, persuasurum se Romano Episcopo, vt Concordiæ Zenonis subscriberet: cum Romam venisset, Anastasium Episcopum mortuum reperit. Quapropter studium impendit, vt (quod quærebatur) quibusdam prætexitibus subscriberetur. Multis enim pecunia cor- ruptis, id perfecit, vt præter consuetudinem Episcopus quidam eligeretur, Romanus natione, nomine Laurentius. Ordinantur itaque duo: à pluribus quidem ex diacono ordinatur Symmachus, ab alijs verò Laurentius. Quorum gratia Romæ cædes, rapinæ, & alia innu- mera mala perpetrantur.] hæc Theodorus de schismate, malisque inde secutis, & ad trien- nium propagatis, vt ipse testatur. Quæ autem postea contigerint, idem recenset, sed à nobis suo loco narranda: eadem quoque Nicephorus^c habet.

At non clerus tantum, sed & Senatus Romanus ea de causa mutuis inter se discordijs rixisque certauit, partis alterius, nempe Laurentij, patrocinium suscipientibus Festo atque Probino potentissimis Senatoribus; alteri verò parti, Symmachi videlicet, Fausto Exconſule & alijs Senatoribus fauentibus, quorum inter se conflictus ab Anastasio describitur: nos verò pro temporis ratione suis quæque reddemus locis. Haud enim anni vnus, sed plurium fuit eiusmodi in Ecclesia Romana certamen; quod sæpe consopitum, vehementiori eru- ptione recruduit. Parti quidem Laurentij additæ vires vehementer ex eo fuerunt, quod idem habuit promotorem Paschasium sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconum, virum, qui tum ex doctrina, tum etiam ex vitæ sanctitate summam sibi gloriam compararat; quo populus perfacile commoueri posset.

De rebus autem hoc anno gestis Anastasius Bibliothecarius ista habet: Facta contentio- ne, hoc construxerunt partes, vt ambo Rauennam pergerent ad iudicium Regis Theodori- ci. Qui dum ambo introissent Rauennam, hoc iudicium æquitatis inuenerunt: Vt qui pri- mò ordinatus fuisset, vel vbi pars maxima cognosceret, ipse sederet in sede Apostolica: quod tandem æquitas in Symmacho inuenit & cognitio veritatis, & factus est Præsul Sym- machus.] hæc ipse. Vides, lector, quòd necessitas impulit altercantes, vt ad sedandum repen- tinum ingruens malum, quo vniuersa Vrbs sanguine scedabatur, subire iudicium Regis Ariani sponte delegerint: haud enim instans vrgensque ciuile bellum patiebatur, vt con- gregandi, more maiorum, Concilij tempus expectaretur. Id quidem (vt dictum est) suauis, E impulsitque importuna & malè suada necessitas legum nescia: cum tamen ea via repentino compresso tumultu, datus est tandem locus cogendæ Synodi, de qua idem auctor ista mox subdit: Eo tempore Papa Symmachus congregauit Synodum, & constituit Laurentium in Nucerna ciuitate Episcopum intuitu misericordiæ.] In ea quidem Synodo ab omnibus qui interfuerunt Episcopis cognitus & approbatus est Symmachus Romanus Pontifex. Sed de Synodo dicendum anno sequenti, quo celebrata esse cognoscitur.

Turbulentissimus quidem hoc anno fuit status Romanæ Ecclesiæ, cum & clerici inter se mutuo scissi certarent, & Senatores amplissimi ordinis magno periculo totius perdendæ Vrbs inter se inuicem obstinatis animis conflictarent: illud autem nutriebat incendium, quòd res nequaquam eo statu reposita esset, vt palam omnino de alterius legitima electio- ne constaret, quo de alterius intrusione certum quid patensq. affirmari valuerit: adeò vt cu- ius es-

A ius essent potiora iura, videri potuisset aliquàdiu excusabilis ignorantia, atque venialis fue- rit culpa, magis Laurentio studere, quàm Symmacho, vsque ad Synodi decretum, quo cau- sa Symmacho adiudicata fuit. Quis enim in re tanta acquiescere iudicio sæcularis Principis eiusdemque Ariani cogi posse, sibi videri poterat? Postea autem Episcoporum Synodali sen- tentiæ non acquiescisse, graui culpa non caruit. At quid sanctus Gregorius Papa in suis Dialo- gis de Paschasio diacono eximie probitatis viro in inhærente Laurentio, atque sub eiusmodi schismate tempore Symmachi Papæ defuncto narret, audiamus, vbi ait^a:

* Greg. dialog. lib. 4. c. 40. DE PASCHA- SIO DIACO- NO POENITIS PURGATO- RIUM AN- CIPTO.

Cum essem adhuc iuuenulus atque in laico habitu constitutus, narrari à maioribus at- que scientibus audiui, quòd Paschasius huius Apostolicæ sedis diaconus, cuius apud nos re- cussimi & luculenti de sancto Spiritu libri extat, miræ sanctitatis vir fuerit, elemosynarum maximè operibus vacans, cultor pauperum, & contemptor sui. Sed hic in ea contentione; B quæ inardescente zelo Fidelium inter Symmachum atque Laurentium facta est, ad Pontificatus ordinem Laurentium elegit, & omnium post vnanimitate superatus, in sua tamen sententia vsque ad diem sui exitus persistit, illum amando atque præferendo, quem Episco- porum iudicio præesse sibi Ecclesia refutauit.

Hic itaque cum temporibus Symmachi Apostolicæ sedis Præsulis esset defunctus, eius dalmaticam feretro superpositam dæmoniacus tetigit, statimque sanatus est. Post multum verò temporis Germano Capuano Episcopo (cuius superius memoriam feci) medici pro corporis salute dictauerant, vt in Angulani thermis lauari debuisset. Qui ingressus easdem thermas, prædictum Paschasium diaconum stantem & obsequentem in caloribus inuenit. Quo viso vehementer extimuit, & quid illic tantus vir faceret, inquisiuit. Cui ille respon- dit: Pro nulla alia causa in hoc pœnali loco deputatus sum, nisi quia in parte Laurentij con- tra Symmachum senti. Sed quæso te, pro me Dominum deprecare: atque in hoc cognosces quòd exauditus sis, si huc rediens, me non inueneris. Qua de re vir Domini Germanus se in precibus strinxit, & post paucos dies redijt, sed iam dictum Paschasium in loco eodem minimè inuenit. Quia non malitiæ, sed ignorantie errore peccauerat, purgari post mortem à peccato potuit. Quod tamen credendum est, quia ex illa elemosynarum suarum largita- te hoc obtinuit, vt tunc posset promerere veniam, cum iam nihil amplius posset operari.] hæc Gregorius: qui dum ait persistisse in sententia Paschasium vsque ad diem exitus sui, ex- clusiuè intelligendum est: etenim omnium est receptum assensu, non posse in cælum admit- ti, qui in terra se ab Ecclesia separauit. Grauis illa quidem Paschasij culpa fuit, quòd post receptum à sancta Synodo Symmachum in Romanum Pontificem, ei minimè communi- care voluerit; venia tamen factus dignus, cum in exitu ipso facti pœnituit.

QUOMODO PASCHA- SIVS OBTE- NIT VE- NIAM.

D Quod ad res pertinet Orientales: sub anni huius Consulibus meminit Marcellinus in Chronico de Longino Zenonis Imperatoris germano pœnas tandem Dei nutu exolvente omnium turpitudinum, quibus (vt diximus ex Suida) obrutus, sacra profanaque simul scæ- dauerat: Hoc igitur anno (inquit Marcellinus) Longinus Isaurus, cognomento Selinunteus, apud Antiochiæ Isaurie ciuitatem à Prisco Comite captus, Constantinopolim missus est, ca- tenatusque per Agentem circumductus, Anastasio Principi, spectante populo, ingens specta- culum fuit, variisque deinde cruciatibus apud Nicæam Bithyniæ ciuitatem expensus est. Nummis verò, quos Romani Terentianos^b, Græci Folles vocant, Anastasius Princeps suo nomine figuratis, placabilem plebi commutationem distraxit.] hæc Marcellinus. At de Folliibus & Terentianis, seu potius Tertianis nummis nos superius pluribus egimus.

LONGINI MISERAN- DVX EXI- TV.

* Tertianus

E Hoc eodem anno, sexta Indictione currente, innotescit in Palæstina magnus ille Ioannes anachoreta cognomento Silentarius, de quo superius dictum sub S. Saba incognitum vitam exercuisse monasticam: cum verò inuitus cogereetur eiusdè Sabæ patris iussu initiari presby- teratu ab Elia Episcopo Hierosolymitano, ne in sacerdotij iteratione sacrilegium patraretur, se iam Episcopum fuisse ordinatum coactus est eidem propalare: quod cum & S. Saba diui- nitus cognouisset, ipso rogante, seorsum agere & silere permisit: ex quo factum est, vt Silen- tarij fuerit cognomentum adeptus. Agebat autem hoc ipso Domini anno quadringentesi- mo nonagesimo octauo ipse Ioannes suæ ætatis annum quadagesimum quartum. Scripsit verò res ab eo præclare gestas idem qui scriptis profecutus est Acta S. Euthymij Abbatis Cy- rillus, vt ipse testatur, dum tradit se conuenisse ipsum Ioannem, & monasticæ vitæ institu- tum aggressum esse anno ætatis Ioannis (vt ait) nonagesimo, Christi verò quingentesimo quadagesimo quarto: idemque (vt dictum est superius) vitam sancti Sabæ omni fide, dili- gentia, & integritate profecutus est. Has Deus lampades in tanta totius orbis Orientalis

IOANNES SILENTIA- RIVS IN NO- TVIT.

CHRISTI
499.

SYMMACHI PAP.
I.

ANASTASII IMP. 9.
THEODORICI REG. 7.

caligine voluit effulsiſſe; vt peruallum mare omni ex parte procellarum turbinibus agita- A
tum eſſent quæ portum tutum oſtenderent ſuper pharum eleuatæ lucernæ.

IESV CHRISTI SYMMACHI PAP. ANASTAS. IMP. 9.
ANNVS ANNVS THEODORICI REG. 7.
499. I.

Chriſti annus quadringentefimus nonageſimus nonus vno Conſule Ioanne Gibbo no-
tatus ponitur à Marcellino & Caſſiodoro : qui autem addit Aſclepium , vnde acceperit,
non habet quo prober . Antequam autem Conſul Ioannes in Oriente creatus innotef-
ceret Occidentalibus, ſiue alia de cauſa id acciderit, poſt conſulatum Paulini præſens an-
nus reperitur inſcriptus, vt in Romano Concilio hoc anno prima die Martij à Symmacho
Romano Pontifice congregato, non à Theodorico Rege, vt perperam tradidit Theodor- B
us Lector in Collectaneis : ipſa enim Acta Synodi id expreſſe declarant, quæ proximè redi-
dituri ſumus.

Qui igitur potior tempore, æquè iure potior, anno ſuperiori declaratus eſt legitimus Ro-
manus Episcopus Symmachus, mox ad Italiz Episcopos litteras dedit, quibus iudem quam-
primùm ad Synodum conuenire iubebantur . Cuius quidem Synodi conuocandæ illud
Symmachi conſilium fuit, vt decerneretur legitimè creato Pontifici Urbis Episcopatus; in-
ſuper, vt ab eadem canones ſancirentur, quibus retunderetur procacitas ambientium: quod
declarat ipſa Symmachi Papæ Archidiaconi ad Synodum prælocutio, quæ in eiufdem Con-
cilij Actis, hoc præmiſſo titulo, legitur:

Post Conſulatum Paulini V. C. die Kalendarum Martiarum, in baſilica beati Petri Apo-
ſtoli, Synodo præſidente beatiffimo Papa Symmacho : Beatitudo veſtra, directis antehac C
per prouincias auctoritatibus, frequentem Italiz ſacerdotum Synodum conuocauit, quo-
rum præſentia in veſtris videtur oculis conſtituta. Nunc beatitudo veſtra, quæ ad Eccleſiaſti-
cas indemnitates, vel ad pacem totius Eccleſiæ pertinent, ſeu concordiam, dignetur tra-
ctabiliter ordinare.] hæc præfatio Fulgentio Archidiacono, ſecutæ ſunt Synodi fauſtæ ac-
clamationes Symmacho Papæ : quibus ſæpius repetitis, idem Pontifex hæc ad eos : Con-
cilium dilectionis veſtræ, neglecta hiemis aſperitate, ſolicitudo noſtra pro Eccleſiaſtica in-
demnitate ſpecialiter congregauit, vt Episcopalem ambitum, & conſuſionem incertum, vel
popularem tumultum, quem per ſubreptionem diaboli uſurpatione aliquorum tempore
creationis meæ conſtat exortum; communicato pariter tractatu, in futurum poſſimus ro-
buſtè ac viuaciter * amputare.

Atque ideo caueamus in poſterum, ne ſubuerſio diſciplinæ, aut audacia præſumentium D
geſtiant tentare ſimilia: & pari adunatione tractemus, expreſſis ſententiis ſancientes, quid cir-
ca Romani Episcopi ordinationem debeat cuſtodiri. Vniuerſi Episcopi vel præſbyteri dixe-
runt: Vt fiat, rogamus: dictum eſt decies. Vt ſcandala amputentur, rogamus: dictum eſt no-
uies. Vt ambitus extingatur, rogamus: dictum duodecies*. Exaudi Chriſte: Symmacho vi-
ta: dictum eſt ſexies. Cuius ſedem & annos Deus conſeruet & augeat : dictum eſt quinquies.
Vt de præſenti fiat: dictum eſt decies. Symmachus Episcopus dixit:

Quoniam fraternitas veſtra curam prouiſionis noſtræ ſuis exhortationibus incitauit, &
parilem circa Eccleſiæ tranquillitatem Dei noſtri contemplatione animum præſtat (ſicut
præfati ſumus) deliberatione in præſenti habita quid placeat ex omnibus, veſtris informate
ſententiis, quæ in hoc venerabili Concilio per Eccleſiaſtica recitentur officia. Cumque ſur-
rexiffent, & paulo poſt iterum conſediſſent, Æmilianus Notarius Synodi decreta vulgauit.] E
quæ ſunt huiufmodi :

Propter frequentes ambitus quorundam, & Eccleſiæ nuditatem, vel populi collisionem
(quæ moleſta & iniqua incompetentem Episcopatum deſiderantium generauit auuiditas) vt
extinguatur futuris præſumptio tam pernicioſa temporibus : conſtituit ſancta Synodus, Vt
ſi quis præſbyter, aut diaconus, aut clericus, Papa incolumi, & eo inconſulto, aut ſubſcri-
ptionem pro Romano Pontificatu commodare, aut pitacia promittere, aut ſacramentum
præbere tentauerit, aut aliquod certè ſuffragium polliceri, vel hac de cauſa priuatis conuen-
tulis factis, deliberare atque decernere : loci ſui dignitate atque communionem priuetur.
Vniuerſa Synodus ſurgens exclamauit: Exaudi Chriſte: Symmacho vita: dictum eſt decies.
Hic pax cum Symmacho: dictum eſt quindecies. Cuius ſedem & annos: dictum eſt octies.]
Hiſque abſolutis acclamationibus, hæc ſancta Synodus ſubiecit:

Pari

CONCILIUM
ROMANVM
PRIMUM
SVB SYM-
MACHO.

* veteriter
DE ORDINE
NATIONE
ROM. PONT.

* quindecies

ADVERSUS
AMBIEN-
TES PONTI-
FICATVM.

CHRISTI
499.

SYMMACHI PAP.
I.

ANASTAS. IMP. 9.
THEODORICI REG. 7.

A Pari ſeueritate feriendo cum, qui hoc; viuo (ſicut dictum eſt) Pontifice, quolibet modo
fuerit amiſſe conuiſtus, aut certè tentaffe : omnibus pariter huius culpæ reis anathematis
pœna plectendis. Symmachus Episcopus dixit : Ergo vniuerſitati placet quòd ab omnibus
recoſcitur vel probatur iſta ſententia : Vniuerſa Synodus dixit : Placet : & quod omni-
bus placet, fiat.] Peractis hiſ, aliam in hæc verba ſubiecit Symmachus rogationem :

Si (quod abſit) tranſitus Papæ inopinatus euenerit, vt de ſui electione ſucceſſoris (vt ſuprà
placuit) non poſſit antè decernere: ſi quidem in vnum totius inclinauerit Eccleſiaſtici ordi-
nis electio, conſecretur electus Episcopus. Si autem (vt fieri ſolet) ſtudia cœperint eſſe diuer-
ſa eorum de quibus certamen emerſerit, vincat ſententia plurimorum: ſic tamen; vt ſacerdo-
tio careat, qui captus promiſſione, non recto iudicio de religione decreuerit. Synodus dixit:
Placet. Dictum eſt decies.] Quod audis, lector, prædeceſſorem de ſui ſucceſſoris electione
decernere, non ſic accipias, vt Romani Pontifices ſibi ipſis ſubrogarent ſucceſſores : num-
quam enim poſt Petrum id ab aliquo reperitur fuiſſe tentatum : ſed quòd modeſtiæ cauſa
dignum putarent ſede Petri, vt decedentis Pontificis de ſucceſſore ſententia rogaretur : quæ
tamen ipſius Romanæ Eccleſiæ cleri conſilio, num rata eſſet habenda, omnium rogata ſen-
tentia, collatis ſuffragiis, ſcrutaretur. Adiecit porro hæc Symmachus:

B Propter occultas autem fraudes & coniuurationum ſecretas inſidias, quas huius ſententia
diſtinctionis conſequitur : Si quis ad Eccleſiaſticam pertulerit notitiam conſilia eorum qui
contra hanc Synodum de Pontificali egerint ambitu, & rationali probatione conuicent;
particeps actionis huiufmodi non ſolum purgatus ab omni culpa ſit, ſed etiam remunera-
tione, quæ non indigna ſit, ſubleuetur.] Secutæ ſunt hæc conſuetæ acclamationes : confir-
matioque decretis, adiecta eſt ſubſcriptio ſeptuaginta duorum Episcoporum, quæ ſingulo-
rum expreſſa nominibus iſdem ſubiicitur Actis: appoſitum item chirographum Romano-
rum præſbyterorum numero ſexaginta ſeptem, & diaconorum quinque.

C Qui autem præſbyterorum primo loco ſubſcripſit, fuit Cælius Laurentius Archipreſby-
ter tituli S. Prædixis : ille ipſe, quem diximus creatum anno ſuperiori in ſchiſmate contra
Symmachum. Porro in hoc ipſo Concilio eundem ordinatum Episcopum Nucerinum;
habet Anaſtaſius Bibliothecarius, intuitu (vt ait) miſericordiæ. Cum verò hæc omnia Theo-
dorico Ariano Regi Theodorus adſcribat, procul à veritatis ſcopo aberrare, ipſa Acta decla-
rant. Sed & decipitur, dum etiam Pontificatum Symmacho ab eodem confirmatum eſſe
uſitatis verbis iſtis: Theodoricus Aſer (ita pro Gotho) Romæ tunc temporis potens, licet Arianus
eſſet, collecta Episcoporum Synodo, Symmacho Romanum Episcopatum cõfirmauit, Lau-
rentium verò vnius ciuitatis nomine Nuceriæ Episcopum conſtituit.] hæc ipſe, quæ cuncta

D ex certis germaniſque eiufdem Synodi Actis corrigenda ſunt: Non ante autem ſequentem
annum Romam veniſſe Theodoricum, ex Caſſiodoro ſuo loco dicitur.

Hiſ igitur de creatione Romani Pontificis à Symmacho ac vniuerſo Concilio ſtabilitis, ad
Orientalis Eccleſiæ turbines idem Symmachus Papa conuertit obtutum: & cum aliquandiu
expeſtaſſet ab Anaſtaſio Imperatore accipere litteras, quas conſueuerunt omnes Chriſtiani
Imperatores ad recens creatum Romanæ Eccleſiæ Præſulem more maiorum dare, nec
quicquam ab eo litterarum accepiſſet: ipſe Symmachus ad eum ſcripſit, admonēs vt à com-
municatione & patrociniis hæreticorum deſiſteret. Sed tantum abeſt vt Anaſtaſius litteris
Symmachi obtemperarit, hæreticoſque à ſe dimouerit, vt etiam qui erant in Oriente Catho-
lica communionis Antiftites & hiſ ſubditi Orthodoxi, eoſdem, immiſſis in eos militi-
bus, cogeret cum hæreticis communicare. Quid verò demum hiſ permotus idem Symma-
chus Papa fecerit, inferius ſuo loco dicemus. Ita quidem in deploratiſſimo ſtatu collocatis
rebus Orientalis Eccleſiæ, in dies magis magisque collabentibus, nulla ſpes erat, vt more ſo-
lito ſubleuandæ eſſent ope Romani Pontificis, à cuius ſe communionem præcederant ob Aca-
cium illi ipſi qui ibi videbantur eſſe Fideles & defenſores Concilij Chalcedonenſis.

Ita autem cum populo ſimul & Principe delinquente, Deus barbaros in eum mouet.
Hoc enim anno gens ignota nomine, ex intimis Borealibus ſinibus palabunda progrefſa,
timenda cunctis, violento agmine ſeſe inſudit in Thracias : Fuerunt hi barbari, Bulgari no-
minati, de quibus Romanos ſuperantibus ita ſub huius anni Conſulatu Marcellinus
in Chronico : Ariſtus Illyricianæ ductor militiæ cum quindecim millibus armatorum,
& cum quingentis viginti pluſtris armis ad præliandum neceſſariis oneratis, contra
Bulgaros Thraciam deuaſtantes progrefſus eſt. Bellum iuxta flumini Zurtam conſeruum,
vbi plus quam quatuor millia noſtrorum aut in fuga, aut in præcipitio ripæ ſiccæ & ſine
flumine

DE ELIGEN-
DO ROMA-
NO PONTI-
FICE.

PRÆMIA
DE LATO-
RIBVS.

SYMMACHVS
PAP. ADMONET
ANASTASII
IMP.

BVLGARII
INVADVNT
THRACIAS.

flumine interempta sunt. Ibiq̄ue Illyriciana virtus militum perit, Nicostrato, Innocentio, A Tanco, & Aquilino Comitibus interfectis.] hæc Marcellinus: sed qui ab eis victus est ferro Anastasius Imperator, auro hostem superare contendit, dum ingenti vi auri persoluta, ad tempus grassationem illam à Bulgaris redemit.

TERRAE-
MOTVS IN
PONTO.
Theod. Col-
lectan. lib. 2.
prepe fin.

Additum est ad vindictam, vt (quod Marcellinus testatur) magno terræmotu Pontica regio concuteretur. Quid autem mirandum tunc acciderit Neocæsareæ in Ponto ciuitatis, Theodorus Lector in Collectaneis hoc dignum memoria affert: Cum Neocæsareæ terræmotus aliquando futurus esset, miles quidam ciuitatem ingressus, duos milites in illam abeuntes, & alium quemdam post tergum istorum clamantem vidit, ac dicentem: Seruate domum in qua theca est Gregorij. Et terræmotus factus est, ac maxima ciuitatis portio prolapsa, domus verò Gregorij mirabilium patris seruata.] hæc Theodorus: quibus vides esse Deo curæ reliquias ac monumenta sanctorum virorum. Sic igitur frequentibus diuersisque cladibus affligitur Oriens, quamdiu perfidia illic hæretica viguit.

DI MITRA
PROVIDEN-
TIA IN MO-
DERANDA
ECCLESIA
CATHOLICA.

Sed antequam vterius te mærentem tristi narratione perducam, hic, lector, paululum consistens, contemplant, rogo, præsentis temporis Ecclesiæ Catholice statum, quo (mirum dictu) nullus esset reperiri in toto terrarum orbe penitus Princeps Christianus Catholicus: nam & qui velamēto fidei Orthodoxæ diu latuit Anastasius Imperator, iam apertissime cognitus hæreticus, Catholice fidei oppugnator, iuste meruit tandem à Romano Pontifice excommunicatione percelli, cum ipse acerbius tanto accepto vulnere fruiuit. Quis ista considerans, animum non desponderet, atque putaret scintillam fidei Orthodoxæ tot vndique è portis inferi sæua rabie erumpentibus ventis agitatam extingui?

Prou. 8.

At nequicquam timeas, sed potius velim exultes ad istiusmodi serium diuinæ sapientiæ ludum: Ludit quidem ipsa (vt Sapiens ait^b) coram eo omni tempore, ludit in orbe terrarum.] quo sic doceat mortales, non hominum arbitrio & humanæ potentie inniti, sed diuinæ prouidentia Ecclesiæ regi, erigique demersam, secundum illud propheticum de Domino dictum: In manibus abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus adueniat.] ita namque veluti ludo quodam tenebras absconsione lucis inducit: statimque adaperies manum, eandem reddita luce fugat. Etenim hoc ipso anno (quis credat?) quo tam densæ tenebræ operiunt vbi que terram & caligo populos, in Galliis planè diuinitus nouæ lucis fulgidum sidus apparuit, cum videlicet Clodoueus ille magnus Franchorum Rex, de cuius regni exordio plura superius dicta sunt, illustratione sacri baptismatis filius lucis efficitur: Hoc ipso (inquam) anno, qui eius regni numeratur decimus quintus^d, à S. Remigio Rhemensi Episcopo ipsum esse baptizatum, qui res ab eo gestas sunt profecuti, testantur. Quomodo autem Deus, qui de tenebris fecit splendescere lumen suum, ipse illuxit in corde Franchorum Regis ad illustrationem Catholice fidei, antiquior ceteris historicis Gregorius Turonensis ita narrat^e:

Iob 36.

DE CLODO-
VEI CON-
VERSIONE.

Hinemar in
Vita S. Remi-
gij apud Sur-
tom. 3.

1. Cor. 4.
Greg. Tu-
ron. de Gestis
Franc. lib. 2.
c. 30.

CLODOVEVS
OPE CHRIS-
TI SVPE-
RAT ALA-
MANNOS.

Regina verò (Clotildis videlicet femina Christiana, Clodouei coniux, de qua plura superius) non cessabat prædicare, vt Deum verum cognosceret, & idola negligeret: sed nullo modo ad hæc credenda poterat commoueri; donec tandem aliquando bellum contra Alamannos commoueretur, in quo compulsus est ex necessitate, quod prius voluntate negauerat. Factum est autem, vt confligente vtroque exercitu, vehementer caderentur, atque exercitus Clodouei valde ad internecionem ruere cœpit. Quod ille videns, eleuatis in cælum oculis, compunctus corde, commotus in lacrymis ait: IESU CHRISTE, quem Clotildis prædicat Filium Dei viui, qui dare auxilium laborantibus, victoriamque in te sperantibus tribuere diceris, tuæ opis gloriam deuotus efflagito: vt si mihi victoriam super hos hostes induleris, & expertus fuero illam virtutem, quam de te populus tuo nomini dicatus probasse se prædicat: credam tibi, & in nomine tuo baptizer. Inuocaui enim deos meos, sed (vt experior) elongati sunt ab auxilio meo. vnde credo illos nullius potestatis esse præditos, qui sibi obedientibus non succurrunt. Te nunc inuoco, & tibi credere desidero, tantum vt eruar ab aduersariis meis.

Apud Cas-
siod. Variar.
lib. 2. epi. 42.

Cum autem hæc diceret, Alamanni terga vertentes, in fugam labi cœperunt. Cumque Regē suum cerneret interemptum, Clodouei se ditionibus subdunt, dicentes: Ne amplius, quæsumus, pereat populus: iam tui sumus. At ille prohibito bello, contractoque populo, cum pace regressus, narrauit Reginæ, qualiter per inuocationem nominis Christi victoriā meruit obtinere.] Insignis planè nobilisque ista de subactis Alamannis victoria fuit, vt ex Theodorici Italiæ Regis litteris intelligi potest, quas legatis dedit missis statim in Gallias ad Clodoueam, vt per eos eidem de victoria accepta gratularetur: ipsæ autem litteræ sic se habent:

Luduin

A Luduin^a Regi Franchorum Theodorici Rex.] sic namque pro diuersitate nationum diu rso modo Clodouicum (vt diximus) inuenies appellatum.

Gloriosa quidem vestræ virtutis affinitate gratulamur, quod gentem Franchorum prisca ætate residem feliciter in noua prælia concitastis, & Alamannicos populos cauis fortioribus inclinatos victrici dextera subdidistis. Sed quoniam semper in auctoribus perfidie rescabili videtur excessus (quia ex primariorum plectibilis culpa omnium debet esse vindicta) motus vestros in fessas reliquias temperate: quia iure gratiæ merentur euadere, quos ad parentum vestrorum defensionem respicitis confugisse. Estote illis remissi, qui nostris finibus celantur exterriti. Memorabilis triumphus est, Alamannum acerrimum sic expauisse, vt tibi eum cogas de vitæ munere supplicare. Sufficiat illum Regem cum gentis suæ superbia cecidisse: Sufficiat innumerabilem nationem partim ferro, partim seruitio subiugatam: nam si cum reliquis confligis, adhuc cunctos superasse non crederis. In talibus causis accipe frequenter expertum: Illa mihi feliciter bella prouenerunt, quæ moderato sine peracta sunt. Is enim vincit assidue, qui nouit omnia temperare: dum iucunda prosperitas illis potius blanditur, qui austeritate nimia non rigescunt. Cede itaque suauiter genio nostro, quod sibi gentilitas communi remittere consuevit exemplo. Sic enim fit, vt & meis petitionibus satisfecisse videamini, nec sitis solliciti ex illa parte, quam ad nos cognoscitis pertinere.

B Quocirca salutantes gratia, honore, & affectione, quia dignum est, illum & illum legatos nostros ad excellentiam vestram consueta charitate direximus, per quos & sospitatis vestræ iudicium & speratæ petitionis consequamur effectum. Quædam verò, quæ ad nos pro vestris utilitatibus peruenerunt, per harum portitores verbo vobis insinuanda commissimus: vt cautiore effecti, optata possitis victoria constanter expleri. Vestra siquidem salus, nostra gloria est; & toties regnum Italiæ proficere iudicamus, quoties de vobis læta cognoscimus. Citharæcedum etiam arte sua doctum pariter destinauimus expertum; qui ore, manibusque consona voce cantando, gloriam vestræ potestatis oblectet. Quem ideo fore credimus gratum, quia ad vos cum iudicatis magno opere dirigendum.] hæc Theodorici ad Clodoueam Regem, qui datis antè ad eum litteris, citharæcedum ad se mitti rogauerat, quem ipse Theodorici à Boëtio Patricio viro cum aliis facultatibus tum musica scientia disertissimo deligendum, scripta ad eum epistola^a, in mandatis dederat. Qui autem à tanta clade superfuerunt Alamanni, haud in Germaniam reuersi sunt, sed à Theodorico Rege in Italiam vocati; vt patet ex Ennodio, qui hæc habet in Panegyrico: Quid, quod à re Alamanniæ generalitas intra Italiæ terminos sine detrimento Romanæ possessionis inclusa est: cui euenit habere Regem, postquam meruit perdidisse. Facta est Latialis custos Imperij semper nostrorum populatione grassata, cui feliciter cessit fugisse patriam suam, &c.]

C Sed ad Clodoueam reuocetur oratio.

His itaque de Alamannico bello feliciter confecto narratis, iam quæ sunt reliqua de eiusdem Clodouei Christianitate dicamus. Subdit autem ista Gregorius^b: Tunc Regina accersiri clam sanctum Remigium Rheimensis vrbs Episcopum iubet, deprecans, vt Regi verbum salutis insinuaret. Quem sacerdos accersitum secretiùs cœpit infligare, vt Deum verum factorem cæli & terræ crederet, idola negligeret, quæ neque sibi neque aliis prodesse possunt. At ille ait: Libenter te, sanctissime Pater, audiam: sed restat vnum, quod populus, qui me sequitur, non patitur relinquere deos suos. Sed vado & loquor eis iuxta verbum tuum. Conueniens autem cum suis, priusquam ille loqueretur, præcurrente potentia Dei, omnis populus pariter acclamauit: Mortales deos abiicimus, pie Rex: & Deum quem Remigius prædicat immortalem, sequi parati sumus. Nunciantur hæc Antistiti: qui gaudio magno repletus iussit lauacrum præparari. Velis depictis adumbrantur plateæ ecclesiæ, cortinis albenibus adornantur, baptisterium componitur, balsama diffunduntur; micant fragrantibus odore cerei, totumque templum baptisterij diuino respergitur ab odore: talemque ibi gratiam astantibus Deus tribuit, vt æstimarent se paradisi odoribus collocari.

Rex ergo prior poposcit se à Pontifice baptizari. Procedit nouus Constantinus ad lauacrum, delecturus lepræ veteris morbum, sordentesque maculas gestorum antiquorum recenti latice deleturus. Cui ingresso ad baptismum, Sanctus Dei sic in fit ore fecundus: Mitis deponere colla Sicamber: Adora quod incendisti: incende quod adorasti. Erat enim sanctus Remigius Episcopus egregiæ scientiæ, & rhetoricis apprime imbutus studiis, sed & sanctitate ita præclarus, vt Siluestri virtutibus æquaretur. Est enim nunc liber Vitæ eius,

Apud Cas-
siod. lib. 2.
epist. 40.

Greg. Tu-
ron. de Gestis
Franc. lib. 2.
c. 31.
CLODOVEVS
ET FRAN-
CHICON-
VERSUS AD
VIDEM.

CLODOVEVS
BAPTIZA-
TVR.

eius, qui eum narrat mortuum suscitasse. Igitur Rex omnipotentem Deum in Trinitate A confessus, baptizatus est in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, delibutusque sacro chrismate cum signaculo Crucis Christi. De exercitu vero eius baptizati sunt amplius quam tria millia. Baptizata est & soror eius Albofledis; quæ non post multum tempus migravit ad Dominum: pro qua cum Rex contristaretur, S. Remigius consolatoriam misit epistolam, quæ hoc modo sumpsit exordium: Angit me & satis angit vestræ causæ tristitiæ, quod bonæ memoriæ germana vestra transit Albofledis: sed de hac re consolari possumus, quia talis de hoc mundo migravit, ut suscipi magis debeat, quam lugeri. Conuersa est enim & alia soror eius Lanthildis nomine, quæ in hæresim Arianorum dilapsa fuerat: quæ confessa æqualem Filium Patri & Spiritum sanctum, chrisimata est.] hæcenus ipse de conuersione Franchorum.

His igitur à Gregorio de Clodouci & Franchorum baptismo narratis, iungenda sunt quæ de sancto Vedasto Episcopo Atrëbatensi Albinus Flaccus sanctissimi viri res gestas profecutus recenset his verbis post relatam victoriam de Alamannis feliciter consecutam: Hæc (inquit) accepta victoria, de qua antè diximus, Regi, populoque suo causa fuit salutis æternæ, & ne lucerna (sanctus Vedastus videlicet) sub modio lateret absconditus, sed supra candelabrum positus, exemplis vel prædicationibus in domo Dei lucens, ab errore idololatriæ & caligine ignorantie in viam plurimos educeret veritatis. Igitur superatis hostibus, & rebus in pace compositis, & Alamannis suæ subiectis dirioni, Rex ouans cum laude triumphi ad patriam rediit. Et ut fidelis tantæ sibi gloriæ largitori sponsor appareret, festinauit feruorum Christi sacra imbui prædicatione, & sancti baptismi ablui sacramentis. Venit autem ad Tullum oppidum, vbi sanctum agnouit Vedastum laudabili religione soli Deo seruire, & dulcissimos contemplatiuæ vitæ carpere fructus. Hunc verò ad sanctum Remigium Christi carissimum sacerdotem ad Rhemorum properans ciuitatem sibi socium assumpsit, quatenus per singulos itineris sui gressus saluberrimis ab eo imbueretur doctrinis, & Catholicæ fidei firmis initiaretur fundamentis: ut paratus fide & virtutum scientia, à tanto Pontifice (Remigio scilicet) spirituali ablucetur lauacro, & ab illo donis cælestibus confirmaretur, quod ab isto diuina prius proueniens gratia, Euangelicis ceceptum fuerat prædicationibus.

Hic ad fontem vitæ festinantem deducebat Regem: ille in fonte salutis æternæ venientem abluebat: ambo propemodum pari pietate pares, hic doctrina fidei, ille baptismatis vnda. Vtrique æterno Regi Regem temporalem munus obtulerunt acceptabile. Hi sunt duo oliuæ, & duo candelabra lucentia; à quibus Rex præfatus in via Dei eruditus, miserate Deo, portam æternæ lucis ingressus cum fortissima gente Franchorum credidit Christo, & facta est gens sancta, populus acquisitionis, ut annuncientur in eo virtutes illius, qui eos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum. Sacra igitur Euangelicæ auctoritatis narrat historia, Dominum Iesum Iericho pergentem, ad confirmanda fide suæ maiestatis corda populi præsentis, cuidam cæco ad se clamanti lumen reddidisse oculorum, ut per corporale vnius cæci lumen spiritualiter multorum illuminarentur pectora. Ita & sanctus Vedastus, Deo Christo donante, per cuiusdam illuminationem cæci, fidem quam verbo prædicauit, in corde Regis miraculo confirmauit: ut Rex ipse intelligeret, tam sibi esse necessarium cordis lumen, quam cæco oculorum illustrationem: & quod diuina operata est gratia per preces famuli sui in oculis cæca nocte castigatis, hoc per sermones eiusdem famuli, eadem operante potentia, per spiritualis intelligentiam lucis in suo pectore perficeretur.

Nam regia excellentia condigno comitatu cum multitudine maxima populi, iter agentibus illis, venerunt in quemdam pagum, qui incolarum terræ illius consuetudine Vngise pagus dicitur, prope Regulicam villam, quæ sita est super florigeras Axonæ fluminis ripas: Et ecce eiusdem fluminis fontem Rege transeunte cum multitudine populi, obuiauit illi cæcus quidam, huius diutissime solaris expers luminis, fortè nec sua cæcatus culpa, sed ut manifestarentur opera Dei in illo, & per illius illuminationem præsentem plurimorum illuminarentur corda spiritualiter. Qui cum intellexisset à prætereuntibus, sanctum Vedastum Christi seruum in eodem iter agere comitatu, clamauit: Sancte & electe Deo Vedaste, miserere mei, & supernam pio pectore diligentius depose potentiam, ut meæ subueniat miseræ. Non aurum posco, nec argentum, sed ut mihi lumen per sanctitatis tuæ preces restituat oculorum. Sensit itaque vir Dei virtutem sibi adesse supernam: non ob illius cæci tantummodo curationem, sed plus propter præsentis populi salutem totum se in sacras effudit preces, in diuina fidens pietate: & dexteram eum signo Crucis posuit super oculos cæci, dicens: Domine Iesu, qui es lumē verum, qui aperuisti oculos cæci ad te clamantis,

Apud Sur.
1001. I. die 6.
Febr.
S. VEDASTVS
PRIMVS
CLODOVEI
CATSCHI
STA.

Zach. 4.

1. Pet. 2.
Luc. 18.

CÆCVS
ELEVMINA-
TVR CO-
RAM CLO-
DOVEO.

A mantis, aperi oculos istius: ut intelligat populus iste præfens, quia tu es Deus solus faciens mirabilia in celo & in terra. Mox ille cæcus, lumine recepto, gaudens perrexit viam suam. In quo loco, tempore sequenti, à religiosis viris ædificata est ecclesia in testimonium miraculi istius; in qua orantibus & credentibus vsque hodie beneficia præstantur diuina.

Igitur Rex à viro Dei Euangelicis apprime imbutus disciplinis, & hoc præfenti miraculo in fide firmiter confortatus, nihil moratus in via, nihil dubitans in fide, sed magna alacritate animi, magna festinatione mentis sanctissimum Pontificem Remigium videro operatur; ut illius sacratissimo ministerio, Spiritu sancto operante, in remissionē peccatorum & spem vitæ æternæ Catholici baptismatis viuio ablueretur fonte. Cum quo aliquantis moratus est diebus, ut Ecclesiasticis satisfaceret sanctionibus, & pœnitentiæ (secundum Apostolicum præceptum) prius ablueretur lacrymis, dicente beato Petro ⁴ principe Apostolorum: Pœnitentiam agite, & baptizetur vtriusque vestrum in nomine Iesu Christi: & in nomine sanctæ Trinitatis cælestis mysterij baptismum susciperet. Sciens verò beatus Pontifex, Apostolum dicere Paulum: Omnia vestra honesto cum ordine fiant: statuit diem quo Rex intraret ad suscipienda diuinæ pietatis sacramenta. Quale fuit tunc sanctis Dei gaudium, qualis in Ecclesia Christi lætitia, cum viderent Regem Niniue ad prædicationem Ionæ de folio maiestatis suæ descendisse, & in cinere sedisse pœnitentiæ, & sub pia Dei sacerdotis dextera suæ excellentiæ caput humiliare: hæcenus de his quæ sacrum præcessere baptismum Albinus. Laborasse etiam & quidem impigre sanctum Solemnem Episcopum Carnutensem in conuersione Franchorum, auctor est Sigebertus.

Verum præ ceteris S. Remigio conuersionis eius populi atque Regis esse gloria tributa videtur, ipseque Franchorum appellatus est Apostolus. Nam & Hormisda Romanus Antistes in litteris postea ad eundem sanctum Remigium, cum eidem credidit vices suas, datis; quæ hæcenus extant, hæc habet: Vices nostras per omne regnum dilecti & spiritualis filij nostri Ludouici, quem nuper, adminiculante superna gratia, plurimis & Apostolorum temporibus æquiparandis signorum miraculis prædicationem salutiferam comitantibus, cum gente integra conuertisti, & sacri dono baptismatis consecrasti, &c.] hæc Romanus Pontifex. Sed & ipse sanctus Remigius in testamento suo, (ut dicitur) affirmat, diuino munere factum, ut ad conuersionem Franchorum plura signa faceret.

Quod verò de miraculis plurimis Apostolicis temporibus æquiparandis tradit Hormisda editis ab eodem sancto Remigio, quibus Clodoueus & vniuersa gens Franchorum Christianam fidem fuerint amplexati, hæc summam in rebus gestis sancti Remigij scripta leguntur: Videntes, Francki scilicet idololatriæ, miracula quæ fiebant per beatum Remigium, reuerbantur eum, & licet Pagani, diligebant eum, in quo lux cælestis gratiæ omnibus resplendebat: & Rex illorum liberent illum audiebat, & audito eo multa faciebat, & à multis nequitiis se cohibebat. Erat enim sanctus Remigius vir sapiens atque sanctissimus, egregius rhetoricus, præclarus in virtutibus, cæcis visum restituens, mortuis vitam reparans, demonia eiciens, omniumque infirmitatum languoribus medelam præbens. & inferius de miraculo, quod diuinitus editum est ante baptismum, hæc habet auctor Hincmarus.

Cum illi tres, Pontifex scilicet, & Rex atque Regina, dispositis sedibus consedisent, circumstantibus quibusdam clericis qui cū Pontifice venerant, & familiaribus Regis atque Regine, & sanctus Pontifex Regē monitis instrueret salutaribus, ac Euangelicis disciplinis imbueret: ad confirmandam veræ fidei prædicationē per sanctum depromptam Pontificem, etiam visibiliter ostendere Dominus voluit, quod cunctis Fidelibus promissum: Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Repente namque lux copiosa totā repleuit ecclesiam, ut claritatem Solis euinceret; & cum luce vox pariter audita: Pax vobis: ego sum: nolite timere: manete in dilectione mea. Et post hæc verba lux quæ aduenerat recessit, & incredibilis suauitatis odor in eadem domo remansit: ut patenter ostēderetur, illuc auctorem lucis & pacis atque suauitatis venisse, quem nemo eorum qui aderant, præter Episcopum, propter fulgorem luminis fulgore percussu intueri valuerunt: tantaque claritatis gloria Pontificem sanctum perfudit, ut splendor ex eo procedens, plus conspicuam domum in qua sedebant reddiderit, quàm lucernarum lumina ibidem lucentia. Rex autem & Regina pedibus sancti se prosternunt sacerdotis, & cum magno pauore & gemitu consolationem eius requirunt, & quid sibi ad vtilitatem atque salutem pertinens esset agendum, cum magna expectant deuotione, parati audire & opere complere quæ à sancto Pontifice dicerent.] hæc secuta sunt sancti Remigij exhortatio & alia quæ baptismum præcedere solent.

CLODOVEVS
PERVENIT
AD S. RE-
MIGIVM.

Act. 2.

1. Cor. 14.

Sigebert. in
Chron. an.
490.

In Vita S. Re-
migij apud
Sur. die 13.
Ianuar.

DE MIRAC-
CVLIS S. RE-
MIGII.

Hincmar. in
Vita S. Remi-
gij apud Sur.
die 13. Ianu.

Math. 18.
LVX CAELI-
TVS CIR-
CVM EVANGELI-
ZOS.

Quid

DE AMPUL-
LA CHRIS-
MATIS CAE-
LITVS MIS-
SA.

Quid rursus factum sit, Apostolorum temporibus (vt verbis vtar Hormisdæ) dignum A
miraculum, illud planè ingens recolitur tum ab Amonio, tum etiam ab Hincmaro eiusdem
Rhemenfis ciuitatis Episcopo, nempe ampullam chrisimatis columbæ ore cælitus adue-
nientis allatam esse, qua tum fons ipse more solito, tum etiam Rex Clodoueus sacratus
est, cuius exemplo & reliqui omnes successores Franchorum Reges consueuerunt inungi.
His tam ingentibus signis planè innotescere fecit Deus, quantæ molis esset, vt reges Fran-
chorum cum populo suo Christianæ religioni adnecterentur.

Baptizatus autem Rex (subdit Hincmarus) cum gente integra plurimas possessiones per
diuersas prouincias sancto Remigio tam ipse quàm Franci potentès dederunt : quas ipse
per diuersas Ecclesias tradidit, nè Franchi eum rerum temporalium cupidum esse, & ob id
ad Christianitatem eos vocasse putarent, & fidem Christi ac sacerdotium vilipenderent.]
hæc ille. Meminit ipse Remigius & de bonis datis ab eo ante baptismum (vt patet ex eius
testamento) atque de alijs postea impertitis. quam obrem iucundius erit hæc haurire ab ipso
fonte : ex quo etiam illud accipitur memoria dignum, nempe ipsum Regem Clodouicum
mox factum Christianum, cuncta quæ fuerant belli tempore Ecclesijs ablata, restitui vo-
luisse, addidisse quæ iisdem alia magni pretij bona. Sed cum primùm mentionem habeat de
bonis donatis Ecclesiæ in gratiam sanctæ Genouefæ sanctissimæ virginis Parisiensis, de qua
plura sunt dicta superius, hæc recensemus, quæ auctor Vitæ eius, qui hoc ipso vixit tempore,
de eodem Clodoueo ecclesiam erigente ait his verbis :

Apud Sur.
die 3. Iunij.

Gloriosæ memoriæ Clodoueus Rex, qui ob eius amorem, in carcerè reclusus sepè veniam
dedit, & ob diuersa crimina animaduersione dignissima capite plectendos, in ipso propè
carnificis ictu, supplicante pro eis Genouefa, absoluerat, basilicam mirabili opere extruen-
dam susceperat sanctæ virginis adhortationibus pernitotus : quæ postea, illo è rebus humanis
excedente, studio illustrissimæ Clotildis Reginae coniugis eius mirifice ædificata & exorna-
ta in sublime creuit fastigium triplici porticu insignita.] Superstes fuit hæc admiranda virgo
diutius, vt pote quam idem auctor propagasse vitam dicat vltra octoginta annos. Sed &
quibus donis, quo sedulo studio, quantaquæ reuerentia & officijs eam frequentauerit Clo-
doueus, præter illa quæ dicta sunt, accipe ab ipso Remigio, cuius hæc ipsa sunt verba in tes-
tamento descripta, quod apud Brissonium quàm fidelissimè editum inuenies :

COLLATA A
CLODOVEO
S. GENOUE-
FÆ.

Brisson. For-
muli. lib. 7.

Crusciniacum verò & Faram, siue villas, quas sanctissima virgo Christi Genouefa à Rege
Christianissimo Ludouico pro compendio itineris sui, cum Rhemensem Ecclesiam sapissi-
mè visitare soleret, adipisci promeruit, alimonij quæ ibidem Deo famulantium deputati-
sicut ab ea ordinatum est, ita confirmo, vt Crusciniacus futuri Episcopi successoris mei ob-
sequijs & sartatectis principalis ecclesiæ deputetur : Faram verò eidem Episcopo & sartis D
tectis ecclesiæ, vbi iacero, perpetualiter seruire iubeo.] Rursus verò Gentilis adhuc idem
Clodoueus complura contulit dona sancto Remigio, quæ ille (vt dictum est) nè offendicu-
lum poneret Euangelio, omnia erogauit in pauperes, ipse continens nihil prorsus ex eis ac-
cipiens. Quanta autem eidem sanctissimo sacerdoti Remigio pro rerum temporalium con-
temptu Deus rependerit, ipsum hæc profitentem, in eodem quæ testamento mox ista sub-
dentem attende, quæ & superius memorauimus :

REMIIGIUS
CYRABISTI-
NVS A DO-
NIS CLODO-
VEI.

CLODOVEVS
ABLATA EC-
CLIAS RE-
STITVIT VO-
LVIT.

Et quia ex omnibus Episcopis Galliarum pro fide & conuocatione Franchorum potissi-
mum me laborare cognouit, dedit mihi Deus tantam gratiam in conspectu eius, virtusque
diuina per Spiritum sanctum me peccatorem plurima signa ad salutem præfatæ gentis Fran-
chorum operari fecit : vt non solum ablata omnibus Ecclesijs regni Franchorum restitueret,
sed etiam de propria gratuita bonitate plurimas ditaret Ecclesias. Neque prius de regno E
eius quantum passus est pedis Ecclesiæ Rhemorum iungere volui, donec vt hoc omnibus
Ecclesijs adimpleret, obtinui. Sed neque post eius baptismum, nisi Condiciacum & Iulia-
cum, super quibus idè dictus puer & vnanimis mihi Hlodoualdus & incolæ loci illius mul-
tiplicibus xenijs obnixè deprecantes, quod Regi debebant, Ecclesiæ meæ soluendum, me
petere compulerunt : quod idem piissimus Rex & gratulanter accipiens, promptissima vo-
luntate largitus est.] Addit & de alijs bonis in Aquitania & Septemania positis, ab eo-
dem Rege Rhemenfi Ecclesiæ dono datis, de quibus vase argenteo decem librarum ipsi Remigio
elargito, ex quo thuribulum & imaginatum calicem fieri debere iussit. Sed exigua sunt hæc
respectu eorum quæ alijs totius Galliæ donauit Ecclesijs. At de his hæc tenentur.

His autem de rebus Franchorum gestis hoc anno narratis, tumultus Vrbanus rursus Ro-
mam reuocant orationem. Etenim licet conflatum schisma, per sanctam Synodum hoc an-
no (vt

A no (vt vidimus) Kalendis Martij celebratam, videri potuisset esse sedatum, acerbiori de-
nuo conatu recruduit : non quod amplius de illegitima electione fuerit negotium Symma-
cho ab aduersarijs factum : sed quod calumniosè agentes, in eundem maxima quæque
crimina intulerunt, cum & Theodorici Regis Rauennæ agentis auxilium in eundem Sym-
machum implorarunt. Res autem gesta ab Anastasio Bibliothecario ita narratur : Post
annos verò quatuor aliqui ex clero zelo ducti, & aliqui ex Senatu, maximè Festus & Pro-
binus incriminauerunt Symmachum, & subornarunt falsos testes, quos miserunt Rauennam
ad Regem Theodoricum accusantes beatum Symmachum, & occultè reuocauerunt
Laurentium post libellum Romæ factum, & fecerunt schisma, & diuisus est iterum clerus :
nam alij communicauerunt Symmacho, alij Laurentio. Tunc Festus & Probinus Senato-
res miserunt relationem Regi, & cœperunt agere, vt Visitatorem daret Rex sedi Apostoli-
cæ. Tunc Rex dedit Petrum Altinæ ciuitatis Episcopum, quod canones prohibent.] hæc
B auctor, in eo tantum mendax, dum quarto anno ab electione Symmachi ea facta esse testa-
tur : ad quartum enim annum referenda est Symmachi facta in Synodo plenior purgatio,
de qua suo loco dicturi sumus.

ITERVM RE-
CRVDESCIT
SCHISMA.

Anast. in
Symmach.

in simula-
uerunt

SCHISMA-
TICI VISI-
TATOREM
PETVNT.

Verùm hoc anno ista contigisse, cum adhuc Theodoricus Rauennæ se contineret, quo li-
bellus accusationum ad eundem Regem missus habetur, Cassiodorus certissimam fidem
facit, dum anno sequenti eiusdem Theodorici Regis Romam aduentum recenset. quæ au-
tem hæc secuta sint, dicemus anno sequenti. Porro acerbiorum hunc iterum excitatum
schismaticorum motum fuisse, ea quæ in Palmari Synodo scripta leguntur, fidem faciunt,
nempe spoliatum Symmachum Papam Ecclesiæ bonis. hæc namque in apologetico deplorat
Ennodius verbis istis : Quæ enim iudiciorum forma præcesserat, vt vobis hostiliter disrup-
tis, etiam per suggestionem vestram, sublatis Ecclesiæ opibus, qui diu fuerat cibus esurien-
tium, famis mancipium videretur effectus, dum alimentis distributor egebat, & fieret in do-
minatu seruitus, & in seruitute dominatus] hæc ipse. Sed de his suo loco inferius.

Hoc eodem anno, post Consulatum Paulini videlicet, exhibet nobis codex Arelatenfis
duas Symmachi Papæ epistolas datas mensibus Septembri atque Octobri, ambasque scriptas
ad Eonium Episcopum Arelatensem, siue potius Cæsarium, quarum prior sic se habet :

Dilectissimo fratri Eonio * Symmachus.

* Cæsario

Dilectionis tuæ litteras, mandataque filio nostro Crescentio presbytero in nuncio defe-
rente suscepimus, quibus constat inter Arelatensem & Viennensem Ecclesiam aliquod de
ordinandis Episcopis in vicinis ciuitatibus oriri luctamen : illa re videlicet faciente, quod
decessor noster sanctæ recordationis Anastasius tractans confusionem prouinciæ, aliqua
D contra veterem consuetudinem iusserit obseruari, decessorum suorum videlicet ordinatio-
nem (quod non oportebat) sub qualibet necessitate transgrediens. Nam dum ad Trini-
tatis instar, cuius vna est atque indiuidua potestas, vnum sit per diuersos Antistites sacer-
dotium : quemadmodum priorum statuta à sequentibus conuenit violari ? Huc accedit,
quod hæc sit sententiarum varietas * ad ipsam sacrosanctam Catholicam religionem credi-
mus pertinere : cuius omnis potestas infringitur, nisi vniuersa quæ ad inuicem sacer-
dotibus semel statuuntur, perpetua sint. Quod aliàs contingere poterit, si successor deces-
soris actibus non tribuerit firmitatem, & roborando quæ gesta sunt, faciat rata esse quæ ges-
serit. Quanta enim Vicarijs beatissimi Petri Apostoli iudicabitur esse reuerentia, si quæ in
sacerdotibus præcipiat, eisdem si sit vera conquisitio, effectum non possint impetrata frivo-
le possidere, nec à nobis aliquid noui poterit ordinari, nisi quæ à Patribus prædecessoribus
autem hæc est :

Dilectissimo fratri Eonio * Symmachus.

* Cæsario

* nempe

Mouit equidem nos, quod dilectionis tuæ relatio declarauit : namque * contra regulas Ec-
clesiastici constituti, & aduersum reuerentiam canonum tractatum per subreptionem Vien-
nensis Ecclesiæ Pontificis, sedi Apostolicæ dudum præsidente prædecessore nostro, se incul-
pabiliter aliqua meruisse, cum si sit vera conquisitio, effectum non possint impetrata frivo-
le possidere, nec à nobis aliquid noui poterit ordinari, nisi quæ à Patribus prædecessoribus

CHRISTI 500.

SYMMACHI PAP. 2.

ANASTASII IMP. IO. THEODORICI REG. 8.

que nostris in hac causa statuta claruerint. Tamen ne facile alterius partis absentia prauidi-

IESV CHRISTI SYMMACHI PAP. ANASTAS. IMP. IO. THEODORICI REG. 8. ANNVS 500. ANNVS 2.

ADVENTVS THEODORICI REGIS IN VRBEM.

Quingentesimus voluitur Christi Redemptoris annus, Patrio & Hippatio notatus Consulibus. Sub quibus (inquit Cassiodorus) Rex Theodoricus Romam cunctorum voto expetitus aduenit, & Senatam suam mira affabilitate tractans, Romanæ plebi donauit annonas;

SYNODVS ROM. SECUNDA SVB SYMMACHO PAPA.

Anastaf. in Symmacho.

Meminisse debemus, anno superiori, cum adhuc Theodoricus Rauennæ esset, schismaticis rursus aduersus Symmachum insurgentibus, petentibusque Visitatorem in Urbem mitti, qui accusationes in Symmachum allatas cognosceret, missum illuc ab eodem Rege fuisse Petrum Episcopum Altinensem: quem tantum abfuit ut Ecclesia Romana suscipere, ut Regem in eundem interpellaret, & postea congregato centum & quindecim Episcoporum Concilio, idem Petrus, qui iudicium sibi Romani Pontificis arrogasset, fuerit condemnatus, simulque Laurentius, qui iterum à schismaticis fuerat reuocatus, eandem sententiam damnationis exceperit.

DE VISITATORE THEODORICI MISSO.

Exo. 3. libel. pro Symmacho tom. 1. Conc.

At nobis singula ordine temporis, quo gesta sunt, recensenda erunt. Ex Ennodij diaconi apologetico tunc temporis edito sumenda est ipsa historiae veritas & rerum gestarum ordo. Schismatici igitur à Catholica communiene diuulsi, aduersus Catholicam Ecclesiam consuetudinem, contra Romanum Pontificem à Theodorico Ariano Rege Visitatorem petiere, eo falso pretextu, quod factò suo teneri deberet Romanus Pontifex obligatus, ut qui Visitatores ad cognoscenda Episcoporum delicta mitteret, ipse æque Visitatorem & cognitorem suorum criminum subire deberet.

Supereft vt hoc ipsum doceam in his excessibus, quod bono vniuersitatis contigit, non teneri: quia directum, non occasionem lris, nec fomitem iurgij, sed causam voluit esse cõcordiæ:

CHRISTI 500.

SYMMACHI PAP. 2.

ANASTAS. IMP. IO. THEODORICI REG. 8.

A dia: prauidens scilicet, quod nisi simplicem tutelam iussionum suarum vallaret, citò in escam distidij toxica vestra surreperent (scriptum est enim: Vir simplex credit omni verbo) idcirco mandati limitem fixit, quem nulla liceret transgressione violari. Praefatum, scilicet Visitatorem, ad beati Petri basilicam, mox vt Romam fuisset perductus, mandauit occurrere, Symmacho nempe, faciens de sacerdotis voto Regis imperium. Quis enim non putaret Pontificem sponte pariturum in ea parte, quam licere sibi Princeps non credidit, etiam si vetaret? Ibiq; Papam ab eo salutatum, iussit affari, vt traderet Coepiscopis mancipia nullis subdenda tormentis, seruanda profecto ad disceptationem Synodalis examinis.] & inferius: Boni enim prouidit Principis inquisitio, seruilem assertionem innocenti examine non probandam. In electione enim venerandorum Iudicum ipse accusantes extra ordinem repulit, ipse ad spem retulit accusatum.

B Videamus tamen ista si facta sunt, si Dei inimici etiam terreni domini non fuistis, dum Christum & Regem parili temeritate despicitis, & vnus vobis ad vtramque contumeliam ductus est criminum destinatus Antistes, ab ipso complendæ iussionis confinio oris vestri spiris abripitur, & ad incentium confusionis aptatur. Qui paci militaturus aduenerat, Visitator ipse scilicet, inuis beati Apostoli liminibus, ad vsum furoris vestri, iam nescius sui, aduocatur: & illud quod ex omnibus Orbis cardinibus deuotos attrahit, templum videlicet Apostoli Petri, positum in vicinitate transitor: Ecclesiarum fundamentum cum adire non permittit structura mediocri, tunc spem bonorum fructuum perdidit à radice separatus. Dicatis forsitan, Apostoli gremio decerpi, si putatur cæli ciuis terrarum locis includi. Tamen quamuis benedictio poscentibus vbique praestetur, & exigat praesentiam martyris fides & deuotio supplicantis: negari non potest, diligentiae natali solo plus tribui, & maiorem affectum loca impetrare, de quibus ad superna transitor: quam fidem allegationi curationum multitudo iam praestitit, & vtitur post obsidionem diabolicam testibus iam sanatis.]

C intelligis, lector, quàm scite & luculenter non aduersus schismaticos tantum, quibuscum manus conferit, sed & aduersus Nouatores hæreticos Ennodius argumentetur ex signis diuinitus frequenter exhiberi solitis tum in morbis curandis, tum in obsessis à dæmonibus liberandis, iure à Fidelibus frequentari limina sanctorum Apostolorum, licet vbique locorum liberum sit vnicique eos inuocare atque precibus frequentare? Sed pergit ipse in eadem sententia persans: Hæc licet per Redemptorem nostrum in toto Orbe celebrentur: est tamen non modica monumenti illius per frequentiam comparata nobilitas: quia per eum qui hominem mutauit in Angelum, illustrari potuit natura telluris. Hanc Visitatori vestro inuidistis gratiam, asilimantes quia errorum vestrorum sectator esse desisteret, si reuerendæ Confessionis penetralia contigisset. Ecce non habetis in regia auctoritate subsidium: Ecce post caelestem commotionem iuste vos & Principalem, quam sperni fecistis, censura percellit. Videamus si superest aliqua de regulari propositione defensio.

E Visitatores (inquunt) & aliis Episcopis dedit ipse, nimirum Symmachus: & iustum est, vt facti sui lege teneatur. Non vos in hoc titulo falsitatis incesso; diu mendacii adhaerentia verba non arguo: Dico tamen, latore iuris diffinitionis suæ, nisi velit, terminis non includi: & nisi Princeps fastigij summa moderetur, frustra ad illud quod dederit, ius vocatur. Lex probitatis & mentis est, quæ hominem viuentem sine lege castigat: propriè moribus impendit, quia necessitati non debet disciplinam. Aliorum fortè hominum causas Deus voluit per homines terminare, sed sedis istius Praesulis suo sine quaestione reseruauit arbitrio: Voluit beati Petri successores cælo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inuolatum exhibere conscientiam. Nolite timere eas animas de inquisitione non habere formidinem, quas Deus præ ceteris suo reseruauit examini. Dicatis forsitan: Omnium animarum talis erit in illa disceptatione conditio. Replicabo vni dictum: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cælis. Et rursus Sanctorum voce pater, Pontificum dignitatem sedis eius sanctam, toto Orbe venerabilem: dum illi quicquid Fidelium est, vbique submittitur, dum totius Orbis caput esse designatur: de qua mihi videtur dictum per Prophetam: Si hæc humiliatur, ad cuius confugietis auxilium? & vbi relinquetis gloriam vestram? & post nonnulla: Nolite Symmachum Papam pressuris vestris iuuare: Si reus est, mihi credite, cum cessauerit humanæ impugnationis ministerium, diuinum mox succedet arbitrium, &c.] hæc & alia plura aureis notanda signis Ennodius aduersus schismaticos.

Prout. 14.

etiam

VISITATOR PRÆTERIT LIMINA APOSTOL. TOTIVS ORBIS CONVER. VERE QUANTATA.

LIMINA APOSTOL. TOTIVS ORBIS CONVER. VERE QUANTATA.

genio

passionis

ROMANVS PONT. NVLLVM SVPRASE IVDICEM HABEBET.

quam

erat Matt. 16.

illie

Isai. 10.

maticos, qui ausi essent Visitatorem postulare à Rege contra Symmachum Romanum Pontificem. Sed rem gestam ordine prosequamur.

C A V S A THEODORICI ADVENTVS IN VRBEM.

Cum qui essent Romæ Catholici, & tuerentur causam legitimam Ecclesiæ Romanæ Pontificis, rei indignitatem cum iniquitate coniunctam exhorrescerent, missum nempe contra Symmachum à Rege Visitatorem, eundemque parti schismaticorum addictum: apud absentem adhuc Regem egere, rogantes vt fineret res Romanæ Ecclesiæ more maiorum absque ignominia nota tractari. Annuit iis Rex Theodoricus: idemque considerans haud fore Synodum absque coercitione securam, turgescens odio aduersariis; presentiam suam dilatam hætenus, opportuno tempore Vbi civili bello periclitanti exhibere, dignum necessariumque esse putauit. Sic igitur (vt vidimus ex Cassiodoro) diu expectatus, hoc anno tandem in Urbem se contulit, concilians sibi regia munificentia populum atque Senatam. Quo autem exceptus honore, quanta gloria comitatus, & à Senatu populoque Romano obsequiis frequentatus fuerit, ex his quæ in rebus gestis sancti Fulgentij Episcopi Ruspensis in Africa leguntur, ex parte saltem aliqua intelligere possumus.

S. FULGENTII ADVENTVS ROMAM

Vita S. Fulgentij apud S. Hieron. die 1. Ianuarij

Accidit enim hoc ipso anno, quo Theodoricus Romam venit, vt etiam sanctus Fulgentius visitaturus sacra limina Apostolorum ex Sicilia nauigaret in Urbem, reperitque noui Regis aduentu populum exultantem, excipientemque magna pompa ipsum Principem. hæc autem in rebus gestis ipsius quam fidelissimè scriptis ita narratur: Occasione igitur nauigij felicioris inuenta, Romam venit, & auctorem secularium consono semper ore laudatam, caputque mundi veraciter appellatam, festinus ingreditur ciuitatem. Fuit autem tunc in Vrbe maximum gaudium, Theodorici Regis presentia Romani Senatus & populi iustificante conuentus. Vnde contigit, vt beatus Fulgentius, cui mundus fuerat olim erucifixus, postquam sacra martyrum loca venerabiliter circiuit, omnesque seruos Dei, quorum in breui notitiam capere potuit, humili obsequio salutauit, in loco qui Palma aurea dicitur, memorato Theodorico Rege concionem faciente, Romanæ curæ nobilitatem, decus, ordinemque distinctis decoratum gradibus adspectaret; & fauores liberi populi castus audiens auribus, qualis esset huius sæculi pompa gloriosa cognosceret.

FULGENTII REDITVS IN AFRICAM.

Neque tamen in hoc spectaculo libenter aliquid intuetur, neque illis nugis secularibus superflua illectus delectatione consensit; sed inde potius ad illam supernam Hierusalem feliciter desiderandam vehementer exarsit, salubri disputatione presentes sic admonens fratres: Quam speciosa potest esse Hierusalem cælestis, si sic fulget Roma terrestris? Et si in hoc sæculo datur tanti honoris dignitas, diligentibus vanitatem; qualis honor & gloria præstabitur Sanctis contemplantibus veritatem? Multa his similia beatus Fulgentius illo die salubriter disputauit: & iam toto corde monasterium suum reuifere cupiens, ad Africam velociter per Sardiniam nauigauit, vix credentibus præ nimio gaudio monachis suis, beatum rediisse Fulgentium.] hæc ibi.

Extra. 10. 1. 7. 7. 7.

Iam tutum redditum erat commercium inter Africanos & Italos, cum fanciuisset fœdus Rex Theodoricus cum Vandalorum Rege, à quo hætenus frequentes fiebant in solum Italicum incurfiones. Stabilita est enim inter eos pax fœdere nuptiarum, data ei in matrimonium Amalafida. De qua inita inter illos concordia hæc Ennodius in Panegyrico Theodorici: Quid castigatas Vandalorum ventis parentibus eloquar deprædationes, quibus pro annua pensione satis est amicitia tua? Euagari ultra possibilitatem nesciunt. Duce sapientia, affines esse meruerunt, quia obedire non abnuunt.] Hoc igitur Regum concordia commeatu Fulgentius ex Africa Romam, & inde in patriam remeauit.

Porro haud incognitus ab Vrbe Fulgentius discessit; sed probè notus quantæ esset sanctitatis atque doctrinæ, magnum sui reliquit desiderium, illis præsertim nobilissimis feminis, ad quas postea litteras dedit, de quibus suo loco dicturi sumus. Reuersus verò in Africam Fulgentius, aridente tunc temporis pace Ecclesiis sub Trafamundo Rege, monasticam, vt prius, exercuit disciplinam, & eam in alios latius propagauit: quomodo autem post annos tres Ruspensis Ecclesiæ fuerit creatus Episcopus, suo loco dicemus.

Sub iisdem Consulibus, Indictione octaua, data legitur epistola Symmachi Papæ ad Liberium Patricium de electo Episcopo Aquileiensi, præbentis eidem electioni assensum, exstat eadem, sed sub titulo Ennodij inter ipsius Ennodij litteras perperam collocata.

A ANNVS 301.

ANNVS 3.

Qui sequitur annus Domini quingentesimus primus. Consulatu Auieni atque Pompeij, tam à Cassiodoro, quam etiam a Marcellino adscribitur Fastis. Fuit Auienus iste cognomento Faustus, cuius filius Auienus item dictus anno sequenti Consulatum gessit: Senior autem hic appellatus, qui ante annos decem Consulatu itidem functus est ordinario, idemque ex clarissima Scipionum familia oriundus, vt constat auctoritate Ennodij id assentis in epistola ad Faustum Consulem, cuius est exordium: Abundante Dei misericordia, &c.] Vbi inter alia laudum genera:] u (inquit) per duratum proauorum auorumque Scipionum tramitem, iam grandiorum penè præcedentium connexus lateribus ambulasti, ita vt sub coniunctione nunquam interpolata felicitatis prodires. Ad Auieni mei adhuc teneri virtutes pertinet, & tuo generi continuare fasces, & nostro reddere.] erat enim affinis Fausto Ennodius. idemque paulo post: Illud tamen inter maximas Redemptoris nostri remunerationes credo numerandum, quod limen felicis infantia: Consul meus cum honore sanctus ingressus est, &c.] hæc de Auieni Senioris consulatu huius anni & Auieni Iunioris anni sequentis retulisse volumus, quod contigerit secundum illud Propheticum: Generatio rectorum benedicetur.] Constat enim hunc Faustum Auienum aduersus Festum & Probinum potentissimos Senatores schismaticos pro Symmacho infatigabili studio laborasse, atque tandem furentes aduersarios repressisse, superasseque.

AUIENI CONSULATVS ET LAVDVS.

Hoc igitur anno Ecclesiæ Romanæ status aliquanti sper presentia Theodorici Regis quieti: schismatici enim vanam spem conceperant, fore, vt circumuentus falsis calumniis Symmachus, fauore eiusdem Principis deponi posset: at vbi sententiam, ipsum æqui amantissimum Regem nihil de causa Symmachi velle decernere, sed ex sententia Episcoporum qui conuenerant rem agendam, furore perciti ad violentiam conuersi, cædibus miscere omnia sunt aggressi, vt quæ dicentur anno sequenti apertissimè declarabunt. Interea verò Rex Theodoricus, interpellatione Catholicorum & aliorum qui erant in Vrbe fauentium Symmacho Senatorum, de cogenda Synodo cogitat. Cum verò satis sciret, haud suarum esse partium, Orthodoxos Antistes ad Synodum conuocare, non sibi plus æquo tribuens, regia incedens via, more maiorum, auctoritate in primis ipsius Symmachi Papæ id perficiendum curauit; ab ipsoque Pontifice litteras ea de re ad Episcopos, vt se ad Synodum die statuta conferrent, dari voluit. Hæc quidem ita se habuisse, sequentis anni Concilij edita Acta significant, quæ suo loco reddentur. Res planè digna memoria, cum barbarus, Gothus, alienigena, hereticus, Arianus Princeps, licet importunus schismaticorum studiis & illiberalibus eorumdem vgeretur assultibus, reueritus tamen culmen Apostolicæ sedis, eius se potius protectorem quam persecutorem exhibuit, vt ipsa Acta Synodalia manifestant. Sic igitur Theodorici reueriti presentiam æstantes furore schismatici hoc anno siluisse noscuntur.

* morderes

* Psa. III.

THEODORICVS DE SEDE APOSTOLICA BENEMERITVS.

At quàm Theodorico dispar Anastasius Imperator, qui cum se specie tenus Orthodoxum profiteretur, Dei Ecclesiam acerrimè impugnavit dolo agens & vi, omni denique conatu nifus, vt Catholicam fidem impietate conuelleret. ipsum quidem per Festum Senatorem legatum auctorem fuisse Ecclesiæ Romanæ dissensionis & schismatis, quæ dicta sunt superius, satis docent: rem namque ex sententia se fore consecuturum existimauit, si aliquo modo sibi aliquando assentientem posset nancisci Romanum Pontificem, quo vno aduersante, satis sciret omnes suos eludendos esse conatus. Hæc quidem in Romanam Ecclesiam: in Constantinopolitanam verò quæ hoc anno patrauit, omnem superant tragediarum casum.

Qui enim hætenus tolerasset Constantinopolitanum populum sibi in his quæ sunt fidei aduersantem, quem & nouisset partibus studuisse Isaurorum, additumque Zenonis Augusti cognatis: periculosam sensit, illis adhuc superstibus, se iacturam aleam, si in ciues Constantinopolitanos vindictæ gladium, vt furor suadebat, exereret. Illis verò penitus è medio sublatis, Longino ipso Zenonis fratre iam haud pridem extincto, silentibusque vndique barbaris, summam illam tranquillitatem in ciuium cladem conuertit, haud diutius ratus impunitam populi sinere vagari licentiam, qua palam Imperatorem diceris & contumelias infestabantur hereticum. delegat opus Vrbi Præfecto, quem sauisimum delegerat, Constantino. Quid autem iste molitus sit, rem grandem paucis Marcellinus absoluit sub huius anni Consulibus scelus immanissimum referens, quod sic se habuit:

ANASTASIUS IMPER. QUID INCIUES CONSTANTINOPOLITANVS.

Hoc namque anno, populus Constantinopolitanus professor Catholicæ fidei, idemque inhaerens

CHRISTI
501.502.SYMMACHI PAP.
3.4.ANASTAS. IMP. 11.12.
THEODORICI REG. 9.10.QVÆDIRA
PASSIOR
THODOXI
CONSTAN-
TINOP.

inhærens suo ipsorum Episcopo Chalcedonensis Concilij aduersus Imperatorem acerrimo A defensori, cum ad spectacula ex more intuentia in theatro clausi essent inermes: repente proficientibus qui erant in insidiis collocati, diuerso armorum genere trucidantur, enecatis ex ipsis ultra numerum trium millium, præter alios, quibus licuit acceptis vulneribus foras egredi, domumque repetere fauciatos. Felices omnes & inter martyres recensendi, nisi labefactati essent Acacij ipsorum antecessoris Episcopi communionem. Ad hæc namque spectat, quod postea scribens ad Orientis Episcopos Symmachus Papa deplorat his verbis: Nullus ambigat eadem nihilominus esse ventura, quæ in Constantinopolitana nuper Ecclesia contigerunt. De quibus mihi pariter ingemiscere necesse est, & tacere. Nam qui Apostolica sedis admonitionem negligendam esse crediderunt, merito inciderunt ea quæ venire solent solatio destitutis.] hæc Symmachus in epistola ad Orientales, de qua suo loco agendum erit. Et ipse Ennodius, ubi de Orientalibus hæreticis agit, hæc ait: De his quæ præfati sumus, notum est quod in Constantinopolitana nuper Ecclesia fertur admissum: vnde patimur sine vocis vsura tristitiam. Qui enim oblati remediis non obedierunt, merito nihil consolationis, tempore quo premebantur, non habuerunt.] Ad hæc pariter spectant quæ Theodorus Lector de eodem vrbe Constantinopolitana Præfecto sic subdit: Contra se-
ditiones populi, quæ contra Imperatorem in ciuitate fiebant, hæc Anastasius Imperator ex-
cogitauit, vt Eparchus ciuitatis litaniis populi sequeretur, cum armatis militibus scilicet: ti-
mebat enim zelum eorum qui pro Quarta Synodo incursiones faciebant. Et hoc deinceps in consuetudinem abiit. Inimici Macedonij Episcopi Constantinopolis Acolium quem-
dam subornarunt, qui gladio illum impeteret. Macedonius verò, vt mansuetudinem suam ostenderet, munera Acolio dari præcepit. Tale quid etiam erga sacrilegos quosdam fecit.] hæc Theodorus.

Theod. Lect.
Collect. lib. 2.

Vides ne tu lector (appello te) quanta pro religione, ipsa Catholica fide, pro defensione in-
quam Quartæ œcumenicæ Synodi suscepta ab iis fuisse certamina, exantlati immensi labo-
res, sanguis pro fide fusus, mortisque adeo crudeles tolerata: tanta hæc abiere tamen in ven-
tum absque corona martyrij & præmio confessionis, prorsusque inania reddita, non aliam
quidem ob causam, quam quod schismate propter Acacij communionem ab Ecclesia Ca-
tholica & ab ipso eius capite Romano Pontifice scissi essent. Nullus est ausus Constantino-
politano Antistitum illic pro fide necatos inter martyres recensere, quos scissent non
habuisse characterem scriptum in frontibus suis, quo & Ecclesiæ Catholicæ filij & Dei do-
mestici dici meruerint. Verus namque hæc præscripta inter Fideles regula est, vt qui non
habent in terra Ecclesiam matrem, neque Deum habere possint in cælo Patrem.

ÆSV CHRISTI SYMMACHI PAP. ANASTAS. IMP. 12.
ANNVS ANNVS
502. 4.
THEODORICI REG. 10.

Secundus post quingentesimum sequens Christi annus, Auieni Iunioris ac Probi signatus
Consulatu à Marcellino & Cassiodoro notatur in Fastis: licet in Synodalibus Actis loco
Probi, Ruffus reperiatur inscriptus: Quo anno habita est Romæ Quarta Synodus sub Sym-
macho Papa. Quartam hanc nomenclator appellat, quæ tamen respectu aliarum præceden-
tium sub eodem Symmacho Synodorum Tertia dicenda esset: quæ enim ab eo tertia ordi-
ne ponitur, nõ fuisse Synodum per se distinctam, sed eius, quæ ab eo Quarta dicitur, Actio-
nem, ea quæ hoc ipso anno inferius dicturi sumus, perspicue demonstrabunt. Sic igitur ista
quæ tertia, Quarta dicta est, eademque cognominata Palmaris: de qua antequam agere ag-
grediamur, primum omnium vnde id fuerit consecuta cognomen, dicendum est. Atque in
primis non placet, quod aliquis putauit textum esse deprauatum. Sed cur Palmaris? Num-
quid sicut apud Tullium^b sententia palmaris, ita & Synodus Palmaris à palma dicta? Certè
quid non abhorreere eam vocem ab huius sæculi nomenclaturæ vsu, ex Fulgentio huius tem-
poris luculento scriptore dici potest, qui hæc habet scribens ad Monimum: Hanc etiam af-
feris hæreticorum esse quasi palmarem interrogationem] hoc est, irrefragabilem. & paulo
post: Hæc ergo sectantes hæretici, ea sibi quasi palmaria & inuicta videntur proponere, &c.]

PALMARIS
SYNODVS
VNDE DI-
CTA.Cicer. de na-
tur. deor. lib. 1.Fulgentius
ad Monim.
lib. 2.

Verum quod inuisitatum fuit hætenus, Synodum aliquam aliunde quam à loco, vel
numero denominari: de loco ipso à quo ita sit dicta, inuestiganda est ratio: Num & fortas-
se ac-

CHRISTI
502.SYMMACHI PAP.
4.ANASTASII. IMP. 12.
THEODORICI REG. 10.

A se accidit, dictam esse Palmarem, quod ob schismaticorum grassationem hæc ipsa Synodus
nõ valuerit in ecclesia celebrari, sed opus fuerit eamdem in Regia siue Curia agi, quæ appel-
lata est Palma aurea, de qua quidem hæc in rebus gestis sancti Fulgentij. In loco qui Palma
aurea dicitur, memorato Theodorico Rege concionem faciente, &c.] Est & mentio apud ip-
sum Theodoricum Regem in epistola^b ad Albinum Patricium de domo Palmata dicta, his
verbis: Porrecta itaque supplicatione, testatus es, Curiam porticus, quæ iuxta domum Palma-
tam posita, forum in more areæ decenter includit, superimponendis fabricis licentiam con-
donari, &c.] At quoniam haud liquet apud Curiam hanc Synodum celebratam, magis au-
tem apud basilicam sancti Petri, quo ab aduersariis lapidibus impetitus Symmachus se rece-
pit, prout Acta ipsa significant: vt hæc Synodus Palmaris dicta sit, placet, vt e loco itidem de-
ducto vocabulo, à porticu illa S. Petri nomen acceperit, quæ Palmaria dicebatur, de qua
B Anastasius in Honorio Papa hæc habet: In porticu B. Petri Apostoli, quæ appellatur ad Pal-
maria, &c.] sed de nomine satis. His igitur elucidatis, iam ad res gestas deueniamus.

In Vita S.
Fulgentij.Cassiod. Va-
riar. lib. 4.
epist. 30.

Qui ad Synodum tunc Romam vocati sunt Pontifices, & inter illos, qui sedum præro-
gatiua ceteris eminebant Laurentius Mediolanensis Episcopus, atque Petrus Rauennas An-
tistes, cum Romam se contulissent, ne in suspicionem venirent Symmachi causa defensio-
nis, qui conuocati fuerant Iudices cognitores, abstinerunt se ab eiusdem Symmachi con-
suetudine, non tamen à Catholica communionem, mentionem eiusdem facientes ex more in
facris. Docet hæc Ennodius in apologetico pro Quarta Synodo verbis istis: Deinde per
quaestionum torrentes venerabilem Laurentium & Petrum Episcopos à communionem Pa-
pæ se suspendisse replicatis: & quod prouidit cautio conuocatorum, ducitis ad crimen im-
petiti. Vilo ne ergo tempore, dum celebrarentur ab his sacra Missarum, à nominis eius com-
memoratione cessatum est? Vmquam pro desideriis vestris siue ritu Catholico & cano mo-
re semiplenas nominati Antistites hostias obtulerunt? &c.] Vides, lector, semiplenum dici
ab Ennodio sacrificium, in quo Catholicæ Ecclesiæ capitis commemoratio prætermittitur.
pluraque subdit, quibus docetur, non præsentia corporali, sed animorum in vna voluntate
coniunctione exteriori signo patefacta declarari Catholicam cum Romano Pontifice com-
munionem: à qua tantum abest vt eundem se abalienauerint, vt ea defensionis Apostolici
culminis fibula sese arctius colligantes adstrinxerint. Qui enim ad Synodum venientes An-
tistites, nisi sunt ad tempus prudenter à congressu Symmachi abstinere, in ipsa Synodo facti
sunt ipsius & Apostolicæ sedis auctoritatis acerrimi defensores, vt quæ dicentur ex Synoda-
libus Actionibus declarabunt.

ABSTINERE
VNT EPI-
SCOPI A
CONSUE-
TUDINE SYM-
MACHI.

D Quæ extant ipsa Synodi Acta edita, non nihil cum deprauata esse reperiuntur, contuli-
mus cum antiquitus scripto codice Cresconiano, atque vt licuit emendauimus. Ad quæ in-
telligenda sciendum in primis est (vt ex iisdem patet Actis) ante eiusmodi Patrum Conuen-
tum duas alias hoc eodem anno ab iisdem Episcopis habitas actiones, quarum prior in basi-
lica Iulij, posterior in basilica Hierusalem dicta in atrio posita Sessoriano celebrata est; quæ li-
cet Synodi appellatæ reperiuntur, tamen potius Synodales Actiones, quam Synodi ipsa di-
cendæ esse videntur. Porro rerum in eis gestarum monumenta penitus exciderunt, quarum
dumtaxat mentio habita reperitur in Actis Palmaris Synodi, quæ sic se habent:

DE ACTIO-
NIBVS AN-
TE IN BA-
SILICIS
HABITIS.

Sancta Synodus apud urbem Romam ex præcepto gloriosissimi Regis Theodorici di-
uersis e regionibus congregata in Christi nomine dixit:

E Cum ex diuersis prouinciis ad Urbem conuenire sacerdotes regia præcepisset auctori-
tas, vt de his quæ venerabili Papæ Symmacho sedis Apostolicæ Præfati ab aduersariis
ipsius dicebantur impingi, sanctum Concilium iudicaret: Liguria, Æmilia, vel Venetia-
rum Episcopis, quos ad præsentiam Principis ipse itineris ductus attraxit, consulendi * Re-
gem incubuit necessitas, qua hos voluisset ætate fractos, debilitate corporis inualidos con-
gregari? Respondit præfatus Rex piissimus, bonæ conuersationis affectu plura ad se de Papæ
Symmachi actibus horrenda fuisse perlata: & in Synodo oportere, si veræ essent inimicorum
eius obiectiones, iudicatione constare.

ACTA PAL-
MARIS SY-
NODI.* Apud Cres-
conium
Regem, qui
causa nos vo-
luisse debi-
litate corporis
inualidos
congregari.* prouide se-
cura
ROMANI
PONTIFI-
CIS ET NON
REGIS ESSE
SYNODVM
CONVOCA-
R. 5.

Memorati Pontifices, quibus allegandi imminebat occasio, suggererunt, ipsum qui dice-
batur impetitus, debuisse Synodum conuocare, scientes quia eius sedis primum Petri Aposto-
licæ est meritum, vel principatus: deinde secuta iussione Domini Conciliorum conuocandorum
auctoritas ei singulari in Ecclesiis tradidit potestatem: nec antedictæ sedis Antistitem mino-
rum subiacuisse iudicio, in propositione simili facile forma aliqua testaretur. Sed potentis-
simus Princeps ipsum quoque Papam in colligenda Synodo voluntatem suam literis demon-
strasse ac-

demonstrasse, significavit. A mansuetudine eius pagina postulatæ sunt, quas ab ea directas A constabat: hasque dari sacerdotibus sine tarditate constituit; & quicquid in eodem negotio actum, scriptis Romam ex diuersis terrarum vel regionum partibus Dei prosecutione præuenientum est.] Vides quam expressum habes nec Arianum quidem Regem absque consensu & certis litteris Romani Pontificis Synodum congregare præsumpsisse; quod id sibi minimè licere, in comperto esset. sed audi cœptum semel Aëtorum ordinem:

ACTIO SY- NODALIS IN BASILI- CA IVLII. * ex deside- rio suo

Et dum in venerabili collectione sermo de incipiendõ haberetur negotio, prout suscipie- bat causæ tractatus: sanctus Papa Symmachus basilicam Iulij, in qua Pontificum erat con- gregatio (prout habuit cura) celeriter ingressus est: & de vocatione Synodali clementissimo Regi gratias retulit, & rem* desiderij sui euenisse testatus est. Causa ergo de sacerdotum ani- mis, quæ de Concilio nondum firmato tristitiam ministrabat, abscissa est: auctoritatem ordi- nis colligendi, sicut poscebant Ecclesiastica statuta, in omnium qui ibi aderant, Episco- porum præsentia, se* dare professus est; sperans, vt Visitator, qui contra religionem vel con- tra regulas maiorum à parte cleri, vel ab aliquibus laicis fuerat postulatus, ex ordinatione Antistiti prima fronte cederet; & omnia quæ per suggestiones inimicorum suorum ami- serat, potestati eius legaliter ab honorabili Concilio redderentur, & tanti loci Præful regu- lariter prius statui pristino redderetur, & tunc veniret ad causam; & si ita rectè videretur, ac- cusantium propositionibus responderet.

* à se datam

Digna res visa est maximo sacerdotum numero, quæ & mereretur effectum. Decernere tamen aliquid Synodus sine regia notitia non præsumpsit. Sed suggestio iusta* per legatorum negligentiam non meruit secundum vota responsum. Iussus est regis præceptionibus Papa Symmachus ante patrimonij, vel Ecclesiarum, quas amiserat, receptionem, cum impugna- toribus suis in disceptatione consilij, qui potestatis suæ priuilegia æquè pro conspectu C (quantum iuste æstimamus) emendatione submiserat, nec hac voluit vice resumere.

* ista

Sed dum esset Synodus in Hierusalem basilica Sessoriani Palatij constituta, aliquibus sa- cerdotibus visum est, vt libellus quem accusatores parauerant, qui quotidie seditionibus ap- pellabant*, susciperetur à Synodo. In quo suscepto* duo erant, quæ vel veritati inimica es- sent, vel ipsi (quantum ostenditur) Conuentui, vel Ecclesiastico proposito repugnarent. Vnum, quia dicebant, crimina memorati superius Symmachi Papæ apud regiam constituisse notitiam, quod falsum esse declarauit*: Non enim quasi nouam causam audientia commi- sisset, si eius conscientiam conuictam de errore solam sciret expectare sententiam. Aliud, quod per seruos de his, quæ obijciebant, se eum loquebantur posse conuincere: addentes, vt ipse mancipia traderet, quibus (quantum illi asseriebant) posset in iudicatione superari. Quæ res canonibus & ipsis publicis erat legibus inimica: cum Patrum statuta sanxissent, vt quos D ad accusationem leges sæculi non admittunt, iis dicendi in cognitione, vel accusandi ali- quid deleganda non esset licentia.

ACTIO SY- NODI IN BASILICA Sessoria- N A. * intendebat * libello * perclaruit

Et dum inter ista, quæ essent facienda tractabantur: præfatus Papa, vt causam diceret, oc- currebat.] sed quibus comitantibus, accipe ex Ennodio, qui in apologetico aduersus schis- maticos agens, hæc ait: Ergo ne illam multitudinem Deo deuota plebis non pro fidei dili- gentia, Christiana magis expectatio*, quàm furor euocauit? Quisnam ad inferendam violentiam currens, lacrymas comites habet? Et qui studet esse formidini, vultum timentis osten- dit? Multitudo illa iuncta sacerdotis officiis, attulit ad nos lamenta, non iacula; nec venit te- lis minax, sed fletibus miserabilis; vna tantum intentionem vestram ostentatione grauatur, quia vberibus oculorum fluminibus demonstrabat, quam esset per acerbiteriam vestram conditio condolenda pulsati; & in sobrietate venerandi examinis afflictione propria com- mendabat, quem voce non poterat.] & de mulieribus Romanis vna progressis hæc infe- rius: Mulierum turbas vrbis coloribus cum præfato ad iudicia conuenisse, & illa vestra subtilitate obtenditur sexus, qui maiorem Antistiti debuisset affectum, &c.] planè signifi- cans totius populi vtrumque sexum compassum omnium parentis innocentia, & cum vitæ discrimine comitatos esse Symmachum ad iudicium collacrymantem.

* etatio POPVLER- GA PONTI- FICEM AMOR.

Sed quæ acciderint in via, cœpta semel recitari Synodalia Acta declarant his verbis de Symmacho Papa dicentia: Qui veniens, ab irruentibus turbis amulorum suorum ita tracta- tus est, vt multis presbyteris, qui cum ipso ierant*, per eandem ipsam mortis fuisset occasio (quod probant recentium adhuc vestigia vulnerum) nisi vir illustis Comes Aligernus & sublimes viri Gudila & Vedeulphus Maiores domus regis prospexissent: quos secum, vnde egressus fuerat, Pontifex scilicet, ad beati Petri Apostoli septa conuexit*.] hæc cum obiter recen-

* erant REDIT SYM- MACHVS IN BASILICAM S. PETRI. * conduxit

A recensentes Patres leuiter tamquam notissima transeant, nobis ex aliis locis eiusmodi sceles- tissimæ schismaticorum grassationis crudelitatis narratio petenda erit. At in primis quod ad ipsum Pontificem Symmachum pertinet, hæc de se ipse habet in epistola ad Anastasium Imperatorem: Inter imbres lapidum totus* euasi: Iudicauit Deus.] hæc breuiter ipse. Apud * positus Anastasium autem ista leguntur:

Eodem tempore Festus caput Senatus Exconsul & Probinus cœperunt intra vrbem Ro- mam pugnare cum aliis Senatoribus, & maxime cum Fausto Exconsule, & cædes & homi- cidia in clero ex inuidia fiebant. Qui verò communicabant beato Symmacho iuste, publicè qui inuenti fuissent intra vrbem, gladio occidebantur. Etiam & sanctimoniales mulieres & virgines deponentes de monasterijs, vel de habitaculis suis, dentudantes sexum femineum, cædibus plagarum afflictos vulnerabant, & omni die pugnam contra Ecclesiam in media ci- uitate gerebant. & multos sacerdotes occiderunt, inter quos Dignissimum & Gordianum presbyteros* ad Vincula S. Petri & ad sanctos Ioannem & Paulum fustibus & gladio inter- fecerunt, & multos Christianos; ita vt nulli esset securitas die & nocte de clero in ciuitate* ambulare. Solus autem Faustus Exconsul pro Ecclesia pugnabat.] hæc ibi. Porrò de labori- bus à Fausto pro Catholica Ecclesia susceptis Ennodius meminit in epistola ad ipsum scri- pta, quam postea pro triumphali læticia congruo loco reddemus.

B

De enecatis autem idem Ennodius hæc habet in alia epistola ad eundem Faustum con- scripta: Sed ista (inquit) magis illis cum lacrymoso gaudio dixi, quos aut effusus sanguis Al- bo curiæ cælestis adscripsit, aut clara confessio: qui secundis confirmet primordia nostra suc- cessibus.] hæc ipse: quibus declarat, necatos in hoc schismate, martyrij dignos fuisse coro- na; & illos gloria confessionis nobilitatos, qui aliquid ea de causa passi essent, secundum il- lam magni Dionysij Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopi suo loco superius recitatam sententiam, hic autem opportunè repetendam, qua ait*: Oportebat omnia incommoda pati potius, quam Ecclesiæ Dei discidisse concordiam. At illud martyrium, quod quis patitur, ne dirima- tur Ecclesiæ cõfessio, non minus certè, sed multo plus, meo quidem iudicio, habet commen- dationis, quàm illud quod suscipitur, ne idolis omnino immoletur.] hæc Dionysius. Scimus etiam (quod suo loco superius dictum est) Constantinopolitanam Ecclesiam necatos clericos à schismaticis tempore S. Ioannis Chrysostomi æquè vt martyres coluisse, cuius clerasse constat iudicium vniuersam Ecclesiam Catholicam, eosdem martyres pariter venerantem. At de his fati. Iam verò quæ post hæc acta sunt in eiusdem Symmachi Romani Pontificis causa, ex eorumdem Patrum relatione audiamus: qui in eadem Synodo constituti, & res gestas ordine profequentes, quæ sequuntur narrare pergunt his verbis:

SCHISMA- TICORVM RARTES ET CRVDELI- TAS.

* titulorum * inuolante

NEGATTIN SCHISMA- TE MARTY- RIO CORO- NATI.

* Apud En- nod. lib. 1. c. 37.

C

His ita actis, & varia confusione turbatis, iterum nos ad iustitiam contulimus Principalem: scientes, Diuinitate propitia, Regem dominum, quem ad Italiæ gubernacula ipse præ- uiderat, eius* mansuetudini omnia per relationis seriem (sicut res poscebat) ingessimus: inti- mantes etiam, sæpe nominatum Papam post cædem, cui subiacerat cum suis, si volunta- tem rursus haberet exeundi ad iudicium, fuisse communitum: sed allegasse cum per dire- ctos Episcopos, nominatis canonibus se cessisse, affectu purgationis suæ culmen humilians, qui tantis periculis penè fuisset oppressus: dominum Regem habere quod velle ius facien- di, sed interim iustitiæ renitentes statutis canonibus non posse compelli.

* cuius QVÆ SYM- MACHVS AD THEO- DORICVM NVNCIAN- DA MISIT.

D

Ad hæc serenissimus Rex, Deo adspirante, respondit: in Synodali esse arbitrio in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se præter reuerentiam de Ecclesiasticis nego- tiis pertinere: committens etiam potestati Pontificum, vt siue propositum vellent audire negotium, siue nollent, quod magis putarent vile, deliberarent, dummodo veneran- di prouisione Concilij pax in ciuitate Romana Christianis omnibus redderetur.

THEODORI- CVS REX CAUSA M SYMMACHI DIMISSIT SYNODO.

E

Quæ cum iuste offerrentur, Dei mandata complentes*, Italiæ suum dedimus rectorem, agnoscetes nulli alium laborè nobis remansisse, nisi vt dissidentes cum humilitate Præpo- siti nostri ad concordiam hortaremur. Quia vnū tantæ rei restabat, vnde Deo placeremus, sci- licet vt tant* Principis voluntate inuitarem Senatam amplissimam, quali oportuit legatione destinata monentes & instruentes, causas Dei ipsius iudicio committendas, qui* valet corpus occidere, & animam mittere in gehennam. qui dicit: Mihi vindictam, & ego retribuam: Apud quem conscientia nuda est: cui nō absconduntur occulta. Cogitare prudentes viros oportere, quanta inconuenienter in huius negotij principio contigissent, & eos per hanc quam ipsi vocant remissionem, peccatis non aperire, sed claudere: qui (quod dicebatur) maiori Iudi- ci seruamus, instruentes eos, quia per quos illis Christus innocuit, non esse ouium lupi infidias

* Apud Cref. complentur Italiæ hæc dare rectori * sancti QVOD CVM SENATVS ROMANO SYNODVS. Mur. 10. Rom. 11. Ez. chiel. 9. Dent. 32.

Hebr. 3. Eccles. 39. Ioan. 10. * oportebat 2. Tim. 4. * Et

1. Ioan. 1. * sustentari

* praecessor * possessoris successoris c. Iste 50.

* religiosi SYNODI SENTENTIA IN ABSOLVTIONE SYMMACHI. * tot

Ioan. 14. Matt. 10.

QVID IN DVLTVM ADVERSARIIS RESPISCENTIBVS.

TITVLVS NON EX MERITIS, SED EX CONSVETV-DINE DARI SOLITI. Anno Dom. 360. c. 22.

dist. 24.

dias prauidere, sed pastoris : maximè quia in causa praefata multos, qui se dedignabantur agnoscere & Deo satisfacere, error inuoluerat. Et quia non poterant, plura sub hac occasione membra dispergi, sed magis per mansuetudinem sustineri, sicut boni nos operis Paulus magister instruxerat, dicens ^a sanandos esse plurimos per patientiam & doctrinam.

Sed quicumque putantur rei & grauibus peccatis inuoluti (quando nullus est qui delicto careat, sicut Ioannes testatur Apostolus: Si dicam quia peccatum non habeo, mendax sum) hos tamen magis pressuris hominum funestari * & perterri, hasque passiones iudicio diuino suspendi : maximè cum illa quae praemisimus, inter alia de auctoritate sedis obtarent. Quia quod possessor * eius quondam beatus Petrus meruit, in nobilitate possessionis * accessit, & claritatem veterum nobis dat de Christi dote rectoribus, clamantibus scriptum esse per Prophetam ^e in persona Dei : Numquid non valet manus mea ad consumendos eos qui errauerunt? Haec autem sapissimè sicut oportuit commonetes, vt ab ista intentione discederent, & factum nostrum, quod Deus adspirauerat, iuxta mandatum Principis non dicerent, sed sequeretur, sicut decebat Ecclesiae filios; nec sub hac intermissione contenderent, & crescerent Ecclesiae detrimenta: quae res postcebat cum festinatione succurri, & nobis huius celeritatis, & illis obedientiae necessitas imminerebat : maximè cum omnem penè plebem cernamus eius communioni indissociabiliter adhaesisse, cuius vos non modica cura stimulat, ne in aliquo laberetur errore.

Quibus allegatis, cum Dei nostri obtestatione decernimus, huiusmodi necessitatem, vel religionum * consideratione adstricti, & caelesti inspiratione perpensis omnibus quae in causa erant decretis, vt Symmachus Papa sedis Apostolicae Praesul ab huiusmodi propositionibus impeditus, quantum ad homines respicit (quia totum * causis obstantibus superius designatis constat arbitrio diuino fuisse dimissum) sit immunis & liber, & Christianae plebi, sine aliqua de obiectis oblatione, in omnibus Ecclesiis suis ad ius sedis suae pertinentibus tradat diuina mysteria : quia eum ob impugnatorum suorum impetitionem, propter superius designatas causas, obligari non potuisse cognouimus.

Vnde secundum Principalia praecipua, quae nostrae hoc tribuunt potestati, ei quicquid Ecclesiastici intra sacram urbem Romam vel foris iuris est, reformamus : totamque causam Dei iudicio reseruantes, vniuersos hortamur, vt sacram communionem (sicut res postulat) ab eo percipiant, & Dei & animarum suarum meminerint : quia ipse & amator pacis est, & ipse pax est, qui monet ^d : Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis : Et in quacumque ciuitate pacem esse confirmandam affirmans ^e, beatos dicit esse pacificos.

Haec quicumque ex instructione nostra (quod non existimamus) vel non admittit, vel retractari posse crediderit : videat, quia in diuino iudicio contemptus sui rationem est (sicut de Deo confidimus) redditurus. De clericis memorati Papae, qui ab Episcopo suo ante tempus aliquod contra regulas discesserunt & schisma fecerunt, hoc fieri decreuimus, vt eos satisfacientes Episcopo suo misericordia subsequatur, & officiis Ecclesiasticis se gaudeant restitui : quia Dominus & Redemptor noster oues perditas ab errore latatur inuentas, & super profugum filium paternam libertatem caelestis mediator accommodat. Quisquis verò clericorum post hanc formam à nobis prolatam quocumque sacro Deo loco in Ecclesia Romana Missas celebrare praesumpserit praeter conscientiam Papae Symmachi, dum viuit, statutis canonicis velut schismaticus percellatur. Ista sufficiat nunc cum Dei notitia nos sincerè protulisse.] haec tenent sententia Patrum, finisque impositus Synodo, quae ab eisdem suis ipsorum munita est subscriptionibus, primo loco Laurentio Mediolanensi Episcopo ita subscribente: Laurentius Episcopus Mediolanensis huic statuto nostro, in quo totam causam Dei iudicio commisimus, subscripsi.] ita & reliqui qui interfuerunt Episcopi.

At verò antequam ea quae huius Synodi reliqua sunt absoluaemus, admonemus, ne te moueat, lector, quod audieris in recitatis modò Synodalibus Actis, ipsum Theodoricum Regem quantumlibet Arianum ab iisdem nominatum esse piissimum, vel sanctum secundum variam lectionem : meminisse enim debes quae dicta sunt secundo Animalium tomo ^f, sanctissimos Episcopos Ethnicos etiam Principes titulis illis solitos nuncupare, quibus consueuerant à suis honoris causa appellari, sicque eosdem ab illis dictos esse interdum non pios tantum & sanctos, sed & sanctissimos, idque (vt diximus) exemplo Apostoli Pauli, cum nefarium hominem, Praefecturam tamen gerentem, consueta nomenclatura optimum vocauit Felicem ^g : quo sensu & à Dionysio Episcopo Alexandrino Valerianum & Gallienum Imperatores sanctissimos nominatos diximus.

Iam

A Iam verò quae huius Synodi reliqua sunt, absoluaemus. Sed quanam ista dices. Scias, lector, eandem quae habetur notata titulo Tertiae Synodi habitae Romae sub Symmacho, huius de qua agimus esse Synodi Actionem habitam post dies quatuordecim, nempe (vt ipsa Acta indicat) octauo Idus Nouembris, in basilica S. Petri. eosdem namque Romam conuocatos Episcopos modò in basilica Iulij, modò in basilica dicta Hierusalem in Atrio Sessoriano, modò verò ad basilicam S. Petri conuenisse, quae sunt superius narrata demonstrent. Porro hanc eandem esse huius Synodi hoc anno habitae Actionem, Consulatus ipse significat, dum sub Auieno Iuniori Consule congregata docetur his verbis : Flauio Auieno V. C. Iuniori Consule, sub die octauo Iduum Nouembrium, in Basilica S. Petri Apostoli, praesidente venerabili viro Papa Symmacho, &c.] Sed & ne quis errorem irrepsisse in Consulis nomen causari possit, ipsa facta ab eodem Symmacho praelocutio coram Synodo de rebus ab ipsis Patribus in praecedenti Actione tractatis, id aperta luce demonstrat: sic enim se habet:

B Bene quidem fraternitas vestra Ecclesiasticis legibus obsecuta sub diuini tenore iudicij quae erant statuenda definiuit, & ad iustitiae cumulum perduxit, dum sufficienter vniuersa complectitur, nec adiectione indiget plenitudo, maximè de clericis, quos amor damnationis inuasit, & iugum disciplinae Ecclesiasticae fecit respuere : quos propterea schisma fecisse, apud vos constitit : quibus misericordiam tamen, quam Deus mandat vniuersis impendi, sicut oportuit, non negastis, si duritia cordis eorum non sibi acquirat poenam, dum contemnit oblata remedia. quorum excessus enarrare difficile est, &c.] haec Symmachus praelocutus, decretum illud verè Apostolicum stabiluit, quo ab electione Romani Pontificis laicorum praesumptio quauis regia sulca potentia arceretur.

C His autè adiecit Symmachus Papa decretum de bonis Ecclesiasticis non alienandis, casta penitus reddita ea constitutione, qua saecularis regia potentia de iisdem sancire praesumpserat, bona licet, non tamen bene decernente. Porro primum de his secretum Symmachi ita se habuit:

Sancimus, vt nulli Apostolicae sedis Praesuli, donec disponente Domino Catholicae fidei manserit doctrina salutaris, liceat praedium rusticum, quantumcumque fuerit vel magnitudinis, vel exiguitatis, sub perpetua alienatione vel commutatione ad cuiuslibet iura transferre. Nec cuiusquam excusetur necessitatis obtentu, &c.] nò enim ad immobilia, sed ad mobilia eam prohibitionem extendit, quibusdam causis exceptis, quinque de his capitulis constitutis. Ista quidè hoc anno Symmachus, perinde ac si magno otio frueretur, decernit ; cum licet etiam à calumniis absolutus, schismaticorum tamen exagitaretur insultibus, & pressuris premereur sceleratorum hominum, vt quae anno sequenti dicentur, facient manifestum.

D Praesto fuit Symmacho cum aliis Episcopis primum inter eos locum tenens Laurentius Mediolanensis Antistes, magnamque sibi gloriam ex defensa veritate conciliauit : de quo ista habet Ennodius ^a : Secunda post dubium temporis mora est in Ecclesia Romana captiuitas, quae te (ipsum enim auctor alloquitur) quasi iamdiu desidem & laboris fugacem de longè è sinu quietis abstraheret, cum vix, spe pacis, laboris arma deposita resumuntur. Debere-tur quidem (nisi me laudis tua censura pertraheret) in lugenda causa silentium, vt vna aetate memoriae pereat res nefanda. Senatus ille curiae caelestis accitus est : ibi ex variis prouinciis Episcoporum turba confluit : Vbi ceterus ille quot hominum genera, tot sententiarum varietates aduexit : scilicet quibus inerat spiritalis sapor intelligentiae, quasi duces te principalis deliberationis charitate tenuerunt.

E Tunc quos minantium impetibus blandimentorum melle domuisti: qua superborum corda veneranda humilitatis erectione fregisti: qua labantium animos consilij radice fundasti: explicare non valeo rei gestae notitiam: scire cupidum ex facti contemplatione compello. Vnum te secuti sunt tor electi ; in sententiam tuam reciderunt tantarum Principes ciuitatum. Conquiritur lamentationum aestibus, qui à te cruda obstinatione desciiuit, & nihil habet in solatium praeter calamitatis lacrymas, qui diuisus est. Dicat aliquis forsitan rerum gestarum malignus interpres: Quam sortita est de eiusmodi constantia praesens causa decisionem ? Quae rat qui fines de laudato sudore contigerunt.] haec idcirco ingerit ex persona aduersantis orator, quod post haec (vt dicetur anno sequenti) immensa securae sunt strages. sed respondet ipse: Huic ego fidens replicabo, te Consule factum, ne sacerdotis ministros acciperet furor alienus: ne cruentae indignationi Pontificum sententia militaret, ne in usum malè commoti traherent * euenire posse quod vellent. Postremum improborum loquacitas obmutescat huius saltem aestimatione secreti ^b : quia odiorum incendia, quae non ex impugnati merito, sed ex studiorum fomentis arserunt, nec sanctae deliberationis potuerunt fonte restingui.

Tibi

ALIA ACTIO EIVSDEM SYNODI.

DE NON ALIENANDIS BONIS ECCLESIAE DECRETVM SYMMACHI.

LAURENTII MEDICLANENSIS, COM-MENDATVR OFFICI-VM. Ennod. ser. in diuinali. S. Laurentii.

LAURENTII EPISC. MEDIOLAN. LABORES PRO SYMMACHO.

* decreti

Tibi ergo debetur venerabilium custodia canonum: tibi, quod sine Episcopali nota contingit, quicquid in praesentia saevit improbitas. Tibi paruit, quod alij accusantes clandestina fraude texerunt. Apud te compertum fuit, non satisfaciendum odiis, quotiens fide deseritur qui laceffit. Sed haec melius aliis servatur narranda temporibus.] haec Ennodius de Laurentij Mediolanensis Episcopi egregia nauata opera in hoc conspectu pro Symmacho. Extat inter alias eiusdem Symmachi Papae epistola ad eundem Laurentium data, cuius est exordium: Prodit religiosae votorum conscientiae, &c.] qua tota in eiusdem Laurentij laude versatur, haecque clausula ipsi sine imposuit epistolae: Haec beatitudini tuae quasi strictim pro lingua mea commendatione dicaui. Si precibus tuis vitae successus ariserit, gestorum tuorum plena me relatione consecrabo: ut quae vniuersis nota sunt, mansuris in posterum litteris (quatenus gaudeat aetas secutura) seruentur.] Ex his autem, qualis quantusque iste Laurentius fuerit, ad cuius res praecclare gestas conscribendas Pontificis stylus oppignoratur, intelligere satis possumus. B

DE PETRO RAVENNA- TE, ET EV- LALIO SY- RACUSA- NO.

* dilectionis

SYMMACHI SYMMA MO DESTIA SI- MVL CVM SYMMA CONSTAN- TIA.

ANASTASIS IMP. EXCOMMUNICATVS SYMMA- CHO PAPA.

* Theod. Col- la. tom. lib. 2.

Sed & qui post Laurentium sequitur ordine Petrus Rauennas Episcopus, his temporibus eximia sanctae vitae nituit claritudine. Qui in super tertio loco descriptus legitur Eulalius Syracusanus Antistes, haud silentio praetereundus, utpote & ipse egregia sanctitate conspicuus: eiusmodi enim elogio commendatur in rebus gestis S. Fulgentij Ruspensis Episcopi: Eulalius vir eximiae sanctitatis, admirabilis hospitalitatis, perfectissimae charitatis, in cuius corde thesaurus sapientiae spiritualis absconditus multos talentorum Dominicorum negotiatione ditabat. Virtute enim discretionis super omnia decoratus, monachorum professionem super omnia diligebat, habens etiam ipse monasterium proprium, cui semper adherebat, quoties ab Ecclesiasticis vocabatur.] haec & alia de eo laude digna auctor: quae haud otiose volumus eiusmodi Concilij Actis intexuisse, quo magis compertum fiat, non vulgares homines, sed eximiae sanctitatis viros, veri amantissimos, & constantissimos defensores pro Symmacho stetit se aduersus turbam schismaticorum. Omittimus de reliquis dicere, quos Deus veluti erectas fidei columnas his temporibus regnantium Arianorum Italiae Ecclesiis voluit bene praesse, ut inter alios qui iisdem interfuit Synodis, nostrae Soranae Ecclesiae Sebastianum.

Vidisti in his discernendis quanta fuerit Symmachi Papae constantia, dum primò turba falsorum testium obrutus animum non despondit, & imbre lapidum oppressus exiliit vegetior atque fortior: Considerasti etiam, quomodo post haec summa animi libertate, inconcusso sacerdotali vigore, coram Ariano Rege, cui plurimum debere videri posset, cassat & irritat quae a praedecessore itidem Ariano Principe per Basilium Patricium fuerant contra Ecclesiasticam immunitatem vsurpata. Sed & adhaec simul, quanta in eodem Pontifice enituerit summa animi modestia vnà cum inuictò inconcussoque robore sacerdotali: Et tamen dum sua ipsius causa agitur, cum impetitus esset aduersariorum calumniis, cessit iuri suo, subiicere se voluit sponte Synodo, confacerdotum maluit experiri iudicium & expectare sententiam, quam non tenebatur excipere, sed si voluisset, potuisset suo iure vtens effugere: tamen vt sua integritas omnibus innotesceret, ad tempus cessit, se subditis sibi subdens. Contra verò, cum non sua priuatim, sed Ecclesiae Romanae causa agitur, erigit se supra Reges & Principes, nulla prorsus habita temporis deploratissimi ratione; cum & quae essent contra libertatem Ecclesiasticam vsurpata iura penitus abrogat.

Sed tanta haec licet, adhuc tamen tenuia & exigua videri possunt, si conferantur cum iis quae in eadem Synodo aduersus Anastasium Imp. Symmachus Apostolica summa auctoritate decreuit. Constat enim (licet Synodalia de his Acta desiderentur) in tanta corona Patrum, proposita in mediū causa Imperatoris haeretici, rogata sententia singulorum, communi omnium consensu, à Symmacho excommunicatum impium Anastasium Augustum, patet id quidem in primis ex eiusdem Pontificis litteris ad ipsum Imperatorem datis, quas reddemus suo loco anno sequenti: Cum verò ille ista rescisset, omne genus contumeliarum in ipsum Symmachum Papam conuertit: cuius rei gratia opus fuit eidem Pontifici scribere apologeticum, quod pariter inuectiuam aculeatam ad illum redarguendum haberet. sed de his inferius agendum. Ad postremum verò quod ad eandem spectat Synodum, quid praeterea ibidem Symmachus Papa egerit, accipe ex Theodoro Lectore, dum ait: Symmachus Papa Laurentium iterum intrusum deponi, & iterum in exilium mitti curauit: quo facto, quieuit seditio.] haec ipse.

His igitur quatuor recensitis Actionibus absolutam habes Synodum Palmarem nuncupatam, a loco eo nomine dictam, & effectu talem esse probatam: ex ea enim venerandissimi Antistites palmam consecuti sunt de schismaticis superatis, & restitutum in pristinum Summo Pontifice Symmacho, ac iuribus Ecclesiae vindicatis. Quibus absolutis, singuli in suas

in suas

A in suas Ecclesias regressi sunt triumphantes, exceptique à suis ob omnium pastorem conseruatum illarum & redditum Catholicae Ecclesiae summa laetitia. Quo namque plausu qui inter ceteros externos Episcopos tenuit principatum Laurentius Mediolanensis Antistes exceptus fuerit, extat Ennodij dictio soluta oratione conscripta, simulque additum carmen: est eiusmodi orationis exordium: Amica est homini ad genitale solum reuertenti semper hilaritas, dum metus quoscumque ei peregrinanti mens anxia peperit, quasi praesinitos & caelo gratante dispositos, se euasisse confidit, &c.] Ita plane omni genere descriptionis laudari dignus fuit Antistes, cuius potissimum opera Catholicae Ecclesiae Praesul fuerat è persecutorum calumniis & violentia vindicatus.

At curiosè perquiret aliquis, quanam fuerit illa calumnia, quam aucupati sunt aduersarij Romani Pontificis ad conflandas in eundem accusationes? Mirum quidem, quod cum trium reperiantur Synodalia Acta Conciliorum, in nullis ipsorum vel leuis de his mentio habeatur. Vnde habes, lector, quod discas, sepultas profundo voluisse silentio & obliuione deleras prudentes Episcopos omnes illas infamiae notas, quas inurere conati sunt aduersarij Summo Pontifici, omni qua studio procurasse, ne quauis occasione labes aliqua Summi totius Ecclesiae Sacerdotis publicis Actis posteris tradita posset aliquando reperiri: idque ex maiorum praescripto celare studentium crimina sacerdotum, vt Origines reserat, dum deserit de fide veteris historiae Susannae à senioribus accusatae. Ceterum ex alio Episcopali sancito decreto, quo omnes presbyteri & diaconi iussi sunt habere contubernales, quos vocant concellaneos, seu cellulos praesentes testes, potest quasi per transfennam inspicere & intelligi, sanctissimum Papam Symmachum pulsatum ab aduersariis enormi crimine adulterij: Sed reddamus hic ipsum Episcopale decretum, scriptum quidem ab Ennodio, promulgatum verò & praescriptum subiectis sibi Episcopis ab ipso Laurentio Mediolanensis Ecclesiae Praesule. est autem eius exordium:

Nulli dubium est, hominem qui carnalis concupiscentiae illecebras sacri amator instituti magister viuendi arte domuerit, & praceptorum falce caelestium erraticos palmites de conuersationis suae radice sustulerit, vitali traditurus incendio: fructuosa plantaria ad supernum fouere valitura compendium, vnde diuina iussa capiunt pensiones:] & post nonnulla: Nos tamen, quos pastoralis cura constringit, quibus tuendarum commissa est animarum diligentia, ne summorum quispiam inimicorum arte dispereat: maximè cum mali ipsius recens oculis offeratur exemplar, cum Apostolicae sedis Praesulem & omnium bene Ecclesiarum gubernacula tractantem per proximi tumultus incendium inimicorum rabies tali ore momordisset, & in ruinam suam aliquorum furor, sed iusta indignatione surrexerit. Hanc ergo volentes morborum desecare perniciem, ne in locum iniquae assertionis vestrorum aliquis negligentias aucupetur, & similitudine veritatis ad impugnationem vllus occurrat: qui (vt aiunt) viua hominum testimonia non formidant, dum (quod nefas dictu est) conuicti loco deparatur incautus; & fecisse scelus creditur qui potuisse facere perhibetur, non Dei oculos quam hominis iudicant plus timeat: Errorum fouere creditur solitudo, & profundam nequitiam incommittat admittere, quasi caelo facinora penetralibus inclusa non pateant; & vindicari malum non queat, quod homo non respicit: credentes quod rem studij possint deputare necessitati: sed dum homo homini custos est, ex illo maledicendi ordine pudicitiam valeant accommodare formidini.

Nos quidem vel ex minima parte carpenti occasiones incidimus. Nos supernae memores disciplinae, qualemcumque dexteram volentibus perire porrigimus & arundinè: à ruinae praecipitio diabolicis actos stimulis retardamus; vt discant loquaces, vel post decreta praesentia religiosum amare silentium. Nullum ergo sacerdotem antiquis & modernis legibus obsequetem: nullumque Leuitarum sine bene probata volumus in quocumque loco manere persona: vel quem subire exilitas non permiserit habere consortem, ipse concellaneus fiat alterius. Publicum sit apud religiosos omne quod geritur: clandestina repudietur obscuritas: multos habeant actuum conscios qui Deo debent innocentia: videant aemuli, quia qui testes adhibet, vult probari: mala deprehensa inducet conuersatio, quae non optat agnosci. Certè vel si mens sit recti conscia, vindicta dignus est qui alij existit causa periculi: dum enim suspicionibus patefacit accessum, sit paterni origo discriminis: & qui peccandi fomentum tribuit, ipsi iugulum mortis impingit, vt ait diuinus & beatus Praeco: Noli detrahere, ne eradiceris. Confessor Ambrosius: Quanti (inquit) non dederunt errori locum, & dederunt suspitioni: Suspicio ista est interitus suspicantis, atque non caret peccato, qui dedit.

Annal. Eccl. Tom. 6.

A a a

Vnde

SACERDOTVM PECCATA TEGENDVM DA.

DECRETVM DE CONCCELLANEIS AD HIBENDIS.

* desperet

OPERA SACERDOTVM CVM QVIBVS PATENTIA ESSE DEBERENT

* induetur

* Multi Ambrosij sic. lib. 1. ca. 20.

CONHABITATIO HONESTACLERICORVM.

Vnde mansuro cum Dei timore & Redemptoris nostri ordinatione constituto sancimus. Apostolica sedis beati Petri, vel Præfulis eius auctoritate subnixi, quæ vitia desiderat radicitus amputari: vt nullus religiosorum de memoratis ordinibus aliter quàm præfati sumus audeat conuersari: vel quicumque præsumperint, cum amissione pudoris damna sustineant. Quoniam grande malum est dicatam Deo personam salutaribus monitis non parere. Nullus secum extraneas habeat mulieres, præter personas canonibus designatas, ne agendo taliter, etiam si vita fuerit innocens, damnum opinionis incurrat.] hætenus ibi apud Ennodium. Sed & in his illud considera, nonnisi auctoritate Apostolicæ sedis nifos esse Episcopos, qui sibi subditis seruanda aliqua decreta proponerent, vt dictæ constitutionis legislator (vt vidimus) profiteretur.

DE BENEFICIORVM ORIGINIB.

Hoc eodem anno; sub Consulatu videlicet Probi, Auieni collegæ, data reperitur Symmachi Papæ epistola ad Cæsarium Episcopum: eius planè nominis Antistes his temporibus (vt superius dictum est) regebat Ecclesiam Arelatensem, de quo & inferius sæpè dicendum erit. Consuluerat more maiorum Cæsarius Symmachum de nonnullis, quæ ex reddita ad ipsum Symmachi epistola nota sunt: & in primis illud, ne possessiones Ecclesiæ distraherentur, nisi fortè clericis, vel monachis, aut peregrinis concedantur ad tempus, reuersuræ eedem ad Ecclesiam. Ex quibus potes intelligere, si consideras, lector, beneficiorum Ecclesiasticorum originem: Etenim cum solerent clerici ab Ecclesia per Episcopum mentibus singulis viduus causa meritam stipem accipere, vt ex sancto Cypriano secundo tomo Annalium demonstratum est; postea verò factum vt aliquibus ex his Ecclesiæ possessiones, quo ad viuerent, ab ipso Episcopo concederentur, quæ beneficia dici cœperunt, eo quòd (vt habet Symmachus in ea epistola) benemeritis tantummodo eas concedi liceret.

Incipit autem dicta epistola: Hortatur nos æquitas postulationis, &c.] cusa extat inter Symmachi epistolas tomo primo epistolarum Rom. Pontificum. Sed extat & alia eodem argumento ad eundem Cæsarium data, numquam hætenus cusa, quam hic tibi ex Arelatensi codice exhibemus: sic enim se habet:

Dilectissimo fratri Cæsario Symmachus.

Charitati tuæ per omnes Gallicanas regiones vtendi pallij cōcessimus facultatem. Exemplum libelli: Sicut à persona B. Apostoli Petri Episcopatus sumpsit initium, ita necesse est vt disciplinis competentibus sanctitas vestra singulis Ecclesijs, quid obseruare debeant, euidenter ostendat. In Gallia siquidem prouincia ab aliquibus personis Ecclesiastica prædia diuersis titulis alienantur, ita fit vt pro suo quis arbitrio deuota mente relinquendum & egentium necessitatibus deputatas imminuat facultates. hoc postulamus vt fieri prohibeat Apostolica sedis auctoritas, nisi forsitan aliquid pietatis intuitu monasterijs fuerit largiendum. Illud etiam pari supplicatione deposcimus, vt de laica conuersatione qui in singulis Iudicum officijs meruerunt, aut certe rexerunt sub aliqua potestate prouincias, aut Episcopus ordinetur. Viduas etiam iam diu religioso habitu assumpto, & sanctimoniales longo iam tempore in monasterijs consistentes poscimus vt vniciuque coniugij causa nec volentes sibi iungere, nec inuitas rapiendi libera sit facultas.

Illud etiam humili prece suggerimus, vt nulli per ambitum ad Episcopatum concedatur accedere, nec data pecunia sibi potentes homines suffragatores adhibeant. Et vt hæc facilius possint custodiri, clerici vel ciues decretum facere, vel subscribere sine Metropolitanis notitia vel consensu non præsumant penitus. Hæc omnia vitione distinctionis vestræ fieri prohibete, quatenus & in Ecclesia vestra, & in supradicta prouincia disciplina bonis actibus amica feruetur.] hucusque ex dicto codice.

De rebus verò Orientalibus Marcellinus in Chronico habet sub anni huius Consulibus gentem Bulgarorum deprædatam iterum esse Thracias, nullo Romanorum milite resistente. Porro Anastasius, qui non ferro, sed auro barbaros auertere consuevit, eosdem persoluta pecunia ab Oriente conuertit in Occidentem: quos post annum sequentem Theodoricus Italia Rex vicit, recepitque Sirmium, quod coniunxit Italiae, vt Cassiodorus affirmat.

Sub huius quoque anni Consulibus Amidam validū Romanorum præsidium in Mesopotamia à Cabade Perfarum Rege monachorum proditione captū post sex mensium obsidionē, idem Marcellinus tradit. Quæ autem acciderint, dum ea ciuitas ab eodē Rege obsideretur, memoria digna, Procopius enarrat his verbis: Hic (inquit) operæpretium de Iacobo enarrare. Is inter Syros vir admodum iustus, qui & in rebus diuinis exercebatur in vi-

BULGARIT DEVA-STANT THRACIAS, ET SVPERANTVR A THEODORICO. * Cassiod. in Chron.

* Procop. de B. I. Pers. lib. 1.

co ab

A co ab Amida vnus dici iter distante, iam pridem sese intruserat, vt affatim quæ sunt ad pietatem meditari posset. Hic ei addicti homines in breui spatio cancellis interseueratis, vt videri ab audientibus ac passim consuli posset, ipsum incluserunt: vbi neque æstus neque frigus curans, tantum ex seminibus victabat, non quotidie, sed interuallo dierum multorum sumptis. Hunc igitur Perfarum quidam, excurrando ad ea loca, sagittis petere tentantes, diuino portento, manus, arcusque immobiles visi sunt consistere. Hac fama in castra Perfarum perlata, Cabades* ire visum statuit. Quo animaduerso, horrore simul cum Peris qui aderant captus, barbarorum noxam decrepari cœpit. Ille verò tantum verbo malum hoc pepulit: ex quo homines illi liberati, & in pristinum restituti fuere statum. Tunc Cabades pro meritis ei quod vellet, optionem dedit, putans eum magnas opes petiturum. Tantum ab eo postulauit, vt homines, qui in hoc bello ad eum visendum secederent, saluos esse veller: quod Cabades facillè concessit, insuper syngrapham pignoris loco ac tutelæ dedit. Hoc itaque rumore peruagato, plurimi ad eum confugientes seruabantur. Et hæc sic quidem se habuere.] hætenus de his Procopius, pergens res gestas in ea diuturna obsidione narrare, asserensque non proditione, sed ignauia monachorum Amidam oppidum fuisse captum. Cetera de bello Perfico si cupis, consulas tu ipse Procopium: secutus est autem ipse Eustathium, qui fufus hæc prosecutus est, & ad hunc vsque annum duodecimum Anastasij Imperatoris suam perduxit historiam, & (vt testatur Euagrius*) finem viuendi fecit.

DE IACOBO SYRO ANACHORITA.

* Cadabes

* Euag. lib. 3. cap. 37.

IESV CHRISTI SYMMACHI PAP. ANASTAS. IMP. 13. ANNVS 503. ANNVS 5. THEODORICI REG. 11.

Q Vingentesimus tertius Christi annus Dexcrato & Volusiano Consulibus notatur à Marcellino, ex quo librarij redarguas errorem in Cassiodoro, apud quem omissus anni huius reperitur horum Consulatus. Acta autem Synodalia anni huius, absque certo Cōsule, Post Consulatum Auieni notata leguntur: sed malè Indictione nona, cum vndecima scribenda esset Indictio: vnde conicias librarij errorem ita exscribentis ix. loco xi. numeri notas. Sed & nonnisi librariorum vitio potuit accidisse, vt ad finem Chronici Cassiodori aliquot desiderentur Consulatus: omnis enim suspicio oscitantæ procul ab ipso abest, qui suorum temporum scriptor luculentissimus & accuratissimus extitit. Porro ex numero annorum Imperij Anastasij integrum & concinnum esse Marcellini Chronicon, Cassiodori verò mutilatum, apparet. Sed iam sub anni huius Consulibus res gestas enarrare aggrediamur.

CHRONICON CASSIODORI MUTILVM.

D Quod in primis ad perturbatum Romanæ Ecclesiæ statum pertinet, iterum hoc anno conueniendi necessitas incubuit Episcopis, qui anno superiori Synodum celebrantes Symmachum Papam vindicarant à calumniis accusantium schismaticorum. Conuentum autem huiusmodi celebrandi ea præcessit occasio, quòd schismatici superiori Concilio condemnati, haud tamen (vt par erat) poenitentes, licet inuitati, vnitatem Catholicam quæsiuere, sed quo minus isdem vi agere licuit, à Theodorico Rege coerciti, eo magis linguis obstrepere, ardentiusque pugnare aggressi sunt; compluraque obicientes aduersus anni superioris Synodum, scripserunt libellum hoc titulo prænotatum, Aduersus Synodi absolutionem.] quo eam quàm acerbissimè carpsent. Quamobrem ad tuenda confirmandaque sua ipsorum decreta Pontifices iterum coeuntes, prouinciam hanc maximi ponderis Ennodio diacono tradiderunt, vt aduersus obiectiones schismaticorum apologeticum libellum scriberet: quod ipse munus diligenter exoluit, defensorium librum elucubrans, quem absolutum sanctæ Synodo cognoscendum obtulit, qui ab isdem simul considentibus Patribus iustus est legi. Declarant id quidem Acta Synodalia verbis istis: Post Consulatum Auieni, cum in vnum, annuente Domino, ante Confessionem beati Petri Apostolorum principis refedissemus, sancta Synodus dixit: Libellus qui Synodali auctoritate contra eos qui aduersus quartam nostram Synodum, quæ habita est Romæ Palmari*, mutire præsumperunt, ab Ennodio conscriptus est, coram omnibus deferatur, & in præsentia omnium legatur atque roboretur.] extat ipse, licet mendosus non nihil.

SCHISMATICI ROMANAE QVINTA CVNT.

COGITVR QVINTA RO. SYNO-DVS.

* Tom. 1. Cōr. edit. vet.

* palmaris

Sed quænam essent aduersariorum obiectiones, ex ipsarum confutatione ab Ennodio discretè elaborata possunt intelligere. Fuit namque primo loco ab aduersariis contra Synodum oblatratum: Non omnes sacerdotes ad Synodum regia auctoritate vocatos: Insuper, nec ex iis qui interfuerunt, omnes pariter consensisse: Addebant præterea, impugna-

DE LIBELLO AB ADVERSARIIS CONTRA SYNODUM QVARTAM SYNODVM SCRIPTO.

OBIECTIO- NES SCHIS- MATICO- RVM.

tores Summi Pontificis non auditos, & accusationes non esse confutatas: Insuper, quod re- fragati essent Episcopi regiae iussioni, cum in Synodo Regi dixerunt, non esse Regis Syn- odum conuocare, sed ipsius solum Pontificis: Adhuc etiam exprobrantes addebant, quod per defensionem Apostolicæ sedis iurium, nihil aliud ab eis prætentum esse videretur; quàm asserere Petrum & successores eius à Domino accepisse cum sedis priuilegijs, etiam peccandi licentiam. Exprobrarunt itidem Episcopis, quòd ad Synodum venissent, quam co- gere ex sua ipsorum sententia minimè fuisset regiae facultatis. Illud insuper his connecten- tes, dixere: Si vera Episcoporum assertio est, sedis Apostolicæ Præfulè minorum numquam subiacere debere sententiæ, cui ad iudicium districta conuentione perductus est: His adde- bant, quòd testes de domo Symmachi petiti, præsentari minimè iussi essent; nec refugere debuissent Romanum Pontificem seruatorum testimonia, cum ipse Dominus noster Iesus Chri- stus non detrectarit seruatorum subiicere se iudicio: sic & Petrum, Paulumque, olim verò Sa- muclum, & postremò Athanasium Alexandrinum minimè refugisse, sed appellasse in sua causa iudicium. Illud præterea ingesserunt obiecientes, quòd cum ex Actis constaret auctori- tate Papæ potissimum illam fuisse Synodum congregatam, nullum dicebant præcessisse ex- emplum, vt Papa Synodum conuocaret, quæ de crimine eius obiectione cognosceret: & falsum esse quod dixissent à Principe Synodum postulatam. Sed & his adiciebant dicentes: Quare conuentionem præueniens cum populorum cœtibus examen intrauit; & postea iu- dicia, cum euocatus quater fuisset, spreuit?

At hæc omnia quàm validissimè potenti oratione, firmissimisque rationibus Ennodius confutat; cunctaque mendaciter atque calumpniosè ab aduersariis obiecta esse, palàm facit atque redarguit: sicut & omnino falsum ostendit, quòd illi magis inuidiosè quàm calumnio- sè obiectabant, Romanæ plebis vtrumque sexum factiosè comitatum esse Pontificem ad iudicium procedentem; quos tamen non spirantes furorem, sed fundentes lacrymas, comi- tatos esse Pontificem docet: sicut & quòd dixissent, nulla iudicij seruata forma absolutum Papam à Synodo recessisse, ob idque nullam fuisse absoluentis Synodi firmitatem: siue fri- uolam illam de Laurentio Mediolanensi Episcopo & Petro Rauennate quam adiecerunt obiectionem, quòd ad Synodum venientes, abstinuissent à Symmachi consuetudine; cum tamen communicationem Catholicam solemnibus testatam ritibus numquam deseruissent. vel cum subiecerunt querelam, quòd Visitatorem perperam pepulissent: siue alia quæ schismatici linguis vipereis exhibantes, caninoque dente rodentes Symmachi Papæ famam, iurgia instaurantes, rixasque penè confopitas iterum excitantes obiecerunt.

His, inquit, omnibus (vt dictum est) occurrens Ennodius, publica docuit oratione, eosdem aërem verberare, & furore percitos insanè confligare cum laruis. Ad finem verò orationis, quam per eos Apostolicæ sedis sublimitas deprimeretur, ista addit: Hæc (inquit) refero, muni- di caput Romam per vestras contentiones esse prostratam, & nutricem pontificij cathe- dram quasi vltimum videri sedile despectum.] & post multa, quales essent eiusmodi accusa- tores, audi: Accusatis malitiam, repleti iniquitate, fornicatione, immunditia, auaritia, nequi- tia, inuidia, iniustitijs, contentione, dolo, malignitate, superbi, elati, inuentores malorum, pa- rentibus non obediens, insipientes, incompoti, sine affectione, sine misericordia: docen- tes fornicantibus neminem esse miscendum, adulterij Laurentij aut sequacis, aut præuij; per quos ille aut exercuit, aut habebat toxica, aut effundens monstrauit quæ accepit.] hæc quidem & alia plura idem Ennodius, qui ad eorundem clericorum instabilitatem ac leuitatem respexisse visus est, cum istiusmodi inter mærorem cecinit epigramma:

Qui ponti faciem, numerum qui nouit arena:

Femina quem iurans fallere nulla potest:

Astrorum plebem, qui calles spectat amantium:

Cynthia cui certis cornibus innotuit:

Non valet hic vultus retinere, nomina, mores,

Quos mutat clerus tempus in exiguum.] hæc planè Ennodius in schismaticos.

Contra verò cum Symmachum Papam sanctum prædicat & innocentem, eò fiducia impulit ipsum sanctissima vita prædecessorum Romanorum Pontificum, vt Petri vitæ merita transfusa esse in successores dicere non dubitaret, vbi ait: Nos non beatum Petrum (sicut dicitis) à Domino cum sedis priuilegijs, vel successores eius peccandi iudicamus licentiam accepisse. Ille perennem meritorum dotem cum hereditate innocentie misit ad posteros. Quod illi concessum est pro actuum luce, ad illos pertinet, quos par conuersationis splendor

* intentio- nes

SCHISMA- TICI QUA- LRES ES- SENT.

* fornicatio- nibus

* Ennod. car. de varietate cleric.

ROMANI PONTIFI- CES SAN- CTISSIMI PRÆDIL- GATI.

DE LIBELLO APOLOGETICO INTER ACTA RECEPTO.

A dor illuminat. Quis enim sanctos esse dubitet, quos apex tantæ dignitatis atollit? In quo si defunt bona acquisita per meritum, sufficiant quæ à loci decessore præstantur. Aut enim cleros ad hæc fastigia erigit, aut qui eriguntur illustrat: prænoscit enim quid Ecclesiarum fun- damento sit habile, super quod ipsa moles innittitur.] hæc Ennodius exemplis (vt diximus) doctus sanctissimorum, qui hætenus eidem sedi præfuerunt, Romanorum Pontificum. Elaboratus igitur ex sanctæ Synodi iussu eiusmodi Ennodij diaconi apologeticus, oblatuque Patribus in Synodo consistentibus, ab eisdem in Confessu iussus est legi. Quid verò post hæc habeant ipsa Synodalia Acta ad rerum gestarum cognitionem spectantia, accipe ex eorum verbis: Eo recitato libello, & ab omnibus consona voce comprobato, sancta Synodus dixit: Hæc futuris temporibus referuentur, atque ab omnibus teneantur, & ab omnibus ser- uentur. Hic libellus integerrimè synodaliter ab omnibus teneatur, atque inter quartæ & quintæ Synodorum nostrarum Actiones interponatur, & ita sicut harum Synodorum de- creta habeatur, quia Synodali auctoritate conscriptus est & roboratus.] hæc fuit Patrum om- nium de conseruando libello sententia. subdunt mox Synodalia Acta:

Ad quæ beatissimus Papa respondit: Iuxta vestrum omnium fiat voluntatem, & vt iudi- catis, Apostolica habeatur auctoritate, & inter Apostolica (quod dicitis) interponatur de- creta, & sicut cetera Apostolica ab omnibus teneatur decreta. Ad quæ omnes ter vna voce responderunt, dicentes: Vt fiat, rogamus.] Ita quidem libellus ille non inter Acta tantum Synodalia, sed inter Pontificia meruit adnumerari decreta: qui vtinam non corrosus men- dis extaret, sed, vt erat cum est recitatus, purus & integer remansisset!

Rursum verò rogantibus Patribus, vt omnes accusatores Symmachi damnarentur, simul- que qui contra Synodum Palmarem obloqui præsumpissent, hisque faustas acclamationes iungentibus, ipse Symmachus Papa non consentit, sed cum delinquentibus, Christiana man- suetudine adhibita, mitius agendum esse suavit; immo & penitus ignoscendum, Domini exemplo docuit. Post hæc autem vetera Ecclesiastica iura restituenda proposuit, quibus ca- ueretur, ne populus in Episcopum, aduersus pastorem oues, ipsum accusando insurgerent, fi- dei tantummodo causa excepta. Addidit autem ad decretum, antè restituendos esse in pri- stinum expoliatos Episcopos, quàm dicere causam coram alijs Episcopis cogentur. His & alijs antiquis canonibus ad hæc spectantibus restituitis & stabilitis, secuta sunt Patrum sub- scriptiones, quibus & libellum Ennodij roborarunt omnes numero (vt habet inscriptio) du- centi decem & octo Episcopi.

CANONES VETERES RESTITUTI, PRO EPI- SCOPORVM DE- FENSIONE.

Quòd verò huic quintæ Romanæ sub Symmacho Synodo centum & quinquaginta fer- me Episcopi numerentur Orientalis Ecclesiæ; alicuius alterius Synodi longè antea celebra- tæ illam esse subscriptionem, non Romanæ, affirmari posse videtur: siquidem quàm plurimi ibi recensentur Episcopi, qui interfuisse reperiuntur Concilio œcumenico Chalcedonensi ante annos quinquaginta duos celebrato, quorum nulla penitus post decem annos à tempo- re dicti Concilij mentio reperitur.

Extat ad eundem Symmachum ante sedatum schisma data ab Ennodio epistola, cuius est exordium: Boni operatoris est, probatam in acie militis animare virtutem.] vbi & hæc inferus: Vtinam Diuinitas vestris precibus diabolicum certamen interimat: Vtinam deuotio- nem meam in pace manifestet: vt cuius studium resignauit aduersitas, illius concordie commenter obsequium, &c.] Accidit quidem ex optato: vt Ecclesiæ Romanæ diu exul con- cordia tandem postliminio redderetur, recipereturque idem Pontifex ab omnibus amantè & cupide. Etenim quantum colligere fas est ex eiusdem scriptis Ennodij, iidem aduersarij, sua- sione Theodorici Regis ad eosdem scribentis epistolam, ad concordiam communicatio- nemque Catholicam redire, subiicientes se eidem Symmacho Romano Pontifici.

CONCOR- DIA RTVNI- TAS RESTI- TUTA.

Habetur autem hac de re ipsius Ennodij breuis dictio eiusmodi concepta verbis, nonni- hil nimia antiquitate mendosa: Quia in societatem capitis sui aliquando Romana membra coierunt: iustum erat, vt beatus Petrus Apostolus sedi suæ Ecclesiæ & Senatui liberior per Dominum partes debitas reformaret, dignus Regnator, dignus in quo cum ætate voto- rum summa contingerit. Nam etsi itura ad posteros felicitas perseveret: lætandum illis est laudatione præcipua, à quibus sumpsit exordium. Deo efficaciter supplicastis, vt illius vos virtus erueret, cuius potest seruare clementia. Didicistis eius euentus prosperos, quem vi- detis, dum mandat securam post bella victoriam. Parum superest, vt mansuetudinem mentis illius ita profundam retineatis, quasi sit ignara procinctuum. Deo tribuente, nec pax eius turbari dubijs potest, nec fortitudo qualibet obiectione confringi. Nihil aliud apud il-

DICTIO EN- NODII POST SVBLATVM SCHISMA.

* amara

lum tutius supplicante, solus euasit procliares acies qui rogauit, vicit armorum impetus qui obrulit deuotus obsequium.

THEODORICI REGIS STUDIUM COMMENDATVR.

Quod vix veteres Principes suo sudore potiti sunt, hoc semper Regis nostri breuis procurauit epistola: per excursus dirigitur felix exercitus ad triumphum, qui credat militem eius in labore & in perfectione habere quidem superantis gloriam, sed continentiam subiugati. Consummatis congressionibus, de ira hereditatibus nihil remanet. Vno tempore, quos perniciosos aduersarij viderint, blandos sentiunt tributa pendentes. Et hæc quidem caelesti præparantur pro hac repensione suffragio, quia fides nostra apud eum, nil aliud ipse secleretur: in portu est mirabilis patientia, quæ tenax propositi sui claritatem non obumbrat alieni. nam & Ecclesiarum nostrarum patrimonia, nisi aucta fuerunt, ingemiscit. Sic factum est, ut statum suum locupletes pauperum substantiæ teneant, & mediocres ad supremam opulentiam conualescant: in sacerdotibus virtutes & innatas colit, & non repertas inspirat.

preiudico

Sed cum beatitudinem vestram præuideo * diffusi sermones ancipitem, continuè experientia vestra & spiritalis illa perspectio ieiunum me fuisse in filij vestri laudibus accusabit: & cum soleant implicari facta colloquiis, sterilem me relatores de virtutum tuarum messe causabitur: iam seculares apices curules & trabeas, patricias etiam dignitates qualiter aut naturæ reddat, aut moribus domestici perlatoris adspulatione vulgari (nam & veteres in antiqua generis luce durare facit, & novos splendore inopinati fulgoris irradiat) facilius Republica eius bono dispensationis in priuatam migrat opulentiam, quam famulantium census in Palatina lucra commutetur. Nunc, quod superest, meæ seruitiis salutationis acceptis, perspicite ut Christus Redemptor noster quæ in præfato clementissimo Rege tibi contulit, longa ætate conseruet: det etiam regni de eius germine successorem, ne bona tanti hominis in vna ætate veterascant, & antiquata temporibus pro sola aurei sæculi commemoratione nominentur.] hæc Ennodij dictio, & styli duritie, & textus mendosi scabrositate vix perspicaci peritua intellectui.

PRO REGE PRICES FERDITENNO. DIVS.

ENNODIUS MINIME ADVLATVS.

*Baruch I.

Ita quidem Ennodius pro Rege, impio quidem, si Arianum fuisse consideres, ceterum si officia spectes, de Romana Ecclesia ipsiusque Pontifice Symmacho optimè merito. Retinebat mente ista perorans, iustum hoc esse Dei Prophetæ Baruch, cum in Babylone captiuus populum teneretur: Orate pro vita Nabuchodonosor Regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius, ut sint dies eorum sicut dies cæli super terram, & ut det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, ut viuamus sub vmbra Nabuchodonosor Regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum.] Eiusmodi ergo tibi subiecit ex diuina Scriptura petum exemplum, ne existimes tantum Ecclesiæ diaconum voluisse Regi turpiter adulari.

Extant eiusdem auctoris complures ad eundem Romanum Pontificem epistolæ priuatis in causis diuersis argumentis conscriptæ, in quibus ille frequens reperitur dicendi vsus in rogando & obtestando, vel alia ex causa dicendo, Per coronam vestram, vel, A corona vestra.] sed haud recens est ista nomenclatura, vel peculiaris de Romano Pontifice: nam & vsurpata inuenitur vbi cum alijs etiam Episcopis actum est, quod docet S. Augustini epistola centesima septuagesima quarta.

AGROTYAN TI SYMMACHO LVGERT ECCLESIA. *vigentic

Post hæc autem ipsum Pontificem Symmachum ægrotasse, sed conualuisse, idem Ennodius scribens ad Faustum declarat his verbis: Sancti Episcopi Patris nostri propè in dubium salus deducta me terruit: in cuius ægritudine quamuis cuncta illacrymaret Ecclesia, me tamen specialis mæror afflixit, qui eius plus debeo amor. Vidi pacem ciuitatis, vigente tristitia: discordiam Urbis nostræ limina transcendentem, & ab oculis nostris quasi incertum aliquod aut vagam fumum elapsam. Sed sufficiat tristibus stricta narratio. Iam ad bonam valitudinem sancti Patris salus optanda & diligenda respirat.] hæc Ennodius: quibus intelligis quanto prosequeretur amore vniuersa Ecclesia pastorem suum, cum eius corporis ægritudine, ipsa animo ægrotaret, & tota lacrymis se prolueret. Vnde & tu habeas, quo mores perditissimos nostri infelicissimi temporis lugeas, cum miseros vides studentes priuatis commotis, instar perditissimorum filiorum qui la tantur ad ægritudinem patris, & exultant in obitu, quo inuadant diu cupitam hereditatem, non solum non tristari, sed exhilarari spiritualis morte parentis, quam & malis artibus sæpè inquirere & prædicere soleant. En quæ priuatus amor, quo ardor Christianæ charitatis prorsus extinguitur, pariat deformia horrendaque visu contra naturam monstra.

At iam de rebus inter Anastasium Imperatorem & Symmachum Romanum Pontificem tempore

A tempore isto transactis agendum nobis est: Qui enim (vt anno superiori vidimus) ab ipso Symmacho anathemate idem damnatus est Anastasius Imperator, quod aduersus Pontificem nullam alio modo sibi liceret experiri vindictam, cum iam molitiones omnes per Romanos Senatores aduersus eum diutius pertentata: irrita: prorsus reddita: fuissent; ad maledicta conuersus, calumniarum iaculis ipsum è longè appetere conatus est, scribens in eum contumeliis referum libellum: aduersus quem ipse Symmachus apologeticam scripsit epistolam. Hæc quidem non ante hoc tempus gesta esse, ipsæ litteræ Symmachi satis docent, dum in eis mentio habetur de lapidatione, qua à schismaticis anno superiori (vt vidimus) appetitus, Dei prouidentia liberatus est. Ipsa autem epistola Symmachii sic se habet, eiusmodi inscriptione notata:

*Extat Tom. 1. Biblioth. sancti.

B Symmachi Episcopi Romani apologeticis aduersus Anastasium Imperatorem. Ad augustæ maiestatis Gratiani Imp. epistolam octo libris beatus respondit Ambrosius: quia pro fide Catholica & illum non piguit prolixius prædicare, & hic non fastidiuit gratanter accipere. Hæc dixerim, vt si modum libelli promendo collegerim, non existimer quæ non oportuit locutus. Si mihi, Imperator, apud externos Reges, eosque totius Diuinitatis ignaros, pro fide Catholica dicendum foret; quicquid eius veritati rationique congrueret, etiam prætenta morte perorarem. Væ mihi erit, si non euangelizauero. Meliusque est iacturam vitæ præsentis incidere, quam sempiterna damnatione puniri. Verum tu si Romanus Imperator es, etiam gentium barbararum legationes debes clementer admittere si Christianus Princeps es, qualiscumque Præfulus Apostolici debes vocem patienter audire.

*Cor. 9.

C Contumelias tuas, Imperator, quas sub diuino iudicio ipse perpendis, vtrum ne in me religiosa mente profuderis, fateor vel mei causa vel tui dissimulare me non posse. Mei causa, promissionem Domini recolendo dicentis: Cum vos persecuti fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos propter iustitiam, gaudete. Tui autem: quia nollem sic meam gloriam provenire, vt te possit non mediocriter onerare. Et ego quidem Dominicis & Apostolicis eruditionibus institutus, benedictionem studeo eius, Imperator, referre maledictis, contumeliis honorificentiam reddere, & odiis redhibere charitatem. Sed vide, quæso, ne ab eo qui ait: Mihi vindictam, & ego retribuam: quantum à me remittitur, tantum à te cumulatus exigatur. Quid enim Christus dicat de his qui vel minimum in eum credentem scandalizauerint, Euangelium referat, non mea voce promatur.

*Matth. 5.

*Rom. 12.

*Marc. 9.

D Sed fortasse dicis, potius te esse minimum qui credas in Christo, & de te hoc rectius accipi, & me esse scandalizantem tuam fidem. Christus itaque Deus veraciter totus & totus homo est sic conceptus, sic editus, sic conuersatus in sæculo, sic passus, sic apud inferos, sic resuscitatus, sic cum discipulis apprensus, sic eleuatus in cælum, sic exinde dictus est venturus, sic hodieque in cæli regione persistit, dicente Apostolo: In quo habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter. & certè de eo dicit, quod nunc est ipse. Ergo ille est minimus, qui sic credit in Christum: sed & huiusmodi in Christum credit, qui in integrum Christum credit, non in semi Christum, & ideo non in Christum, quia Christus non nisi integer: integer autem non nisi huiusmodi. De tali ergo in se credente dicit: ipse etenim minimus eius & paruus est, pro quo scandalizato quid promiserit, ipse (vt dictum est) verbis melius ostenditur.

*Colos. 2.

E Fortasse dicas, Imperator: Sed ego quoque talem Christum credo, & ideo inter eius minimos iure connumeror. Hoc grauius, si & talem credis, & talem non credentibus communionem misceris: Hæc enim (inquit Apostolus) non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. An communicare non est consentire cum talibus? Proinde aut doce, alienos non esse, aut longè grauius (vt dictum est) contra notam sibi erit tendere veritatem.

*Rom. 1.

Contumelias igitur, Imperator, quas in meam proferendas putas esse personam, vtinam quam mihi gloriosæ sunt, ita te grauari non possent. Domino meo dictum est à quibusdam: Dæmonium habes, Vorator, de fornicatione natus: Et putas quia ego debeam mihi dolere? quàm talia proferenti cautum est & diuinis legibus & humanis? In ore duorum aut trium testium stat omne verbum. Quid cum & humano te examinante iudicio falsa fuerint comprobata? Quid Imperator in diuino iudicio? An quia Imperator es, nullum Dei putas esse iudicium? Taceo quod Imperatorem accusatorem esse non conueniat: postremò iisdem diuinis humanisque legibus nemo possit esse accusator & Iudex. Numquidnam sub alieno iudicio dicturus es causam, vel accusator astabis?

*Matt. 11.

*Luc. 7.

*Ioan. 8.

Dicis me esse Manichæum. Numquid ego Eutychianus sum, vel Eutychianos defendo, quorum

CHRISTI
503.SYMMACHI PAP.
5.ANASTAS. IMP. 13.
THEODORICI REG. II.

quorum furor maximè Manichæorum suffragatur errori? Roma mihi testis est, & scrinia testimonium perhibent, utrum à fide Catholica, quam in sede beati Apostoli Petri veniens ex paganitate suscepi, aliqua ex parte deuiauerim. Procedat aliquis, & quilibet ratione conuincat: alioqui conuicia sunt ista, non criminum probamenta. Nescio utrum quibus obiicitur falsum, an falsis obiectioribus inimica dicentibus me non ordine consecratum. Inter imbres lapidum totus euasi: Iudicauit Deus.

^{Matth. 7.} An quia Imperator es, diuinum putas contemnendum esse iudicium? Sed fortasse dices, etiam indignantem Deum noxia quoque plerumque permittere. Scriptum est: Ex^a fructibus eorum cognoscetis eos. Ostende ergo quid eximes arguendum, ut iratum maximè Deum, quæ non conuenerant, permisisse demonstras. An quia Eutychnianis nullatenus acquiesco? Me quidem ista non fauciant, sed te palam aperteque demonstrant meum cogitasse honorem repellere, quem interuentu suo beatus Petrus imposuit. An quia Imperator es, contra Petri niteris potestatem? Et qui Petrum Alexandrinum recipis, beatum Petrum Apostolum in suo qualicumque Vicario calcare contendis? An bene factus essem, si Eutychnianis fauerem? si Acacij nomini communicarem? Latere non potest cur ista præendas.

Conferamus autem honorem Imperatoris cum honore Pontificis: inter quos tantum distat, quantum ille rerum humanarum curam gerit, iste diuinarum. Tu Imperator à Pontifice baptismum accipis, sacramenta sumis, orationem poscis, benedictionem speras, penitentiam rogas: postremò tu humana administras: ille diuina dispensat. Itaque ut non dicam superior, certè æqualis honor est.] sed hæc modestiæ causæ: pergit verò: Nec te putes mundi pompa præcellere: Quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Itaque videris quid te deceat. Tamen cum in accusationem prærueris, tam diuinis legibus quàm humanis parim mecum forte consistis, in qua cariturus honore summo si fuero (quia id maius) te accusante conuictus, amissurus pari ratione, non contuicris, dignitatem. Sit istud in mundo iudicium: spectante Deo & Angelis eius, spectaculum omni sæculo simus, quo aut Sacerdos bonæ vitæ, aut Imperator religiosæ modestiæ consequatur exemplum. quia his præcipuè duobus officiis regitur humanum genus, ut non debeat aliquid eorum existere, quo valeat offendi Diuinitas: maximè cum vterque honor videatur esse perpetuus, atque ita humano generi ex alterutro consularur.

Precor, Imperator (pace tua dixerim) memento te hominem, ut possis uti concessa tibi diuinitus potestate: quia etiam si hæc sub humano præuenere iudicio, sub diuino necesse est ut discutiantur examine. Fortassis dicturus es, scriptum esse, omni potestati nos subditos esse debere. Nos quidem potestates humanas suo loco suscipimus, donec contra Deum suas non erigunt voluntates. Ceterum si omnis potestas à Deo est, magis ergo quæ rebus est præstituta diuinis. Defer Deo in nobis, Senatu, & collegio clericorum Romæ; & nos deferemus Deo in te. Ceterum si tu Deo non defers, non potest eius uti priuilegio, cuius iura contemnis.

Dicis, quòd mecum conspirante Senatu, excommunicauerim te. Ista quidem ego: sed rationabiliter factum à decessoribus meis sine dubio subsequor. Dicis, quòd malè te Romanus tractet Senatus. Si nos te malè tractamus, suadentes ut discedas ab hæreticis, tu nos bene tractas, quos vis fociare præcipitanter cum hæreticis? Quid ad me (inquies) quod egit Acacius? Recede ergo, & nihil ad te: nam si non recedis ab eo, pertinet ad te. relinquamus vterque mortuum: & nos hoc petimus, ut nihil ad te pertineat quod egit Acacius: Vita & tu; & ad utrosque non pertinet quod egit Acacius, ut possis sine his quæ egit Acacius, cum ea quæ ad nos pertinet causa coniungi, ut possis sine Acacio nostræ communioni fociari. Nos non te excommunicauimus, Imperator, sed Acacium: tu recede ab Acacio, & ab illius excommunicatione recedis. Tu te noli miscere excommunicationi eius, & non es excommunicatus à nobis. Catholici Principes quidem semper Apostolicos Præsules institutos suis litteris præuenerunt; & illam confessionem fidemque præcipuam, tamquam boni filij, quæsiuerunt debite pietatis affectu, cui noscitur ipsius Domini Saluatoris ore^b curam totius Ecclesiæ delegatam. Quod quia per occasiones fortasse publicas tuâ creditur præteruisse tranquillitas: ne magis honorem meum, quàm sollicitudinem Domini gregis appetere iudicaretur, appellare non destiti meis te sponde colloquiis.

Vulgarum fuisse designas, quòd tua serenitas directa militari manu compelleret eos, qui se a contagione perfidorum multis temporibus abstinere delegerint, vi & armis in præuaricatæ communionis confortia detestanda. Vbite, rerum humanarum Princeps, qualiscum-

CHRISTI
503.SYMMACHI PAP.
5.ANASTASII IMP. 13.
THEODORICI REG. II.

A qualiscumque sedis Apostolicæ Vicarius contestari mea voce non desino, ut te memineris hominem, quantalibet sis mundi potestate subnixus: circumspiciasque cunctos, qui ab initio dogmatis Christiani Catholicam fidem diuerso proposito persequi vel affligere sunt conati, quemadmodum (vastitatis infestatione, cuius placuit contritionis illata) ipsi qui intulerint ista præualendo defecerint: & Orthodoxa veritas hoc præualuerit magis, quo putaretur oppressa: quæ sicut sub insectatoribus suis creuisse monstratur, sic obtruisse cognoscitur insectantes.

Miror si non humanus sensus intendit, præcipuè qui se Christiano vult vocabulo nuncupari, inter illos sine dubio deputandum, qui rectam confessionem communionemque Christianam variis superstitionibus impugnare sunt nisi, dum hanc & ipsi quocumque modo percellere moliantur. Quid interest enim, utrum Paganus, an (quod est deterius) sub nomine Christiano veram sinceramque traditionem Apostolicæ regulæ conetur infringere, atque in hanc prorumpere cæcitatem, ut cum in illis regionibus cunctæ prorsus hæreses opinioniones suas habeant publicè licentiam profitendi: sola Catholicæ communionis libertas putetur ab his, qui se religiosos existimant, subruenda: Quæ si putatur error (quod non licet) cum ceteris, quibus illic facultas est agere, sinatur erroribus: sin integritas estimatur, sequenda potius fuerat, quàm violenta persecucione vastanda. nec eam probantur insequi potuisse, nisi praua sectantes.

At ne ipsi conuincerentur errare, repellere cogitarunt quo notabantur errantes: inantes non affectari quod iustum est, sed potius submouere quo docerentur iniusti. Sic recessit ab humanis mentibus Deus, ut obstinatè contra eius ordinis voluntatem non aspiciant & in isto sæculo diuinum non deesse posse iudicium, & post huius vitæ cursum illi tremendo se non defuturos examini, sub quo perniciosarum studia modis omnibus actionum discussa patefiant, & patefacta puniantur: nisi qui hæc omnino non credunt, quæ illa se perpétrasse impunè confidunt. Nos autem humani generis consciètiã contestari qua possumus voce nullatenus cessamus, omnipotentem Deum suis causis minimè defuturum, & quantacumque sit humana præsumptio, quantacumque potentia, sub diuino nutu huius atrocitatis censuram sine dubitatione vindicandam. Nam talem ausum neque hic confidimus euasurum: & in illo magno Dei iudicio recepturum, quod iis temeritatibus diuina retributione debetur. Hæc nos nequaquam tacuisse sufficiat: ut cum superna fuerit ultio subsecuta, & vera nos protulisse consideratio humana cognoscat, & penam non inaniter pronunciauissent venturam: & præposuisse præmonitionis formam, qua huiusmodi præcipitiis de cetero temperetur. Certè si huiusmodi propterea relinquendos proprio definitis arbitrio, quia nec à Christianis vexari debeat Christum quocumque titulo confidentes, nec viuentes in iure Romano lacerari conueniat à Romanis: consequenter ostenditur Romanos homines & qualiscumque Christianæ professionis impetere, nec Christianum dici posse modis omnibus, nec Romanum. Proinde aut repellendi fuerant, aut nullus penitus impetendus: & quod in vno genere iudicas amouendum, in omnibus repelle, si præuales: si omnia sunt sinenda, nullus penitus excludendus. alioqui dum parcendo cunctis erroribus sis amicus, non nisi solum tibi probatur displicuisse quod verum est.

Omnes Catholici Principes, siue cum Imperij gubernacula susceperunt, siue cum Apostolicæ sedi nouos agnouerunt Præsules institutos, ad eam sua proinus scripta miserunt, ut se docerent eius esse consortes. Itaque qui hoc non fecerunt, ab eadem se ipsos profitentur alienos: quod chartis quoque tuis apud te etiam possumus astruere, nisi te æmulum & reum & inimicum vitaremus & iudicem. Non mirum si Catholicos persequuntur Manichæorum patroni, cum falsitas non possit non persequi veritatem. Non mirum si in Orthodoxos fauiant, quibus potest cum cunctis hæresibus conuenire, & vniuersis erroribus amici non possint nisi solis esse non errantibus inimici. Si error est, conuincendus est: verum si error non est, tibi verum deesse cognosce, qui persequeris * quo conuinceris errore. Sed prauitatis complex non potest nisi eum persequi qui est prauitatis inimicus.] hæcenus Symmachus ad Anastasium.

Quod autem ad Manichæos spectat, quorū hæresi falsè ac calumniosè ab Anastasio Symmachus infamatur: tantum abfuit ut vel leui quaq. suspitione de eius contagio Symmachus laboraret, ut etiã præ ceteris hæreticis sit insectus Manichæos: quibus occultè Romæ degen-
tibus, eius industria reperitis, quid in illos egerit, liber de Romanis Pontificibus declarat his verbis: Post hæc omnia beatus Symmachus inuenit Manichæos in vrbe Roma, quorum omnium

*quo profic-
teris errare

SYMMACHVS EXAGITAT MANICHÆOS.

Tom. Consil. vet. edit.

CHRISTI 503-504. SYMMACHI PAP. 5.6. ANASTASII IMP. 13. 14. THEODORICI REG. 11.12.

omnium simulacra vel codices ante fores basilicæ Constantinianæ incendio concremavit, & eos ipsos exilio relegavit.] hæc ibi. At contra ipse Anastasius Imperator omnium Græcorum historicorum restitucione eo crimine infamatur : quod quidem & hac epistola Symmachus in fine liberè asseuerat, dum eundem appellat Manichæorum patronum.

DE ROM. EXERCITV EVGATO.

Quod ad res bellicas pertinet, cesserunt eadem infelicitè Anastasio Imperatori: nam sub huius anni Consulibus hæc habet Marcellinus in Chronico : Tres Romanorum ductores, Patricius, Hipatius, & Areobinda, qui cum quindecim millibus armatorum olim contra Persas missi fuerat, pugnaturi iuxta Syfream castellum cum iisdem Persis sine audacia confixerunt: multi tunc militum, ductoribus exercitus fugientibus, cæsi sunt. Immenso dehinc auri pondere hostibus dato, captam rebusque vacuam Amidam ciuitatem iisdem nostris redemerunt, Celere Magistro officiorum ibi cum duobus millibus bellatorum in subsidium destinato.] hæc Marcellinus. Ex quo enim Ecclesiis Anastasius bellum indixit, barbari vndique in eum bella ciere, quæ tamen non ferro (vt sæpe dictum est) sed auro ipse sedare solebat. Sed rursus alij barbari emergebant: nam Theodorus Lector: Cum autem Imperator fœdera cum Persis iniuisset, Barri populi Pontum inuaserunt. Anastasius bellis occupatus ab infestatione Orthodoxorum destitit. Vt autem modicum quietis à bellicis occupationibus accepit, rursus contra Ecclesiam & Macedonium armatus est.] hæc Theodorus. Sed de eius præliis in Orthodoxos dicturi sumus inferiùs suis locis.

Theod. Lect. lib. 2. Collect.

IESV CHRISTI 504. SYMMACHI PAP. ANNVS 6. ANASTAS: IMP. 14. THEODORICI REG. 12.

Sequens Christi annus quingentesimus quartus vnius Consulis Cæthei nomine notatur à Cassiodoro & Marcellino: sed puto, pro Cætheo, Cetego restituendum: quod Romanum est nomen; & hoc tempore claruisse reperitur Romæ eiusdem nominis Senator amplissimus, ad quem exstant literæ Ennodij Ticinensis. Sub quo quidem Consule (inquit Cassiodorus) virtute domini nostri Regis Theodorici, victis Bulgaribus, Sirmium recepit Italia.] Per Tolum Ducem insignem hoc esse gestum bellum, quæ Athalaricus ad Senatum Romanum scripsit, paucis his satis apertè docet, cum eiusdem Ducis virtutem prædicans, hæc ait: Egit de Hunnis inter alios triumphum, & emeritam laudem primis congressibus auspiciatus neci dedit Bulgares toto Orbi terribiles. Ad expeditionem directus est Sirmiensem; vt quod ab illo Martio viro didicerat, verbis in camporum libertate monstraret.] subiecit sibi Theodoricus Pannoniam Sirmiensem, ad cuius prouinciæ præfecturam direxit Colossæum Comitem. extat & de his ipsius Theodorici epistola. At quàm euidenter manu tangere quisque poterit, quæ & tu ipse probè conspicias lector, cuncta bene celsisse Theodorico, dum licet Arianus, nihil voluit immunitum iurium Romani Pontificis, & fatiscente sub dira schismaticorum persecutione Romana Ecclesia, Symmacho Papæ (vt vidimus) præsto fuit, & fugatam concordiam, abiectamque pacem restituit Ecclesiæ atque Senatui.

THEODORICI VS BVLGARIS VINCIT. Cassiod. Variar. lib. 8. epist. 10.

Apud Cas. sod. Var. lib. 3. epist. 23.

At non parui fuit momenti Bulgaros à Theodorico debellatos esse, prout Ennodius in Panegyrico in laudem eiusdem Theodorici dicto demonstrat, dum hanc præ ceteris eius victoriis celebrat, vbi & de Bulgarorum ferocia ista habet: Hæc est natio, cuius ante te fuit omne quod voluit, in qua titulos obtinuit, qui emit aduersariorum sanguine dignitatem; apud quam campus est vulgator natalium: nam cuius plus rubuerunt tela luctamine, ille putatus est sine ambage sublimior. Quam ante dimicationem tuam contigerat agnouisse resistentem: quæ prolixis temporibus solùm bella consummauit excursu.] & post multa de eorumdem victu ferino dicta, ista subdit de ipsorum fortitudine & bellico robore: His antè mundus peruius esse credebatur: nunc illam sibi tantùm Orbis partem interclusam æstimant, quam tuetis, &c.] Subdit & inferiùs de iisdem per Theodoricum victis Bulgaris, Sirmioque recepta. Post quam quidem victoriam eam ab Ennodio dictam esse in laudem Theodorici orationem, satis apparet.

SEXTA ROM. SYNODVS CONTRA VSVRPARANTES BONA ECCLESIASTICA.

Quod verò spectat ad res Romæ gestas: Post celebratam anno superiori Quintam sub Symmacho Synodum, Sexta quæ ordine sequitur, hoc anno habita creditur, cuius Actorum eiusmodi extat exordium: Cum in vnum apud beatum Petrum Apostolum sancta Sexta Synodus canonicè à beato Symmacho Romæ congregata resedisset, &c.] actum in ca est

CHRISTI 504. SYMMACHI PAP. 6. ANASTAS: IMP. 14. THEODORICI REG. 12.

ea est aduersus inuafores rerum Ecclesiasticarum: sancitumque vt vendicantes sibi indebitè bona Ecclesiastica siue mobilia, siue immobilia, nisi ea restituerent, vt hæretici manifesti debeant anathematizari, nec nisi per satisfactionem ad communionem admitti, qua sententia declaratum est teneri omnes qui facultates Ecclesiæ sub specie regie largitatis obtinuisent; eo quòd Regum non sit decernere de bonis Ecclesiæ: Nec licere Imperatori vel Regi contra diuina mandata & Patrum constituta sibi aliquid quouis modo vsurpare. hæc pluribus Symmachus vnà cum sancta Synodo, nihil veritus potentissimum Regem barbarum, eundemque Arianum Italiæ dominantem, atque Romanis ipsis iura dantem.

At non spreuisse, sed paruisse Theodoricum Regem Concilij Romani decreto hoc anno edito, quæ post hæc rescripsit pro bonis Ecclesiæ Mediolanensis significant verbis istis: Quamuis nullos velimus grauamen aliquod sustinere, quos videtur pietas nostra protegere (quia regnantis est gloria subiectorum otiosa tranquillitas) tamen specialiter Ecclesias ab omni iniuria reddi cupimus alienas: quibus dum æquabilia præstantur, misericordia Diuinitatis acquiritur. Et ideo beatissimi viri Eustorgij Episcopi sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ petitione permoti, præsentibus te affatibus admonemus; vt prædiis vel honoribus illius Ecclesiæ intra Siciliam constitutis, tuitionem studeas salua ciuilitate præstare; nec à quocumque cuiuslibet rationis homine contra fas patiaris opprimi, quos decet Diuinitatis intuitu subleuari.] hæc Theodoricus interpellatus ab Eustorgio Iuniore: successit iste Laurentio, quem Symmachus Synodis Quartæ & Quintæ Romæ interfuisse vidimus; sed cum Concilio huius anni nequaquam præsens fuerit, conuicere possumus ipsum hoc tempore esse defunctum; longo iam senio fatiscentem, vt ex Ennodio patet: licet sciamus alios pro captu animi numerum annorum cuiuslibet Mediolanensi Episcopo adscribentes, post annos octo Eustorgium ponere Laurentij successorem.

Apud Cas. sod. Var. lib. 2. epist. 19. PARET REX THEODORICI VS DECRETOROM. PONT.

Quòd rursus spectat ad Theodoricus Regis obseruantiam Symmachus Papæ decretis exhibitam, fidem certam faciunt quæ postea rescripsit de possessionibus Ecclesiæ Narbonensis, & alia quæ dedit rescripta pro defensione honorum & iurium Ecclesiarum: Præstitit planè Arianus Princeps, quæ in pluribus desiderari possunt Regibus Orthodoxis: sed consecutus est à Deo in hac vita præmium ex compensatione frequentium in hostes victoriarum.

Apud Cas. sod. Var. lib. 4. epist. 17.

Quòd insuper ad Episcopos qui tum huic Sexto, tum aliis superioribus hæbitis Romæ sub Symmacho Papa Conciliis interfuere, spectat: inter alios non silendum de Valentino Episcopo Amitenensi, qui iisdem Conciliis reperitur esse subscriptus: sub quò ea contigisse noscuntur, quæ narrantur à sancto Gregorio in Dialogis in rebus Equitij, cum de Basilio mago agit, qui Roma fugit monastico indutus habitu, ne posset agnosci. Sed qua occasione captarit Basilium iste fugam, ex Theodorici Regis epistolis satis possumus intelligere. Ad hæc autem certius cognoscenda, meminisse debes querelæ Gelasij, qui in Andronicum scribens exprobrat, magicas artes vigere Romæ etiam Paganis ipsis horrendas: sed quod deterius fuit, his non viles personæ, sed nobiles intenti erant. Qui autem præ ceteris eius probrosi criminis Romæ infamati fuerint, ex eiusdem cognosces Theodorici litteris, fuisse Basilium & Prætextatum viros illustres: in eos enim exerceri iudicium idem Rex sollicito studio iussit, cuius extat de his epistola ad Argolicum Vrbs Præfectum, quæ sic se habet: Intolerabilis excessus est, qui supernæ maiestatis affectat iniuriam, & oblitus pietatis crudelia sectatur erroris. Quem enim sperarit veniæ locum, qui reuerendum contempserit auctorem? Abscedat ritus de medio iam profanus: conticescat pœnale murmur animarum.

DE VALENTINO EPI. SCOP. AMITERNENSE. Greg. Dialog. lib. 1. c. 4.

Verfari non licet in magicis artibus temporibus Christianis. Magnitudinis itaque tuæ relatione comperimus, Basilium atque Prætextatum artis sinistrae iamdiu contagione pollutos in accusationem tui examinis personarum intentione deductos: Super qua re nostram te asseris spectare sententiam, vt confidentiùs fiat quod pietatis nostræ mandat auctoritas. Sed nos quæ nescimus à legibus discrepare, quorum cordi est in omnibus moderatam tenere iustitiam, præsentis auctoritate decernimus, vt quinque Senatoribus, id est, magnificis & Patriciis viris Symmacho, Decio, Volusiano, atque Caliano, necnon illustri viro Maximiano hanc causam legitimam examinatione pensetis: & per omnia iuris ordine custodito, si crimen quòd intenditur, fuerit comprobatum, ipsarum quoque legum distinctione plectatur: vt rei adhibiti atque secreti per hoc vindictæ genus à culpis talibus arceantur, quos ad leges trahere non potest incerta notitia. De qua re illustri viro Comiti Arigerno præcepta direximus, vt omnium violenta defensione summotæ, si se occultant, ad iudicium protrahat impeti-

Apud Cas. sod. lib. 4. epist. 22.

DE IVDICIO ADVERSVS MAGOS RE STOLA THEODORICI.

al'ge

imperitos, & vobiscum in hac causa residens nec opprimi faciat innoxios, nec lege finat A
cuadere criminosos.] haetenus ad Praefectum Urbis Argolicum Theodoricus.

Clarissimos planè & Senatorij ordinis hos fuisse reos, ex iudicij saltem apparatu intelli-
gere facile potes, dum causæ cognitionem præter Urbis Praefectum Comitum etiam Ariger-
no committit, & per quinque Patricios viros in Vrbe præcipuos voluit iudicium agitari. De
Prætextati quidem familia satis nota sæpe superius contigit fieri mentionem. Basilios etiam
non semel ad Consularum prouectos, Fasti indicant Consulares. est præterea mentio de
familia Basiliana in epistola Athalarici Regis ad Senatū^a. Sed quid accidit? Dum for-
midolosum huiuscemodi iudicium pararetur (nescio quomodo) iudem magiæ rei fuga lapsi
sunt: quod cum Theodoricus Rex accepisset, diligenter inquiri mandauit, ita scribens ad
Arigernum Comitem^b:

^a Apud Cas-
siod. lib. 1.
epist. 17.
DE BASILIO
ET PRÆ-
TEXTATO.
^b Apud Cas-
siod. lib. 4.
epist. 23.

Quamuis oporteat commissam tibi disciplinam Romanæ ciuitatis in omnibus custodiri: B
tamen in eis maximè studiosior esse debes, quæ nostra tibi auctoritate delegata cognoscis, vt
circa te augeat gratiam custodita iustitia, & augmenta sumas nostri iudicij, qui nobis hæc-
tenus de integritate placuisti. Praefectus igitur Urbis sua nobis relatione declarauit, Basilium
atque Prætextatum magicis artibus inuolutos impeti accusatione multorum: quos elapsos
intimat mentis alienatione custodum: Eos te præcipimus vbicumque repertos ad iudicium
Quinquevirale ducere, quod in præsentis negotio nostra delegauit auctoritas, vbi te residere
censemus: vt violenta omnium defensione summota, hanc causam discuti facias legibus &
fieri, & si rei criminis, cuius impetuntur, fuerint approbati, sententiam subeant, quam iuris
definita sanxerunt. Si verò innocentia eorum detestabili pulsatur inuidia, opprimi eos nulla
ratione patiaris: quia in omnibus causis consideratione diuina illud fieri volumus, quod opi-
nionem nostræ pietatis accumulet.] haetenus ad Arigernum.

PER MAGIS
EVGA LA-
PIS.

^c In edict.
Theodor. 4.
108.

Quam autem pœna istiusmodi delinquentes præter ius commune afficiendi essent,
ipse Theodoricus ista decreuerat^c:

Malarum artium, conscij, id est malefici, nudati bonis omnibus quæ habere possunt, ho-
nesti perpetuo damnantur, exilio, humiliores capite puniendi sunt.] Num autè iudem reperi-
ti fuerint, apud Cassiodorum nusquam merito: nec apud alios de Prætextato quicquam scri-
bitur. Basilij verò fugientis quædam in scriptis Gregorij Papæ remansere impressa vestigia,
quibus nos eum, qui latuit Theodoricum, consequi valeamus. Mentio namque est apud
sanctum Gregorium de Basilio mago, qui habitu in monachum transmutato, ne fugiens
nosceretur, ab Vrbe ipsam aufugit. Non alium quidem hunc ab illo fuisse, nomē, crimen, fug-
ga, & tempus significant: ad hæc sanè tempora ea deduci quæ idem S. Gregorius narrat, ex
his quæ dicemus, perspicue apparebit. Recitemus modò quæ de Basilio mago idem scribit^d:

BASILIVS
MAGVS
QUOMODO
EGRESSVS
AB VRBE.

^d Greg. Dia-
log. lib. 1. c. 4.

BASILIVS
EQUITIO
TRADITVS.

Eo tempore, quo malefici sunt in hac Vrbe deprehensi, Basilius qui in magicis operibus
primus fuit, in monachico habitu Valeriam fugiens petiit. Qui ad virum reuerendissimum
castrorum Amiterninæ ciuitatis Episcopum pergens, petiit ab eo, vt eum Equitio Abbati
committeret, ac sanandum monasterio illius commendaret. Tunc ad monasterium venit
Episcopus (interfuisse reperitur Episcopus Amiterninus, Valentinus nomine, Synodis nuper sub
Symmacho Roma habitū) secumque Basilium monachum deduxit: & Equitium Dei famu-
lum rogauit, vt eundem monachum in congregationem suscipere. Quem statim vir san-
ctus intuens, ait: Hunc quem mihi commendas, Pater, ego non video eum monachum esse,
sed diabolum. Cui ille respondit: Occasionem quæris, ne debeas præstare quod peto. Ad
quem hæc Dei famulus dixit: Ego quidem hoc eum esse denuncio, quod video: ne tamen
nolle me obedire existimes, faciam quod iubes.

BASILIVS
PER MA-
GTAM SO-
LICITAT
MONIA-
LEM.

Suscepit itaque in manasterio est. Post nonnullos verò dies idem Dei famulus pro ex-
hortandis ad desideria superna Fidelibus paulo longius à cella digressus est. Quo disceden-
te, contigit vt in monasterio virginum, in quo eiusdem patris cura inuigilabat, vna earum,
quæ iuxta carnis huius putredinem speciosa videbatur, febricitare inciperet, & vehementer
anxari, magnisque non vocibus, sed stridoribus clamare: Modò moritura sum, nisi Basilius
monachus veniat, & ipse mihi per suæ curationis studium salutem reddat. Sed in tanti patris
absentia accedere quisquam monachorum in congregationem virginū non audebat, quan-
to minùs ille qui nouus aduenerat, cuiusque adhuc vitam congregatio fratrum nesciebat.
Missum repente est, vt Dei famulo nunciaretur, quòd sanctimonialis illa immensis febris
astuaret, & Basilij monachi vstrationem anxia quæreret.

Quo audito, vir sanctus dedignando subrisit, atque ait: Numquid non dixi, quòd dia-
bolus

A

bolus iste est, non monachus? Itè & eum de cella expellite. De ancilla autem Dei, quæ an-
xierate febrium vigetur, nolite esse solliciti; quia ex hac hora neque febribus laboratura est,
neque Basiliū quæsitura. Regressus est monachus, & ea hora saluti restitutam Dei virginem
agnouit, quæ eamdem salutem illius Dei famulus Equitius longè positus nunciauit; in virtute
scilicet miraculi exemplum tenens magistr^a, qui inuitatus ad filium Reguli, eum solo verbo
restituit saluti, vt reuertens pater ea hora filium restitutum vitæ cognosceret, quæ vitam illius
ex ore veritatis audisset. Omnes autem monachi iussionem patris sui implentes, eumdem Ba-
silium ex monasterij habitatione repulerunt. Qui repulsus dixit, frequenter se cellam Equi-
tij magicis artibus in aëra suspendisse, nec tamen ei quicquam lædere potuisse. Qui non post
longum tempus, in hac Romana vrbe, exardescente zelo Christiani populi, igne crematus
est.] magis autem in eum exarsit populi furor, quòd lapsus crederetur iudicium indulgentia.

EXPELLI-
TYR MAGVS.

^a Ioan. 4.

B

Consecrauerunt planè (vt dicit Moyse^b de Leuitis) Ecclesiæ Romanæ filij manus suas
Deo, memores à Domino dictum^c: Maleficos non patieris viuere.] cum in totius mago-
rum collegij coryphæum popululus zelo diuinitatis inuoluit, flammisque tradidit nefarium im-
postorem, recolens aduersus huiusmodi genis hominum fuisse Apostolorum principibus
Petro & Paulo inuendum sæpe certamen: merito igitur qui se filios Petri scirent & Pauli, in-
cut illi in Simonem & in Elymam^d, omnes simul in Basilium insurrexerunt, flammisque
absumendum dederunt.

^b Exod. 32.

^c Exod. 22.

ZELVS ROM.
POP VLI
ADVERSVS
MAGOS.

^d Act. 13.

At verò quòd occasione Basilij de virtute Equitij ex S. Gregorio contigit fieri mentio-
nem, intelligere æque possumus quò potissimum tempore ipse vixit: Hæc vt intelligamus,
primùm quæ transacta sunt inter ipsum & Rom. Pontificem opportunè hic repetenda
erunt. Factum namque est, vt eidem sancto Equitio munus Euangelicæ prædicationis exer-
centi negotium fieret ab Apostolicæ sedis ministris, quòd videlicet absque licentiâ Romani
Pontificis tale sibi munus arrogasset. Cautè planè in his agendum, recens exemplum ad mo-
nuit, dum (quod dictum est sub Gelasio Papa) paulo antè quidam imperitus, nomine Sene-
ca, in Piceni prouincia vsurpans sibi docendi munus, Pelagiana femina seruisset. Quam ob-
rem cum quis non missus eiusmodi exercere munus inueniretur, deferrebatur quam pri-
mum ad ipsum Romanum Pontificem, vt accidisse S. Equitio, S. Gregorius docet, dum de
eo eiusmodi narrationem instituit^e:

DE EQUITIO

EVANGE-
LIVM PRÆ-
DICANTE.

C

Quidam Felix nomine, Martiæ prouinciæ nobilis, pater huius Castorij, qui nunc nobis-
cum in Romanâ vrbe demoratur, cum eumdem venerabilem virum Equitium sacrum ordi-
nem non habere conspiceret, & per singula loca discurrere, atque studiosè prædicare: eum
quodam die familiaritatis ausu adit, dicens: Qui sacrum ordinem nō habes, atque à Roma-
no Pontifice, sub quo degis, prædicationis licentiâ non accepisti, prædicare quomodo præ-
sumis?] Hic obserua, lector, veterem morem in Ecclesia semper vsu retentum, neque laico
cuiquam annuantiandi verbi Dei datam esse aliquâdo facultatem, neque etiam sacris ordini-
bus Deo consecratis id fuisse cōcessum absque Summi Pontificis auctoritate: Apostolicum
namque munus absque Principis Apostolorum licentiâ cuiquam vsurpare vetitum erat, nisi
qui miraculorum virtute se à Deo missum esse, certis notis ostendere potuisset: vt accidit
sancto Equitio, de quo cœptam narrationem ita profecit sanctus Gregorius:

^e Greg. Dia-
log. lib. 1. c. 4.
PRÆDICA-
TOR EVAN-
GELII QUI
LEGITIMVS.

D

Qua eius inquisitione compulsus vir sanctus indicauit, prædicationis licentiâ qualiter
acceperit, dicens: Ea quæ mihi loqueris, ego quoque mecum ipse pertracto. Sed quadam
nocte speciosus mihi per visionem iuuenis astitit, atque in lingua mea medicinale ferra-
mentum, id est, flebothomum posuit, dicens: Ecce posui verba mea in ore tuo: egredere ad
prædicandum. Atque ex illò die, etiam cum voluero, de Deo tacere non possum.] & paulo
post: Tantus quippe illum feruor ad colligendas Deo animas accenderat, vt sic monasterijs
præfesset, quatenus per ecclesias, per castra, per vicos, per singulorum quoque Fidelium do-
mos circum quaque discurreret, & corda audientium ad amorem patriæ cælestis excitaret.
Erat verò valde vilis in vestibus, atque ita despectus, vt si quis illum fortasse nesciret, saluta-
tus etiam resalutare despiceret: & quoties alia tendebat ad loca, iumento sedere consue-
rat quod esse despicabilis omnibus iumentis in cella potuisset reperiri, in quo etiam capi-
stro pro freno, & veruecum pellibus pro sella utebatur. Per semetipsum sacros codices in
pelliceis faculis missos dextro læuoque portabat latere: & quocumque peruenisset, Scri-
pturarum aperiebat fontem, & rigabat prata mentium.

EQUITIVS
A DEO MIS-
SVS PRÆ-
DICARE
EVANGE-
LIVM.

E

Huius quoque opinio prædicationis ad Romanæ vrbs notitiam peruenit: atque vt est
lingua adulantium, auditoris sui animam amplectendo necans, eodem tempore clerici
huius

ACCUSA-
TUR EQUI-
TIVS APVD
ROM. PON-
TIFICEM.

huius Apostolicæ sedis Antistiti adulando questi sunt, dicentes: Quis est iste vir rusticus, qui auctoritatem sibi prædicationis arripuit, & officium Apostolici nostri Domini sibi in- doctus vsurpare præsumit? Mittatur ergo, si placet, qui huc eum exhibeat, vt quis sit Eccle- siasticus vigor agnoscat. Sicut autem moris est, vt occupato in multis animo adulatio valde subrepat, si ab ipso cordis ostio nequaquam fuerit citius repulsa: studentibus clericis, con- sensum Pontifex præbuit, vt ad Romanam urbem duci debuisset, & quænam sua esset men- sura cognosceret. Iulianum tamen tunc defensorem mittens, qui Sabinensis Ecclesiæ post- modum in Episcopatu præfuit, ei præcepit vt cum magno honore eum deduceret, ne quic- quam Dei famulus ex conuentione eadem iniuriæ sentiret.

MITTITVR
FAMVLVS
QVI DVCAT
EQUITIVM.

Qui parere de eo clericorum votis cõcitus volens, festinè ad eius monasterium cucurrit: ibiq; ablente illo, antiquarios scribentes reperit: Vbi Abbas esset, requisit. Qui dixerunt: In valle hac, quæ monasterio subiacer, fœnum fecat. Idem verò Iulianus superbū valde atq; contumacè puerum habuit, cui vix poterat vel ipse dominari. Huc ergo misit, vt ipsum ad se sub celeritate perduceret. Perrexit puer, & proteruo spiritu pratium velociter ingressus, om- nesq; illic intuens fœnū secantes, requisit, quisnam esset Equitius. Moxq; vt audiuit quis esset, eum adhuc longè positus, aspexit, & immenso tremore correptus, cœpit timore lassies- cere, seque ipsum nutanti gressu vix portare posse. Qui tremens ad Dei hominem peruenit, atque vlnis humiliter submissis, eius genua deosculans strinxit, suumq; dominum ei occur- risse nunciavit. Cui resalutato Dei famulus præcepit, dicens: Leua fœnum viride, porta pa- bulū iumentis in quibus venistis: ecce ego, quia parum superest, opere expleto, te subsequor.

IULIANVS
TIMET AS-
PECTVM
EQUITII.

Is autem qui missus fuerat Iulianus defensor mirabatur valde, quidnam esset, quòd redi- re moraretur puer. Cumque reuertentem puerum conspiciat, atque in collo fœnum ex pra- to deferentem: vehementer iratus cœpit clamare, dicens: Quid est hoc? ego te misi homi- nem deducere, non fœnum portare. Cui puer respondit: Quem quæris, ecce subsequitur. Tunc ecce vir Dei, clauatis calciatus caligis, falcem fœnarum in collo deferens, veniebat. Quem adhuc longè positum puer suo domino, quia iste esset quem quæreret, indicauit. Idem verò Iulianus repente vt vidit Dei famulum, ex ipso habitu despexit, eumque quali- ter deberet alloqui, proterua mentè præparabat. Mox verò vt seruus Dei cominus affuit, eiusdem Iuliani animum intolerabilis pauor inuasit, ita vt tremere, atque in insinuandum hoc ipsum pro quo venerat, vix sufficere lingua potuisset: qui humiliato mox spiritu ad eius genua cucurrit, orationem pro se fieri petiit, & quia pater eius Apostolicus Pontifex eum videre vellet, indicauit.

ROM. PON-
TIFEX DI-
VINIVS
MONETVR
DE EQUI-
TIO.

Vir autem venerandus Equitius cœpit immensas gratias omnipotenti Deo agere, asserens quòd se per Summum Pontificem gratia supèrna visitasset. Illico vocauit fratres: præcepit hora eadem iumenta præparari, atque executores suos cœpit vehementer urgere, vt citò abire debuissent. Cui Iulianus ait: Hoc fieri nullatenus potest, quia lassatus ex itinere, hodie non valeo abire. Tunc ille respondit: Contristas me, fili: quia si hodierna die non egressimur, iam crastina non exiemus. Dei itaque famulus executoris sui lassitudine coactus, in mona- sterio suo eadem nocte commoratus est. Sequenti verò die sub ipso lucis crepusculo, vehe- menter equo in cursu fatigato ad Iulianum puer cum epistola peruenit, in qua præceptum est ei, ne seruum Dei contingere vel mouere de monasterio auderet. Quem cum ille requi- reret, cur sententia esset mutata, cognouit quia nocte eadem, in qua ipse executor illuc mis- sus est, per visum Pontifex fuerat vehementer exterritus, cur ad exhibendum Dei homi- nem mittere præsumpsisset. Qui protinus surrexit, seque venerandi viri commendas oratio- nibus, ait: Rogat Pater noster, ne fatigari debeatis. Cumque hoc Dei famulus audisset, contri- status ait: Numquid non die hesternò dixi tibi, quia si statim non pergeremus, iam pergere minimè liceret? Tunc pro charitatis exhibitione aliquantulum executores suos in cella detinuit, eisque laboris sui commodum coacto renitentiq; dedit. haftenus Gregorius de re- bus Equitij & Romano Pontifice.

SIGNA SE-
QVNTVR
EOS QVI A
DEO MIT-
TUNTVR.

Sed ex his perpende eos, qui non ab hominibus, sed à Deo se missos esse ad prædicandum Euangelium gloriantur, quot quantisq; signis illustrentur, aded vt propemodum Dei digito indicentur, ab ipso omnium rerum Domino eiusmodi Apostolorum esse consecuti Euangeli- um prædicandi facultatem. Audiant hæc Nouatores, si dum apud eos laici eiusmodi su- blimi Apostolatus munere funguntur, aliquis eorum vel quippiam minimum possit diuini- tus crediti à Deo ministerij præferre signum. Sequi namque signa eos qui à Deo mittuntur Apòstoli, S. Marcus vltimo capite in Euangelio docet: cum alioqui satis sit ad munus le- gitimè exercendum, si quis ab auctoritate habente mittatur, secundum illud Apòstoli: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? aded vt necesse sit alterum de duobus, vt si quis se à Deo missum dicat, aut signa ostendat per miracula Apostolatus, vel vt ab auctoritate habente, facultatem sibi doceat impertitam. hic mos receptus semper inter Fideles ab ipso ex- ordio nascentis Ecclesiæ. Hæc autem qui nõ seruat, neq; intrat per ostium, sed ascendit aliunde, vtique ex Domini b sententia fur arguitur atque latro. Qui verò eiusmodi præscriptam in Christi Ecclesiæ regulam secuti fuerint, pax c super illos & misericordia. At de his satis.

A

gitimè exercendum, si quis ab auctoritate habente mittatur, secundum illud Apòstoli: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? aded vt necesse sit alterum de duobus, vt si quis se à Deo missum dicat, aut signa ostendat per miracula Apostolatus, vel vt ab auctoritate habente, facultatem sibi doceat impertitam. hic mos receptus semper inter Fideles ab ipso ex- ordio nascentis Ecclesiæ. Hæc autem qui nõ seruat, neq; intrat per ostium, sed ascendit aliunde, vtique ex Domini b sententia fur arguitur atque latro. Qui verò eiusmodi præscriptam in Christi Ecclesiæ regulam secuti fuerint, pax c super illos & misericordia. At de his satis.

B

Hoc item anno persecutio Vandalorum in Catholicos per Trasamundum hætenus pa- cificum Regem in Africa excitatur, cum Episcopi Africani in Sardiniam insulam deportan- tur. Quoniam verò hæc ipsa ante annos sex à Mariano Scoto haud ignobili chronographo sub Consulatu Paulini atque Ioannis contigisse narratur, de veritate temporis ratio certior afferenda est. Qui his temporibus vixit & comes in exilio S. Fulgentius in Sardinia exulan- ti affuit, resque ab eo gestas quàm accuratè & fideliter scripsit, cum testetur eandem perse- cutionem eodem tempore quo Fulgentius est creatus Episcopus cœptam esse, consterque nonnisi anno Domini quingentesimo (vt dictum est) ipsum Fulgentium tunc adhuc mona- chum Roma esse reuersum in Africam, ibiq; annos aliquot commoratum antequam crea- retur Episcopus: omnis planè de excitata dicto anno per Trasamundum persecutione ratio euanescit. Vt autem hoc anno potiùs cœptam eam esse dicamus, illud afferimus argumen- tum: Cum enim ex eodem conster auctore, Fulgentium sedisse Episcopum annos viginti- quinque, obiisseq; in pace Ecclesiæ Africanæ sub Hilderico Rege, quem constat regnasse an- nos septem, decessisseq; anno Domini quingentesimo trigesimo: cumq; etiam liqueat, eum- dem Fulgentium anno quingentesimo remeasse in Africam, atque monasterium erexisse, præfuisseque eidem, atq; inde inter monachos in alio monasterio profiteri cœpisse, rursum- que Abbatem suis monachis præfuisse, & presbyterum ordinari coactum fuisse: sicut nequa- quam post hunc annum eum fuisse creatum Episcopum dici potest, cum diem obierit sub Hilderico Rege; ita nec ante hunc ipsum præsentem annum ad munus Episcopatus assum- ptum, ipse multiplex rerum gestarum cumulus pati posse videtur.

C

Quòd igitur simul (vt dicemus) cum Episcopatu Fulgentij ipsa persecutio est exorta, iure ex tempore eius Episcopatus pariter persecutionis tempus agnoscimus; cuius initium sub hoc anno cum ponimus, describemus ea tantum quæ in Byzacena prouincia contigisse re- periuntur. Diuisa namque erat Africa (vt hæc obiter ex Orofio atingamus) in has prouin- cias, Tripolitanam, quæ & Subuentana dicta est, vel Arzugitana Libyæ proxima, vbi prima- ria ciuitas Leptis; & in huic confinem prouinciam Byzacenam, vbi Adrumetum: in huic contiguam ab Occasu prouinciam Zeugitanam, vbi Carthago: in Numidiam, vbi Hippore- gius & Ruslicada ciuitates insignes: atque denique in Mauritanias Sitifensem & Cæsarien- sem & Tingitanam ad extremam oram mediterranei maris positam confinem Oceano Occidentali, vt ab Orofio d ponitur.

D

Quid autem gestum sit in reliquis Africae prouinciis præter quàm in prouincia Byzacena, altum silentium: verum ex rebus gestis prouinciæ huius reliquarum quoque possumus acta comprehendere. Erat autem hoc tempore eius prouinciæ Primas Victor: Carthaginensi ve- rò Ecclesiæ Antistes post sanctum Eugenium, de quo plura superius, prohibente Rege, nul- lus fuerat subrogatus. Porro vniuersæ Africanæ Ecclesiæ eiusmodi status erat, quòd & si alia acrior persecutio minimè desauisset, sed finerentur Episcopi suis præesse subiectis Ecclesiis: quod tamen vetitum esset, ne quis in locum defuncti subrogaretur Antistes, id satis ad orbi- tatem & desolationem eius Ecclesiæ posse sufficere videbatur: nam eo quidem consilio ista præceperat Trasamundus, vt absque exerto ad persequendum gladio, ipsæ Orthodoxorum Ecclesiæ aliquo temporis spatio orbatæ vniuersæ pastoribus sponte conciderent, vt vinea quæ vetustate consumpta nulla recenti suffectione vitium iuuenescit. Quid autem hæc con- siderantes Episcopi Byzaceni simul coeuntes decreuerint, ex eodem auctore res gestas sui temporis, quibus & interfuit, describente, in medium producamus.

E

Cum igitur probè prospicerent eius prouinciæ Episcopi Orthodoxi, ad breue temporis spatium fore vt iussu Regis prohibentis subrogari novos defunctis Episcopos, arescentibus truncis absq; palmitibus, desolarentur omnes Ecclesiæ: indixere Conciliū, vt vnà simul co- euntes sanctissimi Patres, quid esset opus facto consulerent. Mira res! in sacris illis Comitibus summa in omnibus constantia sacerdotalis enituit, cum vna omnium sententia illa fuerit, vt omnibus Ecclesiis pastoribus vacuis ordinarent, contra mandatum Principis licet, Episco- Annal. Eccl. Tom. 6. Bbb 2 pos:

A

Rom. 10. Ioan. 10. Gal. 6.

DE TEMPO-
RE PERSE-
CVTIONIS
TRA SA-
MVNDI RE-
GIS IN
AFRICA.

AFRICA-
NAE PRO-
VINCIAR.

Orof. hist.
lib. 1. c. 2.
STATVS
AFRICA-
NAE ECCLE-
SIAE.

CONCY-
LIVM BY-
ZACENVM.

Textus apud Sur. die 1. la. nunciij. DAN TVR EPISCOPI ECCLESII PASTORI. IVS VA. CVIS.

FVLGENTIVS EPISCOPTVM.

VICTOR PRIMAS BYZACENS CAPTVS DV. CTVR AD REGEM.

RVSPEKTES SIBI QVAREVNT EPISCOPTVM.

avdlox

ELIGITVR S. FVLGENTIVS RVSPENSIS EPISCOPIVS.

psal. 17.

pos: quod & confessim opere expleuerunt. Quæ autem ex his acciderint, in ipsis sancti Fulgentij rebus gestis, ab eodem rerum istarum inspectore his verbis accuratè narrantur:

Postquam verò sacra turba Pontificum qui remanserant, communicato inter se consilio, definerunt aduersus præceptum Regis, in omnibus locis celebrare ordinationes Pontificum: cogitantes, aut Regis iracundiam, si qua forsitan existeret, mitigandam, quo facilius ordinati in suis plebibus viuerent, aut si persecutionis violentia nasceretur, coronandos etiam fidei confessione, quos dignos inueniebant promotione: ministerium verò suum facilius impleturos, atque inter ipsas tribulationes propriis plebibus solatia præstituros. Fit repente communis assumptio: presbyteros, diaconos, & si quos inueniret electio, rapere, benedicere, & consecrare certatim in locis singulis properantibus, ne in tali studio aliquis aut tardus, aut nouissimus videretur.] hæc de Episcopis Byzacenzæ prouinciæ. Quomodo autem S. Fulgentius, fugiens licet, Dei tamen voluntate fuerit Ruspensis Ecclesiæ Episcopus ordinatus, B rem gestam idem auctor ita recenset:

Tunc tæsus Fulgentius eligentium vota velociori præueniens fuga, latebris incertis absconditur, nec quæsitus, vlatenus inuenitur. Plebs ipsius loci, vbi fuerat monasterium constitutum, differre suam prorsus electionem, donec inueniret beatum Fulgentium, cogitabat: Verumtamen timens, ne dum diu beatus Fulgentius quæritur, fama hæc Carthaginem perueniret, atque inde rursus regalis interdictio nasceretur; ita compellente festinationis necessitate, suadentur sibi de suis clericis alterum quarere. Sic permulta loca, vbi beatus Fulgentius aut solus aut primus electus est, postquam minimè potuit inueniri, dedit aliis honoris summi licentiam.

Repleta iam fuerat prouincia Byzacena nouis sacerdotibus, & penè vix paucarum plebium cathedræ remanserant destitutæ. Regis quoque commota sæuitia cunctos iam decreuerat exilio mancipandos: in ipsum primitus ordinatorem, id est, Primatem nomine Victorrem procedente sententia. Qui iam à seruis Regis excutibus captus, ad Carthaginem ducebatur: & omnino succedente maiore tristitia, versa fuit in publicos luctus ordinationis assumptione lætitia. Tunc occultis nunciis edocentibus, transisse tempus faciendæ ordinationis beatus Fulgentius putans, cathedris quàm maximè proximis Episcopos haberi proprios, ipse rursus monasterij sui congregationem gubernare reuertitur, nihil dubitans, neque formidans, sed omnino se Pontificalis dignitatis euasisse sarcinam gaudens. Verumtamen altiori consilio Deus noster prædestinata perficiens, cui dederat salubriter docendi facultatem, doctrinæ salutaris dare iam volebat auctoritatem, ne deesset fidei Catholicæ contra Arianos fidelissimus prædicator. In primore ergo tribulationis abscondere voluit vas electionis, per quem disposuerat implere officium prædicationis.

Erat adhuc Ruspæ oppidum nobile, clarissimis habitatoribus prorsus illustre, cui nullus fuerat Episcopus ordinatus: quia diaconus quidam Felix nomine, qui ambire voluerat, repudiatus, honorem Põtificis in illo loco nec ipse merebatur, nec alterum patiebatur accipere: frater quippe ipsius germanus, amicus Procuratoris, per potentiam sæcularis actionis ministrabat vires ambitionis. Dolor honestorum ciuium mentes vehementer angebat, cur soli remansissent sine patre spiritali, qui videbantur supra ceteros excellere nobilitate carnali: Cum repente fama verax dolentibus nunciat, beatum Fulgentium, quem tot loca primo sacerdotio iudicauerant dignum, nullatenus tempore ordinationis inuentum, remansisse presbyterum gloria maiore vestitum, quodd honoris superioris sic calcauerat appetitum.

Nesciente igitur B. Fulgentio, Victor Primas in itinere petitur à Ruspensibus: & vicinis Episcopis ordinandi Fulgentium licentia datur.] Vides robur sacerdotis inuisum: dum vincetus Carthaginem ducitur Victor ob ordinatos Antistites à Rege damnandus, in vinculis positus ordinationem decernit Episcopi. Sed pergit auctor: Tunc aggregata violentæ multitudinis manu, repente beatus Fulgentius dolens oculos in cellula propria reperitur: inuaditur, renetur, ducitur, & Pontifex esse non rogatur, sed cogitur. Inde ad Episcopum, qui admonitus fuerat ordinationem celebrare, perductus, ignoti populi instituitur pater, ita vt in illo Propheticum illud compleri videretur oraculum: Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi. Nimis autem gratissimus viri sapientis aspectus & fauores populi suffragantis augebat, & à quocumque tunc videbatur incognitus, humilitate vestium blandus, modestoque incessu venerabilis habebatur. Cum verò loqui quippiam, cogente interdum ratione voluisset, ex eius ore omnis turba pendeat, ex locutione familiari confiderans, qualis esset spiritalis magistri futua doctrina: propter quod ex omnibus possessionibus,

Abus, vbicumque transibat, populus confluerat ad fauendum, Ruspensi Ecclesiæ quanto ferius, tanto meliorem confitentem venisse Pontificem.

Diaconus porro videns suæ ambitionis conatus vanissimos defecisse: quod solum remanere deluso poterat, sæuie, & tardus innumeris congregatis, venienti filio pacis, scandalum (sicut sacer loquitur psalmus) iuxta semitam ponit. Viam igitur, per quam veniebat Deus feruus electus, obsedit ambitio infestus. Sed vbique simplicibus subuenit Christus, nec impediri potest ab homine sacerdotis electio, quam non præcedit ambitio. Nescio quo sancti Spiritus admonentis imperio, per alteram viam populus qui præcedebat ambulauit, & beatum Fulgentium, dum adhuc hostis sederet in via, in suam cathedrâ collocauit. Celebrata sunt eodem die diuina solemniter sacramenta, & de manibus beati Fulgentij communicans omnis populus lætus abscessit. Quod postea diaconus audiens, diuinę voluntati licet tardus cessit. Hunc illico reuertentem beatus Fulgentius benignè, affabiliter, clementerq; excepit, ita vt eum postea presbyterum ordinaret: sed vltionem debitam diuina iustitia monstrauit omnino velociter. Ipse enim diaconus iam presbyter intra annum mortuus, & Procurator ei consentiens ad penuriam redactus dederunt pœnas temporalis audaciæ, quibus potest Deus preparare in futuro gratiam cælestis indulgentiæ. Nos illud propterea vel commemorandum putauimus, vt ostenderemus, hinc beato Fulgentio creuisse circa singulos auctoritatem, dum cognoscerent in istis vigilasse diuinam seueritatem.

Suscipit interim beatus Fulgentius Episcopatum sine aliqua ambitione, cum maxima deuotione, manente in contradictores diuina vltione. Nec ita factus est Episcopus, vt effugeret monachus: sed accepta Pontificis dignitate, professionis præteritæ seruauit integritatem: seruata verò professionis integritas plus ornauit Põtificis dignitatem. Numquam denique pretiosa vestimenta quæsiuit, aut quotidiana ieiunia prætermisit, aut conditos suauiter cibos vel inter hospites manducauit, aut discumbendo saltem requiescere & resolute rigidum propositum voluit: sed vna tantum vilissima tunica siue per ætatem, siue per hiemem patienter indutus fuit. Orario quidem, sicut omnes Episcopi, nullatenus vtebatur: pelliceo cingulo tamquam monachus vtebatur, sic studio humilitatis ambitionem vestium corporalium fugiens, vt nec vltima calciamenta suscipiens clericorum, aut vltimis caligis in tempore hiemis, aut caligulis tempore æstatis simpliciter vteretur.] subdit de abstinentia carnis & vini, & alijs quæ rigida seueraq; monastica institutio suadebat.

Sed vnde huiusmodi, quam refert, monastica institutio fluxit in Africam? Si rectè memoria tenes, non ab alio, quàm ab ipso S. Augustino, qui eandem ex Romana & Mediolanensi Ecclesia primitus mutuatus, in Africam inuexit atque latissimè propagauit: vt planè intelligas, quam S. Fulgentius est professus monasticam regulam, ab ipso sancto Augustino deriuasse, diuersiq; ordinis ab eo institutas fuisse classes, aliorum nempe qui in ciuitatibus degentes clerici cum essent, vnà simul degentes, cœnobitica monachorum instituta seruarent, quibuscum idem factus Episcopus habitauit, aliorum verò, qui procul à ciuitatibus degentes, eius essent vitæ atque vestitus, cuius hinc vides Fulgentium esse cultorem, nempe vna induti tunica eademq; pellicea zona constructa, quam nec soluerent dormituri, super tunicam verò pallio & casula superuestiti: nam idem auctor hæc subdit: Casulam pretiosam vel superbi coloris nec ipse habuit, nec monachus habere permisit: subtus casulam nigello vel lactineo pallio circumdatus incessit.] hæc auctor: quibus & vides nullam apud eos discriminationem fuisse colorum, num albo vel nigro pallio vterentur, dum modo quem exhiberet in velleribus natura colorè, absque delectu, eum in vestibus vsu retinerent. Porro hæc & alia ibi de monasticis obseruationibus referata sanctus Fulgentius creatus licet Episcopus minimè prætermisit, sed arctioris disciplinæ cultu retinuit.

Permanit in Ecclesia sua ad modicum temporis spatium Fulgentius: etenim cum erigendi monasterij, mox factus Episcopus, ac cepto apertissimo loco à Posthumiano nobili viro ac maximè pio, quæ essent operi necessaria præpararet, repente Regis iussione captiuus abducitur, prout eiusdè auctoris sequens sermo declarat: Interea (inquit) repente dirigitur ministri regalis furoris, vt derentus etià ipse cum ceteris in exiliu Sardiniam confessor Christi nobilis truderetur. Abductus ergo velociter, licet doleret Ecclesiam suâ nullis adhuc eloquiorum suorum monitis eruditam, remansuramq; protinus destitutam: sapienter tamen tristitiam gaudio maiore vincebat, quodd tam gloriosę confessionis esse particeps inchoabat.

Comitantibus ergo monachis simul & clericis, magister egregius vtriusque professionis exijt, flentibus laicis omnibus, de cathedra honoris ad locum beati certaminis, paratus fi-

psal. 139. DIACONVS DAT ROE. NAS AMBITIONIS.

INSTITVTVA MONASTICA RETINUIT EVLGENTIVS IN EPISCOPTATV.

Supra. at. Dom. 391. Tom. 4 pag. 640. MONACHORVM S. AVGVSTINI VETVS INSTITVTIO.

S. FVLGENTIVS IVSSV REGIS ABVDCITVR.

FVLGENTIVS RELEGATVR IN SARDINIAM.

dem Catholicam mente libera, voce forti coram Regibus & potestatibus confiteri. Suscepit eum Carthago venientem; fructumque eius notitiae in paucis diebus fideliter gustans multa obtulit munera; quae beatus Fulgentius monasterio illi, quod fabricari delegauerat, profutura mandauit. Ipse vero nauem crucifixo corde & corpore nudus ascendit habens secum plurimas diuitias scientiae singularis, quibus omnes, quocumque veniebat, indeficienti largitate pascebat. Inter alios sane Episcopos, cum quibus exilium commune suscepserat, tempore ordinationis erat inferior, sed patientiae & charitatis virtute non inferior. In rebus enim dubijs, ubi quam maxime consilium petebatur, si quando inter se confessores beatissimi de communi utilitate tractabant, vltimus quidem se debebat, verum tamen ipsius sententiam Primas, vel omnes qui Primatem sequebantur, audire & facere cupiebant; quamuis ille nihil sibi per inanem gloriam vendicans, deferret honorem congruum prioribus suis. Si enim cogebatur respondere consulentibus, ita semper paratus erat obedire iubentibus, ne praesumeret aliquid extorquere nolentibus. Post deliberationis autem longissimas moras, quicquid definitio communis inuenerat, eloquenter allegandum sentibus ceterorum beato Fulgentio dimittebatur.

Hinc etiam quodcumque transmarinis litteris de fide, vel de diuersis quaestionibus interrogabantur Episcopi, respondere praestare omnibus ab omnibus imponebatur. Ita sicut sanctae memoriae Aurelius Carthaginensis Antistes Ecclesiae inter alia privilegia meruit, ut litteras ex Africano Concilio dandas solus ipse scriberet, sic iste meruerat ut litteras ex illo Concilio dirigendas solus ipse diceret. Sexaginta quippe & eo amplius Episcopos tunc caetera ligabat exilij, quorum lingua & ingenium beatus Fulgentius Episcopus fuit. Hec cum scribat auctor dignus comes exilij & consors caritatis Fulgentij, intelligas eum describere dumtaxat numerum Episcoporum exulum Byzacenaе provinciae, quorum vnum erat eodem in loco consistens sacrum collegium: ceterum alios illic ex alijs Africae prouincijs fuisse relegatos Episcopos liquet. numerant enim alij Africanos Episcopos exules in Sardiniam deportatos. ducentos viginti, alij ducentos viginti quinque.

Tunc plane accidisse perhibetur, ut Hipponensis Episcopus & alij eius provinciae Numidiae sacerdotes occulte (ut licuit) sacrum ferrent secum vna thesaurum, nempe venerandum corpus magni illius totius Ecclesiae Catholicae magistri Aurelij Augustini Hipponensis Episcopi, simulque eiusdem sacri verticis ornamentum mitram Episcopalem, & Episcopatus insigne baculum pastorem, sed & alias plures secum eucherent Sanctorum reliquias. Quenam spes de Ecclesijs pastoribus destitutis ulterius reliqua esse poterat, conuulsi earundem fundamentis, ipsi quibus innitebantur, Episcopis? Consueuerunt Ethnici in excidio ciuitatum fuga lapsi secum ferre penates: at quanto propentior cura pietatem virgebat sanctorum Episcoporum, in eiusmodi totius Africae Ecclesiae busto sacra pignora, dulcem sarcinam secum vehere? Cuius quidem S. Augustini corporis translationis historia, cum plures sint testes, nobiliori illo monumento consignata relinquitur, quo Oldradus Mediolanensis Episcopus Carolum Magnum Imperatorem id scire cupientem, scripta ad eum epistola, reddidit certiore, quam suo loco, cum ratio temporis exigeret, reddituri sumus. Nobilitata tunc plane est insula illa, inter Beatas ob id vere connumeranda, tot coronis sanctorum Episcoporum illustrium confessorum, ditata est & sacris venerandisque reliquijs ab eis secum allatis, digna tantis vectoribus sarcina. Sed ad Fulgentium redeamus, cui ceteri omnes Episcopi exules praerogatiua sanctitatis atque doctrinae plurimum deferebant: nam subiungit auctor:

Quodcumque rescribebat consulentibus, Episcoporum ceterorum dicebantur nomina in titulo, sed solus beati Fulgentij sermo retinebatur in stylo. Prater istas quoque publici tractatus epistolas: si quis forte ex ipsis Episcopis absentem plebem sua corrigere vel monere voluisset, ad beatum Fulgentium accedebat, & per ministerium linguae eius officium suae dispensationis implebat. Hec & alia de munere scribedarum epistolarum auctor Syn-cellus, qui & de contubernio cum duobus alijs exulibus Episcopis fratribus ista subdit: Inter ipsa sane primordia gloriosi exilij, monasterium congregare, paucos secum monachos ducens, minime potuit: sine fraterna tamen congregatione vitam ducere nesciens, Coepiscopos suos, Illustrem scilicet & Ianuarium, habitare secum persuasit volentes: quibus unico seruicis charitatis affectu, similitudinem magni cuiusdam monasterij, monachis & clericis adunatis, effecit. Erat quippe eis communis mensa, commune cellarium, communis oratio simul & lectio: nullus se super alterum insolenter efferebat, nec proprijs fratribus amplius aut

• vbi cumque uiuere

NUMERVS RELEGATORVM EPI SCOPORVM.

• Histor. Mis. cel. Paul. dicit. lib. 1. 5. • Sigebert. in Chron. Maria. Scop. in Chron. TRANSLATIO CORPIS SANCTI AVGVSTINI IN SARDINIAM.

CONTVRBATIONVM EPI SCOPORVM.

Aur peculiarius consulebat; nisi quod illi monachi, qui beati Fulgentium sequebantur, districtioris abstinentiae regulam custodientes, nihil omnino proprium possidebant, nec inter clericos alios clericorum more vivebant. Hae de sacro illo sanctorum confessorum contubernio.

Beatam rursum dicimus insulam tot tantorumque hospitio sacerdotum, sed & susceptione sanctorum pignorum, & cultura sanctorum, potissimum vero Fulgentij iugi indefessis studio eandem excolentis, iure meritoque quisque ipsam ter quaterque beatam, felicemque praeter ceteris insulis Sardiniam praedicarit. Verum scias non omnes Africae Episcopos fuisse in eandem insulam relegatos; sed complures ex illis suis ipsorum Ecclesijs pulsos, ad alia dura & aspera Africae loca, vi tyrannica abire coactos. Inter alios autem Africanos huius temporis Episcopos confessione decoros, adnumerandus est Primasius & ipse doctrina insignis, de quo ista Cassiodorus habet, eius scripta recensens: Nostris quoque temporibus Apocalypsis praedicta, B. Episcopi Primasij Antistitis Africani studio, minute & diligenter quinque libris exposita est. Quibus etiam libris vnus, quid faciat haereticum, cautiissima disputatione subiunctus est. Quae in templo Domini sacra donaria sanctis altaribus offerantur.]

Eluxit tunc quidem eximia Romani Pontificis Symmachi erga omnes relegatos confessores Episcopos fraternam charitatem. Insisteris enim & in hoc praedecessorum vestigijs, sanctorum passionibus communicanti, isdem egestate laborantibus, quae victui erant necessaria largiter suppeditabat: de eo enim haec Anastasius: Hic omni anno per Africam vel Sardiniam Episcopis, qui in exilio erant retrusi, pecunias & vestes ministrabat. Sed describamus hic epistolam, quae licet inter scripta Ennodij Ticinensis reperitur data ad Episcopos confessores, eam esse potius dixerimus Papae Symmachi, sed ab ipsius diacono Ennodio nomine Symmachi Pontificis scriptum: est plane huiusmodi, quae dignum exhibeat talium certantium pro fide militum hortatorem; quae sic se habet:

Lucrum forsitan putaret inimicus, si inter pericula quae Christianis indixit, credentium animos subegi sset, & per diuersa Domini grege disperso, non superesset vel inter paucos, a quibus possit fide perseuerante calcari. Regnat adhuc ille in numero vestro, qui sibi non tam in multitudine quam in deuotione complacuit. Scriptum est enim, datam satanae potestatem, ut seruis Christi cribraret: ut quod de tritico inueniri posset, horreis iungeretur: quod de paleis, ad ignium alimenta transiret. Ad vos specialiter dictum est: Nolite timere pusillus grex: complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Venit inter vos gladius perfidorum, qui marcida Ecclesiae membra refecaret, & ad caelestem gloriam sana perduceret. Quos habeat Christus milites, certamen ostendit: Qui triumphum mereatur, per bella cognoscitur. Nolite metuere, quod Pontificalis a vobis apicis insulas abstulerunt. Vobiscum est sacerdos: ille vel hostia, qui non tam honoribus consuevit gaudere, quam mentibus. Maiora sunt confessionis praemia, quam nominatae munera dignitatis: Ad illa plerumque etiam minoris meriti personas fauor humanus adducit; ista nisi gratia superna non tribuit. Ipse enim in vobis & pugnavit & vicit, quem fides meretur & inter hominum tormenta sociari.

Prolixis non est opus ad feruorem in vobis caelestem animare colloquijs. Habet incrementa sua diuinae virtutis incendium. Non est opus eos in trophaeo iam positos attolli laudibus, qui sine monitore vicerunt: grauant conscientiam Christiani quicquid asserunt blandimenta praconij. Res quidem virtutis est quam fecistis; sed summi praemij restitutione superanda. Quod tamen, directis ad filium nostrum N. Ennodium diaconum litteris, sperastis, beatorum Nazarij & Romani benedictionem poscentes, Fidelibus non negamus. Accipite veneranda patrocina inuictorum militum, quia & iam vestram piam fidem in praesentis Imperator agnouit. Feliciter confessionis munera consummare dabit Deus, cum ipsi placuerit reducere Ecclesijs quietem; ut & maiorem, quem induxit aduersitas, pacis dulcedine consoletur.] haec tamen, directis ad filium nostrum N. Ennodium diaconum litteris, sperastis, beatorum Nazarij & Romani benedictionem poscentes, Fidelibus non negamus. Accipite veneranda patrocina inuictorum militum, quia & iam vestram piam fidem in praesentis Imperator agnouit. Feliciter confessionis munera consummare dabit Deus, cum ipsi placuerit reducere Ecclesijs quietem; ut & maiorem, quem induxit aduersitas, pacis dulcedine consoletur.]

Sed quid inter haec perfidus Trasamundus? (libet hic integram rerum gestarum seriem usque ad eius obitum texere, quod non sit posse per annos singulos singula ex more reddere) Haud quieuit post Episcoporum exilia, sed tamquam lupus insiliit dolosis fraudibus in ouilia pastoribus destituta. sciens autem paratos omnes subire martyrii potius, quam cedere gladijs persequentis, conatur eos coloratis quibusdam, si posset, seducere rationibus. quae vero molitus sit, idem qui supra auctor historiae rerum gestarum S. Fulgentij ita describit:

Interea Trasamundi Regis aduersus religionem Catholicam mens implacabilis & iracundissima inter asperas persecutiones, subdolaque factiones, quibus aequalem Deo Patri negare Christum Catholicos nunc terroribus cogebat, nunc promissionibus inuitabat: sub intentione

• Cassiod. de script. diuin. lect. 9.

SYMMACHI PAPAE PAVIT EXULES EPI SCOPOS. • Anast. s. in Symmacho.

• Apud Ennod. pag. 18. EPIS IOLA CONSOLATORIA AD EXULES EPI SCOPOS. • Luca 22.

DE RELIQUIIS SANCTORVM MARTYRVM MINIS.

TRASAMUNDVS REGIS NOVVS ARTYBUS ORTHODOXOS TENTAT.

intentione plus decipiendæ multitudinis simulare cœpit, rationem se simpliciter inquirere A Catholicæ religionis, reperiri neminem putans, cuius posset in suis erroribus assertionem conuinci. Proponebat deniq; multas ineptiarum tendiculas quæstionum: nec si quis ei responde- re voluisset, aut despiciebat, aut repellebat: immo quasi patienter audiens, satisfieri sibi non posse iactabat. Et re vera quis hominû tam obdurato cordi valuisset lumen ostendere verita- tis? Id quidê aliqua ex parte demonstrant diuersa S. Fulgentij scripta, vt liber tertius ad Mo- nimum, & alia ad Donatum. sed pergit: Efficiebat tamen plurimos religiosos audaces fideli suæ constantia per occasiones à Domino præparatas studiosi Regis conuincere blasphemias.

Dicitur autem requirenti diutijs, quis plenissimè posset testimonijs euidentibus vindicæ- re veritatem Catholici dogmatis, esse inter Episcopos exultantes beatum Fulgentium, cui nihil deesset in omni scientia, plurimû redundaret in gratia, qui sapienter & eloquenter ro- ganti Regi satisfaceret. Procinus Rex probare cupiens sacerdotem, cui generaliter testimo- B nium bonum tota nostræ religionis perhibebat Ecclesia, seruum strenuum celeriter dirigit, à quo sine mora ductus atque perductus, peruenit Carthaginem lætus: Vbi tamquam fide- lissimus dispensator erogandi talenta sibi credita reperiens occasionem, cœpit in hospitio proprio venientes ad se Catholicos Orthodoxos diligenter erudire, rationem reddes, quo- modo Pater & Filius & Spiritus sanctus, manente trium personarû differentia, Deus vnus à Fidelibus prædicetur. Tanta fuit in beato Fulgentio facundi sermonis suavitas, tanta in vultu eius micabat hilaritas, vt certatim Fideles vniuersos sancta charitas traheret vel inter- rogare sanctissimum virum, vel audire, quotiens ad interrogata responderet. Ille autem ver- bum Dei sine inuidia tabescente communicans, occurrebat interrogatombus omnium, neminem despiciens, nullum iudicans improbum: paratus etiam ipse, si cui fortè Deus per Spiritum sanctum meliùs reuelasset, audire, vel discere, tenere, sequi, approbare, sub officio C doctoris humilitatem discipuli benignus & mitis exercens.

Vnde contigit, vt multo doctior & se ipso melior fieret, lucra Christo maiora perquirens: alios enim iam rebaptizatos errorem suum plangere docebat & reconciliabat: alios autem, ne suas animas pro terrenis commodis perderent, admonebat; & quos iam perditioni pro- ximos sentiebat, ita blandis sermonibus leniebat, vt propter eius benevolentiam verecun- darentur cogitatum implere malitiam, reuersiq; velociter agerent poenitentiam. Confor- tati alij verbis eius, & doctrinæ eius sale conditi, redarguebant Arianos hæreticos cum om- ni fiducia. Sic mirabili gratia factum fuit, vt per vnum sacerdotem, cuius sapientiam Rex voluerat experiri, sapientium numerus apud Carthaginem cresceret, & per ministerium persecutoris fides Catholica incrementum potius quàm defectum acciperet.

Hæc omnia Rex per occultos nuncios discens, egregij sacerdotis ingenium, sapientiam, D doctrinam, fidem, pietatem, mansuetudinem, continentiam probat, & conuenientem famæ suæ præconijs, talem esse, qualis prædicabatur, agnoscit. Dictat proinde quædam veneno plena perfidiæ legenda ei, & celeriter dirigit, responsionem sibi flagitans reddi. Sucepit hæc doctissimus Pontifex, & longissimæ narrationis ineptias per obiectionum capita dirigens, responsiones subiecit breues, probabiles, necessarias, auctoritate testimoniõrum graues, & totius rationis lumine radiantibus. Quas cum multis sapientibus viris diu multumq; colla- tas, & ad populi fidelis notitiam perductas, Regi quoque longa expectatione suspensio tra- didit ingerendas. Quas Rex ille barbarus intentissimè perlegens, quia numquam prædesti- natus fuerat ad salutem, laudat sapientiam, miratur eloquentiam, prædicat humilitatem, neque tamen meretur intelligere veritatem.

Carthaginensis autem populus triumpho spiritualis interpres, propositiones Regis fuisse E conuictas, læto murmure conficitur: & Catholicam fidem semper esse victricem, coniu- ctis beati Fulgentij laudibus, gloriatur.] extant eiusmodi obiectiones Regis, atque respon- siones S. Fulgentij, quarum est exordium *. Dictû est, Pater de se ipso, &c.] quibus quidem apparet quanta esset in Fulgentio cû ingenij acumine sacræ Theologiæ emines excellensq; doctrina. Videas miro quodâ modo valida sæpe responsione erigere protritâ ab hostibus veritatem, simulq; prosternere pollutè regia potentia, insultantemq; impietatem, tanta tamen modestia, vt sicut ex eo sublimis ipsius doctrina intelligi possit, ita ex hoc eiusdè intue- ri valeas sanctitatem. Sed cœptam semel narrationè audiamus, quâ auctor ita prosequitur:

Adhuc tamen Rex virum doctissimum probare desiderans, de alijs eum quæstionibus rursus interrogat: & interrogationem suam semel tantum beato Fulgentio præcepit legi, neque meditandi, neque describendi tribuens facultatè. Timebat enim, ne verba eius con- uincenda

FULGENTI- VS CARTHA- GINEM RE- VOCATVR.

PROFICVVS MVLTIS FVLGENTIVS.

REX PRO- VOCAT FVL- GENTIUM GOKIPTIS.

FVLGENTI- VS CONFV- TAT FORTI- TER OBIE- CTIONES. * in Fulgent. operibus.

A uincenda, sicut priùs, sermonibus eius infererentur, totiusq; ciuitatis iudicio iterum victus esse, iterum reprobaretur. Beatus Fulgentius semel sibi lecta vix recollere præualens, respon- dere differebat: sed respondere eum Rex magis ac magis imperabat, responsionis arguens moras, & cautelam sanctissimi viri, dissidentiam iudicans. Vnde idem Pontifex discretio- nis virtute subnixus, ne qua fortè per populum mendacia spargerentur, quibus fingere- tur, aut non potuisse, aut noluisse beatum Fulgentium regalibus quæstionibus obuiare: tres libellos mirabiles fecit, vbi memoratum Regem simpliciter alloquens, totius quæstionis feriem, quam tenui auditu perceperat, latè reuertilabat, docens animam rationalem Chri- sto Domino in Inceptione carnis minimè defuisse.]

Extant hi tres libri ad Traiamundum Regem conscripti, estq; eius operis eiusmodi ex- ordium: Triumphalibus sensibus, piissime Rex, numquam crediderim obliuione subtra- ctum, quod nuper mihi quoddam volumen, baiulo Felice, præcepis destinari, iubens me illico respondere. Cuius quia tanta fuit prolixitas, vt egeret aliquanto diutiùs recenferi, & diurni finis aderat, nocte propinquante, curriculi: vix eiusdem voluminis principia citatè de- libans lectionis excursu, poposceram, vt ad cuncta plenè recensionis ordine perlegenda, noctis vnus spatium nobis fuisset indulgum: quod vestræ mansuetudinis voluntas omnino statuit abnegandum, ita vt nec saltem ad residua perlegenda scripturæ nobis præcepisses ad- tribui. Ego verò cum spatio quorundam dierum ordinationem tui culminis præstolarer, ac deinceps interrogationis illius tenore subtracto, sola fuisset à nobis flagitata responsio, pau- ca, quibus, Domino adiuuante, nostri paruitas sufficit ingenij, de eadem interrogatione, quam ex principio tenuit cognoui, vestræ recensenda mansuetudini destinavi: ne forsitan aut fastidio putarer tumidus, aut taciturnitatis culpa iudicaret obstrictus, quem vestra celsitudo suspicaretur aut superbia responsionem non reddidisse, aut vera: fidei dissidentia tacuisse. Nam studio vestro, clementissime Rex, compertum esse non ambigo, apud eos, qui Christianæ gratiæ participatione redempti sunt, penè id esse fidem nolle asserere, quod ne- gare, &c.] hæc Fulgentius secundum ea quæ de eodem ex dictis Actibus recensimus. Por- ro commentario illo, quem Rex ostendi fecit Fulgentio, non hæresis tantummodo Ariana, sed Eutychiana etiam firmabatur: Vnde egregiè ipse Fulgentius aduersus eiusmodi hæresim disputat, docens duas in Christo naturas in vna esse persona coniunctas, atque eleganter de Verbi incarnatione doctrinam elucida.

Quid autem post hæc secutum sit, eiusmodi Fulgentij res gestæ ab eodem auctore descri- ptæ his verbis declarant: Tunc Rex admiratione maxima repletus, nihil amplius est inter- rogare nifus, nisi quod vnus ex Episcopis eius Pinta nomine, quasi respondere conatus, ta- cere potius noluit, quàm respondere aliquid potuit. Cui tamen illico beatus Fulgentius al- terius operis, quod Aduersus Pintam titulauit, disputatione veridica restitit: & in prima de- fensione sua victos aduersarios, temerarie satis, ostendit repetisse certamen.] desideratur li- ber iste, sicut & alia nobilissimi ingenij monumenta, vt liber de Spiritu sancto, de quo idem auctor ista subiicit: De Spiritu sancto interroganti presbytero Abragilæ, per commonitorium paruisimum testimonia protulit plura, docens eum cum Patre & Filio Deum vnum sim- pliciter constitendum. Cuius etiam commonitorij sententias inter vtrumque illius temporis opus ordinavit oportere describi, legentibus omnibus Fidelibus Catholicis, & mirantibus & erubescensibus Arianis & dolore contra ipsum murmurantibus: donec malæ suggestio- nis occasione reperta, volenti eum Regi intra Carthaginem diutiùs derinere, diceretur ab impijs & malis hominibus: Sine causa, Rex, laboras: nihil tua diligentia proficit. In tantum quippe iam doctrina Fulgentij Episcopi præualuit, vt de sacerdotibus tuis reconciliet ali- quantos. Proinde nisi citò subueneris, religio nostra deficiet: & quicumque à nobis est ba- ptizatus, Homouision iterum prædicabit publicè reconciliatus: nec si persecutionem volue- ris concitare, timeri poterit regalis fauitia. Multum quippe confortat & stabiles facit omnes Episcopos Fulgentij præsentia.

Suggestentibus talia Rex quasi magna necessitate constrictus assensit, & B. Fulgentium rursus ad exilium Sardinia reuocare compellit. Intempesta igitur nocte (sic enim Rex fieri delegauerat) ad nauem beatus Fulgentius, populo ignorante, perducitur: sed contrario flatu resistentibus ventis, super littus tantas passus est moras, vt per dies plurimos omnis penè il- luc ciuitas conueniret, & de manu eius valefaciens communicaret. Ibi autem prophetica gratia per Spiritum sanctum repletus, Iuliateo viro religioso nimis afflicto, grauiterque pro- discessu B. Fulgentij Episcopi ingemiscenti: Diutiùs, ait, noli flere: citò reuertemur ad vos: Catho-

IVSTA QVÆ RELA CVM EXCVSATIO NE FVL- GENTII.

FVLGENTI- VS SCRIBE- RE COM- PVLSVS DE SPIRITV SANCTO.

FVLGENTI- VS RVRSVS IN SARDI- NIAM RE- DIRE TVR.

Catholicæ Ecclesiæ libertate reparata, videbitis nos. Hoc autem, quæso, secretum sit apud A te, quod nimia charitas indicare compulit me.] hæc ipse. Porro illud citò, haud ex mente Fulgentij ita expressum est, vt vel anni terminum significare voluisset: etenim res ab eo gestæ longiore in eadem insula moram traxisse demonstrant: sed visum est citò, quod numquam amplius fore quam plurimis videbatur.

Porro in Sardiniam reuersus Fulgentius, accepto (vt dictum est) loco ædificandi monasterij apud S. Saturninum martyre à Primasio Episcopo Calaritano, eodemq; felicissime consummato, vnà cum suis ibi degens alios complures ad idem vitæ genus excolendum illexit. Sed quæ ibidem positus scripserit, idem auctor eius comes exilij ita recenset: Scripsit (inquit) eodem tempore Carthaginensibus epistolam sublimi exhortatione conspicuam: vbi penè cunctos dolos & fallaciæ blandimenta, quibus infelices animæ seducerentur, ad mortē, grauissima quæstione digessit.] hæc idcirco Fulgentius, quòd non desineret impius Rex fallacibus artibus quærere & aucupari C rthodoxorum à fide Catholica discessionem: sed & tam egregium monumentum periit, sicut aliæ complures rum publicæ & communes tamquam ab omnibus Episcopis scriptæ & priuatæ nomine diuerforum Antistitum ad suas cuiusque plebes scribentium litteræ, tum aliæ aliis ac diuersis argumentis elaboratæ ab eo epistolæ, excellens quidem pulchritudo paucarum, quæ extant, desiderium ingerunt perditarum. Sed pergat auctor:

Tunc etiam de remissione peccatorum consulenti Euthymio viro religioso, duobus libellis sine mora respondit; testimonia quoque prædestinationis, & gratiæ differentias cupientem nosse, salubriter disputans docuit. Iam familiares epistolas, in quibus tamen spiritalis ædificatio continetur, & ibi apud Sardiniam commanentibus, & in Africa degentibus, & Romanis præcipuè Senatoribus, viduisque ac virginibus, quarum fama laudabilis habebatur, frequenter direxit.

Ad Probam virginem Christi de ieiunio & oratione libellos duos conscripsit.] sed desiderantur hi quidem: extant tamen eiusdem Fulgentij ad eandem epistolæ duæ, quarum prior de virginitate atque humilitate titulum habet, posterior verò de oratione & compunctione cordis præfert inscriptionem, ambæ Fulgentio dignæ. Alios verò de ieiunio & oratione libellos, quos desiderari diximus, se ad Probam virginem fore scripturum pollicetur etiam in epistola ad Gallam data, cum eiusdem sanctissimæ virginis virtutes laudat, aitque: Disponimus enim (si Dominus voluerit, & si vixerimus) ad fororem tuam, sanctam Christi virginem Probam, quam Dominus hoc tempore præcipuum in vrbe Roma dare dignatus est virginitatis & humilitatis exëplar, de ieiunio & oratione aliquid scribere, sicut in epistola, quam ad eam nuper dedi, mea pollicitatio continetur: cuius tibi præcipuè sancta conuersatio est in omnibus imitanda. Quæ cum sit auis atausque Consulibus, & deliciis regalibus enurita, tanta illi est humilitas dono gratiæ cælestis infusa, vt amore subiectionis, & vfu seruiendi, dominam se aliquando fuisse iam nesciat, cum omnes dominos habere, delectatione sanctæ seruitutis affectet. Scit enim à Domino, cui virginitatem vouit & cordis & corporis, pro liberatione nostra humilitatem formæ seruilis acceptam: & ob hoc delectatur sponso in huius seruitutis humilitate placere, vt confortio quinque sapientum virginum deputata, cum sponso possit in æterna alacritate regnare. Delicias verò corporis quanta virtute contempserit, & quomodo suam famem satiandis faciat deseruire pauperibus; nec ob aliud ipsa vilibus tegatur indumentis, nisi vt & humilitatis propositum impleat, & vestiendis pauperibus ingem curam sanctæ pietatis impendat, plenius ipsa videndo cognoscis, quam id à me velis audire, quod minus possum sermonibus explicare. Hanc ergo tibi tamquam speculum pone; & ex illius consideratione, quid tibi iam insit, vel quid adhuc desit sanctorum studiorum operumque, cognosce: & licet illa egregio præcellat virginitatis munere, comitem te debet in ceteris habere virtutibus.] huc usq; de sancta Proba ad Gallam Fulgentius.

Meminit huius quoque Probæ præclarissimæ virginis Cassiodorus, quam sibi sanguine propinquam fuisse tradit, dum agens de Eugipio, ab ipso ad eam fuisse conscriptum perutilem commentarium affirmat, vbi ait: Hic Eugipius presbyter ad parentem nostram Probam virginem sacram ex operibus sancti Augustini valde beatissimis quæstiones ac sententias ac diuersas res de florans, in vno corpore necessaria nimis dispensatione collegit, & in trecentis triginta octo capitibus collocauit. Qui codex (vt arbitror) quando in vno corpore diligentia studiosi viri potuit recondi, quæ in magna bibliotheca vix præualet inueniri.] hæc Cassiodorus. Porro & hic Eugipius magno fuit Fulgentio familiaritatis vfu coniunctus, vt declarat

DE SCRIP-
TIS, FUL-
GENTII
CUM RE-
VERSVS EST
IN SARDI-
NIAM.

DE EPISTO-
LIS AD
PROBAM
VIRGINI-
NEM.

PROBÆ
ROMANÆ
VIRGINIS
VIRTUTES.

* Cassiod. de
Dum. lectio.
c. 23.

A clarat eiusdem Fulgentij ad ipsum data epistola de charitate & dilectione, quæ inter ipsos consuetudine litterarum intercedebat. Petierat idem Eugipius à Fulgentio libros illos ad Monimum scriptos, vt in fine datæ ad eum epistolæ docet his verbis: Libros (sicut præcepti) ad Monimum datos, in quaternionibus destinavi.] extat quidem eiusmodi Fulgentij lucubratiō post tot naufragia scripturarum, qua vertentem temporibus istis de prædestinatione quæstionem quàm doctissime primo volumine pertractat, secundo de tribus quæstionibus, tertio verò de expositione istorum verborum: Et verbum erat apud Deum.] Sed de libris ad Monimum sequenti tomo dicendum.

Quod verò idem qui supra auctor ait, ad viduas eundem S. Fulgentium epistolas conscripsisse: extat adhuc vna ipsarum ad eandem, de qua superius, Gallam Romanam viduam de consolatione super morte mariti, & de statu viduarum: Hæc enim iam forti animo attriuerat perpetuæ continentiæ seruandæ propositum; clarissima verò & Consularis erat femina, atque in admirationem sui ob egregium factum conuerterat in se oculos omnium: de qua ipse post multa: Disce igitur (inquit) tu quoque nihil de nobilitate generis assignare: & licet tuo, patre, socero, marito Consulibus pridem fueris inter sæculares illustri, nunc in eo te illustrem fieri cognosce, in quo tibi virtus humilitatis accrescit, &c.] At quænam fuerit tanta femina Galla ista, Consulibus neptis, Consulisque filia, & nurus & vxor Consulibus, ex sancti Fulgentij litteris tantopere prædicata, quæ & verticem Christianæ perfectionis videretur animosior attigisse, testificatione etiam sancti Gregorij Papæ discamus.

Interim (inquit) neque hoc silendum arbitror, quod mihi personarum grauium atque fidelium est relatione compertum. Gothorum namque temporibus Galla huius Vrbs nobilissima puella, Symmachi Consulibus ac Patricij filia, intra adolescentiæ tempora marito tradita, in vnius anni spatio eius est morte viduata.] Sed antequam ulterius campum narrationis ingrediar, vides quot signis habes expressum, eandem Gallam viduam de qua scribit sanctus Fulgentius, vnam eandemque esse cum ea de qua agit sanctus Gregorius. Primum enim nomine conuenit, quòd Galla dicta; patria, quòd Romana; professione, quòd vidua; tempore etiam, quòd sub Gothorum Rege, & quòd à suis maioribus S. Gregorius se ea de Galla accepisse testetur. Conuenit insuper & Consulatu patris, nimirum quòd Symmachi Consulibus filia fuerit, ad quem nonnullæ extant Ennodij Ticinensis epistolæ (de quo & pluribus sequenti tomo) Adde denique, quòd adolescentulæ, adolescentulo sit orbata viro; cum Fulgentius æquè testetur, virum eius celeriter in ipso iuuentutis flore ex humanis abreptum. vt planè nihil sit, quod dubitare iure valeas, num alia illa ab ista sit Galla, sed certò scias vnam eandemque fuisse insignem decus & ornamentum Christianæ pudicitæ, nobilitate generis atque splendoribus natalium auctam.

Quam (inquit Gregorius) dum feruente mundi copia ad iterandum thalamum & opes & ætas vocaret: elegit magis spiritalibus nuptiis copulari Deo, in quibus à luctu incipitur, sed ad gaudia æterna peruenitur, quàm carnalibus nuptiis subiici, quæ à lætitia semper incipiunt, & ad finem cum luctu tendunt. Huic autem cum valde ignea conspersio corporis inesset, cœperunt medici dicere, quia nisi ad amplexus viriles rediret, calore nimio contraturam barbas esset habitura, quod ita quoque post factum est. Sed sancta mulier nihil exterius deformitatis timuit, quæ interius sponsi cælestis speciem amauit: nec verita est si hoc in illa cœderetur, quod à cælesti sponso in ea non amaretur. Mox ergo vt eius maritus defunctus est, abiecto sæculari habitu, ad omnipotentis Dei seruitium sese apud beati Petri Apostoli ecclesiam monasterio tradidit: ibique multis annis simplicitati cordis & orationi dedita, larga indigentibus elemosynarum opera impendit. Cumque omnipotens Deus perennem iam mercedem reddere eius laboribus decreuisset, cancri vlcere in mamma percussa est.

Nocturno autem tempore ante lectum eius duo candelabra lucere consueuerant; quia videlicet amica lucis, non solum spirituales, sed etiam corporales tenebras odio habebat. Quæ dum nocte quadam ex hac eadem iaceret infirmitate fatigata, vidit beatum Petrum Apostolum inter vtraque candelabra ante suum lectum constituisse: nec perterrita timuit, sed ex amore sumens audaciam, exultauit, eiq; dixit: Quid est, domine mi: dimissa sunt mihi peccata mea? Cui ille, benignissimi (vt est) vultus, inclinato capite, annuit, dicens: Dimissa veni: Sed quia quamdam sanctimoniam feminam in eodem monasterio præ ceteris diligebat: illico Galla subiunxit: Rogo vt soror Benedicta mecum veniat. Cui ille respondit: Non, sed illa talis veniat tecum: Hæc verò, quam petis, die te erit trigesimo secutura.

EUGIPII
CVM S. FUL-
GENTIO
VSVS.

* Fulgent. epl.
ad Gallam.

* Greg. Dia-
log. li. 4. c. 13.
DE GALLA
VIDVA SAN-
CTVS GREG.
AGIT, AD
QVAM FUL-
GENT. SCRIP-
SIT.

GALLA VI-
DVA SECR-
DIT IN
MONASTE-
RIVM.
* complexio

DE TRANS-
ITV S. GAL-
LÆ VI-
DVÆ.

His

CHRISTI SYMMACHI PAP. ANASTASII IMP. 14. 15. THEODORICI REG. 12. 13.

His itaque expletis, visio Apostoli assistentis & colloquentis ei ablata est. At illa protinus cunctae congregationis acciuit matrem, ei que quid viderit, quidve audierit, indicavit. Tertio autem die, cum ea quae iussa fuerat sorore, defuncta est: Illa vero quam ipsa poposcerat, die est trigesimo subsecuta. Quod factum nunc usque in eodem monasterio manet memorabile: sicque hoc a praecedentibus matribus traditum narrare illic solent subtiliter iuniores quae nunc sunt sanctimoniales virgines, ac si illo in tempore huic tam grandi miraculo & ipsae affuissent.] lucusque Gregorius de Galla filia Symmachi Consulis, eiusdemque patris Rusticianae vxoris Boetij Seuerini. Consueuisse esse in familia Symmachorum Gallas & Rusticianas, certum est: nam de Galla satis intelligere potes ex Symmachio Seniori, cuius extat epistola ad Nicomachum, vbi haec de Galla nepte: Non mediocriter nepoticae meae Gallae infirmitas contrahit otij mei securitatem.] Habetur & apud Sidonium laudata Rusticianae vxor Symmachi Senioris in epistola ad Hesperium. Quod rursus ad Gallam pertinet, diuersa etiam ab hac nostra, de qua agimus, est illa Galla vidua sanctitate quoque laudabilis, cuius meminit sanctus Augustinus scribens ad Quintianum. Porro haec, cuius felicem ad Deum transitum sanctus Gregorius narrat, ab Ecclesia Catholica inter Sanctas relata, anniuersaria die, tertio Nonas Octobris, iugi commemoratione recolitur. Quae vero reliqua sunt sancti Fulgentij, cuius epistolae ad Gallam occasione ad ista diuertimus, opportunitiori loco dicentur.

Symmachi lib. 6. epist. 31. Sidon. lib. 1. epist. 10. August. epist. 103.

IESU CHRISTI SYMMACHI PAP. ANASTAS. IMP. 15. ANNVS 505. THEODORICI REG. 13. ANNVS 7.

DE MANLIO THEODORO CONSULAT. IV.

Sequitur annus Domini quingentesimus quintus, Theodori & Sabiniani Consulatu notatus: quorum prior, nomine Theodorus, cognomento Manlius, ex illo item Manlio Theodoro, cuius summa cum laude sanctus Augustinus meminit, videtur esse propagatus: hunc autem magis quam purpura Consularis, Consulatus contemptus reddidit vbi que conspicuum: Etenim coniugatus licet, inito cum coniuge sancta consilio, & mutuo communicato consensu, nuncium saeculo remisit, vitamque amplexatus est humilem, summa admiratione non vrbis tantum, sed Orbis, cui vbi que per Consulatum inditum Faltis factus fuit claritudine muneris & generis manifestus. Cuius rei praclarissime gestae cum fama transmarina loca peruaderet, insulam quoque abdita & confessorum exulum latebras penetravit. Audiuit haec cum aliis sanctus Fulgentius Ruspensis Episcopus exulans in Sardinia, qui eidem litteris congauisus, scripta ad eum epistola, haec post alia habet:

Fulgent. epist. 6. THEODORVS CONSVLARIS ABDCAT SE A SAECVLO.

Beatus es, quia hoc caro & sanguis non reuelavit tibi, sed ille Pater qui est in caelis, inter quos caelos & tu factus es caelum. Quantum putas inesse luctum diabolo, quod a te contemptum perspicit mundum, & te conuersum cognoscit ad Christum, quod te videt ea in quibus videtur esse, deserere, & ab amore temporalium terrenarumque rerum ad illa caelestia & aeterna iam corde migrare? Quamuis enim Christus aequaliter sit pro cunctis Fidelibus mortuus, & aequale cunctis beneficium redemptionis impenderit, dicente Apostolo: Non est seruus, neque liber, non est masculus, neque femina: omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu: tamen conuersio potentium saeculi multum militat acquisitionibus Christi. Sicut enim multi fratres & amici, clientes & subditi, noti pariter & ignoti talium auctoritate ad mundanae dilectionis excitantur ardorem, & eo magis igne secularis concupiscentiae succenduntur, quo sublimes saeculi dilectione mundana libenter captiuos teneri conspiciunt: Ita quotiens ille qui tangit montes & fumigant, dum terrenis rebus intenta corda misericorditer respicit, & consideratione iudicij sui tremere compellit; dumque contingit superba corda sublimium, velut altitudines montium, vt in confessione fumigent peccatorum, in talium tremore plurimi contremiscunt, & in talium conuersione multi ad subdijum miserationis diuinae confugiunt.

Galat. 3.

MAGNA CHRISTI GLORIA EX PROPECTV POTENTIVM.

Ita fit, vt qui sunt in saeculi culmine constituti, aut plurimos saecum perdant, aut secum multos in via salutis acquirant. Magna tales aut poena manet, si multis praebent male imitationis laqueum, aut gloria, si multis ostendant sanctae conuersationis exemplum. Quis enim paruum non despiciat cellam, quando Senator domum despicit marmoratam? Quis non terrena contemnens, ad acquirenda caelestia sibi consulat, quando ad caelum Romanus Consul terrenorum contemptu festinat? &c.] In fine autem haec de sancta matre, piaque coniuge:

CHRISTI SYMMACHI PAP. ANASTASII IMP. 15. THEODORICI REG. 13.

coniuge: Sanctam multum in Christo venerabilem matrem vestram, quae tuo spiritali studio Christiana fide & vere materna charitate concordat, sed & venerabilem coniugem, tibi iam in Christo sororem tuam, obsecro, salutare digneris.] haec satis sunt ad noui Consulis anni huius ingressus pompam, non tam ex fascibus, quam ex Cruce, neque tam e veste palmata quam monastico indumento, nec tam ex munerum editione quam munerum in pauperes largitione illustrem perpetuaeque dignam memoria redditam. Iam vero anni huius res gestas recenscamus.

Subiisdem Consulibus Anastasius Imperator ad Eustathium Praefectum Praetorio eiusmodi reperitur dedisse rescriptum:

Iubemus, eos tantummodo ad Defensorum curam peragendam ordinari, qui sacrosanctis Orthodoxae religionis imbuti mysterijs, haec in primis sub Gestorum testificatione, praesente quoque religiosissimo fidei Orthodoxae Antistite, per depositiones cum sacramenti religione celebrandas patefecerint. Ita enim eos precipimus ordinari, vt reuerendissimorum Episcoporum, necnon clericorum, & Honoratorum, ac possessorum, & Curialium decretis constituantur. Dat. x i i. Kal. Maij, Sabiniano, & Theodoro Coss.] haec quidem Anastasius speciem praeferebat pietatis, intus autem sacrilegium occultans. Sed & ea quae huic subiecta est Imperatoria constitutio idem praestitit:

Nemo militet, qui non apud Acta testificatus cum tribus sit, propositis sacrosanctis Evangelijs, se esse Christianum Orthodoxum. Fiantque Acta ad eum magistratum, sub quo militaturus est, & duo tantum autei pro ea re praebantur. Si vero id neglectum sit, dabit libras quadraginta si magistratus, eiusque Officium viginti, qui vero militauit, decem, atque a militia eiicietur. Testes qui peierauerint, in corpus punientur: alia vero multa Comitibus periculo rebus priuatis inferentur.] haec tenus constitutio. Sed qualem eiusmodi leges sensum acceperint ex legislatoris mente, eiusdem Anastasij Imperatoris res gestae huius temporis declararunt.

Scabito autem omnino cum Persis foedere, vt patet ex Marcellino sub anni superioris Consulibus: idem Anastasius Imperator (inquit Theodorus Lector) vt modicum quietis a bellicis occupationibus accepit, rursus contra Ecclesiam & Macedonium Orthodoxum Constantinopolitanum Episcopum armatus est.] Sed videri sic leges sanctas, ita & opera sancta, ne videretur esse tyrannus, ostentare solebat. vnde subdit: Multas Ecclesias Anastasius Imperator Constantinopoli restaurauit.] Sed quid nuper? Quod tyrannorum est timere; contra seditiones populi, quae in ciuitate fiebant, hoc excogitauit, vt Eparchus ciuitatis, ipse Praefectus vrbis litaniae populi sequeretur. Timebat enim zelum eorum qui pro Quarta Synodo, ipso videlicet Chalcedonensi Concilio, incurSIONES faciebant. Et hoc deinceps in consuetudinem abiit.] haec ipse. Qua etiam ratione, ne per magistratus illos, qui Defensores dicebantur Ecclesiae, tumultus sub praetextu fidei Catholicae tuendae concitaretur, eos tantum curauit creari in posterum Defensores, quos suarum partium esse sciret: iurare eos suauiter Zenonis Ennoticum, quod fidem Orthodoxam continere dicebat, idque ab omnibus in Palatio militantibus faciendum esse praecipit, quo ab incurSIONE populi profertentis & defendentis Chalcedonense Concilium tutior redderetur. Nec tamen ob id cessarunt a tumultu, quem constat ex Marcellino iterum post sequentem annum a populo excitatum in Circo.

Quod vero idem Imperator his aduersantem nactus est Macedonium Constantinopolitanum Episcopum Chalcedonensis Synodi defensorem, qui populi totius praefidio vallaretur: haud licuit cum statim (vt optabat) eiicere. Verum dolo rem agere aggreditur: Etenim (inquit Theodorus) inimici Macedonij Euecholum quemdam subornarunt, qui gladio illum impeteret: Macedonius vero, vt mansuetudinem suam ostenderet, munera Euecholo dari praecipit. Tale quid etiam erga sacrilegos quosdam fecit.] haec ipse. Sed quomodo idem Macedonius Imperatori haeretico resistens, ex sede pulsus sit, suo loco dicemus.

Vidisti & considerasti, puto, lector, morem haereticorum Principum, omnem forinsecus praeferre speciem pietatis vt regnent, intrinsecus vero fouere nequitiam. Sed quid Deus? nouos in Imperium excitat hostes: vix enim cum Persis isto foedere, cum in fidem Catholicam arma mouet Imperator, aduersus eum Gothus, sub duce Mundone insiliit in regiones Anastasio subditas, contra quem Sabinianus anni huius Consul Orientalis Imperij cum exercitu missus, profligatus cum paucis aufugit. Consilio autem & opera Theodoricus Italiae Regis eiusmodi excitatos esse motus, factamque pacem inter ipsi & Anastasium,

L. 19. Cod. de Episc. audien.

LEGES ANASTASII IMPER. SVB-DOLAB.

L. 10. C. cod.

QUID DE MILITANTIBUS STATVIT.

Theod. Lect. C. 11. lib. 1.

CONSILIVM ANASTASII IMP. VT RB ON ARRET.

Th. 1. lib. 2. Collect. MACLEDON. EPISC. CON-STANTIN. QVAE RETVRTOLLI DE MEO DIO.

SABINIANVS CONSVICTVS A GOTHIS.

sum, sequentis temporis res gestae significant, quo missi sunt Constantinopoli duces, qui A piratica classe Italiam infestarent.

Christi annus quingentesimus sextus Messalam Romae creatum, Areobindam vero Constantinopoli Consules habuit. Est de Messala frequens mentio apud Ennodium, & inter alia cum ipsa rogat, ut pro se preces offerat apud sanctos Apostolos. Sidonius quoque ad Felicem, cum viros insigniter doctos eius temporis recenset, ait Messalam fuisse hominem ingenij satis profund. Est epigramma Ennodij ad ipsum Messalam Consulem, cui eiusmodi inscriptio est affixa:

Epigramma, quod Messala Consul, Ennodius cognomine dictus est.

Consulis ad genium nomen pro stemmate iunxi

Dans lucem Fastis, sum trabecis potior.

Quid palmata tuo tantum de murice vernas?

Plus fucata dedit purpura nostra tibi.] Ex quo pariter Ennodij genus intel-

ligas: est enim & ipsius Messalae ad Ennodium epigramma, quo eum sibi proximum nominat, cum librum ab eo petit his versibus:

Suscipe versiculos, Ennodi proxime, nostros,

Ut librum nobis reddere non desinas.] &c.

CONCILIUM AGATHENSE.

Hoc ipso anno celebratum est Concilium Agathense civitatis in Gallia Narbonensi, sub Alarico Visigothorum Rege, anno regni eius vigesimo secundo, quinto Kal. Septembris, cui praesuit sanctus Caesarius Episcopus Arelatensis, ut eiusdem Concilij Acta testantur: in quibus licet primo loco nominatus Caesarius, cuiusnam civitatis Episcopus fuerit non exprimat, prerogativa tamen primatus, quem in subscribendo sibi vendicat, nullum alium praeter Arelatensem licet existimare Pontificem: quod quidem absque ambiguitate testati sunt Patres qui interfuerunt Meldensi Concilio.

Concil. Meld. An. 73.

Synodo huic venerandissimi Antistites numero triginta quinque interfuerunt, licet vigin- tinquem tantum nominati habeantur, iidemque gloria confessionis illustres, utpote qui inter Arianos dominantes illibatam sartamque rectam fidem Catholicam conseruauerunt: & inter eos enituerunt aliquot sanctitate celebres in Ecclesiasticis tabulis perpetua memoria consecrati, ut Firminus Metensis Episcopus, quem natalitio die colit Ecclesia quinto decimo Kalendas Septembris, S. Quintianus Episcopus Rutenorum, iidem sacris monumentis adscri- ptus, de quo plura inferius dicturi sumus, & alij.

Marr. Rom. die 13. Aug.

Marr. Rom. die 14. Junij.

PRECES PRO REGE HAERETICO.

Dedit facultatem Alaricus Rex Arianus, ut Orthodoxi Episcopi in vnum conuenientes Synodum celebrarent: cuius praestiti beneficij memores Patres, ipsius Synodi exordio pro eodem Rege preces Domino obtulerunt, ut iidem ipsi in eiusdem Synodi praefatione testan- tur. Leguntur sancti canones, vel restituti iam antiquati numero septuaginta & vnus, qui- bus penè collapsam Ecclesiasticam disciplinam in virorem pristinum restituere conati sunt. Porro ex adhibitis remedijs, quibusnam morbis illae laborarent Ecclesiae, potest intelligi: & ne euagemur per singulas ibi à Patribus editas sanctiones, hoc ipsum canon quadragesimus sextus ostendit, quo ista decreta fuere:

audire

Missas die Dominica saecularibus tenere, speciali ordinatione praecipimus: ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus non praesumat. Qui si fecerint, ab Episcopo publice confundantur. At cur hoc praesidens Synodo Caesarius stabilendum proposuit, audi ex Cypriano res ab eo gestas omni fide prosecuto: Cum (inquit) die quadam esset ad al- tare, animaduertit quosdam, lecto Euangelio, ex ecclesia egredi, quod sancti viri concio- nes auscultare initio derectarent. Mox igitur aduolat: appellat his vocibus populum: Quid facitis, filij? Quid ita foras absceditis, mala persuasione subuersi? State pro animabus ves- tris ad accipienda verba adhortationis nostrae, eaque auscultate solliciti: Non licebit id vo- bis in illo tremendo iudicij die, moneo, clamo, atque contestor. Ne sitis, obsecro, vel sur- di, vel profugi: auditis oris mei buccinam, perinde ac si animas vestras suo mucrone Satan iugularit. Non ego taciturnitatis arguar. Hac de causa sapissimè ostia, lectis Euangelis, occludi

Apud Syr. die 27. Aug. CASSARIUS REVOCAT RECEDENTES AB EC- CLES.

occludi iussit, donec propitio Deo ipsi gratularentur, ea coercitione se profecisse, qui sole- bant esse fugitiui.] haec ipse.

Extat etiam eo argumento ipsa eiusdem S. Caesarij dicta ad populum homilia, cuius est titulus huiusmodi: Admonitio, perquam suadet, ut omnis populus, donec mysteria ce- lebrantur, in ecclesia fideliter expectet. estque eius exordium: Rogo vos, fratres charissi- mi, & paterna pietate commoneo, ut quotiens aut die Dominico, aut alijs maioribus festiui- tatibus Missae fiunt, nullus de ecclesia discedat, donec diuina mysteria expleantur, &c.] haec nos occasione recitati canonis Concilij Agathensis Caesarij rogatione in primis editi no oportuit praetermisisse. Habentur eiusdem sanctissimi viri post aliorum eius scriptorum naufragia ad populum aliae dictae homiliae omnes numero quadraginta, & quidem aureae, quibus antiquae Ecclesiae Gallicanae pia doctrina cum sacris traditionibus ac ritibus quam fidelissi- me reseratur, ut inter alia de poenis purgatorij post animarum migratione, & suffragijs pro- cisdem subleuandis, atque alijs id genus à maioribus absque ambiguitate acceptis, creditis, & populo insinuatis Catholicis dogmatibus inuiolabili obseruatione custodiendis.

Porrò quod ad idem Agathense Concilium, de quo est nobis tractatio, pertinet, quis non videat ab eodem S. Caesario statuenda fuisse proposita, quae ipse populum facere publicis concionibus peruerserat: nam (si licet in his immorari) eiusdem Concilij canon duodecimus ita se habet: Placet etiam, ut omnes Ecclesiae filij (exceptis diebus Dominicis) in Quadra- gesima, etiam die sabbato, sacerdotali admonitione, & districtiori comminatione ieiunent.] haec item proposita à Caesario fuisse, qui & de his Arelatensem populum docuerat, satis in- telligi potest, cum ea de re praecalam habuerit homiliam, qua ipso ingressu verbis istis suos Fideles interpellat: Rogo vos, fratres carissimi, ut in isto legitimo ac sacratissimo Qua- dragesima tempore, exceptis Dominicis diebus, nullus prandere praesumat, nisi forte ille quem ieiunare infirmitas non permittit: Quia alijs diebus ieiunare, aut remedium aut pre- mium est: in Quadagesima non ieiunare, peccatum est.] quibus planè rectè cuique in- tuenti apparet & Caesarium primum auctorem in Agathensi Concilio sancientorum cano- num illorum fuisse, & (ut puto) scriptorem: peculiare enim Caesarij voces, quae in illis re- periantur canonibus, id existimare suadent, ut altarium, & his similia. Ex quibus planè intel- ligat, non solum Caesarium auctorem fuisse Patribus ea decernendi, sed ex iisdem discas ci- tatas homilias vere germanas esse Caesarij, quae ad eod Concilio Agathensi, cui idem Caesarius praesuit, concinnè respondeant.

Quod verò admixtione illa Gothorum Arianorum contingeret aliquos è fide Catholica in haeresim infelices abduci, eosdemque facti poenitentes ad Ecclesiam Catholicam remea- re: quomodo hi suscipiendi essent, sancta Synodus ista decreuit: Lapsis, id est, qui in Catholica fide baptizati sunt, si prauaricatione damnabili post in hae- resim transierint, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas: Quibus nos annorum multitudinem breuiata, poenitentiam biennij, conditione infra scriptae conditionis imponi- mus: ut praescripto biennio, tertio sine relaxatione ieiunent, & ecclesiam studeant frequen- tare, in poenitentium loco standi & orandi, humilitatem ita nouerint obseruandam, ut etiam ipsi, cum catechumeni egredi commonentur, abscedant. Haec si obseruare voluerint, con- stituto tempore admittendis ad altarium obseruatio relaxetur. Quae si ardua vel dura forte putauerint: statuta praeteritorum canonum implere debebunt.] haec Patres, dispensando (ut aiunt) relaxandoque rigorem antiquorum canonum de lapsis. At quid de relapsis? num- quid per biennium tantum cum catechumenis dimittendi fuissent? minime gentium. Au- diant, obsecro, Galliarum Antistites, quàm procul à sanctorum Patrum, à quibus per suc- cessionem Euangelium acceper, institutis abhorrent, dum festinam nimis exhibendâ cla- mant lapsis reconciliationem, nec anni vnus interlapso tempore poenitentiae immo ferme nullis praecedentibus illis à dicto canone praescriptis poenitentiae actionibus. At de Agathen- si Concilio haec tenent.

Idem Alaricus hoc ipso anno regni sui vigesimo secundo Codicem Theodosianum ex ni- mia prolixitate contractum, auctum verò aliquibus interpretationibus per Auianum eden- dum curauit, visum autè atque examinatum probatumque ab Episcopis, & vtendum Iudi- cibus tradidit, hoc rescripto, praemisso ad Timotheum V.C. Comitum: Vtilitates populi nostri propitia Diuinitate tractantes, hoc quoque quod in iure habetur iniquum, meliori deliberatione corrigimus: ut omnis legum Romanarum & antiqui iuris obscuritas, adhibitis sacerdotibus ac nobilibus viris, in lucem diligentiae melioris deducta

Annal. Eccl. Tom. 6. Ccc 2 resplen-

EX CAESARII SENTENTIA STATUTI CANONES.

DE QUADRAGESIMALI OBSERVATIONE. Caes. hom. 12.

Caes. hom. 12.

Conc. Agat. DE LAPSI- BUS IN HAERE- SIM AD EC- CLESIAM REVERSIS.

CODICEM THEODOSI AB ALARICO IN SVSVE INTERPRETARI PROMVLGATVM.

PROBATAE ANTE AB EPISCOPIS LEGES.

Quo in thesauris nostris habetur, oblatum tibi pro discutendis

resplendeat: & nihil habeatur ambiguum, unde se diuturna aut diuersa iurgantium impugnet obiectione. Quibus omnibus enucleatis, atque in vnum librum prudentium electione collectis, hæc quæ excepta sunt, vel clariori interpretatione composita, venerabilium Episcoporum, vel Electorum prouincialium nostrorum roborauit assensus.

Et ideo scriptum librum, qui in tabulis habetur collectus, Coiarico Comiti pro distinguendis negotiis nostra iussit clementia destinari, vt iuxta eius seriem vniuersa causarum sopiatur intentio: nec aliud cuiuslibet aut de legibus, aut de iure liceat in disceptationem proponere, nisi quod directi libri & subscripti viri spectabilis Auiani manu (sicut iustissimus) ordo complectitur. Prouidere ergo te conuenit, vt in foro tuo nulla alia lex, neque iuris formula proferri aut recipi præsumatur. Quod si factum fortasse constiterit, aut ad periculum capitis tui, aut ad dispendium tuarum noueris facultatum. Hanc ergo præceptionem directis libris iustissimus coherere, vt vniuersos ordinationis nostræ & disciplina teneat, & pœna constringat. *Subscriptio Auiani.*

Auianus vir spectabilis ex præceptione domini nostri gloriosissimi Alarici Regis hunc Codicem de Theodosiani legibus atque sententiis iuris vel diuersis libris electum Aduris anno vigesimosecundo eo regnante edidi, atque subscripsi. Recognouimus. Data sub die quarto Nonas Februarii, anno vigesimo secundo Alarici Regis, Tolosæ.] hæcenus decretum Alarici, in eo etiam potissimum commendandi, quod nullam penitus sæcularium legum editionem promulgationemque fieri passus est, antequam eadem cognoscerentur atque ab Episcopis probarentur. Obseruatione quidem digna res est, quomodo Alaricus Rex quamdiu nullum negotium accessiuit Catholicæ Ecclesiæ Episcopis, quam felicissimè ad vigintiduos annos regnum, licet inter æmulos barbaros, propagarit. Sed quid accidit? Simulac S. Casarium Arelatensem Episcopum calumnia oppressum exulare cogit, simul cum illo & felicitatem fecit extorrem, atque regni pariter cum vita infelix dispendium passus est. At quomodo id acciderit, anni sequentis narratio declarabit.

PICTORVM LICENTIA RELIGIONI SVBIECTA.

Quod autem ad Orientales res pertinet, sub huius anni Consulibus, nempe decimosexto Anastasij Imperatoris anno, noua occasione obortos Constantinopoli aduersus Imperatorem tumultus Cedrenus recenset his verbis: Adduxit etiam Anastasius Cyzico pictorem quemdam Syroperfam habitu presbyteri, qui in Regia iussu Imperatoris (nam is Manichæis ludis delectabatur) quædam monstra & ab imaginibus Ecclesiasticis aliena pingere: ob id magna populi coorta est seditio.] Haud passa est Christiana pietas vel in Palatio pingi, quæ à religioso ritu abhorreere viderentur: vt planè per censuram Ecclesiasticam licentia illa pictoribus atque poetis à Gentilitiæ superstitionis cultoribus concessa intelligatur esse sublata; peccareque in religionem idem intelligantur, qui ea quæ non ædificationem, sed offensionem præstant, quoquo pacto in Ecclesiam introducunt, quæ nec in aula regis parietibus pingi Constantinopolitanus populus passus est. Habes hoc argumento complura luculenter scripta à Gabriele Paleoto S. R. E. Cardinale, quæ experita à Catholicis contra hæreticos sub prælo modò esse dicuntur: ferunt ea secum laudem suam, vt non indigeant alieno præconio.

Sed accipe rursùm quæ idem auctor Cedrenus istis subiicit de altercatione duorum Episcoporum, alterius Orthodoxi fidei Catholicæ defensoris, alterius verò impij Ariani acerriimi disputatoris: quem cum effugientem omnem argumentationem Orthodoxos conuincere minimè posset, pietate fretus eam ipsi Ariano obtulit conditionem, vt omnia disputatione, per ignem cuius fides esset verior probaretur, seseque ambobus in flammis dantibus, ille victor iudicaretur, qui ab incendio illæsus abscederet: quod recusante facere Ariano, Orthodoxus intrans in ignem, illæsus exiuit.] hoc ipse quidem sub Anastasio Imp.

DE ARIANO EPISCOPO CONSTANTINO POLLAGENI.

factum narrat, verùm ad tempora Marciani Augusti Theodorus Lector refert; sub tempore autem Anastasij quod subiicimus accidisse commemorat: Deuterius Arianorum Constantinopoli Episcopus, cum Barbatem quemdam sic dictum baptizaret, reprobata & corrupta Dominica traditione, ausus est inter baptizandum dicere: Baptizerur Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto. Quo dicto, aqua ex Colymbetra euanuit. Barbas verò arrepta fuga, exiuit, & miraculum hoc cunctis significauit.] hæc Theodorus. Sed quòd antiquiores Patres diximus ita recepisse baptizatos ab Arianis, vt tamen ad Ecclesiam venientes minimè rebaptizarent, sed chrismate tantummodo delinitos solemnè ritu reconciliarent Ecclesiæ, satis potest intelligi eos non alia forma quam Ecclesiæ Catholicæ consentanea baptizare consueuisse.

At

At quam occasione Anastasius Imperator hæreticis libertatem dederat Constantino-poli commemorandi, & quæ vellent agendi, idem paulò superius his verbis indicat: Imperator Macedonium vehementer vrsit, vt idem ipse faceret, nempe vt damnaret Synodum Chalcedonensem. Ille verò sine vniuersali Synodo, cui magna Romæ Episcopus præsideret, nihil se facturum dixit. Quare Imperatorem contra se incitauit: qui ob id ad magnam ecclesiam confugientes, inde auelli curauit, & leges libertatis hæreticorum ecclesiis præbuit.] hæc de impio Anastasio Augusto Theodorus: quæ autem præmisit de Elia Hierosolymorum Episcopo, nempe damnasse Chalcedonense Concilium, quàm à pro procul abhorreant, præter illa quæ dicta sunt, denud inferius dicturi sumus.

MACEDONIVS CONSTANTINOPOLITANUS EPISCOPUS PERSTAT IN CONFESSIONE.

Hoc eodem anno, defuncto Ioanne Mela Episcopo Alexandrino hæretico, cum sedisset annos nouem, in eius locum subrogatus est Ioannes eiusdem nominis tertius, cognomento Machiota, idemque hæreticus. hæc ex Nicephoro in serie Episcoporum Alexandrinorum. De eo autem Liberatus Diaconus ista habet: Ioannes Machiota successit Ioanni Mela: hic etiam ipse suos Principes securus est, suscipiens quidem vnitium Zenonis edictum: non autem suscepit Chalcedonense Concilium, aut epistolam S. Leonis Papæ, tamquam non communicaret Flauiano Antiocheno, Eliæ Hierosolymitano, & Timotheo Constantinopolitano, qui postea successit Macedonio. Dicebat autem, perfectè edictum se habere.] hæc cum dicat ipse, simulque vno fasce includat Ioannem hunc non communicasse neque Flavianum, nec Eliam, neque Timotheo, planè horum diuersa ratio fuit. Non enim communicauit Flavianum & Eliam, quòd hi reciperent Concilium Chalcedonense: non communicauit verò Timotheo, quòd iste, sicut Anastasius Imperator, reciperet Zenonis Enoticum, quòd esset tamquam imperfecta confessio, cum nulla ibi fieret expressa mentio damnationis Concilij Chalcedonensis. Hæc ita se habere ipsa Ecclesia Alexandrina colente Dioscorum & Petrum Mogum in deterius prolabente.

Liberat. Diac. Brev. c. 18. DE IOANNE TERTIO EPISCOPO ALEXANDRINO.

Qui sequitur Christi annus quingentesimus septimus Consulatu Anastasij Augusti tertium & Venantij Decij adnotatur: Quo Alaricus Rex Gothorum Arianus, cum regnasset in Gallia Aquitania à Rhodano ad Ligerim vsque & Pireneos, à Clodoueo Rege Franchorum victus occiditur. Hæc autem quomodo se habuerint, & quæ præcesserint, accurata sunt peruestigatione narranda. Accidit planè, vt sicut cum in humano corpore ossa franguntur, prosternitur homo; ita cum è regno sanctissimi viri tolluntur, qui totam molem precibus fulciebant, ipsum magno fragore corruat. Quod igitur sanctorum subnixum precibus diu steterat inconcussum Alarici regnum, pro cuius felicitate sacri Antistites ad Deum iuges fundebant orationes: simulac ab eo sanctus Casarius Arelatensis Episcopus est passus exilium, & S. Quinctianus factus extorris, omnino collabatur.

ALARICVS REX OCCIDITVR.

Quomodo autem hæc acciderint, antequam describamus, de priori cultu Alarici Regis quo prosequeretur sanctos Orthodoxos Episcopos, qualis fuerit, aliquo est exemplo primum significandum. Alaricus enim quantumlibet Arianus esset, tamen sanctos Antistites Catholicæ communionis coluit & frequentauit officii, eos præsertim, quos editione miraculorum Deo gratissimos sentiebat, vt inter alios S. Remigium Rhemensem Episcopum: Ad hunc enim cuiusdam Benedicti sui regni nobilis viri filiam arreptitiam curandam misit, quæ Sanctus diuina virtute non solum à demone liberauit, sed & iam defunctâ reuocauit ad vitam; cuius rei causa eius parens Benedictus villam quamdam Rhemenis Ecclesiæ dono dedit: Eius quidem ruris dum meminit idem S. Remigius in suo testamento, attingit hæc omnia verbis istis: Et eas res quas in Prouincia Benedictus quidam (cuius filiam mihi ab Alarico missam gratia sancti Spiritus per impositionem manus meæ peccatrici non solum à diabolice fraudis vinculo, sed ab inferis reuocauit) ad vsum luminis tui, Rhemenis Ecclesiæ scilicet, & loci vbi corpus meum iacuerit, continuatim deseruire præcipio, &c.]

ALARICVS COLVIT S. REMIGIVM.

DE FILIA BENEDICTI MISSA AB ALARICO AD S. REMIGIVM. Apud Brisson. in Formul.

Hæc cum in suo testamento totidem verbis dicat ipse Remigius; nescio quomodo ab Hinemaro eiusdem Ecclesiæ Episcopo in Vita eiusdem S. Remigij errore factum sit, vt pro Benedicto isto patre puellæ, homine prædiuite in Prouincia, positus sit sanctus Benedictus

Apud Sur. die 4. Ian. & die 1. Octobr. in sermone eiusdem.

hoc tempore monasticam vitam in Italia apud Sublacum extolens, cuius nomine & perbre- A uis epistola ad eundem S. Remigium data refertur, cum nihil preter nomen commune ha- bere Benedictus iste cum alio cognoscatur. Ceterum maioris apud me fidei est ipsum eiusdem Remigij testimonium in suo testamento disertis verbis id asserentis, quam cuiusvis au- ctoris vel multiplicium aliud asserentium. Sed discutiamus eam quæ hac de re S. Benedicti ad S. Remigium data fertur epistola: extat illa in appendice Chronici Cassinensis à Leone Ostiense editi, cui eiusmodi inscriptio præfixa legitur:

EPISTOLA QUAE DI- CTVR S. BE- NEDICTI.

Domino sacerdoti Remigio frater & conseruus in Christo Iesu cœnobialis vitæ humi- lis cultor Benedictus æternæ benedictionis munus.] Hæc quidem inscriptio de impostura magnopere suspicionem auget; inusitatum quippe omnino, vt scribens inferior ætate & di- gnitate ad maiorem, se fratrem & conseruum appellet, benedictionem impertiat. Ipsa autem epistola sic se habet:

Sanctissimi

Sanctissimo tuo congratulans profectui, sacerdos Regis *, quia summi capitis membra sumus, quod mihi deesse sentio (laus Deo) possidere me credo in te. Ecce quod mea peccata fieri prohibuerunt, tuæ auctoritatis sacerdotalia habent merita: & desinant modò circa me rumores hominum, cum apud te constet omnium perfectionem esse virtutum. Hanc captiuam & ab antiquo hoste obsessam tuæ delectationi, quatenus pro eius liberatione sacram hostiam offerre Deo debeas, & meam paruitatem victoria ipsa non minimè laticifices. Vale sacerdotum Christi limpidissime calcule.] hæcenus nomine S. Benedicti epistola apud Leonem in appendice collocata: de cuius fide tu, consideratis & perpensis quæ dicta sunt, quam libet sententiam ferto: nobis certè nec minimum quidem aridet, cum præfer- tim discrepare intelligatur à scripto testamento S. Remigij, quod non solum doctus Brissonius qui edidit, sed qui illud inspiciunt eruditi omnes legitimum probant atque germanum C absque fuce villo admixto conscriptum.

* Extat apud Sur-tom. 4. die 27. Aug.

At quonam modo acciderit, vt qui externos longeque positos sanctos Episcopos coluit Alaricus Rex Gothorum, eos verò quos domi haberet magni nominis æque sanctos, vt Cæsarium Arelatensem & Quintianum Rutenorum Episcopos fuerit insecutus, iam dicendum: atque de S. Cæsario primo loco quæ ab huius temporis fidelissimo auctore Cypriano scriptis sunt prodita ad eius sororem Cæsariam nominatam, verbis ipsius hic describamus *: Accidit autem (inquit) vt sancti viri tranquillum animum post aliquot dies liuida satanæ malitia infestaret; & cui non posset vlla corporis obicere vitia; ei scdam prodicionis notam inurere conaretur. Nam Licumannus beati viri Notarius, homo nequam & perditus, non dubitauit talem se gerere aduersus virum Apostolicum, qualem olim Iudas aduersus Saluatore. Armatur improbus ille scæuæ delationis veneno; suggerit Alarico Regi per eos qui illi erant à secretis, beatissimum Cæsarium è Gallis genus ducentem totis in id viribus incumbere, vt deditionem faciat, & urbem Arelatensem Burgundionibus prodar, cum ille pastor præstantissimus flexis genibus pacem gentium, urbium tranquillitatem diebus ac noctibus à Domino precaretur. Quare magis credendum est, diabolo instigante, in sancti viri exilium barbaram ferocitatem incitatam esse: non enim gratus aut carus est hosti qui id orat, quod cum eius factis & conatibus pugnet. Itaque iis qui tum aderant instigantibus, nec innocentiae fides attenditur, nec accusationis veritas inquiritur; sed vana & iniqua delatione damnatus, ab Arelate extractus, cogitur apud Burdegalenses exulare.] Quod autem exul miraculum ingens ediderit, audi:

ALARICVS EXVLARE COGIT S. CAESARIVM

CAESARIVS MIRACVLIS CLARAT.

Sed ne obscura esset in illo gratia Dei, casu accidit, vt nocte quadam ea ciuitas voracibus vastaretur flammis. Tum verò ciues ocyus occurrunt ad hominem Dei: Sancte Cæsari, clamant; precibus tuis extinguas ignem sauientem. Audiens id vir Dei, dolore pariter & pietate commotus, venienti flammæ procedit obuiam, humiq; ad preces prosternitur: mox igneos premit abigitq; globos. concurrunt eò omnes, & diuinæ virtutis consonis vocibus laudes celebrant. Deinceps verò tanta apud omnes admiratione fuit, vt in ea vrbe non solum vt Pontifex, verum etiam instar Apostoli haberetur, & persecutionis auctor diabolus pudesieret, cernens eum quem prodicionis reum peragere nifus esset, diuini operis miraculis clarere. Id verò ita gestum esse, vt diximus, fidei relatione comperimus.] Sed quomodo ab exilio liberatur, accusatorque damnatur, pergit idem auctor hæc subdens:

* Mat. 22. Rom. 15.

Cum autem illic degeret, vti semper & vbique consueuerat, Ecclesiam docuit reddere Cæsari b quæ sunt Cæsaris, & quæ sunt Dei Deo: Obedire iuxta Apostolum c Regibus & potestatis, quando iusta præcipiunt: sed in Ariano Principe contemnere dogmatis prauitatem.

tem. Atque ita (quemadmodum testatur Veritas a) non potuit lucerna abscondi supra can- delabrum Domini posita; sed quocumque accessit, omnes illuminauit. Postea verò quam beati viri innocentiam comperit nefarius Princeps, orauit vt ad suam reuertetetur sedem, seque & ciuibus & clero exhiberet. Porro delatorem eius iussit lapidibus opprimi. Populo igitur ad lapides concurrente, subito ad aures viri Dei iussio Regis perfertur. Properat illi- co, & sua intercessione maluit accusatorem suum seruare pro agenda poenitentia, quam iusta animaduersione puniri: vt animam eius per poenitentiam curaret, quam ipse iniqua de- latione diabolo captiuam reddiderat; & hosti domestico clementer ignoscens, antiquum aduersarium in vna re conscientia pura bis vineeret. Solebat verò sanctus vir accuratè obser- uare, vt nemo ex illis qui ipsi parebant, siue serui illi essent, siue ingenui, si pro culpa sua flagellandi essent, amplius trigintanouem ictibus ferirentur. Si quis verò in graui culpa depre- hensus esset, permittebat quidem vt post dies paucos iterum vapularet, sed paucis: conte- stabaturque Ecclesiæ Præfectos, si quis iuberet quempiam diutius flagellari, & ea verbera il- li mortem afferrent, vt is homicidij reum se sciret.] Ius quidem virgarum fuisse penes Epi- scopos, vt delinquentes illis subiicerent, satis hoc exemplo intelligere potes. Sed pergit: Vbi autem percubuit apud Arelatenses, hominem Dei reuerti, iamque cum vrbi appropinqua- re: omnes vtriusque sexus cum crucibus & cereis ei processere obuiam psallentes, & ingres- sum eius operientes. Cum soleat autem Christus seruos suos illustrare virtutibus, & perfid- iam aperta mirabilium operum luce confundere: ad aduentum sancti viri Dominus terram longissima siccitate arentem perfudit imbri, vt cum reuertente gratiosissimo dispensatore fructuum quoque vbertas sequeretur.] hucusque de exilio & reditu Cæsarij Cyprianus Epi- scopus: quibus & expressam litteris vides religiosam pompam antiquitus obseruari solitam

Mat. 5. CAESARIVS AB EXILIO LIBERATVS

in hodiernum vsque retentam, crucibus fulgentem, atque cereis emicantem, cum, præuio clero, populo subsequente, proceditur.

DE REDITU S. CAESARII ARELATEM

Quod ad bellicos pertinet apparatus, inierunt vnà simul scædus Gundebadus Rex Bur- gundionum cum Clodoueo Rege Franchorum aduersus Alaricum Vniisgothorum Regem in Aquitania regnantem: quod quidem antequam detegeretur, & essent milites in procin- ctu; laborauit Theodoricus Rex Ostrogothorum dominator Italiae, vt dissidentem Clodo- ueum Franchorum Regem cum Alarico pacis scædere conciliaret, eaq; de causa legatos mi- sit in Gallias, scripsitq; ad ipsos dissidentes Reges litteras, nimirum ad Alaricum alias, alias verò ad Clodoueam, rursumq; dedit alias ad Regem Burgundionum; atque insuper ad Re- gem Erulorum, necnon alias ad Regem Guarnorum, itidemq; ad Regem Toringorum, vt omnes simul id ipsum Franchorum Regi suadere studerent. Extant b ipsæ litteræ apud Cas- siodorum omnes quatuor numero. Quomodo autem his contemptis litteris, iuncti cū Bur- gundionibus Franchi aduersus Alaricum pugnaverunt, suo loco dicturi sumus.

Cassiodor. Var. lib. 3. epist. 1. 2. 3. 4

Modò autem de S. Quintiano narrata à Gregorio (vt proposuimus) hic describamus: qui- bus de turbationis Galliarum causa hæc præmittenda: Gens illa ab exordio nascentis Eccle- siæ Catholicis semper assueta dogmatibus, haud facillè patiebatur Arianum barbarum no- biliorem Galliarum partem, vt pote Italiae magis propinquã, obtinere; memores quot quan- taque maiores ipsorum sanctissimi qui sub Constantio Augusto claruere Episcopi obiissent strenuè aduersus Arianos pro Catholica fide certamina: Mouebantur amplius, cum nouum Regem, eundemq; Catholicum, barbarum licet, summa tamen religione nitentem regna- re scirent in Gallis Clodoueam. Cum igitur inter alios Quintianus id se cupere testaretur, vt Rex Catholicus Catholicis dominaretur: à delatoribus delatus ad Gothos, & ab eisdem quæsitus ad necem, est factus extorris. Narrat rem gestam ita Gregorius c: Multi iam tunc ex Gallis habere Franchos dominos summo desiderio cupiebant. Vnde factum est, vt Quin- tianus Rutenorum Episcopus per hoc odium ab vrbe depelleretur. Dicebant enim ei: Quia desiderium tuum est, vt Franchorum dominio possideat terram hanc.

GALLICA- NAB FIDEI PURITAS HAUD PA- TIVR GO- THOS ARIA NOS.

c Gregor. hist. Franc. lib. 2. c. 16.

Post dies autem paucos, orto inter eum & ciues scandalo, Gothos qui in hac vrbe morabantur suspicio attingit, exprobrantibus ciuibus, quod velit se Franchorum ditionibus subiugare: consilioque accepto, cogitauerunt eum perfodere gladio. Quod cum viro Dei nunciatum fuisset, de nocte conurgens, cum fidelissimis ministris suis ab vrbe Rutena egre- ditur, Aruernos aduenit; ibique à S. Euphrasio Episcopo, qui quondam Aprunculo Diui- nionensi successerat, benignè susceptus est; largitq; ei tam domibus quam agris & vineis, secum retinuit, dicens: Sufficit huius facultas Ecclesiæ, vt vtrumque sustineat: cum tanta charitas, quam beatus Apostolus prædicat, permaneret inter sacerdotes Dei. Sed & Lugdu- nensis

QUINTIA- NVS EVGIE- P R S E- QUENTES GO- THOS.

nenſis Epifcopus largitus eſt ei aliqua poſſeſſionis Eccleſiæ ſuæ, quam in Aruernu habebat. Reliqua verò de S. Quintiano, tam inſidiæ quas pertulit, quam illa quæ per eum Dominus operari dignatus eſt, ſcripta ſunt in libro Vitæ eius.] hucusque Gregorius. Porro Quintianus interfuiffe reperitur pluribus Synodis, vt Aurelianenſi atque aliis: qui egregia clarus ſanctitate, meruit poſt obitum inter Sanctos adſcribi, quos Eccleſia Dei annua celebritate colere conſuevit.

* Martyrolog. Rom. die 14. Junij.

DE TEMPORE MORTIS ALARICI REGIS.

Hiſ igitur de ſanctiſſimorum Antitiſtium preſſura narratis, reliquum eſt, vt ſermonem habituri de Alarici Regis interitu, de tempore quo accidit, quam exactiſſimam in eam rationem. Qui enim exiſtimarunt Alaricum vigintiduoſbus dumtaxat annis regnaſſe, anno ſuperiori finem viuendi feciſſe tradiderunt. At veteres ſunt de hiſ conſulendi chronographi. Sanctus Iſidorus Hiſpalenſis Epifcopus res Gothorum duplici ſcripto proſecutus, nimirum Chronico & Hiſtoriæ compendio, triplici chronographia ſub hoc anno Alarici mortẽ conſignat, nempe numero Æræ, annis Imperij Anaſtaſij, & tempore ipſius Alarici regni, dum videlicet tradit ipſum regnaſſe annos viginti tres, deceſſiſſeque anno decimoſeptimo Anaſtaſij Imperatoris, atque in eius locum mox ſuſſectum ipſius filium Geſeleicum eodem anno decimoſeptimo Anaſtaſij, Æra quingentima quadrageſima quinta, qui eſt hic ipſe annus Domini quingentimus ſeptimus. Ex hiſ autem habes, vnde erroris arguas Gregorium Turonenſem, dum victum à Clodoueo Alaricum ponit anno quinto ante eiufdem Clodouei Regis obitum, nempe poſt annos duos: ſed & fortiùs idem redarguitur à Caſſiodoro huius temporis ſcriptore, dum ſub ſequentis anni Conſulibus Venantio Iuniore atque Celere victoriam ponit Theodorici Regis aduerſus Franchos, quam poſt occiſum Alaricum accidiſſe conſentiunt omnes.

CAUSAE BELLI ADVERSUS GOTHOS. Apud Caſſiod. Variar. lib. 3. epiſt. 4. Apud Caſſiod. lib. 3. epiſt. 1. Apud Caſſiod. lib. 3. epiſt. 14. Greg. Tur. hiſt. Franc. lib. 2. c. 37.

Quanam autem belli huius cauſa præceſſerit, Theodoricus Rex Italiae ad eundem Clodoueam ſcribens, legatosq; pro inuenda concordia cum Alarico mittens, mediocres cauſas interceſſiſſe teſtatur. Scripſit idem & ad Alaricum eodem quoque argumento per legatos epiſtolam, qua ait inter eos paruam quamdam de verbis exiſtiſſe contentionem. Cum vero Theodoricus neque à Rege Burgundionum, neque à Rege Franchorum auditus eſſet, præſto eſſe Alarico gentili ſuo animo decernens, expeditione aduerſus eos adornat, atq; ad ſuos Gothos ſcripſit epiſtolam de expeditione Gallicana paranda, cum iam accepiſſet Clodoueam arma tractare, Gregorius autem Turonenſis religionis zelo permotus ait Clodoueam aduerſus Alaricum, quod Chriſtianiſſimus Rex indigno ferret animo in Galliis regnare hominẽ Arianum: nam hæc ipſe de eo: Igitur Clodoueus Rex ait ſuis: Valde moleſtẽ fero, quod hi Ariani partẽ teneant Galliarum. Eamus cum Dei adiutorio, & ſuperatis, redigamus terram in deditiõnem noſtram. Cumq; placuiſſet omnibus hic ſermo, commoto exercitu, Pictauos dirigit: ibi tunc Alaricus commorabatur.] hæc de cauſa belli Gregorius.

Hiſ viſis, iam narrare aggrediamur, quiſnam fuerit Chriſtianiſſimi Principis bellicus apparatus, nonniſi præuia religione diſpoſitus: vt ſimul intelligas, quantum valeat ad debellandos hoſtes cum Dei timore pietas optimè cuſtodita. Quidnam autem ipſo expeditionis exordio egerit, audi primùm ab Hincmaro Rhemenſi Epifcopo, res geſtas ſancti Remigij proſequenti: Tunc (inquit) per conſilium Reginae ſuæ fecit eccleſiam in honorem Apoſtolorum Petri & Pauli in Pariſiorum ciuitate.] Pugnaturus enim aduerſus hæreticos, iure ſibi Principes Apoſtolorum eo munere conciliandos putauit, vt pote validiſſimos aduerſus impios propugnatores Eccleſiæ. Sed quid præterea auſpicando diſſicillimo prælio præmittendum putarit Rex Chriſtianiſſimus Clodoueus, audi iſta ſubiucientem Hincmarum: Per conſilium beati Remigij in Aureliano ciuitate Epifcoporum Synodum conuocauit, in quo Conuentu multa vtilia conſtituta fuere. Rex quoque deuotiſſimus pergens cõtra Alaricum Arianum, benediõnem petiit à ſancto Remigio: cui & benediõnem dedit, & victoriam in verbo Chriſti reſpondit: deditque illi plenum vas, quod vulgi conſuetudo flaſconem appellat, de vino quod benedixit.] addit de eodem vino multiplicato diuina virtute vſque ad finem belli: cuius miraculi cum nullus alius antiquorum meminerit, fides ſit apud auctorem: Cum haud inſicias ierimus complura viro diſertiſſimo, innotuiſſe ex archiuo Rhemenſis cui præerat Eccleſiæ: nec dubitemus de diuina virtute, cuius in in edendis miraculis vis omnem ſemper captum humanum ſuperat. Accepta igitur à ſanctiſſimo ſacerdote ad periculoſum conſiciendum bellum benediõne, à quo & ſacrum quoque baptiſmum acceperat, vniuerſo exercitui edita ſanctione mandauit, ne quid per huiusmodi bellum damni inferretur Eccleſiis, ſacriſve miniſtris, perſonis, rebusq; ad eos ſpectantibus. Huius quidem

à ſe

À ſe condita legis meminit ipſe in epiſtola data ad Epifcopos Aureliani ad Concilium congregatos: vt plane magnopere ſit in religioſiſſimo Principe commendandũ, in procinctu ipſo nihil antiquius habuiſſe, quam pietate conciliare ſibi cæleſte numen. At deſcribamus hic epiſtolam, quam diximus ea de re à Clodoueo ad ſanctum Epifcoporum Conciliũ datam: Dominis ſanctis & Apoſtolica ſede digniſſimis Epifcopis Clodoueus Rex.

CLODOVEVS SCRIBIT AD EPISCOPOS CONCILII AURELIANENSIS.

Enunciantẽ fama quid actum fuerit, vel præceptum omni exercitui noſtro, priuſquam in patriam Gothorum ingrederemur, beatitudini veſtræ præterire non potui. In primo quoque de miniſterio Eccleſiarum omnium præcepimus, ne ad ſubripiendum ea aliquis conaretur, neque de ſanctimonialibus, neq; de viduis quæ in religione Domini deuotæ eſſe probantur: ſimili conditione de clericis, vel filiis ſupradictorum tam clericorum, quam viduarum, qui cum illis in domo ipſorum conſiſtere videbantur. Idem & de ſeruis Eccleſiarum, quos de Eccleſiis tractos per Epifcoporum ſacramenta conſiterit, præceptum eſt obſeruari, vt nullus ex ipſis aliquam violentiam vel damnum patiat. Quod ita ad integrum eſt intelligendum, vt ex hiſ ſupradictis ſi aliquis vim captiuitatis pertuliſſet ſiue in Eccleſia, ſiue extra Eccleſiam, omnino ſine aliqua dilatione præcipiamus eſſe reddendos. De ceteris quidem captiuis laicis, qui extra pacem ſunt captiui, & fuerint approbati Apoſtoli, aut cui volueritis arbitrij veſtri, non eſt negandum. Nam de hiſ qui in pace noſtra tam clericis quam laici ſubrepti fuerint, ſi veraciter agnoſcitis, veſtras epiſtolas de annulo veſtro inſtrã ſignatas ſic ad nos omnimodis dirigatis, & à parte noſtra præceptionem latam noueritis eſſe firmendam: ſic tum populus noſter petit, vt cuiumque epiſtolas veſtras præſtare fueritis dignati, cum ſacramento per Deum & benediõne veſtra dicere non tardetis, rem iſtam quæ poſcitur, veram eſſe: quia multorum varietates & falſitates inuentæ ſunt, vt comprehendantur: ſicut ſcriptum eſt: Perit iuſtus cum impio. Orate pro me, domini ſancti, & Apoſtolica ſede Papæ digniſſimi.] Quid ad iſta reſcripſerint ſacerdotes, inferius verba facturi de eodem Concilio Aurelianenſi ſuo loco dicemus.

QUAERAM LITIBVS SERVANDA CLODOVEVS PROPOSVERIT.

* Apoſtolic, hoc eſt, Caſſiodori parte

* ſermandam

Gen. 18.

Quod verò religioſiſſimus Princeps lege ſancita cauuit, illud ipſum inuolabiliter quidem voluit cuſtodiri; vt quæ de ipſo hiſ verbis ſcribit Gregorius Turonenſis, aperte declarant: Quoniam (inquit) pars hoſtium per territorium Turonicum tranſibat, pro reuerentia beati Martini dedit edictum, vt nullus de regione illa aliud quam herbarum alimenta aquamque præſumeret. Quidam autem de exercitu, inuento cuiuſdam pauperis fœno, ait: Nonne Rex herbam tantum præſumi mandauit, & nihil aliud? hoc (inquit) herba eſt. Non enim erimus tranſgreſſores præcepti eius, ſi eam præſumimus. Cumque vim faciens pauperi, fœnum vi abſtulſſet: factum peruenit ad Regem. Quo, dicto citius, gladio perempto, ait: Et vbi erit ſpes victoriæ, ſi beatus Martinus offendetur? Satisque fuit exercitui, nihil ulterius ab hac regione præſumere.

Greg. Turb. hiſt. c. 40. lib. 2. c. 17. IN FOENE RAPTORUM SEVERE VLTUS CLODOVEVS.

Ipſe verò Rex direxit nuncios ad beatam baſilicam, dicens: Ire, & forſitan aliquod victoriæ auſpicium ab æde ſancta ſuſcipietis. Tunc datis muneribus, quæ loco ſancto exhiberent, ait: Si tu, Domine, adiutor mihi es, & gentem hanc incredulam, ſemperque æmulam tibi meis manibus tradere decreuiſti, in ingreſſu baſilicæ S. Martini dignare propitiuſ reuolare: vt cognoſcam, qua propitiuſ dignaberis eſſe famulo tuo. Maturantibus autem pueris, & ad locum accedentibus iuxta imperium Regis, dum ſanctam ingrederentur baſilicam, hanc antiphonam ex improuiſo Primicerius qui erat incepit: Præcixiſti me Domine virtute ad bellum: ſupplantati inſurgentes in me ſubtus me: & inimicorum meorum dediſti mihi dorſum, & odientes me diſperdiſti. Quod ſatellites audientes, & Domino gratias agentes, & vota beato confeffori promittentes, læti renunciauerunt Regi.

Psal. 17.

EX PRITHIBUS PSALMIDRUM PRITHIA VICTORIBUS INNO

Porro ille, cum ad fluuium Vigennam cum exercitu adueniſſet, per quem locum tranſire deberet, penitus ignorabat: intimerat enim ab inundatione pluuiarum. Cumque illa nocte Dominum deprecatus fuiſſet, vt ei vadum, quo tranſire poſſet, dignaretur oſtendere: manẽ factu, cerua miræ magnitudinis ante eos nutu Dei flumen ingreditur, illaque vadante, populus qua tranſire poſſet agnouit. Veniente autem Rege apud Pictauos, dum eminus in tentoriis commoraretur, pharus ignea de baſilica S. Hilarij egreſſa, viſa eſt ei, tamquam ſuper ſe aduenire; ſcilicet vt lumine beati confefforis adiutus Hilarij, liberius hæreticas acies, contra quas sæpe idem ſacerdos pro fide conſlixerat, debellaret. Conteſtatus eſt autem omni exercitui, vt nec ibi quidem aut in via aliquid ſpoliarent, aut res cuiuſquam diriperent.

Erat autem in hiſ diebus vir laudabilis ſanctitatis Maxentius Abbas recluſus in monaſterio ſuo ob Dei timorem intra terminum Pictauienſem; cuius monaſterij nomen lectioni

DE S. MAXENTIO AB BATA.

MON

non indidimus, quia locus ille vsque hodie Cellula S. Maxentij vocatur: Cuius monachi A cum hostium cuneum vnum in monasterium cernerent propinquare, Abbatem exorant, vt de cellula sua egrederetur ad consulendum eis. Illoq; demorante, hi timore percussu, eum aperto ostio producunt de cella sua. At ille in occursum hostium quasi pacem rogaturus pergit intrepidus. Vnus ausim eorum euaginato gladio, vt in caput eius libraret, manus ad aurem erecta dirigit, gladiusq; retrorsum ruit. At ille ad pedes beati viri, veniam deposcens, sternitur. Quod videntes reliqui, cum timore maximo ad exercitum redierunt, timentes ne & ipsi pariter interirent. Huius vero brachium beatus confessor cum oleo benedicto contrectans, imposito signo Crucis, restituit sanitati: eiusq; obtentu monasterium permanfit illatum. Multasq; & alias virtutes operatus est, quas si quis diligenter inquireret, librum vitæ illius legens, cuncta reperiet. sed non extrat. Viget vero Maxentij memoria indelebili nota in sacro Ecclesiæ Martyrologio, annis singulis sexto Kalen. Iulij rediuiua. Subdit autem ista B Gregorius de victoria Clodouei:

VINCITVR ET OCCIDITVR ALARICVS A CLODOVEO.

Interea Clodoueus Rex cum Alarico Rege Gothorum in campo Voeladense, decimo ab vrbe Pictauro milliario, conuenit, & cum confligentibus his eminens resistunt, cominus illi: cumq; secundum consuetudinem Gothi terga vertissent, ipse Rex Clodoueus victoriam, Domino adiuuante, obtinuit. Habebat autem in adiutorium suum filium Sigeberti Claudi, nomine Clodericum (hic Sigebertus pugnans contra Alamannos apud Tubiacense oppidum percussus in geniculo claudicabat.) Porro Rex cum fugatis Gothis Alaricum Regem interfecisset, duo ex aduerso subito aduenientes, contis vtraque ei latera feriunt: sed auxilio tam lorice, quam velocis equi, ne periret, exemptus est. Maximus ibi tunc Aruernorum populus, qui cum Apollinare venerant, & primi qui erant ex Senatoribus corruerunt. De hac pugna Amalaricus filius Alarici in Hispaniam fugit, regnumq; patris sagaciter occupauit. Clodoueus vero filium suum Theodoricum per Albigensem ac Rutenam ciuitatem ad Aruenos dirigit. Qui abiens, vrbes illas a finibus Gothorum vsque Burgundionum terminum, patris sui ditionibus subiugauit. Regnavit autem Alaricus vigintiduos annos, exactos videlicet: Clodoueus vero apud Burdegalensem urbem, hiemem agens, cunctos thesauros Alarici a Tolosa auferens, Engolismam venit. Cui Dominus tantum gratiæ tribuit, vt in eius contemplatione muri sponte corruerent: tunc vero exclusis Gothis, urbem suo dominio subiugauit. Parrata post hæc victoria, Turonos regressus est, multa sanctæ basilicæ beati Martini munera offerens. haecenus de his Gregorius.

Procop. de bello Goth. lib. 1. EADEM HISTORIA ET GRÆCIS SCRIPTA.

Quæ vero alia ab his diuersa addit Procopius Græcus historicus, ex verbis ipsius accipe: Vuisigothi interea, postquam Germanos (ita ipse Franchos appellat) circa Carchalonem vrbe castra habere certiores sunt redditi: confestim his obuiam eunt, & positis castris quiete se continent. Sed cum in ea obsidione temporis plurimum contererent, tædere cepit inertia, & agrè ferre per hostes loca sua vastari, in prædamq; omnia agi. Vnde & Alaricum contumeliis & probris incessere, & quod hostes formidaret, odisse, suiq; ducis cunctationem & segnitiam criminari; & identidem affirmare, per se quidem & solos absque copiis Theodorici, quæ expectabantur, Germanos posse vincere. Vnde suorum importunitate victus Alaricus, etsi haud præsentibus Gothis, cogitur statim in aciem aduersus hostes prodire. Sed Germani ea congressione superiores iam facti, Vuisigothorum vi maxima caesa, Alaricum simul ducem obruncant; & Galliis maiorem in partem potiti, Carchalonem urbem celerimè obsident, vt in qua abditas esse regias opes acceperant, quas Alaricus quondam Senior, cum Romam cepisset, abstulerat. In his ferunt Salomonis fuisse pretiosissimam supellectilem & aspectu dignissimam, vt quam ingentis pretij gemmis ornatam ex Hierosolymis dicunt aduexisse quondam Romanos. Quæ autem post hæc secuta sunt de liberata per Theodorici exercitum Carchalonensi ciuitate ab obsidione, in sequentem annum esse reicienda, Cassiodorus in Chronico monet. Vides, lector, quem finem cõsequi soleant bella, quæ religio mouit, & pietas disposuit, atque ipsum iugiter est comitata procinctum. Iam vero ad Patres Aurelianensis Concilij redeamus.

CONCILIVM AVRELIANENSE. Concil. Aurelian. 20.

Qui igitur Clodouei litteras datas acceperant, cum de iis quæ ipse Synodum consuluerat diligenti discussione tractassent, sacris sanctis decretis, eadem cum his litteris ad eum scriptis misere, quæ sic se habent: Domino suo Catholicæ Ecclesiæ filio Clodoueo gloriosissimo Regi. Omnes sacerdotes quos ad Concilium venire iussistis, quia tanta ad Catholicæ religionis cultum gloriosæ fidei cura vos excitat, vt sacerdotalis mentis affectu sacerdotes de rebus necessariis tractaturos

turos in vnum colligi iusseritis: secundum vestræ voluntatis consultationem & titulos quos dedistis, ea quæ nobis visa sunt, definitione respondimus: ita vt si ea quæ nos statuimus, etiam vestro recta esse iudicio comprobantur, tanti consensu Regis ac domini maioris, auctoritatem seruandam tantorum firmat sententia sacerdotum. hucusque ad Clodoueam epistola sacri Concilij, sed quæ mendosa non nihil appareat. Quod autem audis iussu Clodouei ad Synodum esse conuocatos Episcopos, monente id sancto Remigio factum esse, in rerum gestarum ipsius historia testatur Hincmarus: ita planè bene hæc suadens nouo Christiano fortissimo Principi, tunc ipsi cuncta dexterè processura, cum primum omnium optimo religionis statui Rex accurate prospiciat.

MONITIO- NE S. REMIGII COLLEGII CONCILIIVM CLODOVEVS.

Quod autem ad sanctos sacros canones pertinet, trigintatres numero summa prudentia reperiuntur fuisse editi: quorum qui ad rerum gestarum amplioem cognitionem spectat, extat septimus, quo declaratur eundem Christianissimum Regem complura contulisse Ecclesiis munera, aliq; fuisse pollicitum. sunt enim hæc eiusdem canonis verba: De obligationibus, vel agris, quos dominus noster Rex Ecclesiæ suo munere conferre dignatus est, vel adhuc non habentibus, Deo sibi inspirante, contulerit, ipsorum agrorum vel clericorum immunitate concessa, id esse iustissimum definimus, vt in reparationibus ecclesiarum, alimonis sacerdotum, pauperum refectioe, vel redemptione captiuorum, quicquid Deus in fauentibus dare dignabitur expendatur, & clerici ad adiutorium Ecclesiastici operis constringantur, &c. ex quibus perspicuas receptum veterem usum de rerum Ecclesiasticarum triplici distributione sanctum.

Quod vero ad Arianos Clodouei gladio superatos, hæc iidem Patres sanctissimi statuere: De hæreticis clericis, qui ad fidem Catholicam plena fide & voluntate venerint, vel de basilicis quas in peruersitate sua Gothi hæcenus habuerunt, id censuimus obseruari: vt si clerici fideliter conuertantur, & fidem Catholicam integrè confiteantur, vel ita dignam vitam morum & actuum probitate custodiant officium, quo eos Episcopus dignos esse censuerit, cum impositione manus benedictionem suscipiant, & Ecclesias simili quo nostræ inuocari solent, placuit consecrari. hæc ibi. Ceteros ad disciplinam Ecclesiasticam sartam tectam conseruandam editos canones tu consulas.

Concil. Aurelian. 7. ECCLESII COMPLEVRA DONATA CLODOVEO DATA.

Porro qui sanctitate conspicui huic Concilio interfuerunt Episcopi, hi notiores numerantur, Gildardus Rothomagensis, Lupus Sueffionensis: fuit hic filius S. Principij Episcopi Sueffionensis & eius successor in Episcopatu, nepos vero S. Rhemigij Rhemenfis Episcopi, vt ex eius Actis apparet, necnon ex eiusdem S. Remigij testamento. Interfuit etiam Melanius Rhodonensis, Quintianus Rutenus, & Theodosius Antisiodorensis: quos omnes habet sacer Ecclesiæ catalogus, quæ eosdem colit, publicoq; præconio celebrat quolibet anno singulis natalibus ipsorum diebus. Sed & Leonius Tolosanus ibidem inter alios recensetur, eius temporis Episcopus magni nominis. Qui vero in castris Clodouei tunc militauit Aquilinus vir illustris, abdicato seculo, postea creatus Episcopus Ebriocensis egregia enituit sanctitate, vt res ab eo præclare gestæ testantur.

Conc. Aurelian. 12. DE ECCLESIIIS ET CLERICIS ARIANIS. innovari

Quinam autem, occiso Alarico, in locum eius successit, & quam impar fuerit vt collabentem regni molem denuo restitueret, Iudorus breui compendio tempus regni eius perstringens, hæc ait: Æra quingentesima quadragesima quinta, anno decimoseptimo Anastasij Imperatoris, Gesilicus superioris Regis ex concubina filius Narbonæ Princeps efficitur, & regnavit annos quatuor, sicut genere vilissimus, ita infelicitate & ignauia summus. Denique eadem ciuitas a Gundebado Burgundionum Rege direpta fuisset, iste cum multis eum dedecore & cum magna suorum clade apud Barcinonem se contulit. Ibi moratus, quousque regni fascibus a Theodorico fugæ ignominia priuaretur. Inde profectus ad Africam, Vandalorum suffragium poscit, quo in integrum possit restitui. Qui dum non impetrasset auxilium, mox de Africa rediens ob metum Theodorici Regis, Aquitaniam petiit. Ibi anno vno delitescens, Hispaniam reuersus, ab Ebbane Theodorici Regis duce, duodecimo a Barcinone vrbe milliario, commisso proelio superatus, in fugam vertitur, captusq; trans flumina Druentium Galliarum occiditur. hic finis Alarici filij patri hoc anno succedentis in regnum. At de rebus gestis Theodorici aduersus Franchos agemus anno sequenti. Successit autem Gesilico Amalaricus natus ex filia Regis Alarici, vt Procopius docet.

SS. EPISCOPI QUI INTERFVERUNT CONCILIO IN EBRIOCENSIBUS.

Quod vero ad res Orientales spectat, tumultuatum est Constantinopoli a populo, de quo Marcellinus in Chronico ista habet: Seditio popularis in Circo facta est, milesq; armatus obstitit. Gradus Circi Septentrionalis simul cum fornice incensu collapsiq; sunt, Anastasio

Exstit apud sur die 19. Octobr. GESILICVS SVCCEDIT ALARICO.

CHRISTI SYMMACHI PAP. ANASTASII IMP. 17. 18. 507. 508. 9. 10. THEODORICI REG. 15. 16.

stasio Casare in Processibus commorante.] Eodem anno decimo septimo Anastasij Imperatoris, ab ipso edificatur praesidium contra Persas, quod Daram antea nominatum, Anastasiopolim appellavit. Agit de eadem munitione Euagrius, atque Procopius. Theodoros vero Lector ista his addit: Anastasius contididit Daram, & cum contidisset, vidit in somnis Bartholomaeum Apostolum dicentem, subvertisse ipsum civitatis custodiam, quod reliquias suas illò missas reprobasset.] hanc auctor suorum temporum res gestas summam percurrens: quod enim Manichaeus Anastasius esset, hoc potissimum signo declaravit; cum Manichaeorum sit, reliquias sanctorum execrari. Ex his vero insigniter Nicephorum errasse comperies, dum putavit ab eodem Anastasio Imperatore illuc fuisse translatae eiusdem sancti Bartholomaei reliquias. Etenim non Anastasius, sed Iustinianus Imperator colli voluit eodem in loco sanctum Bartholomaeum Apostolum, cui (teste Procopio) erexit ibi basilicam: post enim recensita ingentia aedificia diuino instinctu pro defensione munitionis illius erecta, ista subdit de eodem Iustiniano Imperatore: Et duo templa extruxit; unum, quod Magnam ecclesiam vocant; alterum sancto Bartholomaeo Apostolo sacrum.] Sic igitur quas repudiavit Anastasius Bartholomaei reliquias, Iustinianus inuexit; eisdemque erexit templum. Habes ergo vindictam sanctum Apostolum, falso à Nicephoro insinuatam consuetudinis cum haeretico Imperatore, cum scriptum sit: Impiorum victimae abominabiles Deo.]

Greg. hist. Franc. lib. 2. c. 38. DE CONSVLATV BELA TO GLODO VEO. Casiodorus Variar. lib. 6. epist. 1. Amon. lib. 1. Elicmar. in Vita S. Remigij. c. 14. INTER ANASTASIVM ET THEODORICVM BELLVM CONFLATVM. cccentium

IESV CHRISTI SYMMACHI PAP. ANASTAS. IMP. 18. ANNVS 508. ANNVS 10. THEODORICI REG. 6.

Christi annus quingentesimus octavus descriptus habetur in Fastis Consulatu Venantij Decij Junioris & Celeris: vnde plane opinari liceat, respuisse Clodoveum Franchorum Regem oblatos ab Anastasio haeretico Imperatore codicillos quos miserat Consulatus, de quibus ita Gregorius: Ab Anastasio Imperatore codicillos de Consulatu accepit: & in basilica beati Martini tunica blarea indutus est & chlamyde, imponens vertici diadema. Tunc ascenso equo, aurum argentumque in itinere illo, quod intra portam atrij & ecclesiam civitatis est, praesentibus populis manu propria spargens, voluntate benignissima erogavit: & ab ea die tamquam Consul & Augustus est vocatus.] hanc Gregorius, putans eodem modo Clodoveum sumpsisse Consulatus insignia: verum quae illa essent, à Cassiodoro ita describuntur in formula Consulatus: Per illam indictionem Consulatus te decoramus insignibus: Pinge vastos humeros vario colore palmatae: validam manum victoriam scipione nobilita: lares proprios etiam calcis auratis egredere: sellam cusulem pro sua magnitudine multis gradibus enisus ascende.] Hanc ergo cum ita sint, proprius dici potest, ea quae scribit Gregorius, representare speciem de victoria obtenta triumphi, quam insignia exprimit Consulatus. Nam si (vt putavit) accepit Clodoveus oblatum ab Anastasio Consulatum; cur non est inditum eius nomen Consularibus Fastis: haud enim par est credere alium quam ordinarium Consulem tantum Regem Clodoveum ab Anastasio designatum: siquidem quem nominant honorarium, vel susceptum, cuilibet ordinis Senatorij quam facillime dari consuevit. Nam si exemplo res agenda est; cum à Zenone Imperatore Theodorico Regi Gothorum oblatum est Consulatus, fuit ille ordinarius, & nomen eius in Fastis cum ordinariis Consulibus receptum est: quod utique de Clodoveo itidem accidisset, si oblatum ab Anastasio ordinarium Consulatum accepisset. Sed & qui Patriatu, non Consulatu putat Clodoveum donatum, mea quidem sententia fallitur; inferior enim erat Patriatus dignitas Consulatu, & communis pluribus. Ceterum veteres omnes Consulatum, non Patriatum oblatum dicunt.

Greg. hist. Franc. lib. 2. c. 38. DE CONSVLATV BELA TO GLODO VEO. Casiodorus Variar. lib. 6. epist. 1. Amon. lib. 1. Elicmar. in Vita S. Remigij. c. 14. INTER ANASTASIVM ET THEODORICVM BELLVM CONFLATVM. cccentium

Sed vnde istiusmodi muneris Anastasio Augusto hoc potissimum tempore exhibendi ratio? Meminisse oportet inimicitias exortas inter Anastasium Imperatorem & Theodoricum Italiae Regem, huncque vendicasse sibi Pannoniam, quae ad Orientale spectare videbatur Imperium: perseverasse autem eiusmodi odium acrioribus incrementis, res gestae ab Anastasio sub huius anni Consulatu declarant, de quibus ita perbreuiter Marcellinus in Chronico: Romanus Comes Domesticorum, & Rusticus Comes Scholae cum his armatis nauibus, totidemque dromonibus octo milium armatorum secum ferentibus, ad decur-

A B C D E

CHRISTI SYMMACHI PAP. ANASTASII IMP. 18. 508. 10. THEODORICI REG. 16.

standa Italiae littora processerunt, & vsque ad Tarentum antiquissimam civitatem aggressi sunt; remensque mari, inhonestam victoriam, quam piratico casu Romani ex Romanis rapuerunt, Anastasio Casari reportarunt.] hanc ipse. Talia Anastasius praesumpsit hoc anno, quo sciebat Theodoricum esse in expeditione (vt dicemus) in Gallias.

Pergrato igitur accipiens animo excitatum potentissimum Franchorum Regem adversus Gothos suos hostes Anastasius Imperator, accepto obtentae de illis victoriae nuncio, quantum demerere Principem posset, ad eumdem legatos cum codicillis Consularibus misit, eidem gratulaturus, & in proposito persistere magis magisque cohortaturus. Sed (vt dixi) spreuit Christianissimus Franchus Rex ab haeretico Imperatore oblatum munus: vnde opus fuit Anastasio alium loco ipsius Consulem subrogare, quem diximus nomine Celerem. At de Consulibus satis.

Iam vero quae inter Clodoveum Franchorum Regem & Theodoricum Regem Italiae hoc anno transacta sint, videamus ex Procopio fideliter rem gestam ita narrante: Theodorico deinde cum Gothorum exercitu aduentante, trepidanter Germani, ipsi nimirum Franchi, obsidionem Carchaonae soluerunt, indeque profecti, eam Galliarum & praeter Rhodanum flumen mox occupant regionem, quae in Oceanum vergit: quos cum loco depellere Theodoricus nil posset, vt sibi haberent quae iam occupassent, permisit; ipse vero reliquam Galliarum tunc partem recuperavit.] hanc sincerè Procopius: qui autem impensis quam par est studere Gothorum rebus historici, vt Cassiodorus atque Iordanus, ingentem hoc anno cladem Franchos à Gothis accepisse testantur. Nam Cassiodorus sub huius anni Consulibus hanc ait in Chronico: His Consulibus, contra Franchos à domino nostro destinatur exercitus; qui Gallias Franchorum depradatione confusas, victis hostibus ac fugatis, suo

acquisivit imperio.] hanc Cassiodorus. Iordanus vero ipse Gothus Gothis fauens sic ait: Non minus trophaeum de Franchis per Hibbam suum Comitem in Gallias acquisivit, plus triginta milibus Franchorum in praelio caesis.] hanc ipse. At sicut non inficias imus, bellum penè deploratum, ab ipso Theodorico propè in integrum restitutum, ita minimè confenserimus tam immensam Franchos cladem suscepisse. Etenim quomodo potuisset protritrus adeo ingenti strage Franchorum exercitus ad terriam vsque Indictionem perseverasse in obsidione civitatis Arelatenfis, vt proximè dicturi sumus? Quomodo, inquam, profligatus à Gothis Franchorum exercitus (vt idem Cassiodorus testatur) ausus est in vrbe munitissima atque fortissima obsidere Gothos? Victoris enim & non victi est, obsidere in vrbe primaria regni hostes.

Accipe igitur quae de Arelatenfi obsidione apud Cassiodorum leguntur, dum laudes Tolivni ex ducibus qui intus propugnabant, ab Athalarico Rege narrantur: Admonet (inquit) etiam expeditio Gallicana, vbi iam inter duces directus, & prudentiam suam bellis & pericula promptissimum ingerebat. Arelate est civitas supra vndas Rhodani constituta, quae in Orientis prospectum tabulatum pontem per nuncupati fluminis dorsa transmittit. Hunc & hostibus capere, & nostris defendere necessarium fuit. Quapropter excitata sunt Gothorum, Franchorumque validissima tempestate certamina. Affuit illic dubiis rebus audacia candidati, Toli nimirum ducis, de quo est sermo, vbi tanta cum globis hostium concertatione pugnavit, vt & inimicos à suis desiderijs amoveret, & vulnera factorum suorum signa susciperet: vulnera, inquam, opinio inseparabilis, sine assertore praconium, propria lingua virtutis, quae licet ad praesens periculum ingerant, reliquum tamen vitae tempus exornant.] & inferius, cum iterum eadem ex causa idem in Gallias dux Gothorum Tulus est missus:

Mittitur igitur, Francho & Burgundio decertantibus, rursus ad Gallias tuendas, ne quid adversa manus praesumeret, quod noster exercitus impensis laboribus vindicasset.] sed quando id factum sit, dicemus inferius.

Vides ex his magnopere laboratum à Gothis, ne ipsi cum populis succumberent victoribus & aliena inuadentibus Franchis: vnde factum est, vt liberata civitate Arelatenfi, aliisque locis ab oppugnantibus Franchis, Theodoricus Rex tum Arelatenfis, tum aliis populis relaxaverit quartae Indictionis proximè sequentis tributum. est de his epistola ipsius Theodorici ad Gemellum, vbi haec leguntur. Arelatenfis itaque, qui nostris partibus perdurantem gloriosae obsidionis penuriam pertulerunt, per Indictionem quartam fiscalia tributa nostra relaxat humanitas, ita vt futuro tempore ad solitam redeant functionem.] vsque plane ad illud tempus perseverasse laboriosissimam obsidionem, quae post nonnulla sequuntur verba ista declarant: Non decet (inquit) statim de tributis esse sollicitum, qui pro nostra fide

ANASTASIVS AYCVPATVR AME CITIAM GLODOVEI. Procop. de bello Goth. lib. 1. DE PVGNÀ GOTHORVM CVM FRANCHIS. Iordan. de reb. Getic. Cassiod. Variar. lib. 8. epist. 10. FRANCHI OBSIDENT LOCA GOTHORVM. RELAXAVIT TRIBUTA GALLIS THEODORICVS. Apud Cassiod. Variar. lib. 3. epist. 32

*Caesiodor. lib. 3. cap. 40.

delitate casum vix potuit declinare postremum : à quietis ista, tributa scilicet, non obsessis inquirimus.] Eadem concedens Prouincialibus in Gallia constitutis, ad ipsos scribens, causam relaxandi tributi istam insinuat: Vobis itaque hostili ferocitate vastatis pro qualitate lationis per indictionem quartam relaxatam agnoscite tributariam functionem: quia non gratulamur exigere quod tristis noscitur solutor offerre, &c.] Vides igitur qua ratione velint Franchorum exercitum armis Gothorum fuisse prostratum, qui obsidentes ciuitates Gothorum, duos & amplius annos in defensione ciuitatum obsessarum vsque ad quartam Indictionis ingressum eisdem Gothos occupauerunt?

*Cypri. Th. S. C. 1. cap. 17. Sur. die 17. Arg.

His autem ad labefactam historiarum veritatem vindicandam in medium adductis, qualia quantaque in Arelateni obsidione pati contigerit S. Caesarium eius verbis Episcopum, enarrare aggrediamur, praesertim verò dignam perpetuis monumentis in summis periculis ostensam sapè viri constantiam. Qui igitur spectator rerum interfuit Cyprianus, ista omni fide signata posteris legenda tradidit: Franchus (inquit) & Burgundionibus urbem Arelateni obsidentibus, Alarico Rege à fortissimo Clodoueo Rege in conflictu perempto: Theodoricus Italiae Rex, missis ducibus suis, in eam prouinciam ingressus erat. In hac ergo obsidione monasterium, quod sorori eius sanctae Caesariae & ceteris virginibus construebatur, magna ex parte destructum est, tabulis & coenaculis barbarorum ferocitate direptis & euersis. Cum autem vir Dei laborem, quem ipse accelerari iussisset, suaque manu & sudore promouisset, subruui videret, gemino quodam dolore correptus est.

*impaticiter

S. CAESARIUS UT PROBITOR DETRIVSUS IN CARCEREM.

Tunc enim clericus quidam eius & cognatus eius, se captum iri metuens, iuuenili lenitate permotus, malo demone beati viri odio eum incitante, funiculo sese noctu è muro submitit, & proxima luce vltro se dedit hostibus urbem obsidione prementibus. Quod ubi Gothi qui intra erant oppidum compererunt, incurrunt in sanctum virum: populus & in primis Iudaei impotenter insultant, motaque seditione, vociferantur, Antistitem vrbis prodendae causa conciuem suum ad hostes noctu ablegasse. Nullus hic fidei, nullus probationi, nullus denique purae conscientiae relinquitur locus, Iudaeis praesertim & haereticis procaciter & sine intermissione clamantibus. Itaque ex Ecclesiae domo extrahitur Antistes, atque in Palatio arctissimae custodiae traditur, vt noctu in Rhodanum demergatur, aut certe in castro Vgernensi detineatur, donec exilio multatus, prolixiores det poenas. Domus itaque Ecclesiae & cubiculum Antistitis ab Arianorum turbis occupatur.

Sed ecce dum Gothus quidam, ceteris contradicentibus, in eius lecto recumbit, diuinitus percutitur, & altera die excedit è vita, ne quisquam deinceps serui Dei locum polluta conscientia violare auderet. Sed cum ex vtraque ripa dromonem, qui hostium obsidione iniectus fuerat, Gothi, Dei nutu erigere non valerent, nocte sanctum virum in Palatium reuocarunt; sed vsque adeò eius celantes personam, vt vtrum adhuc esset in viuis, nullus Catholicorum scire possit. Dum ergo diabolo exultante, & Iudaeis plaudentibus, hac geruntur: Iudaeis etiam in nostros vbique, nulla cuiusquam habita ratione, perfidia probra iactantibus: nocte quadam vnus ex illis ex eo loco, quem ad agendas in muro excubias forte acceperat, ligatam saxo epistolam, tamquam in hostes illud vibrans, in castra illorum conicere conatus est: in qua nomen suum religionemque exprimens, hortabatur vt noctu eo loco, quo ipsi excubarent, scalas admouerent urbem ingressuri, ea conditione, vt pro tanto beneficio id redderent Iudaeis, ne quisquam eorum aut caperetur, aut rerum suarum iacturam faceret.

PROBITIO IVDAEI PATERFACTA.

*psal. 7.

Mane verò digressis nonnihil à muro hostibus, quidam è propugnaculo egressi, epistolam illam conspiciunt, tollunt, secum intra urbem asportant, cunctisque in foro publicitus ostendunt. Mox auctor epistolae producit, conuictusque punitur: saeva Iudaeorum immanitas Deo & hominibus iniusta tandem euidentissime confunditur. Daniel noster, id est, sanctus Caesarius è lacu leonum educitur: satraparum accusatio publicatur: completur in eorum auctore illud Propheticum: Lacum aperuit & effudit eum, & incidit in foueam quam fecit.

S. CAESARIUS PASCI AC REDIMIT CAPTI VOS FIDELIBUS.

Porro Arelatem Gothis cum innumera captiuorum turba reuertentibus, replentur sacrae basilicae, replentur Ecclesiae domus Fidelium multitudine: & cum multa inopia laborarent, quae ad victum vestitumque pertinerent, assatim eis prebuit vir beatus, donec ab ipso omnes essent redempti argento, quod venerabilis Eonius antecessor eius Ecclesiae mensae reliquerat; obseruans illud, quod Dominus in paropside intinxit panem, non in vase argenteo; discipulisque praecipit, ne possiderent aurum vel argentum. Hoc autem sanctum opus ita profec-

A profecutus est, vt etiam ab illis quae ad diuini mysterij dispensationem pertinent, non abstineret, thuribus, calicibus, patenis argenteis. Dicebat enim: Ne homo rationalis Christi sanguine redemptus, amissa libertate & dura pressus seruitute, aut Arianus efficiatur, aut Iudaeus, aut ex ingenuo seruus, aut ex libero seruus. Ornauit igitur & defendit, non deformauit Ecclesiam: patere voluit filiis viscera matris, non praeccludi, hoc sepiissime dicens: Velim respondeant mihi plerique Domini sacerdotes & reliqui de clero, qui nescio quo superfluitatis amore nolunt dare insensibile argentum & aurum ex Christi donariis pro mancipiis Christi: Velim, inquam, dicant mihi: si quo casu ipsi in eam calamitatem inciderent, vellēt ne eiusmodi insensibilibus donariis in libertatem vindicari, aut potius sacrilegij loco haberent, si quis eis ex diuinis munusculis subueniret? Equidem non puto id ingratum esse Deo, de suo ministerio redemptionem parari, qui se ipsum pro hominibus redimendis dedit. Sic ille. Nos verò vidimus quosdam laudare in sancto viro quod ita fecerit, non tamen vlllo pacto velle imitari. An non in vitro habetur sanguis Christi? An non in ligno suspensum fuit eius sacratissimum corpus, nostrae salutis causa? Nos quidem credimus & confidimus in Domini misericordia, fide & precibus beati Caesarii id effectum esse, vt ipsius temporibus ita obfessa sit ab hostibus ciuitas Arelatenis, vt tamen nec capi potuerit, nec praedae patere: atque sic deinde à Vuisigothis in Ostrogothorum ditionem peruenit, hodieque in Christi nomine paret clarissimo Regi Childeberto Clodouei filio, vt possit de ea quoque dici: Transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum: & non permisit Deus sub illo hominem nocere Arelatenibus suis.] & post nonnulla de monasterio ab eo sacris virginibus erecto, de eodem sancto Caesario subiicit:

COMMENTATA CAESARII ERGA CAPTI VOS CHARITAS.

Sed hoc quoque nomine in beatum virum inuidiae facibus inflammatus Satan, in eum accusatione confecta, id effecit, vt Rauennam vsque sub custodia pertraheretur ad Theodoricum Regem: vt impleretur etiam in illo, quod habet Scriptura diuina: Tamquam aurum in fornace probauit electos Dominus. Venit ergo in palatium ad Theodoricum Regem, eumque intrepidè salutatur. Cernens Rex eum nihil formidantem & aspectu venerabilem, reuerenter ei assurgit, eumque depositis capitis ornamentis, clementer resalutat. Deinde placidè sciscitatur ab eo de labore itineris, de Gothis suis & Arelatenibus. Postea egresso sancto Pontifice, Rex ad suos ait: Non parcat illis Deus, qui tantae sanctitatis & innocentiae virum frustra compulerunt tam prolixum iter conficere. Quantum enim ille sit, vel hinc liceat animaduerti, quod cum ad salutandum me ingrederetur, torus contremui, vidi que in eo angelicum vultum, vidi virum Apostolicum: prorsus nefas puto de tam venerabili viro quicquam durius statuere, aut malè de eo sentire.

R. V. S. S. CAESARIUS ACCVSATVR Sap. 3.

Deinde beato viro in hospitium ingresso, misit idem Rex magni pretij discum argenteum librarum plus minus sexaginta, & cum eo solidos trecentos, iussitque illi sic dici: Accipe, sancte Episcopo: rogatque te filius tuus Rex, vt vasculum istud pro munere tua beatitudo digneris suis vsibus pro ipsius memoria reseruare. At vir sanctus, qui praeter cochlearia nihil vniquam argenti ad suae mensae usum adhiberi passus erat, tertio inde die per ministros suos discum prius aestimatum iussit publicè vendi, cuius pretio multos redemit captiuos. Illico Regis satellites ad eum referunt, se vidisse regium munus palam proflare, eoque distracto S. Episcopum multos è captiuis liberasse. Tam enim ad eius hospitium ingens confluebat pauperum multitudo, vt praemiserorum suas calamitates exponentium densitate, vix ad salutandum eum pateret accessus. Vidimus verò etiam per plateas miserorum immensos greges cursitare euntium ad virum Dei atque reuertentium.

THEODORICI CAESARIUS VENTRIS EST S. CAESARIUM.

Postquam autem rem ab eo gestam comperit Theodoricus Rex, tanta eum laude & admiratione profecutus est, vt in eius Palatio seruientes Senatores ac proceres cerratim offerrent beato viro munera, quae eius manibus dispensarentur; magno Dei beneficio id sibi praestitum affirmantes, quod talem Antistitem digni fuissent conspiciere, qui ipsorum temporibus dictis & factis germanum se Apostolorum successorem & verè Apostolicum declararet. Et quia nihil fama velocius est; cum in eiusmodi sanctissimo opere frequè esset vir sanctus, Romae celebris eius extitit opinio, tantoque eius visendi desiderio arferere omnes, Pontifex, clerus, Senatus, proceres, & populus, vt prius eum iam animo complecterentur, quam oculis confexissent. Interea captiuos omnes vltra Duriam, maximeque Arausicenses, qui omnes capri erant, quorum etiam plerosque Arelate liberauerat, in Italia vindictos (vt potuit) redemit, & vt pleniori gauderent libertate, exhaustos curauit iumentis & plaustris impositos non sine suorum solatio ad propria reduci.] subdit his Cyprianus, qui interfuit, miracula,

CAESARIUS MAGNUM NOMEN.

*Druentiana

quæ ibi Deus per feruum suum operari dignatus est in mortuum ad vitam reuocando, & dæmonum infestationem ab Elpidio diacono expellendo. Demum verò de eiusdem Casarij Romam aduentu ad Romanum Pontificem Symmachum ista subiungit:

CÆSARIUS ROMANUM VERGIT.

Post hæc Romam veniens, beato Symmacho Pontifici, ac deinde Senatoribus exhibetur. Agunt omnes gratias Deo & Regi, quòd licuerit ipsis corporeis oculis illum intueri, quem iam dudum animi obrutibus conspexissent, virumq; Apostolicum non iam de fama sed præsentia comprobantes, certatim diligere & venerari student. Atque ipse etiam Pontifex Symmachus præclara eius meritorum dignitate permotus, non solum eum verissimè Metropolitanam honore præditum voluit, sed etiam speciali quodam priuilegio pallij vsum ei permisit, & diaconos eius perinde ac Romanæ Ecclesiæ diaconos, dalmaticis vti voluit. His gestis, sanctus vir Arelatem reuersus, excipitur cum psalmodiis & canticis, & qui in Italiam exulatum icrat, confecta captiuorum redemptione, octo solidorum millia ab Italia secum reportauit.] hæc tenus comes itineris Cyprianus. Subdit verò, ipsum propensiori cura erga captiuorum redemptionem, ad eos perquirendos & redimendos, clericos atque etiam Abbates ad diuersa loca misisse. Certè quidem contulisse eidem ad hoc opus pecuniam ipsum Romanum Pontificem, cum Casarius esset Romæ, possumus intelligere ex eo quod scimus, teste Anastasio Bibliothecario, in his potissimum Symmachi enituisse studium, de quo ait: Hic captiuos per Liguriam & Mediolanum & per diuersas prouincias pecuniis redemit, & dona multiplicauit & dimisit.]

* Anast. in Symmacho.

ENNODII EPIST. AD S. CÆSARIUM.

Ne putes autem auctorem qui ista conscripsit de sancto Casario Cyprianum amore magistri amplificatione vsum, veritatisque terminum supergressum: alium de his testem accipe, suorum quoque temporum scriptorem eximium, Ennodium dico diaconum, cuius extant litteræ ad ipsum sanctum Casarium datæ, cum quæ erga eum Rex Theodoricus exhibuisset officia, idem Casarius antea litteris significasset. epistola autem Ennodij ad Casarium reddita ita se habet:

Quod spe perceperam, litteris indicastis: nam venerandi promulgatione colloquij, quid celestis Imperator domnum Regem circa vos facere cõpulisset, agnouit. Ergo cui postquam meritum vestrum patuit, nequaquam se felicitas actionis abscondit. Quis hominum nobilissimo in Christi seruitute Pontifici terrenas dominationes nesciat esse subiectas, & minacem Regis potentiam innocentia obiectione superari? Quando Principalis purpura aut ciliicia desepit, aut pallium? Quando libertas illa potissima credidit sibi ante Christianam humilitatem licere quod voluit, aut quando ei licuit velle quod læderet? Quod si inter hæc cana ætatis exempla recolantur, & sæuitiam circa cultores Dei tyrannicam reducas in medium: scimus quia ab illis nostri dogmatis sectatores, ne vniquam morentur, occisi sunt: Tunc militibus suis vitam & æternitatem, obsequente gladio, perpetuus ille dux contulit: illi inimicorum suorum ministerio perdiderunt originariam vilitatem.

MTRIFICAS LAVDIS S. CÆSARII.

Te, mi domine, in Orbe iam Christiano diuina lex peperit, & Apostolici vberis lacte nutriti. Tu ceteros, velut Solis magnitudo astris minoribus comparata, transgredieris. Te qui interioris hominis oculis inspexit, instructus est: nam cum & facie ipsa foueas puritatem, delinquentes feriato ore castigas. Boni de conuersatione tua, quocumque processeris, imitanda inueniunt, malis fugienda demonstras. Beatus tu, cui à Deo tributum est, vt & monitis doceas & exemplis; qui ad pij itineris directum semper existens præuius, inuitasti. Quis non optret, te loquente, vt sciat plura, non legere, tu dum libris genium relatione concilias, & magistratos informas? Tibi debet quicumque ille scriptorum maximus, quod eum dote elocutionis amplificas, sanctum Augustinum videlicet, quem aduersus Faustum eum impugnantem defendit.

* genium

ALLVDIT AVCTOR AD RES GESTAS CVM THEODORICO.

In te lux conuenit sermonis & operis. Vnde hæc prerogatiua Transalpinis? Vnde parentibus meis inauspicata sublimitas, vt talem virum miserint? Sed cur inter terrena quæritur res celestis? Potuit ergo ante te quodlibet Palatij supercilium non iacere? Potuit tibi capita subtrahere, quem mitiore ouibus faciant errata pugnacem? Latius me & meritum vestrum vocat & diligentia, sed loquacitatem meam lex epistolaris includit. Quod superest, benignè seruitutis meæ munera accipite, & me Deo nostro orationum suffragis intimare, frequenter de his quæ vobiscum aguntur, vel acta sunt, informantes. Deprecor etiam, vt quicquid apud vos promeruit rustici supplicatio, qui (quantum audio) fornicationes suas nomine vestit vxorum, & vocabulo legis putat excusari posse reum criminis, mihi manifestes ministerio litterarum.] hæc tenus Ennodius ad sanctum Casarium.

Sed

A Sed minimè prætereundum, fuisse S. Casario sororem haud imparis sanctitatis, sicut eiusdem nominis, Casariam nominatam, quam Deo dicatam sanctam virginem in Massiliensi monasterio excoli voluit monasticis institutis, eamque postea Arelatensi à se cõstructo præfecit monasterio virginum, vbi admiranda claruit sanctitate. Narrat hæc Cyprianus in Vita quam scripsit S. Casarij: sed & Casariæ meminit Venantius Fortunatus, cum canit præconia virginum, his versibus:

Venant. lib. 8. carm. de virg.

Has inter comites coniuncta Casaria fulget
Temporibus nostris Arelatense decus,
Casarij monitis luci sociata perenni,
Si non martyrij, virginitalis ope.] & inferius:
Dulce decus, vbi sit veneranda Casaria presens
Præsule Casario non caritura tuo.]

B fticas obseruandas ipsum S. Casarium, idem Fortunatus sepe declarat, dum de eiusdem Casarij regula meminit, vt cum ait de S. Radegunde eandem vitam monasticam proficiente:

Fortunat. 1. 8. carm. de nomine suo. Fortunat. 1. 8. carm. Fortunat. 1. 5. carm.

Regula Casarij linea nota tibi est.] & alibi:
Concipiente fidem Christi Radegundis amore
Casarij lambis regula quicquid habet.] & ad Martinum Gallicie Episcopum:
Atque adscita sibi seruetur in vrbe Genesi
Regula Casarij Præsulis alma pij,
Qui fuit Antistes Arelas de sorte Lerini.]

Cum verò aded frequens mentio sit de Casarij regulis editis de vita monastica, nec extant illæ quidem: putamus eas in S. Benedicti monastica instituta receptas, non autem petiisse. Sicut enim ipsum Lerinense cœnobium cessit vsui monachorum S. Benedicti, ita & ipsas Casarij constitutiones monasticæ vitæ vt riuum in flumen deriuatas esse in regulas S. Benedicti, mihi facile persuadeo.

Ad eiusdem quoque Casarij laudem spectare putamus quæ idem Theodoricus Rex pro Gallicanis Ecclesiis iuste pieque rescripsit: ac primùm ad Ibam ducem hæc inter alia: Præfenti tibi auctoritate præcipimus, vt possessiones Narbonensis Ecclesiæ, secundum præclara recordationis Alarici præcepta, à quibuslibet peruaforibus occupatæ teneantur, æquitatis facias contemplatione restitui: quoniam versari nolumus in Ecclesiæ dispedio præsumptiones illicitas; dum nostra deceat tempora, sedare confusa. Esto contra talia omnino sollicitus: vt qui es bello clarus, ciuilitate quoque reddaris eximius. Sic & arma tua, Deo adiuuante, corroboras, si iustitiam mediocribus seruare contendas.]

Cassiod. Variar. lib. 4. epist. 17. THEODORICI REXI STITIAR OBSERVANTISSIMVS.

Sed audi aliud quod edidit idem Theodoricus specimen iustissimi Principis, cum Seuerio Episcopo reddi voluit quicquid exercitus transeundo eius Ecclesiæ damni intulisset: ad ipsum enim scribens, hæc inter alia: Significamus nos per Montanarium sanctitati vestra mille quingentos solidos destinasse: quos quicquam præsentis anno, exercitu nostro transcunte, dispendium pertulisse cognoueris, habita læsionis æstimatione, distribuas: vt nullus à nostra munificencia reddatur alienus, quem sua damna grauauerunt.] Habes igitur vnde perspicias, cur Theodorico cuncta ferme dextera euenisse contigerit, nimirum quod Arianus licet, Catholicorum nihilominus prospiciebat Ecclesiis, & sacerdotes Catholicos debito prosequeretur honore, atque muneribus etiam frequentabat, nec à suis in expeditione militari quicquam sine compensatione damni patiebatur inferri. Sed ad Casarium.

Cassiodor. Var. lib. 2. epist. 8.

His verò de S. Casario enarratis, veluti corollarium apponamus veneratione dignum antiquitatis monumentum, ab ipsa (vt in fine dicemus) Ecclesia Arelatensi petatum, nempe testamentum per epistolam ab eo conscriptum: quod tamen nonnihil mendosum exesum puluere vetustas tandem exhibuit. sic enim se habet:

Pax Ecclesiæ Arelatensi. Casarius Episcopus presbyteris & diaconibus, sanctæ ac venerabili Casariæ Abbatissæ, quam Dominus per meam paruitatem in monasterio nostro proposuit, ac vniuersæ congregationi, quam ibi Dominus sua gratia collocauerit, in Domino æternam salutem. Cum Ecclesiastica pietas consuetudinis suæ rem faciat, ordinabiliter scilicet, quò peregrinis & destitutis opem largitionis impendat: quanto magis cum opportunitas aut necessitas fuerit, vt sanctis quibusque & Deum timentibus aliqua largiatur, amplius debet pia misericordia suæ viscera dilatare? Et ideo iuxta hanc epistolam, quam manus nostræ subscriptione roborauimus, cuique diem & Consulem subtrus adieccimus, Deo dispensante, hoc testamentum meum condidi, vel manu propria subscripsi, atque iure præ-

S. CASARIUS TESTAMENTUM PER EPISTOLAM.

CHRISTI
508.SYMMACHI PAP.
10.ANASTASII IMP. 18.
THEODORICI REG. 16.

torio, vel iure civili, & ad vicem illorum codicillo firmam. Ego Cæsarius peccator dum debitum humanæ carnis reddidero, cunctum monasterium Arelatenſe S. Ioannis, quod ego condidi, sub potestate Arelatenſis Pontificis canonicè ſit, heredemque meum eſſe volo ac iubeo. Ceteri, ceterave exheredes ſint. Totum quod cuique aut per hoc teſtamentum meum dederò, legauero, darive iuſſero, vt detur fiat. Ceterum autem, Arelatenſem Episcopum coheredem meo monaſterio relinquo: quoſque liberos quaſque liberas eſſe iuſſero, liberi, liberave ſint omnes.

Ego tamen cum nihil de parentum bonis habuerim, hoc teſtamentum meum præſumere erubui: Illa tamen me ſententia compulſit, vt pleroſque*, Saluatoris formidanda, qua iniqui audituri ſunt dicentem, Ite in ignem æternum, pietatis affectu aliquid Eccleſiæ meæ contuliſſe. Et ne fortè poſt obitum meum aliqui de parentibus meis, exceptis iis rebus, quas illis pro eſtigiis donaro, inquietare præſumant, cui præſum, Eccleſiam: ideo hanc voluntatem meam tractare ampliùs deſideraui, qua de parentibus meis, ne apud ipſum monaſterium præſatum, vel Pontificem Arelatenſis Eccleſiæ, præter id quod illis dederò ac dederim, præſumant requirere. Sancto & domino meo Archiepiſcopo, qui mihi indigno dignè ſucceſſerit, licet omnia in ſua potestate ſint, tamen ſi lubet, & dignum ducit, indumenta paſchalia, quæ mihi data ſunt, omnia illi ſeruiant, ſimul cum caſula villoſa & tunica, vel galnape, quod melius dimiſero. Reliqua verò veſtimenta mea, excepto birro amiculari, mei tam clerici, quam laici, cum gratia vel ordinatione domini Archiepiſcopi, ſibi, ipſo iubente, immo donante, diuidant. Ea verò quæ monaſterio antè per donationem contuli, nunc affirmo: & ſi cui aliquid per epiſtolam, aut per pitacium, aut verbo, pietatis intuitu contuli, valere volo.

Hoc etiam aſſuetè precor, quatenus cellam, quam bonæ memoriæ Auguſtus ſubdiaconus in atrio S. Stephani euntibus parte dextra habuit, prouiforibus monaſterij propter cuſtodiam illorum firmam D. Archiepiſcopus perpetuo dignetur iure concedere: ita vt eam ſibi ſuccedendam monaſterij prouifores habeant. Et hoc ſpecialiter volo, & ita, domine Archiepiſcope, precor; ſiue prouiforem ad monaſterium, ſiue preſbyterum ad baſilicam S. Mariæ nullum alium habeat congregatio ſancta, niſi quem ipſa elegerit, vel ordinari petierit. Et licet de tua, D. Archiepiſcope, pietate præſumam; tamen ne fortè contra monaſterium noſtrum aliquorum ſuggeſtiones importunas habeatis, adiuro vos per Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, & per tremendum diem iudicij, ne vnquam apud vos præualeat hoſtis antiquus, aut ancillas veſtras contriſtari acquieſcatis; aut aliquid illis auferri de iis, quæ poſſident, eiſque contulimus, permittatis: quia Deo propitio non ſine diſcretionem vel iuſtitia quibuſcumque ſæcularibus iure directo res Eccleſiæ vendidimus; niſi hoc tantum, quod Eccleſiæ minus vile & infructuoſum eſt. Et quod animabus ſanctis & Deo vacantibus cum ſanctorum fratrum conſenſu vel ſubſcriptione tribuimus, perpetuo illis iure permaneat.

Vos verò domine filiolar, per S. Trinitatem inſeparabilem, & per Domini noſtri Ieſu Chriſti aduentum adiuro, vt Pontificem, qui mihi indigno, ordinante Deo, ſucceſſerit dignè, omni affectu vt dominum rogetis, ac pura mente diligatis, & ne per veſtram cõtrifſeritis inobedientiam. Conſidimus enim de Dei miſericordia, quòd ita omnibus ſacerdotibus, quibus religionis collatio eſt, caſtum amorem impendat, vt nihil vobis, quod ad ſuſtentandum corpusculum opus eſt, deeſſe permittant. Te iterum atque iterum, Pontifex optime, rogo gratia diuina præſati monaſterij vt curam maximam habeas, & famam illarum cum grandi pietate ſatagas prouideri. Quòd ſi alicuius perſona iniuſtum tibi dederit conſilium, cum auctoritate reſpondendum deprecor: quia hoc quod Episcopum agit verbum, non ſolum auferri non debet, verum etiam nec omnino poteſt. tum præcipue quia & hoc ipſa S. Papæ Vrbicani ſuaſit auctoritas, vt hoc de te ſancto & domino meo Pontifice credam. Numquam enim apud te præualebit tam iniqua ſuggeſtio, vt contra iuſtam voluntatem qualiſcumque Antifitit pro meo ſtudio ſubſtantia ad te multum profecerit, & propè duplicata ſit. Additur ad hoc quòd Deus miſericors per paruitatem meam, etiam immunitatem tributorum, tam iuxta urbem & infra, quam etiam in ſuburbanis & villis ex maxima parte conceſſerit.

Agellum igitur Aucharianum, vnde paruam particulam monaſterio dedimus, multa ſeruamus; nam plus minus centum aripennes vineæ & trecentorum modiorum campos reſeruauimus: ita quod ſupradictum monaſterium, tantum modiatas de terra, quam ego plantaui, habeat modiatas quadraginta; & de vetere vinea vix triginta aripennes contulimus:

CHRISTI
508.SYMMACHI PAP.
10.ANASTASII IMP. 18.
THEODORICI REG. 16.

A mus: Agellum Gallicumanum, Mercloanum, vel agellum Gemellos cum ſtagnis & paludibus cum omni iure & termino ſuo; & paſcuum in campo Lapideo, vel ſi qua alia ſunt, vel campum in Trifinitio ſuper viam munitam, vel reliqua quæcumque ſunt; agellum Oruedum, & agellum Martinatis, & agellum Siluanum, in quo eſt ſita eccleſia S. Mariæ de Ratis, & agellum Miſſiamanum cum omnibus ſibi pertinentibus paſcuis, paludibus, cum omni iure & termino ſuo ſanctæ tuæ Eccleſiæ reſeruauimus in ſtipendiis earum. Vnde te, S. Pontifex, adiuro, vt ſi Deus omnipotens per manus ſe timentium ſanctæ matri Eccleſiæ monaſterio ſanctarum virginum aliquid maius bonum dederit, tua ſancta dilectio vnium ab altero non diſiungat. Si verò (quod Deus non patiat) congregatio ibi aut congregata non fuerit, aut fortè poſtea (quod abſit) cum congregata fuerit, eſſe deſiderit, ad matrem Eccleſiam reuertantur.

B Hæc quidem ego, vt timori meo ſatisfacerem, ſcripſi. Nam abſit vt de tua, piſſime Pontifex, inſcientia inculperis: quia (vt ſuprà iam dixi) pietas diuina conceſſit, vt per meam humilitatem immunitas Eccleſiæ in tot capitibus daretur. Quod monaſterio cum fratrum conſenſu dedimus, per hanc voluntatem meam conſirmo. Ancillæ noſtræ Cæſariæ Abbatiffæ, quem ipſa fecit, mantum maiorem, quem de cannabe fecit, dari volo. Domino meo Leoni preſbytero manutergium dari volo. Domino meo Cypriano Episcopum mantum, & cunctorum* meliorem dari volo. Quicquid ſeruo meo Briciano contuli, nunc per hoc teſtamentum meum conſirmo. Agritia puella mea propria libentiſſimè monaſterio S. Cæſariæ Abbatiffæ ſeruiat: & vere* gariolas, quas illis vel parentibus eorum dedi, conſirmo. Omnes cubicularios meos tibi, domine Episcopum, coram Deo & Angelis eius commendo.] haecenus quæ reperiuntur teſtamenti S. Cæſarij, quod etſi non in aliis, in die ſaltem & Conſule, & ipſus Cæſarij atque teſtium ſubſcriptione eſſe decurtatum, haud dubium eſſe poteſt: Cuius exemplar petitum ex Archiuo Eccleſiæ Arelatenſis, exſcriptum per Claudium Saxi Notarium, accepimus ab Archidiacono Arelatenſis Eccleſiæ Franciſco Clareto Romæ cum eſſet, à quo etiam nos accepturos complures eiufdem S. Cæſarij epiſtolas, quæ in eodem archiuo aſſeruari dicuntur, ſpem magnam concepimus: quòd ſi voti compotes facti erimus, eas que hiftoriæ rerum geſtarum inferuire noſcentur, ſecunda editio exhibebit.

Quod autem ad idem teſtamentum ſpectat, audiſti monaſterium monialium cui præerat ſancta eius ſoror Cæſaria, illud ipſum munitum voluiſſe Cæſarium auctoritate Romani Pontificis: non aliud quidem illis verbis ſignificauit, vbi ait: Et hoc ipſa ſancti Papæ Vrbicani firmavit auctoritas.] Scias verò, ad imitationem S. Cæſarij qui Arelate erexit monaſterium monialium, paulo poſt Childebertum Franchorum Regem quartum filium Clodouei ibidem Arelate ſtruxiſſe monaſterium monachorum, quod abſolutum à Vigilio Papa voluit Apoſtolica auctoritate firmari. extat de his epiſtola S. Gregorij Papæ ad Virgilium Arelatenſem Episcopum*. Sed de eiufmodi peti ſolitis & concedi ab Apoſtolica ſede priuilegijs alijs dicendum erit: nunc in Cæſario verſetur oratio. Quoto autem ſue ſedis anno diem obierit, quod æquè ſine careant quæ à Cypriano Episcopum eius diſcipulo ſunt ſcripta, haud conſequi licuit. Scripſit verò eius Vitam idem auctor rogatus ab illius ſorore S. Cæſarea, ad quam extat inſcripta præſatio.

Ad poſtremum verò duo quæ inualuerunt de eodem S. Cæſario mendacia cauenda meminere: quorum alterum ſuperiùs deteximus atque conſutauiſſimus, dum non ad hæc tempora Symmachi, ſed floruiſſe anno ſexcentefimo ſeptuageſimo, complures toto cælo errantes dixere; in quem errorem Gennadij ſcholiaſtes Suffridus, Thrithemium incautè ſequens, E impegit, dum nequaquam de eo eſſe ſcriptum à Gennadio, ſed ad Gennadium eam narrationem de ipſo ſuppoſitam exiſtimauiſſe: Alterum verò illud eſt, quòd æquè mendaciter aſſeratur Cæſarius vltimus Episcopum, primus verò Archiepiſcopus Arelatenſis, quòd ſcilicet Eccleſia Arelatenſis non niſi ſub Cæſario à Romano Pontifice fuerit Archiepiſcopatus munere inſignita: cum tamen quæ dicta ſunt ſæpè ſuperiùs, id præter veritatem aſſeri, manifeſtent. Nonne Archiepiſcopalis ſedes erat, quæ ſub ſe habuit ſedes Episcopales? Nonne dictum eſt ſuo loco ſuperiùs, Saturninum Arelatenſem Episcopum collegiſſe Concilium ſubiectorum ſibi Episcoporum? Nonne cum de diocèſum iuribus altercatum eſſet inter duas ſedes Archiepiſcopales Viennenfem & Arelatenſem, in Concilio Taurinenſi decretum fuit, vt quiſque ipſorum Archiepiſcoporum viciniſſimis præſeſſet Episcopis? Sunt & aliæ de his certæ probationes; ſed in adeò clariſſimè immorandum. Fefellit puto ſimplices, quòd qui præceſſerunt Cæſarium Antifitres Arelatenſes, non Archiepiſcopi nominati reperiuntur,

* ſeu pleraſque

* cinctorium melius

DE ALIO MONASTRIO MONACHORUM ARELATENSI.

* Gregor. lib. 7. epiſt. 115.

ERROR EXPLICITUR DE TEMPORIBUS CÆSARII.

SEDES ARRELATENSI ARCHIEPISCOPALIS.

tur, sed Episcopi: Verum sciant veterem nomenclaturam, qua etiam Patriarchalium sedium A immo & ipsius Romanae Ecclesiae Praesules aequè dici solebant Episcopi. Ar de Caesario satis, quem inter caeteros receptum celebrat colitque Ecclesia Catholica anniuersaria repetita memoria die vigesima septima mensis Augusti.

Quod verò reliquum est rerum Arelatensium huius temporis dignum memoria profequamur. Quid enim vni ex Ducibus Theodorici agenti custodiam ciuitatis diebus istis acciderit, haud praetermittendū putamus, quod Gregorius Turonensis in libro de Gloria martyrum narrat his verbis: Aran (inquit) Theodorici Regis Italiae Dux dum in Arelatensi vrbe resideret, exiit ei quidam Archipresbyter parochiae Nemausensis inuisus. Tunc feruens felle contra eum misit pueros, dicens: Ite quanto cyus, & ligatis pedibus ac manibus adducite eum cum vi, vt cognoscat quod sim dominus regionis huius. At illi non intellexerunt Archipresbyterum; putauerunt quod Archidiaconum iussisset adduci: & ascensis equitibus, venerunt ad vrbe[m], interrogantesque de Archidiacono, digito eis ostensus est: Erat enim hic Ioannes nomine, valde religiosus, & in archidiaconatu suo studium docendi puerulos habes: non desit virtus martyris Baudelij alumno proprio subuenire.

Pueri verò iuxta portam, Arelatensis scilicet ciuitatis, cum eo mansionem habuerunt, quia iam oberatis pro nocte portarum valuis, ingredi non potuerunt. In ipsa vero nocte, Duce obdormiente, adest ei Archidiaconus per visum, dicens: Quid tibi, o homo, culpabilis extiti, quod me in hanc humilitatem redactum, cum tali iussisti iniuria accersiri? Verè dicā tibi, quia non effugies iudicium Dei. At ille expergescens, consternatusque metu, exclamat suis: Inquirete, si pueri, quos Nemausium direximus, iam venerunt. Interrogantesque de muro vrbs: responderunt se adesse cum homine. Renunciant nuncij quae audierant. Confestimque Dux ait: Exhibete ad me hominem quem adduxistis. Quod cum factum fuisset, aspiciens eum Dux, timore perterritus, ait: Archipresbyterum ego adduci praecipui, non Archidiaconum. Et prostratus ad pedes eius ait: Indulge, quaeso, iniuriam delicti huius, quia non est in conscientia mea, vt haec passus fuisses. Et statim dignis honoratum muneribus remisit ad vrbe[m]: quem in tanto timore pro ipsa martyris reuerentia dilexit in posterum, vt decedente vrbs illius sacerdote, ipsum sacerdotem mandaret institui. sed nec Archipresbyterum amplius inquiri iussit.] haec Gregorius de rebus Arelatensibus.

Quomodo autem idem Theodoricus Italiae Rex Burgundionum regione potitus sit potius arte quam armis, Procopius narrat, & quidem sincerè, licet tum ipse, tum alij cum eo videantur errore lapsi, dum ante bellum Clodouei aduersus Alaricum gestum, id contigisse adfirmant. Etenim integras fuisse res Burgundionum, cum Clodoueus aduersus Alaricum parabat arma, litterae Theodorici ad ipsorum Regem Gundebadum scriptae declarant, cum eum rogat vt in conciliandis inter se Alarico & Clodoueo laboret. Sed & Athalaricus Rex Italiae, qui Theodorico successit, dum Toli strenui Ducis sub ipso Theodorico recenseret strenuè facta, primò quidem missum ipsum fuisse post Alarici obitum ad defendendam Arelatensem ciuitatem tradit, inde verò occasione bellorum inter Burgundiones & Franchos ortorum ipsum prouinciam illam acquisiuisse (vt dictum est) Theodorico. sunt enim haec ibi conscripta: Mittitur igitur, Franchos & Burgundios decertantibus, rursus ad Gallias tuendas, ne quid aduersa manus praesumeret, quod noster exercitus impensis laboribus vindicasset. Acquisiuit Reipublicae Romanae, aliis contententibus, absque vlla fatigatione prouinciam; & factum est quietum commodum nostrum, vbi non habuimus bellica contentione periculum: Triumphus sine pugna, sine labore palma, sine caede victoria. Tantum ergo eius gloriae debemus, quantum utilitatis accepimus: quem & ille arbiter rerum largitione reddituum iudicauit esse profequendum, vt ibi fieret dominus possessionum, vbi utilitati publicae procurauit augmentum.] haec ibi de tanti Ducis industria.

Sed quae breuiori summa subobscure perstrinxit, Procopius elucidat, vbi primùm ait Franchos cum Gothis iniisse foedus aduersus Burgundiones pactis conuentis, Theodorici verò suis ducibus cum exercitu ab Italia missis dedisse in mandatis, vt moras in itinere tererent, donec cum Burgundionibus Franchi pugnassent, qui si vincerent, tunc quam celerrimè sese ad eos conferrent communi victoria potituri. sunt haec ipsius verba: Franchi interea cum Burgundionibus soli manus conseruere, & cum bellatum nauiter esset, magna vtrinque fit cedes: nam pede collato, ad multum dici fortiter est proelium gestum: sed Franchi demum vbi in fugam hostes penitus vertere, in vltimas quas illi incolerent terras fuga-

*Greg. Tur. de Glor. mar. lib. 1. c. 78. QUID PER DYCEM THEODORICI PRAESBYTERI SYMPTVM.

ARCHIDIACONVS LOCO ARCHIPRESBYTERI CAPITVR

DUX TERRITVS DIMITTIT CVM HONORE ARCHIDIACONVM.

*Procop. de bell. Gothor. lib. 1.

*Apud Cas. sod. Variar. lib. 3. epist. 22.

DE BELLO CLODOVEI CVM BURGUNDIONIBVS.

*Apud Cas. sod. Variar. lib. 8. epist. 10.

*Procop. de bello Goth. lib. 1.

Arunt, vbi & fugientibus pleraque erant & validiora ad receptum praesidia, quae sola his salutari fuere: ceteris hostes potiri. Haec victoria vbi est ad aures Gothorum perlata, quam celerrimè ad socios & victores se conferendo, sui praesentiam faciunt: ab hisque increpiti, quod praelio non tempore suo interfuissent, locorum causabantur difficultates, paratos se pactam pro poena pecuniam statim dependere: qua ibidem depensa, terras ex hoste captas, vt conuentum iam antè fuerat, cum victoribus partiuntur. Qua in re cognita Theodorici prudentia est, qui sine vlla suorum iactura, modico auro persoluto, hostium sibi loca parauerit.] haec Procopius.

Sed quanam ista praecesserint, quibus in se Burgundiones diuinam concitarunt iram, Gregorius ita narrat, cum martyris Iuliani miracula recenseret: Venientes (inquit) quidam de Burgundionibus ad Briuatensem vicum, eum cum armorum multitudine copiosa circumdant: caprosque populo direpto ministerio sacrosancto, vltra amnem transeunt; & viros gladio interficere; reliquum vulgus sorte diuidere parant. Tunc Hellidius quidam à Vellano veniens, & (vt aiunt) commotione columbae alitis incitatus, super eos irruit, hortatusque socios, ita hostes ad internecionem, cecidit, vt captiuus laxatis, triumphans in laudem martyris, amne transmissis, ad beatam cellulam, tamquam nouus Moyses cum omni populo canendo reuertitur.] & paulo post: Prostratis ergo ab Hellidio hostibus, quatuor ex his per fugam dilapsi patenam & vrceum, qui Anax dicitur, in patriam deferunt, & diuisam in tantis, vt erant, partibus partem, vrceum Regi Gundebado ob gratiam exhibent conquirendam. Reliquum verò argentum Reginae sagacitas reperit, cui additis multis muneribus, loco illi sancto restituit, fideliter insinuans Regi, non oportere eum vt gratiam martyris sancti propter argenti paruitatem amitteret.] haec Gregorius de Burgundionibus, quorum Rex Gundebadus sequenti anno defunctus ponitur: agemus de his suo loco.

Compositis rebus bellicis, pace reddita, Clodoueus Parisios profectus est, vbi contigit eum laborare corporis infirmitate: cumque spes salutis à medicis diu alita frustraretur, consilio Tranquillini viri illustri & Archiatri, missis nunciis, accersit sanctissimum virum Seuerinum Agaunensis monasterij Abbatem, magni nominis apud omnes suae aetatis virum: etenim excellenti miraculorum virtute fulgebat, cuius quidem facultatis in via egrégium illud specimen edidit, dum ad Niuernensem perueniens ciuitatem, Eulalium Episcopum loquendi & audiendi priuatum ob morbum officio, ipsum visitans, confestim restituit sanitati. Parisios inde se conferens, ad portam ciuitatis leprosum excubantem osculo salutatum à lepra mundauit. Indeque ad Clodoueam perductus, super aegrotantem Regem, praemissis precibus, imponens casulam qua erat indutus, febrem eius medullis fixè inhaerentem fugauit.

Restitutus verò incolumitati Christianissimus Princeps, flexis genibus Dei seruum esse veneratus: cui & ob gratiarum actionem illud praestitit, vt quos vellet vinctos à carcere liberaret. & quantum vellet pauperibus ex regio acceptum thesauro erogaret. Cumque detentus fuisset haud paucos dies Parisiis, magnus factus est ad eum laborantium diuersis morbis concursus. Inde verò (vt antè diuinitus admonitus fuerat) ad Nantoniense castrum se contulit Deo spiritum redditurus: susceptusque est hospitio à presbyteris Paschasio & Ursicino, qui eundem viuentem omni charitatis officio sunt prosecuti, & post obitum eidem extrema persoluerunt munera pietatis: in cuius memoriam postea Clodouei filius Childebertus nobile templum extruxit. haec autem paucis perstricta copiosè descripsit Faustus presbyter eiusdem temporis scriptor. Porro exaratum in tabulis Ecclesiasticis nomen eiusdem viri sanctissimi Seuerini, anniuersaria natalis dici commemoratione iugiter Ecclesia celebravit.

IESV CHRISTI SYMMACHI PAP. ANASTAS. IMP. 19. AN NVS AN NVS THEODORICI REG. 17. 509. II.

Quingentesimus nonus Redemptoris annus nouo Consulatu aperitur Importuni sine collega: ita Cassiodorus, sed pro Importuno, Opportunum Marcellinus habet; at puto melius, Importunum, vt ex Theodorici Regis epistola constat: Hic namque ille videtur

*Greg. Tur. de Glor. mar. lib. 2. c. 7. 8. BURGVNDIONES DANT PORNAS DE CAERILEGIO.

*Vita Seuerini. Sup. 10. 1. die 11. Febr. CLODOVEVS ABGRONTANS A SEVERINO SANATVR.

DR CONSTLATV IMPORTVNI.

detur Importunus, quem Theodoricus Rex Italiae auxit Patriciatus dignitate, vt ad eum A data eiusdem Regis epistola declarata, nec non alia eadem ex causa ad Senaturn scripta b, qua etiam hunc ex Deciorum antiqua familia prognatum affirmat. Fuerunt cruenta huius auspicia Consulatus; dum in consuetorum exhibitione munerum & editione Circensium, fauens Consul Venetae factioni, in Praefinos se parum aequum exhibuit: cuius rei gratia in eundem Consulem commotus ob eadem factam Theodoricus Rex ad Speciosum inter alia ista rescripsit: Populi itaque nobis partis Praefinae petitione suggeritur, dum ad nostrum disponerent Comitatum venire remedia consueta poscentes, se truculentas insidias a Patricio Theodorico, & Importuno viro illustri Consule petulisse, ita vt vnus eorum defleatur extinctus, &c.]

Accidit enim, vt in conclamationibus illis Circensibus in eosdem iactatae fuerint contumeliae, quarum causa iidem suos armassent in populum. Cuius rei indignae causa factus reus idem consul vna cum Patricio ante Praefectum Urbis Agapitum & collegam Caecilianum causam dicere iussus est. De quo iudicio agens in dicta epistola Theodoricus Rex, contumeliosos coerceri mandans: Teneatur (inquit) ad culpam quisquis transenti reuerentissimo Senatori iniuriam proteruis infixit, si male optauit, cum bene loqui debuit. Sed quod quaelibet dicta contemni debuissent, ista mox subdit: Mores autem graues in spectaculis quis requirat? Ad Circum nesciunt conuenire Catones. Quicquid illic a gaudenti populo dicitur, iniuria non putatur: locus est qui defendit excessum. Quorum garrulitas si patienter accipitur, ipsos quoque Principes ornare monstratur.]

Ad populum autem querentem idem rescribens Theodoricus redarguit eum de iactatis in Circo in Senatores conuiciis; cuius rei causa statuit, vt actione iniuriarum apud Urbis Praefectum pulsari possit.

Quales vero esse solent bene compositae more maiorum Circenses acclamationes, ibidem verbis istis insinuat: Soletis enim aera ipsa insellibus implere clamoribus, & vno sono dicere quod ipsas quoque belluas delectet audire: profertis voces organo dulciores: & ita sub quadam harmonia, citharae concuum, theatrum per vos resonat, vt sonos possit quilibet credere, quam clamores. Numquid inter ista rixae decent, aut inflammata contentio? Abiicite furorem laesi, iram gaudentes excludite, &c.] Extant de eiusdem ipsius Regis tum ad Senaturn, tum etiam ad Agapitum Urbis Praefectum rescripta; ex quibus quamnam occasione primordia huius sint conflata dissidij, sic habeto:

Accidit enim, vt magni nominis Orientalis auriga Thomas, inde recedens, puro aliquam passus iniuriam ob Circenses tumultus illos, quos anno superiori pariter Constantinopoli accidisse diximus, Romam venerit: quem Theodoricus Rex mensuris largitionibus honestandum censuit; de quo illud satis ex verbis eiusdem Regis in epistola ad Faustum: Frequentia palmarum eum dici faciebat maleficum: inter quos magnum praerconium videtur esse, ad talia crimina peruenire. Necessario est enim ad peruersitatem magicam referri, quando victoria equorum meritis nec potest applicari. passus hic enim videtur inuidiam, cuius causa illa fuerit conflata discordia. Post haec autem ista mox subdit idem Rex de spectaculorum malis: Spectaculum expellens grauissimos mores, inuitans leuissimas contentiones, euacuator honestatis, fons irriguus iurgiorum, quod vetustas quidem habuit sacrum, sed contentiosa posteritas fecit esse ludibrium, &c.] detestatur Rex barbarus, quod tamen praestare cogebatur inuitus: nam ad finem epistolae: Haec nos fouemus necessitate populorum immimentium, quibus votum est ad talia conuenire, dum cogitationes serias delectantur abiicere.] & in fine: Expedi interdum desipere, vt populi possimus desiderata gaudia continere.] haec ipse quidem, postquam eadem epistola Circi & Circensium ludorum Gentilitia sacra pandit, prorsus indigna quae a populo Christiano frequentarentur.

Certum est enim, omnes vbique locorum, siue in Occidente, sanctissimos Patres suis ipsorum concionibus atque etiam scriptis sedulo studio iugiter instantia declamasse aduersus Christianos spectacula frequentantes, & quanto magis edentes? Adeo naque ea maiores semper detestatos esse, Saluiano auctore diximus, vt non sinerent, quemquam tingi sacro baptismate, nisi solemniter ritu abrenunciatis Satanae & pompis eius, spectaculis pariter disertis verbis se renunciare profiteretur. At vindex periurij Deus, & praeruaricationis vltor, cum nec per Vuisigothos, VVandalos, Erulos, & Ostrogorthos Romanam urbem inuadentes eiusmodi spectacula a Gentilitia superstitione manantia aboleri potuissent conspiceret, Longobardis tandem aperuit postea muros Urbis, qui eiusmodi daemonum officinas

Apud Casiodorus Variar. lib. 3. epist. 6. Ibid. epist. 6. Apud Casiodorus Variar. lib. 3. epist. 27.

CAEDES FACTA ROMAE IN CIRCO.

Apud Casiodorus Variar. lib. 1. epist. 31.

ACCLAMATIONES CIRCENSES MUSICAE.

Apud Casiodorus Variar. lib. 1. epist. 30. 31. 32.

DE THOMAE AVRIGA.

Apud Casiodorus Variar. lib. 3. epist. 51.

CIRCENSIA DETESTATIO THEODORICI VSQVE AD EADEM CELEBRAT.

A officinas opificibus vacuas penitus redderet, vt non esset amplius qui huiuscemodi diabolicas nundinas frequentaret. At de his haec tenus.

Eodem anno, secunda currente Indictione, Alamundarus Saracenorum Rex collectis copiis incursum Arabiam & Palaestynam, sanctis monachis non nihil molestiae intulit. Haec autem quomodo se habuerint, auctore Cyrillo huius temporis res gestas historia proferebat narremus. Cum enim de Ioanne Silentario agit, de quo & nos superius, haec de his habet: Eodem vero tempore Alamundarus Sicices, qui accepit Regis auctoritatem in Saracenos subiectos Persis, inuasit Arabiam & Palaestynam cum magna ira in Romanos, omnia diripiens, & multa hominum millia abducens in seruitutem, & multa faciens nefaria, postquam capta fuerat Amida. Cumque multitudo barbarorum dispersa esset per hanc solitudinem; iique quibus mandata fuerat custodia solitudinis denunciarent vt caueretur barbarorum

irruptio in monasteria: maximae Laurae Patres significarunt venerando Patri, vt desisteret quidem ipse Ioannes in Ruba vitam degere, veniret autem ad Lauram, & quiesceret in sua cella. At diuinus quidem Ioannes, qui per quietem diuinam gustarat dulcedinem, eam lubenter sequebatur, & non poterat in animum inducere vt eam relinqueret, apud se haec reputans & dicens: Si Deus mei curam non gerit, quid viuo? Et sic Altissimum ponens suum refugium, mansit minime obtusefactus.

Deus autem, qui semper curam gerit suorum famulorum, Angelis quidem suis mandauit (vt dicit Scriptura) vt sanctum suum conseruarent. Volens autem eum securum reddere, vt qui paululum esset territus, misit sensilem custodem leonem maximum & horribilissimum, qui eum diu noctuque custodiret ab immanium barbarorum insidiis. Atque prima quidem nocte, cum leonem aspexisset prope dormientem parum extimuit, vt ipse mihi narrauit. Cum autem vidisset diu noctuque sequentem leonem, & ab eo non auelli, & propulsare barbaros: quibus ageret gratias Deo, emisit cantica: Qui non dimittit virgam peccatorum supra sortem iustorum. Atque beatus quidem Pater noster Saba, cum venisset Nicopoli, & nouam Lauram constituisset, & venisset ad speluncae aedificium (vt a me dictum est in secunda oratione) & in mentem reuocasset eam quae in ipso fuit aliquando visionem de sancto Ioanne: iuit ad eum in Rubam, & dicit ei: Ecce Deus te seruauit ab incurfione barbarorum, teque reddidit securum, ad te misit sensilem custode: Surge, & tu quoque fac id quod est humanum, & fuge sicut Patres. Multisque aliis ad eum vsus admonitionibus, deduxit eum ad maximam Lauram secunda Indictione, & clausit eum in cella, cum ageret quinquagesimum sextum annum suae aetatis, nullo alio ex conuentu cognoscente eum esse Episcopum.] haec Cyrillus, qui & de eadem Saracenorum incurfione

D haec in Euthymio habet: Sequentibus vero annis, cum Anastasius post Zenonem accepisset Imperium, incurfionem autem fecissent barbari, & magnam partem solitudinis vastassent & depopulari essent, euerterunt ipsa quoque Agarenorum tabernacula, quae eis nuper magnus fixerat Euthymius. Deinde qui ex iis quidem erant insigniores, alia sibi excitant in Martyrii monachi monasterio, & templa erigunt. Barbari autem cum rursus eos essent aggressi, alios quidem interimunt, alios vero captiuos ducunt, alios autem in alios vicos compellunt, nempe eos qui ex opinato eo periculo euasere superiores, cum magna & grauissima fuisset haec illic barbarorum incurfio.] haec tenus de his Cyrillus in Euthymio. In Saba vero de Agarenorum inuasionem agens (hoc etiam nomine Saracenos appellare consueuerunt) haec miranda plane refert, Quatuor ex illis hostibus redditos hospites, & hospitij gratos remuneratores, cum vnum procacem Agarenum insultantem Sabae atque eius socio, terra veluti Dathan absorbit: quo portento reliqui absterrefacti, ab inferenda sanctis iniuria se cohibere. Porro gloriose memoriae sanctorum monachorum, qui sub eodem Saracenorum Rege Alamundaro occisi sunt, dies decimanona Februarij consecrata est, qua omnes tunc passi martyres in sacris adscripti tabulis, anniuersario praerconio celebrantur.

His vero addenda putamus quae de Saracenis depopulantibus Syriam apud sanctum Ioannem Damascenum ita leguntur in Anastasio Sinaita: Quatuor passuum Damasco distat locus, qui Carfatas dicitur; quo in loco templum sancti Theodori est. In hoc templum ingressi Saraceni, omnibus illud fordibus & immunditiis ex feminarum & puerorum atque animalium rationis expertium commixtione foedauerunt. Quadam igitur die dum plures illorum considerent & colloquerentur, vnus illorum sagittam in sancti Theodori contorsit imaginem, & dexterum ipsius humerum vulnecruit, statimque sanguis effluxit, & ad extremam

Apud Symeonem die 13. Maii. ALAMUNDARUS REX SARACENORVM INCVRSVS AT PALAESTINAM.

Psal. 90. IOHANNES SILENTIARIUS VINCITUR A LEONE.

Psal. 124.

ABSORPTVS A TERRA AGARENVS A CYRILLO IN VITAE SABAE.

IOHANNES DAMASCENVS DE IMAGINE S. THEODORI A SARACENIS VULNERATA.

CHRISTI SYMMACHI PAP. ANASTASII IMP. 19.
509. II. THEODORICI REG. 17.

mam vsque imaginis partem descendit, omnibus id quod factum fuerat, sagittamq; in humero sancti defixam, & sanguinem emanantem contuentibus. Quo tamen tam admirabili signo perspecto, non respuerunt, nec eum qui sagittam eiecerat pernituit, nec quisquam eorum commotus est: non recesserunt e templo, nec illud commaculare destiterunt. Attamen extremo sunt affecti supplicio. Cum enim viginti essent eorum familiae, qui in templo commorabantur, intra paucos dies omnes acerbo morbo delati sunt, cum in eo loco nemo ipsorum diebus illis interierit, exceptis iis qui in templo fuerant commorati. hæc igitur imago sagitta percussa adhuc superest, sagittæ vulnus habet & vestigium sanguinis. Multi autem eorum qui rem viderunt, & eo tempore fuerunt, quod res hæc admiranda contigit, adhuc viuunt. Et ego eius imaginem vidi, & quod vidi monumentis mandavi.] hæcenus Anastasius Sinaita, quem recitat Damascenus. Floruit idem Anastasius Episcopus Antiochiæ hoc sæculo temporibus Iustiniani Imperatoris.

Ceterum tot signis editis ipse Saracenorum Princeps ad Christi fidem conuersus est, deitque nomen & in fide Catholica baptizatus est postea. Quod ægrè ferebant hæretici qui debebant in Syria, nihil præter miserunt, quo eum in hæresim captiuum abducerent & baptizarent: Conatus est autem id potissimum Seuerus, à quo Seueriani sunt denominati hæretici, de quo ista habet Theodorus Lector: Cum Alamundarus Saracenorum Rex Christianissimum complecteretur, misit ad illum Seuerus hæreticos duos Episcopos, qui illi malitia sua inficerent. Verum huius conatus præuenit Deus, effecitque, vt ab illis baptizaretur, qui Synodum approbant.] hæc Theodorus: quando autem baptizatus fuerit, suo loco dicemus. Ita planè secundum illud Euangelicum: Si isti tacebunt, lapides clamabunt] cum blasphemar Anastasius Imperator, confitetur Saracenus.

¹Theod. Lect. lib. 2. Collect.

²Luc. 19.

³Sigeb. in Chron.

⁴Greg. Tur. de gest. Franc. lib. 3. c. 5. ⁵Adoin Chron.

Sed & hoc anno etiam Occidentalis Ecclesia aucta est Catholico Principe, Sigismundo videlicet Burgundionum Rege, qui hoc anno Rex est creatus, succedens patri Gundebado: ex Ariana autem perfidia ad Catholicam religionem accessit suasionem sanctissimi viri Alcimi Auiti Episcopi Viennensis, de quo Gregorius ⁴ & Ado ⁵ meminerunt. Quod ergo in Gundebado patre sanctus Auitus (vt vidimus) frustra tentauit, perfecit in filio, quem non tantum Catholica imbuit disciplina, sed & sanctis moribus deum ad summum prouexit fastigium, vt suo loco patebit. Interea ædificatum ab eo monasterium atque basilicam martyrum Agaunensium, iidem tradunt; fuisse autem huic coniugem filiam Theodorici Italiae Regis, æque confirmant.

Ad Catholicam igitur Ecclesiam transiens Sigismundus, nihil antiquius habuit, quam vt ditionem sibi subiectam æque ab Arianorum pollutione purgaret, antiquamq; collapsam Ecclesiasticam disciplinam secundum sacros canones in integrum restitueret: cuius rei gratia celebrari voluit Concilium Epaunenfe, cui præfuit idem sanctus Alcimus Auitus, cuiusque germanus interfuit Apollinaris Episcopus Valentinus æque celebris sanctitate, siquidem inter Sanctos adscriptus colitur annuatim tertio Nonas Octobris: Sed & reperitur interfuisse Clandius Episcopus Vefontientis & ipse relatus in sacras Ecclesiæ tabulas, pariter perseuerans in eis anniuersaria memoria rediuntus Octauo Idus Iunij: cuius tamen Acta quæ extant ⁶ haud in omnibus satis videntur esse germana, cum eum ad posteriora referant tempora. Sanctus Gregorius Lingonienfis ⁷ Antistes huic etiam Concilio præfens fuit, idemque inter sanctos adnumeratus, & annis singulis pridie Nonas Ianuarij in Ecclesia publico præconio celebratur. Quo etiam honoris cultu dignatur Octauo Kalendas Nouembris, qui huic item sanctæ Synodo interfuit, sanctus Pragmatius Augustodunensis Episcopus, cuius res præclare gestæ à Gregorio Turonensi reperiuntur omni fide scriptis traditæ: extat de eodem epitaphium versibus editum à Venantio Fortunato, ad quem etiam reperitur data

CONCILIUM EPAUVEN-
66.

⁶Apud Sur. die 6. Iunij. ⁷Apud Sur. die 4. Iunij. ex Greg. Turon.

⁸Sidon. lib. 6. epist. 2.

à Sidonio Apollinari epistola ⁸, qua eidem commendat sanctam Eutropiam viduam, cuius agitur dies natalis decimosextimo Kalendas Octobris: vt planè conicere liceat, ad vltimam peruenisse senectutem. Sed & Viuentiolus Episcopus Lugdunensis æque sanctitate conspicuus huic pariter interfuisse Concilio reperitur; quem reddunt Ecclesiasticæ tabulæ annis singulis quarto Idus Iulias in Ecclesia rediuntum. Qui autem in eo subscriptus habetur Siluester Cabilonensis Episcopus, magis placet lectio, vt dicat Cabilicensis: nam Cabilonensis Episcopus ibidem habetur Philagrius. Siluester autem ille sanctus, sic nominatus Cabilonensis Antistes, iam longè ante hæc tempora vixisse cognoscitur, dum constat eum imbuisse sacris officiis Cæsarium puerum, postea Arclatensem Episcopum, hoc tempore longioris ætatis senem. Vides quot quantisque dignissimis sacerdotibus ea hoc tempore

CHRISTI SYMMACHI PAP. ANASTASII IMP. 20.
510. 12. THEODORICI REG. 18.

A pore Gallicana provincia fuerit illustrata; qualisve ista fuerit corona sanctorum Patrum, quos fides Catholica, morum sanctitas, & concessa diuinitus miraculorum editio fecit celo terræque conspicuos.

Quantum autem hi fuerint in reparanda Catholica fide, & abolenda quæ diutius ibi pestis Ariana coaluisset, cum ex aliis, tum ex huiuscemodi intelliges canone, quo de ecclesiis hæreticorum ista sanxerunt: Basilicas hæreticorum, quas tanta execratione habemus exofas, vt pollutionem earum purgabilem non putemus, sanctis visibus applicare despiciamus: nisi quas per violentiam à nostris abstulerant, possimus reuocare.] hæc Patres, qui ibidem quadraginta canones statuisse leguntur, quos pius lector maiori consular otio velim. Quod verò haud ante præsentem annum contigerit eiusmodi Concilium haberi potuisse (male enim ad Gelasij tempora alij referunt) inde certum colliges argumentum, quod haud id liberum fuit Sigismundo Regi, sub quo celebratum istud ipsum scribitur: nam non nisi defuncto patre Rege Ariano, ipse Catholicus Catholicæ fuit Ecclesiæ, opera (vt dictum est) magni Alcimi Auiti, de quo alia occasione inferius pluribus agendum erit. Sic igitur nulla subest ratio vt contra Arianos eorumque ecclesias sancta Synodus decernere quicquam potuerit tempore Gelasij Papæ; cum nondum regnaret Sigismundus, sed pater eius Gundebadus Rex Arianus illi præfesset provinciam, homo sacerdotibus suæ sectæ addictus, vt quæ superius dicta sunt, indicare satis possunt.

⁹Cic. Epist. c. 31. DE BASILICIS HÆRETICORVM QVOD STATVERINT PATRES.

IESV CHRISTI SYMMACHI PAP. ANASTAS. IMP. 20.
ANNVS 510. ANNVS 12. THEODORICI REG. 18.

C Vingentesimum decimum Christi annum Boetij Seuerini cum Eutharico aperit Consulatus. Extat Ennodij Ticinensis epistola ad Boetium de eius Consulatu, quæ incipit: Optimæ spei plenus, &c.] Visus est huius sui Consulatus ipse Boetius meminisse, cum Prædicamentis Aristotelis explicandis manus admouens, hæc ait: Etsi nos curæ officij Consularis impediunt, quo minus in his studiis omne otium plenamque operam consumamus: pertinere tamen videtur ad aliquam Reipublicæ curam, elucubrata rei doctrina ciues instruere: nec male de ciuibus meis merear, si cum præca hominum virtus vrbium ceterarum in hanc vnam Rempublicam Imperium transfulerit, ego ad id saltem quod reliquum est Græcæ sapientiæ artibus mores nostræ ciuitatis instruxero. Quare ne hoc quidem ipsum Consulatus vacat officio; cum Romani moris semper fuerit, quod vbiicumq; gentium pulcherrimum esset atque laudabile, id magis ac magis imitatione honestare.] hæc ipse: qui quidem etsi reliquorum philosophorum doctrinam calluerit, Aristotelis tamen doctrinam sese totum addixit, & hoc præstitit, vt quorum vix nomina librorum Latinitas nouerat, ipse eos omnes quos reperire potuerit integros integrè Latinitate donauerit: quod idem ipse testatur his verbis: Ego omne Aristotelis opus, quodcumque in manus venerit, in Romanum stylum vertens, eorum omnium commenta Latina oratione perscribam: vt si quid ex Logicæ artis subtilitate, vel ex morali grauitate peritiæ, & ex naturali acumine veritatis ab Aristotele perscriptum est, id omne ordinatum transferam, atque id quodam lumine commentationis illustrem.] hæc de se Boetius, qui eadem præstare conatus est: nam præter eius in Porphyrij quinque voces & Aristotelis Prædicamenta & Perihermeniam quæ extant perinsignes lucubrationes, transtulit pariter (vt apparet) Topicam Aristotelis, & in Topicam Ciceronis edidit libros: meminit & in commentariis de enunciatione, libros physicos se se conscriptos.

BOETIUS SVI CONSULATVS TEMPORE ELVCIDAT ARISTOTELIS.

Ceterum ipse Boetius non solum doctrinam Aristotelis illustrauit, sed etiam nouis inuentis locupletauit, cum cudit libros illos quatuor de differentiis Topicis, & quatuor de vtroque syllogismo, atque de diuisione & definitione singulos. Demum illud sic habeto, Boetio absque cōtrouersia primas dandas inter Latinorum ingenia, qui profundum Aristotelicorum sensuum penetrarunt, & obscura quæque perspicua reddiderunt, Aristotelemque vix nomine hæcenus cognitum suorum Latinorum manibus tradiderunt; vnde posteriores omnes Peripatetici eidem iure bene preceunt. Sed vnde, dices, vis tanta Latino homini, hoc præsertim sæculo, quo ob barbaros ingruentes nullus fermè locus bonis litteris esset, armis litterarium otium vndique profligantibus? Breuiter accipe. Qui nobilitate generis nulli se-

cundus, prognatus nimirum ex antiqua Maasij Torquati familia, & eo qui Christianitate re-
splenduit Anicio gaudens atavio, adolefcens Athenas, in quibus fuerant literæ philosophi-
cæ relicturæ, petiit, ubi varia philosophiæ peruestigans dogmata, Aristotelicis tandem sese to-
rum addixit, toto illo decem & octo annorum curriculo, quibus est moratus Athenis. testa-
tur id quidem ipse in libro^a quem edidit de Disciplina scholarium, prope finem.

^a Doct. de dis-
cip. schol. c. 4.
QVAE ARIS-
TOTELEIS
LIBRI SINT
PASSI NAV
FRAGIA.
^b Strab. Geog.
lib. 13 p. 70

Sed quod de his sermo est, illud obiter monendum putavi, haud omnia quæ apud Aristo-
telem scripta reperuntur, cuncta Aristotelis esse, vt in eius verba iurare Peripatetico liceat,
cum nonnulla ab aliis constet esse addita, vel misere deprauari contigerit. Audi verò de his
ipsis Strabonem totam historiam egregie describentem, vt ait^b: Aristoteles suam bibliotheca-
m Theophrasto tradidit, cui & scholam reliquit. Primus omnium qui nobis sunt noti Aris-
toteles bibliothecam conductis libris composuit, idq; Ægypti Reges facere docuit. Theo-
phrastus bibliothecam Neleo tradidit. Is libros Sceptis intransatos posteris suis reliquit ineru-
ditis hominibus: qui incuriè positos sub clauibus retinuerunt. Cumq; Attalicorum Regum
studium intellexissent, quibus Sceptis parebat, conquirentium libros ad construendam Perga-
mæ bibliothecam, sub terra suos in fossa quadam occultauerunt. Ibi ab humore & blattis
vitiatos, tandem qui ex ea stirpe erant, Aristotelis Theophrastique libros Apelliconi Teio
magna pecunia vendiderunt. Tenebatur is Apellico librorum amore, quàm philosophiæ
studio maiore. Itaque erosarum particularum quærens instauracionem, in noua libros trans-
tulit exempla, lacunas non recte implens, ediditque libros mendorum plenos.

Vsu venit Peripateticis antiquis, qui post Theophrastum vixerunt, cum omnino libris
carent, paucosque dumtaxat, præcipue exotericos haberent, vt nulla de exquisitè pertra-
ctando eam philosophari possent, sed tantum de propositis disputarent. Posterioribus ab eo
tempore, quo libri isti sunt editi, facilius fuit philosophari, & Aristotelem imitari, quam
quædam ob mendorum multitudinem cogentur multa probabiliter modò dicere. Multum
huc etiam Roma contulit. Statim enim à morte Apelliconis Sylla, cum Athenas cepissent,
bibliothecam illius recepit. Quæ cum huc esset allata, Tyrannio à bibliothecæ præfecto ob-
tinuit, vt sibi eorum vsus permitteretur, homo Aristotelis studiosus: & librorum vendito-
res nonnulli ineptis vsi librariis, neque cum exemplari descripta comparantes: quod & aliis
accidit libris qui exscribuntur vendendi causa & Romæ & Alexandriæ. De his quidem fa-
tis.] hucusque Strabo.

QVAE VERE
ARISTOTE-
LEIS ESS-
DICI POS-
SINT, IN DV-
BIO ESS-.

Hæc nos verbatim singula hæc reddidisse volumus, quod sciamus reperiri homines adeò
Aristotelis studiosos, vt quæcumque in eius scriptis reperiantur, veluti ex diuino quodam ora-
culo prolata recipiant atque defendant; vt satis sit iis illud instar Pythagoræ discipulorum
vsurpare, Magister dixit: cum tamen, licet in eius libris scriptum quid inueniatur, haud fa-
tis conste: an re vera ipse dixerit, vel Apellico apposuerit, qui multiplices lacunas impleuit,
vel alij addiderint, qui mendosissimos ab eodem Apellicone (vt ait Strabo) editos codices
emendarunt, quos ille corruerat, vel aliter postea librorum incuria deprauarat. Adeò vt
verius atq; consultius sit dicere, cum Aristotelis scripta citantur, id quod asseritur, apud Ari-
stotelem reperiri, quàm Aristotelis esse, & Peripateticorū potiùs eam esse sententiam, quàm
germanam puramque ipsius Aristotelis assertionem. Id quidem asserere, non solum quæ ex-
scribentium librorum incuria irrepserunt menda suadent, cum id omnium ferme libro-
rum commune sit, sed dicere cogit immensa & multiplex illa vastitas lacunarū, quas Apel-
lico (vt ait Strabo) non rectè repleuit, & edidit primis eosdem libros mendorum plenos. Si
enim in philosophicis facultatibus maximi sit ponderis quæque minima linea, vel punctus:
quid dicendum de elementis ipsis, dictionibus, verbis, & sententiarum periodis, & fortasse
capitibus, quæ edax tempus variis casibus sæpè corrosit? At in his hætenus nos detinuisse sa-
tis sua auctoritate Aristotelicus Consul: qui in fine libri quarti commentariorum in Aristo-
telis Prædicamentis, cum se ea scribere sub Anastasio Imperatore testetur, planè declarat non
ad primum vel ad tertium Consulatum ea quæ diximus referenda esse, sed ad præsentem
secundum Consulatum, quem solum sub Anastasio Imperatore gessisse reperitur. Iam verò
quæ sub hoc eius Consulatu res gestæ reperuntur, in medium asseramus.

CONSTAN-
TINOPOLIS
CIVILI LA-
BORAT DIS-
CORDIA.

Quam vidimus Constantinopolitanam ciuitatem anno superiori diro incendio conflag-
rasse, hoc anno ciuili discordiæ grauiori exarsisse incendio, in suo Chronico Marcellinus as-
firmat. Emota enim semel è cardine fide Catholica, cuncta simul labefactari necesse fuit: sic-
uti cum fundamenta concutuntur, vniuersam nutare molem oportet. Fœda quidem & lu-
rida vrbis illius facies erat, in diuersa ipsa ciuitate discissa, fauente populo Macedonio Epi-
scopo,

A scopo, Anastasio autem Imperatore cum militibus eidem resistente, atque variis cladibus
affligente. At quomodo tandem quod diutius fuerat meditatus, sequenti anno perfecit, vt
Macedonium exturbaret, & subrogaret Timotheum hæreticū, suo loco dicemus. Sed quid
inter alia aggressus hoc anno scelestissimus Anastasius? Qui in odium Orthodoxorū Ec-
clesiasticam, omnem abstulerat immunitatem, quique leges libertatis sanxerat pro hæreticis
(vt superius auctore Theodoro Lectore diximus) hoc anno eam edidit sanctionem^a, qua
nihil in Orthodoxos quouis titulo transire voluit bonorum Ecclesiasticorum.

^a Tit. C. de
hæret.

Etenim quamuis titulo mentiatur in hæreticos eiusmodi editam sanctionem: tamen (vt
superius adnotatum est) cum fuerit ipse hæreticus, haud dubium ab eo Catholicos esse no-
minatos hæreticos, qui eius impietati minimè communicarent: bonis namque fuisse tam-
quàm hæreticos spoliatos Orthodoxos ab ipso Imperatore, in quos nec quouis titulo ea redire
B permittat, ipsa lex ostendit: vt planè intelligi possit, quales esse soleant, qui in bona Ecclesia-
stica Orthodoxorum manus iniiciunt. Trebonianus autem nihil pensi habuit, constitutiones
hæreticorum Imperatorum cum piorum legibus simul intexere; quod eadem licet ab
hæreticis latæ contra Catholicos, in ipsos tamen verè hæreticos (vt sonant verba) conuersæ
sint: cum tamen liqueat, quos Orthodoxos nominat Anastasius, eos fuisse, qui contra Chal-
cedonense Concilium pugnant, Zenonis suscipientes Enoticum.

ANASTA-
SIVS SVR-
NOMINE
HÆRETI-
CORVM CA-
THOLICOS
A BONIS
ARCEB EC-
CLESIA.

Quas autem turbas in Orthodoxos impius Anastasius excitavit, vix per pauca, eademque
breuiori summa perstricta vel ex Marcellino, vel ex Theodoro narrantur: quæ res fuerat
prolixæ fati historia commendanda; quod præstitisse Basilium Cilicem, Photius in Biblio-
theca testatur, dum ait ipsam historiam conscripsisse ab obitu Simplicij Papæ vsque ad exi-
tum vitæ Anastasij Imperatoris. excidit ipsa quidem, vel fortasse inter Græcorū vetera mo-
C numenta obliuione sepulta latet: Vnde maior nobis labor incumbat diuersis è locis quæstra
fragmenta compingere: Atque in primis^b, quod Anastasius Imperator, ne quis ex suis pa-
tientia suæ causam de tolerando in sede Constantinopolitana Macedonium, ignauia vel ti-
mori adscriberet, calumniosè testatus est, se id facere, quod ipse Macedonius Zenonis Eno-
tico subscripsisset. Id verò cum ad aures ipsius Macedonij peruenisset, confestim collecta Ec-
clesia, ambonem conscendens, pro concione se planè Orthodoxum esse coram omnibus
demonstrauit, edita sincera professione fidei ex præscripto Chalcedonensis Concilij dam-
nans omnes quæ ei aduersarentur hæreticas opiniones. Quæ quidem res sicut maiore Ma-
cedonio conciliauit populi gratiam, ita in eundem perfidi Imperatoris odium magis con-
citauit, vt iam de eo è sede mouendo animo penitus stabiliret.

^b Niceph. lib.
16. c. 26.

Adiecit ad alias calumnias in Macedonium Anastasius Imperator, vt ad concitandos in
D eum omnium animos, iactaret ab eo falsatam esse diuinam Scripturam. Testatur id quidem
Liberatus^c Diaconus, cuius verborum textus sic vt vides se habet, absque Græcorum ele-
mentorum delineatione, ab antiquario omifforū, cum ait: Hoc tempore Macedonius Con-
stantinopolitanus Episcopus ab Imperatore Anastasio dicitur expulsus, tamquam Euangelia
falsaret, & maximè illud Apostoli dictum^d: Quia apparuit in carne, iustificatum in spiritu.
Hunc enim mutasse, vbi habet, qui . . . hoc est . . . monosyllabum Græcum, littera
mutata in . . . vertisse, & fecisse . . . id est, Vt esset Deus, apparuit per carnem. Tam-
quam Nestorianus ergo culpatus expellitur per Seuerum monachum.] In posteriori edi-
tione Surij lacunæ modo implentur: vbi habet & c, hoc est, qui, monosyllabum Græ-
cum, littera mutata in ω vertisse, & fecisse ωc, id est, Vt esset Deus, apparuit per carnem.]
At ipsi Græci habent: καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ ὁμοσύναις μυστήριον. Θεὸς ἐφανερώθη ἐν
E σαρκί, ἐδημιώθη ἐν σαρκί, ὡς ἐν ἀγγέλοις, &c.] id est: Et manifestè magnum est pietatis
sacramentum. Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, &c.] Sic igitur in
eo facta mutatio reperitur, vt quod habet germana lectio, Apparuit in carne] mutasse dice-
retur, Apparuit per carnem.] ex qua mutatione posset fides Catholica in discrimen addu-
ci. Ita in suspitionem Nestorianæ hæresis, arte perfidi Imperatoris eiusmodi constantis ca-
lumniam, Macedonius adductus est: sed erant hi prætextus, vulgi ore iactati, non tamen
in Synodo vlla cogniti vel examinati: vi enim, non sententia Episcoporum Macedonius sui
passus est throni iacturam, vt inferius sequenti anno dicemus.

^c Liberat Di-
ac. Presb. c. 19
CALUMNIA
DE CORRUP-
TO TEXTO
DINAR
SCRIPTV-
RÆ.
^d 2. Tim. 3.

Porrò Anastasius Bibliothecarius in Chronico sub eodem anno res paulo latius profe-
cutus ait: Constantinopolitanus Episcopus anathematizabat damnantes Synodum Chal-
cedonensem.] & paulo post: Interea monachi quidam hæretici ducenti venientes Con-
stantinopolim vna cum Seuero impio contra Macedonium atque Chalcedonense Con-
cilium,

lium decernebat. Hos Anastasius honorifice suscepit veritatis inimicos, qui conturbauerunt Orientem, & Constantinopoli eadem operantes. Ioannes vero Alexandrius Episcopus duo millia librarum dare spondit Imperatori, si edicto proposito perfecte damnaret Concilium Chalcedonense. Imperator autem Macedonium rogabat Apocrisiariis communicare Ioannis, Ioannemque recipere, Synodum neque recipientem, neque damnantem. Macedonius autem restitit, dicens non se illis communicaturum, nisi confiterentur matrem & magistram Synodum Chalcedonensem.] hæc de his Anastasius Bibliothecarius, qui & ista addit:

DOROTHEVS RELEGATO IVR IN CASIM.

Porro monachi Orthodoxi, qui erant in Palaestina, martyrij æmuli, venere Constantinopolim acturi contra Scuerum, & eos qui cum eo erant hæreticos. Dorotheus autem monachus Alexandrinus multorum versuum librum edidit pro Chalcedonensi Synodo, quem dedit Magnæ vxori fratris Anastasij, cum esset Orthodoxus: ipsa vero Anastasio obtulit librum, sperans per hunc eum fore mutandum: quem cum legisset, & præter votum suum esse reperisset, Dorotheum apud Oasim exilio destinat, & librum pro nihilo ducit, eo quod superius esset inscriptus Tragedia, quemadmodum à Magno Basilio fuisse editum aiunt contra Iulianum. Macedonius vero, quod accepisset Flavianum non rectè sentire de Concilio Chalcedonensi, eum cum aliis, qui aliquid mutirent contra idem Concilium, anathematizauit.] At res Flauiani se aliter habuisse, suo loco dicendum.

Cum Secundino Felix Christi anno vndecimo post quingentesimū à Theodorico creatus est Consul: hunc Felicem Gallum natione fuisse, scriptæ ad eum & aliæ ad Senatū ab ipso Theodorico epistolæ docent, quibus & ex Indictionum numero eiusdem temporis Consulatus ostenditur, vbi dicitur: Sume igitur per Indictionem quartam Consulatus insignia.] concordant & Fasti Consulares Marcellini dicentis, quarta Indictione creatum fuisse Consulem Felicem cum Secundino. Gallum quidem natione itidem Theodoricus fuisse tradit, & eius parentem plurimum prædicat. Porro eius parentis laudes, Felicis item nomine, latius explicatas habes iambis Sidonij Apollinaris, quorum est titulus: Ad Magnum Felicem Consulem.] quem & fratrem appellat, cum in ipsa inscriptione subdit: Domino pio fratri, &c.] est carminis eiusmodi exordium:

Dic, dic quod peto, Magne, dic amabo, Felix nomine, mente, honore, fama, Natis, coniuge, fratribus, parente, Germanis, genitoris atque matris Ex summo patruelium Camillo, &c.] Parentem namque ipsius itidem Felicem nominatum meruisse Consulatum, idem Theodoricus in epistola ad Senatū ita declarat: In ore quippe rumor est, quondam Felicis adhuc viuere Consulatum: quia bona durare norunt post hominem; & quod gloriosè geritur, sine temporis non tenetur.] Sed quando, dices, Felix iste Senior Consulatum gessisse reperitur? Apud Marcellinum in Chronico adnotatur Felix Consul cum Vibiano anno Domini quadringentesimo sexagesimo tertio: apud Cassiodorum vero collega Vibiani Basilius ponitur, adeo vt idem Basilius Felix dictus existimetur. Ad hunc itidem Seniore Felicem scriptas esse complures Sidonij familiares epistolas, quæ extant, mihi facile persuadeo.

Apud Cassiodorum lib. 2. epist. 3. DE FELICE SENIORE CONSULE.

Quod rursus vero ad eundem anni huius Consulem Iuniorem Felicem pertinet, idem Theodoricus in epistola ad Anastasium Imperatorem de eius Consulatu data, hæc inter ceteras viri laudes: Dignus planè largiatibus nostris, qui in ipso pueritiæ flore maturis moribus lubricam frenauit ætatem; & quod rarum continentia bonum est, patre priuatus grauitatis factus est filius, cupiditatem inimicam sapientiæ subiugauit, vitiorum blanda contempsit, superbiæ vana calcavit, &c.] Hæc & alia de laude eius dum lego, in eam inducor opinionem, vt existimem hunc illum esse Felicem Præfectum & Patricium, ad quem extat Fausti epistola de pœnitentiâ. Ex eodem quoque stemmate ortus videtur Felix ille adeo celebratus

Apud Cassiodorum lib. 2. epist. 1.

Extat in Biblioth. sancti. non ad.

A celebratus Antistes Namneticus, quem Venantius Fortunatus carminibus celebravit, nec non soluta oratione: nam inter ceteros hos de eo versus habet:

Maxima progenies titulis ornata vetustis, Cuius & à proavis gloria celsa tonat. Nam quicumque potens Aquitanica rura subegit, Exiit ille tuo sanguine luce parens, Germinis antiqui venerabile culmen in Orbe, Laudibus in cuius militat omne decus, &c.] At satis occasione Consulatus Felicis de eiusdem familiae à Camillo deriuata viris illustribus dictum, quibus clarior redditur eius purpura Consulatus. Iam vero, qui ad limen anni huius diutius morati videmur, quæ in eo intro reperiuntur res gesta conspiciamus.

DE FELICE EPISCOPO. Venant. Fortun. in laud. Felic. lib. 3. carm.

B Magnò planè Anastasij Imperatoris scelere Marcellinus signauit hunc annum, nempe exilio Macedonij Episcopi Constantinopolitani, cum iam sedisset annos quindecim: qui tam calumniis exagitatus, quàm violentia adhibita sum motus, per milites abreptus, deportatus est in exilium, atque in eius locum nefandus est susceptus Timotheus, quod Catholicæ fidei maximum attulit detrimentum. At quomodo se ista habuerint, quæve præcesserint atque subsequuta fuerint, rerum gestarum ordine referamus ex Theodoro Lectore: ex quo etiam intelligi potest facta hæc esse huius anni tempore maioris hebdomadæ, quæ sanctum Pascha præcedit, more suo diabolo sacris iis diebus maiorè excitante aduersus Ecclesiam empestatem. At igitur

MACEDONIUS EPISC. CONSTANTINOP. EXIIT IN EXILIUM.

Theod. Lect. Collect. lib. 2.

Diuisi vero ab Ecclesia, turba quadam mercenaria collecta, templum Archangeli, quod in Palatio est, die Dominica ingressi sunt: Et cum psaltes Trisagion dicerent, illi cum additione, Qui crucifixus, est pro nobis, respondentés psallunt. Sequenti die Dominica idem in magnam ecclesiam cum spadonibus ingressi fecerunt. Populus vero zelo raptus, primum vocibus reclamat, & vociferantibus ac conuiciantibus conuiciando respondet. Tandem vero Imperator cum multis manifestè Macedonio resistens, iam monachos excommunicatos, iam ipsos primores subornat, vt nefandis conuiciis & vociferationibus Episcopum impetant, cum quibus erat etiam Iulianus Episcopus Halicarnassi Carie, & Seuerus monachus, qui & fidei & sui ipsorum facti fuerant inimici.] In tanto rerum fragore, cum violentia Imperatoris adeo irgeret Ecclesiam: ne indefensa veritas prostrata penitus remaneret ludibrio exposita hæreticorum: excitauit Deus spiritum etiam paruulorum, vt cum populo omnes assurgerent, atque strenuè absque timore ex aduerso consisterent: nam subdit Theodorus:

QVAE CONTRA FIDEM CATHOLICAM MACEDONIUM ACTA SINT.

Populus autem cum mulieribus & paruulis, infinita multitudine cum Præsidibus monachorum congregata, per ciuitatem clamant: Tempus martyrij est, ô Christiani: Patrem nemò deserat. Imperatorem vero, probri gratia, Manichæum & Imperio indignum vocant. Quibus Imperator territus portas Curie Imperialis vndiq; claudit, & nauigia fugæ accommoda Palatio adhibet.] hæc quidem ea die. Prætermissa autem à Theodoro Euagrius ista addit: Cum postulationi Anastasij Macedonius strenuè resisteret, seq; fidem minime proditurum constanter asseueraret: Anastasius Imperator insidias contra eum tendere cœpit, ad eum sanè finem, vt Episcopatu exturbaret.

POPVLVS CONSTANTINOP. IMP. DEI ARDOR RESISTIT IMPERATORI.

Itaque tandem accedunt adulescentes, calumniatores, qui cum se, tum Macedonium flagitiosi cuiusdã facinoris falsò reos arguunt. At vero vbi Macedonius genitalibus carere deprehensus fuit, ad alias fallacias se conuertunt, nec destiterunt, quoad consiliis Celeris Anticorum ordinis Præfecti (hic ante triennium gesserat Consulatum) ex occulto sede Episcopali dimouissent.] hæc Euagrius, atque Nicephorus. Quæ autem præcesserint occultam censionem Macedonij, Theodorus Lector ita narrat: Imperator cum pridie faciem se Macedonij posthac non visurum iurasset, misso nuncio obsecrauit, vt illum salutare liceat. Populus vero, cum ecclesiam Macedonius ingressus esset, monachos obtestabatur, dicens: Patrem habemus apud nos. Et qui ad scholam pertinebant, quoties ingrediebatur, cum laudibus ingredientem accipiebant. Et cum ingressus esset, Anastasium redarguit tamquam Ecclesiæ hostem. Ille vero per hypocrisim Ecclesiæ & Episcopo coadunari videbatur.] hæc quidem ea die, qua Anastasius simulauit se Catholicæ fidei consentire, & Catholicam velle confectari communionem. At quæ nocte sequenti? audi Theodorum:

Euag. lib. 3. c. 32. Niceph. lib. 16. c. 26.

Suspiciatus Imperator, si Macedonius iudicaretur, populum illi tamquam infonti opitulaturum: noctu illum violenter abreptum Chalcedonem misit, & inde Euchaitas abduci præcepit. Sequenti vero die Timotheum quemdam presbyterum & custodem ecclesiæ

TIMOTHEVS HAERETICVS EPISC. CONSTANTINOP.

Episcopum elegit: quem Litrobulam & Colonem, propter facta quaedam nominibus istis A conuenientia, vocarunt.]

Quod ad has voces pertinet, apud Theodorum Lectorem, pro κολωνα colonem, legendum ex Cedreno & Nicephoro κήλωνα. Est proprie κήλων equus admiffarius: inde sumitur pro libidinoso: Suidas interpretatur κήλων εἰς σωματισίαν. Litrobula λυτροβύλις, simile aliquid significat, tametsi eius vocis origo non exponitur à lexico-graphis: nisi quis dixerit, ex voce Græca & Latina λυτρόω, quod est redimo, & bulba, quod Latine scribitur vulua, ita compositum ignominiosum vocabulum, quo significetur homo mulierosus impurus, quem exprimere apertioribus vocibus pudeat.

Pergit autem Theodorus: Ecclesiam verò Timotheus ingressus nō est, nec ad Liturgiam accessit, nisi prius detractis Macedonij imaginibus & insignibus.] Obserua hic, lector, vt aliis in locis, moris fuisse affigi in ecclesiis imagines & signa tunc existentium Episcoporum. sed subdit Theodorus: Supplicationes Parasceues in templo Deiparæ, quod in Calcopratii est, Timotheus fieri excogitauit.] hæc de Timotheo, sed mox ista de Seuero: Ioannes Diacrinomenus de Seuero scribit, quod iuramentum ab eo Imperator acceperit, si Antiochenus Episcopus fieret, nullo se pacto sub pœna anathematis Chalcedonensi Synodo adhaerurum: deinde, quod illam, eo ipso die, quo ordinatus esset, ascenso suggestu, anathemate damna-ret.] Vides originem Seueri, à quo dicti sunt hæretici Seueriani; & qui nominati erant Acephali, quod tandem nobile caput nacti: Sed ad Timotheum rursus auctor:

FRANS HAE
RETICORVM
IN PROFES
SIONE SYM
BOLLI.

Timotheus ab amicis rogatus, Symbolum fidei trecentorum decem & octo Patrum per singulas synaxes dici curauit, ad reprehensionem videlicet Macedonij, quasi ille Symbolum hoc non reciperet; cum antea semel tantum in anno, in Parasceue scilicet Dominicæ pas-sionis, tempore quo Episcopus catechizabat, recitatum esset.] Verus & vītatus hic fuit mos hæreticorum, vt quod se Catholicos populo exhiberent; Nicænum Symbolum publicè recitarent. id peculiare Nestorianis fuisse vidimus atque aliis, Arianis exceptis: quod & facerè perueuerant Nouatores temporis huius hæretici, dum in ore semper versantes Symbolum Apostolorum, Apostolicos se esse perfidè mentiuntur, cum re vera Apostolicam & Catho-licam doctrinam impugnent. Sed rursus ad Timotheum, de quo hæc ad finem eius narra-tionis Theodorus apponit:

Studij
TIMOTHEVS
AD HORAS
FIDEM MV-
RAT.

Cum is qui in monasterio Studij * præfuerat, mortuus esset: abiit Timotheus in monasterium illud, vt ibi Episcopum eligeret. Is verò qui ordinandus erat, ad eum dixit, non pas-surum se, vt ordinaretur à viro qui Synodum Chalcedonensem anathemate damnaffet. Res-pondit huic Timotheus: Anathema sit cui libet homini Synodum Chalcedonensem auer-santi, vel anathematizanti. Quo dicto, qui ordinandus erat, ordinationem suscepit. Ioan-nes autem quidam Antiochenus cum Manichæus esset, Timotheum contumeliis affecit, & ad Imperatorem currens, quæ gesta ab illo essent, patefecit. Imperator vocatum ad se Timotheum grauius increpuit. Ille verò negauit dicens: Anathema sit quisquis Synodum Chalcedonensem recipit.] hæc de his Theodorus: quibus planè vides inconstantiam hæreticorum, temporariam pro rerum occasione fidem habentium atque mutantium, quod mille ferme exemplis superius demonstratum est.

Niceph. lib.
1. c. 26.
MACEDO-
NI SECTA-
TORES
QVAE PASSI

Sed quæ secuta sint post eiectionem Macedonij de eius sectatoribus Catholicæ fidei stu-diosis, hæc à Nicephoro * accipe: Senatus populusq; Constantinopolitanus eam ob causam, ob pulsam Macedoniam videlicet, in magno fuit mærore: nam & vitæ sanctitatem, & do-ctrinæ sinceritatem in Macedonio admirabantur. Etenim pietatis studio, dignitateq; sacer-dotali is valde eminebat, vt qui à Gennadio educatus atque edoctus fuisset, cuius etiam ex fratre nepos fuit. Contra sectatores eius postea grauis persecutio orta est. Quidam enim exi-lio, nonnulli relegatione, alij accusationibus iniquis, alij bonorum publicatione afflicti sunt. Multi etiam qui fuga sibi consuluerunt, Romanam peruenerunt.] complures autem esse re-legatos in Oasin Thebaidos, ait Anastasius Bibliothecarius in Chronico. At minimè his contentus Imperator ob odium quod conceperat contra Chalcedonense Concilium, hæc quæ sequuntur adiecit, sic enim ait idem qui supra Nicephorus:

ACTA CHAL-
CEDONEN-
SIA COM-
PVSTA.

Imperator illico Chalcedonensem Actorem libellum, quem Macedonius in arca san-ctiore deposuerat, per Calepodium quemdam furtim sublatus conscidit atque igni tradi-dit, & Macedonio, qui sic ducebatur, condemnationis sententiam misit. Atque is interro-gauit, an illi qui se damnaissent, Chalcedonensem Synodum recepissent. Et vbi illi qui ad eum sententiam attulerant, id inficiati sunt: ipse, Si, inquit, Arianæ & Macedoniani con-demna-

A demnationis libellum ad me misissent, num recipere possum? At ille Euchaitem ductus est.] hæc de Nicephorus. Quod pertinet ad incensum ab Anastasio Actorem volumen, putan-tur quidem Acta illa, quæ tantà religione custodiebantur à Macedonio, fuisse originaria ipsius Chalcedonensis Concilij. His verò adde quæ apud Paulum, seu Ioannem potius Dia-conum in Miscella leguntur his verbis:

* Paul. Diacon.
Miscell. lib. 19.
DE IULIA-
NAB CON-
STANTIA
ET ALIO-
RYM.

Interea Iuliana illustrissima femina, quæ templum Dei genitricis apud Honoratas con-struxerat, valde pro Chalcedonensi Synodo satagebat: ita vt ei nec Imperator quidem, mul-tas aduersus eam versutias adinueniens, Timotheo communicare periuadere valuerit: sed nec ipse Timotheus frequenter ad eam petgeas hoc potuerit ei persuadere. Pompeium quo-que consobrinum illius, & eius vxorem, quæ mulier erat ornata, multis Imperator Augustus humiliabat, vt ablegaret veneratores Synodi, & eos qui in exilio Macedonio Episcopo lar-giebantur quæ necessaria erant. Deinde idem Timotheus quosdam ex principibus præcepit in templo S. Theodori Sparatij super ambonem Trisagij additamentum admittere, id est, Qui crucifixus es pro nobis: ita vt multitudines indignatæ per diem litaniarum illinc egredie-rentur: quando & Timotheus per com monitorium scriptum omnibus præcepit Ecclesiam, Trisagion in litanis dicendum cum additamento: quod multi metuentes fecerunt. Mo-nachi verò alium psalmum psallendo venerunt. Hos autem populus videns, clamauit: Bene venerunt Orthodoxi. Simultas etiam facta est multa, & incendium domorum multarum, & homicidia dena millia; turba vociferante aduersus Anastasium, & Vitaliana Imperato-rem petente, ita vt fugeret Anastasius & latitaret, ab ipsa que Ariadna laceraretur iniuriis, vt-puta multorum causa malorum Christianis effectus.] hæc ibi.

INCENDIA
ATQ; VBI
DVSI IN PO-
PVLO FACTA

Quod verò Anastasius militibus præfecisset duces eadem qua ipse impietate foedatos, per eos à populi furore sæpe defensus euasit; è latebrisque inopinatus emergens, noua rur-sus per eosdem aduersus Orthodoxos prælia excitat, non quidem Constantinopoli, sed fo-ris; in hoc omni studio laborans, vt per Seuerum monachum hæresim stabiliret, quem stre-num eius defensorem sub pollicitatione Episcopatus Antiochenæ Ecclesiæ iuramento op-pignerauerat, vt ad Thronum illum eueheret, cui tunc præsidebat Flavianus defensor Ca-tholicæ veritatis. Verum vt laruam aliquam iustitiæ turpissimo facinori Anastasius superin-duceret, ad id perficiendum, apud Sidonem in Phœnicia Sinodum sequenti anno cogi man-dauit, de qua suo loco dicemus.

PRO SEVE-
RO HÆRE-
TICO ANA-
STASIVS
LABORAT.

De Seuero autem monacho modò nobis agendum, qui fax, lues, atque perditio totius Orientalis Ecclesiæ à prauo demone est productus in medium, monstrum quidem omnium vitiorum deformitate compactum: vt planè intelligas huius exemplo, quales esse consueue-rint, quos sibi diabolus in omnibus inueniens obsequetes per eos afflatus spiritu malo loqui-tur contra Deum blasphemias. De Seuero igitur hæc deprompta ex Synodicis Actis accipe. In libello enim sanctorum Patrum Orthodoxorum Constantinopolitanæ Synodo^b sub Men-na Episcopo congregatæ oblato hæc leguntur de Seuero & gregalibus eius:

QUALIS
IMPIVS
SEVERVS.

Quis nesciat eorum vitam torporem admodum & sceleratam ab ineunte ætate esse, & dæ-monibus addictam? Et quod in veneficiis Seuerus deprehensus est, in ciuitate Berythorum dæmoniis feruens, & eiusmodi calumniam fugere volens, finxit se ponere, & fugere diabo-licam opinionem suam, & venire (vt dicebat) in Tripolim ad venerabilem domum sancti & clarissimi martyris Leontij. Et nōdum perfectis diebus his quibus ipse baptizatur, postquam vidit (veritate paululum simulans) perspicuè, quod rursus ad antiquum gentilitiæ opinio-nis suæ vomitum reuerti non poterat, per aliam viam ad id quod studebat peruenit: Nam negauit statim Ecclesiam in qua baptizatus est, & processit ad Acephalos hæreticos, qui ea quæ Euychetis sunt sapiunt; vocantq; sanctas Dei domos diuersoria hæresis & impietatis, reprobans propter hoc baptismum, quem dicit se accepisse: vt in ipso impleretur propheticus sermo, qui de huiusmodi dicit: Alienati sunt à vulua, errauerunt à veritate, locuti sunt fal-sa, furor ipsis ad similitudinem serpentis.

^b Synod. Con-
stantinop.
Act. 1. tom.
2. Concil.

SEVERVS
PRIMOR-
DIA, EX MA-
GO HÆRE-
TICVS.

Psal. 75.

Quod autem & ipsam Acephalorum religionem simulauerit, ex consequentibus omni-bus manifestum fuit. Præsidebat enim suæ Acephalæ sectæ, quod Vnitium dicitur non admittens, sed nouitium ipsum & diuultium appellans, & in suis propriis conscriptioni-bus anathematizans.] hæc de ipso Patres & alia plura: quibus patet, sic versipellem homi-nem ad hæresim Imperatori, vt non Acephalorum tantummodo sectandam sibi hæresim pro-poneret, sed illis deteriora doceret. Innatum namque est hæreticis, vt nequeant loco consi-tere, neque sciant solidam stabilitatem, quod delinquentium proprium est, secundum illud

Hære-

Hieremias lugentis: Peccatum peccavit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Sed accipe quid de eiusdem Seueri primordiis habet Euagrius:

Euag. lib. 3. c. 13. Nicopolis lib. 16. c. 19. VARIIS SEVERI STAT.

Huic (inquit) Seuero patria fuit Sozopolis vrbs Pisidiaz. Verum simulac in sacro templo Leontij, diuini martyris, que Tripolis vrbs Phoeniciae maritima colit, fuit lauacro baptismatisinctus, se a legum studio ad vitam monasticam transtulit; quam quide vitam traduxit in monasterio, quod medium locum inter urbem Gazam & oppidum Maiumam occupat. In quo loco Petrus Hiberus, qui eiusdem Gazz fuerat Antistes, quiq; cum Timotheo Eluro fugerat, iisdem incedens gradibus, hominum sermone post multu predicatus fuit. Porro autem Seuerus, de quo instituitur oratio, cum Nephelio (qui antea cum eo eiusdem secte & opinionis fuisset, nimirum quod vna in Christo natura sit, postea tamen Concilio Chalcedonensi, & doctrinae eorum qui duas naturas in Domino nostro Iesu Christo inesse asserunt consensit) in disputationem veniens, a Nephelio & eius fautoribus vna cum aliis compluribus, qui eadem fuere opinione, e monasterio suo pulsus est. Inde igitur Constantinopolim recta se contulit, pro se, proq; illis qui cum eo eieci erant, legationem obiturus. Sicq; Imperatori Anastasio (sicut traditum est ab eo qui vitam Seueri scripsit) notus esse cepit. Itaque litteras scripsit ad suos fratres de mutua inter se communione, in quibus nominatim Concilium Chalcedonense anathemate damnauit.] hanc Euagrius: reliqua suo loco inferius.

Liberat. Di. as. 2. c. 19. 20. 1. concil. PROBATIC. NET-MPO. RI. FIDEM SEVERVS MUTAL.

Sed & de eodem Seuero quae Liberatus^b Diaconus scribat, ex scriptis eiusdem Seueri de prompta, in medium afferamus: Is enim (inquit) Seuerus cum sederet prius in monasterio, non suscipiebat Zenonis edictum, nec Petrum Mogum. Deinde sedens in Abbatis Romani, & Meinae, qui post eum fuit, monasterio, exinde missus est vt permaneret Constantinopoli, & sit Apocrisarius inter eos qui Petri Mogi erant. Dumque obiceretur ei: quomodo prius anathematizabas Petrum, dicebat: quia Petrum anathematizauit Apamenum. Hic Seuerus apud Constantinopolim Synodo derogabar, & anathematizata affirmabat: & ob omnes qui ei communicarent: ita vt & hoc scriberet & ipsi Flauiano, sicut eius significatur epistolis, & ad Maronem lectorem, & Eleusium & Euthereum Episcopos, & ad Oecumenium scholasticum Isauriae. Fertur autem expositio eius, quae ab eo dicta est, in qua vnitiuum suscepit Zenonis, & anathematizauit Chalcedonense Concilium, & communicare se confiteretur Alexandrino & Constantinopolitano. Erant autem tunc Constantinopoli Timotheus, Alexandriae vero Ioannes Machiora Episcopi. Et tamen dum talis erat, valuit damnate Macedonium, & expellere ab Antiochena sede Flauianum.] hanc Liberatus de Seuero Imperatoris parrocinio omnia audente & inualecente in dies magis. Sed Anastasij conatus aduersus fidem Catholicam prosequamur: non tanta enim eum cura tenebat vt barbaros subiugaret, quanta vt Catholicam fidem penitus aboleret.

ANASTASVS TENTAT SANCTISSIMOS VIROS.

Nam non Macedonium tantum, eosve qui erant Constantinopoli Orthodoxos expugnare conatus est perfidus Imperator, sed etiam longe positos, magni nominis sanctissimos viros exagitauit, in quos primum blanditiis, nempe muneribus, litteris, omniq; genere illecebrarum & simulatione, atque omnibus ad suadendum aptis coloribus ad cuiuscumq; animum commouendum tanquam validissimis arrietibus vsus est, quod si minimè his impulsibus animus flecteretur, instaurato nouo certamine, vinculis, carcere, & exiliis, ex blando truculentus persecutor effectus, rem agebat. At vel vnum saltem certaminis huius exemplum adducamus in medium, ex quo & reliqua nobis incomperta intelligere valeamus. Magnus ille Theodosius Cœnobiarcha, qui his temporibus claruit in Palaestina, cuius saepe magna cum laude Cyrillus^c meminit, atq; Suidas^d & alij, his ab Anastasio Imperatore certaminibus est appetitus, quae in eius vitae rebus gestis his verbis quam exactissime describuntur (vt dicunt) ab ovo, etsi ab incerto, certo tamen temporis eiusdem auctore, vt nihil sit quod iure reuocari possit in dubium, vt pote veritate omni ex parte constantia:

Cyril. in Sa. ba. Suid. in verb. Anastasij.

Apud Sw. no. 1. die 11. Ianuar. ex Metaphr. SCRIPTOR SEERVM THEODOSII.

Tulit (inquit) aliquando nostrum quoque tempus Imperatorem, qui quidem prius fuerat (quantum apparebat) paradisi voluptatis, postremò autem rebus fuit cognitus campus destructionis, & vnus scilicet ex his pastoribus, qui gregis oues dispergunt & perdunt, & eas turbida potant subuersione: & vt reliqua illius praetermittam, hoc quidem accipiet quod post nos sequetur tempus.] Intelligis, puto, lector, sui temporis res gestas auctorem conscribere, qui etsi nomine habeatur incognitus, Cyrillum hunc ipsum existimo, qui sicuti sanctorum Sabae & Euthymij atque Ioannis Silentarij & aliorum Vitas scripsit est persecutus, ita haud par est credere quem habebat pra oculis Theodosium praetermisisse, praetermisisseque res ab eo praclare gestas minimè pra sui dignitate obuendas silentio, posteris tradere. Con-

icio

hicio quidem ab imprudente aliquo oblitteratum Cyrilli auctoris nomen, qui referens illud ad Cyrillum Hierosolymitanum Episcopum, qui claruit sub Constantio Imperatore, falsò putarit tribui Cyrillo historiam, qua res gestae sub Leone, Zenone, & Anastasio Augustis tractantur, ignorans ipsum de quo est sermo nobilem historicum Cyrillum aequè Palaestinum hoc vixisse tempore. Sed quae his subiicit, audiamus:

Neque enim par est, vt id mandetur obliuioni propter eos, quorum est scelus insigne, qui (vt dicit Isaias^a) concipiunt dolorem, & pariunt iniquitatem. Hec mihi, impius, Anastasius^b scilicet Imperator, siue ab aliis ad hoc motus, siue hunc sceleratum foetum ex se produxerit, (Stultus^c enim stulta loquitur, & cor eius vana cogitabit.) Patrum qui Nicæae fuerunt sacra dogmata, tamquam montem Sion & Turrim fortitudinis scilicet aggreditur, illa quide volens abrogari, valere autem sententiam Acephalorum, quam a ratione alienam & verè dæmoniacam, hoc est, carentem capite iure quis dixerit.] Intelligis perspicue, arbitror, lector, etsi non nominet, satis viuis pingi coloribus Anastasium Imperatorem caput se exhibentem heresis sine capite existentis, de qua satis superius dictum est. Sed pergit auctor de eius in peruerso dogmate stabiliendo conatu:

Potentiae autem admisceat improbitatem, vt hac quide deciperet, illa autem ad effectum redderet quod contendeat: vt neque vis si esset immixta, & persuasione minimè contemperata, molesta videri possit & planè violenta, vt quae robur accepisset ex sola occasione: neque rursus persuadere si impotens sit & imbecillum, & quod possit pauca & apud paucos efficere: alios quidem ex Episcopis adorabatur minis & exiliis, alios autem honoribus & assestantionibus, & nonnumquam etiam corrumpere pecunia, & suum malum aliorum quoque efficere, & morbum communicare contendeat, mutabilis non minus quam Proteus (vt Graeci dicunt) & non minus mente quam ille aspectu varius.] quid mirum? Vbi enim (inquit Iacobus^c) zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum.]

ACEPHALORVM SECTAE DE PROPAGATOR ANASTASIVS.

DVPLICI ARTE CONATVR EXPVGNARE CATHOLICOS.

c Iacob. 3.

Sed quid in hunc ipsum, de quo est sermo, Theodosium molitus sit, & quo tempore id aggressus, iam ex eodem auctore intelliges: dum enim ait ipsum postremò Theodosium tentasse, planè praelia illa ad istae tempora referas, opus est: cum post eiectum tantae ciuitatis Episcopum, Macedonium nempe Constantinopolitanum Antistitem, nulli amplius parcendum putauit. Sed & quod experimento didicisset, quanta vis esset in monachis ad laudendum, quantumq; accepisset haereticis ex vno Seuero pseudomonacho additamentum: monachorum ductores praecipuos tentare aggressus est, atque inter eos (vt diximus) magnum hunc nomine & factis eximium atque celebrem Theodosium, concipiens & ex nomine vanam spem, mente recolens finestissimum illum itidem Theodosium nominatū, ac pariter

THEODOSIVS MAGNI NOMINIS COENOBIA RCHA.

classibus monachorum praefectum, simulq; in eadem Palaestina versatum, qui temporibus Marciani Imperatoris & Pulcheriae Augustae sub Iuuenali Hierosolymorum Episcopo fauerat impietati, atque etiam violentia armatorum fouerat eandem haeresim Eutyrianam, stultè, inquam, fore sperans, vt qui idem nomine & professione, eodemque loco consisteret Theodosius, eadem ab eo praestari possent, immò cumulatius exhiberi, quod ob vitae sanctitatem sciret ipsum ad populum commouendum longè esse maioris auctoritatis. At sicut longè diuersus penitusq; contrarius fuit Iudas à Iuda, nempe à proditore fidelis Apostolus, & à Simone Simon, nimirum à mago princeps Apostolorum, pastor à lupo, pius ab impio, atque Sanctus à nefandissimo peccatore discretus; ita planè Theodosius à Theodosio discrepauit, Catholicus ab haeretico: quod facta ipsa declarant. nam auctor:

Postremò (inquit) hanc quoque magnam turrim aggreditur Imperator. machinae autem erant aurum, idq; non paruum, vt posset contemni, sed quod redibat ad summam triginta librarum, eratque donum non nudum & aperte donum, ne non acciperetur, vt quod suspitionem pareret auaritia, sed id quoque occultabat praetextus speciosus & valde probabilis, nempe pauperes, & quae erant necessaria ad vsu fratrum aegrotantium: his virum conabatur ingenium redigere in seruitutem.] in quem ita inuehitur auctor: Et si bonum existimas & gratum piorum animis id quod à te, ó vir egregie, innouatur: ego illi dixerim: Cur non ab ipso finis trahi amatores, & propria vinci pulchritudine eos qui sunt pulchri amatores, sed id pecuniis ornas & muneribus, quod solet fieri turpibus & deformibus, & quae sunt aliena ornamenta & artificia?

CONCELIVM THEODOSII IN ACCIPIENDO MISSAM IMP. ELES-MOSYNAM.

Cum ergo cognouisset ille magnus, id quod fiebat ad illa pusilla & abiecta anima, temere aduersus se comparari: erat (vt vulgo dicitur) aquila in nubibus, vt qui nec posset capi, nec vinci: sed re vera potius eum capit, qui simulabat. Nam aurum quide non repellit, ne forte vide-

videretur temere suspicari, & offensionis aliquam præbere occasionem: sed duplici damno affectu aduersarium, simul quidem priuans pecuniis, cum esset alioqui auarus, & simul etiam spem vanam & inanem ostendens, qua ducebatur, & quæ scopo nihil habebat consequens. Sed quem leonem existimabat se iam habere in pedicis, cum in se cõcitasset vehemētissimè, præclare ostendit (vt est in prouerbio) capream iniisse pugnam aduersus leonem: nam cum iam tempus aduenisset, & ille ab eo petisset confessionem, & adessent qui ea de causa missi fuerant, hic mihi considera animi virtutem & fortitudinem.] Sed antequam sanctissimi viri conatum aduersus impium & impietatem indefesso studio editum enarremus, hic ne quid pariaris offensionis, in limine siste.

Scimus victimas impiorum execrabiles Deo, & Catholicam Ecclesiam respicere oblationes hæreticorum, quæ solemnè ritu ad ecclesiam deferri consueuerunt, utpote ab omni communicationis consortio alienorum: At procul absuit, vt id genus esset Anastasij hæretici Imperatoris auri triginta librarum oblatio, missa vt erogaretur in pauperes, & si quid egerent subiecti sibi monachi, illis Theodosius partiretur. Ad quod præstandum, nempe vt elemosynis concilietur Deus, debet quilibet impius suaderi, necdum repelli; exemplo Danielis id ipsum Regi æquè impio ita suadentis, atque dicentis: Quamobrem, Rex, consilium meum placeat tibi: & peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis.] Sic igitur Theodosius erogandas accepit oblatas ab Imperatore pecunias, tum vt hoc modo ad salutem consequendam viam illi aperiret apud Dominum, tum etiam vt per eiusmodi officium aditum sibi quoquo modo ad insinuandam eidem fidentiùs veritatem patefaceret, vt tamquam amicus audiretur, nec veluti aduersarij hominis eius sermo respiceretur; quod & patefecit euentus. Sed pergit auctor de vigilantia sollicitudine Theodosij in comparando exercitu, & habendo delectu, quo strueret aciem aduersus insurgentem Imperatorem:

Cum (inquit) omnes simul congregasset ciues solitudinis, & dixisset esse tempus, vt finem acciperet dictum illud Prophetæ, quod iubet mitem fieri pugnatorem; & eos instruxisset ad suscipienda pro pietate certamina: se ostendit esse ducem, se virum strenuum & fortem & primum in omnibus.] atque armorum preclium imitatus, in quo antequam pede collato cominus concertetur, missilia mittuntur eminus; ita ipse primum omnium cum Imperatore (inquit) per litteras est congressus. Et lubentissimè quidem meminisse illarum ipsarum probationum, quibus Theodosius apertas nugas esse ostendit ea que ex propositis videbantur esse validissima; sed propter prolixitatem, & ea spectans, de quibus agitur in præsentia: multis enim manibus opus esset & libris.] declarat planè hic auctor, haud fuisse Theodosij ad Anastasium Imp. breuem tantum scriptam epistolam, sed quæ fidei Catholicæ defensionem fortissimam contineret; ob idque multis eam oportuit fuisse argumentis aculeatam: quam vtinam transmississet ad posteros integram, cum solum eius meminit in dicendo libertatem, paucisque ostendit, quàm esset homo liber, & qui nequaquam deiici deprimè poterat: nam accipe quæ in ea scripta sunt:

Cum hæc duo sint nobis proposita, ô Imperator, vel turpiter & illiberaliter viuere consentiendo Acephalis, vel honestè mori sequendo recta Patrum dogmata: scito à nobis mortem esse præferendam. Tantum enim abest vt hæc noua sequamur dogmata, vt non solum in loco mansuri simus præcedentes Patrum leges sequentes; sed eos etiam, qui præter hæc alia tueri sustinuerint, piè abdicabimus & subiiciemus anathemati: sed nec vllum ex Acephalis ordinatum per vim suscipimus. Absit vt hoc fiat, ô Rex Christe. Et si tale quid contigerit, veritatis Deum præsidem testantes, vel potius illum ipsum, qui nunc ab ipsis maledictis & blasphemis appetitur, vsque ad sanguinem resistemus, & quomodo pro patria, ita pro recta fide lubenter animas profundemus, etiam si ipsa sancta loca igne perdenda visuri simus. Quid enim opus est solo nomine, quando ipsa sacra re vera afficiuntur contumelia?

Nos ergo nequaquam admittimus aliquid sentire (tantum abest vt dicere) quod discrepet à sanctis & cœumenicis Conciliis: Ex quibus primum quidem ornatur trecentis decem & octo Patribus, qui cum aduersus Arium in sancto Spiritu Nicææ conuenissent, anathemati miserum subiiciunt, & à corpore abscindunt Ecclesiastico, alienantem à Patris essentia eum qui est natura Filius, & introducens dogmata aliena à recta fide. Secundum autem impulsu diuino congregatum aduersus Mæcedonium, qui ipse quoque sceleratè loquebatur aduersum bonum Spiritum, eum abdicat. Tertium autem aduersus profanam & execrandam linguam Nestorij, qui ipse quoque absurda erat locutus aduersus Christicarnis susce-

Isaia 1.

Dan. 4.

DE THEODOSII EPISTOLA APOSTOLICA AD IMPERATOREM.

EX EPISTOLA S. THEODOSII AD ANASTAS. IMP.

GENEROSA CONFESSIO THEODOSII

A præ consilium, pulchre Ephesi conuenit. Post hæc quidem fuit etiam Chalcedonense sexcentorum & triginta duorum Patrum: qui cum etiam ea dixissent quæ conueniebant prioribus; & quæ illi dixerant, adhuc accuratius exposuissent: infelicem & execrandum Eutychetem vnà cum Nestorio abscindunt à corpore Ecclesiæ, & fidem confirmant Apostolicam; & quicumque non ita sentiebat, decernunt esse alienum ab Ecclesia. Aduersus hæc & ignis accendatur, & ensis acuat, & mors quoque nobis acerba afferatur, immò verò, si fieri possit, pro vna innumerabiles: nos verò numquam prodemus veram religionem; neque ea quæ rectè placuerunt Patribus, ea abrogando, probro afficiemus. Testes sint eorum sudores, quos pro fide susceperunt, & multæ dimicationes: sed ea manebunt firma & immobilia & apud nos, & apud eos quos fas est & Deum & nos sequi. Pax autem Dei, quæ superat omnem mentem, sit custos & dux tuæ potentie.

B Cum hanc Imperator accepisset epistolam, remittens & vim afferre & conari persuadere, se potius submittere, aggressus est se de his excusare, quorum accusabatur; & sic composuit epistolam:

Huius innouationis, ô homo Dei, nos non sumus auctores. Testem confidenter inuocamus, qui omnia cernit, Dei oculum. Sed ab illis oritur hic motus, quos plus quàm alij oportebat hæc honorare silentio. Nunc autem cupientes singuli primi videri & dicendi facultate & dignitate, se ipsos feriunt, & nos ad se inuicem attrahunt. Quid nos ergo aliud oportet facere, quàm dum ij mouentur, nos non simul moueri, sed quietem amplecti; vt sic persuadere possimus eis, qui hæc mouere statuerint, dimissa tali contentione, vnà nobiscum quiescere?

Ommino enim tuam non later pietatem, quod quidam monachi & clerici, qui rectam fidei sibi vendicant sententiam, hæc mouere scandala, se ipsos (vt diximus) studentes ostendere primas obtinere partes in harum rerum cognitione, & quod mysterium & fidem in ore suo circumferant. Quæ quidem cum non possint comprehendi ab hominibus, nihil aliud quàm illos mendaces ostendunt & sycophantas. Ex quo etiam proficiscitur magna Dei in nos indignatio, eo quod existimemus mysterium non esse mysterium, nec ex sola fide consistere, sed ex absurdis nugis; & condemnamus eos, qui nos docuerunt Deum fide & mysterio colere. Vos ergo nunc quoque oportet, si vquam, orare pro Ecclesia, vt nos benignis Deus oculis aspicat, & pacem suis conciliet Ecclesiis, quæ tam malè sunt diuisæ propter studia ipsorum Præfulum. Quæ autem à nobis missæ sunt eulogiæ, nobis admodum lubenter ostensa sunt. Nostrum autem quale sit institutum, annuntiabunt pij monachi, qui à vobis missi sunt. Et hoc quidem modo se habuit epistola.] Vidisti planè Saul aliquando prophetatè: sed sicut eum euestigio malus aggressus est spiritus, ita planè exagitat Anastasium mentis delirium, & ex malo dæmone immissa phrenesis alienans è mente hominem, vana fatua, atque blasphema loqui ac furere penitus impulit. Declarant hæc quidem quæ de eodem Imperatore auctor post subdit, vbi primum hæc ait:

Sed qui hæc quidem scripserat Imperator, & tunc de furore paululum remiserat, & bellum quod aduersus rectam opinionem, vel suum caput potius gerebat, represserat: non multo interiecto spatio, grauis subit pœnitentia; & perinde ac si eum pœniteret, quod omnino parum esse pius statuisset, & se facilitatis nimie condemnaret, ad priora est reuersus. Difficile enim est (vt in prouerbio est) asinum confriçantem auertere. Rursum ergo edicta aduersus pietatem rursusque hic egregius martyr citra sanguinem: siquidem consideranda est voluntas, & non rerum exitus. Nam cum omnes essent planè consilij inopes & dubij quid egerent; & alij quidem blasphemiam defenderent, alij autem vererentur vel solummodo contradicere, fortasse autem etiam hac in re communi patri dicendi libertate cederent, & veluti ducis signum expectarent: tunc tunc euadit manifestu, qualis etiam senectus, quando zelo confirmatur, se fortiter & iuueniliter gerit aduersus ea quæ pro bono & honesto suscipiuntur pericula. Contemptis enim illis scriptis & decretis, munitisque innumerabilibus, turbaque quæ Imperatorem & Deum ex æquo reuerbatur, militibusque qui eos obseruarent, qui essent tale quid dicturi: illis omnibus contemptis tamquam vanis strepitibus, & dicens non esse suum, sed puerorum talia horrere tonitrua, leonis suscipiens impetum, cum Dei templum esset ingressus, & suggestum conscendisset, in quo solent legere sacerdotes, manu populo significans silentium: SI QVIS, inquit, QUATVOR SANCTAS SYNODOS NON TANTI ESSE EXISTIMAT QUANTI QUATVOR EVANGELIA, SIT ANATHEMA.

ANASTAS. IMP. EPIST. LA AD THEODOSIUM.

RVRSVM EVRIT ANASTASIVS IMP.

THEODOSIUS MAGNIS ANIMIS VERITATEM PROPVGNAT.

CHRISTI
SII.SYMMACHI PAP.
13.ANASTASII IMP. 21.
THEODORICI REG. 19.CIRCVIT
THEODOSIUS
REGIONES,
ARMAT
OMNES
TRO FIDE
TVLINDA.

Hæc cum dixisset, & tamquam Angelus populum adduxisset in admirationem, & vocem omnibus ademisset præ miraculi magnitudine, per silentium procedit per medium eorum tamquam dormientium & existimantium se in somnis videre, non autem verè id quod fiebat. Et fuit hoc quidem viri stratagema, ex quo dictas quoque sanctas Synodos in sacris Diptychis collocare statuerunt. Cum post hæc autem nonnihil esset cunctatus, & nec parum quidem subtitisset, obiit ciuitates quæ erant circum circa, discipulos & alios suos sectatores ex solitudine, veluti quidam dux exercitus eos qui sub se erant inducens, primus canos, primus etiam ostendens promptum animi studium, omnes obiens, factus omnia omnibus, certiores reddens eos qui dubitabant; adhuc confirmans eos qui erant stabiles; eos excitans qui erant, focondiores; eorum qui erant prompto & alacri animi studio, augens diligentiam; addens animum his qui extimescebant; adhortans eos qui decertabant; terrenis aduersarios, quod tam esset magno & generoso animo, vt ad eum non pateret aditus: medicinæ celeritate omnem morbum præueniens; docens omnes, quod Dei Verbum esset quidem idem simul Deus & homo, vna autem hypostasis, siue persona, vtramque eorum habens naturam, diuinitatem scilicet & humanitatem.

VANA HAR
RETICORVM
DELIRA-
MENTA.

Ad ea autem quæ dicta sunt probanda, adduxit illam sanctam Synodum œcumenicam, nempe Chalcedonensem, quæ ipsa quidem de Christo sic agit: & ea ratione effugit declinationes hæreticorum, quæ sunt in vtramque partem. Nam eo, inquit, quod vnâ confiteatur personam, repellit impiam Nestorij hæresim: eo autem quod non neget duas naturas, Eutychetis & Dioscori magis impiam exturbat hæresim: neque similiter vt Nestorius, Christum vnum diuidens in duos Filios & hypostasies, neque similiter vt Eutyches, & Dioscorus, & etiam Seuerus, in vnâ confundens naturam, vnus scilicet Christi diuinitatem & humanitatem: Nam plus quam par sit, habet vnusquisque eorum, vnus quidem fugiens diuisionem, alter verò contractionem.] & paulo post de Theopaschitis: Eutyches autem & Dioscorus & etiam Seuerus, qui se eis nuper adiunxit, & impietatis elegit esse particeps, vt qui vellent absurdissimam Nestorij tollere diuisionem, malum malo medicantur; & ipsi quoque rursus stultè audent introducere confusionem, vnâ & eandem nominantes naturam diuinitatis & humanitatis, & ad passionem (quantum ad eos attinebat) non verentes adducere impassibilem diuinitatem: si enim ex eorum sententia vna est Christi natura (is autem est re vera Deus & homo) fuit ergo diuinitas mortis quoque particeps. Sed scelerata his ora obstruantur, & mali malè cum suis pereant dogmatibus.] & post nonnulla ad Catholicam veritatem probandam sapienter adducta, ista ad postremum auctor:

Hæc ergo & his similia docens ille lingua libera, & quam acuerat confidenter loquendi audacia, quoniam Imperatorem magis ad iram prouocauerat, ab eo perpetuo damnatur exilio: ab eo inquam, qui iam ineuitabilem suam exterminationem, & quæ hinc erat futura, venientem ignorabat migrationem.] subdit autem de ipsius Imperatoris repentino obitu, de quo nobis suo loco dicendum. Hactenus certamen magni Theodosij, quem vita Angelis haud impar, & in editione signorum ac propugnatione Catholice veritatis Apostolis comparanda mirificè nobilitauit. Ita planè decuit præconem veritatis huiusmodi confessionis insignibus decorari; quo etiam cæcis fieret luce clarissima manifestum, quânam in parte, Seueri ne pseudomonachi, milliesq; sacrilegi; an verò Theodosij vita sanctissimi atq; miraculis celeberrimi fidei veritas esset; cum alioqui plurimi hoc tempore viderent Theodosio haud meritis impares viri præclarissimi, eiusdem Catholice fidei assertores atque propugnatores, vt inter alios Ioannes Silentarius atque Sabas, & qui sub eo militabant præstantissimi monachi & anchoritæ. Quinam autem fuerint his temporibus ipsius Sabæ in fide Catholica defendenda labores, dicemus anno sequenti: sed & de Theodosio inferius agendi occasio frequens erit.

IESV CHRISTI
ANNVS
512.SYMMACHI PAP.
ANNVS
14.ANASTAS. IMP. 22.
THEODORICI REG. 20.CONATVS
ANASTASII
CONTRA
PLEBATEM.

AD sequentem annum Domini quingentesimum duodecimum indicandum Consules dant Fasti Paulum & Muscianum: quo ob defensionem Catholicæ fidei populus Constantinopolitanus aduersus impium Anastasium Imperatorem insurrexit: quæ autem ab eo patrata

CHRISTI
512.SYMMACHI PAP.
14.ANASTAS. IMP. 22.
THEODORICI REG. 20.

A patrata fuerint, Marcellinus sub eisdem Consulibus sic breuiter recitat: Die Dominico, dum iubente Anastasio Cæsare, per Platonem in ecclesia Pulpito insistentem in hymnum Trinitatis Theopaschitarum quaternitas additur: multi Orthodoxorum pristina voce plallentes, perfidosque præcones clamoribus obiurgantes, in eiusdem ecclesiæ gremio cæsi sunt; ductique in carceres perierunt.

Altera nihilominus die in atrio sancti Theodosij maiori cæde pro fide vnica percussis sunt. Quapropter commota Orthodoxorum agmina die sequenti, id est, octauo Idus Nouembribus (in qua die memoria cineris dudum totam Europam regentis apud Byzantium celebratur) in forum cum constantia vndique confluunt: quorum alij quidem, ceteris die noctuq; hymnum Trinitatis Christo Deo plallentibus, totam peragrant ciuitatem, & Anastasium Cæsarem monastico habitu affectantes ferro flammisque interimunt: alij claues portarum, omniaque signa militaria ad forum, quo religionis castra metati fuerant, deferunt; ibique, Anastasio Cæsare in Processibus degente, Arcobindam sibi Imperatorem fieri clamitant: imaginibusque deinde, statuisque Anastasij in terram deiectis; Celerem, & Patricium Senatores ad se supplicandi sibi vel satisfaciendi gratia missos, iactis pluitæ instar lapidibus, repulerunt, domibus Marini & Pompei succentis. In Circum ad Anastasium venientes, & ante eius solium consistentes, hymnum Trinitatis iuxta morem Catholicum concinentes: coruscumque Euangelium, Crucemque Christi ferentes, è foro plurimi conuenerunt; Marinum, Platonemque prauitatis eius auctores ferro subici debere conclamantes. Hos ciues Anastasius Cæsar, solitis periuriis, simulatisque vocibus saepe facturum cuncta promittens, tertio die ex quo in forum aduenerat, sine vilo rerum effectu ad sua fecit habitacula repedare.

C Porro redintegrata Anastasius prauitate; infamem & irridendam Synodum apud Sidonem ciuitatem (cuius de nomine ridicula nomina præponuntur) octoginta ferme perfidorum Episcopis congregatis aduersus Orthodoxorum Episcopos, fieri imperauit. Flavianus Antiochiæ Catholicus Patriarcha, & Ioannes Palensium Pontifex, quoniam hunc cœterum sacrilegum resellerunt, in castellum, quod Petra dicitur, exules missi sunt: ibi Flavianus confessor Christi in Domino requieuit; Ioannem Iustinus Augustus mox Imperator factus reuocauit.] hactenus de his Marcellinus, qui à rebus hoc anno gestis exordieris, vt totam rei gestæ periodum clauderet, quæ posteriori quoque tempore sunt facta coniunxit: Nos verò ex more singula singulis reddentes annis, quid hoc gestum sit anno, modò oratione potissimum prosequemur.

Rebus autem gestis hoc anno Cedrenus post illatas à populo contumelias in Imperatorem & domos incensas hæc addit: Monachum (inquit) in mansione sancti Philippi prope cisternam sancti Mocij inclusum, quod Imperatoris carus erat, necare, capiteque eius haste affixo, clamare: Hic est amicus hostis sanctæ Trinitatis. Et monacham; quam Imperator maximi faciebat, iugulare, cadauer vtrumque raptare, & in Strudij mansione cremare. His perterritus Imperator, hæresim aliquantisper deseruit.] hæc auctor. Porro has turbas Constantinopolitanas numquam sedatas esse, sed singulis ferme annis; quoad vixit Anastasius, integratas, quæ sequentibus annis Marcellinus sub vniuersiusque anni Consulibus tradit, aperè declarant.

Quod verò Synodum Sidone in Palæstina celebratam hoc anno referunt, eo quod sub anni huius Consulibus Marcellinus eiusdem meminerit: antequam de ipsa agamus, dicendum nobis erit de sancti Sabæ legatione ab Elia Hierosolymorum Episcopo missa ad Anastasium Imperatorem, quam hoc ipso anno contigisse, inde haud dubium deducitur argumentum, quod cum Cyrillus rerum omnium inspector & scriptor testetur ipsum Sabam cum sociis ea fungentem legatione fuisse ætatis annorum septuagintatium, idemque tradat ipsum natum sub decimo septimo Consulatu Theodosij Imperatoris, qui est annus Domini quadringentesimus trigessimus nonus; planè hoc anno ipsum id muneris obiisse reperies. At licet vulgatus Latinus codex, septuaginta, tantum dicat: Græcum Vaticanum habes; quem consulas de septuagintatribus: quod & certa ratio aperè etiam demonstrat, dum auctor ait ea contigisse, cum iam eiecto Macedonio subrogatus fuerat Timotheus Episcopus Constantinopolitanus. Hæc de tempore exactè discussimus, vt rerum gestarum series sicut certior, ita & facilius disponatur.

Quod verò ad eandem legationem pertinet, eius mittendæ occasio inde præcessit, quod cum iam vbique locorum diuulgatum esset acre certamen ab ipso Anastasio Imperatore

FORVLEB
CONSTAN-
TINOP. TV-
MVLTVATRSYNODVS
IN SIDONEDE MONA-
CHIS HAR-
RETICIS
OCCISIS.DE TEMPO-
RE SYNODI
SIDONIAE.LEGATIO-
NIS SABAE
TEMPVS ET
CAUSA.

aduersus fidem Catholicam instauratum, pulsūque esse Constantinopoli eiusdem patrum Macedonium ipsius ciuitatis Antistitem: iamque odoraretur ipse Elias Hierosolymorum Episcopus eandem impiorum pugnam Imperatoris viribus auctam in omnes Orthodoxos Episcopos Orientis in exterminium rotius Catholicæ fidei progressuram: ad imminētia mala hæc auertenda, idem Antistes Elias anteuertere putauit legatione sanctissimi viri Sabæ & sociorum, de quibus plura superius. Describemus nos hic eandem legationem memoria quidem dignam ab ipso Cyrillo narratam.

RTAS EPI- COP. HIE- ROSOLYM. CONFESSOR. FIDRI CA- THOLICAE.

Sed antè Timothei hæretici Episcopi Constantinopolitani artes in concilianda sibi diuersorum tum presentium, tum absentium communionē sunt propalanda. Quem enim vidimus vita turpissimum anno superiori, simulac sedem eius Ecclesiæ nactus est, ad aucupandam communionem Studitarum monachorum, vt eorumdem consecraret Antistitem, nullo negotio professionem edidisse Catholicam, Synodumque probasse Chalcedonensem, hisdem artibus tum Antiochenum Episcopum Flavianum, tum Eliam sibi editione Catholicæ professionis coniungere conatus est; quod & facile est consecutus. Verum cum postea ab hæreticis tentaretur Elias, vt damnaret Chalcedonense Concilium, tantum abest vt ipse acquieuerit, vt edita fidei professione, sede defensorem decretorum eiusdem sanctæ Synodi præfulerit. His illi grauitè offēsi, dolo agentes, falsam produnt Eliæ nomine fidei confessionem, qua damnabatur ipsum Chalcedonense Concilium. Hæc quidem omnino ita se habuisse, monachi Palæstinæ scripta epistola ad Alcysonem Episcopum manifestè testari sunt: reddemus eam inferius suo loco.

Accidit autē, vt eam ab Euagrio editam monachorum Palæstinæ epistolam cum Theodoris Lector minimè compertam haberet, incidit in illā ab hæreticis Eliæ nomine scriptam falsam fidei professionem; & verè esse Eliæ existimans, cum in errorem esse lapsus incautè nimis scriptis prodiderit, atque de ipso sanctissimo viro nimis sit indignè locutus. Quod si perquisisset priorem illam catholicè scriptam ad hæreticos eam exigentes, vel quam posteriorem dedit, cum se calumniam passum in falsè editione epistolæ conclamauit, seque verè esse Catholicum demonstrauit, nequaquam hæc quæ sequuntur de eo locutus esset, cum ait:

Eliæ Hierosolymorum Episcopo mandauit Imperator, vt Synodum Episcoporum, quos sub se habebat, colligeret (nempe Sidone Synodum congregaret) & Quartam Synodum condemnaret. Elias verò Synodum quidem non congregauit; ipse verò solus Nestorium, Eutycherem, Diodorum, & Theodorum, & Synodum Chalcedonensem anathemate condemnauit. Hæc ipse, sed planè deceptus (vt dictum est) ex falsò adscripta Eliæ composita ab hæreticis fidei professione: quantum autem idem polleret fide Catholica, quæ dicemus de eodem sæpè inferius facient manifestum; cum huius rei causa, ad auertendum nimirum Imperatorem à praua sententia, quam in Orthodoxos conceperat, missum esse ab ipso Elia Sabam, quæ referre aggredimur ex Cyrillo, demonstrant. sunt hæc eius verba:

Exat apud Hier. tom. 6. die 5. Decem. MITTITVR SABAS CVM ALIIS LEGATIS AD IMP.

Studium autem & curam ponebat Anastasius Imperator, vt Flavianus & Elias assentirentur Timotheo: Illi verò Timothei quidem susceperunt communionem, vtpote quod ipse quoque conueniret verbo rectæ fidei: Macedonij autem admodum zgrè ferebant exterminationem, vt quæ non tam iure ac legibus, quam vi & potestate fuisset facta. Hoc aduersus ambos magno furore commouet Imperatorem, & efficitur Ecclesiis causa magnæ tempestatis. Quod quidem cum nescio vnde rescuisset Elias, qui Palæstinæ præerat Ecclesiæ, missis legatis, diligenter agit de reconciliatione: Legati autem erant & multi & alij patres, & ipse Sabas (cuius nunc vita est argumentum nostræ huius orationis) iam septuaginta annos natus. Præterea verò mittit etiam Elias epistolam, in qua hæc scripserat:

Septuaginta

LITTERAE ELIÆ AD IMP.

Habitatores eremi, & Sabam cum eis, qui est caput eremi, ad tuam potētiam mittimus legatos pro Ecclesiis. Tu verò eorum laborem reueritus, & eos qui sunt in Deo sudores, o Imperator, fac vt cesset bellum aduersus Ecclesias, & ne sinas malum progredi ulterius: scimus enim tibi curæ esse, vt ea agas, quæ Deo grata sunt, qui tibi concessit diadema. Hactenus Elias ad Anastasium Imp.: quæ autem ista secuta sint, idem Cyrillus ita narrare pergit:

LEGATI AB ELIA PERVENIUNT CONSTANTINOPOLIM

Cum hi ergo diuini Patres iam ingressi essent viam quæ ferebat ad Imperatorem, erat Sidone quædam Synodus Episcoporum Orientis & Palæstinæ tunc congregata aduersus Flavianum & Eliam, quæ prætextum quidem habebat iussa Imperatoris: acceperat autem duces Soterichum Cæsareæ Cappadociæ, & Philoxenum Hierapolis Episcopum, qui Chalcedonensem Synodum abrogantes, Eutycheris & Dioscori studebant confirmare dogmata. Cum ergo legati venissent Constantinopolim, arcana & quæ comprehendere non potest Dei sapien-

A sapientia, quæ eminus rerum magnarum præbet occasiones, & iis qui eum glorificant, semper aliquam tribuit gloriam, hic quoque certo consilio aliquid gerit, per quod beatum Sabam, qui indutus erat cilicio & vili habitu amictus, omni imperatoria purpura reddidit splendidiorem, & eam quæ in eo habitabat aperit gratiam Spiritus, quæ operta erat multis velis moderationis & humilitatis.

Nam cum ij qui cum eo erant deducerentur ad Imperatorem, & fuissent iam omnes intra aulam Imperatoriam: ille solus à custodibus arceatur ab ingressu, seu propter vilissimā & contritam tunicā, seu Deo potius eum sic volente facere insignem & gloriosum. Cum illos ergo benignè esset intuitus Imperator, & ea dixisset quæ dici solent in aduentu, & deinde perquireret quisnam esset is qui erat præcipuè in litteris positus Sabas: cum monachi autem in omnem partem circumcursarent (neque enim sciebāt quonam modo ille esset ab eis diiunctus, & vbinam mansisset) statimque cum Imperatoris satellitibus ad eum quærendū quoquoersus obirent: inuenitur stans in quodā angulo ante aditum Regiæ, & psalmos canens Dauidicos. Cum illinc ergo eum diripissent satellites, & per Regiam eum festināter introducerent: cum iam esset ascensus limen, vbi præsidebat Imperator, vidit ille circa eum insignem quandam planè admirabilem visionem, non vt qui dignus esset talia videre, seu vt ei fieret manifestum, quantum honorem sit Sabas apud Deum consecutus.

REPELLITVR S. SABAS AB INGRESSU.

Viso autem erat huiusmodi: Quidnam specie angelicus, veste splendidus eum in orbem circumiens, & ingressus illum præcedens. Hæc cum vidisset Imperator, & virum verè esse diuinum censuisset, & ei assurgit, seque in eum ostendit valde officiosum, & magno eum habet in honore. Deinde iussit omnes sedere: re vera enim erat ei magna in monachos reuerentia, etsi quidam scelerati efficerent vt conturbaret rectam fidei rationem. Aures ergo præbens omnibus, iussit vt vnusquisque diceret de quo vellet. Illi autem veluti oblitī communis Ecclesiarum legationis, & cuius causa missi fuerant, vnusquisque proprias proponebat petitiones. Imperator verò cum eorum postulata benignè concedens, quæ volebant, impleuisset; quoniam petentibus omnibus silebat Sabas, nec omnino quicquam rogabat; ad eum vultum conuertens Imperator: Tibi autem, o Pater, inquit, quid sibi vult tantus labor itineris, cum nihil omnino nec roges, nec postules?

QUID DITVR NITVS DE SABAS OSTENSVM ANASTASIO IMP.

Ad hæc ille respondens: Hac de causa (inquit) veni, o Imperator: primū quidem vt tuam adorem pietatem, donec sum adhuc in hoc corpore: deinde vt rogem pro sancta Dei ciuitate, & eo qui illic est præfessus, vt nullam tuæ potentie subeat indignationem, sed pax concilietur potius Ecclesiis: ita enim & ipse Deum habebis propitium, & tibi præclaras præbebit victorias aduersus inimicos. Eius ergo libertatem admiratus Imperator, & quod nihil peteret ex terrenis & iis quæ ad victum pertinent, sed quæ ferunt ad Dei cultum & Ecclesiæ constitutionem: aliis quidem concessit vt recederent, ei autem largitur munus mille aureorum, dicens ea distribuenda esse monasteriis, quæ fuerunt ab ipso constituta; & simul iussit eum manere, statuens vt ad se posset ingredi citra vllum impedimentum.

PETITIO SABAS.

Cum verò non sustineret sedare iram, quam iam pridem conceperat aduersus Palæstinæ Pontificem, aliquando dicit magno Sabæ: Qui vestræ præest Ecclesiæ, o venerande Pater, nos (vt videtur) magnæ damnans leuitatis, non solum Synodi Chalcedonensis suscepit patrocinium, quæ confirmauit dogma Nestorij, sed etiam effecit vt Flavianus Pontifex Antiochenus eandem etiam viam iniret, & nunc solum resistit Synodo Sidone congregatæ Flavianio consentiens, vt non feriantur Anathemate qui improbè tutantur dogmata Nestorij. Vnde etiam nos putans ludificari, per epistolas nostris iussis fert leges contrarias, iubens ei quicquid in nostram fidem sentitur recens excogitatum. Sed non amplius tali nostra fruetur lenitate. Sed ecce decernimus (vt vides) illum quidem sede expelli, eius autem loco eum suffici, qui sit dignè præfaturus Ecclesiæ: quoniam non conuenit sacra illa loca profanari sceleratis decretis Nestorij. Intelligis, lector, qualenam, quantumve testimonium de Eliæ fide Catholica & eius patrocinio proferatur ab hæretico Imperatore ad confutandum eos qui improbè eundem Eliam sugillant proditæ veritatis? Accipis præterea, quomodo iusto quodam prætextu impugnandæ hæresis Nestorianæ prælia excitata fuerunt ab Eutychanis aduersus Synodum Chalcedonensem? Sed pergit auctor:

TESTIMONIUM IMPERATORIS DE ELIÆ MAGNA CONSTANTIA.

Hæc cum dixisset Imperator, & ad eum graui ira ferretur in Eliam; incipiens diuinus Sabas Eliam defendere Patriarcham, eius iram ita compressit, vt non solum illam laram rescinderet sententiam, sed etiam Patriarchæ magis caueret, & iuberet ei de cetero remanere sedem minimè auferendam. Illinc autem cum ad Imperatricem venisset Ariadnam, eam multum

SEDATEVRAM IMPERATORIS SABAS.

rogauit, vt patris Leonis tueretur sententiam, & leges conseruaret pietatis. Hinc exercitato- A rem, Sabam videlicet, subit amor vehementior quietis & silentij, & valde desiderabat reditu. Quoniam verò menti eius tempus minimè congruebat (tunc enim vigeat hiems) statuit vrbanos tumultus in praesentia declinare : & egressus in quemdam locum non procul ab vrbe remotum, qui dicebatur Suburbanum Ruffini, hiemauit illic reliquo tempore.

Quem quidem in locum & alij quidam ad ipsum ventitabant, maximè autem Valenti- niani Imp. neptis Iuliana, & Pompeij coniunx Anastasia, quæ in hodiernum vsque diem flo- ret multis rectè factis in monte Oliuarum. Cùm post hæc autè ver aduentasset, ille quidem qui iam diu teneretur magno amore quietis & silentij, paratus erat de cetero proficisci in so- litudinem.] hætenus Cyrillus de priori S. Sabæ legatione ad Anastasium Imperatorem : quando autem contigerit posteriorem obire, suo loco dicitur. Meminit huius legationis, de qua est sermo, Nicephorus^a, idemq; recitat dictam epistolam ab Elia ad Imperatorem con- B scriptam. Sic planè factum est, vt veluti miraculo magno, torrens exuberans furore Imperatoris in Catholice Ecclesie campos effusus, fuerit humilis Sabæ virtute repressus, & ad tempus saltem instar Iordanis in Arca transitu retrorsum citò conuersus.

^a Niceph. lib. 26. c. 32.

Iam verò de ipso pseudoconcilio Sidone in Palaestina insu Anastasij ab hæreticis congregato instituumus orationem. Fuit quidem illud synagoga malignantium conuenientium ad- uersus Dominum & aduersus Christum eius, nempe ab Imperatore hæretico Concilium indictum, ab hæreticis Episcopis celebratum, & ad hoc ipsum, vt quod luceret in Ecclesia Antiochena & Hierosolymis lumine Catholice fidei penitus extincto, tenebris vniuersus Oriens erroris obductus, pulso vnà cum fide Catholica Christo luce vera, in dominium re- digeretur principis tenebrarum.

Quid autem prætexerint Eutychniani & Acephali contra Flavianum atque Eliam, vt ali- quibus saltem coloribus eos è sede eiecerent, primò dicendum est ex epistola monachorum Palaestine ad Alcysonem ea scribentium, remque paulo altius reperentium. At Alcyson iste, ad quem scribunt monachi Palaestini, fuit in Illyrico Episcopus Nicopolitanus Catholice fidei professor, de quo suo loco agendum erit. Epistola autem illorum sic se habet^b :

^b Euzg. lib. 3. c. 31. EPISTOLA MONACHORVM PALAESTINAE AD ALCYSONEM

Cùm Petrus exiisset de vita, Alexandria, Ægyptus, & Libya inter se denuo diffidere cœ- perunt, reliquæq; partes versus Orientem contra se ipsæ digladiari: quandoquidem Ecclesie versus Occidentem non alia conditione cum illis comunicare volebant, nisi præter Nesto- rium & Eutychem & Dioscorum, etiam Petrum cognomento Mogum & Acacium anathemati addicerent. Itaque cùm Ecclesie totius Orbis terrarum hoc loco erant constituta, fautores Dioscori & Eutychem fuere ad minimum planè numerum redacti. At cùm parum abesset quin fuissent funditus è terra sublati, adeò vt non amplius inter homines versarentur; Xenaïas quidam (qui & dictus est Philoxenus Episcopus Hierapolitanus) à Deo re vera ^d *Ξένος*, id est, peregrinus, nescio quid apud animum proponēs, aut quas inimicitias contra Fla- uianum susceptas vlcisci cupiens, simulata fidei specie (vt multi prædicant) hominum animos aduersus eum concitare, eiq; tamquam Nestoriano obrectare cœpit.

HAERETICI FLAGITANT FLAVIANVM EPISCOPVM ANTIOCHENSIVM.

At cùm Nestorio vnà cum eius errore *Flavianus Antiochenus Episcopus* anathema in- dixisset: ex illo digressus, ad Dioscorum, & Theodorum, & Theodoritum, & Iban, & Cy- rum, & Eutherium, & Ioannem, & ad alios nescio quos neque vnè collectos transit: quo- rum alij re vera Nestorij doctrinam tuebantur; alij quoniam eiusdem doctrinæ in suspicio- nem venerant, Nestorium anathemate damnabant, inq; Ecclesie cõmunionem conuiesce- bant. Istos omnes (inquit Xenaïas) Nestorij olentes hæresim nisi anathemate damnaueris, tu ipse Nestorij errori fauere videberis, etiam si ei cum sua doctrina & opinione millies ana- thema edixeris. Idem porrò Xenaïas per litteras cùm eos qui Dioscori errorem sequeban- tur, tum hæresis Eutychnianæ patronos commouit, persuasitq; vt ipsi contra Flavianum sub- sidio essent; non tamen Concilium, sed personas dumtaxat, de quibus antè dictum est, ana- themate damnari postularent.

FLAVIANVS IN QVIBVS CAVSIS PER SECVTORI- BVS.

Quibus cùm Flavianus Episcopus diu restitisset (*quomodo enim damnetur ex eis aliquos à Chalcedonensi Synodo absolutos?*) alijq; se cum Xenaïa contra eum coniunxissent, & Eleusi- nus Episcopus vrbis cuiusdam Cappadocice minoris, & Nicias Episcopus Laodicæ quæ est in Syria, & ex aliis locis alij (quorum criminationes, quas æmulatione nimis abiecta adducti Flauiano inferebant, non est nostrum, sed aliorum certè commemorare) tandem Flavianus ratus illos propter hos, quibus anathema denunciari cupiebant, placatos fore, cessit eorum contentioni: ac cùm scripto personas illas anathemate damnasset, scripsit ad Imperatorem: etenim

A etenim animum eius isti cõtra Flavianum, vtpote opinionis Nestorij patrocinium suscipien- tem, commouerant. Neque his rebus contentus Xenaïas, poscebat denuo à Flauiano, vt tum Concilium ipsum, *Chalcedonense videlicet*, tum eos qui duas naturas in Domino esse di- xerunt, carnis alteram, alteram diuinitatis, anathemati addiceret. Quem eius postulationi neutiquam obsequentem, rursus vt Nestorianum accusat.]

Considerasti, lector, progressus hæreticorum, è licitis ad illicita ac denique ad impia per- ducentium? Iustum namque erat, quod primùm Xenaïas à Flauiano petierat, vt quo se pur- garet omni carere culpa Nestorianæ hæresis, Nestorio ipsi diceret anathema: quod cùm præstitisset, vt se etiam suspicione qualibet liberaret eiusdem erroris, eos iubetur damnare, qui aliquando eadem quoque suspicione laborassent, eos pariter condemnando quos Chal- cedonense Concilium absoluisset. At cùm ita se penitus præcipitem agi in apostasiam Fla- uianus licet serò sensisset, motum continuit pedem, renuitq; omnino præstare quod ab ipso impius extorquebat.

ARTES HAERETICORVM, SEN- SIM AD IM- PIETATEM PERTRA- HERE.

Sed alias attende veterarorum strophas, quas iidem monachi Palaestini subdunt in eadem epistola, eum agunt de eodem Flauiano Episcopo Antiocheno: Postremò (inquit) cùm de his rebus vehementè certatum esset, & Patriarchæ Flauiano formulam fidei edidisset, in qua ingenuè fatebatur Concilium, quantum ad abdicationem Nestorij & Eutychem at- tinebat, approbandum esse; at quantum ad decisionem & doctrinam fidei non item: rursus illum & subdolè & latenter errori Nestorij patrocinantem, se adorturos minantur, nisi tum Concilio ipsi, tum illis qui duas naturas in Domino esse dixerunt, alteram carnis, diuinitatis alteram, anathema denunciare vellet.] quod penitus abnuuit facere Flavianus. Verùm cùm sic experti essent, frustra se illius pertentasse constantiam, alios Episcopos debiles atque C nutantes in suam ipsorum sententiam conati sunt impij captiuos abducere. At quinam hi fuerint, his docent verbis in eadem epistola iidem sancti Patres:

FLAVIANVS RENVIIT ILLIS CON- SENTIRE.

Itauros præterea verborum furo & fallacis in suam pertrahunt sententiam, formulamq; fidei componunt, in qua Concilium vnà cum illis, qui duas in Domino esse naturas dixerunt, anathemati addicunt, & ad extremum se separant à Flauiano & Macedonio, & ad alios, qui formulæ illi subscribebant, aggregant. Interea etiam postulant ab Episcopo Hierosolymita- no, vt formulam fidei scriptis prodant: Quam cùm edidisset, per Dioscori sectatores mittit ad Imperatorem. Quam fidei formulam illi tandem proferunt: illam nempe, in qua iam tum comprehensum fuit eos anathemate damnatos, qui duas in Domino naturas esse asserébant. Atram ipse Episcopus Hierosolymitanus, eam ab illis deprauatam constanter affirmans, aliam in medium producit, in qua nullum tale continebatur anathema. Nec planè mirum. D Etenim sanctorum Patrum libros sæpè deprauarunt, multosq; Apollinarij libros Athanasio, Gregorio cognomento Thaumaturgo, id est, qui eximia edebat miracula, & Iulio, in scriptio- nibus commutatis, attribuerunt; quibus quidem libris plurimos in suum errorem induxe- runt.] At qui ista de Elia fixerunt, de Macedonio quæ excogitarint, audi:

QVID HAERETICI MOLIVNVR IN FLIAM EPISCOPVM HIEROSOL.

Poposcerunt (inquit) etiam formulam fidei à Macedonio scriptis mandatam: qui fi- dem trecentorum decem & octo Nicæ olim, & centum quinquaginta etiam Constanti- nopoli conuocatorum solum se noscere, asseueranter affirmauit; atque Nestorio & Euty- cheti, & iis qui duos Filios aut Christos esse statuunt, aut duas naturas diuidunt, indixit ana- thema: & tamen nec Concilij Ephesini, quo abdicatus fuit Nestorius; nec Chalcedonen- sis, quod abdicauit Eutychem, vllam mentionem fecit. Qua de re monachi Constantino- politani grauitè commori, se à Macedonio Episcopo separant.] hæc illi in Macedonium: quæ falsitas vel vno illo satis refelli poterat argumento, quòd ob defensionem rectorum dog- matum, quodque in omnibus perfidie Imperatoris & aliorum hæreticorum aduersarium se exhibuerit idem Macedonius, in exilium pulsus est, atque vsque ad obitum throno suo caruit. Sed subdunt hæc ad postremum:

NOMINE MACEDONII HAERETICORVM RESIM PRO- MULGANT.

Interim Xenaïas & Dioscorus ille *iunior* cùm multos Episcopos sibi adiunctos haberent, adeò molesti fuere illis, qui anathema nolebant denunciare his, quibus ipsi anathema denunci- cari cupiebant, vt intolerabiles & non ferendi viderentur; quorum nonnullos, cùm cedere nollent, per fallaciam exilio multandos curarunt. Ad hunc modum igitur Macedonius, Ioannes Episcopus Palti, & Flavianus solum vertere coacti sunt: sed non vna sententia: Ma- cedonius enim antè, alij duo ex Conciliabulo ab ipsis Sidone habito: quod quidem suppli- cium ne & ipse Elias Hierosolymorum Episcopus subire pariter cogeretur, per Sabæ Abba- tis legationem ad Imperatorem præmissam (vt vidimus) anteuertit: licet ad postremum &

DECERNVNTVR EXILIA CONNEXORIBVS.

ipse ab impiis eadem sit poena affectus, ut suo loco patebit. At ne ipse quidem Flavianus simulac Sidone ab impiis damnatus fuit, pulsus est sede, & eiecctus in exilium: nam depreca- tum ipsum ab Imperatore fuisse indulgentiam, Cyrillus affirmat, cum de Mamante haereti-

Cyril. in Vi- co S. Saba, apud Sur. to. 6. die 5. Dec. FLAVIANVS ET ELIAS LICHT DAM NATI, RE- MANENT IN SEDE- BVS SVIS

co & aliis à S. Saba ad fidem Catholicam conuersis eiusmodi haber orationem: Diuinus autem Sabas Mamantem quoque quemdam, qui praerat monachis in Eleuthe- ropoli, qui laborabat morbo Seueri, & prius quidē apud tribunal Imperatoris liberē & cum magna confidentia locutus erat: aduersus fidem Orthodoxam, postea verò ab ipso Seuero vehementer dissenit: hunc ipsum Sabas assumens Hierosolymam, ab acerba illa haerēsi blandis verbis abducit, & ut Eliā adiungeretur efficit. Deinde multos quoque alios haereti- cos suo exemplo Mamas illaqueat, & deducit ad fidem Orthodoxam. Venit autem deinceps oratio ad id quod fuit caput certaminum quae suscepit Sabas pro recta in fide sententia. Iam enim Soterichus Episcopus Caesarea Cappadociae, & Philoxenus Episcopus Hierapolis, idemq; qui supra Xenaias, cum suis improbe ascenderunt in Sidona, ut anathemati quidem subii- cerent Chalcedonensem Synodum, Flavianum autem & Eliam de sede deponerent: sed il- li eas quae in se struebantur insidias, supplicibus literis missis ad Imperatorem, tunc quidem depulerunt. Qui autem in hoc conuenticulo haereticorum primum locum visus est obti- nere ipse Soterichus Episcopus Caesarea Cappadociae (ut tradit de eo Anastasius Bibliothē- carius in Chronico) nequissimus fuit omnium hominum: nam ut à Macedonio Episcopo Constantinopolitano consequi posset Caesariensem Episcopatum, simulauit se Catholicum & strenuum Chalcedonensis Concilij defensorē: eo autem obtento, ostensus est qualis erat fidei Catholicae infensissimus hostis. Sed subdit Cyrillus:

NOVVM MO- VETVR BEL- LVM CON- TRA FLA- VIANVM.

Postea autem Soterichiani maiore in illos inuidia succensij, maiore furore in eos incitant Imperatorem, ut qui maledictis ab eis appetēretur & irideretur. Certē cum à mente deprau- ato Imperatore sceleratis istis tradita fuisset potestas in Alexandrinos, auro subeunt & cor- rumpunt populum Antiochenum: Quae autem sunt consecuta, sunt potius lacrymis scriben- da, quam litteris. Nam cum Flavianus quidē omnem adhibuissent necessitatem, & quid non graue & molestum in eum intulissent, cogunt eum anathemate notare Synodum Chal- cedonensem, deinde è sede & à ciuitate simul turpiter eiciunt. Seuerum porro profanum caput Acephalorum, habentes etiā Imperatorem maximam ad id opem ferentem, eius loco sufficiunt. Hic siste, lector, & scias quod hoc loco legitur, Flavianum cogunt anathe- mate notare Synodum Chalcedonensem] ita accipiendum, hunc quidem fuisse conatum illorum, sed id Flavianum facere renuente, fuisse (quod subditur) mulctatum exilio. Nam quae ratio eum pellendi, si ipse prae sententia praebuisset in Synodo Chalcedonensi dam- nanda consensum? Verum quod penitus est refragatus & Catholicam fidem professus, di- gnam meruit confessionis palmam accipere exilium subeundo.

Concil. Ni- caen. 2. act. 14.

Haec quidem ita se habuisse, Acta Synodalia manifeste declarant: nam cum in Septima Synodo idem textus citaretur, haec post alia ex eadem Vita S. Sabae lecta sunt: Variis modis Flavianum afflixerunt & vexarunt, cogentes interim, & oborto collo huc trahentes, ut Acta Chalcedonensis Synodi anathemate prosequeretur: quo nolente, Episcopatu suo pri- uatus, in exilium quoque damnatus est. Subditur ibi de substitutione Seueri, quam cum an- no sequenti contigisse Marcellinus affirmet, de ea suo loco dicemus.

Euag. lib. 3. c. 32.

Quod insuper spectat ad eiusdem Flavianij integritatem, & Antiochenae sedis priuatio- nem, haec habet Euagrius: Istam Flavianij expulsionem alia quoque res secuta sunt: Nam ipsi ab hominibus atate prouocissima, quae quae acciderant Flavianiano firmē memoria reti- nebant, accepimus, quod à Xenaias (fuit hic quidem Episcopus Hierapolis urbis Antiochiae) finitima, Graecoq; vocabulo Philoxenus appellatus) monachi Cynegiae (sic enim vocatur) qui apud gentem, quae Syrorum primaria est, accolunt, persuasi frequentes cum tumultu & summa confusione Antiochiam praecipites feruntur, ut Flavianum coacturi, ut tum Conci- lio Chalcedonensi, tum decisioni Leonis Papae anathema indicat. Quod cum Flavianus valde aegre ferret, & monachi impetu instarent: populus ciuitatis seditione cōflata, tam ma- gnā eadem fecere monachorum, ut multi eorum atq; adeo ferme innumerabiles Oron- tem fluuium, corporibus in fluctibus conditis, pro sepulchro haberent.

MONACHI QUI IN SVR- SYNT PRO FLAVIANO.

Euenit porro aliud hisce nihilo inferius: Monachi enim, qui Coelefyriam, quae iam Sy- ria Minor dicitur, accolebant, quique amore incredibili ac studio erga Flavianum propter- ea incendebantur, quod vitam monasticam in cenobio in agro (huic quidem nomen est Tilmogium) posito debebat, properant Antiochiam, eo quidem consilio, ut Flavianum propu-

A propugnarent, ut ex eo non exigua incommoda contingerent. Quamobrem Flavianus, siue prioribus de causis, siue de posterioribus factum, siue utrisque, eiecctus fuit, & ad petras incolendas, quae sunt in ultimis oris Palaestinae sitae, condemnatus. Haec de eiecctioe Flavianij Euagrius: quae quidem etsi hoc anno cepta esse noscuntur, cum Sidone Concilium con- gregatum est, tamen non nisi anno sequenti consummari potuisse, ipsa rerum gestarum mul- tiplicitas persuadet: nam id & Seueri in locum Flavianij subrogatio non ante sequentem annum facta declarat: quo item anno (ut dicemus) Eliā Hierosolymorum Episcopi con- tigit exturbatio. Post haec autem quae hoc anno facta diximus siue Sidone, aut Antiochiae, contigisse illa funesta Constantinopoli, quae ex Marcellino relata sunt, liquet: nam ea au- ctor testatur hoc anno accidisse mense Nouembris. sed & quae subdit, itidem postea eue- nisse, eodem auctore constat.

B Symmachus autem Romanus Pontifex, cum cognouisset, exturbato iam Macedonio Episcopo Constantinopolitano, in reliquos fidei Catholicae professores atque propugnato- res eandem fore persecutionem in Orientalibus partibus grassaturam, tamquam vniuersa- lis Ecclesiae pastor, datis litteris octavo Idus Octobris ad eos qui Catholicae fidei esse vide- bantur assertores, eos omnes admonuit in hac persecutione viriliter agere, atq; strenuē pro fide Catholica decertare. Porro quod hic perditissimis temporibus luctuosissimum fuit, haud omnes qui Orthodoxi erant in Oriente, idem & Catholicae erant communionis: Siquidem (ut dictum est superius) Magedonius, & qui illi inharebant ex clero vel populo, haud vni- quam passi sunt è sacris tabulis demi nomen Acacij, qui à Romanis Pontificibus ob initam cum haereticis communicationem saepe damnatus fuerat: vnde accidebat illud planē lugu- bre, ut qui ab haereticis pressuram paterentur, & ab ipsorum patrono Anastasio Imperatore atque improbis Eutyrianis & Acephalis pellerentur, minimē tamen recipi possent in com- munionem ab Apostolica sede; quod nequaquam in Catholicae fidei confessione anathe- ma dicerent illis, qui cum haereticis participassent.

SYMMACHVS PA- PA COMPA- TITVR EC- CLESIAE ORIENTALI

Quamobrem miseri isti omni destituti solatio cum ab haereticis expellerentur, eo quod essent fidei Catholicae defensores, tamen à Catholica Ecclesia minimē recipiebantur, quod propter nomen Acacij essent à Catholica cōmunionē diuisi, sicque infelices pugnant sine solamine fratris, & vincebant sine corona, quam nemo demerere potest, nisi (ut dictum est) qui ex sententia Apostoli legitimē decertauerit, & non cucurrerit in incertum, vel pugnauerit frustra aërem verberans. At verò alij erant in Oriente Episcopi, sicut fide, ita & cōmunicatio- ne verē Orthodoxi atq; Catholici, non haereses tantum eū auctoris execrantes, sed & qui cum illis cōmunicassent penitus respuentes, & Romane Ecclesiae in omnibus consentien- tes. Ad hos ipsos omnes Symmachus Romanus Pontifex litteras dedit, quibus est eos hortat- us viriliter agere. Reddenda est hic à nobis epistola, quae cum edita habeatur tomo secundo Conciliorum; tamen facta collatione cum codice Vaticano, & alio monasterij S. Petri in Auellana, cum nonnulla illie esse deprauata vel mutilata comperissemus, eam dcm, ut liquet, emendatam hic syllabatim describere dignum putauimus: est huiusmodi:

2. Tim. 2.

Dilectissimis fratribus vniuersis Episcopis, presbyteris, diaconis, Archimandritis, & cun- cto ordini vel plebi per Illyricum, Dardaniam, & vtramque Thraciam, consilientibus, Symmachus Episcopus.

al. Dacliam EPIST. SYM- MACHI PP. AD ORIEN- TALS. Eual. 3.

Quod fieri planē cupimus, si quae scribimus, impleantur: Nullus stupeat seruatum hactenus nos nunc soluisse silentium, cum prudentissimi Salomonis ista vox personet: Tempus loquendi, & tempus tacendi. Quia taciturnitas praesens tempus expugnat: nam inter cetera quae accidunt, nunc silere, nec fidei stimulis excitari, magni constat esse fastidij. Quippe vbi religionis reuerentia & summa concutitur, aptum iuxta diuinam Scripturam dicere, eos qui sunt mites, debere esse pugnaces. Siquidem & spiritualis quaedam Deo accepta congregatio inde & laudabiliter vniuersa tolerat, ne quisquam à diuina charitate separetur, & vos quidem docere quod doceatis, graue onus pudoris, sed necessarium & vtile tales admone- re: nec enim cōgruum illis religiose afferre dogmata disciplinae, à quibus institutionis ipsius expectatur plena perfectio.

Luc. 22.

Sed breuiter clara perstringemus. Cui incognitum, Constantinopolitana Ecclesia qua Nestorij contagione laborauerit: Nestorij inquam, qui quasi putre corporis membrum à fo- cietate Catholicae cōmunionis excisus est. Vbi terrarum non praedicatur congregatio Chal- cedonensis sancti Concilij, quae Eutychem et Dioscorum, duo nomina famosa & magna perfidia, vnius sententiae integritate damnauit, iniquitatis complices vno spiritu diuinis dogma-

CHRISTI
512.SYMMACHI PAP.
14.ANASTAS. IMP. 22.
THEODORICI REG. 20.

dogmatibus aduersa sectantes? Quis Petrum & Timotheum præfatorum vernulas ignorauit, propugnatores intentionis addictæ, auctores ac magistros suos sceuo errore vincentes? Illum Timotheum loquimur particidam, qui sanctæ recordationis Proterio superstiti, non solum Ecclesiam non religiosi auctoribus occupauit, verum etiam effusionem pijs sanguinis ad crimen persuasionis adiecit. Ipsius nempe damnationem vniuersalis est Ecclesiæ vox locuta, dum eum nomine quoque Christiani honoris exueret. Eius Petrum sequacem notum fecerunt Orthodoxorum plurimæ passionibus, in quibus ille virtutem animi sui exultauit ostendere. Nouit hunc Ephesus cum tota societate Dioscori, vbi cum prædicto auctore peccati finem S. Flauiani operatus innotuit.

Tacenda sunt Antiochiæ mala, vbi per alterius petri nefanda ludibria reuerendum sacerdotij nomen irrisum est. Quis Apameæ & Tyri gemitus, tragicis criminiibus comparandos, vel si solis vacet, digna possit lamentatione deslere? Quid Acacium? qui quasi boni sui fascino grauat, quæ basilisco imperante præmiserat, nouo exemplo penè deprehensus est aduersus se ipsum dicens sententiam, illos mutata voluntate defendens, quos prius gloriosum putauit addicere*, & laborans sociare Fidelibus, quos dudum hæreticos manifestè præuicationis ostenderat: propter quod maximè fugiendus, & designato superius damnatorum agmini coæquandus, illa propter quæ fidelis probatus est dissoluens, permixtus his, per quos læsio Ecclesiæ generalis euenit.

Aduersus hos si Patrum dogmata ratio suadet esse seruanda, cogitate, si possunt ea maiori transgressione calcari, quàm nunc per eos qui in partibus vestris Eutycheis dogmata rediuiua* resuscitant. Si verò tamquam infirmè constituta sententia, sine piaculo negliguntur, citra vllum robur credulitatis nostræ summa subsistit, semper succedentibus nouis, vetera constituta soluentibus. Quando enim paternarum regularum despiciuntur inuenta, nec eorum quæ bene instituta sunt firmitas vindicatur, huiusmodi impietates necesse est fidei superuenire: Nam vbi facilis dissolutio est rationabilis constituti, ibi omnis sanctitatis forma corumpitur, Christus impetitur, & (quis hoc Fidelium patienter accipiat?) instituta Patrum reuerenda calcantur. Et quis non vitæ mortem iusta electione præponat? Vbi Catholicæ fidei adoranda reuerentia? Vbi multo cruore Sanctorum dogmata constituta? Vbi doctorum veterum fidelis auctoritas? Vbi illa religiosarum mentium stupenda patientia, propriis bonis contenta nudari, ne de spe æternæ hereditatis excideret, quasuis ambiens passionibus, ne incorruptibilis illius boni iudicaretur indigna? Nam nulla maiora documenta sunt fidei, quàm vbi temporis ratio suadet, vitam subdere passioni: Et ideo qui pro ea periculum persecutionis subire meruerit, dignum se cælestis ostendit esse militiæ. Christus nos pio sanguinis pretio comparauit, gratiæ libertate concessa, nihil inuenientibus humanis operibus, quod dignum tanta mercede tribuerent. Atque ideo vbi religionis iniuria est, amorem fidei omnem transcendere oportet affectum.

Vnus quisque ergo exilia & peregrinationes tamquam domum patriamque respiciat; ne desiderijs retentus humanis, Christi societate priuetur. Ecce tempus, quo repetit fides milites suos, & in clamat ad defensionem sui feruorem gratiæ consecutos. Fidem ipsam dicere iudicemus: Ecce tempus optabile, ecce fructuum congregatio desiderata Fidelium, vt paruis passionibus munera magna compenset.

Pluribus charitatem vestram pro dispensatione nobis credita cuperemus hortari: sed quid opus est vocis stimulis, vbi ad tolerandas pro Christo magnanimitè passiones Apostolicis & Patrum docemur exemplis, qui per damna humanarum rerum, cælestium nobis ostenderunt argumenta* virtutum? Ergo pronunciemus intrepidi claras Ecclesiæ cum magna fiducia disciplinas. Longè sit à nobis Prophetæ sermo dicentis*: Et sacerdotes vera celauerunt. Quem enim later, discipulorum scientiam à doctoribus exigendam? & quod non pronunciatum lædit sequaces, hoc constat periculosum esse tacentibus. Necesse est enim apud eos laborare veritatem, apud quos non manifestatum later sub veritatis colore mendacium, magnum robur ad impugnantium fidem, quamdiu aduersus eos prolata sententiæ non viriliter asseruntur. Sed de vobis dicere opto meliora: vt ea quæ per improbos confusa sunt, per vos correctionis remedium consequantur. Non est tam durum decipi quemquam, quàm deceptum in errore persistere. Malum hoc & malis omnibus grauius, càm à corpore suo membra dissentiant. Nam etsi non sigillatim occupet omnia lineamenta debilitas, necesse est tamen iuxta Apostolicam vocem, totum corpus ex parte prægrauari.

Vnde addictorum fugienda communio, iuxta beatum Apostolum^b. Pronunciationem fidei

*abilicere

*recidiua

*augmenta
*Thron. 2.

*Rom. 1.

CHRISTI
512.SYMMACHI PAP.
14.ANASTASII IMP. 22.
THEODORICI REG. 20.

A fidei nullus erubescat: Virtus est enim omni credenti. Declinemus sacrilegum Eutycheis errorem cum Manichæa malitia congruentem, communionem quoque eorum qui sunt à talibus educati, pari intentione vitemus, qui nunc quasi morbum & contagium Ecclesijs partium vestrarum tentant irrepere. Nemo se separet cum prædictis, & ferre tempestatem dissimulet, donec portum veræ fidei ab eorum communione separatus introeat. Quæ quidem amans moneo, non odio persequens accuso. Nam qui culpanda vituperat, nec vtilia subministrat, exprobrantis habet potius studium, quàm amantis affectum: & qui cohortatur ad profutura, vehementius boni propositi designat imaginem, vt feruentius vtilia expectantur, inuitantur.

Propter quod, fratres, illius bonæ Ecclesiæ desiderantes vnitatem, & beatum decorem sanctæ concordie præsumentes, dicamus cum S. David^a: Quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. & vt de vobis Apostolus Paulus dixerit^b: Vos autem omnes fratres in Christo vno estis. Donec enim vnitatis non redeat, nullus ambigat tandem^c nihilominus esse venturam, quæ in Constantinopolitana nuper Ecclesia contigerunt, de quibus mihi pariter ingemiscere necesse est & tacere. Nam qui Apostolicæ sedis admonitionem negligendam esse crediderunt, meritò inciderunt in ea quæ euenire solent solatio destitutis. Si quis ergo salutem propriam cogitans seruare cupit Apostolica iudicia, cum à præfatorum se labe seiuixerit, nostræ communionis se nouerit sine dubitatione participem. Quia si ab eorum, quos Apostolica sedes damnauit, non se societate remouerit, sciat nullo colore, nullo figmento, nullaq; calliditate Ecclesiasticæ se custodire posse subreperere: quia sicut illos, qui se à suprascripitorum, hoc est, Eutycheis, Dioscori, Timothei, Petri, & Acacij venenis dissociant, libenter amplectimur, ita circa istorum sectatores cura & sollicitudo nostra, ne subreperere possint, semper inuigilat. Et alia manu. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. Dat. octauo Idus Octobris post Consulatum Felicis V. C.] hætenus Symmachus ad Orientales. Huic par dictio extat Ennodij Ticinensis, cuius est exordium: Pro ratione soluendum est, &c.] vt planè appareat, eadem quæ Symmachus Papa scripsit ad Orientales, Romæ coram sacro Patrum Senatu siue in Consistorio, siue in Synodo fuisse ab eodem viro doctissimo deplorata: nisi malis ad aliam cladem iisdem illatam, de qua superius mentio facta est, illam Ennodij dictionem referre.

His igitur litteris publicis atque patentibus omnibusque perspicuis egit cum Orientalibus Symmachus absque aliqua missa ex more legatione, quod iam alias antè missas penitus illi respicissent, & tumido fastu, quod à tot sanctissimis Pontificibus quàm iustissime iussum esset, contempsissent. In cuius sceleris vindictam Deus, qui dispergit superbos, nullumque peccatum magis quàm arrogantiam consuevit dira prosequi ultione, portentum illud, horrendumq; monstrum in medio eorum, in ipsorum interitum excitauit, Anastasium dico omnium nefandissimum Imperatorem, cuius & Imperium diuturnius esse voluit, quo durius & prolixius eorum pertinacia puniretur: vt planè secundum diuinum illud oraculum accidisse visum sit^c: Deus regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi] cum occultum Manichæum in regnum euexerit, & ad quinque atque amplius iustia eiusdem Imperium propagauerit. Ita planè Deum vlcisci solere in eos qui se à Catholica separant vnione, cum plura vbiq; recitata superius exempla demonstrent, in Orientalibus tamen expressionibus id signis declaratur:

Qui enim temporibus istis à supremi capitis se coniunctione secantes, Acacij proteruiam secuti, traditi sunt Imperatori perfido puniendi: postea reddita concordia, Catholicæ communioni restituti, iterum refugæ, iterum redeunt, & sæpe discissi, sæpe compaginati, tandem consueta peruiacacia diriori schismate resiliunt, tradi meruerunt ignotis barbaris per multa secula virga ferrea puniendi atque perdendi. Sic planè Deus iuxta propheticum illud^d: Viam fecit semitæ iræ suæ.] vt semita sit vltio ista dicenda ad ampliorem viam, cum videlicet grauius delinquentes latiori meruere atque diuturniori plechi vindicta, nota reddita cunctis iræ diuinæ via frequentioribus delinquentium calcata vestigijs, & acerbioribus supplicijs dilatata. Vt facile sit cuique interroganti: quare fecit Deus malum tam grande populo huic? verbis respondere diuinæ Scripturæ^e: quia dereliquerunt pactum Domini, quod pepigit cum patribus eorum] nimirum quod à capite se summa proteruia diuisere, & deserentes quæ ex Deo est Catholicam vnitatem & pacem, tradi meruerunt gentibus, quæ caros ipsorum filios diuidant à parentibus, & dira tyrannide premant. At mittamus posteriora, cum plus quàm satis sit tragœdia præfens ad luctum.

Remi-

*Psal. 132.
*1. Cor. 12.
*eademVNDE TOT
MALA EY-
NERE ORI-
ENTALI-
BUS

*Iob 34.

*Psal. 77.

*Deut. 29.
*3. Reg. 9.
*Hier. 22.

Reminiscetes miseri, patres ipsorum, cum eiusmodi interdum persecutionem ab hæreticis pati contigerit, appellare consueuisse communem omnium patrem Romanum Pontificem, confugeretq; ad Catholicæ Ecclesiæ turum asylū Romanam Ecclesiam, testariq; hoc hæcenus litteras sacrorum Antistitum Basilij, Chrysostomi, & aliorū: tandem instar David leuantes ad montes oculos, vnde auxilium veniat, & optime conficij indignos se redditos qui audirentur: nam (vt vtar verbis Apostoli^a) Quomodo inuocabunt in quē non crediderunt? cuius saluberrima iussa capessere contempserunt, posthabentes Acacij nomini totius Ecclesiæ Catholicæ communionē: His, inquam, cum suis ipsorum repellerentur excessibus, & re-tunderentur praeuictorum obicibus, vehementioribus tamen angustiati pressuris & arctati malis, in altiores clamores & eiularus validiores, vt parturientes erumpentes, exauditi sunt in Occidente. Scribunt itaque tandem ad Romanum Pontificem litteras supplices, qui antea conuenti sæpe eiusdem Pontificis litteris spreuerant sana consilia, & proficua mandata B contempserant. Necessitas supplices facit, quos superbia reddiderat penitus contumaces: petunt instanter, exigunt importunē, & efflagitant audenter. Extorquere quod cupiunt ostendunt vt debitum, rati nimirum se vt filios à parente non desereri, sed iure debere seruari, nec esse iustum, vt alterius peccato, nempe Acacij, à paternis reiciantur amplexibus.

Extant ipsorum litteræ ad Symmachum Papam tunc scriptæ, quas putamus hęc integrè esse reddendas, easq; nequaquam ante recitatam nuper (vt alij existimarunt) eiusdem Symmachij epistolam datas, cum nulla prorsus mentio de iis in dictis Symmachij litteris habeatur, neque aptetur satis ad petita responsio. quomobrem sicut istam minimè datam dicimus ante illam epistolam, ita illam prius, hanc posterius esse conscriptam, facile possumus intelligere. Etenim quod in fine suæ ipsius epistolæ fuerat Symmachus contestatus, eos se fore complexurum, qui recederent à damnatorum atque præsertim Acacij communiōe, C reiecturum verò omnino eos, qui eius adhuc nomen retinendum esse putarent: tota ferme Orientalium responsio in eo est, vt suadent non debere se ob Acacij peccatum subire supplicium, cum non nisi proprium quemquam debeat obligare delictum, & reddere obnoxium pœnæ. Sed inspicimus epistolam ipsam, ex qua eorum sententiam facilius assequemur: sic enim se habet b:

Ecclesia Orientalis ad Symmachum Episcopum Romanum.

Bonus ille & amator hominum Dominus noster Iesus Christus, qui propter bonitatem suam in nos declinans cælos, & descendens ad terras, immaculatis Euāgelijis quotidie illud clamat: Non est opus valentibus medico, sed malè habentibus: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Plus autem volens aperire opera sua elementar, adiecit in sequentibus, dicens: Quis autem vestrum habens centum oves, si perdidit ouem D vnā ex iis, nonne relinquit nonagintanouem in deserto, & vadit ad perditam, quamdiu inueniat illam? & inueniens imponit illam gaudens in humeris suis, & veniens domum suam, conuocat amicos suos & vicinos, dicens: Congaudete mihi, quia inueni ouem meam perditam. Et vt clarius fieret quod dicitur: mox adiecit parabolam mulieris, quæ perditam inuenerat drachmam, vtrisque adiungens & dicens: Amen dico vobis, quia sic fiet gaudium in cælis de vno peccatore pœnitentiam agente.

Hęc diximus, sanctissime, ausi supplicare non pro perditione vnus drachmæ, sed pro amica nobis salute nō Orientalium partium tantum, sed trium propè plagarum habitabilis mundi, non corruptibili argento aut auro redemptarum de vana cōuersatione à parentibus tradita, sed pretioso sanguine agni Dei: sicut docuit beatus gloriosorum Apostolorum Princeps, cuius cathedram beatitudini tuæ credidit Christus optimus pastor, qui venit quærens & liberans, quod perierat, & ponens animam suam in redemptionem pro multis. Quem imitatus, sanctissime beatissimeq; festina ad adiuvandum nos, sicut beatus Paulus b doctor vester ad auxilium quandoque Macedonum festinauit: & quidem ille in visione cognoscens periclitari Macedones, in veritate adiuvare eos properauit. hęc cum isti dicunt de Macedonibus, eleganter videntur alludere ad Macedonum iam expulsum ab Imperatore, indigentem verò auxilio Romani Pontificis. Sed pergunt:

Tu autem affectuosus in filiis pater, nō in visione, sed in veritate spiritualibus cernens oculis pereuntes in præuicatione patris nostri Acacij, noli remorari: magis autem (vt ita dicam sicut Propheta b) non dormites, sed festina ad liberandum frōs: quia non in ligando tantum potestas est tibi data, sed in soluendo quoque diu victos ad imitationem magistri: neq; in eradicādo, vel diruendo, sed in plantando & ædificando, secundum beatū Hieremiam, magis

a Rom. 10.

ORIENTALES LITTE-
RIS SYM-
MACHI
INTERPEL-
LANT.b Exat 10. 2.
epist. Rom.
Pont.
EPISTOLA
ORIENTA-
LIVM AD
SYMMACHUM
PAPAM.
c Matth. 9.
d Mar. 2.
e Luc. 15.GATHE-
DRAM PE-
TRI TENET
ROMANVS
EPISCOPIVS.

f 1. Pet. 1.

g Act. 16.

h Psal. 120.

Agis secundum Saluatorem mundi Christum, in cuius ille exitit typo: neque in a tradendo tantum satanæ in interitum carnis, sed & in charitate formando, longa auersione deiectos: ne (quod absit) maiori b tristitia absorptis nobis à satana, videamini pertulisse dispendium. Non enim ignoras eius ingenium, qui quotidie à sacro doctore tuo Petro doceris oues Christi per totum habitabilem mundum creditas tibi pascere non vi, sed sponte coactas: qui cum doctissimo Paulo c, clamas nobis subiectis & dicis: Non enim dominamur vobis in fide, sed cooperamur in gaudio.

Quare deprecamur disrumpi nouum chirographum nostrum, sicut Saluator & dux noster Christus vetus illud in cruce disrupit d, ne vltra post lauacrum regenerationis, malorum nostrorum subiaceamus delicto, sed vt eius, qui comedit, vna acerba ligauerit dentes, secundum beati Ezechielis e prophetiam. Cum ergo in veritate parabolam istam salutari aduentu suo Saluator impleuerit: cur, sanctissime ac beatissime, Acacij inobedientia, vnam acerbam comedentis, nostri, id est filiorum ipsius in tam longo annorum cursu ligati sunt dentes? Si vnus homo furor incumbit: quare toti synagoga, aut magis toti habitabili mundo per anathema diuinus furor incumbit? Vbi ergo Dei promissio, quæ dicit f: Non percipient filij parentum peccata, neque parentes filiorum suorum, sed vnusquisque morietur in suo peccato?

Si propter Alexandrinorum, aut magis Eutyrianorum amicitiam, qui auersantur & anathematizant sanctissimum & beatissimum Papam Leonem, vel in Chalcedone Synodum habitam, anathematizatus est Acacius: quare nos à vobis æstimamur hæretici, & in anathemate sumus nos, qui amplectimur solam illam epistolam, & quæ dicta sunt in sancta Synodo? Qui propter prædicationem recti dogmatis vestri quotidie oppugnamur, & vt hæretici anathematizamur ab iis qui Eutycheti consentiunt. Noli facere iudicium, per illum, qui cunctam iudicat terram: ne perdas iustum cum impio: nec fiat apud te iustus vt impius: nec æqualiter iudicentur à te Orthodoxi, & hæretici, vel qui anathematizant prædictam sanctam epistolam, sanctamque Synodum vestram rectam, & ij qui vobiscum ab eis anathematizantur, & qui orant mori quotidie pro recta fide, quæ à vobis prædicatur.

Et Iesus quidem g Naue incircumcisos, & idolorū seruitores Gabaonitas cum mendacio fugientes ad se, dum oppugnarentur ab Abimelech vel ceteris quatuor cum eo Principibus, pro eo quod ad eum confugerant, Deo cooperante, strenuè vindicauit, ne blasphemaretur nomen Dei eius tamquam non eos adiuuare præuolentis. Vos autem, sanctissimi viri, Iesu magni Dei & Saluatoris spei nostræ discipuli, imitatoresque eius qui figuram serui assumpsit, vt nos liberos redderet à peccato, quod regnabat in nobis; videntes oppugnari nos & D mortificari, non sicut Gabaonitas incircumcisos, sed vobiscum circumcisos in Christi circumcissione, neque idolorum seruitores & æmulos, et si peccatores, tamen Christianos, & vobiscum omnia in Christo sapientes, non despiciatis, neque contemnatis vltra, pij Patres: sed sicut beatissimus prædictus Iesus Naue h, non illos tantum, sed & Raab meretricem illis anteposuit propter duorum exploratorum susceptionem; ita & vos nos vigilanter assumite cum Dei iuuamine propter duarum naturarum traditionem, quæ à vobis per epistolam inter Sanctos constituti Papæ Leonis contra Eutychetis deliramenta directa est. Et illa quidem suscipiens explorantes, in stupam lini suæ domus abscondidit: nos autem rectæ fidei vestræ suscipientes confessionem, in corde nostro non abscondimus, sed in Ecclesiarum dogmatibus Dei misericordia eam cum auctoritate prædicamus. Et illa quidem rogata, per metum eos se habere negauit: nos autem oramus, ne vnquam humano metu negemus E rectæ doctrinæ nostræ veritatem, & vsque ad sanguinem pro ea stabimus, si sit necesse i.

Vnde non tædeat nos adiuuare, neque odio habeatis propter aduersariæ communionem; quando & ab hac plurimi facultatibus impediti, & non habentes sollicitudinem multarum animarum suspenderint: quibus verò multarum animarum cura commissa est, in creditis sibi communicent Ecclesijs, nullum contrarium habentes communicantem sibi, & metuentes relinquere lupis oves propter vocem Domini dicentem l: Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & relinquit oves & fugit, & lupus rapit eas atque dispergit; quia mercenarius est, & non habet ouium curam. Quod ergo non amore vitæ capiti, sed ouium salutem curantes plurimi sacerdotum hoc faciunt, deinceps, miserante Deo, cognoscere poterit tua paternitas.] subdit mox de sacerdotibus illis, qui communicantes Apostolicæ sedi, derelinquere volebant oves illi non communicantes, cum tamen Orthodoxæ essent fidei;

2. Cor. 1.

b Colof. 2.
ROM. PONT.
PASTOR TO-
TIVS IC-
CLESTIÆ.
c 2. Cor. 1.

d Colof. 2.

e Ezech. 18.

f Deut. 24.
g Ezech. 18.QVERV-
TUR TENE-
RI PECCATO
ACACIÆ.h Ios. 10.
i A SIMILI
DVCUNT
ARGVMENTVM.

l Ios. 16.

* si iis con-
tingat.

m Ios. 10.

spicantes

DILIGENS CURA PASTORALIS EXHIBITA. Gen. 27.

QUASI DEBITVM EXTGVNT.

Psal. 134. Psal. 79.

deiectione Matth. 5.

Matth. 9.

Isaie 1. EXINGENTICALAMITATE ORIEN. ECCLESIAE ARGVNT.

Act. 18.

Jon. 4. AB EREM. PLO S. LEO. NIS PAPAE ARGVNT.

fidei: qui ne discederent & relinquerent eas lupis; ab aliis rogarentur Episcopis: nam ait: A Quidam enim de his qui in sacerdotio constituti sunt, spectantes* in exilio mitti presbyteros Orthodoxos & sanctos viros, volentes se prater necessitatem ab Ecclesijs suo arbitrio subducere, ipsosque sequi, non cefferunt eis hoc facere, adiurantes eos ut manerent in creditis sibi sanctis Ecclesijs ad populi munimen Orthodoxi, in se suscipiendo quae putantur discretionis illorum. Sicut Rebecca quodam dicens Jacob: In me peccatum tuum, fili: ita illi ab Ecclesijs sibi creditis discedere sponte volentibus dixerunt: In nos veniat peccatum discretionis vestrae: tantummodo oves Christi prater necessitatem lupis non relinquatis; ne in loca vestra haeretici ingredientes, lupi disceptant oves; aut certe ab ipsis ouibus suis propter rectam fidem fugati, & his qui non fugantur, sed sponte discedere cupiunt, ne cui aduersantium communiunt, tali fide dicentes: Putas isti amore vitae hoc faciunt, an amore animarum ad imitationem Domini sui primi pastoris nostri Iesu Christi magni Dei & Saluatoris spei nostrae, qui animam suam posuit pro ouibus suis?

Omnimodo autem & qui videntur communicare Orthodoxi, & qui se à communione abstinere, omnes post Deum tuum lumen visitationis & assumptionis opperimur: Quare festina iuare Orientem, ex quo vobis duo grandia diei lumina Petrum & Paulum ad illuminationem totius mundi Saluator direxit. Reddite ergo ei bonam retributionem, quam ipse vobis dedit: illuminare eum rectae fidei lumine, sicut per ipsum vos quondam diuinae cognitionis lumine idem illuminauit. Sicut enim quando toto mundo in peccatis aegrotate, vnus hominis delicto lassati, in aegritudinis curatione boni illius medici discipuli ipsum caelestem medicum, & principem pastorem, magistrum suum ad curam vocantes aegritudinis ipsius, aliquando dicebant: Domine inclina caelos tuos, & descende: aliquando rursus: Qui regis Israel, intende: Qui sedes super Cherubin, appare: Excita potentiam tuam, & veni, vt liberet nos: Sic nos modò, qui infirmitati nouae prauaricationis patris nostri deicimur, ad tuam clamamus beatitudinem, vt & tu imitator existens Filij Dei, ad dilectionem* deprecatione venias, imitatione ipsius caelestis Patris tui, qui facit Solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Festina in auxilium nostrum, sciens, sanctissime (sicut in principiis dictum est) quia non opus habent sani medico, sed male habentes.

Quod si parua existeret aegritudo, nos forsitan ad spirituale nostrum medicum curremus, quatenus & passiones bonorum medicorum, id est, gloriosorum Christi discipulorum, vestrorumque doctorum, & sancta adoraremus tua vestigia: vt & prauaricationis medicinam, & solutionem vinculorum, & delicti remissionem de tuo sancto ore susciperemus. Sed ne, lector, cursim ista absque consideratione transilias, verum obserua quod dicunt Episcopi isti, si liceret venire Romam, ab ipsis fore exhibendum obsequium, nempe adorare (vt aiunt) ipsius Pontificis pedes: quibus veterem accipias erga ipsum primum Ecclesiae vniuersalis Antistitem obseruantiam, cum illum conuenientes Episcopi, ad eius pedes solem accidere, atque ipsa eius vestigia venerari. At tanta haec cum audis ab Episcopis praestari solita, tecum cogita quae à reliquis Fidelibus eidem tolerent exhiberi venerationis obsequia. Subdunt verò: Sed quia non est vlcus aut macula, neque plaga tumens, sed totum vlcus est à pedibus vsque ad caput, sicut beatus Isaia antiquam prauaricationem desens dixit: vos iam boni medici, & illius veri medici, vel bonorum discipulorum ipsius certissimi plantatores festinate ad curam resolutorum Ecclesiastici corporis membrorum: vt dissolutas manus nostras, dissolutaque genua erigatis, & cursus rectos faciatis pedibus nostris: ne quod claudum est, amplius distorqueatur, sed curetur magis per strenuitatem & optimam diligentiam vestram.

Sicut enim magistro nostro domino Paulo glorioso Apostolo propter infideles aliquos, dum eum pigeret sermonem Domini in Corintho loqui, adstans Dominus dixit: Loquere & non taceas, quia multus est mihi populus in hac ciuitate. & nunc tu dicit beatitudini eius benignitas: Festina, & noli tardare ad Orientis auxilium, magis autem ad maiores partes habitabilis mundi: quia non tantum pro centum viginti millibus in magna quandoque constitutis ciuitate Ninive, sed à multo pluribus spera expectari tuam post Deum medicinam. Si enim qui praecessit beatitudinem tuam inter Sanctos constitutus Leo Archiepiscopus ad Attilam tunc erronem barbarum per se currere non duxit indignum, vt captiuitatem corrigeret corporalem, nec tantum Christianorum, sed & Iudaorum (vt credibile est) atque Paganorum: quanto magis festinare ad tuam attinet sanctitatem, non ad corporalem, quae bello fit, captiuitatis correctionem atque conuersionem, sed animarum, quae captiuitate sunt,

A sunt, vel quot die captiuantur? & inter duas diabolici vias erroris, Eutyctetis atque Nestorij, tertiam, immo mediam nobis ostendas expressius veri rectique dogmatis viam.

Dubiam eam fecerunt nostra peccata, aestimantibus quibusdam non posse inter Nestorij & Eutyctetis salutis viam mediam reperiri; sed quod omnino necesse sit, aut illius esse quemquam, aut illius. Propter hoc festina post Deum nos adiuuare: & sicut inter Arii diuidentis atque separantis vnam Deitatis naturam atque substantiam, & Sabellij quoque confundentis personas & minuents numerum Trinitatis ostenderunt sanctissimi Patres viam mediam veritatis, in confessione diuinitatis vnam substantiam, naturam, virtutemque demonstrantes, propter Sabellium tres personas & aequae potentiae vnam veritatem: sic & vos nunc, sanctissimi atque beatissimi, illuminate nos spiritualis scientiae vestrae lumine, quae est inter sententiam Eutyctetis ad imitationem Sabellij naturas atque substantias confundentis, & inter Nestorij ad imitationem Arii personas atque substantias diuidentis, vera rectae fidei confessio, tradita nobis à Papa Leone inter Sanctos constituto, & discipulorum in Chalcedone sanctorum Patrum duarum substantiarum aut naturarum vnitas in vna eademque persona & substantia magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi.

Ipsi enim docuerunt nos diuinis Scripturis, alteram esse visibilem & palpabilem & passibilem carnis naturam: & alteram inuisibilem, impassibilem, & incomprehensibilem naturam in vna persona & substantia magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi: alteram de matris substantia & natura venientem de semine Dauid, Abrahæ, & Adæ, secundum carnem natam: alteram verò ex vtero ante luciferum genitam de substantia & natura Patris. Sed ne rursus propter immaculati partus duas naturas & substantias occasionem apprehendentes qui secundum Nestorium sapiunt, duas personas, aut duos Filios, vel duos Christos male introducant: docuerunt sancti illi & beati Patres vnam scire personam & substantiarum inseparabilem vnitate ex duabus substantiis & naturis, in duabus substantiis, & naturis magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi.

Nos enim, o sanctissime & beatissime Symmache, eundem esse existimamus ex duabus naturis, & in duabus naturis, & non (sicut illi dicunt) ex duabus naturis vnam naturam post adunationem, in duabus autem subsistentibus naturis cum vnitate non pati confiteri, vt se doceant Arianorum esse imitatores, dicentium per Filium gloriarum Patrem, cum Filio autem non pati se eum glorificari. Sed sicut contra illos docuerunt fratres tui sanctissimi Patres, Per quem & Cum quo aequaliter pati dicere nos: quia, Per quem, humanitatem; Cum quo, diuinitatem significantes magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi: sic & nunc illis Ex duabus quidem naturis dicentibus, In duabus autem non consentientibus, nos Ex duabus, & In duabus pariter dicimus: Ex duabus enim dicentes, ex quibus subsistit vnitas: In duabus autem, in quibus visus est, & palpatus est, & assumptus post passionem & resurrectionem, confitemur, & in quibus veniet iudicaturus viuos & mortuos.

Neque enim nuda diuinitas poterat aut palpari, aut crucifigi pro vita mundi; nec simplex humanitas morti subiaccens per mortem confundere eum qui obtinebat mortem, hoc est, diabolus. Vnde & post resurrectionem in immaculata carne sua visum Verbum Dei & Deus noster omnibus discipulis suis dicebat: Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. palpare & videre, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habentem. Habentem dixit, vt non is in illa mutatus putaretur, sed in veritate assumptus crederetur. Beato quoque Thomae diffidenti clamat: Infer digitum tuum, & vide manus meas: & da manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.

Vnde dum assumeretur, duo viri visis discipulis in albis vestibus clamabant & dicebant: Viri Galilaei, quid statis aspicientes in caelum? Hic Iesus, qui ablatus est à vobis in caelum, ita veniet, sicut vidistis eum in caelum, cum venerit omnimodo in gloria Patris cum sanctis Angelis in die terribili iusti iudicij: sic infideles Iudaei videbunt in quem compunxerunt, & cum eis peccatores etiam nostri, cum qui eorum misertus est & liberavit eos, neglectus autem ab eis est. Secundum vos autem, sancti & iusti videbunt quem dilexit anima eorum, & laetabuntur laetitia ineffabili & gloriosa, accipientes consummationem fidei suae in salutem animarum suarum, & audientes suauissimam vocem eius dicentis: Venite benedicti Patris mei, haereditate paratum vobis regnum ab initio mundi. Cuius beatæ vocis cum tua beatitudine & nos indignos dignetur Christus Dominus noster, per omnia sanctissime Pater. haec ad Symmachum Orientales Orthodoxae fidei professores, sed tamen qui polluti communione erant Acacij: qui, quod primum omnium requiri ab eis

CHRISTI
513.SYMMACHI PAP.
15.ANASTASII IMP. 23.
THEODORICI REG. 21.

videbatur, dicere in professione rectæ fidei anathema Acacio, id penitus facere prætermittunt. Quid verò ad hæc rescipserit Symmachus Papa, incompertum habetur: non enim (vt superius demonstrauimus) quæ extat ad Orientales Symmachi Papæ epistola, post hanc, sed antè scripta fuit.

IESV CHRISTI SYMMACHI PAP.
ANNVS
513.ANASTASII IMP. 23.
THEODORICI REG. 21.SEVERVS
EPISCOPVS
ANTIOCHENVS.

Consulibus Probo & Clementiano præfens annus Domini quingentesimus decimus tertius Fastis inferitur: Quo (inquit Marcellinus in Chronico) Seuerus Eutycheis perfidia, Anastasio Cæsare volente, sedem Antiochenam Flauiani Antistatis ex monacho Episcopus occupauit.] hæc ipse. Mala malis maioribus incrementis adduntur. Qui enim monachus valuit tot tantaque comminisci scelera, quid ab eo faciendum putas cum tantæ Ecclesiæ nactus est præfecturam, fultus præsidio Imperatoris? Simulac igitur adeptus est Antiochenam sedem, conatus est omnes Episcopos ad suam communionem pertrahere: quinam autem ab eo seducti sint, quisue ei resisterint, extant litteræ monachorum Palæstinæ scriptæ ad Alcysonem, quæ res gestas enarrant. Sedem quippe, quam persecutione Orthodoxorum pretio cumulado redemit, persecutione pariter vehementius aucta ad annos quinque possedit sanguine madidus, illius instar cruentæ bestię, de qua propheticus sermo ait: Per gyrum dentium eius formido.] vt pote qui ad hoc inuasis ouile, vt mactaret & perderet. Sed reddamus de eo epistolam monachorum ad Alcysonem Episcopum Nicopolis in Illyrico, quam Euagrius recitat verbis istis:

Tob 41.
Ioan. 10.Euag. lib. 3
c. 31.
DE REBUS
SEVERI
EPISTOLA
MONACHO-
RVM AD
ALCYSONEM.

Qui Ecclesiæ Antiochenæ paruertunt, partim fuerunt vnà cum ceteris in errorem adducti, ex quorū numero fuit Martinus Episcopus Berythi, partim vi & necessitate compulsi, litteris Seueri de mutua communione (quæ non Concilio solum, verum etiam ceteris omnibus, qui duas naturas siue proprietates in Domino inesse, alteram carnis, diuinitatis alteram asserabant, anathema indixerunt) consentiebant. Verum quos necessitas ad consentiendum compulerat, hi postea mutata sententia, se ad Ecclesiam reuocarunt: ex quorum numero fuerunt Episcopi, qui Ecclesiæ parebant Apameæ. Erant verò alij, qui consentire omnino noluerunt: ex quibus erant Iulianus Episcopus Bostri, & Epiphanius Tyri Episcopus, & alij nonnulli (vt fertur) Episcopi. Isauri autem, qui iam resipuerant, ob priorem suum errorem se ipsi condemnarunt, Seueroque & eius sectatoribus denunciauerunt anathema. Alij Episcopi & clerici, qui sub Seueris erant, Ecclesiis suis relictis, fugerunt: inter quos est Iulianus Episcopus Bostri, & Petrus Episcopus Damasci, qui hic vitam degunt: Mamas item, & alter è duobus illis Dioscorianis, qui duas ab initio naturas asserabant: quorum arrogantem pertinaciam ab illis ipsis ad id quidem coactus Seuerus condemnauit.] hic ille est Mamas, de quo anno superiori dictum est, cum Sabæ res gestas recensuimus. Et paulo infra: Monasteria autem, tum quæ hic sunt, tum quæ Hierosolymis, Dei iuuante gratia, in recta fide consentiunt: aliaque plurimæ ciuitates & Episcopi eodem modo: pro quibus omnibus, & pro nobis quoque, tu sanctissime domine & pater noster honoratissime, precare digneris, ne intremus in tentationem.] hæc litteræ monachorum ad Alcysonem: quibus hæc addit Euagrius:

Tangr. cod.
lib. c. 14.
DE COSMA
ET SEVERIA
NO EPISCO-
PVS ORTHO-
DOXVS SE-
VERVM
DAMNAN-
TIBVS.

Quoniam autem istæ litteræ memorant Episcopos, qui Ecclesiæ Apameæ parebant, à Se- uero descivisse: deinceps ponamus in medio quod à patribus nobis traditum est, licet nulla historia hucusque comprehensum. Cosmas, qui nostræ Epiphaniæ Orontem fluium tangentis Episcopatum gessit, & Seuerianus Episcopus Arethusæ vrbis finitimæ, litteris Seueri de mutua communione grauer offendit, primum se ab eis communione segregarunt, deinde libellum abdicationis ad eum iam tum Episcopatum Antiochiæ administrantem mittunt: quem libellum tradunt Aureliano præcipuo Epiphaniæ diacono: qui quoniam Seuerum extimescebat, & tam illustri Episcopatus amplitudinem reuerbatur, vt primum venit Antiochiam, induit se veste muliebri, & ita ad Seuerum accedit: seque ipse effeminatum mollemque ostendit, mulieremque omnino esse simulabat: atque velamine, quo caput obuoluebatur, ad pectus vsque demisso, lamentari, & exili voce velut ex imis præcordiis ducta obtestari cœpit, Seueroque prodeunti libellum abdicationis dat:

CHRISTI
513.SYMMACHI PAP.
15.ANASTASII IMP. 23.
THEODORICI REG. 21.

A dat: & clam omnibus, ex turba quæ sequebatur Seuerum, euadit: fugaque sibi antè salutem parat, quàm Seuerus ea quæ libellum complectebatur potuisset cognoscere.

At Seuerus quamquam libellum recipiebat, & quæ in eo scripta erant, satis intelligebat: tamen in sua sede Episcopali firmè perstitit ad mortem vsque Imperatoris Anastasij. Vbi autem Anastasius de his quæ Seueri acciderant, certior factus est (facinus namque tam benignè & clementer ab Anastasio editum hoc loco commemorandum est) mandatum dat Asiatico Præfecturam Libanesiæ quæ est in Phœnicia gerenti, vt Cosmam & Seuerianum suis sedibus expelleret, propterea quòd Seueri libellum abdicationis miserant. Qui cum venisset in Orientem, & multos Seueriani & Cosmæ doctrinis adhærescentes & suas ipsorum ciuitates strenuè propugnantes reperiret, retulit ad Anastasium hos sine sanguine non posse suis sedibus exturbari. Itaque tantum in Anastasij animo insedit clementiæ & mansuetudinis, vt per litteras Asiatico planè significarit, se velle nullum facinus aggredi, quantumuis magnum & memorabile, si vel gutta sanguinis pro eo fundenda esset.] hæc Euagrius, commendans ex his clementiam Anastasij, immemor quæ superius dicta sunt ab eo parata aduersus Catholicæ fidei professores: adeo vt sæpius apparuerit, tunc tantum præterulisse clementiam, cum populorum veritus seditionem, sibi timens, gladium à cæde cohibuit. Verum satis ad seuitiam Imperatoris fuit, cum etiam non ipse in sanctos Episcopos grassatus est, siuerit tamen Seuerum impium pro animi voluntate scire: Hic enim tantam ignominiam sibi ab Orthodoxis illatam Episcopis in sui abdicatione haud æquo animo tulit, sed expectauit vt ab Imperatore de eisdem supplicium sumeretur: cum verò illum dictis ex causis temperantem se ab ultione vidisset, erupit ipse vehementiore in Orthodoxos concepta rabie atque furore.

ANASTASII
VS. MITVS
AGENDVM
PVTAVIT
CVM EPIS-
COPIS OR-
THODOXIS.

C Antequam autem cetera de nefandis Seueri sceleribus prosequamur, quoniam de Iuliano Bostrensi Episcopo honestissima mentio facta est, de eo nonnulla dicamus. Fuit hic discipulus magni illius Theodosij Cœnobiarchæ, cuius superius meminimus; de quo et scribit Cyrillus monachus in Vita eiusdem Theodosij. Sed inter cetera eius vitæ insigniter ductæ merita hæc etiam à Sophronio perpetuis monumentis mandata reperiuntur:

Cyril. in
Vit. Theodosij
apud Syr.
tom. 1.Prat. Spirit.
lib. 6. c. 96.
IULIANVS
BOSTRENSIS
VENENVM
ILLÆSVVS
BIBIT.

Idem pater noster Gregorius Archimandrita narrauit nobis de Abbate Iuliano Episcopo Bostrensi: quòd cum recessisset de cœnobia, & factus esset Episcopus Bostrensis, quidam ex habitatoribus ipsius ciuitatis odio nominis Christi voluerunt eum veneno occidere: corruptentesque pecuniis ministrum eius qui ipsi porrigebat poculum, dederunt illi venenum, vt cum porrigeret Metropolitæ poculum, venenum in calicem mitteret. Puer autem ita vt dictum fuerat fecit, deditque calicem veneno infectum sancto Iuliano. Suscepit verò illum sanctus vir, ac diuinitus cognouit insidias. Susceptum ergo calicem ante se posuit, nihil omnino dicens puero: mittensque accessit omnes primates ciuitatis, inter quos erant & qui illi insidias parauerant. Vir autem beatissimus nolens eos publicare qui hoc fecerant, voce mitissima omnibus dixit: Si arbitramini humilem Iulianum veneno occidere, ecce coram vobis pestiferum calicem bibo. Signansque ter digito suo calicem, & dicens: In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti bibo hunc calicem: bibit illum coram omnibus, atque illæsus perstitit. Quod illi cum vidissent, prostrati, veniam petierunt.] hæc de Iuliano Bostrensi Episcopo, qui haud dubium ex Seueri insidiis ista est passus: quòd enim scisset rescipisse Imperatorem ad Præfectum, vt potius quàm sanguis funderetur, siuerit in suis sedibus permanere Episcopus, ipse veneno rem conficere machinatus est: sed tanto à sanctissimo viro miraculo edito, planè declaratum fuit veritatem per ipsum Iulianum Episcopum defendi.

Quæ insuper eiusdem Seueri opera in Eliam Episcopum Hierosolymitanum & alios Orthodoxos Palæstinæ Prouinciæ acta sint, ex Cyrillo monacho, qui illis vixit temporibus, rem aggrediamur. Simulac enim sedem inuasit perfidus Antiochenam, ex sibi subiectis Episcopis, illis tamen qui cum eo sentirent, conuentum collegit, Synodi que nomen indidit, ex quo & Synodales scripsit epistolas, quibus cum suæ promotionis absentes redderet certiores, tum etiam fidei professionem ex morè conscriberet, quam veluti piam Catholicamque vt amplecterentur, admonuit, ita fore animo concipiens, vt qui ab ipso diuersa sentirent, exploratos haberet, & vt tandem adigeret. Ex his enim quæ aduersus Eliam Cyrillus ipsum egisse tradit, quidnam in minorum sedium Episcopos præsumperit, possumus compensata ratione conicere. Ait igitur Cyrillus:

Cyril in
Vit. S. Sabæ.

Cum apprehendisset Seuerus sedem Antiochenam, innumerabilia quidem mala fecit

Annal. Eccl. Tom. 6.

Ggg 2 ijs qui

his qui non ei communicauerant. Mittit autem sua quoque Synodalia ad Eliam Patriarcham: quibus minime admissis, non medioeriter ad iram accendit Imperatorem. Et hæc Synodalia rursus mittuntur Hierosolymam, simul missis etiam quibusdam clericis & non parua manu militari, ut iis, quibus non persuadebatur eadem tenere quæ ipsi, vim etiam afferrent. Cum hæc autem ita se haberent, & tam acerba in fidem Orthodoxam exerceretur tyrannis, & iam Eliæ graue immineret periculum, & eius capiti malum impenderet, & nusquam auxilium: Cum congregasset diuinus Sabas eximios omnes & electos monachos, cum illis accedens, & illam quæ circumstebat Eliam perumpens multitudinem (ô generosam animam!) Regis satellites & Seueri ministros illic fugat, tamquam quædam mancipia. Deinde alia quoque vndique confluentium monachorum multitudo, eos qui Seucro communicabant, in illorum ipsorum conspectu anathemati fidenter subiiciunt.] Admiratione planè dignum fuit, hominem Euangelica mansuetudine nulli secundum, cum periclitari videt Catholicam fidem, & in discrimen adduci suum ipsius Episcopum, leonis induere animositatem, cum delectum habet, instarq; exercitus ducis Orthodoxos monachos zelo armat ad pugnam, ut vindicent Sancta, nec sinant inaccessum impiis fidei illibatae sacrarium pollui. Sic igitur qui sciebat Deum habere se præuium, inconcessa humanis viribus tentat, in armatos hostes irrumpens, eosdemque absque humana potentia ut pauida animalia fugat & disijcit. At quid superatus Anastasius Imperator à Saba? audi Cyrillum:

Hoc (inquit) dedecus & hanc ignominiam volens delere Imperator, contra eos mittit Olympium quemdam Cæsariensem, traditis ei copijs quæ erant in Palæstina, regia vtens auctoritate, non legibus, nec iudicijs. Qui cum primùm ascendit Hierosolyma, Eliam quidem de sede deponit, ac eum damnat exilio: Ioannem autem filium Marciani, qui Seueri quidem confessus fuerat communionem, anathemati verò subiecerat Synodum Chalcedonensem, reponit in illius sedem. Quod quidem cum didicisset beatus Sabas, non licuit ei cunctari: sed cum rursus assumpsisset sacrum illum exercitum monachorum, tamquam præstantissimus quispiam Imperator irruit in certamen. Et Olympium quidem non offendit (iam enim ille, tamquam ei res rectè successissent, reuersus est in ciuitatem): In Ioannem autem incidens nouum Patriarcham, testificatur & denunciat, ne Seuerum admittat in communionem, sed tuetur potius Synodum Chalcedonensem, & pro ea ad sanguinem vsque periclitetur. Quod quidem facit ille, reueritus Patrum protestationem, omnino oblitus conuentorum cum Olympio.] Mira quidem res, & quæ propemodum humanum superet captum, ut subrogatum in locum Orthodoxi hæreticum, mox dicto citius Sabas conuerterit in Orthodoxum & confessorem. Sed pergit Cyrillus:

Propter hæc iratus Imperator, Olympium magnæ condemnans stultitiæ, illum quidem statim deponit è magistratu: cum autem eum tradidisset Anastasio, & eum constituisset Ducem totius Palæstinae, illuc mittit. Ille verò cum quàm celerrimè venisset Hierosolymam, & ne solo quidem verbo impertuisset Patriarcham, sed solum spectaret gratiam Imperatoris, & pro honore ei dato, sine ratione ei vicissim præstaret officium, magis expertis rationis, eum statim conijcit in carcerem, impudenter vim afferens, & in difficilem adducens necessitatem, ut Synodum quidem Chalcedonensem abrogaret & infirmaret, amplecteretur autem & defenderet Seueri communionem. Sed ille cum rem communicasset Zachariæ, qui præerat Cæsariensibus, latenter consulendo de his quæ erant posita, callida arte subterfugit necessitatem. Ea autem erat: Pollicitus se omnia facturum quæcumque Dux iuberet, prompto & alacri animo, si relaxaretur à custodia, postquam soli duo dies præterissent: ne vi (inquit) videamur parere iussis Imperatoris: ita dimittitur è carcere.

Deinde vna nocte multitudo eorum qui erant circumcirca monachorum conuocatur in templum Stephani primi martyris, specie quidem, ut qui esset manè celebraturus commune festum primo martyri, re vera autem eos aduocans ad auxilium Orthodoxæ fidei, ut sic magis hæreticorum coerceret arrogantiam. Diluculo ergo congregata fuerat multitudo monachorum, partim quidem ex iis qui fuerant illic congregati monachi, sicut dictum est, partim autem de more veniens ad Synaxim, partim verò quæ concurrerat ad videndum Hipatium, qui erat consobrinus Anastasij Imperatoris, modo seruatus ex captiuitate: erat enim templum quoque capacissimum multitudinis. Aderat autem ipse quoque Dux, ut eo teste abrogaretur & abdicaretur Synodus Chalcedonensis.

Protinus ergo ascendit suggestum Ioannes, vtraq; manu tenens Sabam & Theodosium pietatis propugnatores. Cum se autem sustinuisset aliquantulum, visus est sensim susurrantem

S. SABAS TRAEISTO EST ELIAE EPISCOPO HIEROSOLYM.

OLYMPIVS CVM MILITIBVS ADVERSVS ELIAM MITTITVR.

Hæc etiam habet recitata in Septima Synodo A. dion. 1. tom. 2. Concil. IOANNES EX HAERETICO CATHOLICVS ET CONFESSOR.

IOANNES PVBLICE CONFITEVR FIDEM CATHOLICAM.

tem audire multitudinem, & dicentem oportere ferire anathemate eos qui non rectè sentiunt. Hoc ergo ille, cum tamquam diuinum aliquod signum accepisset, & cor habuisset repletum audacia, vnam emittit vocem cum multitudine: Si quis ea sentiat, quæ Eutyches, Nestorius, Seuerus, & Soterichus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, anathema sit. Tunc sensit Dux fraudem, & veritus populi consensum vnam, satis habuit, si se subducens silentio fugeret, & abiit Cæsaream. Qui autem remanserat consobrinus Imperatoris, iure iurando affirmavit diuinis Patribus, se non venisse ut communicaret malæ Seueri opinioni, sed ut loca adoraret veneranda, seque velle potius communicare eorum sanctitati. Dat itaque Sabæ magnam vim pecuniæ quidem, simul & iuber eam distribuere omnibus qui illic erant monachis, ostendens suam in Deum fidem, & quam erga illum habebat pietatem & reuerentiam efficiens manifestam.]

Quis ad hoc non obstupefcit? non tantum qui missus fuerat instar Balaam ad maledicendum, ad benedicendum os conuertisse: sed & qui ut Imperatoris mandatum impleretur, præsto fuisset, contra sententiam Imperatoris esse locutum, atque quos ut hostes habebat, eosdem beneficentia demerere magno studio laborasse? Sed subdit: Cum autem beato Sabæ sic processisset ex sententia certamen, quod pro recta fide susceptum fuerat: sciens ille Imperatorem hæc non esse passurum, sed pro ignominia & dedecore id habiturum, & ægrè laturum, & omnibus modis operam daturum ut se vlciscatur, congregato toto cœtu monachorum, ubi cum eis rem contulisset, simul scribit epistolam ad Imperatorem, quæ hoc modo habebat:

Dominus noster Iesus Christus omnium Rex æternus & Deus, excelsi post illum regni sceptræ piæ vestræ potestati sua benignitate tradidit, re vera volens omnibus quidem sanctissimis Ecclesijs, præcipuè autem matri Ecclesiarum bonum pacis conciliare per vestram in Deum pietatem. Sciunt verò omnes, quod cum ab hac Ecclesia cœpisset verè magnum veræ religionis mysterium, peruasit vsque ad finem Orbis terræ. Quod quidem nos horum diuinorum locorum habitores ab alto à sacrosanctis acceptum Apostolis sanum & integrum in hodiernum vsque diem conseruauimus, & in æternum Christi gratia conseruabimus, à recta verbi semita minime deducti ab aduersarijs, aut corrupti profanis & vanis eorum vocibus. In hac ergo intemperata, & in quam nulla cadit reprehensio, fide, cum enutritum & educatum ab ineunte ætate fuceit vestrum Imperium: venit nobis in mentem admirari, quemadmodum in diebus vestræ pietatis tantus tumultus & tanta perturbatio inuasit matrem horum Ecclesiarum, ut ne parcatur quidem his qui Deo ministrant, sed sacerdotes & monachi, qui virtutem sequantur à pueris, modesteque & silentio vitam transigere delegerunt, in conspectu Iudæorum & quorundam aliorum Gentilium ab ipsa sancta Sion per mediam ciuitatem turpiter trahantur & intemperanter, & in profana quædam loca expellantur, quin etiam cogantur nonnulla facere ad rectæ fidei labem & reprehensionem: adeo ut qui huc veniunt voti causa pro vtilitate animæ, recedant repleti scandalis & offensione.

Rogamus ergo vestram potentiam, ut nos quoque aliquando à tantis malis relaxemur: quorum omnium auctor & origo est Seuerus, cui, ut in Antiochenâ præsideat Ecclesia, mandatum est ad poenam nostrorum peccatorum, ad malum quidem prius suæ animæ, & totius Ecclesiæ multitudinis. Quomodo enim non est absurdum, nos qui sumus Hierosolymitani, in modo doceri de fide, & qui sumus omnium patres ad verbum pietatis, tam serò videri didicisse veram religionem? Quomodo non est hinc manifestum, quod hæc quæ recentior apparet & videtur esse correctio rectæ & sanæ fidei quæ fuit tradita à Patribus, non est re vera correctio, sed subuersio & adulteratio potius eius quod rectè habet, eius susceptæ mercedem ijs qui persuadentur procurans animæ interitum? Nos ergo nec patiemur aliquid aliud addere præter ea quæ decreta sunt à trecentis decem & octo Patribus, qui fuerunt Nicææ, & tribus quæ postea consecutæ sunt Synodis: neque quicquam aliter innouare, sed pro eis etiam animas profundere, & innumerabiles, si fieri possit, mortes parati sumus suscipere. Pax itaque Dei, quæ superat omnem intelligentiam, fidem nostram custodiet sanctam, & sedabit rempestatem quæ est aduersus eam excitata, nutu vestræ potentia, ad eius gloriam & decus pijs vestri & religiosi imperij.] hætenus epistola sancti Sabæ Abbatis ad Anastasium Imperatorem. Ceterum Imperator cum hanc accepisset epistolam, in aliud tempus distulit respondere: cum enim tunc occupabat quædam barbarica expeditio. Porro hæc eadem quæ interceperunt inter Sabam, Eliam, & Anastasium Imperatorem, ex eodem auctore breui compendio Nicephorus complexus narrat.

EPIST. SABÆ AD ANASTASII IMP.

MAGNA IN FIDEI CONFESIONE CONSTANTIA.

Philipp. 4.

Nicoph. lib. 16. c. 23.

CHRISTI
513.SYMMACHI PAP.
15.ANASTASII IMP. 23.
THEODORICI REG. 21.

Licet autem tot machinas aduouisset Imperator aduersus Hierosolymorum Ecclesiam A
fidem Catholicam profitentem: tamen Ioannes ille, qui substitutus est in locum Eliæ, ab
Orthodoxis, quod in strenuum mutatus esset propugnatorem fidei Catholicæ, in sede illa
retentus est contra Seuerum & Anastasium Imperatorem. Admiranda quippe sunt opera Dei,
qui tumens exiccat mare, & conuertit rupes in fontes aquarum: nam à Seuero & ab Imperatore
excitatos fluctus arefcere fecit; & aridum inanemque hominem, qui hæreticis manibus
dederat, largissimos fecit Catholicæ fidei riuos emittere, & veritatem magnificè predicare.

Conuertit tunc quidè Deus mare in aridam, dum vniuerso eum satellitibus suis armato in-
ferno, & cum eo conspirantibus pariter Principibus terræ, ipse infirma mundi & ignobilia
mundi & contèptibilia, & ea quæ non sunt eligita, vt confundat fortia, & quæ sunt destruat: ne
glorietur (vt inquit Apostolus b) omnis caro in conspectu eius.] Quod planè & tunc fuit ma-
nifestius declaratum, cum humillimum hominè (si secundum carnè consideres) Sabam addu- B
xit in mediũ, qui minacis draconis impetus coerceret, & pugnacis leonis frangeret insultus.

Sed his aded insignibus Dei operibus alia liber adiungere diuina miracula, quibus sapif-
simè declaratum fuit ipsi curæ esse Catholicam veritatem, quam in tantis tenebris facit lu-
cis radijs cælitus missis in signorum editione fulgere. Accipe igitur quæ his temporibus di-
uersis in locis sunt facta miracula ad conuincendam eiusdem perfidi Seueri atque dam-
mandam impietatem. Sophronij quidem Patrum hos suppeditat flores; ex quo in primis
quid in Ciliciã actum sit, adducamus in medium, quod licet temerarium facinus, à Deo ta-
men ad stabiliendam imbecillitatem credentis fuit tunc miraculo comprobatum: narrat
enim ita Sophronius:

^a Præf. Spirit.
lib. 1. c. 29.
DIVI-
NO MIRACULO
PROBATA
FIDES CAT-
HOLICA.

Quasi triginta millibus ab Aegina ciuitate Ciliciæ Styliæ monachi duo erant separati
ab inuicem sex millibus passuum. Ex his alter sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ C
communicabat: alter autem, qui plus temporis in columna egerat, Seuerianæ impietatis
erat: variisque modis hæreticus Catholicum criminabatur. Ille verò diuinitus inspiratus,
petijt ab eo, vt partem sibi mitteret communionis suæ: qui gaudio elatus, quoddam quasi illum
seduxisset, protinus misit, nihil hæsitans. Suscipiens autem Catholicus missam sibi ab hære-
tico sectatore particulam, in feruentem ollam iniicit, moxque resoluta est: sumptam quo-
que Catholicæ Ecclesiæ sanctam communionem in eam coniecit; statimque feruens olla
refrigerata est, & sancta communitio permanit integra, neque madefacta est: quam & dili-
genter seruauit, & ostendit nobis, cum ad illum venissemus.] hæc de Styliæ. Rursum autem
idem auctor de his quæ in Cypro insula contigerunt ista subdit:

^a Præf. Spirit.
cap. 10.
DE SEVERI-
ANO DIVI-
NO MIRACULO
AD
FIDEM CON-
VERSO.

Dade Cypri emporium est: in eo monasterium, quod dicitur Philoxeme. Ad id cum ve-
nissimus, inuenimus ibi monachum genere Melitensem, Isidorum nomine: huc vidimus D
sine intermissione cum eiulatu flentem. Cum autem rogaretur ab omnibus, vt aliquantulum
quiesceret, & à fetu temperaret, nulli penitus acquiescebat, dicens omnibus, Nimirum
peccator sum vltra omnes qui ab initio sæculi fuerunt. Cum autem illi diceremus: Nullus
certè sine peccato est, nisi vnus Deus: respondebat dicens: Veraciter, fratres, nullum inueni
inter homines similem mihi peccatorem; nullumque maius delictum; quam meum. Et vt
cognoscatis me vera prosequi, audite peccatum meum, vt & vos oretis pro me:

Ego cum essem in sæculo, vxorem habui: eramus autem ambo Seueriani dogmatis. Cum
ergo die quadam venissem domum, non inueni vxorem meam. Audiui autem quoddam abiif-
set ad vicinam mulierem, vt illi communicaret (erat autem illa Catholicæ religionis & fidei):
eucurri que protinus volens prohibere. Profectus autem domum, inueni illam iam commu-
nicasse. Quare indignatione concitatus, apprehendi guttur eius, feci que illam euomere sa- E
cram communionem, sumptamque deinde particulam sanctam huc illucque iactabam, donec
in lutum cecidit. Mox autem vidi coruscationem in eodem loco sanctam assumpsisse com-
munionem: Post biduum verò aspicio virum quasi Æthiopem, semicinctijs vestitum, dicen-
temque mihi: Ego & tu simul in vnum supplicium condemnati sumus. Et ego ad eum: Tu,
inquam, quis es? Respondit: Ego sum qui conditorem Dominum omnium Iesum Christum
in maxilla percussi passionis tempore. Atque hac de causa à fetu temperare non possum.]
hæc de penitente Seueriano ad fidem Catholicam restituto. Ita planè Deus non voce tan-
tum, sed assiduis lacrymis Seueriani hominis prædicari voluit aduersus Seuerum fidem Ca-
tholicam. Sed audi quæ post nonnulla idem actor his addit in eodem argumento versatus:

DE ILLVS-
TRI FEMI-
NA SEVERI-
ANO
CONVERSA
AD FIDEM.

Cosimiana vxor Germani Patricij voluit nocte quadam sanctæ Dominicæ sola adorare
sanctum Domini nostri Iesu Christi viuificumque monumentum. & cum appropinquaret
ianuæ

CHRISTI
513.SYMMACHI PAP.
15.ANASTASII IMP. 23.
THEODORICI REG. 21.

A ianue sacrarij, apparuit illi visibiliter Domina nostra sancta Dei genitrix cum alijs quoque
mulieribus dicens: Quomodo, cum nostra non sis, huc audes ingredi? Et prohibebat eam:
Neque enim, inquit, nostra est. Erat enim de hæresi Seueri Acephali. Illa verò multum
rogabat, vt mereretur ingredi. Ad quam sancta Dei genitrix respondens ait: Crede mihi,
mulier, huc non ingredieris, nisi nobiscum communicaueris. Agnito autem, quod cum es-
set hæretica, ingredi prohiberetur: quoddamque nisi accederet ad sanctam Catholicam & Apo-
licam Ecclesiam Christi Domini & Dei nostri, intrare non permetteretur: continuo accer-
sito diacono, orauit sanctum calicem sibi dari: quo allato, sumpsit sacrum corpus & pretio-
sum sanguinem Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi: atque ita absque vlla prohibitione
digna est habita adorare sanctum & venerabile sepulchrum Domini nostri Iesu Christi.)
hæc Sophronius, rem gestam breuiori summa complexus, prætermittens nimirum quæ in-
tercesserunt mediæ actiones, artequæ Seueriana femina posset sacrosanctæ communicatio-
nis fieri particeps. Quis ignorat non esse diaconorum, sed tantum Episcoporum, in hære-
sim lapsam Catholicæ Ecclesiæ conciliare & impertiri iubere sacra communionis symbola,
quod per diaconum fieri, ipsius erat arbitrij & facultatis? Hæc quidem ita tractari solere,
immo canones & vetus mos in Ecclesia perseuerans faciunt manifestum. Porro tanta hæc
voluit Deus illis in locis ostendi signa, edique miracula, vbi grauiorem Catholica fides passa
est pressuram, & sauior tempestas exagitauit Ecclesiam, abrepto ex ea qui clauum regebat
Episcopo. Sed quid insuper in his accidit, eundem auctorem audi:

Narravit (inquit ^a) nobis & hoc idem presbyter Anastasius, dicens, quod Palæstinæ ^{Præf. Spirit.}
Dux aliquando venit adorare sanctam Christi Domini nostri Resurrectionem: & cum cœ-
pisset ingredi in sanctum monumentum, aspexit arietem cum impetu ad se venientem; cor-
nibusque illum impetentem. Ille verò pauore correptus, retrò redibat. Custos verò san-
ctæ Crucis Azarias, & ceteri qui assistebant, eius timore permoti, dicunt ei: Quid est:
quid habes, domine? cur non ingredieris? Dicit eis: Vt quid intulistis arietem istum? Qui
stupefacti aspexerunt sanctum monumentum, nihilque videntes, aiunt ad illum: Ingrede-
re, nihil tale intus est. Rursum ille ingredi cepit: sed iterum aspexit arietem contra se ve-
nientem, & introire se prohibentem. Istud cum sæpe factum esset, illeque, ceteris nihil viden-
tibus, solus arietem cerneret; ait illi Crucis custos: Crede mihi, domine, aliquid habes in
anima tua, quod te prohibet adorare sanctum & venerabile viuificum monumentum Sal-
uatoris nostri: Itaque moneo, vt confitearis Domino peccata tua: clemens enim & miseri-
cordissimus cum sit, & tui misereri volens, huiusmodi tibi miraculum ostendit.

Ille autem cum lacrymis dixit ei: Verè multis magnisque sceleribus obnoxius sum. Et se
D ipsum in faciem prosternens, post multas horas permanit flens & confitens Domino. Sur-
rexit inde, & rursum ingredi voluit, sed iterum ab ariete permissus non est. Tunc ait illi sanctæ
Crucis custos: Verè aliud est, quod te ingredi vetat. Dixit autem ille: Num fortasse ideo,
quia non sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, sed Seuero communico, introire prohibeor? Tunc pe-
tijt à custode, vt sancta & viuifica Dei mysteria sibi afferrentur; & allato sancto calice com-
municauit: atque ita ingressus est & adorauit, nihil vltra impedimenti passus, nec vltierus
cernens quod se detereretur.] ita apud Sophronium: vbi cum hæc contigisse dicantur Duci
Palæstinæ; meminisse debemus superius esse dictum, ab Anastasio Imperatore missum esse
Hierosolymam Anastasium Ducem Palæstinæ hominem Seuerianum, qui exturbaret Ca-
tholicos: num autem hic idem cum illo sit, haud aded certò affirmare possumus. Post mul-
ta verò, hæc etiam de Seueri sectatore Sophronius:

E Cum venissem Seleuciam, conuenimus Abbatem Theodorum Episcopum eiusdem ci-
uitatis. Ille autem narravit nobis, dicens: Sub sanctæ memoriæ Dionysii huius ciuitatis
Episcopo prædecessore meo tale quiddam contigit. Vir quidam erat in hac ciuitate negotiator
valde religiosus & diues, sed hæreticus: erat enim de Seueri sectatoribus. Habebat autem
seruum fidelem quemdam sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ communicantem. Hic secundum
prouinciæ consuetudinem, die sancto Cœnæ Dominicæ sumptam communionem inuoluit
in linteo mundissimo, & in armario reposuit. Contigit autem, vt post sanctum Pascha vir il-
le fidelis mitteretur Constantinopolim negotij cuiusdam gratia, dimissa per obliuionem
sancta communionem in armario: dedit autem eius clauem domino suo. Quadam verò die
aperiens armarium dominus, inuenit linteolum, inuolutasque in eo sanctas particulas com-
munionis. Contristatus est autem in hoc, & hæsitabat, quidnam de illis faceret. Nam ex
illis communicare nolbat, eo quod essent sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, ipse verò Seuerianæ
hæresis

^a Præf. Spirit.
c. 79.
MIRACU-
LVM DE AS-
SERVATA
EVCHARI-
STIA, ET
CONVERSA
SEVERIA-
NIS.

hæresis. Et tunc quidem dimisit eas in armario, ut erant, cogitans quia rediturus esset. seruus, & sumpturus eas.

Cum autem venisset Cœna Domini, nec seruus ille fidelis rediisset, voluit eas dominus ipsius comburere, ne rursus & in secundum annum seruariantur. Apertoque armario, vidit omnes sanctas particulas culmos & spicas germinasse. Vnde ingenti timore comprehensus in nouo admirandoque spectaculo, sumens sanctas particulas, & cum omni domo sua clamans, Kyrie eleison, conuenit ad sanctam Ecclesiam ad sacrosanctum ac venerabilem Dionysium Episcopum. Hoc autem magnum & terribile & omnem rationem omnemque mentem excedens miraculum, non vnus, aut duo, aut tres, vel pauci aliqui viderunt, sed omnis Ecclesia, ciuesque, rustici, & indigenæ, qui continentem ambulat, & qui nauigant viri, & alij omnes: & illi quidem clamabant, Kyrie eleison: ceteri autem aliter Deum laudabant: omnes verò pariter Deo gratias agebant pro ineffabilibus eius mirabilibus. Plurimi ergo ex hoc miraculo credentes adiecti sunt sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ.] hæc de Actis Seleuciæ.

Prat. Spirit. cap. 106.

Rursus autem idem auctor de alio sectatore Seueri hæc scribit: Narrauit iterum nobis idem Abbas Theodorus dicens: Xenodochium hic est prope Pharium inter S. Sophiam & S. Faustum. Qui autem illi præerat, die quadam orauit me, ut irem in xenodochium, & ibi morarer paucis diebus. Abies igitur, inueni illic monachum quemdam hospitio susceptum Syrum genere, nihil habentem præter cilicium & pallium & panes paucos: stabat autem in vno angulo semper die noctuque psallens, & nemini loquens. Veniente autem die sancta Dominica, abij ad illum dicens: Veni frater ad S. Sophiam, ut communices sanctis venerandisque mysterijs. Qui ait: Non venio. Ad quem ego: Cur, oro te? Ait mihi: Quia Seuerianus sum, & non communico Ecclesiæ. Audiens itaque quia non communicaret sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ, simulque videns illius optimam conuersationem, vitamque virtutibus plenam, abij lugens in cellulam meam, & clausa ianua, prostravi me ipsum in faciem coram Domino per dies tres, & orabam illum cum lacrymis multis, dicens: Dominator Christe Deus noster, qui propter ineffabilem tuam immensamque clementiam inclinasti celos & descendisti propter salutem nostram, qui incarnatus es ex sancta nostra Dei genitrice semperque Virgine Maria, reuela mihi, qui sint qui bene & recte credunt, nos ne, qui sanctæ Ecclesiæ iungimur, an qui Seuero consentiunt.

STIGNOVI- SIBLIOS- TENSAM- PEPAS SE- VERIANA-

Die verò tertia venit mihi vox inuisibiliter dicens: Vade, Theodore, aspice fidem ipsius. In crastinum igitur profectus, sedi ante illum, expectans videre, aliquid iuxta quod mihi vox dixerat. Et cum mansissem sedens quasi hora vna, & intuerer in ipsum stantem & voce Syra psallentem, vidi, teste Deo, filij columbam super caput eius stantem fuliginosam veluti ex coquina venientem, squalidam & foetidam. Tunc agnouit eam, quæ mihi apparuerat, caliginosam foetidamque columbam ipsius esse fidem. Hæc autem nobis narrauit in veritate cum multis lacrymis & singultibus sancta ipsius anima.]

Prat. Spirit. cap. 188.

De alio item Seuerianis communicante idem auctor narrat in hunc modum: Abbas Theodorus antiqui monasterij pater narrauit nobis, dicens: Erant Constantinopoli fratres duo trapezitæ Syri. Dixit autem maior ex illis minori fratri: Veni descendamus in Syriam, & possideamus paternam domum nostram. Dixit autem illi iunior: Cur ambo dimittimus hic ministerium nostrum? Descende ipse, & ego hic manebo: vel ego discedam, tu illic remane. Conuenit ergo inter eos, ut descenderet iunior. Cum itaque descendisset, post breue tempus is qui Constantinopoli remanserat, vidit in somnis senem quemdam speciosum & magnæ reuerentiæ dicentem sibi: Scis quia fornicatus est frater tuus in vxorem cauponis? Qui exurgens de somno, tristari cœpit, & intra semetipsum dicere: Ego illi causi fui istius lapsus. Cur enim dimisi illum solum? Aspexit autem secundò eundem senem dicentem sibi: Scis quia frater tuus corruit in vxorem cauponis? Quo viso rursus contristatus est. Tertio conspicit eundem dicentem sibi: Nescis quia frater tuus perdidit liberam mulierem, & in vxorem cauponis effusus est? Scripsit igitur ad illum ex Constantinopoli, ut statim dimissis omnibus, veniret Byzantium. Qui acceptis fratris litteris, statim dimisit omnia, venitque ad fratrem suum. Ille verò mox ut vidit eum, duxit in maiorem ecclesiam, & cœpit mæstus culpare illum, & dicere: Bene fecisti, frater, quia cauponis vxorem adulterasti? Quod cum ille audisset, iurare per Deum omnipotentem cœpit, quod neque adulterauerat, neque mulierem ullam nouerat præter legitimam vxorem.

Cum hæc frater maior audisset, ait illi: Numquid aliud quippiam peccati grauioris à te gestum

A gestum est: Ille autem asseuerauit, dicens: Verè nihil conscius sum iniquitatis admisisse: nisi quoddam monachos in villa nostra reperi Seueriani dogmatis, ignoransque an malum esset, communicauit eis: aliud quodlibet ignoro me fecisse. Intellexit tunc maior natu frater, hoc esse quod illi dictum fuerat, fornicatum scilicet eum fuisse: quia sancta Catholica & Apostolica Ecclesia ommissa, in hæresim Seueri Acephali, qui re vera caupo est, corrutens, confusus erat, & nobilitatem rectæ fidei contaminarat. Hæc ipse, post multa verò ista habet: Dicebat senex quidam: Signa & prodigia diuinitus vsque hodie in Ecclesia fiunt propter eas quæ pullulant & quotidie pullulant impias hæreses, & maximè propter Acephali Seueri & ceterorum perniciofa schismata, ad munimen & firmamentum animarum, atque ad illorum ipsorum, si ita voluerint, conuersionem, &c.] subditque de quibusdam miraculis in baptisterijs Catholicorum fieri solitis.

COMMUNE- CARR CVM HAERETI- CIS EST FOR- NICARI.

Prat. Spirit. cap. 213.

B Ad hæc addimus de Præfecto vrbis Constantinopolitanæ, quem S. Ioannes cognomento Silentarius ab hæresi Seueri liberum reddidit: in eius enim Actis res gesta sic describitur à Cyrillo: Mulier quædam genere quidem Cappadocissa, Regina autem vocatione, diaconissa verò magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, venit Hierosolymam, habens secum consobrinum, qui locum obtinebat Præfecti: qui erat alioqui vir pius, Catholicæ autem minime communicabat Ecclesiæ, ut qui Seueri à recta diuersam suscepisset opinionem. Atque diaconissa multum quidem ponebat studij, vt mens illius mutaretur, & cum Catholica vniret Ecclesiæ: quamobrem vnumquemque virum iustum rogabat, vt pro eo oraret. Quæ quidem mulier cum audisset de gratia diuini Ioannis, desiderauit eum adorare. Cum autem didicisset non licere mulieri in Lauram accedere, accersito Theodoro eius discipulo, rogauit vt eum acciperet, & ad sanctum senem deferret: credens fore, vt per eius orationem Deus conuerteret eius cordis duritiem, & dignum redderet vt communicaret Ecclesiæ Catholicæ. Quem quidem cum accepisset Theodorus discipulus, venit ad senem, & cum pro more pulsasset fenestram, & senex esset aperturus, iniecit uterque poenitentiam. Cumque dixisset discipulus: Benedic nos, Pater: senex aperiens, dixit discipulo: Tibi quidem benedico: hic autem non est benedictus. Cum autem diceret discipulus: Non sic, ô Pater. Respondit senex: Re vera non benedicam, donec à mala schismaticorum sententia destiterit, & se Catholicæ Ecclesiæ confessus fuerit communicare.

in Vir. S. 10- annus silent. apud Lipum. tom 6.

SEVERIA- NYS PER S. IOANNEM SILENTIA- RIVM COG- NITVS ET CONVER- SVS.

Hæc cum ille audisset, obstupuit senis perspicacem gratiam, & miraculo mutatus, certe est pollicitus, se communicaturum Catholicæ Ecclesiæ. Tunc senex cum ei benedixisset & eum erexisset, primus ei intemerata impertijt sacramenta, absterfa ex eius corde omni dubitatione. Hæc cum didicisset Regina, venit in maius desiderium videndi senem oculis, & in animo habuit se virili amictu induere, & ad eum venire in Lauram, suæque ei exponere. Hoc cum ei ab angelica apertum esset visio, ei significat dicens: Scias, quod si venias, futurum sit vt me non videas. Nôli ergo vexari, sed potius mane: & vbicumque degeris, apparebo tibi in somnis, & tua à te audiam, & quæ mihi Deus in mentem immiserit, ea tibi renuntiabo. Illa cum audisset, & aperte credidisset promissionem, ipse ei apparuit in somnis, dicens: Ecce Deus me misit ad te: enuncia mihi, an velis aliquid. Ea verò cum dixisset quæ ad se pertinebant, responsum accepit conueniens, & surrexit, Deo gratias agens. Cumque senis venisset discipulus, tunc ei formam & figuram renunciauit. Ego autem, qui hæc ab illa audiui diaconissa Regina, ea mando litteris. Hactenus Cyrillus. Ex quo par est & illud adiecere, quod miraculi vim quidem obtinet, nimirum ex hoc anno, quo sanctissimus Hierosolymorum Episcopus à sua abstractus est sede per Seuerianos hæreticos, vsque ad obitum Anastasij Imperatoris huius cum Seuero sceleris architecti, vniuersam illam Palæstinæ provinciam per quinquennij temporis spatium incredibilem passam siccitatem, dira vexatam esse penuria, de qua ira Cyrillus in Saba: Post iniustum illud Eliæ Palæstinæ Anticistis exilium, famæ quædam & penuria rerum necessariarum, siccitas quoque & locusta, & graues quædam plagæ integris quinque annis oppresserunt Palæstinam.]

PENURIA INGENS POST ELIAR EPISC. EXI- LIVM.

Cyril. in Vir. Saba apud Syr. tom. 6. die 5. Decemb.

Quomodo autem duci suo, validoque aduersus Seuerianos hæreticos propugnatori Sabæ vberimam Deus tunc suppeditauit annonam, audi eundem Cyrillum rem memoratu dignam exactè scribentem: Cum verò essent septem quæ ab ipso constructa fuerant monasteria, & quorum ipse curam gerebat, nulli eorum redditum ac prouentum prouidit. Sed cum Deo eorum omnem mandasset curam, & ea similiter premerentur rerum omnium inopia: ille non modo nihil vile & abiectum est locutus, sed etiam conuocans præfectos monasteriorum, suadebat, vt propter hæc nihil angerentur animo, neque de corpore quicquam

quam essent felicitati, sed fidem haberent Patri, qui sciebat eos his indigere, & omnipotente A sua dextera ea suppeditabit.

EXTRE-
MAM PE-
NITENTIAM
PATIUNTUR
MONACHI.

Cum sic ergo statuisset Sabas, magnoque & excelso esset animo præditus, in ea quæ ei parebat Laura adeo defecerant necessaria, ut non suppeteret quidem panis ad Deo sacrificandum & offerendum. Accedit ergo is cui commissum fuerat ministerium, significans ei calamitatem, & simul appropinquare diem Dominicum, ei in memoriam reuocans, & quod non posset utique celebrari diuinum ministerium, cum neque panis sit in Laura ad oblationem, neque aliquid aliud ex rebus necessarijs. Sed hæc quidem ille. Magna autem illa re vera & admirabilis anima nec sic quidem desperauit de Dei curatione & arcanis & ineffabilibus vijs prouidentia: Sed ego (inquit) nequaquam prohibebo sacrum Dei ministerium. Tanta verò rerum necessariarum indigentia præbebit nobis aliquem sacrarum rerum thesaurum ad sacrum celebrandum ministerium: sed est fidelis (inquit) qui iubet^a crastinum B manere liberum à solitudine, quod attinet ad vsum corporis.

^a Matt. 6.

INOPINATA ANNO-
NATA ALLATIO.

Et cum nondum aduenisset dies Dominicus, veniunt quidam ad ipsum tamquam consulto missi à prouidentia, simul ferentes onus triginta iumentorum: onus autem erat frumentum, & vinum, & oleum, & alia monachis apta ad alimentum, adeo ut Laura propemodum esset angusta ad capiendas res esculentas. Statim ergo diuinus Sabas ei qui indigentiam pareo & fordide ei obiecerat: Quid ais (inquit) sacrum ne dimitemus ministerium? Ille autem intelligens interrogationem esse reprehensionem cogitationum quæ non satis erant validæ ad sperandum in Deo, prœcidit ad pedes eius, petens veniam, &c.]

^b Iudic. 14.

Sed quid insuper? Et ab ipso Imperatore, cuius maiestatem videri poterat hostiliter offendisse, cum aduersus Ecclesiam missis ab eo ducibus ad hæresim Seuerianam propagandam restitisset, idem Sabas annonam accepit ad monachos Orthodoxos alendos, cum ad eum secunda legatione Constantinopolim functus est hisce famis vrgentis temporibus: ut planè id maiori videatur adscribendum esse miraculo, dum Dei virtute ipse Orthodoxorum persecutor coactus sit pascere Orthodoxos: sicque his quodammodo illud Samsonis applicari possit ænigma^b: De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Quomodo autem hæc se habuerint, ex eodem auctore Cyrillo audi:

DE ANASTASII LE-
GE ADMO-
DUM INI-
QUA.

Contigit (inquit) aliquid in pagis qui sunt Hierosolymis, quod eiusdem Sabæ repressit impetum, *migrandi scilicet in solitudine*. Verum enimvero non ingratum fuerit hoc quoque addere ijs quæ dicta sunt, quod magnam iusti illius significat misericordiam in pauperes quibus fiebat iniuria, & zelù aduersus eum qui improba mente contendeat prohibere misericordiã, & admirabilem in eum prædictionem. Fames simul & pestis, duo mala & quæ similiter possunt tollere de medio, cum inuasissent nonnulla loca ex ijs quæ sunt sita D sub Imperio Romanorum, multas quidem domos exinanierunt hominibus, totos autem pagos & habitationes & agros reddiderunt vacuos habitatoribus. Porro malum quoque procedebat vltèrius, & adhuc pluribus afferebat interitum. Cum ergo considerassent communium curatores, quinetiam ipse Imperator, quanam ratione commune non pateretur damnum vectigalium annuorum: decernunt ut à finitimis qui attriti fuerat & perierant, ea exigenterent. Et hoc locum habuit per vniuersam regionem quæ parebat eorum Imperio: & quicumque habitabant in locis vicinis, cogebantur pendere vicinorum vectigalia, siue perijissent fame & inopia, siue etiam essent suis bonis euerfi propter necessitatem. Ista cum audis, vide quo iure prædicet aliquis Anastasij munificentiam, quod tributum Chrysfaryrum cessare voluerit: cum alioqui diuersis alijs populum tributis affligeret. Nullus unquam extitit Imperator auri audior ipso Anastasio, qui (quod sæpe dictum est) non ferro, sed auro barbaros intra suos ipsorum fines continere solitus erat. Quomodo autem tantam prouincialium cladem Sabas commiseratus, eam auertere conatus sit, accipe à Cyrillo, qui subdit:

SABAS RE-
CVNDAM
SVBITLE-
GATIONEM
AD ANASTASIVM
IMP.

Beatus ergo Sabas pro re tam iniqua ciuitatibus & tam impia, & maxime quod etiam Hierosolymis executioni mandabatur hoc iniquum & tyrannicum decretum, accedit ad Imperatorem, annuncians rei absurditatem, ostendens pauperum interitum, dicens commune nihil hinc lucrifacere, sed extremo potius damno affici, omnibus qui grauem illam famem & inopiam effugere potuerunt, afflictis ab hac graui exactione, & quæ essent in posterum soluturi, eorum iactura commune afficientibus. Deinde fit etiam supplex, & vnam ab eo petijt gratiam, nempe ut pauperibus iniustum illud vectigal remitteret, & duplici exactione miseros illos non amplius opprimeret.

Cum is autem, nempe Anastasius Imperator, & iustum esset reueritus, & propter illius viri preces

A preces motus esset pudore, & nesciret quid ageret, & pauperibus vellet præbere immunitatem à crudeli illo munere: Marinus quidam agrestis moribus, qui linguam cohibere non poterat, tunc verò magnam habebat potentiam, agebat autem & ferebat quò volebat leuitatem Imperatoris, se in pedes erigens, honestam illam & verè regiam euerit sententiam, dicens esse Nestorianos qui erant in sancta ciuitate, & tali dono minimè dignos. Ita sanè Seueriani & Eurychiani omnes hæretici Nestorianos (ut vidimus) nominare Orthodoxos conueuerunt. At quid in petulantem hominem Sabas audi:

Cum eum autem (subdit Cyrillus) increpasset beatus Sabas, & iussisset eum cessare desuper bellum excitare aduersus Imperatorem, in fine autem illa quoque adiecit: *Nisi te velox propter ea quæ dixisti subierit penitentia, peribit memoria tua cum sonitu: Marinus quidem nihilo se euadit melior. Ille verò cum Imperatori statim vale dixisset, & alias ab eo B drachmas accepisset, uti distribueret ijs quæ sub eo erant monasterijs, proficiscitur statim in Palæstinam, & eas quæ sunt in ea solitudines. Hæc autem magna in pauperes iniusticia mansit incorrecta tempore Anastasij, cuius partem quidem curauit Iustinus, cum diuinus quoque Sabas tunc litteris apud illum intercessisset, perfectam verò illius curationem postremò effecit Iustinianus Imperator.*

^a Psal. 9.
SABAS MA-
RINVM RE-
DARGVIT.

Non multum intercessit temporis, & finem acceperunt venerandi huius viri ad Marinum prædicationes. Nam cum quædam rerum commotio occupasset ciuitatem, & mora esset popularis seditio, facultates omnes Marini raptæ sunt à seditionis, & domus tuit igne exusta, & parum abfuit quin ipse periret: neque verò mortem, quæ imminerebat, potuisset effugere, si non citò ad conuersionem aspexisset & penitentiam. Hoc autem & alij plurimi renunciarunt, & Pompeius quoque consobrinus Imperatoris, multum quidem defensus C Marini calamitatem, multum autem admirans beati Sabæ certam & veridicam prædictionem. Narrauit etiam postea Anastasia vxor huius Pompeij, quam in monte Oliueti omni florere virtute, vobis superior tradidit oratio. Sanè quidem & Marcellinus Comes simul scribens conatus populi Orthodoxi aduersus hæreticum Imperatorem, testis est de populi in Marinum commotione, ea quidem occasione constata (ut conici potest) quòd eidem Marino tributa fuerit illa sanctio edita anno superiori sub Consularu Pauli ab ipso Imperatore, quæ præscripta forma de petenda remissione tributis, vetitum fuerat ne quis priuatus ea de re preces porrigeret Imperatori, sed qui à prouinciis vel ciuitatibus eiusmodi legationem accepissent, adirent Præfectum Prætorio, qui petita Imperatori referret. est de his constitutio Anastasij ad Anthemium^b P.P. Extant autem Iustiniani de tributorum plenaria remissione editæ sanctiones^c.

MARINVS
DAT POS-
NAS SVAS
CRVDELITATIS.

D At quantam auri summam acceperit S. Sabas ab Anastasio Imperatore, licet Cyrillus minime numerarit, ingentem quidem fuisse, ex ijs quæ ipse subdit de erogatione ab ipso facta in monasteria, & adificata ex ea ecclesia, possumus intelligere, cum ait: Diuinus autem Sabas cum emisisset quidem partem auri sibi datam ab Imperatore, paternam domum, quæ erat in Mutalasca, extruxit in templum martyribus Cosinæ & Damiano; quod reliquum verò erat, ex æquo diuisit & ijs qui simul erant fratribus, & quæ sub ipso erant monasterijs. Sic igitur magnus Sabas sua eximia sanctitate persecutorem conuertit in largitorem.

^b L. 13. de tribu-
no. & tribut.
^c Anst. 147.
148. 163.

Iam verò ad Seuerum redeamus, qui inhians, & tamquam alter^d Leuiathan spem concipiens ut influeret in os eius Iordanis, nempe per baptismum ingentem lucrari hominum multitudinem, Alamundarum Regem Saracenorum ad fidem conuersum, ut in eius hæresis impietate baptizaretur, per Episcoporum legationem tentauit. Quod quidem cum factum E Cedrenus^e tradat anno vigesimo secundo Anastasij Imperatoris, sed postquam Seuerus est creatus Episcopus, utiq; non ante præsentem annum oportuit contigisse. Res gesta à Theodoro Lectore ita narratur^f: Cum Alamundarus Saracenorum Philarchus Christianissimum amplecteretur, misit ad illum Seuerus duos Episcopos, ut eum malitia sua inficeret. Verum huius conatus præuenit Deus, effecitque ut ab illis baptizaretur, qui Synodum Chalcedonensem approbant. Cum qui à Seuero missi erant Philarchum ea docere conarentur quæ veræ doctrinæ contraria erant, fabulam ad redargutionem eorum quæ ab illis dicebantur, commentus est. Ea erat, quòd videretur litteras accepisse, quæ Michaëlem Archangelum mortuum esse significarent. Respondentibus illis, Hoc est impossibile. Quomodo (inquit igitur Philarchus) si duas naturas Christus non habet, nudam crucem Deus pertulit, cum ne Angelus quidem pati quicquam, vel mori queat? Ad hunc itaque modum confusi qui à Seuero missi fuerant, & pudefacti discesserunt. Hæc Theodorus, eadem Anastasius

^d Job 40.
SEVERVS
TENTAT
DECIPERE
REGEM SA-
RACENO-
RYM.
^e Cedren. An-
nal. an. 20.
^f Anst. Imp.
^g Theod. Lect.
Coll. lib. 2.
ALAMVN
DARVS REX
SARAC. IL-
LVDIT IS-
GATES SR-
VERI.

CHRISTI
513.SYMMACHI PAP.
15.ANASTASII IMP. 23.
THEODORICI REG. 21.

^a Cedren. Ni-
ceph. Paul.
Diac. & alij.
Bibliothecarius in Chronico & alij^a. Sed quæ de Rege Persarum Cabade his Theodorus A
præmittat, attende. ait enim:

DAEMONES
TANTVM-
MODO EV-
GANTVR A
CHRISTIA-
NIS.
Castrum quoddam est inter Persas & Indos nomine Thundaceero. cum Rex Cabades
multas in illo pecunias ac lapides preciosos afferuari audisset, volebat eius rei veritatem cog-
noscere. Verum demones locum illum inhabitantes, Cabadem ab eo quod querebat impe-
diebant. Cunctam itaque magiam suam magi illius impenderunt, sed frustra. Adhibita est
& Iudæorum magia, neque sic tamen voti compos euasit. Cogitauit per Christianos amo-
liri demones illos. Episcopus itaque Christianorum in Persia, peracta super ea re Synaxi, &
acceptis diuinis mysteriis, & in Christianos qui aderant dispensatis, signo Crucis demones
profligauit, & castrum Cabadi sine vlla molestia tradidit. Quamobrem vir ille stupefactus
Episcopum illum primæ sedis prærogatiua cohonestauit, cum ad id vsque temporis Iudæi
& Manichæi priores haberent: deinde & cunctis Christianismum amplecti volentibus li-
berum & securum fecit.] hæc tamen Theodorus: recitat eadem Nicephorus^b, & ante eos
Anastasius Bibliothecarius in Chronico sub Anastasij Imperij sine, adduntque ea occasio-
ne excitatam persecutionem in Christianos quicuisse: in qua grandia facta esse miracula, tum
ipse Anastasius, tum Cedrenus narrant, nempe Christianos abscessis linguis rectè locutos,
& concisis poplitibus rectos ambulasse. Sed mirum hæc esse à Procopio prætermissa.

Hoc eodem anno, iisdem Consulibus (inquit Marcellinus) Dorotheus Ancyræ ciuitatis
venerandus Antistes, & Anastasio Principi propter vnicam Orthodoxorum fidem iugiter
aduersarius, finem viuendi, quem sibi met, misso contra se Magistrano, ipse prædixerat, in
dicto tempore fecit.] hæc ipse. Sed dolendum tanti viri non nisi obitus tempus fieri manife-
stum, gloriosa verò certamina aduersus Imperatorem hæreticum vel silentio prætermissa
(quod non putamus) vel potius temporum iniuria sepulta relinqui.

DE DORO-
THEO EPIS-
ANCYRÆ.
Quod demum spectat ad res Occidentales, hoc anno sub Probi cum Clementiano Con-
sulari S. Cæsarius Arelatenfis Episcopus veniens Romam, petiit à Symmacho Papa confir-
mari sibi priuilegia collata antiquitus Ecclesiæ Arelatenfi: quod & Pontifex S. Leonis Papæ
decretis inhærens libenter præstitit. extant de his epistolæ eiusdem Symmachi duæ, quarum
altera ad vniuersos Galliarum Episcopos hoc anno data habetur sub Consulari Probi, al-
tera ad ipsum Cæsarium anno sequenti sub Consulari Senatoris: prior autem sic se habet:

Dilectissimis fratribus vniuersis Episcopis per Gallias consistentibus Symmachus.

DE DORO-
THEO EPIS-
ANCYRÆ.
Sedis Apostolicæ instituta prædicanda sollicitant, vt de concordia vniuersalis Ecclesiæ,
quæ toto Orbe diffusa est, peruigili cura tractemus: quæ in eo præcipue efficacia adolefcit,
si ea quæ à Patribus statuta sunt, ætas subsequens reuerenter obseruet. Cæsarius siquidem
frater & Coepiscopus noster Metropolitanæ Arelatæ ciuitatis sacerdos Ecclesiæ beati Apo-
stoli Petri liminibus præsentatus, ea quæ pridem de priuilegiis Ecclesiarum constituta
sunt, nostris postulauit innouari sermonibus. Cuncta igitur inter Ecclesias Arelatensem
& Viennensem à decessore nostro beatæ recordationis Leone Papa quæ super hac parte or-
dinata sunt, Ecclesiæ Romanæ fidelis declarat instructio. Atque ideo ne ea quæ semper ve-
ritatis est æmula, sibi aliquid vendicare queat obliuio, & prioris decreti vigor temporis
diuturnitate vergatur in senium: necessarium duximus olim promulgata in lucem red-
dere nostris affatibus. Idcirco quemadmodum decessor noster Leo Papa dudum cogni-
tis allegationibus partium definit parochiarum numerum vel quantitatem Arelatenfi &
Viennensi sacerdotibus deputandum, & nos præcipimus nullius usurpatione transgre-
di. Sed (vt antè prædiximus) iuxta indulgentiam supradicti Pontificis Valentiam, Tha-
rantasiam, Geneuam, Gratianopolim oppida Viennensis Antistes iuri suo vendicer: nec
quicquam amplius ab his quæ semel ab Apostolica sibi sede concessa sunt, æstimet præ-
sumendum. Alias verò parochias, vel diceceses cunctas priuilegio & honore suo Arela-
tenfis Episcopus sub temporum continuatione defendat. Nec enim obseruatio & vetu-
statis reuerentia custoditur, si amplius de humilitate gloria sacerdotalis attollitur. Proin-
de, fratres charissimi, singuli honoris sui distributione contenti, nec per sæcularia pa-
trocinia, nec per cuiuslibet excusationis obtentum illicita præsumptione terminos con-
cessæ potestatis excedant. Studere siquidem vnusquisque debet deuotionis officium ma-
gis gratia, quàm de ambitione, ne & Domini nostri offensam & humanam in se lac-
sat inuidiam. Tacere nos ista commissæ dispensationis iura minimè patiuntur: vt & de his
qui Ecclesiasticis regulis obsecundant, perseverantibus in concordia sedis Apostolicæ
gratulemur; & illi qui Catholicis disciplinis obtemperare destiterint, ab Ecclesiæ gratia &
charitate

CHRISTI
514.SYMMACHI PAP.
16.ANASTASII IMP. 24.
THEODORICI REG. 22.

A charitate se alienos ostendant. Dominus vos incolumes custodiat, fratres charissimi.
Dat. Idib. Nouemb. Probo V. C. Conf.]

IESV CHRISTI SYMMACHI PAP. ANASTASII IMP. 24.
ANNVS ANNVS THEODORICI REG. 22.
514. 16.

DE CASIO-
DORI COM-
SVLATV.
D Ecimus quartus supra quingentesimum Christi annus Consulatu M. Aurelij Cassio-
dori Senatoris V. C. aperitur & clauditur absque collega: per amplissima quidem
dignitatum subfella peruenit hic vsque ad fastigium Consulatus: Etenim primum omnium
Comitiua rerum priuatarum, inde sacrarum largitionum est insignitus; in super Præfectus
B prouinciarum Siciliae vtriusque, Brutiorum atque Lucaniæ potitus, Patricius postea sub-
lime suggestum conscendit: Palatinæ quoque Quæsturæ munere functus, creuit in Magi-
strum Officiorum; auctusque etiam sublimitate Præfecturæ Prætorij, ac denique summi
honoris verticem hoc anno attingit Consulatum. est horum munerum ab eo perfunctorum
mentio in ipsius Variarum præfatione, atque in epistola ad Senatam^a, qua & nobilitas Cas-
siodoræ familiæ, emeritaque honorum stipendia declarantur, vt Cassiodori aui & Heliodo-
ri, non in orbe tantum Occiduo sed etiam Orientali: nam ipsum ait in vrbe Imperatoria
Constantinopoli Præfecturam nouennalem bis gessisse sub Zenone, cum Theodoricus ipse
postea Italiæ Rex ibidem moraretur. Hæc ad decorem purpuræ Consulatus Cassiodori dic-
ta sunt: sed quomodo spreis his omnibus, factus cælestis curiæ candidatus, abdicatione
sæculi euasit illustrior, suo loco dicemus.

C At si quis adhuc quærat, cur nullum peperit Oriens hoc anno Consuli Cassiodoro colle-
gam? Tribuitur eiusmodi Consulatus sterilitas ciuilibus motibus causa læsæ fidei sæpe ob-
ortis, sæpe recisis, & iterum pullulantibus, nunquam euulsis, hoc autem anno ob Vitalia-
num recrudescens. Ex quibus etiam conflatis turbis accidit, quod licet à Ioanne Episco-
po Hierosolymitano acriter Imperator offensus, cum quem putans perseueraturum hæreti-
cum, Eliæ confessori voluit subrogari, eum postea acerrimum aduersarium expertus esset:
minimè tamen in eum vicisci valuit, cum bellicis hisce tumultibus fuerit reuocatus, vt Cy-
rillus affirmat. Accidit planè, iusto Dei iudicio compensato certamine, vt dum fidem Ca-
tholicam Anastasius Imperatoria exagitat potestate, ipse laquearetur à potentissimo Imperij
perduelle: sed quomodo id factum sit, paulo inferius dicturi sumus.

DE CASIO-
DORI COM-
SVLATV.
Modò autem quid Symmachus contigent, dicamus, ipso auctore Consule Cassiodoro, quæ ait:
D Me etiam Consule, in vestrorum laude temporum (alloquitur Theodoricum) adunato clero,
vel populo, Romanæ Ecclesiæ rediit optata concordia.] hæc idcirco Cassiodorus, quoniam
hoc anno obitu Symmachi, in electione noui Pontificis ambæ in vnum conuenere partes:
Itaque iam sublato interiacente eos diuidente pariete, concordia restituta, Romana Eccle-
sia diu expetitam consecuta est pacem.

Antè autem quàm Symmachus moreretur, hoc anno mensè Iunio idem Pontifex ad
Cæsarium Episcopum Arelatensem has litteras dedisse reperitur:

Dilectissimo fratri Cæsario Symmachus.

Qui veneranda Patrum statuta custodit, amicum se absolutæ religionis ostendit: & qui
providet vt locum excessibus non relinquat, demonstrat se de bono gratiæ cogitare. Ra-
tionabile est vt sancta Arelatenfis Ecclesia propriis priuilegiis perfruatur: & quod vetustas
E præstitit, & Patrum auctoritas roborauit, noua non debet violare præsumptio. Sic ta-
men, vt ceterarum Ecclesiarum priuilegia temporibus acquisita non titubent: quia nec
potest ex parte firmum esse, quod generalitatis tangit iniuriam. Manentibus siquidem his
quæ Patrum constituta singulis Ecclesijs concesserunt, decernimus, vt circa hæc quæ in
Galliæ prouincijs de causa religionis emerferunt solertia tuæ fraternitatis inuigilet. Et si
ratio poposcerit præsentiam sacerdotum, seruata consuetudine, vnusquisque tuæ dilectio-
nis admonitus auctoritate conueniat: & si Dei adiutorio controuersia incidens amputari
potuerit, ipsius hoc meritis applicemus: alioquin existentis negotij qualitas ad sedem Apo-
stolicam, te referente, perueniat: vt cunctis ordine suo peractis, vnde inimicus bonitatis sibi
blandiatur, locum inuenire non possit. Igitur quemadmodum supra diximus, per singulas
Ecclesias beneficia quæ sunt diu custodita seruentur. Et si tam Ecclesiæ Aquentis Antistes,
vel alius quilibet Metropolitanus Pontifici iuxta canonum definitionem vocatus obtem-
perare

perare noluerit, nouerit subdendum se (quod non optamus) Ecclesiasticæ disciplinæ. Et A in hac parte magnopere te volumus esse sollicitum, ut si quis de Gallicana regione Ecclesiastici ordinis atque officij ad nos venire compulsus fuerit, cum fraternitatis tuæ notitia iter peregrinationis arripiat: ut nec honos eius per ignorantiam aliquam contumeliam patiatur, & ambiguitate depulsa, à nobis animo securo in communionis gratiam possit admitti. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime. Dat. 111. Id. Iun. Senatore V. C. Conf.] Hæc quidem omnia tum ab aliis antiquitus concessa, tum à Symmacho confirmata priuilegia Ecclesiæ Arelatensis, habes eadem repetita à sancto Gregorio Papa in epistola ad Virgilium Arelatensem Episcopum, & ad Episcopos Galliarum. Porro Symmachi litteris hic qui sequitur inhærebat in codice scripto libellus:

Exemplum libelli P.

Quantum in omnibus Ecclesiarum Pontificibus, quæ in toto Orbe diffusæ sunt, Aposto- B lica sedes sibi met vendicat principatum, & Synodalibus decretis firmior eius præcellit auctoritas, tantum potestatis suæ prouisione dudum à sese concessa debent inconcussa seruari. Quatenus Arelatensis Ecclesia fruatur priuilegijs suis, quæ nunc per Antistitem Cæsarium scriem suæ petitionis insinuat; & quam hæcenus habuit potestatem, vestra nunc deposcit auctoritate firmari; & quod veneranda sedes quondam petenni sanctissimi custodiri præcepit, & pragmaticis specialiter decreta sunt constitutis, beatitudinis vestræ præceptis suis etiam nunc confirmet auctoritas. Aquisensis etiam ciuitatis Episcopum sanctitatis vestræ moneri præcipite constitutis, ut dum à Metropolitano Antistite Ecclesiæ Arelatensis ad Synodale Concilium fuerit euocatus, vel aliqua ordinationis causa eum sibi postuler religio diuina necessarium, minime venire frustretur: quatenus ea quæ longæuis sæculis præcorum sanxit auctoritas, vobis Præsulibus præsentis futuræque ætati inuiolata C seruentur. Dat. ab Egidio Abbate & . . .] Quem audis Egidium Abbatem obrulisse libellum pro Ecclesia Arelatensi, illum putamus Egidium, quem sanctitate insignem sub Cæsario Arelatensi Episcopo claruisse, eius acta declarant.

Hoc itaque anno, decimoquarto Kalendas Augusti ipse sanctissimus Papa Symmachus moritur, cum sedisset annos quindecim & menses octo, minus diebus quatuor, multos labores & ærumnas passus tum à schismaticis sæpe sæpius eidem negotium facissentibus, tum ab hæreticis, pro ipsius Anastasio Augusto pugnantem: sicque perfunctus vnà cum afflictionibus vita, mercedem illam à Deo accepit atque coronam, qua donati sunt sanctissimi Præsules Dei Ecclesiam Catholicam illasam ab exagitantibus eam fluctibus conferuantes; in cuius memoriam dicta dies adscripta, annis singulis publico præconio iteratur.

De eo autem, præter illa superius recensita, hæc ab Anastasio accipe de his quæ spectant ad D cultum & ornatum rerum diuinarum tum in erigendis basilicis, tum etiam in eisdem exornandis: Hic (inquit) fecit basilicam S. Andreae Apostoli apud B. Petrum, vbi fecit Ciborium ex argento, & Confessionem pensantem libras centum viginti: Arcus argenteos tres pensantes singulos libras sexaginta: Oratorium S. Thomæ Apostoli ex argento pensantem libras CCC. & Confessionem pensantem libras viginti: Arcum argenteum pensantem libras sexdecim: Confessionem S. Cassiani, & SS. Proti & Hyacinthi ex argento pensantem libras viginti: Arcum argenteum pensantem libras duodecim: Oratorium sancti Apollinaris ex argento, & confessionem cum arcu pensantem libras triginta & vnas: Oratorium sancti Sotij ex argento; & Confessionem pensantem libras viginti: item ad frontem basilicæ beati Petri Apostoli Oratorium sanctæ Crucis, ex argento Confessionem, & Crucem ex auro cum gemmis, vbi inclusit lignum Dominicum; ipsa crux aurea pensat libras decem. Fecit E autem Oratoria sancti Ioannis Euangelistæ & sancti Ioannis Baptistæ, infra quorum Confessiones fecit arcus argenteos pensantes libras triginta: quæ cubicula omnia à fundamento perfecta construxit.

Basilicam beati Petri marmoribus ornauit. Et cantharum beati Petri cum quadriporticu ex marmoribus ornauit, & ex musiuo agnos & Cruces & palmas ornauit: ipsum verò atrium omne compaginauit: gradus verò ante fores basilicæ beati Petri ampliauit, & alios gradus sub signo dextra leuaque construxit: Item Episcopia in eodem loco dextra leuaque fecit: Item sub gradibus in atrio alio cantharum foris in campo posuit, & ad vsum necessitatis humanæ fecit: Item & alios gradus ascendentibus ad beatum Andream fecit, & cantharum posuit.

Hic fecit basilicam sanctæ martyris Agathæ via Aurelia in fundo Lardario, & à fundamento

Gregor. lib. 5. epist. 51. Gregor. cond. lib. epist. 52.

SYMMACHVS PAPA MO. RITVR.

DE BASILICIS A SYMMACHO PAP. ERRECTIS ET ORNATIS.

ORNAMENTA COLLECTA BASILICAE S. PETRI.

A mento cum fonte construxit, vbi posuit arcus argenteos duos. Eodem tempore fecit basilicam sancti Pancratij, vbi & fecit arcum argenteum, qui pensat libras quindecim: Fecit autem in eodem loco balneum. Item apud sanctum Apostolum Paulum in basilica renouauit apsidem, quæ in ruinam imminebat, & post Confessionem picturam ornauit, & cantharum fecit & matroneum; & super Confessionem imaginem argenteam cum Salvatore & duodecim Apostolos posuit, qui pensant libras centum viginti; & ante fores basilicæ gradus fecit in atrio & cantharum, & post apsidem aquam introduxit, vbi & balneum à fundamento fecit.

Intra ciuitatem Romanam basilicam SS. Siluestri & Martini à fundamento construxit iuxta Thermas Traianas: vbi & super altare Ciborium argenteum fecit, quod pensat libras centum viginti: Arcus argenteos duodecim, qui pensant singuli libras decem; & Confessionem argenteam, quæ pensat libras quindecim. Ad beatum Ioannem & Paulum fecit gradus post apsidem. Item Archangeli Michaelis basilicam ampliauit, & gradus fecit, & introduxit aquam. Item ad sanctam Mariam Oratorium sanctorum Cosimæ & Damiani à fundamento construxit. In via Tiburtina milliario vigesimo septimo ab vrbe Roma, rogatus ab Albino & Glaphyro Præpositis illustribus, de suo facientibus à fundamento, basilicam sancto Petro in fundo Paciniano dedicauit. Item ad beatum Petrum & beatum Paulum Apostolos, & ad S. Laurentium martyrem pauperibus habitacula construxit.

Item ad B. Petrum viginti canthara argentea fecit pensantia singula libras quinque; & arcus argenteos viginti duos, pensantes singulos libras viginti. Hic reparauit basilicam sanctæ Felicitatis, quæ iam in ruinam imminebat. Hic apsidem beatæ Agnetis, quæ in ruinam imminebat, & omnem basilicam renouauit. Hic fecit cœmeterium Iordanorum in melius propter corpus Alexandri. Hæc ibi de ornatu & cultu ecclesiarum. Admiratione plane dignum, tanta potuisse præstari à Romano Pontifice sub barbaro Rege, sub quo Vrbs ipsa quodammodo videbatur teneri captiua; cum præsertim idem Symmachus pastoralis munificentia in redimendis captiuis & alendis Episcopis Africanis in Sardinia relegatis non defuerit, sed abundè cuncta suppeditarit. De constitutionibus autem ab eo editis, præter illa quæ superius dicta sunt, hæc ibidem leguntur:

Hic constituit, ut omni die Dominico, vel natalitijs martyrum hymnus, Gloria in excelsis, diceretur. Iac paulo post: Hic fecit ordinationes quatuor in vrbe Roma per mensem Decembrem & Februarium, presbyteros nonaginta duos, diaconos sexdecim, Episcopos per diuersa loca numero centum decem & septem. Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri Apostoli xiiii. Kalendas Augusti, & cessauit Episcopatus eius dies septem. Qui etiam in D pace confessor quieuit. Hæc ibi.

Sic igitur sanctissimo Papa Symmacho ex hac vita ad gloriam sempiternam perducto, Romanus clerus, cuius erat muneris de successore subrogando tractare, summa concordia coeuntes omnes post dies septem ab eius obitu (ut habet idem Anastasius) septimo Kalendas Augusti Pontificem creant Hormisdam natione Campanum ex patre Iusto, patria Frusinatem. Fuit autem Hormisda, cum esset S. R. E. diaconus, semper inhærens Symmacho Papæ, ut ex tertio Romano Concilio sub eodem Symmacho celebrato apparet. Extant complures Ennodij Ticinensis epistolæ ad ipsum Hormisdam datæ, cum adhuc Romanæ Ecclesiæ diaconus esset.

Simulac igitur Hormisda Pontifex creatus fuit, ad Orientales ex more scripsit epistolam pro Catholica fide seruanda, paceque concilianda, ut apparet ex litteris ab eis postea datis, de E quibus suo loco dicemus. Cum verò Christiano orbi innotuisset nouum Romanæ Ecclesiæ electum esse Pontificem, nouus Rex Christianissimus Clodoueus cunctorum præuenit obsequium, & superauit officia. Etenim (ut auctor est Hincmarus Rhemensis Episcopus) idem Franchorum Rex Clodoueus coronam auream cum gemmis (quæ regnum appellari solet) beato Petro, id sancto Remigio Rhemensis Episcopo suggerente, direxit. hæc ipsa etiam leguntur apud Anastasium in libro de Romanis Pontificibus in Hormisda. Ceterum ab ipsis Apostolorum temporibus fuisse præclarum capitis Pontificis ornamentum, suo loco superius dictum est; illudque esse consueuisse magni pretij, utpote ex auro atque gemmis ornatum, pariter est demonstratum. Qui igitur primus Franchorum Rex Christianus aurea corona donauit Romanum Pontificem, eam à Deo ipsum consecutum esse mercedem, declarauit euentus, ut Franchorum regni corona hæcenus perseueret. Certè quidem miraculi fermè loco ducendum est, ut in vna gente tanto tempore, tanta propagatione

ALTAR BA. SILIC. ERRECTAE ET ORNATAE A SYMMACHO.

HORMISDA PAPA CREATVR.

CLODOVEVS REX MITTIT CORONAM HORMISDAE PAPAE. Hincmar. in vit. S. Remig. apud Sur. id. 1. die. 13. Ianuar. To. I. Conc. vet. edit.

regnum permanferit; quæ de alia aliqua natione accidiffe, haud facile quis inueniet. **A**

Sed & ipfe Franchorum Apoftolus Remigius litteris fuis nouum falutauit Pontificem. Ad quem Hormifda refcribens, eidem ob præclaram meritorum excellentiam, & nobiliffimæ fedis prærogatiuam, vt in Franchorum regno vicem gereret ipfius Romani Pontificis, dedit, quod quidem ampliffimæ dignitatis erat munus & præfectura. Extrat ipfa Hormifdæ Papæ epiftola ad S. Remigium Rhemenfem Epifcopum reddita, cum adhuc viueret Clodoueus, quam idem auctor recitat: fic enim fe habet:

Dilectiffimo fratri Remigio Hormifda.

EPIST. HOR-
MISDAE
PP. AD S.
REMIGIUM.

Sufcipientes plena fraternitatis tuæ congratulatione colloquia, quibus nos germanæ falutis tuæ lætificauit indicio corporali cum fpiritalibus officijs incolumitas fubnixa: congruum effe perfpeximus, hanc ipfam, quam mente gerimus, verbis aperire lætitiâ. Agis enim fummi documenta Pontificis, dum & prædicanda facis, & ea infinuare non differs. **B** Prærogatiuam igitur de noftri fumimus electione iudicij: quando id operatum te effe didicimus, quod ceteris agendum obnixius imperamus; vt in prouincijs tanta longinquitate difiunctis, & Apoftolicæ fedis vigorem, & Patrum regulis ftudeas adhibere custodiam. Vices itaque noftas per omne regnum dilecti & fpiritalis filij noftri Ludouici, quem nuper, adminiculante fuperna gratia, plurimis & Apoftolorum temporibus æquiparandis fignorum miraculis prædicationem falutiferam comitantibus, cum gente integra conuertifti, & facri dono baptifmatis confecrafti, faluis priuilegijs, quæ Metropolitanis decreuit antiquitas, præfenti auctoritate committimus: augentes ftudij huius participatione minifterij dignitatem, releuantes noftas eiusdem remedio difpenfationis excubias. Et licet de fingulis non indigeas edoceri, à quo iam probauimus acutiùs vniuerfa feruari: gratius tamen effe folet, fi ituris trames oftenditur, & laboraturus iniuncti operis forma monftratur. **C**

QUAE DE-
BEAT CV-
STODIRE
DECLARAT.

Paternas igitur regulas & decreta fanctiffimis defnita Concilijs ab omnibus feruanda mandamus. In ijs vigilantiam tuam, in his curam & fraternæ monita exhortationis oftendimus. His ea (quantum dignum eft) reuerentia custoditis, nullum relinquit culpæ locum fanctæ obferuationis obftaculum: ibi fas, nefasq; præfcriptum eft: ibi prohibutum, ad quod nullus audeat aspirare: ibi concessum, quod debeat mens Deo placitura præfumere. Quotiens vniuerfale poſcit religionis caufa Concilium, te cuncti fratres euocante conueniant: & fi quos eorum fpecialis negotij pulfat intentio, iurgia inter eos oborta compeſce; difcuſſa facra lege determinando certamina. Quicquid autem illic pro fide & veritate conftitutum, vel prouida difpenfatione præceptum, vel perſonæ noſtræ auctoritate fuerit confirmatum, totum ad ſcientiam noſtram inſtructa relationis atteſtatione perueniat. Eo fit, vt & noſter **D** animus officij charitate dati, & tuus ſecuritate perfruatur accepti. Deus te incolumem cuſtodiat, frater chariffime.] haftenus epiftola Hormifdæ, quam eius effe germanam recognofces ex eiusdem Pontificis ſcribendi ſtylo, ſi conferas cum alijs eiusdem Papæ epiftolis, quarum nonnullas (vt rerum geſtarum occaſio exigit) ex codice Vaticano inferius ordine temporum defcribemus. Quod enim moris eſſet, vt recens creatus Romanus Pontifex immenſæ molis opus, totius Catholici orbis curam cum collegis Coepifcopis in diuerſis prouincijs partiretur, & vices ſuas eiſdem abſentibus delegaret; non ad Remigium tantum iſta conſcripfit, ſed ad alios in alijs prouincijs exiſtentes maioris ordinis ſacerdotes eiusdem argumenti litteras dedit, vices ſuas iſdem delegando; ſicuti vidimus ſuperius id factum à prædeceſſore in Oriente, necnon in Africa & Hiſpania, quod & modo in Gallijs fieri per Hormifdam intelligis. **E**

SYNODVS
GALLICA-
NA.

² Job. 1.

¹ Reg. 1.

His igitur à Romano Pontifice acceptis litteris S. Remigius, nihil cunctatus, generalem Synodum colligendam curauit. Habita namque eſt per eum Synodus Gallicana, in quam conuenerunt Epifcopi Galliar ac diuerſarum prouinciarum. Erant autem Gallicanæ regiones ob Gothos Arianos, qui ibi regnarant, non nihil eius hærefis labe conſperſæ: quam obrem fanctiffimi Epifcopi in illud præcipue incubuerunt, vt fidem Catholicam ab ea contagione liberam conſeruarent. Coaſto igitur Rhemis ſacro Patrum Conuentu, accidit, vt inter filios Dei (vt eſt in Job ^a) & ſatan quoque aſſiſtere præſumpferit, nimirum Arianus Epifcopus, qui tamquam nouus Goliath, exprobrans agminibus Dei viuentis, prouocansque eos ad ſingulare certamen, ſtrenuus perfidiae propugnator, ſuperbiaque inflatus, Catholicis omnibus inſultabat. Sed exurrexit ex aduerſo non iuuenis rurfus aſpectu, vt Dauid ^b, ſed veneranda canicie fanctiffimus ſenex Apoftolicus vir Remigius, cuiusque factum comprefſit,

A comprefſit, atque victum ad Chriſti fidem perduxit: id autem quomodo factum ſit, Hincmarus in actis ipſius ſancti Remigij deſcribit his verbis ^a:

Ei Synodo Arianus quidam hæreticus, acerrimus diſputator, & dialecticis propoſitionibus ac concluſionibus conſiſus, & inde nimis elatus intererat. Ingrediente autem ſancto Remigio Epifcoporum Concilium, à multitudine Patrum expectantium, aſſurgentibus omnibus reuerenter, ſicut Angelus Dei ſuſcipitur. Superbus autem hæreticus, & malè de viro Dei ſentens, dedignatus eſt aſſurgere. Qui protinus, cum ſanctus Remigius ante eum tranſiit, ita obmutuit, vt nec verbum quidem vllum eſſari potuerit.] Magnum planè miraculum, garrulam linguam & petulantem, quæ Dei Filium iugiter blaſphemarat, ſolo tranſitu comprefſiſſe, vinculis inuiſibilibus obligaffe, atque intra dentium clauſtra arcto carcere obſeraffe. Qui igitur Apoſtolica legatione vice fungitur Petri, inſtar Petri umbræ, **B** tranſitu curat infirmum, vincendum tamen antea tanquam phreneticum ligaminibus. At quomodo id acciderit, audi quod ſubdit:

Expectantibus (inquit) omnibus, vt poſt allocutionem ſancti Remigij hæreticus ille aliquid diceret: nihil potuit loqui: ſed ad veſtigia ſancti viri pronus cadens, nutibus veniam petit. Cui ſanctus dixit: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti verè Filij Dei viui, ſi ita de eo rectè ſentis, loquere: & de illo, ſicut Catholica credit Eccleſia, crede & conſitere. Ad cuius vocem ante ſuperbus hæreticus, humilis iam & Catholicus; Catholicam fidem de ſancta & inſeparabili Trinitate, & de Chriſti incarnatione Catholicè conſeſſus eſt, & in eadem conſeſſionis ſuæ fide ſe permanſurum profeſſus eſt. ſicq; animo per infidelitatem perditto, & corporali voce propter ſuperbiam condemnato, virtute diuina ſanctus Remigius & animæ & corporis reddidit ſanctatem: cunctis qui aderant, ſeu hæc audituri erant, ſacerdotibus patenter oftendens, de malè ſentiendo peccante in Chriſtum, qui per humanitatem proximus & frater nobis fieri dignatus eſt, quomodo erga peccantes in ſe vel in Eccleſiam, atque rebelles, & erga poſt recognoſcentes & poenitentes debeant agere. hæc Hincmarus ^b. Porro Synodum hanc præſenti anno celebratam eſſe, vt dicamus, temporis ratio perſuadet.

Haud diu poſt hæc, ipſis Hormifdæ Papæ primordijs, Clodoueam Franchorum Regem hoc ipſo anno ex hac vita migraffe, plura ſunt quæ demonſtrent. Equidem non ante Hormifdæ Pontificatum ipſum deceſſiſſe, quæ nuper diximus de corona miſſa ad eundem Romanum Pontificem, & quæ habentur in litteris Hormifdæ ad S. Remigium, in quibus eiusdem ſit mentio Clodouei, ſatis ſignificant: neque hunc ipſum prætergreſſum eſſe annum, ſunt plura quæ doceant. Cum enim Gregorius Turonenſis ^c numeret ab obitu S. Martini vſque ad mortem Clodouei annos centum atque duodecim; conſteretq; etiam ex ijs quæ ſuperius dicta ſunt, ipſum deceſſiſſe anno Domini quadringenteſimo ſecundo: planè affirmare neceſſe eſt hoc ipſo anno viuere deſiſſe. Cui veritati certè quidem adſtipulantur chronographi, & inter illos primum ſibi vendicans locum Sigebertus, dum hoc ipſo anno Domini quingenteſimo decimo quarto Clodoueam Regem eſſe vita fundum teſtatur. Rurſum verò cum anno quinto ab occubitu Alarici Regis Gothorum Clodoueam ex humanis deſiſſe teſteretur Gregorius Turonenſis, qui totidem annos numerat à prælio Vocladenſi, itidemque Amonius & alij Franchorum res proſecuti: nullum relinquitur dubium, hoc ipſo anno eundem Regem Clodoueam eſſe deſunctum, ipſasque Chriſtianiffimorum Regum Franchorum primitias Deo oblatas in cælum acceptas. Vixiſſe autem ipſum annos quadragintaquinque, regnaſſe verò triginta, auctor eſt Gregorius Turonenſis ^d.

Ornauerunt tantum Principem res in prælijs fortiter geſtæ, ex quibus conſecutus eſt nomen vt Belliger diceretur. Fortunatus enim ſic in Epitaphio Dagoberti Regis:

Belligeri veniens Clodouei gente potentis.] quod quidem non antè adeptus eſt nomen & conſecutus gloriæ titulum, quàm ipſe victus à Chriſto victor ſub Chriſti cæpit militare vexillis; quibus in bello præuijs, ſuperauit potentiffimos Alamannos, vicit fortiffimos Burgundiones, Vuiſigothosq; inuictos & alios barbaros bellica virtute sæpe repreſſit.

Docuit ipſe primus quid poſſint Franchorum arma, quæ ſanctæ Crucis vexilla præcedunt: ſiquidem quam sæpe antè conſtat Franchorú robuſtiſſimam gentè Gallias fruſtra tentaffe, Romanis sæpe terga verſiſſe, cū finitimis barbaris vario Marte pugnaſſe, & inter eos humili fama vixiſſe, arctioribusq; arctatam limitibus de ſalute sæpe periclitatam eſſe; vbi Chriſtum nouit, quot eſt aucta victorijs, & illuſtrata trophæis? quo ſublimes gloriæ honoris & fama ſublimate peruenit? Nota loquor, cunctisq; facta perſpicua refero: omnes enim norunt, quòd huic vni datum ſit ex tor: barbaricis gentibus ſolū patrium relinquuntibus & Romanum

^a Apud Sur.
tom. 1.

ARIANVS
IN VULGANS
CATHOLI-
CIS CON-
VINCITVR
ET CONVER-
TITVR.

ARIANVS
CON FITE-
TUR CATHO-
LICAM FI-
DEM.

^b Hincmar. in
Vit. S. Remig.
apud Sur.
tom. 1.

OBITU CLO-
DOVEI RE-
GIS.

^c Greg. Turon.
de Geſt. Franc.
lib. 2. c. ult.

^d Greg. Turon.
de Geſt. Franc.
lib. 2. c. ult.

num Imperium inuadentibus,figere sedes, latioribusq; dilatare limitibus regnū, & longiori- A bus perpetuare temporibus: vt planè frequentioribus experimentis ipsa diuina iudicia vera & iustificata in semetipsa, non amplius, vt abyssus multa, obscura latuerint, sed cunctis fue- rint perspicue patefacta, idcirco esse tanta concessa Franchis quæ denegata sunt reliquis ex- teris nationibus, quòd pietate ipsi pollerent, præstarent fide Catholica, & pro defensione Ecclesiæ ardentius quam pro finibus regni tuendis pugnare solerent.

Quibus quidem officijs pro religione sedulo impensis, planè digni redditi sunt illam diu- nitus impertitam benedictionem consequi, quam S. Remigius eorumdem Franchorum Apostolus, antiquorum Patriarcharum more, sancto afflatus Spiritu, suo testamento scri- ptam, obsignatam, sanctorumq; Episcoporum subscriptione munitam reliquit: Contra verò diram maledictionem ipsi Franchorum Regibus inferendam præscripsit, si quis eorum vio- lare ausus esset quæ ultimo ipse elogio perscripisset. Cuius verba perpetua digna memoria B

Recitar Bris- son. de for- mul. lib. 7.

ob oculos omnium ponenda putauimus, quæ sic se habent: Si aliquando genus illud regium per benedictionem meam toties Domino consecratum, mala pro bonis reddens, Ecclesiarum Dei peruasor, destructor, depopulator, grauis aut con- trarius existere voluerit: conuocatis Rhemorum dioceseos Episcopis, primum moneatur: deinde vrbs præfata, adiuncta sibi sorore Ecclesia Treuerensi, iterum conueniatur: Tertio verò Archiepiscopis tantummodo Galliarum tribus, aut quatuor conuocatis, Princeps ille quicumq; fuerit, moneatur: ita vt ad septimam monitionem, si prius satisfacere renuerit, pa- ternæ pietatis longanimitate differatur. Tandemque si postpositis omnibus præfatis bene- dictionibus, incorrigibilis contumaciæ spiritum non deposuerit, & se per omnia Deo subdi- nolens, benedictionibus Ecclesiæ participare noluerit: elogium segregationis à corpore C

Psal. 108.

Christi ab omnibus ei porrigatur, quod per Prophetam & Regem Dauid b, eodem qui in Episcopis est, dictante sancto Spiritu, noscitur decantatum: Quia persecutus est (inquit) ho- minem inopem & mendicum & compunctum corde, & non est recordatus facere miseri- cordiam, & dilexit maledictionem, & veniet ei; & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Totumque ei, quod in persona Iudæ traditoris Domini nostri Iesu Christi, & maligno- rum Episcoporum Ecclesia decantare solet, per singulas ei decantetur Ecclesias. Quia Do- minus dixit: Quamdiu fecistis ex minimis meis, mihi fecistis: & quamdiu his non fecistis, nec mihi fecistis. Et ideò quod probatur in capite, in membris intelligendum esse non dubi- tetur. Vnum tantummodo ibi verbum per interpositionem commutetur: Fiant dies eius pauci, & Principatum eius accipiat alter.] ita vt loco Episcopatus, Principatus dicatur, vt personæ conueniat. Pergit verò:

Mat. 25.

Quod utique si successores mei Rhemorum Archiepiscopi operari, sicut à me ordinatum D est, neglexerint: in se, quicquid in Principibus refecandum fuerat, maledictionibus depra- uati reperiant: vt fiant dies eorum pauci, & Episcopatum eorum accipiat alter.] Si tanta hæc ex diuina Scriptura in reprobos effusa, in Reges Franchorum rerum Ecclesiasticarum inuasores & depopulatores conuerti voluit: quid statuisset in eos, si (quod nec cogitare po- tuit) ipsam Catholicam fidem læsuri essent? Sed audi patefactos eisdem Franchorum Regi- bus benedictionum thesauros, quibus locupletandi forent qui pietate pollerent: Si verò Do- minus meus Iesus Christus vocem orationis meæ, quam quotidie pro genere illo in conspe- ctu diuinæ maiestatis specialiter fundo, audire dignatus fuerit, vt sicut à me accepit, Clodo- uicus videlicet, ita in dispositione regni & ordinatione sanctæ Dei Ecclesiæ perseueret: bene- dictionibus, quas Spiritus sanctus per manum meam peccatricem super caput eius infudit, plurimæ super caput illius (qui scilicet in Regem eligendus est) per eundem Spiritum san- E

BENEDI- CTIOS. RE- MIGII IM- PERTITA FRANCHO RVM REGI- BVS.

ctum superaddantur, & ex ipso Reges & Imperatores procedant, qui in præsentia, & in futu- ro iuxta voluntatem Domini ad augmentum sanctæ suæ Ecclesiæ, virtute eiusdem in iudi- cio & iustitia confirmati & corroborati, regnum obtinere atque augere quotidie valeant, & in domo Dauid, hoc est, in cælesti Hierusalem cum Domino in æternum regnaturi subli- mari mereantur. Amen.] hæc sunt nouissima S. Remigij verba in eius testamento legi- timè confecto ad finem posita, eademque non suo ipsius tantum munita atque firmata chi- rographo, sed sex Episcoporum & aliorum presbyterorum subscriptione probata, quorum trium est nota sanctitas, & non solum in Ecclesijs Gallicanis, sed in vniuersa Ecclesia Ca- tholica celebratur, nempe Vedasti Attrebatensis Episcopi, Medardi Nouiomensis, & Lupi Sueffionensis; quorum nomina sacris indita tabulis anniuersaria ipsorum dierum nata- lium memoria publico præconio repetuntur. Porro singulorum vna fuit subscriptionis ser- uata

A uata forma his verbis concepta: Vedastus Episcopus. Cui Pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi, & subscripsi.] ita & reliqui Episcopi atque presbyteri. Sed accessit his diuinitus inspiratis Dominus veluti testamentarius executor, dum pro me- ritis singulorum successorum Regum, siue benedictiones, siue maledictiones ipsis partitus est, vt quæ erunt suis dicenda locis significabunt: at modò satis duos in exemplum Caro- los adduxisse, alterum cognomento Martellum, Magnum alterum dictum; quorum alter maledictionum S. Remigij successit infelix hæres, alter verò eiusdem benedictiones hære- ditate possedit.

Sed illud peculiare præ ceteris aliarum gentium Regibus, Franchorum Principibus à Deo Remigij ipsorum Apostoli precibus videtur fuisse concessum, vt (quod planè summa sit ad- miratione dignum) non ob Regum peccata ad alias nationes fuerit (vt de alijs accidit) ipso- rum regnum translatum, vel ipsi Franchorum populi alijs seruire coacti fuerint, sed veluti diuina promissione id S. Remigij precibus datum fuerit, secundum illud Dauidicum: Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint: si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint: visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo.] hæc quàm vera sint, quæ sæpe suis locis dicentur inferius aperta luce significabunt. Sed iam defuncti Regis quæ sunt reliqua, postrema soluamus.

Sepultus est Clodoueus Parisijs b in basilica sancti Petri Apostoli, quam ipse Rex, hortan- te sancta Genouefa c virgine, à fundamentis cœpit erigere, eiusque vxor Crotildis perficien- dam curauit. Inditum est eius sepulchro epitaphium, quod Ammonius recitat d, à S. Remi- gio (vt putatur) elaboratum his versibus:

Greg. Turō. lib. 2. c. ult. Amon. lib. 1. c. ult. Hincmar. in S. Remig. vit. apud Sur. tom. 1. In Abbe S. Genouef. in fin. apud Sur. tom. 1. Amon. de Gestu Franc. lib. 1. c. ult. EPITAPHI VM CLODO- VBI REGIS.

Dives opum, virute potens, clarusq; triumpho
Condidit hanc sedem Rex Clodoueus. Et item
Patricius magnus sublimis fulsit honore,
Plenus amore Dei: contempsit credere mille
Numina, quæ variis horrent portenta figuris.
Max purgatus aquis & Christi fonte renatus
Fragrantem gessit infuso chrysmate crinem.
Exemplum dedit, sequitur quod plurima turba
Gentilis populi; spretoq; errore suorum,
Auctorem est cultura Deum, verumq; parentem.
Hic felix meritis superauit gesta piorum,
Semper consilio, castris, bellisq; tremendus,
Hortatu dux ipse bonus, ac pectore fortis
Constructas acies firmavit in agmine primo.] At de Clodoueo hæc tenentis. Cro- tildis autem Regina (inquit Gregorius e) post mortem viri sui Turonos venit: ibique ad basilicam S. Martini deseruiens, cum summa pudicitia atque benignitate in hoc loco mo- rata est omnibus diebus vitæ suæ, rarò Parisios visitans.] eximiaque claruit sanctitate, de qua etiam dicendum inferius.

Regnant post Clodoueam filij ipsius quatuor, Childebertus, Clotarius, Theodoricus, & Clodomirus, qui inter se regnū diuiserunt, prout Gregorius f & alij Latini tradunt, & Græ- cus Agathias g in ipso suæ scriptionis limine à Franchorum moribus inchoatus historiā: qui- bus videas quanta eis tribuerit Christiana religio. sunt hæc enim ipsius verba de Franchis: Germani cum sint, haudquaquam (vt plurimi) barbarorum pastores, sed Romanorum poli- tia & alijs institutis & multis vruntur, iisdemque legibus viuunt, & ceteris item, vt in con- uentibus faciendis, & nuptijs, medelisque eadem statuunt. Sunt quippe omnes hi Christia- ni, & rectissima inter ceteros omnes opinionis. Habent præterea per ciuitates Antistites sa- cerdotesque: Festos insuper haud secus ac ipsi nos peragunt dies. Et sanè hi mihi, etsi cetera barbari, moribus tamen videntur quàm optimis præditi, & maximum in modum ci- uiles; nec quicquam habere, quod à nobis hos faciat alienos, præter vestitus barbariem, & vocis innatæ sonum, linguæque: quos equidem cum ob eorum virtutes, tum ob in ce- teros æquitatem, inter seque concordiam, mirum in modum admiratione ac laudibus pro- sequor & magni facio. Nam etsi antehac sæpe & nostris his quidem temporibus in Princi- pes tres pluresque eorum sit partitum Imperium: numquam tamen in inuicem bella susce- pisse hos constat, nec ciuili patriam sanguine inquinasse: cum alioquin, vbi magni esse vi- dentur

Greg. Turō. lib. 1. c. ult. Agat. lib. 1.

Greg. Turō. hist. lib. 3. c. 1. Agat. lib. 1.

FRANCHO- RVM MORES

CHRISTI
514.HORMISDAE PAP.
I.ANASTASII IMP. 24.
THEODORICI REG. 22.

dentur & non impares aut dubij potentatus, ibidem & necessarium sit omnino & multis A
de causis inflatiores animos fieri, honorumque exoriri & primatus cupiditates, & infinitos
alios animorum affectus, vt perturbationis, ita & seditionum plenissimos. Apud hosta-
men etfi diuisa imperia sint, nihil prorsus effertur huiusmodi. Sed si qua forte de re inter
Principes oriatur contentio, ceteri omnes ad bellum se parant, vt armis decertaturi, & ita
instructi simul procedunt; quibus conspectis, vtrinque dissidentium Principum copiae, de-
positis euestigio odiis, in gratiam redeunt, iussique parent; vt iure potius ea, de quibus am-
bigitur, quam armis decernant. alias vero si pergant, suo se malo scirent decertaturos: pro-
inde haudquaquam par foret, nec patria id sineret consuetudo, vt pro priuatis inimicitis
detrimentum Respublica ruinamue patiatur. His moniti, phalargas mox soluunt, & arma
deponunt. Hoc pacto pace conciliata, placantur, ex turoque accessus & mutuo fiunt, vnaque
versantur, & odia abscessere. Sic fit, vt inferiores & subditi iustitiam simul ac patriam col-
lant; Principes vero, vbi opportunum est, & benignos se praebant, & facile obsequantur. B
Vnde & vires cum habeant hi firmiores, & legibus iisdem vtantur; nulla rerum suarum fa-
cta iactura, quam multa sibi & sedulo vendicant. Iustitia namque & charitas vbiicumque
inter mortales fouentur, felicem proculdubio Rempublicam reddunt, stabilemque atque
adeo diu mansuram efficiunt, nec facile iniuriae opportunam, vt capi ab hostibus queat.
Franchi igitur cum optimum degant id vitae genus, seipos in primis & proximos quosque
peruincunt, & ex parentibus filij regna suscipiunt.] haecenus ille, qui mox subdit de Clo-
douei quatuor filijs post ipsum regnantibus, & de Clodomiri nece, cum aduersus Burgun-
diones audacius quam par erat praecelium iniisset.

Quod vero dixit, Franchorum gentem vestitus barbarie & sono vocis à Romanis tan-
tummodo esse dissimilem: quod ad corporis habitum, primum ostendit in Regibus, eos à C
puero (vt ait) instar Absalonis nutrire consueuisse capillos, eosque à fronte summa arte dis-
criminatos, hinc inde diffuentes in terga reicere; quod vt decus regium, Regibus tantum
fuisse concessum, ceteris Franchis attonis, affirmat. Verum quo habitu solerent & reliqui
incedere, Sidonius Apollinaris versibus istis demonstrat, dum de Franchis agit, antequam
Christiani essent effecti^a:

^a Sidō in Pa-
negric. Ma-
ioriani.

*Hic quoque monstra domat, rutili quibus arte cerebrū
Ad frontem coma tracta iacet, nudataq; ceruix
Setarum per damna nitet: cum lumine glauco
Albet aquosa acies, ac vultibus* undique rasus,
Pro barba tenues perarantur pectine crista.
Strictius assuta vestes proceras coercent
Membra virum. Patet iis alato tegmine poples:
Latus & angustum suspendit balthus aluum.]*

^b cutibus

pergit agere de militari fortitudine & inuicta constantia, quam ita paucis, sed feliciter ma-
gna pluraque comprehendens, idem Sidonius exprimit:

*Non timor: inuicti manent, animoq; supersunt
Iam prope post animam.]*

Rursum vero de his quae ad habitum corporis spectant, adde quae in Vita Caroli Magni ex-
scripta sunt, & edita à scholiaste post Capitularia Regum Franchorum, verbis istis de his
quae ad ornatum pertinent sumptuosum:

HABITVS ET
ORNATVS
NOBILIVM
FRANCHORVM.
RVM.

Erat antiquorum ornatus vel paratura Franchorum, calciamenta forinfecus aurata,
corrigiis tricubitalibus insignita, fasciolae crurales vermiculatae, & subtus eas tibialia ac E
coxalia linea quamuis ex eodem colore, tamen artificiosissimo opere variata: super quae
& fasciolas in crucis modum intrinsecus & extrinsecus, ante & retro longissimae illae cor-
rigiae tendebantur. Deinde camisia glizina: post haec baltheus spathae colligatus. Quae
spatha primò vagina saepta, secundò corio qualicumque, tertio linteamine candidissimo
cera lucidissima roborato, ita cingebatur, vt per medium cruciculis eminentibus ad per-
emptionem Gentilium auraretur. Vltimum habitus eorum erat pallium canum, vel sa-
phyrinum, quadrangulum, duplex, sic formatum, vt cum imponeretur humeris, ante
& retro pedes tangeret, de lateribus vero vix genua contegeret. Tum baculus de arbore ma-
lo nodis paribus admirabilis, rigidus & terribilis cuspidem manuali ex auro vel argento cum
calaturis insignibus praefixo, portabatur in dextera.] & paulo post:

Sed vt est mos humani ingenij; cum inter Gallos Franchi militantes, virgatis eos sagulis
lucere

CHRISTI
514.HORMISDAE PAP.
I.ANASTASII IMP. 24.
THEODORICI REG. 22.

A lucere conspicerent, nouitate gaudentes antiquam consuetudinem dimiserunt, & eos imi-
tari coeperunt. Quod interim rigidissimus Imperator idcirco non prohibuit, quia bellicis re-
bus aptior ille videretur habitus. Sed cum Frisones hac licentia abutentes aduerteret, &
breuissima illa palliola sicut prius maxima vendere comperisset; praecipit, vt nullus ab eis
nisi grandia latissimaque illa pallia consuetudinario pretio coemeret. Adiciens: Quid pro-
funt illa pictaciola? in lecto non illis possumus cooperiri: cabellicans contra ventos & plu-
uias nequeo defendi: ad necessaria naturae secedens, tibiurum gelatione deficio.] haecenus
ibi. atque de his satis.

Quod igitur spectat ad filios Clodouei, sicuti eius successores fuerunt in regnum, ita &
pietatis eiusdem haeredes, baptizati omnes ab eodem de quo nuper dictum est sancto Re-
migio Rhemeni Episcopo, vt ipse in suo testamento profitetur. Accidit autem magno plane
B Dei beneficio, vt si quid in Franchis autem superstitionis contagij apud ipsorum aliquem re-
mansisset, Deus superna virtute curare minime praetermisit. Nam audi quid Albinus Flac-
cus accidisse testetur, cum S. Vedasti res gestas est prosecutus: Quidam (inquit^a) nobilis
Franchus potentia clarus, Ocinus nomine, Regem Clotarium, praedicti Regis Clodouei fi-
lium, qui tunc temporis regni nobiliter rexerat sceptrum, vocauit ad prandium, quod magno
apparatu in domo sua Regi & suis parauerat optimatibus. Rogatus quoque est sanctus ad
conuiuium Vedastus: qui domum intrans, more sibi solito, dextera extenta, omnia sanctae
Crucis vexillo signauit. Quaedam vero vascula ibi cernuisa adstabant plena, sed male Gentili
errore daemoniacis incantationibus infecta: quae mox ob potentiam sanctae Crucis destructa
creperunt; & quicquid liquoris habuerunt, in terram effuderunt.

^a Alb. Flac. in
vir. s. Vedast.
apud Sur.
tom. 2.

Territus vero Rex & optimates illius huius visione miraculi, sciscitabatur Pontificem cau-
sam repentini prodigij. Cui sanctus respondet Episcopus: Per quasdam maleficiorum incan-
tationes, ad decipiendas conuiuorum animas, diabolica in his latuit liquoribus potentia: sed
virtute Crucis Christi territa, sic inuisibiliter de domo effugit ista, sicut visibiliter considera-
tis liquoribus effundi in terram. Haec vero res multis proficiebat ad salutem. Nam plurimi
occultis diabolicae fraudis catenis absoluti, auguriorum vanitate sprete, incantationum con-
suetudine relicta, ad vere religionis conuolauerunt puritatem, intelligentes diuinam potentiam
efficaciam in suo famulo facere signa, nihilque contra eius sanctitatem antiqui serpentis va-
lere machinamenta: & quod ille ad perditionem parauerat aliquorum, hoc Christi gratia
ad redemptionem conuertit plurimorum.] haec Albinus.

Ferunt ab eisdem pietate insignibus filijs Clodouei obtinuisse S. Remigium Rhemensem
Episcopum, vt quos Rheomorum urbem aut ingrederentur aut praeterirent, captiui om-
D nes à vinculis ac carceribus dimitterentur: quod quidem à posteris etiam Regibus obserua-
tum fuit. Insuper & S. Leonardum eiusdem S. Remigij discipulum ab iisdem impetrasse, vt
quos vellet ipse à carceribus liberaret. habentur haec in Gestis^b ipsius.

^b Apud Sur.
6. Nouemb.
tom. 6.

Quid autem de Theodorico Rege filio Clodouei, cum regnare coepit, ac de sancto Theo-
dorio eiusdem sancti Remigij discipulo in eius Actis^c scriptum sit, audi: Defuncto Rege
Clodoueo, quem beatus Remigius ad Christi religionem traduxerat, & à sacro fonte
susceperat, filius eius Theodoricus regni gubernacula suscepit. Is vero nuncios misit ad
sanctum Remigium, obnixius rogans vt ad ipsum veniret, & vnicæ eiusdemque carissi-
mae filiae grauius laboranti manus imponeret. At sanctus Remigius aduersa tum corporis
valetudine impeditus, beato Theodorico, quem gratia curationum praeditum diuinitus
cognouit, suas vices demandauit. Ille iussa magistri volens gnauiter exequi, ad Regis pala-
tium proficiscitur. In ipso autem medio itinere tristis ei affertur nuntius de obitu puel-
lae; rogantque eum, qui erant missi à Rege, ne se frustra fatiget. At ille à proposito non
discedens, venit ad palatium, Regemque & Reginam cum tota familia mærentes inue-
nit. Illorum ergo lacrymis etiam ipse ad lachrymandum permotus: Secedite (inquit)
paululum, parenturque funeri opportuna: ego id interim exequar, cuius causa huc accessi.
Cumque non nisi illi, quos ipse iusserat, illic mansissent; sublatis ad caelum oculis & mani-
bus, preces intra mentis penetralia, lacrymis faciem rigantibus, corde compuncto obtu-
lit. Deinde accessit ad corpus exanime, & oleo sancto illud vnxit. Et ecce subito omnes
vitae expertes artus suo vigori restituntur: & puella vitae se beati Theodorici precibus red-
ditam palam profitetur. Accurrit Rex & Regina, stupent ad miraculum: Palatium omne
exultat, cuncti homines Dei venerantur. Porro Rex non modò discipulum Theodorici,
sed etiam beatum Remigium regia munificètia profequi appetens, Venderas ei ad fluvium
Matro-

^c Quid S. RE-
MIGIUS PER
THEODORI-
CVM DISCI-
PVLVM.

CHRISTI
514.HORMISDÆ PAP.
I.ANASTASII IMP. 24.
THEODORICI REG. 22.

Matronam, Gaudiacum autem villam pagi Rhemenfis sancto Theodorico donauit: orans cum, vt pro se & regno suo Dominum deprecaretur.] hæc ibi de puella Regis filia suscitata. addit auctor & de eodem Rege oculo infirmato, atque ab eodem diuina virtute curato. His similia videntur esse insignia illa miracula, Apostolorum virtutibus non inferiora, quæ Hormisda Papa (vt vidimus) scribens ad S. Remigium prædicat. His planè charismatibus Franchorum gens, quæ nuper ad Christum conuersa erat, vt nouæ quædam plantæ fuerunt diuinitus irrigandæ.

Porrò bellicosissimum Franchorum Regem fuisse Theodoricum, nec nisi religioni solum cedere, declarant quæ de eodem narrat his verbis Gregorius Turonensis^a, vbi agit de sancto Quintiano Rutenorum Episcopo à sua Ecclesia pulso, & Aruerni recepto: Cum (inquit) sanctus Quintianus in antedicta vrbe Aruernensi moraretur, Proculus quidam ex ærario presbyter ordinatus multas ei iniurias intulit: omnemque potestatem illi de rebus Ecclesiæ auferens, vix ei tenuem quotidianum victum ministrari præcepit; sed per eius orationem à ciuibus correctus est prudentioribus, restituta ei omni potestate, ab eo illius remotis insidijs. Antedictus tamen Sacerdos non immemor iniuriæ, sicut quondam Paulus^b Apostolus de Alexandro ærario, & hic de Proculo decantabat dicens: Proclus ærarius multa mala mihi fecit: reddet illi Dominus secundum opera sua. Quod ad postremum ei euenisse certum est. Erat autem vir beatus in oratione assiduus, & in tantum amator populi sui, vt veniente Theodorico & vallante exercitu urbem, Sanctus Dei muros psallendo circuiret, & vt regioni vel populo Dominus velociter succurrere dignaretur, afflictus ieiunijs atque vigilijs instanter oraret. Porrò Theodoricus Rex cum cogitaret vrbis muros euertere, mollitus est misericordia Domini, & oratione sacerdotis eius, quem in exilium retrudere cogitabat. Nam nocte pauore perterritus, de stratu suo exiit, ac solus per viam publicam fugere nititur: perdiderat enim sensum, nesciens quid ageret. Quod aduertentes sui, eumque retinere conantes, vix potuerunt, cohortantes vt se signo salutari muniret.

Tunc Hilpingus Dux accedens propius ad Regem, ait: Audi, gloriosissime Rex, consilium paruitatis meæ: Ecce muri ciuitatis istius fortissimi sunt, eamque propugnacula ingenia vallant. Quod vt plenius magnificentia tua cognoscat, de Sanctis, quorum basilicæ muros vrbis ambiunt, hæc loquor: sed & Antistes loci illius magnus apud Dominum habetur. Noli facere quod cogitas, noli Episcopo iniuriam inferre, aut urbem euertere. Cuius consilium Rex clementer accipiens, præceptum posuit, ne vllus ab octauo vrbis milliaro læderetur. Quod obtentu sacerdotis præstitum, nullus ambigat. Tunc Proculus ille presbyter, disruptis Vrensis castri muris, ab ingredientibus hostibus ante ipsum ecclesiæ altare gladiatorum ictibus in frustra disceptus est: reddiditque Dominus, sicut sacerdos cantare consueuerat, secundum opera sua.] hæc de his Gregorius. De rebus autem gestis S. Galli successoris Quintiani Episcopi Aruernensis cum eodem Theodorico Rege, quibus & eiusdem Principis pietas commendatur, ab eodem auctore scripta habentur. Sed de Theodorico modò satis.

Dicenda verò pauca de Childeberto vno item ex filijs Clodouei, qui summo opere coluit sanctum Paternum Episcopum Abrigensem, quem, cum eius admiranda opera percipisset, Parisios aduocat: vbi cum post alia vir Dei pro pauperibus regias aures pulsaret, idem Rex Crescentio, ad quem publica cura spectabat, mandauit, vt quod beatus Paternus ab ipso exigeret, id exequi non ommitteret: promisit ille se ita facturum, sed fidem fessellit: nam in Burgundiam profectus est, viro sanctissimo nesciente. At mox illum diuina ultio profecta oculorum lumine priuauit, ita vt biduo erraret. Agnoscens igitur culpam suam, celeriter regressus est ad hominem Dei, veniamque petijt: eodemque momento, quo ab animo iniquitas abcessit, oculis lux reddita est. Porrò acta sancti Paterni longè vberiora extant^c, quàm hic narrari queant. At hæc satis ad Regum Franchorum, qui Clodoueo successerunt in regnum, pietatem insinuandam. Iam verò ad res Orientales orationem conuertamus.

Planè accidit, vt cum eiectione suis sedibus Orthodoxi Episcopi ab Anastasio Imperatore, & in thronum ipsorum perfidi hæretici Timotheus atque Seuerus & alij suscepti, Deus ipse aduersus eum excitaret Vitalianum, qui ad vltimum vsque discrimen eundem hæreticum Imperatorem adduxit. At quomodo hæc se habuerint, Marcellinum Comitem rem sub huius anni Consulibus paucis complectentem audiamus, vbi ait^d: Vitalianus Scythia, assumpto

^a Greg. Turō.
Vit. SS. Patr.
c. 4. & apud
Lip. tom. 8.
QUAE PAS-
SVS S. QVIN-
TIANVS A
PROCVLO.

^b 2. Tim. 4.

THEODORI-
CVS POENI-
TENS RESI-
PISCIT.

DE CHIL-
DEBERTO
REGI, ET
PATERNO
EPISCOPO.

^c Apud Sur.
tom. 2.

^d Marcellin.
in Chron hoc
anno.

CHRISTI
514.HORMISDÆ PAP.
I.ANASTASII IMP. 24.
THEODORICI REG. 22.

Assumpto Romanorum equitum in triduo congregatorum auxilio, in locum qui Septimus dicitur, aduenit, ibique castrametatus est: dispositisque à mare ad mare suorum ordinibus, ipse ad portam, quæ aurea dicitur, sine vllius accessit dispendio: scilicet pro Orthodoxorum se fide, proq; Macedonij vrbis Episcopo in cassum ab Anastasio Principe exulato, Constantinopolim accessisse asserens. Porrò Anastasij Imperatoris simulationibus atque periurijs per Theodorum internuncium illectus atque illusus, octauo die quàm urbem accesserat, remeavit. Hinc Odyssum Mysiæ ciuitatem Vitalianus pernoctans astu ingressus est: Cyrillum loquacem magis quàm strenuum ductorem militiæ inter duas pellices Vitalianus reperit dormientem, eumque mox abstracto cultro Gerico iugulauit, hostemque se Anastasio Cæsari palàm aperteque exhibuit.] hæc Marcellinus hoc anno. Sed quid interea dolosus veterator? Vbi sensit vires iam fractas, periurijs ex more sibi consulendum putauit.

Manichæorum planè est fallere quemlibet iuramentis; cuius perfidiæ idem Anastasius (vt dictum est) cultor erat.

Quenam autem fuerint pacis conditiones, quibus deceptus Vitalianus recessit à mœnijs, Cedrenus docet his verbis^a: Vitalianus occupata vniuersa Thracia, Scythia, & Mysia, ducens secum Hunnorum & Bulgarorum agmen, multas vrbes & Cyrillum quoque Thraciæ Præfectum cepit, & prædando Constantinopolim vsque processit. Tum Anastasius, rebus suis deploratis, pacem per legatos petiit: iurans vnà cum Senatu, se relegatos reuocaturum, Macedonio & Flauiano suos Episcopatus redditurum, Concilium Heracleæ acturum, euocato etiam Papa Romano.] hæc quidem hoc anno tractari cœpta in sequentem vsque sunt producta, vt patet ex Marcellino ea singula singulis suis reddente annis. At de his agens Euagrius^b, ieiunè nimis transiit, sicut & eadem ab eo accipiens Nicephorus, nullamque de causa motus Vitaliani ob læsam fidem Catholicam mentionem faciunt.

Interea verò versutus hæreticus, Anastasius inquam Augustus, quo sibi Vitalianum ipsum conciliaret, & vt populum sibi ob eamdem causam sæpius aduersantem expertus lenire aliquo modo posset, summa hieme indicit Synodum Heracleæ celebrandam, qua cuncta Ecclesiarum dissidia auferrentur: atque vt confictis mendacijs verisimilitudinis aliquam sitperinducat effigiem, ad ipsum Hormisdam Romanum Pontificem vigesima quinta Decembris dat litteras, de futura Synodo eum reddens certiolem, ac rogans vt ad conciliandas Ecclesias suum exhiberet aduentum. Extat ipsa Anastasij Imperatoris epistola ad Hormisdam his verbis conscripta, eiusmodi indito titulo:

Victor Anastasius, Pius, Felix, Inclytus, Triumphator semper Augustus, Hormisdæ sanctissimo ac religiosissimo Archiepiscopo & Patriarchæ.

Omnibus negotijs diuinæ res præponendæ sunt. Deo etenim omnipotente propitio, Republicam & conseruandam & meliorandam esse confidimus. Quia igitur dubitationes quædam de Orthodoxa religione in Scythiæ partibus videntur esse commotæ: id specialiter clementiæ nostræ placuit, vt venerabilis Synodus in Heracleana ciuitate prouinciæ Europæ celebretur, quatenus concordantibus animis & omni veritate discussa fides nostra omni terrarum Orbi manifestius innotescat, vt deinceps nulla possit esse dubitatio vel discordia. Quapropter sanctitas tua cum quibus sibi placuerit reuerendissimis Episcopis, quos de Ecclesijs sub sui sacerdotij cura constitutis idoneos & instructos erga Orthodoxam religionem esse probauerit, ad prædictam Heracleanam ciuitatem intra diem Kalendarum Iuniarum venire dignetur. Data quinto Kalend. Ianuarias Constantinopoli, Senatore V. C. Consule. Accepta pridie Idus Maij, Florentio V. C. Consule.] hæc Anastasius ad Hormisdam, ad quem alias rursus dedit anno sequenti litteras, de quibus suo loco inferiùs dicemus. Quæ autem hæc secuta sint, suo loco dicturi sumus: clauditur enim huius anni rerum gestarum curriculum hisce litteris Anastasij ad Hormisdam Papam conscriptis.

IESV CHRISTI HORMISDÆ PAP. ANASTASII IMP. 25.
ANNVS ANNVS
515. 2. THEODORICI REG. 23.

NOVVS annus, qui numeratur Christi quingentesimus decimusquintus, Anthemij & Florentij Consulatus nomine consignatur; sub quo ista de Vitaliani Magistri militum conatu aduersus Anastasium Imperatorem ob Catholicam fidem suscepto Marcellinus habet in Chronico: Vitalianus eidem Anastasio immanior factus est inimicus: præmissis

DE VITALI-
ANO DV-
CE ANASTA-
SIUM EXA-
GITANTE.

^a Cedren. in
Cōp. end. hist.
an. 23. Anast.
Imp.

PACIS CON-
DITIONES
OBLATAE
VITALIANO

^b Euagr. hist.
lib. 3. cap. 43.

ANASTA-
SIUS SIMV-
LAT CON-
VOCARE
SYNOVVM.

EPISTOLA
ANASTASII
AD HOR-
MISDAM.
PAPAM.

VITALIA-
NVS VERGET
ANASTA-
SIUM IMP.

missis suorum equitibus, armatisque nauiculis sinistro sibi littore decurrentibus, ipse A peditum armis stipatus Syxtinense praedium ingressus est, totiusque loci palatium habuit mansionem.

Missi sunt ad Vitalianum Senatores, qui pacis cum eo leges componerent. Nonaginta auri pondera, exceptis regalibus muneribus, pro pretio tunc accepit Hypatij, iam mille centum auri libris cum Vranio captiuo sibi a suis in Sozopoli oblati. Magister militum Vitalianus per Thraciam factus, Hypatium, quem captiuum catenatumque apud Acres castellum tenebat, reuersus suo remisit auunculo.]hæc de rebus gestis Vitaliani summam complexis, multis omissis, vt inter alias conditiones, quod Concilium œcumenicum togeretur, quo lancinata diu Catholica fides in pristinum candorem restitueretur, iudicareturque ibidem causa expulsoꝝ Episcopozum.

Cum vero tantæ rei præstandæ summam esse scirent apud Romanum Pontificem, tum B ipse Anastasius Imperator legatum misit Patricium virum clarissimum ad eundem Hormisdam Papam, tum etiam Vitalianus (vt testantur litteræ eiusdem Pontificis suo loco inferius recitandæ) legationem direxit Romam ad eundem Ecclesiæ Romanæ Pontificem. Desiderantur tamen ipsæ litteræ Vitaliani, Anastasij autem extant; quas, facta collatione duozum codicum, mendis emaculatas (quantum licuit) hæc legendas integras exhibemus: atque primum quæ hoc anno datæ reperiuntur mense Ianuarij sic se habent:

ANASTASII INTERPELLAT ROM. PON.

Tom. 1. epist. Rom. Pont. ante initium epist. Hormisdæ.

EPISTOLA ANASTASII AD HORMISDAM. Eccles. 1.

Victor Anastasius Pius, Felix, Inclytus, Triumphator, semper Augustus Hormisdæ sanctissimo ac religiosissimo Archiepiscopo & Patriarchæ.

Beatitudini vestræ non putamus ignorum, quod pro temporis qualitate loquendum atque tacendum, etiam diuinæ Scripturæ^b prouida est admonitione dispositum. Exactum proinde silentij tempus incitamenta nobis loquendi concessit. Atque idè oportunitatem esse perspeximus, quæ apud nos sub religionis specie commouentur, auditui vestro committere. Ante hoc siquidem duritia eorum, quibus Episcopatus, quem nunc geritis, erat sollicitudo commissa; temperare nos à transmittendis faciebat epistolis.] Vides hæreticum, quàm procul absit vt culpam suam lugens deprecetur, cum non sumptusius adscribar contumaciæ & impietati quod deliquisset, sed Gelasij atque Symmachi prædecessozum tribuat asperitati. Sed pergite:

CVNGCTA DEFERRE PROPTERTVR ANASTASIIVS ROM. PON.

Nunc autem currens de vobis suaui opinio, ad memoriam nostram bonitatem paternæ affectionis adduxit, vt illa requiramus, quæ Deus & Saluator noster sanctos Apostolos diuino sermone docuit, ac maxime beatum Petrum, in quo fortitudinem Ecclesiæ suæ constituit. His igitur præfatis iniitijs, hortamur vt ad ea quæ de Scythiæ partibus mora sunt, vnde & Concilium fieri conuenire perspeximus, mediatorem se Apostolatus vester faciat: vt D contentio nibus amputatis, vnitas sanctæ restituetur Ecclesiæ. Nobis autem omnia optata præstantur, si orationibus vestris & frequenti paginarum allocutione nostri memores fueritis. Data pridie Idus Ianuarij Constantinopoli, & accepta Anthemio & Florentio V. C. CC. Conf. quinto Kalendas Aprilis, per Patricium.]

Cum igitur tanta polliceretur Anastasius, nempe se arbitrum controuersiarum & sequentem pacis appellare Ecclesiæ Romanæ Pontificem; quomodo potuit Vitalianus eidem non adhibuisse fidem? præsertim cum addiderit litteras ad Senatam populumque Romanum, quibus eum hortatus est, vt suaderet Hormisdæ Papæ sedulam adhibere diligentiam, vt pax conciliaretur cum Ecclesia Orientali. Non extant ipsæ quidem litteræ ab Imperatore ad Senatam datæ, sed earum ipsius senatus litteræ ad eum redditæ meminerunt, quæ suo loco inferius describentur.

DOROTHEI EPISCOPI THESSALON. AD HORMISDAM EPISCOPI. Proo. 25. Apud Paul. ad Rom. 10.

Eidem quoque Patricio misso ab Imperatore ad Hormisdam Papam legato Dorotheus etiam Episcopus Thessalonice litteras ad ipsum Pontificem dedit, quibus eius electioni congratulatus est, quod sublato Ecclesiæ Romanæ schismate, omnes in eius electionem consensissent, simul etiam ea quæ sunt ad vnitatem Ecclesiæ se optare significans, vt pote qui desideret sedis Apostolicæ dignitati in omnibus esse consultum. litteræ autem sic se habent:

Sacro beatissimo & comministro Papæ Hormisdæ Dorotheus Episcopus in Domino S. Ait quodam loco cuncta beatissimus diuinoꝝ præceptorum promens miracula Salomon^c: Sicut aqua frigida animæ sitiienti suaui est, sic benignum nuncium longinquis exterris. Et sacer Dauid spiritualem pulsans lyram psallit^d: Quàm speciosi pedes eozum qui euangelizant bona. sic equidem & nos cunctos docens. Quid autem est ita animæ hominis suaue, aut quid ita impinguat ossa, quàm specioso nuncio cognoscere veræ pacis nunciato-

rem,

A rem, & rectæ numquam errantes propugnatores fidei ad Ecclesiarum sanctarum transire gubernacula, & tamquam ex arce quadam ad consensum Dei congregare dispersa, & contumidum quidem ad principatum tuæ sedis festinantes, venerandi fratris supplicationibus annuentes, membra Ecclesiæ, quæ vobis Christus & Deus noster credidit, contemnentia prius concordiam, ad vnitatem venire, & præcedentem^{*} diuisionem atque inuidiam, vestræ tantum ordinationis perimere calculo; & nunc in concordiam atque societatem confluere^{* præcedentem} omnem terminum sanctæ illius Ecclesiæ?^{* clanculo}

Hæc didicimus non ante multa spatia temporis: sperabamus autem & antiquam consuetudinem cognoscentes Ecclesiæ, & vestrum audientes socialem & irreprehensibilem morem, ex vestris litteris firmiora atque manifestiora cognoscere. sed quia tempus hiemis ad hæc vos implenda retinuisse consideratur; & aptum & debitum fuit & plenam Dei amatricem charitatem etiam scabra^{*} transire: scribo & alloquor beatum vestræ sanctitatis caput, B significans collatari nos beatæ sedis sacratissimi Petri Apostoli, quod tali regitur manu, quæ suscepti non qui honorem raperet, sed qui raperetur ab eo, & (sicut sermo multiplex tradit; & nos ita se habere credimus) nutritorem pacis, & rectæ fidei certatorem, & humilitate^{* constantem} mentis & charitate quæ circa cunctos est, tamquam pretiosis lapidibus coronatum.

Etenim cuncta te volo, venerande pater, agnoscere, quod ex antiquis sanctis & venerandis Patribus suscipiens illius beatæ sedis affectum, ad^{*} hanc tamquam paternam sortem custodiens, addere hoc opto atque festino, vt veniat in hoc studio terminus vtilis humanitate quidem Domini & Dei nostri Iesu Christi, intercessionibus autè in cunctis beatissimi Apostoli Petri, & in omnibus sapientissimi Pauli; vt venerandæ eozum sedi & tuæ beatitudini iuste debitus honor custodiat, atque reddatur^{* &}, vt nostris temporibus, velut secundum^{* addatur}

C principatum sedis Apostolicæ honorem congruentem suscipiat, omnis discordia recedat; & Ecclesiæ omnium vestrum Catholica voluntate, Domini etiam & Dei nostri Iesu Christi, & Nestozum & Eutycherem impios, & horum seruantes dogmata, & qui istorum fuere sectatores aut extant, & omnem hæresim anathematizent semper, & rectam atque incontaminabilem fidem inconcussam, tamquam anchoram certam atque firmam teneant, & parent iam pacem, nullo (quod absit) impediente, præsertim venerando capite vestro (sicut didicimus) homines contentiosos horrente, quibus & vita & esca est sacerdotum Dei inter se altercantium separatio: qui non ab omnibus velociter cogniti, tamquam lupi in vestimentis ouium, facile ab Apostolica Ecclesia repellantur.

Ista nunc scripsi beato capiti vestro per Patricium virum spectabilem, communem filium, & consuetudinis affectu superans rationem, & circa illam beatam sedem charitate deuindus, & omni die videre desiderans congruentem atque debitam venerationem ei seruari. D Scribe igitur, in cunctis beate, tamquam vnanimi & optanti animam quoque offerre pro fide Orthodoxa & Ecclesiarum pace sanctarum, & vt custodiantur venerandæ sedi in omnibus beati Petri contentientia: quod facile fiet, ordinata vnitate cunctozum, & omnium ad vos tamquam ad firmum festinantium portum. Diuisiones etenim contra contemnere consueuerunt, & ordini decentia non seruant. Omnem fraternitatem quæ est vestræ sanctitati coniuncta, & ego, & qui mecum sunt, multum in Domino salutamus. Et alia manu. Saluari me in Domino, orate sanctissimi & beatissimi Patres. Ad calcem hæc in codicibus addita: Accepta epistola Dorothei Episcopi Thessalonicensis Ecclesiæ missa per Patricium. V. C. sub Dat. quinto Kalendas Aprilis, Florentio V. C. Consule.] hæc tamen ibi, quæ obstita mendis, vt potuimus resarcientes, pristino sensui reddere laborauimus. quam quidem^{* die}

E epistolam acceptam intelligas quinto Kalendas Aprilis, qua item die Anastasij Imperatoris litteræ ad Hormisdam, per eundem Patricium allatæ, acceptæ habentur, scriptæ verò (vt vidimus) pridie Idus Ianuarij.

Quod autem spectat ad Thessalonicensis Ecclesiæ statum, hæc accipe: primum ex litteris Gelasij^{* constare}, ipsius Episcopum antea ex decreto Romani Pontificis, vnà cum fidei^{* Gelasij epist.} Catholicæ professione, damnasse nomen Acacij: Id quidem significatum fuisse sibi ex litteris Laurentij Episcopi Lignidi, testatur ad eum rescribens Gelasius^b: qui postea in epistola ad Episcopos Dardaniæ & Illyrici data rem in contrarium versam affirmat, nimirum^{* 8.} Thessalonicensem Episcopum esse hæreticorum communionem pollutum. Quod verò pertinet ad Dorotheum hunc, de quo est sermo, Thessalonicensem item Antistitem, ipsum timore & minis Imperatoris adactum, communicasse cum Timotheo Episcopo Constantinopolitano hæretico, suo loco dicendum erit.

Quid autem Hormisdae Papae inter haec ambigua agendum fuit, litteris ipsius Imperatoris Anastasij prouocato, quem ipse cuperet ad fidem Catholicam & Ecclesiae unitatem remeare, & cum eo Orientalem Ecclesiam reuerti simul: nisi ut humaniores eidem redderet à quo acceperat litteras, pollicereturque se missurum legatos accuratissimos, qui rem essent penitissimè exploraturi? Sic igitur pridie Nonas Aprilis ad litteras Imperatoris acceptas quinto Kalendas eiusdem, ita Hormisda rescripsit:

Gratias supernae virtuti, quae per vestrae pietatis affatus diuturnum dignata est terminare filehtium, tale praestans collocutionis exordium, vt de vestrae clementiae prosperitate laetemur; & ad unitatem, Deo donante, reuerti posse sanctam confidamus Ecclesiam. Hoc opus supernae clementiae, haec & praedecessorum nostrorum fuit semper oratio: quos etiam rerum actus paternae traditionis ministros, & rectae fidei declarant fuisse custodes.] haec prudenter Hormisda, defendens res gestas praedecessorum Pontificum, quos suis litteris Anastasius Imperator arguerat nimis fuisse duos. Sed pergit: Pax est enim totius bonitatis initium: qua nihil quantum ad Catholicam fidei cultum validius, nihil aestimari oportet excellentius: pro hac scilicet facere & cuncta sustinere conuenit, qui sanctarum Scripturarum probabilis cupit esse discipulus. Hanc omnium bonorum matrem & nutricem Christum Dominum nostrum suis constat praedicasse discipulis, dicentem: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Quam vos religiosi cura propositi, Domino aspirante, protidentes, de Orthodoxae concordia cogitatis Ecclesiae in beati Apostoli Petri reuerentia diuina specialiter praecpta seruantes. Quae res maiorem superni fauoris defensionem vestro procurat Imperio. Recte enim ablata Deo veneratio in expugnabilem deuotis mentibus murum defensionis indulget.

Proinde omnipotentem Deum fuis precibus exoramus, vt qui vobis studium quaerenda Ecclesiarum pacis indulget, ipse quoque sub conseruatione Catholicae fidei desiderio vestro super hac parte praestet effectum. Praeterea directis ad nos sacris affatibus commemorationem sancti Concilij facere pietas vestra dignata est. De qua re tunc plenissimum poterimus praebere responsum, cum causam congregationis nos voluerit euidenter agnoscere. Nunc vero, quia praestante Domino nostro, data est facultas alloquio, congrua veneratione, debiti praebemus sermonis officia. Data pridie Nonas Aprilis, Florentio V.C. Consule.] Considerasti, puto, Hormisdae Papae prudentiam, ita aditum patefacere haeretico Imperatori ad Ecclesiam reuertendi, vt tamen cum eo quam cautissimè agendum instituat; cum nec assensum celebrandi Concilium eidem impartiri velit, nisi quae in eo essent tractanda, primò significet. Eiusdem planè argumenti est epistola quam reddidit ad Theodorum Thessalonicensem Episcopum, cuius est exordium: Vbi charitatis interest seruare praecpta, &c.]

Ad priores autem datas ab Anastasio Augusto litteras ad finem anni superioris, quod haud certo homini easdem credidisset, tardius acceptas, mense Iulij per Seuerianum breuiter ita respondit:

Bene clementia vestra confidit (sicut datis ad me gloriosis significauit affatibus) quod Reipublicae vestrae specialiter proficiat, si negotijs omnibus Orthodoxae fidei causa praeponeatur. Haec est enim, venerabilis Imperator, de suscepto moderamine Rectoris cura salubrior, vt eius sibi fauorem per opera bona conciliet, qui vniuersum & tribuit & regit Imperium. Proinde me quoque & Domino nostro Iesu conuenit supplicare, vt qui de Ecclesiae suae concordia vestram pietatem cogitare voluit, hunc semper hac parte concedere dignetur effectum: quatenus temporibus vestris Orthodoxa fide praeditus vniuersus terrarum Orbis exultet. De his vero quae pro Synodali congregatione praecipistis, quid fieri oporteat, per fratres & Coepiscopos meos, qui prope subsequeuntur, gloriae vestrae insinuanda mandauit: quorum suggestionem (si diuinus fauor mea vota prosequitur) competentius poteritis vniuersa cognoscere. Data octauo Idus Iulij, Florentio Consule.]

Porro non sic mittit legatos Hormisda, vt intersint ipsi Synodo, cum neque consenserit Synodum celebrari; sed potius eos legat ad explorandum, num res seriò ageretur, ac paratum inuenirent Imperatorem profiteri velle fidem Catholicam Chalcedonenis Concilij, recipereque epistolam S. Leonis, & anathematizare haereticos atque eorum communicatores, & haec omnia non solum coram legatis profiteri, sed & sacra promulganda constitutione vniuerso sibi subiecto Imperio seruanda praecipere, & alia seruare, quae capitulis inferioribus recitandis sunt iussa inuiolatè custodiri: quae cuncta si praestarentur ab ipso Imperatore Anastasio

Tom. x. epist. Rom. Pont. epist. 1. Hormisda. HORMISDA PAPA AD ANASTASII IMP. RESCRIBIT.

Ioan. 14.

consecratione

Tom. I. epist. 3. ALIAE HORMISDAE LITTEAE AD ANASTASII IMP.

QUAM CAUTE CVM ANASTASIO AGAT HORMISDA.

Anastasio, tunc fore, vt etiam ipse Hormisda Papa ad componendas res Orientalis Ecclesiae se conferret Constantinopolim. Haec fuisse ab ipso Pontifice legatis credita atque litteris declarata, quae dicuntur inferius palam facient. Ita namque quam cautè prouideque cum veteratore fuit agendum Hormisdae, ne maiestas Apostolicae sedis ab ipso eluderetur, dum non ad fidem Catholicam stabiliendam, sed ad regnum conseruandum, Vitalianumque auertendum, eius abuti videretur auctoritate.

Fuerunt autem ad arduum opus delecti legati quatuor praestantissimi viri, inter quos primum locum tenuit Ennodius ex diacono iam Episcopus Ticinensis, de quo plura atque superius: Fortunatus additus est Episcopus, sed cuiusnam Ecclesiae, nusquam mentio: scimus tamen hoc saeculo summa claritudine vixisse Fortunatum Tudertinum Episcopum, de quo inferius opportuniùs dicturi sumus; de quo haud incongruum est vt sui Episcopatus primitias eiusmodi legationis honesta functione sacrarit: his vero reliqui duo accessere Venantius presbyter & Vitalis diaconus sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, quibus datus est Hilarus eiusdem Ecclesiae Notarius. His igitur delectis Hormisda in Orientem ad Imperatorem legatis, eisdem eiusmodi litteras ad eumdem dedit:

Hormisda Episcopus Anastasio Augusto.

Bene atque vtiliter serenitas vestra curam Principalis acuminis non tantum in administrando Reipublicae exercet officio, sed melioribus eam nobilitat institutis, & per curam reintegranda unitatis auctorem venerandi placat Imperij. Certi sunt enim de tutela regnantibus, si nulla, eisdem praesidentibus, Ecclesiae castitas importuna diaboli commixtione maculetur. Vnde enim potest fieri, vt nitidas pro Principibus ad Deum nostrum preces dirigat, si sit lecaliter populus perfidia corruptus? Nam sicut ante omnia bona est perfecta iuxta Deum in Imperatoribus sapientia, ita de sacrario mundorum pectorum pro his supplicatio debet & fidei animarum vberitate procedere. Nulla vobis, sublimissime dominae, triumphorum materia poterit esse iucundior, quam de subiugatione perfidiae.

Hoc etiam fiducialiter & pro commissi nobis officij praerogatiua suggerintus: quia prope est vt suum splendorem aliena patriatur nube fuscari, qui cum, Deo tribuente, amouere possit, in subditis ciuibus manere permittit errorem. Ergo quia mansuetudo vestra futuram Synodum scriptis sacratissimis indixit, cui nos interesse debere, iisdem paginis, Deo (vt credimus) sibi imperante commonuit: gaudemus, scientes quoniam directarum mentium est, venerabilis Ecclesiae Magistros expetere: soli enim declinant examen conscientiae, qui vitae sunt non continent. Nam & feriato ore splendore bonae voluntatis enunciat, qui per Apostolicam immaculatamque fidem, & per competentes praedicatores aut confirmari se optat, aut corrigi. Verumtamen licet in his nullum saeculi praecedentis existat exemplum, neque senioris facti qualitas aut commissi libris, aut memorijs incerta teneatur: nihil ad nos, quibus dulce est, beneficio Dei, pietate vestra inuitante, inchoare meliora, & hoc quod non accepimus à parentibus, tam clari operis institutum nobis ipsis imponere; quia totum pro reintegratione fidei & Ecclesiarum pace facere, libenter amplectimur: si tamen maiorum nostrorum diffinitio & sanctorum Patrum in suis radicibus inconcussa permaneat: si anathematizetur Nestorius cum participibus suis, qui euacuant diuinæ sacramenta naturae, beatam Virginem Mariam nudi hominis mentitur esse genitricem, oblitus angelicae annunciationis, per quam mundo innotuit, quia quod ex ea nasceretur, vocandum esset Sanctum, Filius Dei.] & post nonnulla in detestationem Nestorianae perfidiae, haec de aduersa subdit haeresi:

Eutychemis quoque ignorantia diuinorum bonorum omnium, & ipso cum socijs detestando iam nomine abdicetur hebetudo, qui Deum & Dominum nostrum Iesum Christum figuram tantum carnis habuisse testatus est, & nostrae veritatem non habuisse substantiae.] & plura in confutationem eiusdem insaniae adducens ex diuina Scriptura testimonia, ad eumdem Imperatorem conuersus, his eum sermonibus interpellat: Satis esse credimus per Dominum nostrum eruditae clementiae vestrae strictis supplicare suggestionibus, sperantes vt laborem curamque pastoralis officij, venerabilium praedecessorum vestrorum Marciani & Leonis formam secuti, etiam principalis potentiae participatione fulciatis. Habebitis, Deo propitio, spem de victorijs non latentem, si pontificali contra diaboli subreptiones congressionem pacifica ad decernendum instructionem muniat.

Numquam in sanctorum Ecclesiarum memoria Diofcori participis Eutychemis, Timothei & Petri paricidarum commemoratio reuiuiscat. Seruetur ab omnibus suspicienda

LEGATI DELECTI AB HORMISDA PAPA.

Tom. x. epist. Rom. Pont. epist. 4. Hormisda.

placeat

indicaui

Luc. 1.

iacentem institutione QUAE SERVANDA SINT AB HIS QUI PARTICIPANT QUAE RVNT.

CHRISTI
515.HORMISDAE PAP.
2.ANASTASII IMP. 25.
THEODORICI REG. 23.

Chalcedonenſis Synodi (Deo per vos operante) diffinitio. Acacius Petri tenebrarum filij A
communione pollutus habeat participes, quos delegit: qui etiam inter ſuos exceſſus nec de
Petro Antiocheno & complicitibus eius nitidum ſe eſſe perpeſſus eſt. Ceſſent maledicta pijs
ſanctæ recordationis Papæ Leonis ingeſta dogmatibus, quæ ſolos quidem, illo in ſuis man-
nente, puniunt irrogantes.

In his quæ præfati ſumus, ſolicitudinem veſtri aduocamus Imperij: poterit enim pietas
veſtra hoc cuſtodiens, apices & ſceptra ſua poſt multos annos ad aliud ſæculum poſſidere
translata. Suſcipite preces noſtras per Ennodium atque Fortunatum fratres & Coepiſco-
pos noſtros, necnon Venantium preſbyterum atque Vitalem diaconem, vel Hilarum No-
tarium filios noſtros, quorum apud nos fides in Dei timore ſtudiumque perclaruit, pro ve-
ſtro amore tranſmiſſas, & placidam vice noſtra ſupplicationibus conſcientiam accommo-
date. Speramus enim, & de Deo habentes fiduciam pollicemur, ſtudia quæ à vobis veræ B
religionis impenſa fuerint, ſine retributione & præmio non futura. Dat. 11. Idus Auguſti, Flo-
rentio V. C. Conſule.] haſtenus Hormiſdæ Papæ epiſtola ad Anaſtaſium Auguſtum per le-
gatos tranſmiſſa; quibus & de rebus ſingulis ſcripta admonitio data eſt: quoniam modo autem
tem gerere ſe deberent, his verbis ex eiſdem eodiciſus exſcripta admonitio extat:

Indiculus qui datus eſt Ennodio & Fortunato Epiſcopis, Venantio preſbytero, Vitali dia-
cono, & Hilario Notario legatis Apoſtolicæ ſedis Conſtantinopolim ab Hormiſda Papa.

COMMON-
TIAD PRO-
FICISSEN-
TES DATA
LEGATOS.

Cum Dei adiutorio & orationibus Apoſtolorum venientes in partes Græciarum, ſi Epi-
ſcopi voluerint occurrere, in qua decet eos veneratione ſuſcipite: & ſi voluerint ſeſeſſio-
nem parare, nolite ſpernere, ne iudicetur à laicis, nullam vos cum illis velle habere concor-
diam. Si verò vos ad conuiuium rogare voluerint: blanda excuſatione eos declinate, dicen-
tes: Orate, vt primùm myſticam illam menſam mereamur habere communem, & tunc erit
nobis iſta iucundior. Viſtuala verò & quæ alia offerre voluerint, excepta tamen ſubuectio-
ne, ſi cauſa popoſcit, nolite ſuſcipere: ſed taliter excuſate, nihil deeſſe dicentes, ſperantes
etiam vt animos ſuos vobis accommodent, vbi ſunt dona & diuitiæ, & charitas & vnitas, &
quicquid ad gaudium religioſum certum eſt pertinere.

Cum iſta ordinatione, Deo proptio, Conſtantinopolim peruenientes, ibi ſecedite, vbi
ordinauerit clementiſſimus Imperator: & antequam ipſum videatis, nulli decis ad vos ve-
niendi licentiam, præter quos pietas eius miſerit. Poſtea tamen quàm Principem videritis, ſi
qui Orthodoxi & noſtræ communionis, aut zelum habentes vnitatis vos videre voluerint:
eos ſub omni cautela ſuſcipite, per quos fortè & quid agitur deprehendere poteritis. Præ-
ſentati itaque Imperatori litteras porrigite cum tali allocutione: Salutat vos Pater veſter,
Deum quonidie rogans, & interceſſionibus ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli veſtrum D
regnum commendans, vt Deus, qui vobis tale deſiderium dedit, vt pro cauſa Eccleſiæ mit-
ti & conſulere beatitudinem ipſius eligeretis, ipſe & perfectionem tribuat voluntatis.

Et ſi voluerit, antequam chartas ſuſcipiat, ordinem legationis agnoſcere, his verbis uti-
mini: Iubete ſcripta ſuſcipere. Si dixerit: Quid habent chartæ? Reſpondete, Salutes ad
pietatem veſtram continent; & Deo gratias agunt, quòd vos ſolicitos de vnitate cogno-
ſcunt Eccleſiæ: Legite, & agnoſcetis. Et nullius cauſæ mentionem penitus faciatis, niſi
priùs acceptæ litteræ relegantur. Et poſt ſuſceptas litteras & relectas, adijcite: Nam & ad
Vitalianum famulum veſtrum miſit litteras, qui accepta à pietate veſtra (ſicut ipſe ſcripſit)
licentia, ſuos ad Patrem veſtrum ſanctum Papam homines deſtinauit. Sed quia iuſtum erat
vt priùs ad clementiam veſtram dirigeret, hoc fecit, vt vobis iubentibus atque ordinantibus,
ad eum ſcripta, quæ detulimus, Deo proptio perferamus. E

Si Imperator petierit epiſtolas à nobis ad Vitalianum directas: ſic reſpondendum eſt: Non
hoc nobis Pater veſter ſanctus Papa præcepit: nec ſine iuſſione illius aliquid poſſumus face-
re. Tamen vt ſciatis ſimplicitatem litterarum, quia nihil aliud habent, niſi preces ad pietatem
veſtram directas, vt accommodetis animum veſtrum pro vnitate Eccleſiæ: iungite no-
biſcum perſonam, qua præſente, traditæ à nobis litteræ relegantur. Si verò dixerit Imperator
eas ſe debere legere. Reſpondebitis: iam vos ſuggeſſiſſe, iuſſum non fuiſſe à ſancto Papa.
Si dixerit: Hoc tantum eſt, quòd in litteris continetur: poſſunt enim & mandatis alia nunciari.
Tunc reſpondebitis: Abſit à conſcientia noſtra: Nobis non eſt conſuetudo: Nos pro
Dei cauſa venimus, & in Deum commiſſuri ſumus? Simplex eſt ſancti Papæ legatio, &
omnibus nota ipſa eius petitio, ipſæ preces: vt conſtituta Patrum non corrumpantur: vt hæ-
retici de Eccleſiis remoueantur. præter iſta, legatio noſtra nihil continet.

Si

CHRISTI
515.HORMISDAE PAP.
2.ANASTASII IMP. 25.
THEODORICI REG. 23.

A Si dixerit: Inde & ad Synodum intitauit ſanctum Papam, vt ſi quid eſt ambiguum, tol-
latur de medio. Reſpondendum eſt: Agimus Deo gratias, & petitioni veſtræ, quia hunc
vos affectum & animum habere cognoſcimus, vt ea quæ à Patribus conſtituta ſunt, gene-
ralitas ſeruet: quia tunc vera & ſancta vnitas poteſt eſſe inter Eccleſias Chriſti, ſi Deo adiu-
uante, hoc quòd prædeceſſores veſtri Marcianus & Leo cuſtodierunt, elegeritis eſſe ſeruand-
um. Si ille dixerit: Quæ ſunt iſta quæ dicitis? Reſpondete: Vt Synodus Chalcedonenſis &
epiſtolæ ſancti Leonis Papæ quæ ſcriptæ ſunt contra hæreticos Neſtorium & Eutychem
& Dioſcorum, nullatenus corrumpantur. Si dixerit: Nos Synodum Chalcedonenſem &
epiſtolas Papæ Leonis & recepimus & tenemus. Vos mox gratias agite, & peccus eius oſcula-
mini, dicentes: Modò cognoſcimus Deum eſſe vobis propitium; quando facere talia ſelina-
ris: quia iſta eſt fides Catholica: iſta eſt quam prædicauerunt Apoſtoli, ſine qua nullus poteſt
eſſe Orthodoxus: iſtam debet ſacerdotum generalitas tenere, & prædicando ſeruare.

B Si dixerit: Orthodoxi ſunt Epiſcopi, de conſtitutis Patrum non recedunt. Reſpondebitis:
Ergo ſi conſtituta Patrum ſeruantur, & in nullo corrumpitur quòd in ſancta Chalcedonenſi
Synodo firmatum eſt: quæ cauſa eſt, tantum inter Eccleſias partium iſtarum eſſe diſcordiæ?
Vel quæ cauſa facit, in vno Orientis Epiſcopos non conſentire? Si dixerit: Quietis erant Epi-
ſcopi, nulla inter ipſos diſcordia verſabatur: prædeceſſor ſancti Papæ animos eorum miſſis
litteris excitauit, & ad conſuſionem excitandam perduxit. Reſpondendum: Litteras quas
ſanctæ memoriæ Symmachus deſtinauit, præ manibus habemus. Si extra hæc quæ pietas
veſtra dixit, hoc eſt: Chalcedonenſe Concilium ſequor, epiſtolas Papæ Leonis admitto:
aliud nequicquam continent, niſi exhortationem, vt iſta ſeruentur: quomodo verum eſt,
quòd per ipſum eſt generata conſuſio? At ſi hoc continetur in litteris, quòd & Pater veſter
ſperat, & pietas veſtra conſentit: quid ille fecit? quid enim in eo videatur eſſe culpabile? His
C adijcite preces & lacrymas, rogantes: Domine Imperator, conſiderate Deum: ponite ante
oculos veſtros futurum eius iudicium. Sancti Patres, qui iſta conſtituerunt, beati Petri Apo-
ſtoli fidem ſecuti ſunt, per quam ædificata eſt Eccleſia Chriſti.

Si Imperator dixerit: Quòd me vultis per locutionem * facere, habete: Ecce mihi com-
municate, qui Synodum Chalcedonenſem recipio, & epiſtolas Papæ Leonis amplector:
nunc communicate mihi. Reſpondendum eſt: Quo ordine pietas veſtra communicari ſibi
deſiderat? nec nos prædicantem iſta pietatem veſtram vitamus, quòd ſcimus Deum time-
re, & gaudemus, quia gratum vobis eſt Patrum conſtituta ſeruare. Fiducialiter ergo roga-
mus, vt per vos in vnitatem reuertatur Eccleſia. Sciant omnes Epiſcopi voluntatem veſtram,
& quia Synodum Chalcedonenſem & epiſtolas Papæ Leonis ſeruatis, vel ſedis Apoſtolicæ
D conſtituta. Si dixerit: Quo ordine faciendæ ſunt hæc, oſtendere oportere. Iterum preces ad-
hibete cum humilitate, dicentes: Pater veſter ſcripſit Epiſcopis generaliter. Iungite his litte-
ris Sacras veſtras, ſignificantes hoc vos vindicare *, quòd ſedes Apoſtolica prædicat: & tunc
qui ſunt Orthodoxi, de vnitate ſedis Apoſtolicæ minime ſeparentur, & qui his ſunt contra-
rij cognoſcantur. Quibus ordinatis, paratus eſt Pater veſter etiam, ſi opus fuerit, ſuam ac-
commodare præſentiam, & quicquid expedit, ſeruatis Patrum conſtitutis, pro integritate
Eccleſiæ non negare.

Si dixerit Imperator: Bene iſta, ſuſcipite interim noſtræ ciuitatis Epiſcopum. Iterum pre-
ces iungite, humiliter dicentes: Domine Imperator, pacem venimus cum Dei adiutorio vo-
bis adnitentibus & præſtantibus, facere, & contentionem * ſopire in ciuitate veſtra. De dua-
bus eſt perſonis intentio: iſta cauſa proprium curſum habet: Generalitas Epiſcoporum priùs
E ordinetur: fiat vna communio Catholica: & ſequenti loco de iſtis, vel ſi qui ſunt alij ex-
tra Eccleſias ſuas, tunc diligentius poteſt cauſa cognoſci. Si dixerit Imperator: De Macedo-
nio dicitis: intelligo ſubtilitatem veſtram: hæreticus eſt: nulla ratione reuocari poteſt.
Reſponderis: Nos, domine Imperator, nullum perſonaliter indicamus. Et ſi pietas veſtra
conſideret, magis pro anima veſtra & opinione loquimur: vt ſit diſcuſſio: ſi hæreticus eſt,
iudicio cognoſcatur, vt non ſub opinione Orthodoxi iniuſtè dicatur oppreſſus.

Si dixerit Imperator: Quid vultis? modò dicite de Synodo Chalcedonenſi: dicitis &
de epiſtolis Papæ Leonis: Ecce qui eſt iſtius ciuitatis Epiſcopus ad iſta conſentit. Reſpon-
dendum eſt: Si ita cuſtodit, in examinatione cauſæ eum iuuare plus poterunt: & quia ſer-
uo veſtro Vitaliano Magiſtro militum talem dediſtis licentiam, vt ſi ſperaret à beatiffimo
Papa, vt pro cauſis talibus apud eum diſcuſſione cauſæ his perſonis, quibus de loco poteſt
eſſe intentio, integra vniuerſa ſeruentur. Si Imperator dixerit: Sine Epiſcopo debet eſſe
ciuitas

Annal. Eccl. Tom. 6.

Iii 3

ciuitas

* profectio-
nem perſo-
lutionem
QUA CONDI-
TIONE AD-
MITTEN-
DVS PRIN-
CEPS AD
COMMV-
NIONEM.* indicare
vel iudicare

* intentione

ciuitas mea? Hoc vobis placet, vt vbi ego maneo, Episcopus non sit? Respondendum: A Prædiximus duarum personarum intentionem esse in ista ciuitate. Quo ad canones pertinet, iam antè suggestimus: canones soluere, in religionem committere est. Multa sunt remedia, multa inuenta, per quæ pietas vestra sine communionè esse non possit, & integra iudiciorum forma seruetur. Si dixerit: Quæ sunt ista remedia? Respondetis: Non à nobis nouiter inuenta. Suspensa causa de alijs Episcopis, persona quæ confertur confessioni pietatis vestræ & constitutis sedis Apostolicæ, interim vsque ad euentum cognitionis, teneat locum Constantinopolitani sacerdotis, si cum Dei adiutorio Episcopi voluerint se accommodare sedi Apostolicæ. Habetis textum libelli in sermij Ecclesiæ editum, iuxta quem debeant profiteri.

Si tamen contra alios Episcopos Catholicos fuerint datæ petitiones, magnopere contra illos, qui sine verecundia Chalcedonensem Synodum anathematizant, & epistolas non recipiunt sancti Leonis Papæ: petitiones suscipite, causam tamen in sedis Apostolicæ reuerate iudicio: vt & spem de audientia detis, & tamen nobis debita referatur auctoritas. Si tamen Imperator Serenissimus totum se promiserit esse facturum, tantum vt nostram præsentiam accomodemus: modis omnibus prius Sacram ipsius per Episcopos & per epistolam vestram, vno de vestris perferente per prouincias, vnâ cum personis, quas Imperator deputauerit, destinare: vt sic cum seruare Chalcedonense Concilium & epistolas S. Leonis Papæ, omnibus innotescat. quibus ita præcedentibus, ad nos in Christi signo, vt aduentum procuremus, scripta dirigite.

Præterea est consuetudo, per Episcopum Constantinopolitanum omnes Imperatori Episcopos præsentari. Si hoc illorum callidus tractatus inuenerit, volentium formam legationis agnoscere; vt cum Timotheo, qui modò videtur Constantinopolitanam gubernare Ecclesiam, Imperatorem videatis: sic facite, vt si antè agnoueritis, quàm ad Imperatorem ingrediamini, ista disponi per aliquos, necdum præsentati, dicite: Mandata talia nobis dedit & præcepta Pater pietatis vestræ, vt sine aliquo Episcoporum vestram clementiam videamus. Ergo agite, donec ab hac consuetudine ipse remouerit. De hac autem consuetudine, vt Episcopi peregrini Constantinopolim venientes, primum adeant Constantinopolitanum Episcopum, & ab eo ducantur ad Imperatorem, agit Iustinianus Imperator. Sed pergit monens idem Hormisda:

Quòd si omninò noluerit, aut si captiosè contigerit vt ante Imperatorem inopinatè Timotheum videatis, ita suggerite: Præcipiat pietas vestra nobis dare secretum, vt causas, pro quibus missi sumus, exponamus. Si dixerit: Dicite, ecce ante ipsum. Respondetis: Non iniuriam facimus: sed quo ad causas pertinet, etiam ipsius continet legatio nostra personam, & suggestionibus nostris præsens esse non potest. Et nulla ratione eo præsentate aliquid allegetis, sed egresso, delegationis textum exerite.] hætenus Indiculus, siue quod dicunt Commonitorium. sequuntur post eum assertiones singularum causarum in hunc modum:

Capitula singularum causarum.

Vt S. Synodus Chalcedonensis, & epistolæ S. Leonis Papæ seruentur. Vtque clementissimus Imperator consentiens debeat pietatis suæ Sacra generalia ad vniuersos Episcopos destinare, in quibus significet prædicta se & credere, & vendicare.

Consentientes etiam Episcopi in Ecclesia, præsentate plebe Christiana, hæc prædicare debeant: Amplecti se sanctam fidem Chalcedonensem, & epistolas S. Leonis Papæ, quas scripsit contra hæreticos Nestorium & Eutychetem & Dioscorum, sed & contra sequaces eorum, Timotheum Hclurum, Petrum, vel contra eos qui in ipsa causa tenentur obnoxij, simul etiam & Acacium, qui quondam Constantinopolitanæ Ecclesiæ fuit Episcopus, sed & Petrum etiam Antiochenum anathematizantes cum socijs eorum. Hæc manu propria, præsentibus electis venerabilibus viris, scribentes, faciant secundum textum libelli, quem per Notarium nostrum edidimus.

In exilium deportatos pro causa Ecclesiastica ad audientiam sedis Apostolicæ reuocandos, vt iudicium & vera examinatio de his possit haberi: ita vt causa eorum inquisitioni integre referretur.

Si qui verò sacræ sedi Apostolicæ communicantes, Catholicam fidem prædicantes atque sequentes fugati sunt, vel in exilio detinentur: hos iustum est ante omnia reuocari.

Præterea quæ legatis inter reliqua iniunximus: vt si contigerit libellos porrigi aduersus Episco-

* In Authen.
de sanctiss.
Epis. collat.
p. iir. 6.

CAPITULA
PRÆSCRIP-
TA AB
HORMISDA
PAPA OR-
TENTIBVS.

A Episcopos, qui persecuti sunt Catholicos, de his iudicium sedi Apostolicæ referretur: vt circa eos venerandorum Patrum possint constituta seruari, per quæ ædificatio generalitatis proueniat. Hætenus data legatis ab Hormisda Papa capitula: Quibus planè intelligis, quanta agat prudentia Romanus Pontifex, quantaque cautela tractet cum hæretico Principe, pollicente licet se Catholicam fidem integre profiteri: vt & illud in primis ab eo exigat, vt publica edita sanctio in omnibus quibus imperat locis innotescere faciat, se in omnibus assentiri Catholicæ fidei ipsi exhibitæ per legatos Romani Pontificis: Quod si facere renuat, eum indignum putat Apostolicæ Ecclesiæ communionem: sicque cogit vt cuncta antea præster, quæ Catholicum decent Imperatorem: vt sic in omnibus prospectum esset Catholicæ Ecclesiæ maiestati, atque Romani Pontificis auctoritati, qua perfidus conaretur abuti ad sua ipsius studia confouenda, & labantem statum Imperij solidandum. Sic igitur tantum absuit, vt fuerit Hormisda œcumenicum quod indixerat Anastasius Concilium celebrari, vt absque Concilio leges ipse præscriperit Imperatori & vniuersis Orientis Episcopis, quas legisti quinque distinctas capitibus. Porro quòd ferebatur œcumenicum indictum esse Concilium, in quo omnes omnium Ecclesiarum forent controuersie dirimendæ, placuit etiam Theodorico Italiae Regi ea de causa legatum mittere Constantinopolim, delegitque ad opus virum insignem Agapitum, ad quem de eius facta electione ista scripsit:

Agapito V. I. Patricio Theodoricus Rex.

Deliberationis nostræ consilium virorum prudentium requirit obsequium: vt vilitatis publicæ ratio sapientum ministerio compleatur. Et ideò illustris magnitudo tua, Deo auxiliante, cognoscat, legationem nos ad Orientem deliberasse transmittere: cui te idoneum iudicantes, iussis præsentibus euocamus. Sed licet omnis legatio virum sapientem requirat, cui prouinciarum vtilitas, totiusque regni status committitur vindicandus: nunc tamen necesse est prudentissimum eligere, qui possit contra subtilissimos disputare, & in conuentum doctorum sic agere, ne susceptam causam tot erudita possint ingenia superare. Magna res est, contra artifices loqui, & apud illos aliquid agere, qui se putant omnia prouidere. Latere igitur tanto iudicio, quando antè suscipis electionis donum, quàm iure potuisses probare ingenium.] hæc Theodoricus de legatione Agapiti: quem illum ipsum putamus virum clarissimum, qui post annum sequentem Consulatum gessisse reperitur.

Accessit ad hæc, vt etiam & ipse Romanus Senatus per Apostolicæ sedis legatos litteras reddiderit ad ipsum Anastasium Imperatorem, quibus significauit quàm promptus esset idem Rom. Pontifex ea quæ ad vniuersalis Ecclesiæ statum spectarent propensissimo studio procurare. Litteras verò ipsas ad Senatum conscriptas ex eisdem codicibus acceptas hæc describens D. das esse putamus: sed primum emendandus est qui irrepit error in titulum, qui sic se habet:

Rescriptum Senatus Urbis ad Anastasium Imperatorem] quod verò subditur, Per Theopompum & Seuerianum] errore librarij factum scias, qui per eisdem scriptas has litteras posuit, per quos superius in codice positæ aliæ litteræ datæ leguntur anno sequenti sub Consulatu Petri: cum tamen has legatis Apostolicæ sedis hoc anno missis datas esse, in fine eiusdem epistolæ disertis verbis significetur. Ipsa igitur Senatus ad Anastasium Imperatorem epistola planè digna quæ his inferatur (vt pote quòd per ipsam idem Senatus enaret quæ transacta sunt cum ipso Romano Pontifice, nimirum quæ dixerit verba Hormisda Papa, cum eum pro Anastasio ipso Senatus conuenit) est huiusmodi:

Si prima semper est, Imperator inuicte, à regentibus supplicum spectata deuotio; si sola gratia dominorum conciliatur obsequio: indubitanter agnosces, sacræ iussionis oracula quanta Senatus vestri fuerint gratulatione suscepta: maximè cum ad hoc & animus domini nostri inuicissimi Regis Theodorici filij vestri mandatorum vestrorum obedientiam præcipientis accederet, & sciamus super omnia beneficia vestra tunc magis nos erigi, cum dignos creditis, quibus debeat imperari. Mox igitur sacræ studio iussionis implendæ beatissimum Papam Hormisdam credidimus deprecandum: de quo parum est dicere, quia vota supplicantium benignitate præcessit: sed & nobiscum suas preces, vt quod hortamini fiat, adiunxit, Euangelicis voluntatem suam testimonijs afferendo, ostendens mundum supra multitudinem peccatorum suorum scandalis plus grauatum, dum vox sit ista Dominica: Vt mundo à scandalis. Et idem, oportere homines scandalizantium partes membrorum abscondere, quàm vt in ignem, non renuocando scandalis mittantur æternum.

Sed & post hæc diuinæ lectionis exemplis, quàm boni sint fructus pacis ostendit, cum diceret: Et Apostolum Paulum gratia Dei plenum, nihil tamen quibus bene cupiebat, quòd optaret

CAVTE AGIT
HORMISDA
CVM ANA-
STASIO

* Apud Cassio-
dor. Var. lib.
2. epist. 6.
THEODORI-
CI LEGATIO
IN ORIENTEM.

* Extra edita
com. 1. epist.
Rom. Pont.
SENATUS
ROM. LIT-
TERÆ AD
ANASTAS.
IMP.

* vota
qua
Mat. 18.

CHRISTI
515.HORMISDAE PAP.
2.ANASTASII IMP. 25.
THEODORICI REG. 23.Philip. 4.
Mat. 5.1. Cor. 13.
omnium

optaret melius inuenisse, nisi * vt pax Dei, quæ est supra omnem excellentiam, in eorum sensibus abundaret. Quodque in Euangelio Domini sit vox dicentis ^b: Quoniam pacifici filij Dei vocabuntur. Et iterum ad ipsum Scripturarum omnium reuertendo doctorem, quanto ipsa vel fide, qua & cælestia regna præsumimus, & à peccatorum cruciatibus, credendo saluamur, charitas sit maior ostendit, testimonium tale subiiciens: Spes, fides, charitas: maior autem horum * charitas: id est, Spiritus, gratia donante diuina, charitatem virtutibus omnibus exaltat. Non habentes ergo, si & propter pœnam scandala declinamus, & pacem propter pacis bona testamur, & ad charitatem nos, qui est charitas, Christus hortatur. Quid est enim quod retinet Catholico ardore festinos? Quid est quod delinquentis Acacij impedit volentes Christum videre persona? Quid est quod à suo liberi, alieno grauantur errore? hucusque verba Pontificis. ipsi verò subdunt:

Hæc cum venerabilis Papæ latius fuerint expedita rescriptis, pro nostræ tamen obsequio B credidimus deuotionis indenda, ne non rogasse putaremur, recondendo responsum, quod accepimus deprecantes. Proinde, pijsissime Imperator, hæc suo nomine Senatus serenitatis tuæ clementia prouocatus adiunxit, vt qui animo quàm benigno in vtraque Republica concordanda fuisti, tam esse pio in Ecclesiæ redintegrandâ vnitatem noscaris. Nam vt pax illa regnorum tantum scitur prodesse subiectis, sic hæc religionis cum populo suo proficit imperanti. Etenim quis non hæresum perfidarum sequaces plus quàm ipsos deliquisse putet auctores? Quis non post patibulum crucis diuidentes iterum Christi membra condemnet? Vtinam hæc iam vobis regnantibus causa cœpisset, vt facilius mala nascentia reprimerentur, quàm prouecta. Nam quis ambigat non potuisse eius existere, cuius corrigi temporibus videret errorem? hic finis epistolæ, cui mox ista in dictis codicibus iuncta leguntur: Per Ennodium & Fortunatum Episcopos, Venantium presbyterum, Vitalem diaconum, & Hilari- C rum * Notarium legatos Apostolicæ sedis.

* Hilarium

ARTES SVB
DOLAN
ANASTASII
IMP.

Profecti igitur ab Vrbe legati, feliciter Constantinopolim peruenere, honorificeque ab Anastasio Imperatore suscepti sunt: cuius tamen studium cum in eo totum collocatum esset, non vt Catholicam fidem exulem restitueret, quam licet verbis prædicaret, animo tamen penitus detestaretur, sed vt per simulatam Catholicam pietatem infensum sibi conciliaret populum Constantinopolitanum, atque milites aduersantes & Vitalianum sectantes ad desituta penitus signa reuocaret: mox capitibus cunctis à legatis ostensis assensus est, atque omnibus quæ per eosdem legatos Hormisdæ nomine postulata sunt libentissimè acquieuit, vno illo excepto capitulo, quod neque populo Catholico Constantinopolitanæ vr- bis esse gratum feriret, immo cuius inficiatione magis magisque se populi gratiam consecuturum cognosceret: istud autem erat de nomine Acacij cum alijs hæreticis condemnando D facta petitiō. Etenim ipse populus Acacij nominis studiosissimus, qui id antè fieri, haud aliquando passus fuerat, cum à prædecessoribus Romanis Pontificibus tentaretur, minimè assensurus esset tanta ignominia suum quem adedò dilexissent Antistitem affici.

Hac igitur arte vaser & subdolos Imperator hæreticus, opportuna oblata sibi occasione captata, quod diu fuerat aucupatus, ad sciendum sibi populi studium, ob retentum nomē Acacij, est facillimè consecutus, cum præsertim id absque iactura Catholica fidei præstari posse hac ex parte cum populo æquè sentire profiteretur: & ipsos medicos, qui venerant eos curare, legatos inquam Apostolicæ sedis, reddidit illos exolos, veluti inimicos: atque ita quo magis ipse legatis est refragatus, eo magis sibi populum reddidit obsequentem, vt pote qui eum vt protectorem & defensorem coleret aduersus Romanum Pontificem memoriam Acacij penitus abrogare conantem, ita etiam ex sententia effecit, vt Catholicos inter se concertantes aleret & detineret, quousque ipse sui compos fieret desiderij. Nactus ergo quam quæsierat accommodatam satis ad Catholicos fallendos artem, persistit in sententia, vt se Catholicum in omnibus præferat civibus similem, quorum gratiam Acacij nominis retentione atque defensione subdola mente redemerat. Verum quod temporis dilationem suæ sciret causæ conducere, haud legatos dimittere voluit, sed bona spe aluit, & vsque ad sequentis ætatis tempus retinuit, atque omni est persecutus humanitatis officio: plurimum enim sciebat sibi conducere ad concitatos compescendos tumultus moram istam, & ipsorum legatorum in vrbe præsentiam: sed ad maiorem faciendam animi sui fidem, honorificentissimam in ipsorum reditu ad Hormisdam Romanum Pontificem legationem decernit, populo valde gratam, qua præferret cum retentione Acacij nominis, sanciri oportere ab omnibus expectatam Ecclesiarum concordiam.

Rursus

CHRISTI
515.HORMISDAE PAP.
2.ANASTASII IMP. 25.
THEODORICI REG. 23.

A Rursus autem ad eandem populi gratiam sibi conciliandam dedit Ecclesiæ Constanti- nopolitanæ reddidit septuaginta librarum auri, eam ob causam, vt scilicet exequiæ sine sumptu & gratis fierent Constantinopoli, ediditque ea de re publicam sanctionem *, quæ qui- dem Anastasij magnificentia plurimum commendata fuit à Iustiniano Imperatore in No- uella constitutione de impensa debita in exequijs defunctorum, cuius est exordium ^b: Sin- gula bonorum operum, &c.] Sic igitur his officijs populum demereri conatus, atque dulcis prætextu pacis sub istiusmodi simulationis inuolucro lacuit qualis intus esset Anastasius, se- cundum illud Prouerbiorum ^c: Homo qui blandis & fictis sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis.] at quodnam istud fuerit, detegeretur inferius suo loco. Hæc quidem cuncta transacta esse in hac legatione Constantinopoli, littere ipsius Imperatoris per legatos ab eo missos Romam reddidit Hormisdæ Papæ declarant, quas sequenti anno, quo sunt data, referemus. Ex his autem habes vnde redarguas Miscellæ auctorem historiæ, vbi his contraria prorsus assert, istis verbis: Anastasius non solum salubria eorum monita spre- nit, sed insuper etiam à suis conspectibus non sine contumelijs expulit, nauisque fragili im- positos mandat ne vsquam per totam Græciam ad aliquam ciuitatem accederent.] hæc ibi: quæ tamen vera senties, si non ad priorem hanc, sed ad posteriorem ab eodem Pontifice missam referas legationem, de qua suo loco dicturi sumus.

Hoc eodem anno sub iisdem Consulibus (vt auctor est Marcellinus in Chronico) impia Ariadna Augusta defuncta est, annis (vt ait) sexaginta in Palatio exactis. Vt planè nihil sit quod ex hæreticorum prosperitate quis scandalum pati debeat, cum nequissimam femi- nam malorum omnium conciliatricem, in detrimentum Ecclesiarum omnium, vitam adedò longævam in Imperio agere Deus permisit.

C Hoc itè anno idem testatur Marcellinus funebre illud accidisse, vt Hunni Armenia trans- missa, totam Cappadociam deuastrantes, vsque ad Lycæoniam peruenissent. Qualis verò hoc tempore esset Ecclesia Cappadociæ, ex eius Metropolitanò Episcopo Cæsariensi Sotericho Eutychnianorum principe conijcere possumus, de cuius impietate satis superius dictum est, vbi egimus de pseudosynodo Sidone habita, & de promotione Seueri. Quid autem Macedo- nio in Armenia tunc exulanti contigerit, Cedrenus hoc eodem anno ita narrat ^d:

Macedonius quidem iam periculo proximus inde profugit, & Gangram peruenit. Ana- stasius de hoc certior factus, iussit eum rigide ibi custodiri, misso etiam (vt aiunt) percussore. Sed Macedonius Gangræ mortuus, in æde martyris Callinici tumulatus est, multosque à morte sua morbis liberauit. Cumque iam esset in sepulchro condendus, antequam id fieret, sublata dextera manu, crucis signo sepulchrum obsignauit. Idem Theodoro cuidam suorum familiarium per visionem dixit: Excipe hæc, & abi, & Anastasio recita: Ego quidem Macedonius abeo ad patres meos, in quorum fide perstiti: Interim tamen semper Deum interpellabo, dum tu quoque venias, & causa nostra disceptetur.] hæc auctor: eadem ex Theophane ^e in Miscella, & Anastasio Bibliothecario in Chronico, necnon Theodorus Lector ^f, nisi quod non ab eo obsignatum dicit sepulchrum, sed ipsum consueto more in sepulchro cruce signato esse reconditum. Porro de miraculis nihil: nec quidem apud Græcos coli memoriam eius, sicut aliorum Sanctorum, Menologia quæ vidimus, vestigium vl- lum reddunt: si quæ enim verè ab eo edita miracula potuissent probari, vrique pro eo allata in testimonium fuissent, cum de abolenda eius memoria è sacris tabulis, in quas illata erat, actum est. Sed passus demum Constantinopolitanos & Orientales Episcopos, sicut Acacij, ita & Macedonij & Euphemij nomina expungi è Diptychis, suo loco dicemus. Ceterum E Macedonij obitum non ante sequentem annum accidisse putamus, quem ex loco exilij hoc anno Hunni fugerunt in Paphlagoniam.

Contigisse hoc item anno tradunt, sicut Cappadoces à fide Catholica detios per Hun- nos affligi, ita & Alexandrinos in hæresi diu perseverantes à dæmonibus infestari. nam idem qui supra auctor subdit ^g: Eodem anno Alexandriæ viri plerumque, itemque mulieres & pueri, grauius à dæmonibus verberati, assidue latrabant. In somnis autem cuidam terribilis qui- dam apparuit, dicens, ciuibus hæc ob damnationes in Chalcedonenſe Concilium editas ac- cidere.] hæc Cedrenus: eadem Theophanes illata in Miscellam. Ita planè canum latratum edere compulsi Deo loco humanæ vocis miseros Alexandrinos à fide Catholica deuos, qui canum instar oblatrare contra Synodum Chalcedonenſem non desinebant: qui etiam cum excussissent à se suauissimum Christi iugum, merito passi sunt dæmones obsidentes: vt ex hoc ipso saltem discerent illud Hieremias ^h: Quam malum & amarum, reliquisse venam aquarum

16. Cod. de
sacroſanct.
Ecc. col. 21.
Inst. Nouel.
19.

Erou. 29.

ARIADNA
AVG. ORITVSCedren. in
Annal.
DE MACE-
DONII OB-
ITU ET VE-
STIGIO
OSTENSA.Paul. Diac.
Miscel. lib. 19.
Theod. Lect.
Collect. lib. 2.Cedren. An-
nal. hoc anno.
S. PASSE
H. BRITICE
ALEXAN-
DRINI.

Hierem. 2.

CHRISTI 515.516.

HORMISDAE PAP. 2.3.

ANASTASII IMP. 25.26. THEODORICI REG. 23.24.

aquarum viuentium Dominum, & fodisse sibi cisternas dissipatas.] eidem quoque historiae A veritati adstipulatur Anastasius Bibliothecarius in Chronico, & alij qui postea extiterunt recentiores auctores. Porro haec non absque fructu contigerunt: siquidem addit his Anastasius, eodem tempore monachos haereticos recantantes palinodiam scripsisse quatuor libellos contestationis, quorum duos Imperatori, alium Praefectis prouinciae, quartum vero Ioanni Episcopo Hierosolymorum obtulere, contestati se sanctam Synodum Chalcedonensem amplexari, detestari vero Seuerum cum suis sectarijs, & in promptu habere mortem oppetere pro fide Catholica. Sed & Illyrici Episcopos addit misisse Romam Catholicae fidei confessionem ad Romanum Pontificem.

Cedren in Chron hoc anno. Theod. Lect. 2. Collectan. Niceph. lib. 16. c. 34.

Psal. 4.

Psal. 17.

Ioan. 5.

Psal. 79.

Hoc eodem anno vigesimo quinto Anastasij Imperatoris Himeranni populi Australes ad fidem Christi conuersi sunt: de quibus pauca haec Theodorus Lector: Himeranni (gens est Persis tributaria) in extremis Australis plagae, & ab initio Iudaei fuerunt: eo vero tempore quo Regina Austris venit ad Salomonem, facti sunt Gentiles. Hi sub Anastasio Christiani sunt facti, & Episcopum acceperunt.] haec Theodorus, eademque Nicephorus. At tantae rei gestae historia scriptorum inopia remansit obscura: etenim quoniam praedicante, quibus praecedentibus signis, quisve eis primus fuerit datus sacrorum Antistes, penitus ignoratur. Quam bene accidit, secundum illud propheticum de Ecclesia Catholica dictum: In tribulatione dilatasti mihi, ut quo tempore magis minui videretur Catholica fides in Oriente, eo maiores fierent ad Christianismum accessiones, Saracenis (ut vidimus) & Himerannis Euangelium capeffentibus. vnde illud Ecclesia iure cecinerit: Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt a semitis suis. quod Dei benignitate hoc nostro saeculo abundantius experimur, dum quo tempore peruersis erroribus Aquilonares prouinciae maiori ex parte a fide Catholica defecerunt, Ecclesiae Catholicae nouus Orbis accreuerit, ab Ecclesia Romana accipiens Euangelium: ut plane omnes intelligant peruigilem eius cultorem, magnum illum agricolam qui semper operatur, loco palmitum areficentium alios maiori fecunditate sufficere, & loco vineae ab Apro siluestri depastae, atque suffocatae, igneque succensae, alia sibi latioribus terminis vberiora trans mare plantare vinea.

IESV CHRISTI HORMISDAE PAP. ANASTASII IMP. 26. ANNVS 516. ANNVS 3. THEODORICI REG. 24.

REGRESSVS LEGATORVM IN VRBEM.

Quingentesimus decimus sextus Domini voluitur annus, Consulatu Petri sine collega D notatus: Inter nobilissimos Senatores hic doctrina ac pietate claruit, ad quem exant Ennodij plures epistolae, mentio est pariter de Petro Romano viro clarissimo apud Sidonium. Hic ergo vbique spectatus hoc ipso anno meruit Consulatum: quo detentos diu Apostolicae sedis legatos Anastasius Imperator, magna spe alitos vniendae Orientalis Ecclesiae, ita dimisit, ut ad cuncta perficienda expectare se aduentum Hormisdae, iteratis litteris astuto consilio simularet: quod ut magis persuaderet, vna cum eisdem legatis redeuntibus Romam, ad componendas res honorificentissimam legationem ad eundem Hormisdam Pontificem misit, viris clarissimis ad opus delectis, nempe Theopompo Comite Domesticorum, & Seueriano Comite sacri Consistorij, quibus & litteras ad ipsum Romanum Pontificem dedit.

CONSILIUM ANASTASII IMP. QUAE FEBRIT.

Quodnam autem fuerit in his exhibendis officijs consilium Anastasij Imperatoris, ex iis E quae saepe superius aperuimus, atque superiori anno latius pandimus, facile poteris intelligere, nempe ad sedandum Orthodoxorum animum, ipsum pluribus apertissimisque signis affectare conatum Catholicum nomen, & vnitatem curare Orientalis Ecclesiae cum Occidentali: ratum nimirum ita fore, ut concitatum contra se Vitalianum tyrannum praetextu tuendae Catholicae fidei, his artibus exarmaret, ac spoliaret fauore populi, qui plane erga Imperatorem ex his pro fide Catholica exhibitis testimonijs iam paulatim reddebatur magis magisque propensior: augebatur vero magis ea opinio ex istiusmodi erga Pontificem Romanum obsequijs, quibus in tam praecleara exornanda legatione rem nauiter agere, in opus incumbere, iugi indefessoque studio laborare ad perficiendum, quod coeperat, significaret.

Ea plane est ars haereticorum Principum, penes quod est pietas mundinaria, ut cum aduersarijs armorum pressuris vrgentur, ad fallendos populos nihil magis quam fidem Catholicam

CHRISTI 516.

HORMISDAE PAP. 3.

ANASTASII IMP. 26. THEODORICI REG. 24.

A tholicam ore tenus praeferebant, subq; Catholico nomine delitescant, donec quod cupiunt assequantur: facti vero voti compotes, maiori impetu in damna pietatis erumpant. Sed qui cunctis praefidet rerum humanarum arbiter Deus, haud diutius patitur aded scelestam inulta relinquere: Etenim qui discernit caelestis Reges, appendens eos in statera, digito tandem ostendit paratam ob oculos ultionem, cum repente diu dilatum maiori fragore suae irae fulmen intorquet: quod quidem factum cum alia multa, tum praesertim cepta narrari Anastasij tragedia egregie representat. At iam eius reliquas fallendi artes pietatis tegumentis obuolutas, quas habemus praemanibus, in medium producimus, atque primum eius recitemus epistolam per suos legatos ad Hormisdam Pontificem missam, cuius in codice eiusmodi titulus inscriptus legitur:

Tom. 1. epist. Rom. Pont. in Hormisda.

ANASTASII IMPER. AD HORMISDAE EPISTOLA.

B Anastasius Augustus Hormisdæ Papæ, per Theopompum & Seuerianum VV. CC. Omnia quæ benignitas conceperit animorum, dulci ambitu & festinatione laudabili propagantur, nec sibi requiem putant posse praestari, donec ad effectum saluberrimum desiderata perdixerint: & tunc quædam ipsius festinationis fit requies, dum contigerit spei votorum. Quod in praesenti nos certa ratione pertulimus, donec caelestis fauor & nostrae petitioni auditum, & vestrae promissionis serenum donet effectum. Ergo quia vel maxima itineris longitudo, & ultra solium morem hiemalis asperitas, quod optabamus, nobis fecit incertum: interim intra animos nostros desiderata compressimus, beneficia diuina captantes, quæ boni exitus rei sua interpositione decidunt. Agnoscentes igitur, quod eius pietas primam nobis gratiam condonauit, ut missa ad nos legatio, ad beatitudinem tuam feliciter remearet: ad secundam processimus, ut dirigeretur à nobis promissa legatio, per quam & commemoratio fieret eorum, quæ cum sanctissimis viris longa deliberatione contulimus;

C & inde, Deo auspice, tam nostrae petitionis, quam vestrae gratiae ad integrum lux serena resplendat, & toto Orbi gaudia expectata donentur. Commemorationis itaque loco, & salutationis honore reddendo, Theopompum virum illustrem Comitem Domesticorum, agentem sacri nostri Palatii scholam, fidelem nobis vel pro suis moribus, vel pro ipsa affectione genitili nostrae prouinciae, sed & Seuerianum V. C. Comitem sacri nostri Consistorij ad vestram direximus sanctitatem: qui ordinem litterarum propria voce testantes, ad celeritatem expectata prouocent, quæ etiam caelesti misericordia credimus placuisse. Data xv i. Kalendas Augustas, Constantinopoli, Petro V. C. Consule.] haec quidem ad Hormisdam Papam. Sed quod numeros omnes expleret Catholici atque humanissimi Principis, per eosdem etiam legatos idem Anastasius Imperator ad Senatum vrbs Romae in hunc modum scripsit:

LEGATORVM NOMINA.

Exstat tom. 1. epist. Rom. Pont. in Hormisda.

D Imperator Caesar Flauius Anastasius, Pius, Felix, Victor, semper Augustus, Germanicus inclytus, Alamannicus inclytus, Franchicus inclytus, Sarmaticus inclytus, Pater patriae, Proconsulibus, Consulibus, Praetoribus, Tribunis plebis, Senatuique suo salutem dicit.

Si vos liberi que vestri valeatis, bene est: ego, exercitusque meus valeamus. Quotiens vtrisque publicis rebus prospera voluntate consulitur, non solum exhortatio, sed postulatio quoque creditur esse conueniens; ut duabus in vnum concurrentibus causis, animus incitatus, quod felix & bonum partibus sit, valeat adipisci. Si etenim Christus Deus & Dominus noster & per mitissimam voluntatem & quamdam dispensationis petitionem nos reuocauit ad se, & redemptos proprio sanguine libertati restituit, ut salutem mortalitati praestaret: non videtur absurdum, tam apud gloriosissimum Regem, quam apud beatissimum Papam vrbs Romae, Patres conscriptos Imperiali petitioni coniunctos, ea sperare, quæ & nobis & sibi (Deo annuente) in commune proficiant. Hoc est, ne fugitiuorum audiant concinnatos sermones, & mendacio solo compositos; sed satisfactione suscepta, quam & veritas, & legatorum qui directi sunt inquisitio patefecit, ad desideratam pacem acceptabili Deo voluntate concurrant. Indubitatum siquidem est ex longa annorum serie multam partem Reipublicae vestram vindicare constantiam.

AD SENATVM ROM. EPISTOLA ANASTASII AVG.

*iudicare

Proinde oportet sanctissimum vestrum ceterum solerti studio & prouido labore contendere tam apud excelsum Regem, cui regendi vos potestas & sollicitudo commissa est, quam apud venerabilem Papam, cui intercedendi apud Deum facultas est praestita, ut in ea parte animi sui bonitatem dignentur impendere, in qua vtriusque Reipublicae membra sperata sanitate saluentur. Implebitis enim veterem consuetudinem & nimis consilio vestro notissimam, si ea quæ publicae vtilitati conueniunt, tractando, sperando, postulando, effectum adipisci, Deo auspice, feceritis. Data quinto Kal. Augusti, Chalcedone, Petro V. C. Consule.] haec

haec sunt quae extant antiqua monumenta legationis antea permiffae, modò verò praestitae ab ipfo Anastasio Imperatore, cum tamen (vt saepius dictum est) vnitatis & pacis speciem praeferreret, non autem amans esset Catholicæ pietatis.

Verùm Hormisda doluit, laicos directos esse legatos, quibuscum de rebus Ecclesiasticis agendum foret, minus aptum id esse putans: conqueritur enim de his idem Hormisda Papa in litteris anno sequenti datis ad S. Auitum Episcopum Viennensem, quas ex eodem codice inferius recitabimus. Iam verò quas legatis Apostolicæ sedis litteras ad eundem Romanum Pontificem Anastasius dedit, hic describamus, quibus rerum gestarum veritas, explosis mendacijs, certa reddatur. his autem in primis Imperator fidei Catholicæ (ne quis daretur dubitandi locus) professionem inseruit: sic enim se habent:

Exemplum Sacræ Anastasij Augusti Hormisdæ Papæ per Ennodium & Fortunatum Episcopos, Venantium presbyterum, Vitalem diaconum, & Hilarum Notarium.

Gratias omnipotenti Deo referimus, quod sanctitas vestra disciplinis caelestibus instituta, sicut poposcimus, legatos fidei Ennodium & Fortunatum venerabiles Episcopos, sed etiam viros religiosos Venantium presbyterum & Vitalem diaconum & Hilarum Notarium, quales poscebat causæ sublimitas, destinavit, qui negotij magnitudinem implere possent Ecclesiastici luce sermonis; qui que operante Deo, omnia subtiliter requirentes, quæ ad rectam & veram Christianorum pertinent fidem, & ipsi, sicut decuit, declararunt; & à nobis, sicut oportuit, agnouerunt: quia vna est Ecclesia Dei, Apostolicis vbique firmata doctrinis. Vnde quis audeat de Domini nostri Iesu Christi incarnatione aliter quàm habet veritas ipsa sentire? nisi vt confiteatur æqualem & consubstantialem Patri Filium salutis nostræ causæ, iuxta annunciationem Archangeli, in vtero Virginis, carnem ex eadem assumente, hominem factum? & sicut ait Apostolus in seruuili forma, vt crucem pro nobis carne suscipere: De quo beatus Petrus Apostolus Iudæis dicit: Vos petistis vobis dimitti virum homicidam, auctorem verò vitæ interfecistis. De quo etiam legitur in Paulo Apostolo: Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis.

Confitemur enim, quòd Dei genitrix beata Virgo Maria in vera carne & anima rationali & intelligibili nobis Deum peperit Saluatorem, quem homouision Deo Patri & Spiritui sancto ante sæcula, eundem nobis quoque homouision propter peccata nostra in fine temporum credimus & probamus fuisse progenitum, sicut Propheta Dauid dicit: De ventre matris meæ Deus meus es tu. Quæ tamen ita sine defectu & confusione nostri corporis est assumpta nostra substantia, vt in eadem carne Dei Filium mundum examinaturus adueniat, oculis omnium vulnecum & clauorum indicia repræsentans, sicut scriptum est: Et videbunt in quem pupugerunt. Vides ne, quàm piè, quàm sanctè rectam profiteatur Anastasius fidem Catholicam? qua ita firmiter stabilita, ei aduersantes damnat hæreticos, ista subdens:

Cum omnibus etiam Orthodoxis impiissimos Nestorium atque Eutychetem vitamur pariter & horremus, eorum condemnantes & anathematizantes & personas & dogmata detestabilibus sacrilegijs comparanda, qui dispensationem diuinam & humanæ remedia infirmitatis similiter aut nescire voluerunt, aut cognita blasphemare. Talem igitur circa fidem clementiæ nostræ propositum summus Deus ab exordio vitæ suæ sensibus nostris immisit; vnde & Imperium nostrum credimus custodiri. Miramur autem, quamobrem de beatissimis Patribus, qui in Chalcedone conuenerunt, aliqua nobis scribere voluistis: dum ea, quæ ab his fuerant constituta, prædecessorum nostrorum multiplicibus decretis confirmata monstrantur: & cum nec alia Synodus facta fuerit, per quam, quæ ab illa disposita sunt, redderentur infirma: nec lex à nobis præcesserit, cuius nouitate statuta præfati Episcopalis Concilij soluerentur: maximè cum ipsa Synodus dixerit, anathema esse debere, quicumque aliam fidem, quàm apud Nicæam trecenti decem & octo venerabiles Patres constituerunt, docere vel immutare voluerit: ad hoc etiam eos, quos superius comprehendimus, id est, Nestorium & Eutychetem damnauerunt, quos nos quoque damnamus. Nam pro hac causâ attestantur etiam diuinæ litteræ ad Alexandriam non semel sed multoties destinatæ, per quas obiurgauimus, cur sibi non arbitrentur posse sufficere diuinitatem fidei doctrinam, recedentes ab anathemate Chalcedonenfis Synodi, vel venerandæ memoriæ Leonis Episcopi. Vnde non paruum studium apud nos & contentio quoque perdurat, quatenus à supra scripto anathemate eisdem possimus abstrahere, & sanctæ Ecclesiæ vniuersali coniungere.

Extant h. i. epist. Ro. P. P. inier Epist. Hormisdæ. EPISTOLA ANASTASII IMP. PER LEGATOS APOSTOLICIS MISSA.

Lucæ 1. Philip. 2. Ad. 3. Philip. 2.

CONFESSIO FIDEI ANASTASII IMP. Psal. 21.

Apoc. 1.

PROBAT ANASTASIVS CHALCEDONENSE CONCLIVM.

superfluo

De

De capitulo verò, quod solum videtur esse residuum, nostra voluntas petitioni vestræ fortasse propter vnitatem Ecclesiarum conueniret, nisi alia venerabilibus Ecclesijs ex hoc renouari scandala crederemus. Nunc quæ sint facienda perpendite: quia graue esse clementia nostra iudicat de Ecclesia venerabili, propter mortuos, viuos expelli; nec sine multa effusione humani sanguinis scimus, posse ea quæ scribitis, ordinari. Omnia tamen à Deo sperantes, per Concilium melius agere poteritis, quàm ab his hominibus, qui propter errores suos prouincias percurrentes, inimicam Euangelij sanctis & Ecclesiæ volunt esse discordiam. Ergo vt sit placens supernæ maiestati Ecclesiarum vnitatis, protuidete: quia quid nobis in his quæ præfati sumus obstitit, ignoramus, si bene nos arguit. Per omnia autem voluntatis nostræ puritatem, legatorum vestrorum poteritis veritate cognoscere. Petimus autem, vt pro nobis Apostolatus vester orare dignetur: quod vos libenti animo facere, hac poterimus maximè ratione cognoscere, si perfectam nobis vnitatem Ecclesiarum dignatus fuerit Deus, vobis disponentibus, condonare. Illam enim vox Dei magnam benedictionem diligentibus se mandauit atque donauit, qua declarauit: Pacem meam do vobis, pacem meam dimitto vobis.] hæc litteræ Anastasij ex eisdem codicibus exscriptæ.

Fallere sanè quemquam possent eiusmodi litteræ Anastasij pro fide Chalcedonenfi, nisi ex his quæ superius de ipso scripta habentur, & quæ scribentur inferius, qualis esset vulpis illius animus perspicuo monstraretur: ita vt illi optimè aptari possit illud Apocalypsis de bestia illa cornua habente agno simillima, vt pote qui cum semper insecutus sit sanctam Synodum Chalcedonensem, videri tamen velit acerrimus ipsius professor. Porro de calliditate Græcorum hæreticorum, qui verbis pacem sponderent, factis autem negarent, pluribus agit idem Hormisda Papa in epistola, quam anno sequenti scripsit ad S. Auitum Episcopum Viennensem, cum quid hac legatione actum sit eundem reddidit certiorum. At quoniam quæ hæc litteræ Anastasij tum litteris, tum etiam legationibus egit, non nisi laude digna videbantur, Hormisda Papa, & scriptas litteras, & res per legatos Constantinopoli gestas probans, non potuit ea omnia non laudare, cum ad eundem Imp. has litteras reddidit per legatos ab eo missos Theopompum & Seuerianum VV. CC. Comites:

Hormisda Episcopus Anastasio Imperatori. Solicitari animum tuum, clementissime Imperator, ambitiosa auiditate commemoras, donec speratæ vnitatis reintegratio optata contingat. Bona sunt desideria salutis; laudabilis, quæ se huiusmodi Deo commendat, intentio. Prudentiæ siquidem speciale documentum est, cum id quod sibi vile credit, impatienter inquirat. Nam si in corporum morbis noxia est tarda curatio, quanto magis in salute animæ grauius est ferendus remediorum fidelium serior appetitus? cum moneamur spiritualibus institutis, ne quæ prodesse possunt, in diem posterum differantur, clamante sapientissimo Salomone: Ne tardes conuerti ad Dominum; & ne differas de die in diem, quia sicut in incerto vitæ tempora, ita in tuto animæ conuenit esse remedium; vt intrat in gaudium Domini sui, quem veniens Dominus ea quæ sibi placent inueniet operari.

Vnde & fateor me fuisse miratum, cur tam diu legatio promissa tardauerit, cum faciendæ ista sint, vt regna caelestia rapiantur. Verumtamen instinctus ipse, quem vestræ mansuetudinis declarat alloquium, spem supernæ misericordiæ pollicetur: Desuper est enim & ipsum velle quod bonum est. Confido autem, quoniam qui coepit in vobis opus bonum, perficiet vsque in finem. Ergo vitæ, cui coepistis, insistite; & spretis errantium lubricis, nobiscum supra petram solidam tenete vestigia. Tali creuit Ecclesia sancta consensu, quod his verbis Apostolicorum actuum testatur historia: Multitudinis credentium erat vnus & anima vna. Nam quemadmodum connecti poterunt gratiæ vinculis, quorum distant corda sententijs?

Fac, domine Imperator, effectum rerum fidem probare verborum. Non enim sermonibus cognoscuntur hominum corda, sed effectibus: cum & Abraham pater noster, non nuda Deo fide, sed opere fidem commendante placuerit. Vnde vel pro dispensatione mihi credita, vel pietatis vestræ circa me benignitate perpensa, domine fili, hortor & supplico, vt studium pacis, quod per scripta præfertis, ad componenda nobiscum, Deo auctore, ea in his, quibus laborant Ecclesiæ, dirigatis. quia secundum Prophetam: Pax multa diligentibus nomen tuum, & non est illis scandalum. Non sunt incognita apud mansuetudinem vestram, quæ nos ab ea, quam reintegrare cupimus, vnitatis discernant. Date operam, vt laudando quæ profitemini compleantur effectum: & Apostoli, cuius communionem creditis expetendam,

DE CAPITULO QUO AGITUR DE NOMINE ACACII ABOLENDO.

Ioan. 14.

Apoc. 13.

Hormisdæ epist. 6.

EPIST. HORMISDAE AD ANASTASIVM IMP.

Ecl. 5.

Mat. 25.

Philip. 2.

Act. 4.

OPERA, NON VERBA PAPA AB IMPERATORE REQUIRIT. Psal. 118.

dam, totis viribus sequimini disciplinam. In totum perdita noxiortim declinate contagia, scientes non habere cum religiosis impios portionem, nec vllum fidei cum perfidia esse confortium. Consequens est, vt qui errorum detestatur principes, oderit sectatores. Execrabile habeatur in flore, quod damnatur in semine.

Offerte hoc munus Deo, pro vestris (precor) offerte temporibus: iamdiu hanc à vobis hostiam præ tantis quæ vobis contulit Christus beneficijs expectat. Quid opus est apud illum preces adhibere, qui supplicat? Vos Senatui vrbis Romæ, vt me ad pacem hortetur, intungitis. Ego non solum cum his ad vos supplicationis verba cõuerto, sed vestigijs vestris pro vniuersali aduoluo Ecclesia. Audite me pro Christo legatione fungentem. Non patiamini ab impijs canibus Christi membra discerpi. Quæ insanabilia videtis, abscondite; & quæ ægra, curate. Cur quæ sana sunt, inualidis coniuncta quatiuntur? Seruate ordinem, quem vnitas ipsa præfinit; & pacem mundo, quam poscitis, reddite. Hæc & sub præsentis occasione depono, & rursum ac sæpius supplicare curabo, sperans importunitatem hanc meam & Deo esse placitum, & apud vos quoque per assiduas petitiones, quoniam id nos Dominus docuit, vacuam non futuram. Data Romæ.] desunt reliqua.

Hæc quidem Hormisdæ epistola responsio esse videtur ad eam, quam Imperator redeuntibus legatis dederat, qua tam planè tamque amplè Ecclesiæ se pacem optare significauerat. Quæ autem postea rescripta ad epistolam à Comitibus legatis acceptam, cum ipsæ ad Imperatorem litteræ desiderentur, haud aded nobis possunt esse comperta, nisi quantum ex alijs eiusdem Hormisdæ litteris quasi per transfennam ad ea inspicenda aditus aperitur: quibus etiam nota fiant quæ transacta sunt inter legatos Imperatoris & Romanum Pontificem: nimirum eosdem legatos detectos fuisse alienos à Catholica fide, defensoresque hæresis Eutychianæ; tantumque eos longè abfuisse vt Catholica professæ fide sese cum suis Catholicæ redderent vnitati, vt tentarint haud leui conatu (si fieri potuisset) ipsum Hormisdam Papam ad suas ipsorum partes adducere. Vides quò tenderint Anastasij blandimenta, & quæ venena sub honorificæ legationis melle laruerint?

At vbi hæc aded inexpectata idem Hormisda comperit, legatos re infecta ad Imperatorem redire iussit, iam certior redditus de velata diu piorum verborum inuolucro perfidia impij Anastasij. Hæc enim ita se habuisse, eiusdem Pontificis litteræ ad S. Auitum Viennensem Episcopum datæ anno sequenti significant, cum iam ipse ad Hormisdam missis nuncijs & datis litteris reddi certior rogaret de his quæ cum Orientalibus gesta essent. quibus item litteris & illud fit manifestum, legatione ab Hormisda in Orientem missa, redditos esse Catholicæ Romanæ Ecclesiæ communioni Episcopos nonnullos in Thracia, Dardaniæ præfertim, Illyrici, atque Epiri Antistites: quod quidem hoc anno idem Hormisda voluit suis litteris innotescere Gallicanis Ecclesijs, scribens de his epistolam ad eundem sanctum Alcinum Auitum Episcopum Viennensem, vt ipse Auitus testatur, redditis litteris ad eundem Romanum Pontificem.

Vt hæc igitur integrè cognoscantur, primum omnium vt egregium monumentum viri sanctissimi, de quo plura superius locuti sumus, eius hic describemus ad ipsum Rom. Pontificem datam epistolam, ex ijsdem de quibus supra mentio facta est descriptam codicibus. Porro eam ad finem anni huius datam esse, existimare licet, quæ accepta Romæ habetur mense Ianuarij anni sequentis: ipse enim Auitus prouinciæ Viennensis Metropolitanus nomine omnium sibi subiectorum Episcoporum legationem Romam ad Pontificem misit, vt quid actum esset per legatos Constantinopolim missos, ipse Hormisda Papa litteris significaret. Scripsit igitur ea occasione has litteras sanctus Auitus ad Hormisdam, quibus quidem non solum rerum gestarum veritas intuenda proponitur, sed & qua veneratione, quòve cultu, quibus titulis sanctissimi atque doctissimi viri fuerint profecuti Romanum Pontificem, quem totius vniuersalis Ecclesiæ esse pastorem absque controuersia sunt professi, omnibus palam fiat:

Domino sanctis meritis præcellentissimo in Christo gloriosissimo & Apostolica sede dignissimo Papæ Hormisdæ Auitus.

Dum religionis statui & plenis Catholicæ fidei regulis perspicitis conuenire, vt gregem per tota vobis vniuersalis Ecclesiæ membra commissum per uigil cura vestræ charitatis informer; Viennensem prouinciã superiori anno (si meminisse dignamini) datis ad humilitatem meam litteris visitastis, quæ ad me, secundum quod opportunitas oblata contulerat, per Arelatensis Ecclesiæ clericos peruenerunt, & quidem plenissimæ sollicitudine pastoralis:

QVTD EFF. CTVM PER LEGATOS IMPERATORIS.

Estat tã. epist. Decret. inter epist. Hormisdæ. S. AVITI EPISCOPI VIENNENSIS EPISTOLA AD HORMISDAM PAPAM.

A pastorali: in quibus nos, sicut per conuersionem prouinciarum, id est, Dardaniæ, Illyrici, vel Thraciæ ad communionem gaudij prouocatis, sic admonitione cautissima, ne quid per ignorantiam præuenire possit, instruitis.] Intelligis, lector, sicut in omnibus prædecessoribus Ecclesiæ Romanæ Pontificibus, iugem vniuersalis Ecclesiæ curam Hormisdæ Pontificis tum in restituendis lapsis, tum etiam in stantibus consolidandis. Sed pergit Auitus:

Eutychetis igitur Nestorijque damnatio, quos iamdudum per beatissimos prædecessores sanctæ sedis vestræ calcavit auctoritas, ad notitiã iam pridem nostram Apostolicæ ad nos diligentæ prouisione perlata est. Sed illud nos modò suspensos multum redigit & anxios, quòd cum pendere nos ad effectum legationis secundò Constantinopolim destinata, omni expectationis studio iusseritis, nec quid filius vester sanctus frater meus Ennodius retulerit, nec vtrum secuta redierit, indicastis, & promissionem vestram tanta silentij diuturnitate suspenditis, vt non minùs modò prædicatoris taciturnitas reddat attonitos, quàm antea fecerat legationis mora suspectos.] Falso quidem nuncio Auitum accepisse secundam missam esse in Orientem legationem, quæ reddita sunt ab Hormisda Papa ad eum litteræ declatant. Porro ad cuncta hæc exploranda à se missos Romam legatos demonstrat, cum subdit:

Vnde sola hac causa seruos vestros filios meos Alexium presbyterum & Venantium diaconum totius Viennensis prouinciæ nomine, quæ Ecclesiæ ad me pertinenti ab vniuersis prædecessoribus vestris & ab Apostolica sede commissa est, cum præsentis famulatus pagina destinavi: per quos oraculo beatissimæ responsionis agnoscam, vtrum seruo schismatum præfatorum, qui intra Constantinopolitanam urbem vitio perniciosæ obstinationis exarserat, cuique (quod magis dolendum est) Alexandrinam vel Antiochenam Ecclesias dicitis C illigatas, vobis Christo fauente dicentibus, digna fuerit correctione restinctus: aut si reuerfa legatio in paginis euidentibus, quòd simplex legeretur, exhibuit, an fortè nuncio magis retulit, vnde vobis ad hoc qualiscumque suspicio referuetur.

Veremur enim, ne Pontificale iudicium, dum non indicat prospera, sensisset aduersa His adijcitur, quòd diuersorum fida relatione comperimus, de recõciliatione vel concordia Ecclesiæ Romanæ iactare se Græciam: quòd sicut amplectendum, si veraciter dicitur, ita mærendum est ne callidè simuletur. Quæsumus ergo seruitio meo iuncto, vt quid filijs vestris, fratribus meis, id est, Gallicanis, si consular, respondere debeam, instruat. Quia iam securus, non dicam de Viennensi, sed totius Galliæ deuotione polliceor, omnes super statu fidei vestram captare sententiam. Orate, vt sic nos prædictorum fucata professio non fallat, sicut ab vnitate, quam gentijs, veritas comperta non separat. Accepta tertio Kalendas Februarij,

D Agapito V. C. Consule, per Alexium presbyterum & Venantium diaconum.] Cum igitur eiusmodi legatio ab Episcopis prouinciæ Viennensis per Auitum Metropolitanum directa Romam ad Hormisdam Pontificem peruenerit, eamque (vt par erat) idem honorificè accepisset: confestim ea animi suspensione liberare satagens Episcopos Gallicanos, simulque abolere quæ Græcia mendax falsa fama sparisset, ista ad eundem sanctum Auitum Viennensem Episcopum Hormisda rescripsit his verbis:

Hormisda Episcopus Auito Episcopo & vniuersis Episcopis prouinciæ Viennensis, vel sub tua diocesi consistentibus.

Qui de his quæ ad disciplinam Catholicam pertinent, maximè sciens, instrui cupit, quid studij circa mandata diuina habeat, euidenter ostendit. Non enim potest esse huiusmodi cura, nisi vbi fides fuerit infucata. Atque ided exultamus in Domino de sinceritate propositi tui, dilectissime frater, dum te secundum directas per Alexium presbyterum atque Venantium diaconum litteras intuemur & de impijs transgressoribus Eutychete atque Nestorio sedis Apostolicæ constituta recolare; & si quid aduersus eos admonitio nostra promouerit, per quos Orientales Ecclesiæ confunduntur, inquirere. Digna planè sollicitudo Fidelibus, vt de miserorum lapsibus ingemiscant, & ipsi ne aliena polluantur contagione peruideant. Sed ne nos quidem hoc super sedisse credatis, vt ad hotitiam vestram, si quid actum fuisset, competens perferret instructio. Verùm breuiter silentium nostrum, quòd dilectio morder vestra, purgamus. Nam quòd non sæpius nostra admonitio vos frequentet, de conscientia vestræ confidimus & fidei stabilitate: Sollicitudo impendenda fortasse sit dubijs: satis est, vtranda indicasse perfectis.

Legationis verò nostræ, quam semel, non secundò, sicut scribitis, misimus, si votiuus contigisset euentus, alacres ilico fueramur desiderata partituri: scientes hoc rationi, hoc nostro proposito

DE LEGATIONE MISSA ROMAM AB EPISCOPO PISPROVINCIAB VIENNENSIS.

de hoc

GRAECORVM FALSA IACTATIO.

HORMISDAE PAPAE EPISTOLA AD EPISCOPIUM VIENNENSIS.

DE MISSA LEGATIONE VNICA IN ORIENTEM, ET GRAECORVM FALSIACIIS.

proposito conuenire, vt quos participes sollicitudinis fecimus, cum his de integritate vnita- A tis gaudia iungeremus. Sed quantum ad Græcos, ore potiùs proferuntur pacis vota quàm pectore, & loquuntur magis iusta quàm faciunt: verbis velle se iactant, quod operibus nolle declarant: quæ fugiunt, professione diligunt, & quæ damnauerint, hæc sequuntur. Nam vn- de est, quod cum per Ennodium fratrem & Coepiscopum nostrum sacerdotales viros ad confirmanda ea quæ sedes Apostolica poposcerat, directuros se esse promississent; multa quoque, quæ ad correctionem prauitatis suæ à nobis quærita fuerant, pollicentes: non solum non religiosos viros, penes quos causæ illius plena posset esse instructio, secundum constituta propria non miserunt, verum etiam, quasi res parua gereretur, laicos & alienos ab Eccle- siastico corpore destinantes, non se studuerunt de cœno, quo immergi tenentur, euoluere: verum etiam Catholicæ fidei claritatem fulgentem, sua (quod absit) se posse crediderunt obscuritate fuscare? B

Hæc fuit nostri causa silentij, quam vos quoque, spiritali vobis prudentia reuelante, vi- distis. Quid enim de hac causa poteram directis litteris indicare, quam in statu suo videbam duriter & pertinaciter custodire perfidiam? Noui exitus sollicitè diligentiam relationis in- quirunt. Qui de rebus cognitis nihil indicat, abundè in statu suo manere priora declarat. Quapropter, dilectissime frater, & vos præsentibus hortamur alloquijs, & per vos quoque, quia occasio data est, alios per Gallias, quos fides eadem nobiscum complectitur, admonemus. promissam & amabilem Deo seruate constantiâ; & transgressorum societate declina- ta, constantiam vestram vni viro virginem castam (sicut sponduistis) exhibete Christo: & caute, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita sensus aliquorum corrumpantur à sim- plicitate & castitate, quæ est in Christo Iesu. Perniciosa sunt blandimenta nocentium: at- que idèò vigilare vos conuenit, quia aduersarius salutis humanæ tamquam leo rugiens cir- cuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide: Quia hoc speciale habent patris sui de cæli arce deiecti, qui vestigia eius sequuntur & diligunt, vt illa veritatis luce priuati, & alios gaudeant sua obscuritate fuscari, & cum peruersitatis suæ pœnas luituros esse se sciant, exul- tent, si miseros cum sua damnatione coniungant.

Nam vnde est, quod cum pro magna parte à conterminis suis Thracibus, Dardanis, Illyricis, cognita eorum peruersitate deserantur, procul positos ignorantia spe, fraudi- bus, & varijs artibus nituntur allicere; nisi vt lucem, quam ipsi non habent, in alijs quo- que impia cogitatione commaculent? Vt autem quæ sint partium earum studia possitis agnoscere: plures Thracum, licet persequentium incurfibus atterantur, in nostra tamen communionem persistunt, scientes fieri fidem per aduersa clariorem. Dardaniæ & Illyricum vicina Pannoniæ, à nobis, quod iam fecimus, vbi necessarium fuit, vt sibi Episcopi ordi- narentur, expetiit; in tantum se à communionem prædictorum separare gaudentes, vt remedia quærent, dummodo commune cum transgressoribus nihil haberent. Epiri Me- tropolitanus, hoc est, Nicopolitanus Episcopus cum Synodo sua nuper segregatus ab im- pijs, ad Apostolicam communionem, deprompta quæ fieret professione, se contulit. Quæ idèò scriptis destinauimus in serenda præsentibus, vt sicut sortem nos conuenit dole- re pereuntium, ita lætemur pariter de salute remeantium; & vt Fideles constituti ab eis longiùs instruantur, qua virus eorum sollicitudine debeat effugi, quos & à suis videant tam iusta detestatione vitari.

Et nos quidem dispensationis nostræ memores, necesse est eos repetitæ legationi officio conuenire: quo affectu saluationis suæ, si respectu Dei, si rationis intuitu non mouentur, sal- tem pulsantibus importunè & pertinaciter acquiescant: & aut ad rectâ viam, declinatam er- roribus, reuertantur; aut propter impœnitens cor ab omnibus inexcusabiles iudicentur, qui & moniti totiens, in perfidia obstinatione persistunt. Vos orate, & nobiscum ad Deum pre- ces & vota coniungite, vt per opem misericordiæ eius nostra actio laborans pro Catholicæ fidei stabilitate promoueat immaculatos vos & integros ab omni transgressorum societate seruantem: vt aut cum correctis sensus & corda iungamus, aut ab eorum venenis intacti esse mereamur. Nam qui (sicut vos quoque cōscientiam vestram non latere testamini) nouimus Eutychem etque Nestorium Apostolicæ, id est, Catholicæ sententiæ auctoritate damnatos; quemadmodum salui esse poterimus, si eorum sectatoribus ac posteris qualibet parte communionis hæreamus, cum Belial cum Christo nostro portionem habere non possit? In- structionis autem vestræ interesse credimus, vt ea quæ apud nos à Nicopolitanis vel Darda- nis acta sunt, vel quo in communionem ordine sunt recepti, vobis nota faceremus ipsarum lectione

ADMONET HORMISDA EPISCOPO GALICANOS.

DE COMPLE- RIBVS EC- CLESIIIS ORIENTIS AD COMMU- NIONEM SEDIS APOSTOLICÆ RE- VERSIS.

ALIAM DE- CERNIT LE- GATIONEM HORMISDAE PAPA.

A lectione chartarum. Data x v. Kalendas Martias, Agapito Consule.] hætenus Hormisdæ epistola: quæ quidem etsi anni sequentis mense Februarij ad Auitum Episcopum reddita esse appareat; tamen ne vnus legationis actio, hac intercisa, reddi possit obscura, hic eam volumus posuisse. Quod verò in eadem epistola mentio habeatur causæ Dardanorum & Epirotarum Antistitum; extant eorum litteræ, quibus res gestæ dilucidè satis significantur. Sed antequam prolixiorē narrationem ingrediamur, iam ipsi sancto Auito celebris nomi- nis Episcopo Viennensi, nusquam locorum nobis posthac amplius occursuro, dignè (vt par est) postrema soluamus.

Ipsam quidem honestissima senectute perfunctum, haud diutiùs post hæc tempora fuisse superstitem, facile possumus intelligere. Extat autem ad eius sepulchrum antiquitus indi- tum epitaphium, quod vt tanto viro dignum elogium hic volumus descriptum relinque- re, cum vitæ ipsius perbreuem contineat anacephaleosin: B

Quisquis mæstificum tumuli dum cernis honorem, Caspice concludi totum desebis Auitum: Exue sollicitus tristi de pectore curas. Nam quem plena fides, celsa quem gloria mentis, Quem pietas, quem larga manus, quem fama perennat, Nil socium cum morte tenet. Quin prospice sancti Gestæ viri: Primum florens indole quanta Spreuerit antiquos demisso stemmate fasces, Maturum teneris animum dum præstat in annis, Et licium mundi voti virtute relegat. Nec mora: Pontificis sic digna insignia sumit, Augeat vt soliti felicia capta laboris. Nec tamen ob summi culmen tumefactus honoris Erigitur, seq. ipse alius plus aestimat. Immo Subiicitur magnus: seruat mediocria summus: Distribuit parcus: pascit tenuis: amando Terret, & austeris indulgentissima miscet: Cunctantes suasu inuit, solamine mæstos: Iurgia dissoluit: certantes federe iunxit. Dissona viridicam inficiunt qua dogmata legem, Hortatu ingenio, monitis, meritisq. subegit. Vnus in arce fuit, quo quolibet ordine fandi Orator nullus similis, nullusq. poeta, Clamant quod sparsi per crebra volumina libri.

Qui vixit, viuit, perq. omnia secula viuet.] hætenus epitaphium sanctissi- mo atq. doctissimo viro dignum: quæ autem in codice post subduntur, eum sepultum esse in monasterio diuorum Petri & Pauli, recens addita constat: non enim est ea Diuorum no- menclatura antiquior: nec verum anno Domini quingentesimo diem clausisse extremum, quem constat sub hoc Consulatu Petri, anno quingentesimo decimosexto, epistolam scri- pisse (vt vidimus) ad Hormisdam Romanum Pontificem. Sed accipe quo eum Ecclesia Ca- tholica ornat titulo quibuslibet triumphalibus ornamentis præclariore, dum Nonis Fe- bruarij eius natalem diem repetere consuevit, hæc publico præconio voce lectoris intonans: E Viennæ beati Auiti Episcopi & confessoris, cuius fide & industria atque mirabili doctrina ab infestatione Arianæ hæresis Galliarum defensionem sunt.] Ceterum ne Auitorum confusione alius pro alio ab aliquo inconsultè accipiatur: vt præ- termittamus modò dicere de illo itidem Auito creato Imperatore: fuit alius pernecessarius Sidonij Episcopi & æqualis, eiusdemque (vt ipse ad eum scribens ait) matrum consanguini- tate propinquus. Sed & hoc sæculo sub Chilperico Rege claruit Auitus sanctitate non impar Episcopus Auernorum, de quo suo loco dicendum. Insuper Auitum presbyterum Aurelianensem his temporibus floruisse, Ado testatur in Chronico. Prætermittimus dicere de Auitis Hispanis, de quibus suo loco mentio facta est.

Quod autem ad Auiti eruditionem, de quo agimus, pertinet; inter præclaros rhetores nominatur à Sidonio Apollinari in epistola ad Lupum. Isidorus de eo agens, certè quidem haud eum ipse comperit habere potuit, cum ipsum sæcularium litterarum peritiam erudi-

* Habetur 7. Biblioth. sanct. vet. edit. DE ALCIMO AVITO EPI- TAPHIUM.

^b Sidon. lib. 3. epist. 11.

^c Sidon. lib. 8. epist. 11. ^d Isidor. de Vir. illustr. c. 23.

S. AVITI SCRIPTA. Greg. Tur. Hist. li. 3. c. 34.

Ado in Chr. ante an. 519.

Job 26.

Niceph. lib. 16. c. 38.

Psal. 35.

Isa. 40.

Job 9.

Prov. 16.

Aprud Hormisda. epi. ex. ear. 16. i. epist. Rom. Pont.

Niceph. lib. 16. c. 38.

ANASTASIVS

T E C T A M

D I V T I V S

F R A V D E M

A F E R I T.

Licio casem

Alcyonum

tum tantummodo praedicer, & metro dumtaxat conscripta ab eo opuscula memoret, reli- A quorū autem scriptorum eius nec nomina nouerit, quorum meminit Gregorius Turonen- sis^a, qui res & lucubrationes Auiti magis exploratas habuit. Ceterū nemo est disertorum virorum, qui nesciat eundem sanctum Auitum aduersus Faustum Regiensē Episcopum simulantem damnare Pelagium, corroborantem verò ipsam Pelagianam perfidiā, commen- tarios doctissimos edidisse, quorum praeter Gregorium Ado^b eiusdem Viennensis Ecclesiae Episcopus meminit: sed eorum iacturam ob iniuriam temporum quisque iure poterit de- plorare: nonnisi enim Theologi consummatissimi potuit esse laboris, cuius obstericante^c manu, eductus est coluber tortuosus. Porro ipso Alcimo Auito defuncto, in locum eius no- bili Ecclesiae Viennensi subrogatus est Iulianus. At de S. Auito haecenus.

Iam verò antequam de Thracum, Dardanorum, & Epirotarum Episcoporum ab Orient- talibus defectione, & conuersione ad Romanam Ecclesiam (quorum superius mentio facta B est) ex litteris vltro citroque quae extant, hoc anno datis, agamus, hinc quae sunt reliqua de Vi- taliani studijs irritis redditis videamus.

Cum igitur ea, quam vidimus, subdola arte Anastasius Imperator conciliatum sibi popu- lum sensisset, iamque eam ob causam vires Vitaliani debilitatas esse: dispositis sensim rebus & in tuto penitus collocatis, euestigio exiit eum militari omnium nobilissima Praefectura, atque eius loco Ruffinum Magistrum militum creat: vt eo pacto militiae robur suo ipsius penderet arbitrio Imperatoris. Id quidem ab ipso Anastasio hoc anno sub Consulatu Petri factum, testatur in Chronico Marcellinus. Ad vitam verò tranquillioem Vitalianum se- cessisse, Nicephorus^d habet, dum res eiusdem Vitaliani perbreuiter narrat.

Sed cur (dicit aliquis) Vitaliano pro Catholica fide erigenti vexillum aduersus om- nium hominum deterrimum atque maximè impium Anastasium Deus non affuit, magis C autem fauisse visus sit Anastasio, populi gratiam illi concilians? Etsi ista roganti, atque cu- riosè scrutanti iudicia Dei, quae^e sunt abyssus multa, illud satis sit respondisse, quod est apud Isaiam^f: Quis audiuit Spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit il- li? & quod est apud Iob^g: Quis Deo dicere potest: Cur ita facis?] verumtamen quod iu- dicia^h Domini sint pondus & statera, & omnes viae eius iudicia, eademque vera & iustifi- cata in semetipsa: vnde iusto Dei iudicio factum sit, vt conatus Vitaliani omnes defece- rint, Anastasij autem inualuerint, aliqua ex parte conicere posse datur, cum per rimu- las quasdam quid intus lateret in eius animo perspexerimus. Cor enim ipsius non erat re- ctum cum Deo, nec fidelis inuentus est in testamento eius. Etenim honestissimo fidei Ca- tholicæ tuendæ praetextu obtexisse visus est immensam qua flagrabat imperandi cupidita- tem, ea studens arte Orthodoxos omnes sibi iungere, & ad inuadendum abripiendumque D Imperium aditum praeparare, vt per eos Anastasio è regno deposito, ab eisdem ipse subroga- retur Augustus.

Vt autem ista de eo coniciamus, illud summopere persuadet, quod tandem aliquando detectus, & ipse inuentus est minus habens, nempe fauere haereticis Eutychiānis, atque de fide haud sincerè sentire. Horum enim fidem haud dubiam fecere legati Apostolicæ sedis ab Hormisda Papa Constantinopolim missi tempore Iustini Imperatoris Anastasij suc- cessoris: hi enim ad Hormisdam ista de Vitaliano scripseruntⁱ, cum agunt de Scythiae mo- nachis praeferebantibus faciem Orthodoxorum, cum re vera haeretici essent Eutychiāni: Vi- taliano magnifico viro subreperunt, vt & talia vindicaret pro talibus rebus, & contra nos quaecumque potuit impedimenta afferret: cuius immutationem omnis nobiscum desler Ecclesia.] haec ex legatorum suggestione, cuius est exordium: Cum Dei misericordia, &c.] E Vides igitur hominem, qui modò visus est patrociniū suscepisse Catholicæ fidei, postea detectum esse defensorem occultorum haereticorum contra Romanam Ecclesiam. Vnde in- telligas cur Deus haud annuerit votis eius, nec per hominem fictum voluerit Ecclesiam re- parari, quòd scilicet duplex iniquitas sit mentita sanctitas: vnde Anastasio potius visus sit propitius ad tempus esse, cum tamen in ipsum quoque iræ suæ vasa tandem effuderit. At vtinam antiquitas tantum nosset tragœdias istas, & non saeculum quoque nostrum eius se- modi abundaret exemplis.

Sed ad Anastasium Imperatorem redeamus, de cuius perperam factis Nicephorus^k ista subiicit: Laurentium praeterea Lignidensem^l, Alcysonem^m Nicopolitanum, Gaijanum Naysitarum, & Euangelum Paulitaliensē Catholicos Illyrici sacerdotes suis Anastasius praesentari iussit obtutibus: Alcyson & Gaijanus Episcopi apud Byzantium vita defuncti sunt.]

A sunt.] Porro Alcyson iste, ad quem scripam epistolam à monachis Palaestinae, ab Euagrio sua intextam historiae, suo loco superius recitauimus, insignis erat nominis Orthodoxus.

Addit his Marcellinus, eundem Anastasium Imperatorem ob niectim Illyriciani militis Orthodoxi tumultuantis, exemplo reueri mandasse ad suas Ecclesias Domnionem & Eu- angelum Episcopos, retento apud se Laurentio insignis nominis Catholico sacerdote, quan- tumlibet exilij sententia damnatus ab eo esset: qui Constantinopoli diuturno pedum mor- bo laborans, tandem post septennium diuina ope curatus, in patriam remcauit: haec Marcellinus hoc anno. Quod autem ad Laurentium spectat, hunc illum esse meminertis, ad quem extant recitatae superius litterae Gelasij Papae. His verò subiicitur quae Cedrenus sub anno superiore recenset, sed in hunc referenda, cum liberius sineret Anastasius suos in Ortho- xos affectus absque timoris obice progredi: ait enimⁿ:

B Impurus Anastasius Episcopum quemdam Oeniadum audiens disertum admodum esse, & qui ora omnibus de passo Deo asseritoribus obturaret: eum ad se euocatum hortatus est, vt ad suam factionem descisceret, pollicens eum, quicquid petijset, illico accepturum. Cui Episcopus: Tu, inquit, potius ad Orthodoxos transi, ne dum opinionem impiorum homi- num Seueri, Eutycheis, & Dioscori amplecteris, aeterno igni addicaris. Simulque apprehen- dens Imperatoris chlamydem: Haec, ait, vestis nequaquam te post mortem sequetur, & Im- perator, sed sola comitabitur te pietas ac virtutum habitus. Desine persequi Ecclesiam, quam Christus suo redemit sanguine. Indoctus es & ratiocinandi ignarus, neque vllum Eccle- siae decretum perfecte intelligis: Tantum imposturis & scurrilibus calumnijs fatuos tenes. Satis sit tibi dignitatis, quòd Imperator es: Antistites Ecclesiae vexare noli. Ad haec Impera- tor rubore suffusus obmutuit. Pauperrimus autem cum esset ille Episcopus, nec obitum C quidem ab Imperatore voluit accipere: adeò liber erat, vt solius in Deum fidei ac pietatis rationem habens.] haecenus auctor.

At non ita restitit Imperatori Dorotheus Thessalonicensis Episcopus, cuius anno supe- riori recitauimus litteras ad Hormisdam Pontificem; de quo ista Anastasius Bibliotheca- rius in Chronico habet: Sanè Thessalonicensi Episcopo communicante ob metum Impe- ratoris Anastasij Timotheo Constantinopolitano Episcopo, qui Concilium Chalcedonense anathematizauerat: quadraginta Episcopi Illyrici & Graeciae conuenientes in vnum propter professionem in scriptis factam à proprio Metropolitano, discesserunt ab eo, & Romam mit- tentes, Romano communicare, in scriptis professi sunt.] haec Anastasius in Chronico: sed perperam sub Anastasio Papa collocata sunt tomo primo Conciliorum, & relata à Gratia- no^o, quod postea est emendatum. vbi & ponitur intrusio Dioscori Junioris, quam supersti- te adhuc Anastasio Imperatore hoc anno contigisse liquet, de qua idem Anastasius Biblio- thecarius paulo post tractat.

Hoc namque anno Ioannes cognomento Machiota haereticus Episcopus Alexandrinus, cum in sede expleisset annos decem; & vndecimum attigisset, vita functus est, vt tum ex ipso Anastasio, tum ex Nicephori Chronico colligitur. Quomodo autem praeter con- suetudinem Ecclesiae Alexandrinae, qua eius Episcopus non alibi quam Alexandriae, nec ab alijs quam ab Aegypti Episcopis & clero eius Ecclesiae ordinari consueuisset, contestati sunt saepe Episcopi Aegypti in Concilio Chalcedonensi, fauore tamen Imperatoris Diosco- rus Iunior eam inuasit Ecclesiam, idem Anastasius Bibliothecarius ita narrat: Cum Diosco- rus manus impositionem accepisset, defuncto Ioanne Episcopo Alexandrino haeretico (hic Dioscorus fuit Consobrinus Eluri Timothei) recessere à Dioscoro multitudines rustico- rum^p, dicentes, quòd nisi secundum quod sanctorum Apostolorum continent canones fiat, non recipiatur Episcopus: Principes enim inthronizauerant eum. Dioscorus autem venit ad S. Marcum: & venientes clerici, induere eum secundo, & iterum consecraruere: & ita ve- niens ad S. Ioannem perfecit Collectam.

Cum autem esset illic Theodosius filius Calliopij Augustalis, & Acacius Magister mili- tum; turbæ turbatae coeperunt iniurijs afficere Augustales. Cum ergo iurgium motum fuisset, insipientes quidam, à sede deposuerunt filium Augustalis, & interemere eum. At verò Acacius Magister militum quotquot capere poruit, interfecit. Et audiens Imperator, iratus est aduersus eos. Porro Dioscorus interueniens mitigauit eum.] haec Anastasius de Iunio- re Dioscoro.

Sed intuere, lector, horum temporum omnium miserrimum Orientalis Ecclesiae statum. Vbique luctus atque dissidia, non solum aduersus Orthodoxos conflantibus haereticis, sed

Cedren. An- nal. sub anno 25. Anastas. Imp. DE ORTHO- DOXO EPI- SCOPO, QUI LIBERE RE- DARGUIT ANASTAS. IMP.

DOROTHEVS EPISCOPUS THESSALONICENSIS SALON. DEFICIT AD HAERETI- COS.

DIOSCORVS IUNIOR EPISCOPVS ALEXAN- DRINVS.

MISERAN- DVS STATVS ORIENTA- LIS ECCLE- SIAE.

populorum

sed

sed & ipsis inter se pugnantibus impijs, excitante Alexandriae turbas nouo Dioscuro, Antiochia nefando Seucero, Constantinopoli impio Timotheo Imperatoris viribus praepotente: Orthodoxis etiam inter se mutuo confligentibus, sectantibus alijs communionem Acacij, alijs auerfantibus, & Romanae Ecclesiae de eo sententiam comprobantibus, vt fecere complures Thraces, necnon Episcopi Epiri, atque Illyrici; aduersus quos non haeretici solum (vt diximus) sed & qui profitebantur Catholicam fidem conciti insurrexerunt; prout etiam quae sequuntur, manifestius declarabunt.

Hoc namque anno sub Petri Consulatu, mortuo Alcyone Episcopo Nicopolitano, subrogatus est Ioannes: qui statim, more maiorum coacta Synodo Episcoporum Epiri Veteris, cuius ipse erat Metropolitanus creatus Antistes, communionem Apostolicam sedis amplexurus; fidei suae libellum illico ad Hormisdam Papam misit, probans sancta quatuor generalia Concilia, damuansque omnes haeticos, & Acacium in primis eorum socium. Quo facto irritatus Dorotheus Episcopus Thessalonicensis, multas Ioanni iniurias intulit, quod non expectatis alijs Orientis Episcopis, ipse sedis Apostolicae communionem consequi antcipasset. Qualis autem Ioannes iste fuerit, quantaque eius pietas; contra vero quae studia praearicatoris Episcopi Dorothei, demum autem quae Hormisdam Papam in his componendis controuersijs fuerit sollicitudo, descriptae inferius vltro citroque; datae epistolae ex iisdem quibus supra petita codicibus significabunt. Ac primo loco, rerum gestarum ordine seruato, describenda est eiusdem Ioannis recens Episcopi ordinati data de sua ordinatione epistola ad Hormisdam Romanum Pontificem, cui eiusmodi inscriptio praefixa habetur:

Relatio Ioannis Episcopi Nicopolitani, per Ruffinum diaconum eiusdem. Domino meo per cuncta sanctissimo & beatissimo Patri Patrum, comministro, ac Principi Episcoporum Hormisdam, Ioannes in Domino salutem.

Cura mihi extitit semper, nihil amplius quaerere, nisi agere propriam & familiarem conuersationem vacuam sollicitudinis & anxietatis mundanae. Sed quia Dei iudicia abyssi multa est, sicut & vestram cognosco docere beatitudinem; Patre nostro quondam atque Archiepiscopo Alcyone a Christo ad supernas inansiones euocato, ea ratione qua ipse cognoscit qui est possibilium Dominus, me sancta Synodus bonorum actuum, ac clerus in pastorem transulit fortem. Ego autem cuncta referens Deo, qui balbutientium linguas liberas facit, decenter ad vestras orationes concuro; vt iuxta consuetudinem Apostolicae sedis vestrae, quae cunctarum Ecclesiarum curam habet, & Nicopolitanorum habere dignemini, secundum antiquam spiritualem dispositionem vestram. Perenti etenim mihi dari spiritum ad apertionem oris, sicut docuit Apostolus, atque ipse etiam Dominus praecipit, mecum petite horum datorem; & cum quaerente pariter quaerite; & pulsanem spirituali manu vestra suscipite. Hoc enim vobis facientibus, poterit, sanctissime, & accipere, & inuenire, & aperiente Christo, recte per verbum veritatis incedere.

Quoniam vero quidam dissimulantes nobiscum credere, atque sectari sanctas Synodos, quae Nicariae, Constantinopoli, atque Ephesi congregatae sunt, in quibus principes extiterunt sanctissimae memoriae Episcopi Caeselinus Apostolicae sedis vestrae, & Cyrillus Alexandriae, insuper etiam quae Chalcedone aduersus Eutychem congregata est, quae omnes praedictas veritates Orthodoxa in se ratione firmavit: tamen audent nos impugnare, tamquam vinculum concordiae sine ratione vitantes. Votum autem mihi est, vestram sequi doctrinam, sicut inter sanctos praedecessor meus Alcyon extiterat. Et anathematizo Dioscorum, ac Timotheum appellatione Elurum, & Petrum eorum successorem, & Petri communiione cum his permixtum Acacium, & Petrum, qui Antiochenam perturbauit Ecclesiam: sequens in omnibus Synodicas & Apostolicas epistolas scriptas a vero Praesule Romanae Ecclesiae Leone.

Rogo autem, plenius atque perfectius quae seruari oportet, commonete; & a quibus abstinere debeam, vestris custodibus litteris intimare: Vt si fortassis adhuc inexercitatus ordini deputor lectionum, seu dixi, seu egi Apostolicis vestris doctrinis incongruum, vestris imbutus sermonibus possim haeticorum obistere machinis. Hoc enim facientes, sanctissime, firmiores nostrae sanctae Synodi inuenietis Episcopos, & bonorum actuum clerum & populum confirmabitis, tamquam familiarem vobis reddentes sanctam Nicopolitanorum Ecclesiam. Venerabilem vero diaconum Ruffinum ad tam necessariam causam directum, pacifice, sicut decet, rogati suscipite; & fiduciam tribuentes, celerem eius recursum

DE ELECTIONE IOANNIS METROPOLITANI EPI-RI.

Exat inter Hormisd. epistol. tom. 1. epist. Rom. Rom.

EPISTOLA IOANNIS AD HORMISDAM PAPAM. omnipotens

Ephes. 6.

acta

qua

PROFESSIO RECTAE FIDEI.

A. cunctissim ad nos praestare dignemini, portantem spiritualia atque Apostolica constituta. Cuncta sanctissime, omnem in Christo fraternitatem vestrae beatitudinis, ego, & qui mecum sunt, plurimum salutamus in Domino.] haec Ioannes Nicopolis Archiepiscopus totius Epiri Metropolitanus, cum recens creatus, more maiorum, se communicare Romanae Ecclesiae significauit. ita namque consueuisset reliquos omnes facere, cum ordinarentur Ecclesiarum metropolitanarum Antistites, saepe dixisse nos contigit. Sic igitur ipse Ioannes dignissimus successor Alcyonis, qui inter tot tantasque tenebras Orientis, Catholicae communionis luce persulcit, eius affectatus vestigia, suo ipsius sedis exordio praestitit quod Orthodoxi Antistitis muneri esset. Quae autem propter eiusmodi confessionem sit passus; dicemus inferius. Porro non ipse tantum, sed & Synodus prouincialis ab Episcopis Epiri tunc habita, per eundem Ruffinum diaconum ad ipsum Hormisdam Papam haec in eandem sententiam scripsit:

Synodus Veteris Epiri, Ioannes, Matthaeus, Constantinus, Christophorus, Hilarius, Philippus, Iulianus, & Chryssippus, domino nostro per cuncta sanctissimo & beatissimo Patri Patrum, comministro; ac Principi Episcoporum Hormisdam Papam.

Si dignis praemijs vt tentemus, necesse est multis fletibus horu depromptiones efficere. Plurimi namque ex nobis in regnante fuere Constantinopoli, cum vestri sanctissimi Vicarij Ennodius & Fortunatus Episcopi, Venantius presbyter, Vitalis diaconus, & Hilarus Notarius degerent, pietatis agonem susceptum tenentes: nobiscum autem fuit, inter sanctos faelus, Pater atque Archiepiscopus noster Alcyon, qui cum omni praesumptione supplicibus vtens libellis, apud vestram beatitudinem dignus effectus est Apostolicae fedi vestrae communicare nobiscum. Sed quia repente, qui cunctorum retinet potestatem, hunc ad se euocauit: nos irreprehensibili actu detenti, peruenimus tamen ad patriam, nullo modo errorem propter Dei gratiam sustinentes, sed vbique decreta vestra sectantes.

Fletibus autem nobis atque lamentantibus cum his qui nobiscum relictis sunt in parcia comministris, quis possit de Orthodoxis recte Christi oues transigere: qui consolatur humiles, consolatus est etiam nos per vestras orationes, demonstrans Metropolitanam ciuitati in cunctis sanctissimum Ioannem: qui a pueritia in Ecclesia sine culpa nutritus, immo laudabiliter in ea degens, ita vt neque eum in his quiscquam temporibus antecellat; zelo autem circa Orthodoxa iuxta Apostolicas admonitiones vestras nulli omnino cedens. Hunc ergo, Dei prouidentia, ordinauimus Praesulem Nicopolitanorum sanctissimae Ecclesiae. Et rogamus, vt iuxta antiquam consuetudinem, hunc quoque complectamini paternis visceribus vestris: nobisque aut ipsi efficiamini, Dei gratia, arma inexpugnabilia commonitionibus vestris atque doctrinis, & precantibus nobis inclinatis aurem, & pietatem concordiae repariatis, iuxta inspiratam vobis diuinitus Apostolicam prouidentiam: vt in pace, quae est ei amabilis, cuncta sanctissimae Ecclesiae coopratam immarcescibilem coronam necentes, in omni pietate atque humilitate comprehendantur in Christo. Venerabilem vero diaconum Ruffinum propter hanc tam necessariam causam directum, libenter, rogati, respicite, & ad nos sub velocitate remittite portantem doctrinas vestras Apostolicas. Et alia manu. Incolumis pro me ora, in Domino sanctissime ac beatissime Pater Patrum.

Ego Ioannes Episcopus rursus retuli.
Ego Matthaeus Episcopus Butroti retuli.
Ego Constantinus Episcopus Hacnanopoleos retuli.
Ego Christophorus Episcopus Anciamij retuli.
Ego Hilarius Episcopus Fotices retuli.
Ego Philippus Episcopus Photicensis retuli.
Ego Iulianus Episcopus Dodones retuli.
Ego Chryssippus Episcopus Circines retuli.]

Cum vero eiusmodi Epirotarum Episcoporum legatio Romam ad Pontificem peruenisset, ab eodem eo gratior est accepta, quo rarior ex Oriente his temporibus mitti solet. Hanc porro acceptam Synodalem epistolam Hormisdam Papa in ecclesia publice coram populo legi voluit: atque ad ipsum Ioannem Archiepiscopum Nicopolitanum has reddidit per eundem legatum Ruffinum Apostolicas litteras:

Gauii sumus in Domino valde, frater carissime, acceptis litteris tuis, in quibus te profiteris sacerdotium Dei gratia suscepisse. Haec est fides certa, haec spes sine ambiguitate secuta, qua creditur totius bonitatis causa in superna dispensatione consistere. Cuius rei sententiam

Christodorus SYNODALIS EPISTOLA AD HORMISDAM PAPAM. DE ALCYONIS EPISCOP. NARRATIO.

Trefrenabili

DE ORDINATIONE IOANNIS EPISCOPI

Hadriano-poleos Christophodorus

HORMISDAE PAPAE AD IOANNEM REDDITA LITTERAE.

tiam habens, frater carissime, beneficiorum, quæ à Deo nostro consecutus es, religioso animo gratiam confiteris, licet hoc quoque de eodem clementiæ fonte descendat, ut se auctori suo humana submittat humilitas. Ait enim: Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementem sermones meos? In his ergo, in quibus huiusmodi probaris, clarius elucefcet alijs etiam virtutis huius futurum exemplum: quando ad hoc etiam, Deo institente, perductus es, ut & de te Catholicorum gloriatur Ecclesia.

Nam sicut diuinis testimonijs eruditus, & iuxta Apostolorum sacrarum litterarum institutionem formatus, hoc auspicijs tuæ ordinationis edidisti, ut aduersus deviantes cum sedis Apostolicæ sententijs conuenires. Neque enim remunerari aliter tantorum beneficiorum poteris largitore, nisi aduersus inimicos eius euidentem zelum Apostolicæ confessionis ostenderes. Notum est enim, eos extra religiosa septa consistere, qui & ipsi profitentur conscientiam fidei atque fiduciam: sed infructuosa est apud eos quamuis cum religiosis congrua sanctæ communionis æqualitas: quia proculdubio qui ea, quam meruit, libertate non vitur, subiectum se iniquitatibus constitetur. Quid gloriemur his, quas non sequimur, disciplinis? falsò appellat magistrum, qui se institutionibus eius non probat esse discipulum.

Sed quia nobis nunc omnia in confessione similia, & libertatis propriæ resumpsisti affectum, paternæ rursus hereditatis cupientes esse consortes: amplectimini gratiam traditionis antiquæ, & in illius inconuulsi fundamenti stabilitate persistite, non cum temporibus corda mutantem. Inconstantis enim ista mutabilitas solet esse propositi: atque ideò bene fundatis oportet inhærere, quando huiusmodi studia clementia scit fouere diuina; ut fidei vestræ firmitas vobis de aliorum salute fructificet, & seruire vestri studij aliorum quoque animus ad resurrectionem bonorum suorum possit accendi: quatenus & de vobis sanctus Apostolus dixisse credatur: Æmulatio vestra prouocauit plurimos.

Ergo Nestorij & Eutychetis impietatibus iuxta Synodalia constituta damnatis, sectatores quoque eorum similiter execrantes, cum exultatione dicamus: Exite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis, dicit Dominus. Quemadmodum enim quis malorum inuentionum detestatur principes, si non declinat sequaces? Aut quemadmodum odit originem, qui non detestatur & sobolem? In discipulis prædicatur fama docentium, & donec malè iactorum seminum radix per succedentes culta floruerit, ramdiu auctorum memoria non peribit. Addatur perditio Eutycheti & Acacius discipulus sub communionem Petri omniumque damnatorum mixtus errori: quos vestra dilectio litteris suis, dum fidem suam asserit, euidenter expressit.

Ad instructionem vestræ fidei plenior, quo ordine ad communionem nostram suscipi deceat reuertentes, Indiculum subter adiecimus; sperantes in Deum bonorum omnium largitorem, quod laudabili circa fidem vestræ deuotionis instantia, non solum hoc eorum, qui vobis vicinitate iunguntur, saluti prosit, sed eorum quoque, ad quos fidei vestræ & religiosæ voluntatis velox fama peruenit. Ruffinum siquidem diaconum, qui nobis litteras vestras obtulit, in Christi charitate suscepimus: quem Apostolorum orationibus commendantes, cum pace remittimus, hortantes litteras à nobis tam ad charitatē tuam, quam ad Synodum directas, populo relegatis, quod & nos pro fidei vestræ cōmendatione fecisse cognosce. Data xvii. Kal. Decembris, Petro V. C. Consule.] Intelligis, lector, moris fuisse litteras ad Romanum Pontificem datas publicè in ecclesijs legendas tradi, quoties boni alicuius nunciij indices essent. Hæc ad Ioannem Epiri Archiepiscopum Hormisda: ad litteras autem Synodales per eundem Ruffinum rescripsit, eorum commendans in Christi fide constantiam, breuique summa complectens totius causæ tractatum, utpote qui his litteris publicè exponendis & alios errantes reuocare satageret. Ipsæ igitur sic se habent.

Benedictus Deus Ecclesiæ suæ membra consocians: Benedictus Deus, qui maligno instigante diuifos, sub eadem, qua olim fuerunt, facit soliditate coniunctos. Etsi enim diu, perditis modo, vociferant inimicus, & eos quos non genuit (sicut asserit Propheta) collegit: tamen abyssina ambiguitate desolabitur. Neque enim oues Dominicæ sequuntur alienum, aut alterius vocem pastoris exaudiunt. Vnde nec vos ad salutis iter redijisse miramur, cum tarditatē magis in hac reintegracione culpemus. Debemus, carissimi fratres, domesticis uti ad hanc quam quærimus stabilitatem documentis. Siquidē tunc Timotheus Cherſonenſis, grauis cum disceret, grauior cum doceret: nam Dioscori sectator, & idem Petri nihilominus institutor, aduersus beatæ recordationis Proterium scientiam suæ temeritatis exercuit, & totius

Num. 11.

quæuis

ADHORTATIO AD PERSEVERANTIAM.

2. Cor. 9.

Leuit. 25.

AD SYNODUM IN EPIRO HABITAM QUAE HORMISDAE RESCRIBAT. Hier. 17. Ioan. 10. discederet

A & totius finem crudelitatis excessit, religiosi viri cædem inter ipsa operatus altaria, vix fauibus suis ab illo pio cruore suspensis.

Tunc excitata vniuersalis Ecclesia in odium parricidæ, ductorem facinoris tanti non solum communionem, verum etiam ipso quoque Christiano nomine spoliavit, & omnium mentes noua quadam admiratione stupuerunt tantæ præsumptionis audaciam. Tunc beatus Eugenius parocciæ vestræ obrinens principatum, cum subiecta sibi sancta Synodo zelum quemdam, quali fide esset, Deo commendatus, ostendit. Cuius rei memoriam non solum non potest tempus abscondere, verum etiam de die in diem magna apud Orthodoxos fama multiplicat. Horum studia sic probata negligere, & sententias non amare, idem est in ipsa Domini confessione delinquere. Et nobis quidem nunc post professionem & litteras vestras, omnia fidei dogmata, Deo suos coniungente, similia, orandum est, ut in ea voluntas vestra, qua nostros animos releuauit confessione, permaneat.

Sed opus est citra respectum timoris eorum insectari rabienti, qui fide diuersa nituntur. Quanto enim infidelium error exarsuat, tanto magis se, si resistat, securitas nostra commendat. Neque enim hæc sunt per patientiam negligenda, quædo malum hoc vitio prauæ consuetudinis animatum apud plures sub quodam colore legis inoleuit, dum aut praua studia in vnum congruunt, aut recta se subtrahunt. Nam ut eam quæ imminet rem loquamur: Eutyches ut nefandæ hæresis inuentor excluditur etiam ab his, à quibus eius dogmata diliguntur, apud eos ipsos ita exofus atque fugiendus, ut nominis quoque ipsius oderint mentionem: Sed peruersi religiosarum institutionum ministri, quem sicut verum detestantur hæreticum, hunc alia via tamquam verum amplexantur Orthodoxum.

Siquidem in sancta Chalcedonenſi Synodo Dioscorus eadem sentiens, pari ratione damnatus est: & cum vna persecutio sit vtrumque sententia, horum alterum si quis sequatur & diligit, dicat aliquis, quemadmodum se ea sententia, quæ designatos damnauit, excipiat: cum eos, quos transgressionis, aut impietatis connectit æqualitas, sine dubio vnum quoque vinculum damnationis astringat. Timotheus & Petrus horum sequaces; homines mentē corrupti, & pestis quædam nominis detestanda Catholici, quorum communionem in Petro complexus Acacius, similiter quoque meruit subire sententiam, qui tantum malum quasi parui æstimans, & propositum numquam ad meliora conuertens, ne ab illis quidem se, quæ in Antiochia detestatur, abstinuit, ibi quoque transgressori Petro communionem connexus, in Apameam nihilominus hostiliter versatus, Ecclesiam Tyriam quoque non ea qua decuit integritate disponens.

Propter quæ, dilectissimi fratres, ab eorum innodatione soluentes, velut religionem quamdam pestiferam relinquentes, seruemus Apostolicam disciplinam, saluti nostræ omni diligentia & sollicitudine prouidentes; ea cura nefandi Nestorij vitemus errores, qua Eutychetis impia inuenta persequimur. Maxime enim nunc religiosa fidei dogmata diuerso incurſu horum, qui prædicti sunt, incurſantur insidijs, scelestis pro ratione temporis sua argumenta neccentibus, quomodo possint innocentium vijs fraudem suæ impietatis inferere. Atque ideò sicut docti nummularij & prudenter instructi, ab improbandis laudanda separantes, talenti vobis crediti poteritis multiplicare substantiam.

Hæc, dilectissimi fratres, scripsimus plenæ charitatis impulsu: quia & spem fidei vestræ primùm Dei dono, deinde & fratris nostri Ioannis, qui vobis præſidet, professione præsumpsimus: qua nominatim omnes, quos Apostolica & generalis Catholicorum damnat Ecclesia, execrabiles sibi esse declarauit: quos vos quoque in litteris vestris oportuit euidenter exprimere; nec arbitrari posse sufficere, sub tantis præsertim insidijs callidorum, quos vitium & singulos insectari conuenit atque damnare, sub quadam generali eos damnatione concludere. Diligentem quærunť vulnera antiqua medicinam, nec abundans esse creditur quicquid pro integritate fidei & stabilitate religionis adhibetur. Vnde libellum cum litteris missimus, cui vos subscriptiones proprias inserite; ut fides vestra, quam directa per Ruffinum diaconum scripta restantur, apud nos fiat huius quoque repetitionis adiectione manifestior. Data xii. Kalend. Decembris, Petro V. C. Consule.]

Exigit iure ab eis Pontifex speciatim factam damnationem singulorum nominibus expressis hæreticorum, & eisdem communicantium, quod & sanctum Leonem exegisse vidimus à quibusdam ex clero Constantinopolitano: quod sub generalitatis inuolucro multæ occultari possint insidiæ. Sic igitur, more maiorum, prudenter Hormisda capita singula, quibus vera plenaque fidei professio contineretur, scripta misit: cuius rei agenda gratia non satis ipsi

EUGENIUS ARCHIEP. EPIRI COMMENDATA TYR.

FRATRES HAERETICORVM IN SECTANDA HAERESI, CUIVS DAMNANT AVCTOREM. CONGRUENT

DECORYPHABIS EUTYCHIANAE HAERESIS.

EXHORTATIO AD VITANDOS HAERETICOS.

DE LIBELLO MITTENDO FIDELI FORMAM PRÆSCRIBENTE.

CHRISTI
516.HORMISDAE PAP.
3.ANASTASII IMP. 26.
THEODORICI REG. 24.

ipsi fuit Hormisdæ, Ruffino redeunti has dare litteras, sed etiam sibi legauit Pulionem subdiaconum, cui libellum dedit cum litteris ad Ioannem Episcopum Nicopolitanum eodem die & Consule consignatis, quæ sic se habent:

Hormisdæ Episcopus Ioanni Nicopolitano Episcopo.

* Pulionem
DE LEGA-
TIONE PV-
LIONIS.

Litterarum, quas direxisti, series & expositio tuæ fidei, conueniens sedis Apostolicæ iudicij, nostros animos releuauit. Tot incitati gaudijs contenti non fuimus, nisi per Pulionem subdiaconum Ecclesiæ Romanæ, quid plenius circa vos ageretur, plenius cuperemus agnoscere: magnopere, quia in relatione Episcoporum sub ordinatione charitatis tuæ degentium, non vniuersa quæ ad Ecclesiasticam constituta pertinent, sicut in vestra, leguntur euidenter expressa. Vnde & pro nostra sollicitudine & illorum integra nobiscum coniunctione libellum direximus, in quo eos oportet debere subscribere: quia & omnes sacerdotes vestrarum partium, qui ad sedis Apostolicæ communionem reuersi sunt, in eadem professione subscripserunt. Ista charitas, ista communis salutis excitauit ambitio: quod credo & fraternitatem vestram gratanter accipere: quia vbi de animarum salute res agitur, studij tui vel intentionis debes operam accommodare: vt antecedendo fructum de tali possis laude percipere. Pulionem prædictum cum rescriptis charitatis vestræ ad nos, iuuante Deo, sub celeritate remittite, quatenus desideria nostra diu suspensa esse non possint. Data XIII. Kalend. Decembris, Petro V. C. Consule.] Porro libellus ipse, qui his litteris iungebatur, in codice desideratur: verum hunc eundem cum illo esse putamus libellum fidei, quem datum anno sequenti, decimoquinto Kalendas Aprilis, suo loco describemus ex eisdem codicibus acceptum.

Cum igitur ad opus perficiendum Pulionem subdiaconum legandum sibi in Epirum idem Hormisdæ Pontifex statuisset, eidem ex more commonitionem de singulis rebus agendis scriptam tradidit, ne aliqua ex parte declinans à recto tramite, aliquid Apostolica indignum se committeret. Describemus hæc eam, quod plurimum profuit ad decernenda futura, cum præterita consuluntur. est autem eidem eiusmodi præscriptus titulus:

Indiculus ab Hormisdæ Papa eidem Pulioni de rebus agendis datus.

ADMONI-
TIO LEGA-
TIONE PV-
LIONIS.

Cum Dei adiutorio & orationibus SS. Apostolorum Petri & Pauli veniens Nicopolim, sic debes agere, vt postquam Episcopus Nicopolitanus acceperit litteras nostras, Episcopos, quos in sua parocchia habet, colligat, & faciat subscribere libellum, quem in epistolis suis habet annexum. Si tamen dixerit prædictus Episcopus, esse laboriosum Episcopos colligere, dirigat tecum personas per singulos Episcopos, vt te presente subscribant in prædictum libellum. Sic tamen cum Dei misericordia facere debes, vt epistolæ, quæ à nobis missæ sunt, publice legantur: aut si videris præ timore hoc Episcopos facere nolle, saltem clericis suis hæc relegant: quæ tamen in ipsorum dimitte potestatem, & scripta Episcoporum, & illius Episcopi, hoc est, Ioannis Metropolitanæ ad nos cum Dei misericordia reporta. Post hoc factum nullas moras te volumus ibidem facere propter insidias & calliditates inimicorum.] hætenus Indiculus, seu Commonitorium ad Pulionem.

At quid liuor? Haud enim æquo animo id passi sunt reliqui Orientales Episcopi, licet se Catholicæ fidei professores esse iactarent, quod horum facto, ipsorum magis magisque redargueretur inertia & præuicatio. Præ ceteris verò exasperatum scimus Dorotheum Episcopum Thessalonicæ, quem haud pridem memorauimus timore cõminantis Imperatoris defecisse ad communicationem scelestissimi hæretici Timothei Episcopi Constantinopolitani. Illi enim magis perfidi esse probantur hæretici, qui antea maiori inter Catholicos claritudine effulserunt, ea potissimum ratione, ne videlicet videri possint leuitate defecisse ab Ecclesia, sed deliberato consilio quod sibi esse optimum visum sit, fuisse consecrati: Vt verò semel inuito instituto posteriora respondeant, omni conatu laborant. Ita planè præuicator Dorotheus Episcopus Thessalonicensis: qui cum grauer tulisset ipsum Ioannem Episcopum & alios sibi subiectos Antistites fidei Catholicæ professionem conscriptam misisse Romam, indignans, quod nihil ad se ea de re scripissent, eosdem grauer cepit affligere. Retulit hæc Hormisdæ Papæ, qui ad eos missus fuerat, Pulio subdiaconus, eademque significauit idem Ioannes Episcopus suis litteris Romam ad ipsum missis: quibus acceptis, idem Hormisdæ mox ad eundem Ioannem litteras reddidit quinto Nonas Martias, quæ quidem & quem consecrata fuerit finem legatio Pulionis ostendunt: Eas nos hæc describemus, vt exactè cunctarum rerum gestarum facies innotescat. sunt huiusmodi:

Hormisdæ Ioanni Episcopo Nicopolitano.

Remeante

CHRISTI
516.HORMISDAE PAP.
3.ANASTASII IMP. 26.
THEODORICI REG. 24.

A Remeante Pulione subdiacono nostro, litteras charitatis vestræ suscepimus, de constantia fidei, vel de intentione, quam circa communionem sedis Apostolicæ geritis, gratulantes: sed contristari sumus, quod vos aliquas sustinere molestias perhibetis. ista tamè diuturnam non possunt habere substantiam: quia vbi Deus purè colitur, etsi aduersa contigerint, in prospera commutantur, secundum Apostolum dicentem: Spes non decipit. Dubitans Apostolorum Princeps incedens per pelagus laborauit: mox tamè inuocato Domino suo, paratum habuit, qui eum, porrecta manu, non pateretur sustinere discrimen: Ergo auctorum nostrorum sequentes exempla, & in ipsorum fide permanentes, illius poscimus auxilium, de quo scriptum est: Qui nos non dimittit tentari supra quæ possumus. Igitur saluantes charitatem tuam hortamur, vt (quemadmodum prædiximus) in his quæ bene inchoata sunt perseueres: quia qui perstiterit vsque ad finem, hic saluus erit. Frequenter allocuis tuis nostram sollicitudinem releuare non desinas.

B Parociales quoque sacerdotes tuos competenti allocutione confirma: quia ista faciendo, talentum tibi creditum poteris multiplicare quotidie. De illa quoque parte, quam dilectio tua postulat, cogitamus, vt ad Imperatorem elementissimum pro generalitatis quiete preces nostræ perueniant. Tantum est, vt votum studiumque nostrum congruis orationibus iuuare non cesses: quia nos in his Deo auctore perficiendis vacare minimè potuerimus. Data quinto Nonas Martias, Agapito V. C. Consule] sequenti nimirum anno: quæ nos ad cognoscenda cuncta quæ ea legatione acta sunt, hæc volumus recensuisse. Porro post Pulionis discessionem ab Epiro contigit eundem Ioannem grauius virgeri: vnde opus fuit, vt sequenti anno de ipso idem Hormisdæ commendatitias daret litteras ad Imperatorem.

C At quid? Num despondit, his auditis, Hormisdæ Pontifex animum, dum recogitat quod tam nobilis missa legatio Constantinopolim prope nullum effectum fuerit consecrata, quodque cuncta ab Imperatore veteratorie acta esse conspiceret, eiusdem iam callida simulatione patefacta, quod denique tantum abesset vt ille cum sibi subiectis populis Apostolicæ sedis communionem amplecteretur, vt etiam eos qui eius facti essent participes grauius insecraretur, & ad præuicandam impelleret? Num inquam præ tadio defecit animo, concidit viribus consternatus Hormisdæ tot obrutus fluctibus? minimè gentium: sed maiori ex rebus arduis concepta fiducia, ex immenso erga perditos filios affectu pater agnoscitur, dum resumtis iterum viribus, perditorum magis ruina laborat, redditurque de grege magis sollicitus verus pastor: cum enim audaciùs lupos ingruere, atque eos in caulas violentius audit irrupere, eo ardentius ex aduerso confurgit, memor sententiæ Domini ad discipulos dehortantes ne illuc pergeret, vbi Iudæi frementes eum quæsierant lapidare, dicentis: Nonne duodecim sunt horæ diei?] Ita planè perditorum saluti iterum consulturus, iterum cogitat æstuans charitatis ardore Pontifex de noua legatione mittenda, cum primum transacto rigore hiemis, nauigandi tempus aduenit. Quid autem factum sit, suo loco dicemus.

Hoc eodem anno, Consule Petro, habita est Synodus Tarraconensis in Hispania, in qua canones tredecim reperiuntur constituti ad Ecclesiasticam disciplinam restituendam conducentes, qui extant omnes. Quod autem in eius præfatione, sub Consularu Petri, anno sexto Theodorici Regis Synodus peracta dicitur, nequaquam de Theodorici regno, cum in Italia regnauit, est intelligendum: nam eius regni hic annus numeratur vigesimusquartus: sed potius cum regnare cœpit in Hispania, quod contigit (vt sanctus Isidorus scribit) anno regni eius in Italia decimo octauo, à quo ipso hic ipsius regnantis in Hispania sextus dicitur. Squallebant obsita mendis Hispaniarum Concilia: sed his occurrit, Dei beneficio, solers industria viri doctissimi Garsæ Loaisa, qui eadem nuper edidit mendis emaculata, atque scholiis locupleta; cui ob bene impensum laborem eruditi omnes plurimum debeant; magis autem, quod cum bonis litteris summa imbuit pietate, quem prærogatiua doctrinæ atque virtutum erudiendum accepit, Catholicum Hispaniarum Principem, sanctæ Romanæ Ecclesiæ filium electissimum.

Annal. Eccl. Tom. 6.

LII

IE-

IESV CHRISTI HORMISDÆ PAP. ANASTASII IMP. 27. ANNVS ANNVS THEODORICI REG. 25. A

517.

4.

CVm iam res Orientalis Imperij, cedente Vitaliano, collocata viderentur in tuto, Anastasius Imperator, tanquam de parva gloriosa victoria, atque deuicto non armis sed simulatione tyranno, elusoq; spe concordia Ecclesiastica Romano Pontifice, trophaea erigens, hoc ipso anno Domini quingentesimo decimoseptimo nouum & quartum ordine gerere voluit Consulatum, cui in occidente collega est datus Agapitus.

Quo anno Hormisda Papa, mense Aprilis, vbi primum nauigandi facultas data est, nouam eandemq; secundam legationem misit Constantinopolim ad Anastasium Imperatorem, ea occasione quod idem Imperator, excusandi se causa, per suos legatos Romam missos de perfecta in eunda concordia, facta pollicitatione, sponderat, dummodo de Acacij nomine taceretur, re vera tamen aliud agens, aliud pratexens: Quod enim sciret id fore penitus a Pontifice denegandum, non sibi, sed ipsi adscribendum esse videri poterat, si nullus concordia aditus amplius patere posset. Hormisda autem tu ad hec diluenda & tollendum penitus impedimentum, tum etiam vt Catholicæ communionis Episcopos in Oriente agentes ab aduersariis afflictatos subleuaret, eosdemq; in officio contineret, eiusdemmodi mittenda legationis consilium inijt, delegitque ad opus eundem qui alias missus fuerat, & bene functus eo ministerio erat, Ennodium Episcopum Ticinensem, cui in munere collegam adiecit Peregrinum Episcopum Misenatis Ecclesie in Campania, Romanæ verò Ecclesie clericorum neminem, vt fecerat in priori legatione, vt res omni careret inuidia, quam mouere potuissent Romanæ Ecclesie clerici, si ipsi pro suæ Ecclesie iuribus decertassent, viderique potuissent priuato magis affectu agi, quam Spiritu Dei impelli pro defensione iustitiae.

His igitur ad honorificam & magni momenti functione delectis, idem Hormisda cum ad Imperatorem, tum ad Timotheum Episcopum Constantinopolitanum, tum etiam ad Orthodoxæ communionis Antistites, ac denique ad clerum, monachos, & Constantinopolitanum populum literas dedit; priuatas verò addidit ad Possessorem Episcopum. Quas autem scripsit ad Anastasium Imperatorem, sic se habent, ex iisdem codicibus, quorum antea meminimus, sumptæ, & vt licuit, emendatæ.

Dudum legatis mansuetudinis vestrae remeantibus, ad litteras vestras & mandata respondendi, non quidem vniterfa plenè, sicut magnitudo rei postulabat, expediens, & tamen pro tempore certa perstringens. Verum etsi sufficienter me allegare omnia contigisset: numquid agens apud clementiam vestram causam fidei, poteram, repetitis precibus, importunitatis incesse? Timeant notam huius ingratitude, quibus cura est studium negotiis vacare mundanis: Opus non implet Euangelij, qui a prædicatione eius venialiter putat posse cessari. Peruigilem pastorum oportet esse custodiam, & lumbos sine relaxatione præcinctos. Bonæ admonitionis sicut constat dulcem fructum, ita eius non decet esse fastidium. Et alias cur postulationis meæ molestam mansuetudini vestrae quisquam dicat esse frequentiam, cum per ea quæ fiunt ex officio meo, per remedia fidei vestro consulatur Imperio?

Etenim quæ me onerat cura, vos releuat: mihi incumbit, sed vobis proficiet: licet ex diuerso semine, vnus fructus amborum est. Nam sicut poena est nec dicere Deo accepta, nec facere; ita certa remuneratio vel illi qui spiritualia prædicauerit, vel illi qui audita non spreuerit. Dedit quidem clementia vestra veluti obsidè propositi sui sub testimonio Imperialis alloquij, & se quasi pignore quodam bonæ voluntatis astrinxit: sed opus est ceptis addere firmitatem: sumant plenum decorem iacta fundamenta: non remittantur pugnantem pro Dei Ecclesiis manus. Toties Israeliticus hostis intercudit, quoties Moyses brachia non remisit. Effectus opera, finis commendat initia. Non prodest cecepisse deserentem: quia sola perseuerantia fidei dat salutem.

Benedicimus Deum, cuius zelo pietas vestra transgressores impios Nestorium & Eutychem vel eos persequitur, qui cum nefandis & sacrilegis dogmatibus profiterentur. Probat odisse se vitia, qui condemnat errantes; nec relinquit sibi locum deuiandi, qui non pepercerit excedenti. Primus innocentia gradus est, odisse culpanda: Sed veritatis interest, domine fili, & Catholicæ disciplinæ, vt sectatores etiam eorum atque participes oderitis, quorum execrandos principes iudicatis. Non in damnandis sola, id est, certa nomina, sed in his etiam,

Hormisd. epist. l. 1. tom. 1. epist. Rom. Pont. HORMISDÆ EPISTOLA AD ANASTASIUM IMP.

PASTORALIS CVRA ROM. PONTIFICIS.

OMNES OMNINO DAMNANDI HAERETICI.

CHRISTI HORMISDÆ PAP. ANASTASII IMP. 27. 517. 4. THEODORICI REG. 25.

A etiam, qui damnatos sequuntur, sunt crimina persequenda. Frustra auersari se plures asserit, qui vnus de his, qui detestatione digni iudicantur, exceperit. Non enim numerus errantium hominum, sed meritum consideratur errorum.

Hoc ideo, ne facile putet vestra clementia Acacij prætereundam esse personam. Nonne ille est Acacius, qui cœno Petri, Dioscori & Eutycheris dogmate & communionem pollutus, dum copulatur, immersus est, illius sustinens in condemnatione supplicium, cuius egit in communionem consortium? Qui vitium propter impietates suas horum singulos odit, & in illis Acacium necesse est oderit, & omnes in Acacio non amari. Ab illo per Orientales Ecclesias fermentum nefandi erroris inoleuit. Inde Alexandrinæ perfidia eò vsque nutrita superbia, vt non acquiescat (sicut scripsistis) mandatis salutaribus, cuius famulatur imperis, & in errore declinando non sequatur admonitionem, cuius in agendis rebus experitur sibi vilem potestatem. Vnde & maiore huiusmodi homines conuenit detestatione vitari: quia quæ docere debuerunt, nec dum ab aliis instruuntur, assument, spernentes in his imperantis monita, in quibus tantum non sibi iubentur imperia, & immemores deuotionis contra salutem animæ, quos contumaces esse oportuit pro salute. Hos mentibus perditis ausus nutrit Acacij cum perfidis iuncta communio: atque ideo extimandus est auctoris loco, cuius grauius peccatur exemplo. Nihil enim vitia magis quam imitatio fouet, dum creduntur non improbanda esse, ad quæ alij quoque videntur accedere. Fragilis est & caduca moralitas: vix nefariae cogitationes, dum comprimuntur, intereunt. Iacet semen noxium sub errore, nec deficit: latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit cum improbitate consensum.

Vtinam, inuictissime Imperator, inter ipsa Apostolicæ distinctionis initia Orientales Ecclesie Acacij contagia nefanda vitassent: non per multos error ille noxia venena diffunderet: ipsa quoque erecta nunc, fortassis Alexandrinæ Ecclesie tunc colla cecidissent, dum perculsam perfidiam suam in damnatione imitatoris agnoscerent, & displicere in complicibus se viderent. Sed dum male nutriti fouentur errores, & prauorum consensus inutilis æquitate corrigenda dissimulantur, per impunitatem sequacium mala dogmata multiplicauit auctorum. Et vos quidem, si placet ad eò efficaciter impereris, vt condemnetis vestrum de alieno errore propositum.

Sed cogitandum est, clementissime Imperator, si ei apud Deum sufficiat errata culpasse, cui dedit posse corrigere: non est differenda curatio: admoueantur medicæ profundis vulneribus manus. Sola ante Acacium Alexandria perfidia suæ foeditate sordebat. Respicite quantas iam partes emendatio neglecta polluerit. Quousque pateris, domine fili, Ecclesiam Dei diuisionem suorum mære membrorum? Anticipent beneficia tua ad Deum peruentura suspiria. Assume tibi curam, & vexillum salutis attollens, in errores ab Israele remouendos velut Ezechias alter exurge: fas tibi laude nouorum operum titulos æquare priscorum. Ille dissipauit excelsa: tu superbiam erectæ prauitatis inclina. Ille simulacra contriuit: tu dura infidelium corda confringe. Ille memoriam serpentis aenei sustulit: tu virus presentis effunde. Offer recta Deo, quæ fecit, & spera dona, quæ meruit. Fidelis est enim Dominus qui reddit singulis secundum opera eorum.

In aperto est, quanta sit expectatio Fidelium, quanta trepidatio perfidorum. Illi ambiunt gaudere cum Angelis de receptis: isti metuntur, ne ab his quos deceperant destituti, poenis remaneant præparatis. Pendent anxia corda cunctorum: Ab vltimis ad nos Gallis directa legatio, si quid de vnitatis reintegrationis sollicitudo promississet, fama secuta, confuluit. Nec difficile opus clementia tua. Scit Deus suorum laboribus subuenire: in vsu est ad Principes suos conuercere colla subiectos. Dat specie maximum signum recens religiozæ memorie Marciani Imperatoris exemplum. Quid egit tunc vulgus, aut populus? Nec opus nota reuoluere. Adulta est perfidia ista per deuios, sopita per iustos. Imitare religiosi integritatem propositi, quam studio ciuilitatis æquasti.

Ad hæc nostris lacrymis, nostris precibus alleganda, Ennodium atque Peregrinum fratres & Coepiscopos nostros vice nostra pro exhibenda etiam honorifica salutatione direximus: ideo maxime designato viro falce secunda legationis imposito, vt qui nobis spei bonæ detulit initium, nunc adiutore Deo plenum reportet effectum. Acquiescite, precamur, fidelibus monitis, cuius vos delectatum dudum legimus institutis. Data tertio Nonas Aprilis, Agapito V. C. Consule.] hæc ad Imperatorem Hormisda, qui pastoralis curæ solitudine astuans (quod hætenus non fecisset) eò vsque descendit, quò iacentem lapsum eleuet,

Annal. Eccl. Tom. 6.

LII 2

ACACII DE MERITA.

* à Deo imprecis

DELICTA IN MEMEN- DATA CRE- SCUNT.

* Matt. 16.

* promouit- set

DE LEGATIS MISSIS EN- NODIO ET PEREGRINO.

elueat, vt non fuerit dedignatus per eosdem legatos litteras dare ad nefarium Timotheum A Constantinopolitanum Episcopum, non quidem communicatorias Catholicis dumtaxat dari solitas, sed commonitorias communes haereticis; quae ita se habent:

* Hormisda epistol. 12. Rom. Pont. HORMISDAE EPISTOLA AD TIMOTHEUM. 1. Cor. 13. * ARCC

Non mirabitur dilectio tua rationem praeteriti silentij mei, si quae praecesserint vniuersa consideret: non mirabitur praesens alloquium, si quae sit vis charitatis expendat. Sustinere enim omnia charitatem, Magistro b Gentium docente, cognouimus: quae si sua (sicut continet doctrina ipsa) non quaerit, an * incongrue abusus privilegio meo, quod tibi potius prodesse possit, exhibeo. Expectare enim me decuit ab errantium coniunctione te liberum, & sic amare correctum: videre ab improbandis diuidi, atque ita litterario sermone complecti. Sed quem optem reducem, cur differam vocare tardantem? Cur non detur locus moderationi, cum nihil detrahitur aequitati? Impendenda sunt quae laborantibus profunt, si nos B societatis contagione non polluant.

* Luc. 13.

Haec causa mihi fuit praesentium litterarum; vt hortor, vt moneam, ne terram nostram iacere patiamur negligentius insecundam. Non c diu infructuosam arborem occupare solum diligens permittit agricola: patienter expectat, sed numquid sub continuatione perdurat? Vocatus ad salutaria, non moreris. Prope ab innocentia non recedit; qui ad eam sine tarditate reuertit. Mouere Patrum monitis, & insistens fidelibus sine lapsu aut errore vestigijs, praecedentia dilue per futura. Adiacet tibi modò ad iusta populos incitando, modò pro fide Principibus vestigijs supplicando, dirigere quod deuium est, solidare quod dubium: magno te conuenit labore prouidere, vt causas transacti temporis rectae regat sedulitas actionis. Praestat quidem animae suae, per quem vniuersali aliquid confertur Ecclesiae. C Et ita se res habet, vt si studiosus, si indefessus insisteris, fiat tibi utilis causa communis. Data tertio Nonas Aprilis, Agapito V. C. Consule.]

CVRAM GERIT OMNIVM LAPSORVM EPISCOPORVM HORMISDA.

Ita Hormisda ad haereticum Episcopum Constantinopolitanum, & quidem non absque instinctu prophetici spiritus: dum enim admonet exemplo agricolae non siccitatis diu arborem infructuosam terram occupare, sed secundum Evangelica praecipia succidi, eadem epistola, quae citò obuentura forent, praenunciasse videtur: quatenam autem illa fuerint, quae secuta post praesentem annum, manifestè docebunt. Qui igitur principem locum in regali ciuitate tenentes admonuit Anastasium atque Timotheum, haud despexit Hormisda reliquorum à Catholica communione detriorum Episcoporum salutem, sed & ad eosdem aequè dedit circulares epistolas, ita vniuersalis gregis pastoris munus explens, quod Dominus praecipit Petro fratres consolidare: ad eos enim etsi non litteras communicationis (quod non liceret) sed paternae admonitionis adiecit, quales decebant virum, quem non solum tenebat sollicitudo omnium Ecclesiarum, sed charitate Apostolica praeditus cum Apostolo dolorem illum pariter patiebatur, dum compateretur mala patientibus, secundum illud Apostoli d. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Sed audiamus ipsius ad eos clamantis epistolam, quae est huiusmodi:

* 2. Cor. 12. * Hormisda epistol. 13. Rom. Pont.

Hormisda Episcopus vniuersis Episcopis in Orientis partibus constitutis. Etsi admonitionis meae cura desisteret, vos tamen proprii memores conueniret officij, non negligenter omittere, quae enixè omnes decet pro animae suae salute seruare; vt mandatorum caelestium disciplina, non alieno studio, sed ipso vobis clareret inesse proposito. Nam licet laude non careat qui bonis consilijs obsecundat; tanto est tamen potior in honore sapientiae qui praue nit, quam qui sequitur instituta, quanto est illustrius docere, quam discere. Recordetur vnusquisque in qua vocatione à Domino sit vocatus, & quid ab eo expectetur, aduertat. Miserum est intra meritum iacere propositi; cum id quod praefertur nomine, non ostenditur actione.

* indica

Magna meruimus, si quod indulta * postulant, impleamus. Qui se ad pascendas Domini gregis oues gaudet adscitum, cogitet de commissa sibi gubernatione iudicium. Peruigil adhibenda tutela est, continuanda custodia; non dandus lupis rapacibus locus, non vili casibus relinquendus: quia neglectus error ouium, culpa pastorum est. Veniet qui rationes creditae dispensationis examinet. Omnium quidem constat esse iustitiam, nec vlli impunitam licentiam patere peccandi: Sed quis gradus nesciat esse meritorum, & sicut non aequa praemia, ita diuersa esse supplicia? Multiplicantur scientibus plagae: pauca flagella leguntur infirmitate.

Quod si ita est (sicut esse, non dubium est) existimandum quid in eo deceat esse propositi, cui

A ti, cui alienos quoque errores necesse est imputari. Clamat sanctus Spiritus per Prophetam: * Ezech. 33. O pastores Israel, numquid semetipsos pascunt pastores? nonne oues pascunt pastores? Certum est, plus ab eo b, cui plus creditur, exigendum; & tanto magis nos obnoxios fieri, quanto effusiore gratia contigerit honorari. Magister bonus, & docens per obscura lucem, per similitudinum aenigmata veritatem, seruum talenti à se traditi praeter augmenta, custodiam non arguit infidelem, sed condemnauit inutilem.

DE PASTORALI MNERE PLYRA.

Vnde in aperto est, in quo metu decet esse eum qui Dominicum numisma perdidit, si culpatus est ille qui acceptum sine imminutione seruauit. Nullus contentus sit innocentia sua: quia Deo nostro vniuersa cernenti, per praedicationem assiduitatem, rationem quoque propositi debemus alieni. Largam scientiam decet esse doctorum. Non amat fides Christiana secretum: quam quisquis in aure tantum effundit, abscondit. Per vniuersas gentes verbi praedicationi mandatur Apostolis: & quam inexcusabiliter hoc quisquam potest sibi tacere commissum. Quid prodest cuiuslibet paternarum reuerentiam seruare regularum, si concuti haec ab alijs, si sine honore tractari patieter accipiat? Infirmum ostendit affectum, qui quod diligit, non tuetur.

Incurtantur passim sancta à perfidis constituta, & rediuiua subinde de compressis excessibus resurgit improbitas. Quemadmodum (rogo) pietatem in Deum probat, qui tam nefanda dissimulat? Recordemur, qua Catholicorum frequentia sacerdotum, illa, quibus nitimur, celebrata didicerimus esse Concilia; quantos nec debilitas impediuit, nec senectus onerosa tardauit. Exigua vita sunt spatiosarum interualla regionum, & labores ipsi pro quadam consolatione iucundi, dum spiritu sanctarum congregationum regente sapientiam, fera aetas, quod seruaret, acciperet. Et haec insectantibus impijs post damnatam in radice

* sacra 2. Ioh. 40.

C perfidiam, tacet, qui scit sibi esse mandatum: Exalta vocem tuam, qui euangelizas Hierusalem: exalta, noli timere. Nonne hoc ante oculos habens, discipulum ita Gentium Doctor instituit, vt opportunè, importunè euangelizare non cesseret? admonens d: Attende tibi, & doctriam: insta in illis: hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

REVERTI MONENTVR AD PENTRAM.

Ergo vel Prophetis stimulis excitati, vel normis Apostolicae institutionis instructi, curam salutaris praedicationis assumite. Diligite & vindicate sententias probatas pijs, infidelibus inimicas. Et ad petram, supra quam est fundata Ecclesia, reuertentes: apud illorum etiam vos Patrum spiritus, quorum veneranda constituta improbè labefactantur, absoluite: aestimantes, cum Dominus ad illud quod expectatur examen aduenerit, qualis Apostolis creditus, qualis aliorum tentantium dubitatione compertus, qualis Angelo praenunciante promissus, vtrum ab illis melius sit argui, an cum eorum cohorte coniungi? D vtrum talis, qualis videbitur aut qualis ab impijs negatur, Dominum confiteri? Nil vos retrahat à salute: velocibus ad viam redite vestigijs. Lapsus ruentem non grauat, si resurgat. Larga est Dominicae doctrina clementiae: noxia sunt erroris vincula, dum retinent. Odit iustitia pertinaces, fouet clementia corrigentes. Data tertio Nonas Aprilis, Agapito V. C. Consule.]

Vides quales ad extorres à Catholica comunione litterae dentur, quae absque vilius salutis & pacis, alicuiusve alterius communicationis simbolo inchoantur & absoluntur. Quod verò pastoralis est curae, non solum dispersa congregare, & infirma curare, fractaque consolidare, sed quod forte atque pingue est, custodire: idem Hormisda Papa in his etiam optimi pastoris numeros explens, hac eadem legatione illis prospexit, qui erant inter hostes & ab hostibus afflictati iugi persecutione Catholicae fidei defensores, & Apostolicae communionis Episcopi: ad hos enim quas subiicimus litteras dedit:

* Ezech. 34.

* Hormisda epistol. 4. Rom. Pont.

Hormisda Papa Episcopis Orthodoxis. Est quidem Fidelium speciale solatium Deus; nec vnumquam inter quaelibet dura desciunt, qui se ad eum toto mentis studio contulerunt. Verumtamen hoc votum proposito vestro debere me fateor, vt sicut exulto de sinceritate fidei vestrae, ita de firmitate merear gaudere constantiae. Vnde & aspectu interiori vos intuens, ad desiderium colloquendi vobiscum promptus assurgo: vt & dilectionem circa Deum vestram litterario sermone remunerer, & spem paginali adhortatione confirmem: atque ita his, cum quibus mihi est confortium sanctae communionis, iucundum reddam testimonium charitatis. Non enim sufficit animo meo de vobis esse securum: nisi ostenderò illum quoque; quo vos complector, affectum. Siquidem declarat se non ex iudicio odisse à Dei dilectione diuisos, qui potest non amare coniunctos.

HORMISDAE EPISTOLA AD ORIENTALES ORTHODOXOS.

Benedico ergo Deum, dum feruorem fidei vestrae inter procellas varias, tempestatum A aduersa considero. Vos quoque ut super his pietatem eius glorificetis, vberiore exultatione suadeo: qui electorum suorum mentes quo acceptiores sibi reddat, examinat, & licet cognitos sibi, quibusdam tamen difficultatibus probat, ut iustitiam quoque inesse dono quod largitur ostendat. Atque ideo pertinaciter bono vos conuenit imminere proposito, nec in via qua ducit ad caeli regna deficere. Qui intuetur Dominica munera non aestimanda promissa, nullius potest respectum habere periculi. Non enim frangit consideratio praesentium malorum, nisi futurorum bonorum vincat obliuio: quando omnem amaritudinem laboris excludit, qui dulcedinem spei, qua expectatur, non amiserit. Quae enim difficultas beatitudini par est: aut qua condignae praemii passionis ad futuram scilicet gloriam, qua in nobis, Apostolo^a annunciante, reuelabitur: Absit ne quicquam a Christi charitate nos separet. Quanta est tribulatio, si gloriam parit? Materia prosperorum est, qua putatur aduersitas. Dum inclinamur, erigimur. Nemo haberet futuram remunerationem, nisi necessitates praesentium sustineret. Videte quanto opere hominum terrena messis affurgat.

^aRom. 8.

^bLuc. 10.

^c1. Cor. 11.

^dIsal. 50.

Quanto est igitur labore procurandum, ut caelestia dona non pereant? Quiera est negligentium vita, sed non voti opulenta substantia. Dignus est operarius^b, ut fructum mercedis accipiat. Indiscretè passim pietas cum impietate languesceret, si examinatione bonos a malis diuisura cessaret. Gratum admodum spectaculum Domino in agone iustorum, nec quicquam ita supernam gratiam conciliat homini, sicut aduersorum impetus patienter excepti. Quis milites sub pacis securitate miretur? Non est arduum in sicco secura fixisse vestigia; nec artem gubernatoris ostendit marina tranquillitas. Satis est, intrepidum inter bella procedere, inter lubrica non labare, fluctus in tempestate contemnere. Sauiat, & motus suos exerceat humana tentatio, dum manifesti^c appareant, qui probantur.

Haec scientes, carissimi fratres, fidei vestrae tenete constantiam: & ipsa etiam, si incidant, militantis meritis vestris amate pericula. Annunciate qua colitis, & participare etiam per vniuersum Orbem mandata Euangelica, qua tenetis: supra stipendia vestra, correctio quoque vobis adscribatur aliena inter ceterorum enumerationem, quibus sibi diuinam gratiam plenus Spiritu Dei Propheta conciliat^d inter ea quibus misericordiam, qua conseruetur, exorat: docere se iniquos vias Domini, & conuersionem per se fieri praedicat impiorum. Beati quibus vita innocenter acta dat praemium: beati per quos aliis quoque praestatur exemplum.

Et nos quidem (quantum in nobis est) nec solitudine, nec labore cessamus, ut humilitatem, quam Dominus noster docuit, imitati, qua saluti eorum conueniunt, postulemus: ut dispensationis mihi creditae dum agnosceret cura, probentur officia. Nam repetita vice Eunnodum atque Peregrinum fratres & Coepiscopos nostros, mandata legatione, direximus, rationem, adhortationes, preces, lacrymas ingerentes, ut ab impiorum contagione separati, ad veram fidem iisdem, quibus vos modis & Apostolica scit sedes, se conferant: aut certe non nos defuisse praedicationi, sed illos propriae salutis, mundus agnoscat. Dat. ut supra, Agapito V. C. Consule.]

Qui autem has ad omnes Catholicae communionis Episcopos Hormisda litteras dedit, priuatas ad Possessorem Episcopum addidit, utpote Ecclesiae Occidentalis Antistitem, legatorum relatione sibi cognitum. Erat hic Africanus Episcopus pro fide Catholica iam ab Arianis factus extorris: qui conferens se Constantinopolim, non sine Dei consilio, multum profuit Catholicae fidei, haereticos exagitans, libereque redarguens: cuius aduersus Pelagianos (ut suo loco dicemus) enitueret certamina. Hic enim in priori ab Hormisda missa legatione palam apud legatos rectae fidei professionem edens, eandem scriptis consignatam & chirographo roboratam ad eundem Hormisdam Pontificem Romanam perferendam dedit. Cuius egregium factum idem Hormisda probans, ad ipsum eiusmodi litteras reddidit:

^eHormisda. epist. 15 tom. 3. epist. Rom. Pont. EPIST. HORMISDAE AD POSSESSOREM EPISCOPI ORTHODOXVM. ^felectus es

Hormisda Episcopus Possessori Episcopo. Optimam vestrae charitatis audientes instantiam, & cognoscentes rectae vitae tramitem, quem sine strepitu vindicatis: Deo nostro gratias sine cessatione persoluimus: ut & in ea dispositione persistas, & ceteris, quod sequantur, tribuere possis exemplum. Ista sunt dona caelestia: ista sunt diuinæ retributionis indicia: ista sunt Dei iudicia, qua te a Catholico sacerdotum noluerunt separari consortio. Vnde frater carissime, praesentibus hortamur alloquiis, ut in ea constantia, qua exorsus es^f, perseueres, & augmenta probabilibus iniitiis subministres: quia bonum opus, praecipue quod ad doctrinam fidei pertinet, nisi semper creuent, vide-

A videtur imminui. Et si tribulatio mundana contigerit: ante oculos vestros futura praemia ponentes, Apostolica^a vos admonitione consulimus, dicentes: Non sunt condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam, qua reuelabitur in nobis. Meliora tamen speramus, quia Deus, qui per beatum Apostolum dixit^b: Qui vos non dimisit tentari super quod potestis: ipse pro sua pietate, quos suos elegit esse, & de laqueis aduersariorum, sicut semper, eripiet. Libellum dilectionis tuae de confessione rectae fidei per legatos nostros remeantes accepimus, & in eo sinceritatem tuae fraternitatis agnouimus: quia quod recte credit, sub attestazione publica praedicare non distulit. Data tertio Nonas Aprilis, Agapito V. C. Consule.] Post has autem idem Hormisda adiecit & alias litteras ad clerum, monachos, & Constantinopolitanos ciues Orthodoxos, & quidem efficacissimas, utpote e peccore patris filiorum amore languentis progressas, qua sic se habent:

^aRom. 8.

^b1. Cor. 10.

^cHormisda. epist. 16.

^dMatt. 10.

^eHORMISDA CLERICOS

^fET MONACHOS AC POPVLVM

^gCONSTANTINOP.

^hHORTATVR.

B Si is qui calicem aquae frigidae, mandata Euangelica^d secutus, obtulerit, mercedem boni propositi, ipso Domino, qui hoc docuit, restituerit, consequitur: nonne qui tanto populo Fidelium veritatem annunciare distulerit, iuste damnationem incurrit? Hinc est, quod interminationem mandati caelestis effugiens (quod decet, loquendum est in his, qua ad Deum pertinent, nec tacendum) habens quoque vestrae salutis affectum, admonitionem eorum qua praesens necessitas poscit, assumpti, omnes, quibus cura est fide integra Christianam religionem seruare, contestans, ut eos, qui sanctam Chalcedonensem Synodum, & beati Leonis de fide Catholica scriptas epistolas declinant, quibus possunt viribus auersentur & fugiant: quando ipsi sunt, qui Eutycheris & Dioscori Alexandrini, vel potius nefanda Manichaeorum contagione polluti, verbo quidem aduersus constituta Patrum videntur habere certamen, rebus autem contra incarnationem Domini nostri Iesu Christi euidenter insurgunt.] Sugillat haec dicens & ingerens Hormisda impij Anastasium, qui ita sibi populi ob fidem Catholicam aduersantis gratiam conciliauerat, quod fidem Catholicam (ut apparebat) videretur esse professus, cuius tamen re ipsa erat infensissimus aduersarius: Ut igitur ei resistent, prouocat eos suo ipsorum exemplo; cum ab illis aduersus nefandum Basiliscum Imperatorem fides Catholica defensa est, istaque subiiciens, ait:

Recordamini, carissimi fratres, qua fuerunt, Basilisco Palatinae aulae incubante, tentata; & temporum illorum acta vel visa vel audita recolite: quam scelestam tunc fuerit Timothei cognoimento Eluri, quam impudens & monstruosa praesumptio: quantus etiam per vniuersum Orbem fidei se vestrae feruor ostenderit. Probauit tunc Constantinopolitanus populus, quam pure deceat credentes Christiana seruare mysteria. Sed transacta vtinam studia fuissent, & non nunc similia tempus expeteret. Rursum enim iidem haeretici caput improbum de profundo, quo immeriti tenebantur, attollunt. Atque ideo rogo, horror, admoneo dilectionem vestram, ab eorum vos Conciliis & comunione secernite. Recordamini zeli prioris: & viuere in vobis lucem, scintillam ignis spiritualis ostendite, ne simplicem in vobis veritatis affectum perditorum astutia expugnasse se gaudeat. Et haec quidem, quantum ad praesentem necessitatem, & assumendam contra impios cautionem, dixisse sufficiat. Spero tamen, quod si admonitio ista promouerit, & mihi & vobis utilis erit: quando & Deus in vestra salute glorificabitur, & fructus nostrae sollicitudinis apparebit. Data tertio Nonas Aprilis, Agapito V. C. Consule.]

His autem litteris omnibus datis legatis, adiecit Hormisda Papa libellum confessionis Catholicae, cui subscribendo quisque se posset verè probare Catholicum, sub cuius professione consequi posset Catholicam Romanae Ecclesiae communionem; ne (quod haecenus factum fuerat) multi currerent in incertum, dum defendendo Catholicam fidem, & non vitantes communionem haereticorum, vel eorum qui cum illis participassent, putarent tamen verè se Catholicos Orthodoxos. His igitur obuiaturus Hormisda, eo fidei libello tamquam Lydio lapide singulos probari voluit, quam profiteri deberent hi qui communionis Catholicae participes esse vellent. Est verò ille huiusmodi, exscriptus ex codice Varicano:

Prima salus est, regulam rectae fidei custodire, & a constitutis Patrum nullatenus deuiare. Et quia non potest Domini nostri Iesu Christi praetermitti sententia dicentis: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, &c. haec qua dicta sunt, rerum probantur effectibus: quia in sede Apostolica immaculata est semper seruata religio. Ab hac ergo spe & fide separari minimè cupientes, & Patrum sequentes in omnibus constituta anathema-

FIDFI RE- GVLIA AB HORMISDA MISSA.

thematizamus omnes haereticos: praecipue Nestorium haereticum, qui quondam Constantinopolitanae fuit urbis Episcopus damnatus in Concilio Ephesino a Caesestino Papa urbis Romae, & a sancto Cyrillo Alexandrinae civitatis Antistite: Vna cum ipso anathematizantes Eutychem & Dioscorum Alexandrinum in sancta Synodo, quam sequimur & amplectimur, Chalcedonenſi damnatos. His Timotheum adijcientes partidam Elurum cognomento, & discipulum quoque eius atque sequacem Petrum, vel Acacium, qui in eorum communionis societate permansit: quia quorum se communioni miscuit, illorum similem meruit in damnatione sententiam. Petrum nihilominus Antiochenum damnantes cum sequacibus suis, & omnium suprascriptorum.

Quapropter suscipimus & approbamus omnes epistolas beati Leonis Papae, vniuersas quas de religione Christiana conscripsit. Vnde sicut praediximus, sequentes in omnibus Apostolicam sedem, & praedicantes eius omnia constituta: spero vt in vna communionem vobiscum, quam sedes Apostolica praedicat, esse merear, in qua est integra & verax Christianae religionis soliditas. Promittens etiam, sequestratos a communione Ecclesiae Catholicae, id est, non consentientes sedi Apostolicae, eorum nomina inter sacra non esse recitanda mysteria. Hanc autem professionem meam manu propria subscripsi, & tibi Hormisdas sancto & venerabili Papae urbis Romae obruli. Dat. xv. Kalend. Aprilis, Agapito V. C. Consule.]

His igitur ab Hormisdas Papa datis litteris, profecti sunt legati: Quibus ita cum Apostolica benedictione dimissis, noua ingeritur sedi Apostolicae causa, cuius gratia alia fuerunt addenda mandata legatis iam in itinere constitutis. Accidit enim, vt post eorum profectiorem, Romam adueniret, qui missus fuit a Ioanne Episcopo Nicopolitano diaconus referens persecutionem dirissimam esse excitaram ab Episcopo Thessalonicensi Dorotheo aduersus sibi subiectos Orthodoxos Episcopos, petens Ioannis litteris auxilium ab ipso Romano Pontifice. Cum vero qui istae curare possent legati profecti iam essent, tamen ad eosdem Hormisdas scribens, causam eandem eisdem iniungit: quibus & quid agere debeant litteris significauit. Sed & pro eodem Ioanne litteras priuatas ad Anastasium Imp. dedit, necnon ad ipsum Dorotheum Thessalonicensem Episcopum. Subiiciamus ergo ipsas, vt eiusmodi legationis explorata in omnibus possit haberi cognitio; atque in primis eas audiamus, quas primo loco scimus ad ipsos legatos fuisse conscriptas, quae sic se habent:

Hormisdas. p. 17.

Hormisdas Ennodio & Peregrino Episcopis.

Postquam profecta est charitas vestra, Nicopolitanus diaconus, qui vobis etiam occurrit in itinere, Romam venit: quem praeter moram vidimus, cogitantes, ne forte esset quod ad instructionem mandatae vobis legationis adiacere deberemus: quod & rationabiliter factum, ipsa res euidenter ostendit. Obrulit enim epistolam Ioannis Episcopi sui, & aliam Synodi sibi subiacentis Ecclesiae Nicopolitanae, qua quaeruntur ab Episcopo Thessalonicensi excitas aduersum se tam principales quam iudicarias potestates: concussionibus & dispendiis se vehementer affligi propter hoc, quia de ordinatione sua ad Episcopum relationem secundum prisca exempla non miserit. Pro qua causa sperauerunt vt de remedio cogitare deberemus, consulentes etiam nos, vt daremus eis licentiam relationem ad designatum Episcopum secundum consuetudinem destinandi. Vnde tractauimus, & Episcopum Nicopolitanum admonuimus, ne tale aliquid audere tentaret, si nobiscum velit in communionem persistere: ne per illum, si ab eo qui a communionem nostra alienus est, confirmationem petisset, nostra quoque communio contagium sustineret. Hae vos, vt omnia sciretis, instruximus. Data pridie Idus Aprilis, Agapito Consule.] Intelligis vel ex his saltem, lector, Epiri prouinciam sub Thessalonicensi Ecclesia constitutam ex antiqua consuetudine, Thessalonicensemque Episcopum confirmare consueuisse Archiepiscopum Epiri Nicopolitanum Antistitem.

verum

His igitur consulturus Hormisdas Papa, non ad Dorotheum Thessalonicensem Episcopum tantum (vt dictum est) litteras commonitorias dedit, sed & ad Anastasium Imperatorem priuatas ea de re conscripsit, commendans eundem Ioannem Nicopolitanum Praefulem. Extant ipsae, sicut etiam quas ad ipsum Ioannem per ipsius diaconum reddidit litteras: sed primo loco quae sunt redditae ad Ioannem Nicopolitanum Antistitem, & ad Synodum Nicopoli celebratam, hic reddamus, quas vna cum ceteris ex altero citatorum ante codicum quam fidelissimè excscripsimus:

Hormisdas Ioanni Episcopo Nicopolitano cum Synodo.

Opta-

A Optaremus, dilectissimi fratres, ab omnibus vos molestiarum fluctibus alienos, vitam sub tranquillitatis serenitate transigere, & Deo nostro, remota mundanarum tempestatum mentis perturbatione mouerunt: quia quae fieri nolumus, necesse est vt facta doleamus. Sed abundat mundus incommodis & tentationibus: saeculum istud, in quo peregrinamur, expositum est passim, veluti magna moles, ventorum procellis. Ita Fidelium mentes diabolicis pulsantur insidiis; & sicut dictum est: qui volunt pie viuere in Christo, persecutiones patiuntur. Sed consolatur spes a iusto retributore promissa: quia beatus est, qui non fuerit scandalizatus in Domino. Non deiciant milites Dei impetus fragiles & caduci. Qui assidit strenuis, non delectatur ignauis. Facile contemuntur ista quae transeunt, si illa quae sunt mansura, cogitentur. Amplectenda est probationis occasio: quia licet sint dura onera laborum, praemia tamen maiora virtutum. Quemadmodum par erit ei remuneratio, qui se imparem monstrat examini?

EPISTOLA AD IOANNEM EPISCOPUM NICOPOLITANUM ET SYNODUM

2. Tim. 3. Matt. 11. Luca 7.

B Non sumus segnes ad fortia, si peruenire cupimus ad promissa. Quis super hoc expectet vocem hominis, cum quotidie nobis insonet sententia veritatis? Beati qui passiones patiuntur propter iustitiam? Sed ne me fratres carissimi (licet apud Fideles magna sint) spiritualia tantum vestrae exhibere credatis confirmationi solatia: prouidendis enim pro vestra tribulatione remediis, quantum in homine esse potuit, non quieui. Nam per legatos ad Orientis Principem destinatos, & Thessalonicensem Episcopum, vt ab infestatione vestra cessaret, admonui; & protogatis paginis, vt Imperatori supplicaretur, adiunxi.

Math. 5.

Haec quantum ad praesentia sunt prouisa: sed illa quae ad spem futuram pertinent, haec sunt potius mentibus intuentia. Sanè hoc me faceret fuisse miratum, quod inter allegationes angustiarum religioſae prudentiae vestrae, haec potuit cura subreperere, vt a me sub consolationis colore, dirigendi ad Thessalonicensem Episcopum solitas litteras, licentia posceretur. Ego ne huius rei auctor existerem, quam si inscio me cognoscerem factam esse, culpam? Absit ista peruersitas. Audite Apostolicam vocem, sed personae meae conuenienter aptandam: Si quae destruxi, haec iterum reaedifico, praeruaricatorem me constituo. Nolite, obsecro, ad euitata vix redire contagia: nec pedes luto, quo tenebantur, auulsos, pariamini male rursus immergi. Si ite oblitterata esse transacta. Nemo mittens manum suam in aratum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Impediuntur a processu propositi itineris, qui reflexis oculis respiciunt quod relinquitur. Non amant Ecclesiasticae disciplinae eos, in quibus remanet memoria illa perfidiae: totos ab errantibus oportet abscindi: quia in tantum detestabiles existimantur ad spreta redeunt, vt beatus Apostolus Petrus in-

IN QVO RE-DARGVTIO-NE SYNODI ONI EPISCOPI ET RI.

Galat. 2.

Luca 9.

1. Pet. 2.

C Eius illis esse praedicaerit, vt non cognoscerent viam iustitiae, quam cognoscentes retrorsum reflecti in tradito sibi sancto mandato. In aperto est, qua pertinacia traditae fidei debeat constantia custodiri, si tolerabilius est in errore persistere, quam coinquinationibus rursus, quas quis fugit, implicari. Data pridie Id. Aprilis, Agapito V. C. Conf.] Vides quam longe ablit vt cum haereticis quodlibet intercedere possit vel leuissimum communicationis symbolum, cum adeo detestetur Hormisdas Episcopos Epiri scribendi ad Dorotheum non quidem damnatum haereticum, sed haereticorum communionem labefactatum, postulasse licentiam. At qui titubare, praemetuq; trepidare Ioannes cum collegis Episcopis noscitur, acriori vrgente persecutione cessit, vt inferius suo loco dicemus. Sed quaedam ad ipsum Dorotheum conscripserit, videamus. Sic enim ad eum per legatos epistolam data se habet:

Hormisdas Episcopus Dorotheo Episcopo Thessalonicensi.

Ioannes frater & Coepiscopus meus Nicopolitanae urbis Antistes cum Synodo sua variis se concussionibus atque dispendiis grauiter caufatur affligi; quod a transgressorum societate diuisus, postquam communionem sedis Apostolicae emeruit, ad Thessalonicensem Ecclesiam ordinationis suae initia non direxit. Potuisset neglectus sic esse culpabilis, si vnus esset inter omnes mysterium eharitatis. At cum multi se a petra illius, quae Christus est, soliditate diuiserint: quis non velit ab errantium coniunctione discerni, vt mereatur cum his qui consistunt in veritate coniungi? Non igitur consuetudo est neglecta, sed vitata contagia. Ergo obicere quis possit errorem, vbi cogitaram salubriter intelligit cautionem? At nos, quod debueras primus assumere, credebamus te sequi saltem post aliena exempla potuisse. Non sufficit in lapsibus mora, nisi ad reprehensionis cumulum circa eos quoque qui ad viam redeunt, accedat inuidia? Quid aliud, quam Beati Petri (quod sine impietate dici non potest) ipsum quod a Domino datum est nomen oderunt, qui eos qui ad sedis ipsius altaria confugiunt, insequuntur?

CVM PETRAE CONIUN-CTIO QVEM-LIBET DEMONSTRAT ESSE CATHOLICVM

Quo

COMMUNI- CANTIVM CVM HAR- RETICIS NVLLVM POTEST ES- SE PRIVI- LEGIVM. LHC. 22. P sal. 79.

Quo pudore, rogo, privilegia circa te illorum manere desideras, quorum mandata non A seruas? & reuerentiam quam non exhibes fidei, cupis tibi. Ecclesiastica potestate deferri? Si in iisdem vestigiis, quibus Catholici nituntur, insisteres, insectationem, tamen proximi vitare deberes: sciens secundum Domini nostri & Saluatoris, quem colimus, instituta, eum qui scandalizauerit vnum de minimis, obnoxium magnis esse peccatis. Vbi est, Domine, humilitas, quam sub occasione discipulorum tuorum certantium de loci qualitate docuisti? Tu ostendis illum esse maximum, qui exhibere studuerit se pusillum. Respice de caelo & vide, visita vineam istam te cultore plantatam: intende circa mandata tua minimos, & circa ambitum honoris elatos.

Matt. 23. IVSTA PONTIFICIS COMMUNIA- TIO.

Cur recentia cupitis, & prisca deseritis, circa summa desides, & parua curantes? Nonne hoc est rerum vilia decimare, & legis praecipua contemnere? Serua illa quae Deo con- gruunt; & facile ea quae sunt ab hominibus, subsequantur. Quis potius curam salutis assu- me; & cur te alius praevenerit in veritate, suscipit: ne si insectari eos qui ad Ecclesiam referuntur membra perfliteris, tu quoque cum his, quos nominatim condemnat Apostolica sententia, copuleris. Data pridie Idus Aprilis, Agapito V. C. Consule.] haec quidem Hormisda plane digna tanto Romano Pontifice. Sed quae ad Anastasium Augustum idem in eadem causa per eosdem legatos conscripserit, reliquum est, ut videamus: sic enim se habent ad cum pro Episcopo Ioanne datae litterae.

HORMIS- DAE EPI- STOLA AD ANASTA- SIVM IM- PERATO- REM PRO IOANNE.

Hormisda Anastasio Augusto, per Ennodium & Peregrinum Episcopos. Cum sapientiae vestrae, clementissime Imperator, profunda considero providentes salutis propriae, vobis displicere non astito. Neque enim aut divina monita, aut humana continent instituta, ut qui consilium bonae spei, qualibet debeat reprehensione culpam: cum maxime pic- tas quoque vestra affectu se unitatis & pacis flagrare fateatur. Quae res me quoque, vel pro- fudicia conscientiae vestrae, vel pro creditae quoque mihi dispensationis officio, emergente compulsi non super sedere negotio. Ioannes frater & Coepiscopus, Nicopolitanae civitatis Antistes, praedecessoris sui sanctae recordationis Aleysonis, secutus exemplum; beati Petri Apostoli communionem cum Synodo sua, damnatis his, quos Ecclesia detestatur, expetiit. Is nunc gravibus fatigatur infidiis. Precor mansuetudinem vestram, iniquis molientibus ob- uiate, & remouete molestias, & correctum fouete, cui ut corrigeretur debuisset assistere. Sciens enim qui tardauerint, se reos futuros, cum a vobis foueri viderint iam reuerfos. Fa- teor, clementissime Imperator, miror insidiantium pertinaciam, neque Dei, neque vestro intuitu permoueri: nam qui oderunt in homine studium desiderij boni, quod de se estimant iudicari, insequuntur, ad recta reduces, iure culpandi, si non conuerterint deviantes. Date fi- dei vestrae clara documenta, si ad fore cunctis ad unitatem reductis & officio omni & adhor- ratione cogiteris.] haec tamen Hormisda ad Anastasium Imperatorem. Sed & ne in re tanta quicquam ageretur reprehensione dignum ab ipsis Apostolicae sedis legatis, idem Pontifex ad eosdem adiecit de his quae ad hanc causam spectant admonitionem, siue (ut aiunt) Com- monitorium: quod quidem cum ad plura vtilem exhibeat tractationem, hic describemus, atque illud ipsum ex iisdem codicibus (quantum licuit,) emendatum est autem huiusmodi: In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, intercedentibus & adiuvantibus Sanctis, quid agendum sit de causa Nicopolitanae Ecclesiae.

Hormisda epist. 18. * Apostolis

ADMONI- TIO AD LE- GATOS.

Primum ubi Thessalonicam, Deo iuvante, veneritis, epistolas nostras, quas in hac causa misimus, Episcopo Thessalonicensi tradite, illum quidem ordinem in eius saluatione seruan- tes, quem scitis a nobis esse mandatum circa eos, qui cum sede Apostolica, hoc est, Ecclesia Catholica non communicant. Traditis autem epistolis, instanter agere debetis, ut se ab eius Ecclesiae concussione suspendat: rationem reddentes, quia non potuit reuersus ad commu- nionem & ad corpus Ecclesiae, cum illis qui necdum reuersi sunt, quicquam habere coniun- ctum: Nos non soluere a praedecessoribus nostris concessa privilegia, si ipse Ecclesiastica in- stituta non deserat. Certè redeat ad unitatem: & nos cum eo insistemus, ut omnia privilegia quaecumque consecuta est a sede Apostolica Ecclesia eius, inuiolata seruentur.] intelligis, lecto- r, non aliunde quam ab Apostolica sede Orientalibus impertita privilegia; cum vides ab ea concessum ut Thessalonicensi Episcopo Epiri prouincia subiaceret. Sed subdit:

PRIVILE- GIA ORIEN- TALIVM ECCLESIA RVM VNDE MANA- RVNT.

Dicite etiam aperte, illum ostendere inimicum se esse fidei, si insequitur quos viderit ad Catholicam communionem reuerri. Quod si poteritis causam ibi, Deo propitio, compone- re: scriptis ad Episcopum Nicopolitanum litteris, quid vestra promouerit opera, nunciare. Si verò obstinatus fuerit, nec ab insectatione eius cessare voluerit, secundum litteras, quas ad cle-

A ad clementissimum Imperatorem misimus, apud Principem causam Ecclesiae Nicopolita- nae sic agite, ut dicatis: Aleyson Episcopus Nicopolitanus satisfecit Ecclesiae Catholicae, sus- ceptus est, & ad communionem reductus: huius successor Ioanes Episcopus & Deum ante oculos habens, & de salute sua cogitans, & praedecessoris sui bonum exemplum sequens, condemnatis haereticis, vel transgressoribus, ad sedem B. Petri Apostoli misit, & susceptus est: Huic nunc Thessalonicensis Episcopus insidiatur & eum concutit, contraria his quae fecit, exigere volens. Hinc Pater vester & omnes Orthodoxi rogant, ut iussionibus vestris remoueat ab eo ista molestia: ne videatur hominibus, propter hoc illum persecutionem pati, quia ad communionem sedis Apostolicae rediit: & qui expectant per vos unitatem fieri, aliud incipiant credere, si pietatem vestram viderint hoc dissimulare, hoc negligenter accipere.

LITTERAS APOSTOLI- CAS PVBLI- CAS AFFI- GENDAS.

B Visum est nobis expedire, ut litteras quas ad Thessalonicensem in causa Nicopolitana direximus, quo libet ordine prudentia vestra diuersis in locis faciat publicari, magnopere tamen in ciuitate Thessalonicensium: quia hoc facto & a persecutione nostrorum potest cessari, & ad ipsius, si se correxerit, credimus pertinere salutem.] haec tamen admonitio poste- rior ad legatos post ipsorum discessum missa. Sed considera pristinam erga sedem Apostoli- cam reuerentiam exhibitam etiam ab haereticis atque schismaticis, dum ipsius Romanae Ecclesiae auctoritas etiam in ditone haeretici Imperatoris minime diminuta impedite fue- rit, quo minus Apostolicae litterae, in consulto Principe, publicarentur: non enim id petendum ab Imperatore, ut alia, admonet Hormisda legatos, sed ut sponte libereque faciant, ingerit.

Sed quae ista secuta sunt? & quem effectum missa ab Hormisda legatio est consecuta? di- cam paucis. Sicuti omnes quae erant optimi pastoris dispersum gregem quaerentis Hormis- da partes expleuit: ita & Anastasius Imperator qui haereticorum sunt Principum numeros omnes absoluit. At quanam ista? Audi ab Anastasio Bibliothecario in rebus gestis Hormisdae totius tragodiae summam breuiter perstringente his verbis: Hormisda item secun- do misit Ennodium Episcopum, & Peregrinum Misenatem Episcopum, portantes episto- las confortatorias fidei, & confessiones secretas numero decem & nouem, & textum libelli. In quo libello noluit assentiri Anastasio Augusto, quia & ipse in haeresi Eutychia- na communicauerat. Voluit itaque eos legatos per remunerationem corrumpere: legati verò sedis Apostolicae nullatenus consenserunt accipere pecunias, nisi sedis Apostolicae satis- factionem operarentur.

Tunc Imperator repletus furore eiecit eos per posterulam*, & imposuit eos in nauem pe- riculosa cum militibus & Magistris & Praefectis nomine Heliodoro & Demetrio: qui- bus hoc dedit in mandatis Imperator Anastasius, ut nullam ciuitatem ingrederentur. Le- gati verò Apostolicae sedis suprascriptas epistolas ferè decem & nouem per manus mona- chorum & Orthodoxorum exposuerunt per omnes ciuitates: quas Episcopi ciuitatum, qui erant complices Anastasij Augusti, omnes eas epistolas timore pro crimine Constantino- polim direxerunt.] Sed & tunc etiam qui stare videbantur, consternati sunt pariter Episcopi Dardaniae, Illyrici, & Epiri, quibus legati reliquerant fidei Catholicae libellum habentem damnationem Acacij nominis expressam; Tunc, inquam, qui stare videbantur, ob metum titubantes, tanto terramotu oborto, penitus corruere, & quae acceperunt fidei monumenta praeter timore deseruere, inueniri timentes Romanae communicatores Ecclesiae: sed quomodo mox iram Dei experti sint, sequenti anno dicturi sumus. Addit verò his haec Anastasius Bibliothecarius: Tunc furore repletus Anastasius contra Hormisdam Papam, inter alia Sa- cra sua hoc scripsit: Nos iubere volumus, non nobis iuberi.] haec mens elata. At extat ipsa Imperatoris epistola ad Hormisdam conscripta, qua sicut fecerat contra Symmachum Pa- pam, sugillat ipsius Hormisdae nimiam duritiam: redarguens, quod cum Filius Dei in mun- dum venerit peccatores saluos facere, & nihil aliud magis & verbis & factis ipse Dominus inculcarit, & discipulos suos docuerit, quam peccantibus ignoscere, eosque recipere, id ip- sum tamen ipse Papa negligat atque reiiciat. Sed integram hic per breuem ipsius reddamus epistolam Anastasij, quam Sacram dicunt. est huiusmodi:

* confirmato- rias

* posticulum

Anastasius Augustus Hormisdae Papae. Et si magnum aliquid taciturnitas iudicatur, tamen necessarium est admirantes Dei mi- sericordiam assidue frequentare sermonem: & quia initium fidei, quam nos Dominus & Deus Saluator noster Iesus Christus docuit in remissionem peccatorum, praecellit, nulli ha- betur ignotum. Ipse enim per propriam passionem omnia Adam peccata mundauit, & haec fuit

* Extat inter epist. Hormis- post epist. 20. EPIST. A- NASTASII AD HOR- MISDAM. PAP.

Rom. 5.

fuit negotiatio humilitatis ipsius, vt & praefatum & omnes fratres liberaret seruitute peccati, voluntarie personam serui suscipiens. Nam beatus Apostolus Paulus docuit nos scribens ad Romanos: Regnavit mors ab Adam vsque ad Moysen, & in eos qui non peccauerunt: ex quo est vniuersitati quodammodo declaratum ex generali dispositione, siue mirabilibus, specialia quaeque exempla debere suscipere semel tam magnae legis iussiones, & tam pia bonitate firmata: vt omnis doctrina, quam discipulis suis tradidit, in hoc firmamento consistit. Fugauit aegritudines, siue multifaria genera passionum: nodum peccati propria (sicut dictum est) passione resoluit, & agens, ad implenda similia discipulos suos factis & sermonibus instruebat.

Verum si, sicut aliqui nituntur ostendere, certi ex ipsis Apostolis tam piam doctrinam per inobedientiam implere dissimulant; ignoramus vbi magisterium misericordis Domini ac magni Dei nobis possit occurrere. Nos autem non ea credimus ratione, vt in misericordes esse putemus, qui misericordiam didicerunt: sed postulationem nostram a praesenti tempore taciturnitate comprimimus: irrationabile iudicantes illis precum adhibere bonitatem, qui rogari se nolint, contumaciter respuentes. Iniuriari & annullari sustinere possumus, iuberi non possumus. Data Constantinopoli quinto Idus Iulij, Anastasio Augusto quartum & Agapito Coss. Sed obserua, lector, cuiusnam Principis sint eiusmodi verba proterua, contumaciae plena, ad Romanum Pontificem scripta: Iniuriari & annullari sustinere possumus, iuberi non possumus. non alterius quidem hominis, quam Imperatoris haeretici, Pharaoni simillimi, tunc per speciem tantummodo ceruicem ferream inclinantis, cum instantia eum flagella compellerent, dum videt ob haesim de Imperio & vita pariter periclitari: quibus amoris, & Moysen cum Deo obfirmata obstinatione contemnat. Sed iusto Dei iudicio euenit quod nesciens ipse praedixit, nimirum, vt potius miserimè infelix perierit, quam paruere iubenti Pontifici.

ANASTASII IMP. FACTIVM DAMNATVR CONSILIVM.

Ita plane semper accidit, vt in sui perniciem sibi male consulat insana dominandi cupido, quam imprudentes Regnandi nominant rationem, dum iidem Dei timore posthabito, sic praeserunt colere religionem, vt eam captiuam ductam cogant priuatis suis affectibus inferuire. Habent isti quem colant atque sequantur Anastasium Imperatorem, qui astute simulauerat Romano velle parere Pontifici, vt exertum contra se gladium Vitaliani vitaret: quo intuitu pariter longiores moras necesse voluit Constantinopoli legatos Apostolicae sedis, vt eorum reuerentia praesentia populus contineretur: aliam enim facile accidere potuisset (quod ante saepe contigerat) vt rursus populus turbas cieret, & armis Imperatorem vrgeret, litteris praesertim Hormisdæ ad rectam propugnandam fidem commotus. Sed eo cessante metu, qualis fuerit animi, cuiusue cultor fidei, exitus declarauit, dum aduersus Orthodoxos persecutionem excitat, dumque per posticum amandat cum militibus ad nauem legatos, eos quantocumque non Constantinopoli tantum, sed ab omni prorsus Orientalis Imperij ditione procul expellens; non intelligens vecors, esse in caelo Regem Regum, qui Reges in die irae suae confringat, quique baltheum Regum dissoluat, & praecingat fune renes eorum, dictumque: Sic & Rex hodie est, & cras morietur. quae cuncta de Regibus ex diuina Scriptura deprompta vindictae imminenti elogio cogitur haud sero Rex senex & factus experiri, qui vera prudentia sibi consulere nescierit in futurum.

Psalm. 109. Job 12. Eccles. 10. Eccles. 4.

PERSECUTIO AB HARRETICIS ILLATA IN ORTHODOXOS.

At quid post haec accidit? Simulac enim audita sunt foris, quae aduersus legatos Apostolicae sedis Constantinopoli facta sunt: aduersarij omnes fidei Orthodoxae, veluti abrupto penitus quo videbantur coerceri freno, timore nimirum illo soluto, quem ex vnitae Catholica iam iam facienda conceperant, palabundi, quo quisque ferretur impetu voluntatis, in Orthodoxos insiliunt, eorum bona diripiunt, profanant ecclesias, instarque luporum in ouile ouium irruptentium, mactant & perdunt. Nam accipe quid in Syria actum sit: ex quibus cetera, quae remanserunt obscura, pernoscere valeas. Audi, inquam, quae nefaria impius & sanguinarius ille Seuerus, qui thronum inuaserat Antiochenum, qui que Aephalorum caput emerit, & Petrus perditissimus haeticus Episcopus Apameae sicut impietatis particeps, ita & crudelitatis socius, perpetrarunt, dum sceleratorum comparata manu, in monachos Syriae Orthodoxos, Ecclesiae Romanae communicantes, more praedonum insurgunt, plurimosque occidunt, ceteris vulneratis ac male habitis, nec illis quidem parentes, qui ad sacrum altare confugerant. In hos autem monachos potissimum eorumdem haeticorum furor exarsit, quod & ipsi aliquando haeticorum labe polluti, citius respicientes, ex eorum se communicatione diuulserat, Apostolicaeque sedi coniunxerant, fidem Catho-

A Catholicam profitescentes: Cuius rei gratia hostes fidei in eosdem vehementius exacerbati, cunctos simul perdendi animo insurrexerunt, crebrioribus eos insultibus aggressi, vt quae dicentur, manifeste satis declarabunt.

Ex hac autem prima ipsorum facta grassatione qui tantum periculum euaserunt, libellum supplicem aduersus eundem grassatorem Seuerum offerunt Imperatori, quo petierunt, vt Seuerus ab eo coercitus sineret qui remanserant, monachos Orthodoxos securos degere in solitudine. Sed qui ad haec missi sunt Constantinopolim legati duo monachi Sergius atque Ioannes, ab Imperatore sunt absque auditione contumeliosè affecti atque reiecti. Quamobrem cum iam viderent haud dubie manus Imperatoris esse cum aduersariis, ob idque ab eis audaciora quotidie se fore experturos, quid agerent, ignorant, nisi ad Deum, vnde sperent auxilium, conuertere oculos, & ipsum precibus interpellare.

SYRIAE MONACHIA SEVERO AFFLICTA DEVENTO IMPERATORIS REM.

B Interea vero ad eum quem norunt se in terra, habere Patrem, quamuis longe positum, clamant, proximum adesse scientes caput coherentibus membris compagine Catholicae vnitatis & charitatis: clamant, inquam, dum ad comunem Patrem, ipsum Romanum Pontificem Hormisdam litteras dant, quibus eius auxilium postulant, recipi ab eo rogantes, qui eandem cum ipso fidem Catholicam profiteantur, & haeticos omnes quos ille reiecit, pariter & ipsi reiciant atque condemnent. Extant ipse litterae, quibus quamplurimi subscripserunt Archimandritae absque presbyteris atque diaconis, quorum omnium fides Catholica effulgebat: descripsimus eas ex eisdem codicibus quam emendatissime licuit: quibus eiusmodi titulus legebatur inscriptus:

Extat inter epist. Hormisd. ante epist. 23.

Exemplum relationis minimorum Archimandritarum & ceterorum monachorum Secundae Syriae.

C Sanctissimo ac beatissimo vniuersi Orbis terrae Patriarchae Hormisdæ continenti sedem Principis Apostolorum Petri, deprecatio & supplicatio minimorum Archimandritarum & ceterorum monachorum Secundae Syriae prouinciae.

Gratia Saluatoris omnium nostrum Christi nos ad vestram beatitudinem refugere velut de hieme & tempestate ad portum tranquillitatis admoniti, minime circumuallantibus nos calamitatibus teneri iam credimus. Nam etsi patimur, gaudentes sustinemus: scientes quia non sunt condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Quoniam vero Christus Deus noster principem pastorem & doctorem & medicum animarum constituit vos & vestrum sanctum Angelum: dignum est, passionis, quae nobis contigerunt, exponere, & immisericordes ostendere lupos, qui dissipant gregem Christi: vt auctoritatis baculo eos expellat de medio ouium, verbo autem doctrinae animam sanet, & orationis medicamentis miriget.

Rom. 8.

D Qui autem sint isti, & qui hos aduersum nos armauerint, audistis utique, beatissime: Seuerus ille & Petrus, qui numquam in Christiano numero reputati sunt; qui per singulos dies sanctam Chalcedonensem Synodum, sanctissimumque ac beatissimum Patrem nostrum Leonem publico anathemata impetentes; qui iudicium Dei nihil aestimantes, & colendos canones sanctorum Patrum conculcantes; Episcopus quidem Principali potentia facientes exhiberi, & nos cogentes illudere praedictam S. Synodum, suppliciis inastimabilibus affligentes. Vnde & quidam eorum iniectas plagas minime sustinentes, de hoc saeculo transierunt: & nostrorum vero non exigua multitudo perempta est. Euntibus enim nobis ad mandra domini Simeonis pro causa Ecclesiae, insidiati sunt nobis in itinere praedicti coquinati: & superuenientes, occiderunt ex nobis trecentos quinquaginta viros: quosdam autem vulnerauerunt: alios vero, qui potuerunt ad colenda altaria confugere, ibidem peremerunt, & monasteria incenderunt, per noctem mittentes multitudinem inquietorum hominum redemptorumque omnem paupertatem Ecclesiasticam huiusmodi pestiferi homines consumentes.

SEVERI CARNIFICINA.

MONACHI OCCISA SEVERO.

E Ad singula autem delatae ad vestram beatitudinem instruent chartae a venerabilibus fratribus Ioanne & Sergio, quos miseramus Constantinopolim, sperantes vindictam de his fieri, quae commissa sunt. Sed eos nec verbo dignatus est Imperator, sed etiam cum grandi contumelia expulit, comminatus eis qui ista porrigerent. Vnde hinc est, nos vel sero cognoscere, quoniam tanta prauitas & audacia talium malorum aduersus Ecclesias facta, ipsius immisione composita est.

INTERPELLANT ROM. PONT. VT CAPVT ECCLESIAE.

Deprecamur ergo, beatissime Pater, supplicantes & rogantes, vt exurgatis cum seruore & zelo, & condoleatis iuste pro corpore laniato (nam caput estis omnium) & vt vindicetis fidem contemptam, canones conculcatos, Patres blasphematos, & talem Synodum anathemate

^a *Matt. 16.* themate imperitam. Vobis autem à Deo ^a data est potestas & auctoritas ligare & soluere. ^A
^b *Luc. 5.* Non ^b opus habent qui sunt sani medicis, sed malè habentes. Exurgite, Patres sancti, venientes ad liberandum nos: imitatores estote Domini nostri, qui de caelo super terram aduenit querere errantem ouem. Petram illum respicite Principem Apostolorum, cuius sedem ornatis; & Paulum, qui est vas electionis: qui circumeuntes, Orbem terrarum illuminauerunt. Nam magna vulnera maioribus indigent adiumentis. Mercenarij videntes lupos venientes aduersus oues, dimittunt eas dissipari ab illis. Vobis autem veris pastoribus & doctoribus, quibus cura pro salute ouium commissa est, occurrit ipse grex cognoscens suum pastorem, ab immitissimis bestiis liberatus, & vocem sequens pastoris, sicut Dominus ait: Oves meae vocem meam audiunt: ego cognosco eas, & sequuntur me.

^a *Ioan. 10.*

Non ergo despiciatis nos, sanctissime, qui à bestiis ferocibus quotidie vulneramur. Ad perfectam autem noticiam sancti Angeli vestri, anathematizamus in eadem nostra deprecatione virtutem habente libelli omnes proiectos & excommunicatos à vestra Apostolica sede: dicimus autem Nestorium, qui fuit Constantinopolitanus Episcopus, Eutychetem Dioscorum, & Petrum Alexandrinum, qui cognominatus est Balbus, & Petrum qui dicebatur Fullo, Antiochenum, & omnes qui vnam illorum haereticorum defendunt.

Subscriptiones.

Ego Alexander misericordia Dei presbyter & Archimandrita sancti Maronis deprecatus sum.

Simeon misericordia Dei presbyter & Archimandrita vt supra, &c.] subscripti sunt enim in eodem libello supplici & epistola Archimandritae omnes numero vigintiquinque, presbyteri verò & diaconi simul numero centum septuaginta, quorum singulorum nomina illic in fine singillatim conscripta habentur. Qui autem has tulerunt litteras Ioannes & Sergius à monachis Secundae Syriae missi, non nisi ad finem anni huius Romae peruenere, vel sequentis initio, vt redditae ad eos litterae ab Hormisda anno sequenti Idibus Februarij, satis demonstrant. Quid verò ad haec Papa rescripserit, suo loco dicemus.

At alia his plura addiderunt scelesti Seuerus & Petrus aduersus eosdem monachos Syriae, dum vixit impius Anastasius, hoc & sequenti anno nefanda omnia sibi licita existimantes. Reliqua autem quae ab eisdem sequenti sunt anno facinora perpetrata, suo loco dicentur ex libello monachorum Constantinopolim misso sub Iustino Imperatore, à quo sequentem annuum tomum auspicabimur.

^a *Psal. 79.*

His auditis, quomodo potuit non odisse Hormisda Pontifex aprum siluestrem deuastantem vineam Domini, ipsum inquam hominem peccati, Anastasium Imperatorem, à quo vires omnes suppeditabantur haereticis, aduersus quos laesum numen implorat? At quid tandem? Tacui semper (dicit dominus) silui, patiens fui: Vt parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul. Sicq; excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino. Exacuit vt fulgur gladium suum: primumque omnium idolum erectum in templo stantem abominationem in loco sancto disiecit, ipsum inquam Timotheum Constantinopolitanum intrusum Episcopum è medio sustulit: morte enim inopinata confestim sublatum est de medio, qui medium struxerat diuidentem parietem, impediensque ne Orthodoxis vnirentur haeretici, cum sex annos sedem illam tenuisset, immo cathedram pestilentiae occupasset: tot annorum numerum eidem tribuit quoque Nicephorus. Equidem sequenti anno sedisse Timothei successorem, epistolae vltro citroque datae significant. Qui autem in locum eius subrogatus est Ioannes Cappadox, populi conatu potius quam voluntate Anastasij Imperatoris electus creditur, Orthodoxae fidei cultor: cui tamen, quamdiu idem Anastasius superuixit, nec licuit respirare: eo autem paucos post mentes defuncto, quam strenue pro Catholica vnitae atque concordia laborarit, quae suo loco dicentur, palam facient. Iam verò quae sunt huius anni reliqua absoluamus.

^a *Isaie 42.*

^a *Psal. 77.*

^a *Deut. 32.*

^b *Nicephor. in Chron.*

HORMISDAE CVRATORIS ORBIS ECCLESIAE RVN.

Hormisda Papa summus Antistes licet immensis malis Orientalis Ecclesiae aded esset oppressus, vt totus penitus ab iisdem videri potuisset absorptus, nec vllus prope ipsi reliquus videretur esse locus ac tempus ad alia diuertendi: memor sese vniuerso Christiano orbi precesse pastorem, dum sic obtutus fugit ad Orientem, haud tamen praetermittit aspicere Occidentem, atque etià Boreales lustrare ouilis regiones. Vidimus enim hoc anno, decimo quinto Kalend. Martias ipsum scriptis litteris ad Alcimium Auirum Viennensem Episcopum, eidem suas delegasse vices ad recta dogmata & Ecclesiasticam disciplinam sartam tectam illibatamq; in Gallia conseruandam: id ipsum etiam hoc eodem anno impendit Hispaniarum Eccle-

^A Ecclesiis, cum legat vices suas Ioanni Episcopo Tarraconensi. In vltioris verò Hispaniae prouinciis nepe Baetica & Lusitaniae, Sallustio Hispanensi Episcopo nomine suo agere cuncta praecipit, ad quem etiam litteras dedit hoc ipso anno sub Consule Agapito; sub quo etiam datae litterae ad Ioannem Episcopum quarto Nonas Aprilis leguntur, Agapito V.C. Consule: sed irrepit error, vt loco V. C. scriptum fuerit II. quasi signetur secundus Consulatus Agapiti; cum tamen non nisi semel eo munere functum esse, certum sit.

^a *Extat. to. 1. Cde. vet. edit. in Hormisda.*

De vicaria autem potestate Ioanni concessa haec ibi leguntur: Quia per insinuationem dilectionis tuae huius nobis est via patefacta prouidentia, remuneramus sollicitudine tuam, & seruatis priuilegijs Metropolitanorum, vices vobis Apostolicae sedis eatenus delegamus, vt inspectis istis, siue ea quae ad canones pertinent, siue ea quae à nobis sunt nuper mandata seruentur; siue ea quae de Ecclesiastica causa tuae relationi contigerint, sub tua nobis insinuatione pandantur, &c.] Ad Sallustium verò Episcopum Hispanensem de prouinciarum Baetica & Lusitaniae vicaria potestate concessa haec habet: Suffragantibus igitur tibi tot

^b *Extat. to. 1. Conc. in Hormisda.*

meritis pie sollicitudinis & laboris, certe iam delectat iniungere quae ad nostri curam constat officij pertinere; vt prouinciis tanta longinquitate desinectis & nostram possis exhibere personam, & Patrum regulis adhibere custodiam. Vices itaque nostras per Baeticam, Lusitaniamque prouincias, saluis priuilegijs, quae Metropolitanis Episcopis decreuit antiquitas, praesenti tibi auctoritate committimus. & inferius de vsu impetratae potestatis, quomodo sint cuncta tractanda, verbis his admonet: Quoties vniuersalis poscit religionis causa, ad Concilium te cuncti fratres euocante conueniant: & si quos specialis negotij pullat contentio, iurgia inter eos oborta compece, discussa sacris legibus determinando certamina. Quicquid autem illis pro fide & veteribus constitutis vel prouida dispositione praecipies, vel personae nostrae auctoritate firmabis, totum ad scientiam nostram instructae relationis attentione proueniat, &c.] His subiiciuntur litterae de pace inita & vnitae conciliata cum Ecclesia Orientali, quae tamen anno sequenti, cum id fieri contigit, scriptae cognoscuntur.

Porro sicut duos praefecit Hormisda hoc anno Vicarios Hispaniarum Ecclesiarum, & ad eosdem singulas dedit litteras, ita ad Hispaniarum Episcopos eodem tempore distinctas duas dedisse reperitur epistolas, magna sollicitudine cauens ne quis in eos illaberetur Orientalis contagij. Monere enim eos omnes in primis voluit, vt caute agerent in recipiendis Graecis clericis ex Oriente venientibus: etenim Ioannes Episcopus, quid agere deberet de his, consuluerat ipsum Hormisdam, qui recipiendi eos formam praescribit.

HORMISDAE LITTERARUM AD EPISCOPOS HISPANIAE RVN.

Laudabilis quidem pristinus ille vsus, vt cum sciretur in aliquibus prouinciis commixtos esse inter Catholicos complures haereticos, si quis inde migraret in remotiores Christiani Orbis prouincias, non reciperetur absque Orthodoxae fidei professione, nec quidem generali, sed quae instantes haereses condemnaret. Sic igitur quantumlibet costaret hoc tempore in Oriente quamplurimos viuere Catholicos, quod tamen sciretur Eutychianos in iisdem inualuisse regionibus, iure postulatum ab Hispaniarum Episcopis fidei Catholicae tenacissimis, vt à Romano Pontifice forma libelli mitteretur, cui omnes Orientales in Hispanias accedentes subscribere deberent, qui vellent ad communionem admitti.

EXIGENDA FIDES AB HIS QUI ADMITTENDI ESSENT AD COMMUNIONEM.

Sed & illud obseruatione dignum, si quem piorum Occidentalium Christianorum è contra his temporibus proficisci contingeret in Orientem, solitum pro viatico sibi sumere verae fidei documenta, praemunireque se antidoto contra ictus serpentium, quos sciret frequentes in illis regionibus reperiri. Hinc quidem hoc eodem tempore, cum sub Anastasio fides Catholica in Oriente periclitaretur, S. Fulgentii suppeditatum est argumentum scribendi de fide ad Petrum Hierosolymam profecturum, vt ipse libri exordio praefatur his verbis: Epistolam, mi Petre, tuae charitatis accepi, in qua significasti, velle Hierosolymam pergere: & postulasti, te litteris nostris instrui, quae debeas in illis partibus verae fidei regulam tenere, vt nullus tibi possit sensus haereticae subreperere falsitatis, &c.] Porro malè creditum S. Augustini librum esse, quem constat, testificatione antiquorum omnium, esse Fulgentij.

^a *Apud S. Augustini in Ap. pend. ad 10. 3.*

Sed ad Hispanos Tarraconensis prouinciae Episcopos reuertamur, qui litteris excitati Hormisdae Pontificis hoc ipso anno, qui numeratur septimus Theodorici Italiae Regis in Hispania regnantis, sub eodem Agapiti Consulatu Gerundae Tarraconensis prouinciae ciuitatis Concilium celebrarunt, cui praefuit idem Ioannes Tarraconensis Episcopus, ad quem scripsit Hormisda: Non aliud hunc quidem ab illo fuisse Ioanne, qui anno superiori praefuit Tarraconensi Concilio, omnes aequè consentiunt, & ratio persuadet: siquidem omnes ferme qui numeratur Episcopi Concilij Gerundenis, iisdem anno superiori cum Ecclesiarum

GERUNDENSE CONCILIVM.

CHRISTI
517.HORMISDAE PAP.
4.ANASTASII IMP. 27.
THEODORICI REG. 25.

titulis, quarum erant Episcopi, subscripti habentur, & inter alios etiam Ioannes ponitur **A** Tarraconensis Antistes primo loco notatus. Extant concilij huius canones decem ad Ecclesiasticam disciplinam spectantes: quorum ille primo loco ponitur, ut in sacra celebratione Missarum mos ille seruetur, quem constaret ab Ecclesia Tarraconensi seruari. Sancitur itidem duplicium Litaniarum^a observatio, nempe Rogationum communium aliis quoque Ecclesiis, & aliarum quæ mense Nouembris triduo perdurarent, nempe à quinta feria vsque ad sabbati vesperam, Missa claudenda. Sunt & alia in eodem statuta Concilio, quæ tu consulas velim: nos verò ad alia transeamus.

^a Concil. Geru
dino. 2. 3.

Quartus hic numeratur annus Palæstinæ cladis, qua per quinquennium afflictata est post exilium viri sanctissimi Eliæ Hierosolymorum Episcopi: contigit enim primò prouinciam illam inter alia mala propè quinquennium siccitate laborare, diuturniore quidem quam illa fuerat sub Elia Propheta^b, cum annis tribus atque sex mensibus non pluit. At sicut per illam **B** eiusdem Eliæ sanctitas magnopere illustrata est diuinarum operatione virtutum, cum sceleratum Regem vicit, eiusque pseudoprophetas Deo rebelles dignè puniuit: ita & hac diuturniori siccitate tum iunioris Eliæ est sanctitas declarata, tum editione miraculorum S. Sabas effulsit, cum non semel sed iterum suis monachis pluuiam impetrauit. Ita planè Deus omnia ad suorum seruatorum gloriam, & veritatis Catholicæ elucidationem: conuertit terram fructiferam in saluginem à malitia inhabitantium in ea; & prohibuit cælo ne plueret, ut regio illa absque humore ferrea redderetur, occluso desuper cælo, redditoque planè aëneo super eam, vbi Christus verè assumptæ atque retentæ humanæ naturæ ediderat experimenta, vbi vigeret impietas negans veram permanentem Christi carnem diuinæ naturæ incon-
fusè & indiuisè, sed distinctè coniunctam.

^b 3. Reg. 17.
Luce. 4.

Res verò præclaræ à S. Saba in Palæstina tunc gestæ exactè narrantur à Cyrillo in Vita **C** eiusdem mirifici Sabæ, qui eas præsens vidit, posterisque quàm fidelissimè tradidit: quas hæc tibi eiusdem totidem verbis reddidit sumus: quibus admiretis Dei prouidentiam in tanto totius Ecclesiæ Orientalis naufragio, cum nò oblitus sit misereri, sed reliquerit misericordiarum suarum quedam impressa vestigia, vbi in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est, ut qui hæcenus errauerunt ab vtero & locuti sunt falsa, reuocari, si vellent, possent ad viam, & in ea ponere gressus suos, securique per certam sacrorum dogmatum veritatem peruenire ad vitam æternam. Age igitur ipsum hæc narrantem Cyrillum audiamus, qui ait:

^c Cyrill. in Vita
S. Sabæ, apud
Siv. die 5.
Decembr.

Sed eo reuertendum est, vnde digressi sumus; & iis quæ dicta sunt, addenda sunt quæ sequuntur. Appetente iam fine anni quarti, quo aquæ penuria & siccitas & alia mala his cognata Palæstinam inuascerant, accedunt ad Sabam monachi speluncæ, petentes ut illinc recederent: neque enim se posse amplius manere, neque resistere tantæ aquæ inopia. **D** Quocirca ille quidem partim adhortatus ut forti & excelsò animo ferrent quæ ingruerant, partim autem eos paternè admonens, persuasit ut rursus permanerent in Laura: Ad vos enim (inquit) veniet Dei misericordia, & ros citò ab eo descendet. Tertio deinceps die finem acceperunt quæ promissa fuerant. Repente enim erumpens vehemens pluuia, eis impleuit aquarum receptacula: & quod est maxime incredibile, illis solis delapsa est pluuia, qui cogitarunt à Laura recedere. In omnibus autem aliis, quæ circum circa erant, monasteriis, ne minima quidem gutta descendit.

Hinc factum est, ut monasteriorum, quæ erant circum circa, præfetti ad eum confluerent, descentes & lamentantes, & dicentes: Quid peccauimus, Pater, quod non ad nos quoque per tuas preces aqua cecidit, qui æquè laboramus siccitate, & valde desideramus benignitatem & refrigerationem? Ille autem paucis verbis eos liberavit à magna illa animi afflictione, sic dicens: Nunc quidem misit Deus benedictionem ad eos qui egent maxime: sed neque vos diu despiciet; neque vos aqua deficiet, donec dederit pluuiam super terram. Iam verò instabat Dominica dedicationis; & cum aquæ penuria diutius produceretur, omnis autem fons propemodum deficeret, & nec in se quidem parum seruaret aquæ vestigium, sed multi ideo miserè perirent: Ioannes Antistes Hierosolymitanus valde suspectam habens multitudinem (solet enim, cum laborauerit inopia alicuius rei necessaria, seditionem protinus agitare, & aliorum facultatibus parare insidias) omnes partes obibat, loca locis mutans, & puteos fodiens, humidiora loca proscindens, & fossas perscrutans, & à nullo abstinens, quod ei occurreret: sed hoc nihil proficiebat. Omni itaque spe abiecta, se debat de cetero mæstus, & apud se desens communem vrbis calamitatem.

Cum is ergo ita esset affectus, & communem casum, suum luctum esse duceret: quidam **E**
ex

CHRISTI
517. 518.HORMISDAE PAP.
4. 5.ANASTASII IMP. 27. 28.
THEODORICI REG. 25. 26.

A ex eius amicis, Summus nomine, volens esse particeps sollicitudinis, & quoad eius fieri posset, illius consolari agritudinem: quoniam aliunde inuenire non poterat mali solutionem, accedit ad eum, narrans de pluuiâ quæ eruperat, & de diuinis illis signis, quæ facta fuerant Sabæ precibus: & consulit, ut eum ad se accersat, & vehementer roget ut hæc eis alleuet calamitatem, & cessare faciat plagam, quæ tam grauitè infligitur. Ille autem persuasus, cum eum accersisset, & ad eius pedes procidisset; omnes adhibuit preces, ut sanctas manus ad Deum tolleret, quas ipse solet respicere, & eius misericordiæ viscera in mentem reuocaret, & efficeret, ut qui est bonus, eos benignè aspiceret, & eis reconciliaretur, & solueret calamitatem siccitatis, quæ eos opprimebat.

Cum is autem differret, & rem suas vires superare diceret, Episcopus non cessat obsecrare, & genua pressare, & nullum prætermittere modum supplicationis: Quid enim ad deprensum & deiciendum animum est calamitate vehementius, & maxime ea quæ tam multos tam diu affligebat? Nesciens deinceps quid ageret mitissimus Sabas, se includit in domuncula, iubens illos quoque simul preces funderè. Deinde ille quidè intensè vacabat orationi, & pro eis fundebat preces. Tertius iam dies præterierat, & circa primam noctis vigiliam repente conuertuntur nubes, & ex serenitate mutato aëre in profundam caliginem, vehemens erumpens pluuia replet quidem aqua fontes, torrentibus autè sua reddit fluentia, & vniuersam simul ciuitatem ad vno animo & vno ore gratias Deo agendum excitat.] Et hæc quidem sic hoc (ut diximus) anno quarto immisæ caliditatis siccitatis. Ceterum eundem auctorem superius narrasse meminimus ipsam penuriam in sequentem vsque annum perdurasse, nempe ad annum quintum propagatam: nam non antè terra imbre infusa arari, & susceptum semen multiplicato sænore reddere valuit: ut planè contigerit anno sequenti simul cum morte impij Anastasij omnia immisæ mala consumi; & fugata vnà cum fide Catholica cuncta bona, vnà cum sancta religione integrè restaurari. Ad res igitur anni sequentis, quo diutius conticescens diuina iustitia in impios clamans erupit, iam transeamus.

IESV CHRISTI HORMISDAE PAP. ANASTASII IMP. 28.
ANNVS 518. ANNVS THEODORICI REG. 26.

Quingentesimus duodeuigesimus Domini annus, Magni atque Florentij Consilati, magnus planè, ac florentissimus, memorabilisque illuxit Ecclesiæ: quo quæ sita diu frustra, incassum vocata frequentius pax exul, tandè redijt postliminio, fugata penitus pugnae **D** discordia, & peruicaci remoto schismate, atque hæresi pertinaci cōpressa, cum Oriens simul cum Occidente in vnam eamdemque fidem Catholicæ communionis glutino compaginatur, & qui erant longè, facti sunt prope in sanguine Christi: Ipse enim (secundum Apostolum^a) pax nostra, fecit vtraque vnum medium parietem maceræ soluens, inimicitias euacuans, ut duos condat in femetipso in vnum. Quomodo autem tam grandia hoc anno Ecclesia à Deo consecuta sit dona, dicemus ordine temporis.

Cum (ut dictum est anno superiori) legatio à monachis Syriæ de prauis nefandisque factis hæreticorum Romam perlata esset, ac terram horrendamque tragœdiam Archimandritarum viginti quinque consignatam litteris & lacrymis irrigatam legati auribus piorum ingessissent, magnum mœrorem Orthodoxis omnibus incusserunt, magis autem omnium Patri de totius populi salute sollicito, Hormisdæ inquam, qui & instar capitis membris exulceratis compatiens, vulneribus quæ valuit fomenta consolationis adhibuit, & salubris ligacula admonitionis admouit, scribens litteras, quas postea Quinta Synodus œcumenica venerata, suo optauit recitari conspectui. Reddemus nos eas, quas triplicis editionis nobis seruauit antiquitas, quarum duæ Latinæ conscriptæ extant, tertia itidem Latina, sed ex Græco translata: quæ licet sint mendis non nihil corrosæ, magis tamen integras sensibus atque sententijs, si non verbis verè germanas ex Græco Latinitati pristinæ redditas Synodalia Acta conseruant: ex quibus eas hæc describemus, ut quod desiderari videtur in alijs, ex alijs suppleatur. Est autem huiusmodi præfixa eisdem inscriptio:

Hormisdæ Episcopus presbyteris, diaconibus, Archimandritis Secundæ Syriæ existentibus, & reliquis Orthodoxis in quocumque Orientali climate degentibus, & in Apostolicæ sedis communionem permanentibus.] ita titulus. Sed cur, inquit, cum solum acceperit (ut dictum est) à Syriæ Secundæ monachis litteras, non ad eos dumtaxat reddat eas, sed

Anna. Eccl. Tom. 6.

M m m 3 omnibus

omnibus Orientalibus Orthodoxis scribat? Quod scilicet et si ab eis tantum de patris ab A haereticis in Catholicos malis litteras idem Pontifex accepisset; sciret tamen certis nuncijs & in reliquis Orientis prouincijs Orthodoxos his similia ab haereticis esse perpeffos. Ut igitur quos vna eademque persecutio afflixisset, eadem consolatio deliniret, non ad Syriae tantum monachos, sed ad omnes Catholicos Orientales eam dedit epistolam, quam publicam patentemque vbique locorum esse voluit ad consolationem piorum, perditorum vero haereticorum indelebilem ignominiam. Ipsa autem epistola sic se habet ex Actis

Quinta Synodi. Act. 1. Hormisd. epist. 21.

Quintae Synodi hinc accuratè descripta. Lectis litteris vestrae dilectionis, per quas inimicorum Dei insipientia demonstrata est, & infidelium furia tristis manifesta facta fuit, qui quoniam spiritu malo viuentes, oderunt Dominum membra illius impiè persequuntur, quantum à nostra certitudine est cognoscere: Benedixi Dominum, qui fidem militum suorum in medio hostium seruauit. Sed rursus Ecclesiarum commotionem, & seruorum Dei molestias & labores considerans, gemens, secundum Prophetam clamaui: Surge Domine, iudica causam tuam: memor esto opprobriorum tuorum, eorum quae ab insipiente sunt tota die: & cetera quae sequuntur: Ne obliuiscaris voces querentium te: Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper ad te. Etenim sicut oportet nos firmitatem fidei seruare, ita non conuenit de iustitia diuini iudicij diffidere.] has ad Dominum preces pro Ecclesia fundebat summus Antistes vniuersalis Ecclesiae: & quidem obtinere meruit quod petijt: vt iuste dicere cum eodem Propheta debuerit: Exaudiuit me in latitudine Dominus.] Sed pergit ipse:

Psal. 73.

Psal. 117.

ditatur

Non est hic, fratres, labor Ecclesiae nouus: tamen dum in ipso humiliatur, erigitur, & per illa quibus atteri creditur, damna vitantur. Ex vsu est Fidelibus Dei, vt per mortem corporum vitam lucentur animarum. Amittuntur quidem fluencia, sed acquiruntur aeterna: & dum persecutio viam facit probationi, probatio causam facit meriti. Stulti & in caecitate furentes ignorant, quod quos à conuersatione hominum separare se posse putant, eos ad regnum Dei ducunt. Hinc in ipsis periculis gaudia, & ambitus est passionum. Spectat enim agones suorum, qui magnorum retributor est munerum. Nam quis non frangeretur malis, nisi eum ex aduersis praemia consolarentur? Spes illa est, quae non sinit in desperationem deficere: siquidem excludit amaritudinem passionum dulci sapore virtutum. Quis enim magni faciat praesentia, sciens aestimare ventura? Quis dispendia vitae renuat, si quae sunt recipienda considerat?

Matth. 7.

Matth. 10.

2. Mach. 7.

per morte

Persistite, carissimi mihi, & inconcussam fidem animi virtute seruantes, perseverantiae laudem, in qua est salus & bonorum omnium palma, praesumite. Magna quidem sunt, ad quae vocamur indigni. Non retardet infirmitas: quoniam qui vocat, retributor fidelis & fortis adiutor est. Non decipiamur spe desideriorum, neque voluptatum, neque facilia proponamus. Non deliciosa est nobis Dominus noster, non blanda pollicitus: praemia promisit ille non otia. Non conueniunt laus & pigritia. Qui locus erit remunerationi, si nulla est causa virtutis? Angusta porta, sed regna diffusa; paucis aditus, sed probatis. Nonne haec sunt ad eos prima verba, quos docuit: Persequentur & in synagogis suis flagellabunt vos? Per patientiam (sicut scriptum est) possideamus animas nostras. Et ne quando doleamus ipsis per impatientiam amissis; primus Dominus noster, & patientiae ipsius magister crucem ascendit, suos informaturus exemplo, quos erat adiuturus auxilio.

Ipsè intervirtutes & labores tenet lancem stans contra venena furentum, & secundum persecutionis iras ille aeterni Imperij dat coronas. Reuoluite qualis Machabaeorum exitus, quae luctatio tolerantibus, qua vetus historia laude eos profecuta est, quali Iudas & illa fratrum caterua mortis honore praedicatur, & quanto honore sit populus in monte consumptus; & haec pro custodia legis & virtutis, quae species & umbra futurorum sunt: Nos in Patribus vidimus, palpauimus, & probauimus quae sequamur. Quid non deferendum est rei? Quid negandum est veritati? Quid non debitum Redemptori? Libenter communicauimus dogmata ista vobiscum. Dicit enim sapientissimus Salomon: Beatus qui praedicat verbum in aurem obedientis. Gaudium siquidem est, volentes alloqui, eos qui non reluctantur, hortari.

quidam

Tenemus enim obsidem fidei vestrae sub litterarum professione constantia, qua à transgressorum contagione diuisi, ad Apostolicae sedis dogmata & mandata recurritis, et si quidem tardi viam veritatis ingressi: Sed benedictus Deus, qui non in finem obliuiscitur; qui corripit, vt sanet, nec diutius patitur oues gregis sui insidiatorum luporum rapacitate dispergi:

A dispergi: qui etiam per moderatam seueritatem non negligit suorum tutelam, neque salutem. Sed quid mirum, si oues relicto illo vno & vero pastore dispersas callidus ille cruentus & rapax turbauit insidijs? Qui tutelam suam deserunt, ipsi se periculis, quibus laniantur, exponunt. Ergo nunc saltem solidis passibus in viam Patrum, ad quam recurritis, insistite. Potens erit misericordia Dei, aliorum quoque correctionem mercedi vestrae, si à vobis ad rectum deducantur, adscribere. Sed in totum vos e cenno, quo immeriti haereticit tenentur, auellite, & excutientes immunditiam pulueris inhaerentis, generaliter vniuersos ab Apostolicis dogmatibus declinantes religiosa detestatione damnate. Nulla tenebris cum luce communitio: nec qui per recta itinera gradiuntur, vestigia sua cum deuiantium errore coniungunt.

Tenendum est fidei vinculum, & vitandum de perfidiae societate contagium: quia secundum Apostolum: Quemadmodum qui se coniungit Domino, vni spiritus fit cum eo: ita qui adhaeret haereticis, vnum corpus efficitur. Amant virtutes collegia sua; & adhaerentes sibi secum impietas in profunda demergit. In conspectu, in oculis, in ore, in ipsis manibus sint Patrum dogmata, quae custodienda mandamus: quotidie nos ad conseruationem sui Concilia veneranda constringant. Longum est singillatim vniuersa retexere. Chalcedonensem Synodum, in qua omnium religio continetur, sed & venerandi Leonis Papae prolata de ipsius Apostolorum praecordiis instituta & noscere vos conuenit & tueri. In his vexillum fidei, in his propugnaculum veritatis, in quo Christus cognoscitur; in his redemptionis nostrae spes & causa seruatur. Hoc est illud, quod ab Apostolo positum legimus fundamentum, in quo se ipsum decipit, qui lignum & foenum & stipulas consumendas ignibus superaedificare tentauerit. His interfecta sunt Eutychetis & Nestorij venena consilij: qui aduersus Dominicae incarnationis salubre mysterium, dum contraria inter se disputatione nituntur, sub quadam sacrilegi aequalitate consentiunt, sententijs dispares, & impietate concordēs. Quorum alter nolens beatissimam Mariam esse Dei genitricem, in Domino nostro quae sunt vana discidit: alter dum conuenientium naturarum propria & certa confundit, mysterium nostrae redemptionis extinguit: alter Photini sectam, alter Manetis insaniam impia cognatione contingens.

Aduersus hos, dilectissimi fratres, prouisa remedia illa animi virtute defendite, qua in ipsorum euerionem videris haereticos impietate pugnare. Non sit pigra veritati assertio. Quo studio oportet salutem diligi, cum videatis perditionem mortitoram sic amari? Pudeat segniter assensu veritatis leges, cum tam pertinaciter defendantur errores. Et auctores quidem malarum inuentionum, quae praediximus Synodica constituta iustis condemnationibus insequuntur: Sed vos etiam sequaces eorum vt declinetis pariter ad monemus, quos Apostolica sedes deprehendit pares auctoribus suis, & coniunxit addictis Dioscorum & Timotheum paricidam, Petrum Alexandrinum, Acacium Constantinopolitanum cum sequacibus suis, & Antiochenum quoque Petrum praedicto similem sicut errore, sic nomine, sed & Seuerum eiusdem loci nihilominus & veneni, Xenaiam item Hierapolitem, Cyrum Helladensem, Petrum Apameae, non iam sic ambiguum offerentis honorem debitum pro sola damnatione damnandos: qui cum se opinionum suarum sordibus indefinenter inuoluunt, alios quoque docendo quae male assecuti sunt, polluerunt.

Generalis mandati salubritate vos moneo: quicquid aduersus regulas Patrum de quibuslibet commentarijs profertur, abiicite: Nullus vos incongruentibus praecipis, aut nouis moueat institutis. Sic enim qui mundani sunt, ecclesias tenere non possunt; quia eis magis conuenit discere, quam docere: Nefas est enim altaribus pijs peregrina inferre libamina: quia certos religiosi disciplinis terminos Deus noster inter ipsa quoque cultus sui praescripsit initia, inter Leuitas & populum suum diuisit officia. Alia est potestas hominum, alia ministeria sacerdotum. Incitauit potius Dominum, quam placuit, qui externum ignem diuinis adytis sacrorum temerator inuexit. Quis est qui sibi in alienis institutis iubendi auctoritatem possit assumere, cum non sit ambiguum offerentis honorem debitum pro sola officij praesumptione puritatem? In Regia Ozias cum reuerentia & administratione permansisset, si monitus tantae distractionis exemplo ac religionis institutis, sinendo potius quam assumendo meliora tentasset: sed dum nec prohibentibus cultoribus templi pertinax temerator assistit, inter ipsa lepra abominatione percussus altaria, & officia regni perdidit, dum ministeria sacerdotis inuadit.

Sciunt ergo non esse accepta Deo quae de mandatis eius à praesumptoribus assumuntur, quando

2. Cor. 6.

2. Concilij

ADVERSUS ANASTASII IMP. SACRA TRANSCRIPTANTEM.

2. Paralip.

*Scientia Gal. 1.

quando vnum ad ostensionem diuinæ sententiæ... A

PERSECUTIO IN AVLICIS ORTHODOXIS.

Quæ verò hæc secuta sint, nihil præterea notum, nisi quod dictum est de his quæ ad monachos spectant, persecutionem acerbius recruidisse: nihil enim, dum Anastasius vixit, de persecutione remissum esse; sed magis magisque crudelioribus facinoribus aucta esse, certum est: vsque adeo, vt ipsam etiam regiam aulam peruaserit: prætextu enim nouæ alicuius machinationis in Principem Anastasius Imperator in eos quos sciret esse Catholicæ fidei viros clarissimos gladii persecutionis exeruit, quorum capita obruncari iussit: cumque iam in Iustinum & Iustinianum viros clarissimos, domi forisque; egregia morum probitate conspicuos esset crudeliter gladium vibraturus; ne id perficeret, diuinitus immisso terrore cohibitus est. Quomodo autem id acciderit, audi Græcos historicos Zonaram atque Cedrenum rem gestam fideliter enarrantes: Zonaras enim sic ait: Anastasius verò paulo ante obitum, nunciatis sibi insidijs, multos comprehenderat, atque inter alios Iustinum & Iustinianum, qui post rerum potiti sunt, atque in animo habebat eos occidere: sed deterritus est somno, cum ei vir terribilis adstutisse visus esset, ac dicere: Iustino ac Iustiniano ne quid mali feceris: nam verque suo tempore Deo seruiet. hæc Zonaras; eademque Cedrenus; addens reliquos ea de causa captos, ab eodem Imperatore esse iustos interfici; Iustino & Iustiniano, gladio superiorum ceruices imminente, præter spem omnem ereptis. Sicque non reliquit Dominus (secundum illud Dauidicum) virgam peccatorum super sortem iustorum.

Zonar. An. mal. par. 3. IUSTINVS ET IUSTINIANVS DARDANIA TERRÆ MOTV DITRE EXAGITATA.

*Psal. 100.

Euagr. lib. 3. c. 21. DARDANIA TERRÆ MOTV DITRE EXAGITATA.

Verum paulo ante eiusdem Anastasij obitum, commotum in eum fuisse populum, Euagrius ex Zacharia rhetore Eurychiano narrat his verbis: Sic creuit flamma seditionis vastantis omnia & omnes vires perfringentis, vt Imperator necessitate ad commiserationem compulsus, corona deposita, ad Circum veniret, mitteretque præcones ad populum proclamatos, ipsum se ad Imperium abdicandum paratissimum, ac fieri non posse, vt omnes in eo dignitatis gradu locarentur, cum minimè multos ad se admittat, sed vnum omnino, qui quidem post se esset Imperium gubernaturus. Quæ cum populus vidisset, subito velut nutu quodam diuino captus (ita loquitur Eurychianus) mutauit sententiam: rogat Anastasium, vt coronam sibi imponat: polliceturque se ea lege acquieturum. Anastasius autem post hæc ad breuissimum temporis spatium vitam protrahens cum viginti septem annos, menses tres, & dies totidem Romanum tenuisset Imperium, ex hac luce migravit. hæc Euagrius ex Eurychiano (vt est sæpe dictum) historico, de ignominioso eiusdem Imperatoris interitu nec verbum quidem faciente. At quæ proximè præcesserint Anastasij vltimum horrendumque casum, iam dicamus.

Cum igitur adeo increbrescerent illata ab hæreticis in Ecclesiam damna, terra ipsa peccatorum pondere aggrauata nutare cœpit, mobilisque facta diuinæ iræ ingentia signa prodidit, quæ à Marcellino ita in Chronico describuntur: In prouincia Dardania assiduo terræ motu viginti quatuor castella vno momento collapsa sunt: quorum duo suis cum habitatoribus demersa, quatuor, dimidia ædificiorum suorum hominumque amissa parte, vndecim, tertia domorum totidemque populi clade deiecta, septem, quarta tectorum suorum, eademque plebis parte depressa, vicinarum metu ruinarum despecta sunt. Scopus namque metropolis, licet sine ciuium suorum olim hostes fugientium clade, funditus ruit. Plurimi totius prouinciæ montes hoc terræ motu scissi sunt, saxaque, suis euulsa compagibus, deuolutarumque arborum crepido per triginta passuum longitudinem patens & in duodecim pedum latitudi-

A latitudinem dehiscens, profundam patefecit voraginem ciuibus, castellorum saxorumque ruinas vel adhuc hostium incursionibus fugientibus iussa parauit. Vno in castello regionis Canisæ, quod Sarnonto dicitur, ruptis tunc terræ venis, & ad instar torridæ fornacis exstans diutius, altrinfecus feruentem imbrem euomuit. hæc (vt ait) ante obitum Anastasij, Talia planè pati in primis Dardani meruerunt, qui toties à Gelasio Papa & Hormisda moniti, in comunione tamen Apostolicæ sedis contineri minimè valuerunt: Fit diuino iudicio instabilibus terra mobilis, meritoque deorsum dehiscit iis qui supra firmam tutamque petram consistere nescierunt. Qui enim posthabuerit Dei timorem formidini Regis, coacti sunt inuiti tremore concuti atque horrore percelli, in exemplum iusti iudicij magni Dei, iis qui impiè acturi sunt, positi. Sed quomodo ita correcti post obitum Anastasij Imperatoris obuiis manibus iisdem Catholicam comunione receperunt, suo loco dicturi sumus.

*Hoc corripit.

*2. Petr. 2.

B Præcessit in super obitum Anastasij, quod eum vehemèter afflixit, in somnium, quod Zonaras mox subiicit enarratæ pridem historiz, cum ait: illis igitur Iustino & Iustiniano crimine læsa maiestatis absolutis, denuo aliud vidisse somnium memoratur: Virum terribilem, qui librum manu gestans diceret: Ecce ob peruersitatem fidei tuæ annos quatuordecim vitæ tuæ deleo. hæc Zonaras. Sed & quod secundum sermonem propheticum: Nox nocti indicat scientiam] audi quid Cedrenus his addat: Somno solutus Anastasius, in somnium id Amantio Præposito ad se euocato exposuit. Atque is: Ego etiam, inquit, imaginatus sum ad stare me maiestati tuæ; venisseque magnum porcum, qui me, veste accepta, in terram prostrauerit, atque deuorauerit. Deinde Proclus coniector aduenit, pronunciauitque; vtrumque paulo post vita defuncturum. hæc eadem ex Theophane in Miscella, & alij Græcorum recentiores. Tunc planè sicuti Balthasar ad visionem scribentium digitorum facies commutata est, & cogitationes eius conturbauerunt eum, & compages renum eius præ metu soluebantur, & gentia eius ad se inuicem collidebantur; ita Anastasius ad eiusmodi visum expauit, expalluit, horruit, & obrigit.

DE SOMNIO ANASTASII.

*Psal. 18.

*Dan. 5.

C Sed quod ad Proclum hunc coniectorem spectat, de eodem hæc superius Zonaras: Is enim tum & in philosophia & in mechanicis florebat, neque Archimedis dumtaxat celeberrimi artificis cogitorat omnia, sed & ipse noua quædam adinuenerat: ab eo facta est machina, qua classis Vitaliani debellata est. Nam specula ex ære fabricasse ystoria Proclus fertur, eaque de nauo è regione hostilium nauium suspendisse, in quæ cum radij solares impigissent, ignem inde instar fulminis erumpentem, classarios ipsaque naues hostium combussisse, quod Archimedes excogitasse Romanis Syracusas obsidentibus, Dion refert. hæc Zonaras de Proclo: de quo ista Suidas: Proclus Lycius discipulus Syriani, auditor etiam Plutarchi philosophi, Nestorij filij, Platonicius & ipse philosophus, philosophicæ scholæ Athenis præfuit: discipulus & successor eius dicitur Marinus Neapolitanus. Anastasius enim studuit Athenarum reuocare Academiæ, & inferius, cum eius scripta recenseret: Scripsit (inquit) argumenta contra Christianos decem & octo. Hic est ille Proclus, qui alter à Porphyrio impuram & contumeliosam contra Christianos linguam exacuit: Sed Ioannes philosophus præclarissimè eius propositiones refutauit: cumque in Græcis etiam, quibus efferebatur, rudem atque indoctum ostendit, &c.] hæc Suidas: vt ex his intelligas, qualis esset Anastasius Imperator, qui inter intimos ac necessarios haberet Christianæ religionis hostem infensissimum. Sed ne nomine decipiaris, subdit idem auctor: Vixit hoc item tempore Proclus longè ab isto diuersus, Iustini Imperatoris Quæstor, & abstinentissimus, veterum decretorum tenacissimus.]

PROCLUS PHILOSOPHVS ANASTASIO IMP. AMICVS.

D Porro Procli illius Philosophi celeberrimi & excellentissimi mathematici creditur illud insanum fuisse opus, quod sibi ad mortem euitandam Anastasius fabricauit, de quo Zonaras: Et quia fatale sibi esse ex oraculo didicerat vt fulmine interiret, Tholotum ædificium construxit, in eoque degit, sed frustra. Siquidem incassum humana laborat industria diuinum iudicium fallere. nam in impios scriptum est: Ibunt directè emissiones fulgurum, & tamquam à bene armato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient. sicut & prædictum: Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani. Etenim impius Anastasius exaltatus & eleuatus tamquam cedrus Libani, fulmine tactus, exurit, nec inuentus est amplius locus eius. De celo namque (verè dicere licet) dimicatum est contra eum.

*Sapient. 5.

*Ps. 111. 28.

*Psal. 36.

*Iud. 5.

E Sed quomodo istud: audi eundem auctorem: Cum aliquando tonitrua horrendum in modum resonarent, & fulgura multa eliderentur, atque ipse perterritus è coenaculo in coenaculum descenderet, & alios atque alios thalamos subiret: in quodam regio cubiculo mortuus

DE OBITU ANASTASII IMP.

mortuus inuentus est.] Cedrenus autem hæc addit: Anastasius cum oraculo edoctus esset, A igne sibi pereundem fore, cisternam in Palatio, quæ Frigida dicitur, multis meatibus aperuit, quorum cuique cadus appositus esset, conatus hoc pacto oraculum irritum reddere. Verum id abs re fuit. Fulmine enim diuinitus est ictus.] Ecce iste (sic dicam cum diuinitus inspirato Propheta) ecce inquam, qui conturbauit terram, qui concussit regna, qui posuit Orbem desertum, vrbes eius destruxit, vinculis eius non aperuit carcerem] idem qui Orientem penitus propè exiit fide Catholica, quiq; viros sanctissimos exilio relegauit, & gladiis armavit hæreticos in Orthodoxos, sub cuius Imperio vites accepit peccatum, factus ipse (vt ait diuinum oraculum^b) sicut qui contradicit sacerdoti, obnitens contra Romanum Pontificem, ad quem proteruè nimis scripsit: Non patiar mihi iuberi.] De quo illud propheticum occinendum^c: Detrasta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum.] id infelix expertus, simulac Romani Pontificis penitus aduersatus est voluntati, & contempsit auctoritatem. Hic finis hominis pugnantis contra Deum Anastasij Imperatoris & contemptoris Orthodoxorum Romanorum Antistitum Felicis, Gelasij, Anastasij, Symmachi, & Hormisdæ ipsum paternè sæpe monentium. At eosdem ipsos quos contempsit monitores & correctores, post mortem apud Deum accusatores & ultores expertus est.

^aIsaia 14.

^bOse. 4.

^cIsaia 14.

YAMPVS IMPERII ANASTASII. ^aEnag. lib. 3. cap. ult. ^bNim. Aur. apud D. L. a. hii Postquam.

Mortuus est igitur, cum regnasset (vt auctor est Marcellinus in Chronico) annos vigintiseptem, menses tres, & dies vigintinouem, vel (vt alij^d affirmant) post annos vigintiseptem, menses tres, & dies vigintitres. Fuit dies percussiois eius nona Iulij: sepultusq; est iuxta Ariadnæ coniugis corpus ad templum Apostolorum. Cuius hinc tibi vnicum quod potuimus reperire numisma formis reddendum putauimus^e.



Sed deformiorem, quàm ars expressit, fuisse constat, & planè dissimilem ab ea forma, quæ à Cedreno ita describitur: Fuit procerissimo corpore, oculis trucibus, & mediocriter cæsiis, caluaster ac canus.

^ePsal. 51.

^fIud. 5.

^gHebr. 9.

^h1. Tim. 5.

IVDICIVM DE ANASTASIO DIVINITVS IN DICIVM. ⁱSapian. 5.

^kApud Syr. 10. 6. die 5. Decemb.

Qui igitur vixit perduellis Catholicæ veritatis, mortuus factus est ostentui vniuerso Orbi, de eo piis illud Psalmographi occinentibus^f: Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua.] aliis illud Deboræ repetentibus^g: Sic pereant omnes inimici tui Domine: qui autem diligunt te, sicut Sol in ortu suo splendet, ita rutilent.] huiuscemodi planè sepeliri impius meruit funeralibus canticis.

Sed quid post hæc? Quemadmodum (vt ait Apostolus^h) statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium] ita in hoc voluit Deus fieri manifestum, vt secundum illud eiusdem Apostoliⁱ: Quorundam peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, quosdam autem & subsequuntur] aduersus eum coram Deo accusatores assisterent, qui impietatis redarguerent impium, iuxta illud propheticum^k: Tunc stabunt iusti magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum] & que sequuntur. At quomodo id palàm fieri datum sit, audi rem miram, attestazione fidelissima consignatam sui temporis res gestas accuratè describentis Cyrilli, de quo sæpe superius contigit fieri mentionem: ipse enim dum sancti Sabæ Acta profectur, de eius profectioe ad inuisendum sanctum Eliam Hierosolymorum Episcopum confessorem, fidei causa exulem, eiusmodi texit historiam^l:

Hinc magnus ille Sabas à superna motus providentia, venit ad visitandum Eliam Patriarcham annos iam natus octoginta. Erat autem (vt iam diximus) Elias in exilio. Secum

verò

A verò duxit Stephanum & Euthalium, qui ipsi quoque præerant aliquibus monachis. Cum ergo vnà cum eis Sabam vidisset Patriarcha qui erat in exilio, & gaudio fuit repletus, & omnium præsentium malorum quodammodo est oblitus. Eiusmodi res est anima, quæ luctatur cum calamitatibus, & condemnata est alienam domum habitare pro sua: si solummodo notos aspexerit oculis, hoc minuit molestias, & affert magnum solatium calamitatis. Cum illos ergo adeò libenter vidisset Patriarcha, tum multos dies apud se ipsos retinuit, neque eos volebat omnino dimittere: sed quotidie circa horam nonam iam è domo procedens (toto enim illo tempore in grato permanebat silentio) sermone & alimento eos impertiebat, amicè & sincerè cum eis vitam agens.

Cum vno itaque die illi venissent vt consueuerant (is autem erat nonus Iulij) cunctabatur egredi Patriarcha. At illi quidem expectabant, cibum minimè tangentes. Patriarcha verò media iam nocte egressus, lacrymosos habens oculos: Vos (inquit) cibum sumite: non est enim mihi otium. Illis autem diligenter sciscitantibus, quidnam ei accidisset, quod tam tardè esset egressus, & cur tristis esset, & essent oculi eius suffusi lacrymis? Ille acerbè eiulans: O beate Pater, inquit ad Sabam intuens: Heu (inquit) hæc hora mortuus est Imperator Anastasius: & oportet me quoque omnino decimo die post eum excedere, vt causam nostram agamus ante horrendum tribunal.] sicque ea defunctus est die, perductusque ad iudicium Anastasij accusator. Subdit verò Cyrillus: Hoc ipsum quoque apertum fuit beato Sabæ: & in illa nocte, qua visione dignatus est Patriarcha, dicitur ipsum quoque vidisse fulmina, quæ desuper immittebantur in Imperatorem, & cum veluti persequerentur, vt interimerent, eum autem fugientem in regia penetralia, turpiter effudisse animam. Sed mors quidem Imperatoris, vt quæ apparuerant visiones significabát, statim audita fuit. Deinde quoque è vita excessit Elias Patriarcha, sicut ab ipso prædictum fuerat.] hæcenus de his Cyrillus.

Sic planè magno Diuinitatis consilio, tanta res tot tantisque testibus meruit toto Orbi in exemplum apostatarum perspicua reddi, firmiterque testata: etenim non Elias tantum confessor & admirandus Sabas, sed quod in ore duorum vel trium stat omne verbum, S. Flavianus etiam Antiochenus Episcopus & ipse exul à sede pulsus ab eodem Anastasio Imperatore (vt superius dictum est) iussus est assistere terribili Dei iudicio aduersus eundem impium Anastasium vnà simul cum eodem Elia Hierosolymorum Antistite: hæc enim apud Sophronium de eo leguntur^a: Dicebat abbas Polychronius de sancto Elia Hierosolymorum Archiepiscopo, quod sicut cum esset monachus vinum non bibebat, ita nec Patriarcha quidem factus bibit, sed eandem seruauit regulam. Dicebant de eodem Archiepiscopo Elia & Flauiano Antiochiæ Archiepiscopo, quod ab Anastasio Imperatore ambo fuerint exilio relegati propter sanctam Chalecedonensem Synodum, Elias quidem in Haila, Flavianus verò apud Petram. Die verò quadam significauerunt sibi ambo Patriarchæ mutuo dicentes: Anastasius hodie mortuus est: Eamus igitur & nos, vt cum illo iudicemur. Et post duos dies ambo migrauerunt ad Dominum] duos nimirum dies à scriptis litteris, non autem ab obitu Anastasij numerandos.

Porro quos vna fides Catholica commendauit, eiusque confessio perseverans gloriosos confessores effecit, & par exilij poena sine sanguine martyres reddidit, eosdem loco triumpho Romana Ecclesia anniuersaria memoria celebrat, non tamen die qua obierunt, sed tum fortasse cum eorumdem sacrarum reliquiarum translatio facta est, vel in ipsorum honorem contigit ecclesiam dedicari, quarto Nonas Iulij, quo diè in Romano Martyrologio eorumdem memoria legitur consecrata; vbi notis appositis, quæ aduersus sanctissimos viros fuerint ab hæreticis calumniosè conficta refellimus. Sic igitur in eodem iudicio, in quo diuina sententia infelix est percussus hæreticus, coronati sunt athletæ fortissimi, erigentes de perfidia cum perfido Rege debellato digna trophæa: quorum nomina è sacris tabulis antea ab hæreticis abtasa, fuerunt (vt suo loco dicemus) postea magna gloria restituta.

Contra verò Anastasij Imperatoris, sicut & Zenonis nomen è sacris Diptychis fuit post paucos menses (vt sequenti tomo patebit) abrasum est, secundum illud propheticum^b: Deleantur de libro viuientium, & cum iustis non scribantur.] & illud^c: Pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius: non vidit Solem, neque cognouit distantiam boni & mali.] Ita planè nec nomine tenus, vel post mortem ab Ecclesia Catholica Christi sponsa cognoscitur, qui impius sectatus hæreses, aduersariorum spirituum se parti coniunxit. Nulla enim^d est communicatio lucis ad tenebras, aut conuentio Christi ad Belial, aut pars infidelis cum fidei, vel consensus idoli cum templo Dei. Hinc iure & illæ populi Orthodoxi celebræ

ELIAS EPI- SCOPVS HIE- ROSOLYMI- TANVS VI- SITATVR A S. SABA.

VISIO ELIAR DE OBITU ANASTASII IMP.

FLAVIANVS DIVINITVS ADMONITVS DE ANASTASII OBITU.

Sophron. Præf. Spirit. cap. 35.

ANASTASII NOMEN DAMNATVM. ^ePsal. 68. ^fEccles. 6.

^g1. Cor. 6.

CHRISTI
518.

HORMISDAE PAP.
5.

ANASTASII IMP. 28.
THEODORICI REG. 26.

crebrae acclamationes fuisse de eodem impio in loco sancto sepulto: Tollantur ossa Manichaeorum.] Erant haec certa indicia diuini iudicij: etenim sanctissimi martyris ^a Cypriani sententia est: Non perueniet ad Christi praemia, qui reliquit Ecclesiam Christi: alienus est, profanus est, hostis est. Habere non potest Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet matrem.] Vbiq; miser, qui ab Ecclesia Deoque repellitur. Quem vero Ecclesia respuit & Deus reicit haereticum Principem, Princeps^b ille sibi vendicat tenebrarum, qui in Christo non habet quicquam.

^aPsalm. 65. En quam terribilis^c Deus in consilijs super filios hominum; qui auferit^d spiritum Principum, terribilis apud Reges terrae. De prosperis ergo nemo Rex peccans sibi blandiatur euentis, vel gaudeat de propagato ad plures annos sine vindicta dominio; neque laetetur de aduersantium conatibus irritis redditis, aut de consilijs suis subdolis optatum finem ex sententia consecutis exulter. Doceat omnes exemplum Anastasij amplis notis exculpum: in memoriam quae reuocet sententiam illam cum Gentilium philosophorum, tum etiam Christianorum Theologorum ore vulgaram, & ab omnibus conclamatum, ac plausu acceptam, nimirum: Maximam iram Dei esse, delinquentem Dei iram non mereri, summamque esse vindictam, hic peccantem carere supplicio: cum certo sciamus, secundum diuinum oraculum^e: Quoniam veritatem requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam.] Nam & eiusdem sententia est^f: Ecce spes impij frustrabitur eum, & videntibus cunctis, praecipitabitur.] vt in Anastasio cumulatè videmus impletum. Quae autem post obitum ipsius secuta sunt laeta, sequenti septimo tomo dicturi sumus.

Hic verò cum sine impij Principis finem pariter sextus tomo accipiat: eoq; iam vna cum impietate sepulto, iudicato, damnato, ad inferosq; demerso; instar filiorum Israel canentium Deo laudes obmersum Pharaonem atque exercitum eius in mare, nos veluti transmissio pelago, tuti in aduerso littore consistentes, Christo victori cum sancta Ecclesia triumphum agentes hymnum victoriae concinamus, dicentes simul^g: Benedictio & claritas & sapientia & gratiarum actio, honor & virtus & fortitudo Deo nostro in saecula saeculorum. A M E N.

PERORATIO
CVM GRATIARVM
ACTIONE.



^aExod. 7.
^bNum. 17.

Navigatio in portu: Vela contrahimus, rudentemque alligamus solidae petrae, rursus opportuno tempore soluturi. Iam modo (quod reliquum est) Dei templum semper patens, ipsam DEIPARAM, Deo per eam acturi gratias, supplices adaeamus, persoluamusque de superatis aduersis fluctibus vota: & vt nauae solent remos, nos stylum eidem offeramus, locupletem benedictionem illam ab ipsa consecuturum, qua instar Aeonicae^b virgae deuorantis magorum virgas, omnes aduersantium conatus expugnet; atque sicut illa floreat^c, ceteris arefcentibus virgis, quas iurgantes intulere rebelles: demumque vt illa in tabernaculo testimonij, in testimonium veritatis in Dei Ecclesia perpetuo conseruetur. Amplissimas has abs te, Virgo, virgae imperitas benedictiones magna fiducia accedentes expetimus: Nam tu haec ipsa praestans, non alia quidem quam tua dona coronas.

ANNALIUM TOMI SEXTI
FINIS.

COROL-

COROLLARIUM DE
LEGATIONE ECCLESIAE
ALEXANDRINAE AD
APOSTOLICAM SEDEM.

Meminisse debes, lector, cum hoc ipso Annalium tomo superius impij Dioscori funesta scelera narrarem, atque deplorarem pariter Alexandrinae Ecclesiae acerbissimum casum, nos ad aliquam consolationem, leuamenque tristitiae, mentionem obiter habuisse de missa ab Alexandrino Patriarcha hoc tempore, dum praesens cuderetur tomo, legatione ad Clementem VII. Romanum Pontificem: Quid tamen per legatos gestum esset, haud potuimus, pendente adhuc eadem Romae causa, aliquid affirmare, ac certum quid scribere. Ne igitur te de exitu rei animo suspensum dimisisse videamur: quid postea gestum sit coram ipso Romano Pontifice, cum ab eo iidem sunt auditi legati, & quomodo diuino auxilio ex sententia tantum negotium confectum sit, sicut iucundum tibi fore putamus audire, nobis haud molestum erit referre: ex quibus & tu (si Catholicus es) haec sciens, plurimas Deo gratias agas; sin autem transfuga inter impia haereticorum agmina profiteris, magis magisque erubescas & confundaris, in te illud propheticum dictum audiens^a: Erubescet Sion, ait mare.]

C At non inuidiam patiar, neque calumniam, si vetera praemanibus habens, recentia tractem: pro me enim honorificam satis fortemque Dominus noster visus est habuisse suis verbis apologiam, cum ad opulentum parabolarum conuiuium apposuit huiusmodi corollarium^b: Ideo omnis Scriba doctus in regno caelorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.] Et sponsa, quae gerit typum Ecclesiae, mystice in Cantico cecinit^c: Omnia poma, dilecte mi, noua & vetera seruaui tibi.]

Non satis quidem sufficio diuinam admirari prouidentiam in Ecclesiae regimine mille signis quotidie magis magisque elucescentem: quibus appareat luce perspicua, nolle Deum in maxima qualibet & horrenda Ecclesiae tempestate fileri praeconia veritatis. Sic enim in passione Domini, arripientibus fugam Apostolis, latro confitetur in cruce, & Centurio aperta voce verè Filium Dei Christum professus est: & tacentibus, si fieri posset, cunctis hominibus qui confiteri deberent; tunc fore vt lapides clamorem emitterent, Dominus dixit^d: Superpet quidem de his innumera argumenta; sed non est opus vt ab antiquitate petamus exemplum, cum praesentis saeculi rerum status his plus satis abundet. Cum enim negant Catholicam fidem filij desertores, Romanae Ecclesiae rebellantes, traducunturque in errorem Boreales prouinciae, atque insurgunt blasphemantes & insanientes in cathedram Petri: ecce Indi & Antipodes credentes Christo, se filios esse Romanae Ecclesiae gloriantur, eiusdemque vbera sugentes, matrem sciunt, & matrem appellant, ab eaque se in Christo esse genitos recognoscunt.

Dum igitur in ipsum Romanae Ecclesiae Pontificem phrenetici isti, dicendi potius arreptij, iaciunt contumelias, atque euomunt toxicatas vipereo ex ore blasphemias: in immentum multiplicato faenore aliunde compensat Deus benedictiones, laudes, praeconia, summosque gloriae titulos: adeo vt non toleranda libenter tantum, sed & expetenda quodammodo videantur reproborum huiuscemodi maledicta, pro quibus adeo amplam confertamque Deus rependit benedictionum mensuram, secundum illud Dauidicum^e: Fortè respiciet Dominus afflictionem meam, & reddet mihi Dominus bonum pro maledictione hodierna.] vnde & cecinit^f: Maledicent illi, & tu benedices.]

Nam idem penitus accidit, quod idem Propheta^g fore praedixerat, cum (secundum S. Augustini^h sententiam) de haereticis ista vaticinatus est: Polluerunt testamentum eius dum conati sunt abolere promissiones Dei. Sed quae hos mox subsequatur poena peccati, sic subditur: Diuisi sunt ab ira vultus eius.] nam maxima omnium indignatio, cum Deum impium mentis percutit caecitate, & e sua eicit domo; atque a filiis diuidens, alienum ab hereditate constituit. Sed quod nullum afferat ecclesiae damnum segregatio impiorum, illud aequè subiicitur: Et appropinquauit cor illius.] etenim tunc euidentiora amoris signa Christus ostendit Ecclesiae, maiora dona imperuendo. Quod hoc nostro saeculo praecipue

Annal. Eccl. Tom. 6.

N n n

factum

factum cognoscimus, dum impij Nouatores irritum reddere conati testamentum eius, A nempe factas à Christo Petro promissiones, diuisi sunt ab Ecclesia Romana: sed tunc magis cor Christi ipsi appropinquasse cognoscitur, cum nouum ei adicit Orbem; & qui per tot sæcula errore sepulti, inter mortuos fuerant deputati Alexandrini, iidem quasi noua resurrectione ad vitã reuocati, ipsi matri omnium Romanæ redduntur Ecclesiæ, ex qua fuerat propagati, carissima soboles, Marci filij, & cum ipsis omnes Ægypti prouinciæ, atque his communionem coniuncta vniuersa Ecclesia Æthiopica: ita vt magno miraculo, rerum versa vice, Æthiopes dealbentur, dum super carbones facies Borealiũ denigrantur. Sed iam quæ spectant ad tanti ponderis legationem epistolas recitemus, primamque ordine ponamus quæ scripta est ab Alexandrino Patriarcha nomine Gabriele: sic enim se habet:

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti vnus Dei. In nomine Dei compatientis atque misericordis. Gloria Deo sempiterna. Salus à Domino. O Deus da salutem. B

Humilis Gabriel Dei gratia famulus sedis sancti Marci in vrbe Alexandrina Ægyptia, & in omnibus alijs locis sibi coniunctis, Australibus, Maritimis, & Æthiopicis nonagesimus-septimus Patriarcharum, S. Marci Euangelistæ successor salutem impartitur, atque osculum offert spirituale Patri Domino, Patrum Patri, Patriarcharum Principi, tertiodécimo Apostolorum gloriosi Domini nostri Iesu Christi, & quinto SS. Euangelistarum, S. Petri Apostoli successor. *Quod audis appellari ipsam Clementem Romanum Pontificem, Apostolorum decimumtertium: ob vitæ sanctæ merita id ab eo dictum intelligas: sicut Gregorius Nyssenus eodem reperitur vsus dicendi genere, ubi in oratione habita in funere Meletij ita exorditur: Auxit nobis numerum Apostolorum nouus Apostolus, &c.] item, [sic sic quintum Euangelistam eundem nominari, quod notum esset, quod quæ à Romanis Pontificibus de fide docentur, nulla vel leui valeant mendacij suspitione labefactari. Sed & alios audi, quibus eundem cumulat, titulos, dum C pergit: Petræ fidei super eius cathedra in magna Roma sedenti, cui data est à Deo potestas ligandi atque soluendi, cuius mentio fit in sacro Euangelio, cum dicit: Tibi, ô Petre, dedi clauis regni cælorum: quod ligaueris super terram, ligatum erit in cælis; & quod solueris super terram, solutum erit in cælis. Tu enim loco eius constitutus, & successor es super terram, Pater noster, & Dominus noster, atque corona capitis nostri, Dominus Papa Clemens Octauus, Papa Romæ. Misereatur mei Dominus benedictione orationum eius.*

Gratias agimus Deo altissimo, eumque sanctificamus & magnificamus, quod te constituit Christus Catholicæ fidei habenas tenentem, & sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Dei Ecclesiæ fundamenta seruantem, misericordem & pium super vniuersum populum Christianum, ac diligentem omnes in Christum credentes, instar beatissimi Petri, qui te succedere fecit in eius cathedram. Tu qui effectus es caput & maximus Patriarcharum, & Magister & Prædicator totius populi Dei, illos doctrinis tuis spiritualibus irrigas, eosque sermonibus tuis, cibis salutaribus. Quam ob causam sanctas litteras tuas ad humilitatem nostram misisti per filium benedictum, dilectum, amabilem, deuotum, Orthodoxum, Hieronymum Vecchietrum: Quibus postquam assistimus, sigilloque excellenti aperto, eas deosculati sumus, ac si sanctam tuam deoscularem imaginem, & ab eis gaudio affecti sumus, tamquam Pauli Apostoli, ceterisque Catholicis epistolis: & gratias egimus Deo excelso ob nimiam erga nos dilectionem tuam: ac preces ad Dominum (cui laus) effudimus, vt te super sedem suam cum quiete & tranquillitate ad annos plurimos conferuet.

Certiozem autem te facimus, Pater spiritualis, olim venisse filium benedictum Ioannem Baptistam cum litteris Domini Patris Papæ Gregorij XII. (Deus misereatur nobis benedictione orationum eius) ad Patrem Patriarcharum Amba Ioannem, in Patriarcharum numero nonagesimum sextum. Ipsum Ioannem Baptistam rediisse ad humilitatem nostram cum litteris Domini Patris Papæ Sixti Quinti, quæ dilectionem & vniõnem cum sancta Catholica Romana Ecclesia, & salutare sermones, gregisque custodiam, ac pro eo mundi Creatorem orare & precari admonebant: quod quidem acceptauimus, eique obediimus. Creuitque apud nos, & apud omnes filios nostros Christianos Dei populos gaudium & lætitiã, quod ad nos peruenerunt litteræ tuæ, maxime Pater, per dictum filium tuum benedictum Hieronymum. Rogamus itaque sanctitatem tuam, eique supplicamus, ne obliuiscaris nostri in continuis orationibus & petitionibus tuis ad Deum, vt nos adiuuet, atque confirmet in fide recta, efficiatque vt quæcumque diuina atque spiritualia iusseris mandata, adimpleamus, nosque liberet à rapacibus Satanæ lupis: sumus etenim miseri ac impotentes, & in mari peccatorum immergi, neque alia nobis remanet salus, quam summi Dei gratia, & con-

EPISTOLA
PATRIAR-
CHAE ALEX-
ANDRINI
AD CLE-
MENTEM
VIII.

A & continuæ ac sanctæ pro nobis orationes vestræ. Apud me enim humilem nulla est socordia vel repugnantia erga diuina præcepta: & sicut antiquitus erant Patres prædecessores in sede Romana, & in sancti Marci sede ad hoc vsque tempus spirituali cum dilectione ac vera charitate, ita eorum vestigia imitamur.

Certiozem etiam reddimus Patris Papæ sanctitatem, quod tempore Patris Patriarchæ Amba Gabrielis in Patriarcharum numero Alexandrinæ regionis nonagesimiquinti (cuius animæ Deus tribuat requiem, nostrique misereatur orationibus eius) venit ad eum Nuncius Patris Papæ vrbe Romæ, vir doctus, & virtute præditus, nomine Ambrosius, Episcopus Auriensis, qui in ecclesijs nostris Ægyptijs celebravit; sanctumque exposuit Euangelium, presentibus presbyteris, diaconibus, aliisque Christianis; factumque est eis gaudium magnum atque ineffabile: & ego humilis Gabriel scriba litterarum Patriarchæ atque famulus & huius epistolæ scriptor his actibus præfens eram. Rursus ipse ego humilis Gabriel sedis sancti Marci famulus, cum huius rei memoriam perpenderim, gaudis sum valde ob vniõnem dilectionis, desiderauitque anima mea, vt sic etiam fiat sanctitatis vestræ tempore, vtque nostram erga sanctitatem vestram dilectionem, nostramque in diuina charitate approbetis vniõnem cum Ecclesia Romana, quæ est caput & basis omnium Catholicarum Ecclesiarum.

Si verò quaesierit prædictus D. Pater de professione & fide nostra in Christum Dominum, deque miracula incarnationis ex immaculata semper Virgine Maria demonstratione: hæc omnia sunt apud vos definita à Patribus antecessoribus sanctis Patriarchis, in archiuis Romanis seruata, prout etiam apud nos scriptis est traditum. Si autem quaesieris de paupertate, miseria, oppressione, ac nimio labore nostro, in quibus viuimus; quamplurima sunt, nec ea alius scit, quam solus Deus, cui laus: sumus tamen diuites, excelsi Dei gratia, eius freti misericordia, quæ adiuuat inopes & indigentes, sicuti sum ego miser. Gloriosum ergo Dominum roget Pater omni tempore, vt nos sua misericordia adiuuet, suæque gratia amplectatur, vt mandata diuina, atque præcepta Euangelica, quæ nobis iusserit, adimpleamus.

Sanctitatem tuam certiozem facio ego humilis, missos esse à nobis cum his litteris filios benedictos sacerdotem Iosephum, & sacerdotem Abdelmessia (benedicat eis Deus) vt sistant coram Domino Patre, nostroque nomine salutem ei impartiantur, pedesque vestros deosculentur, & gratias vobis agant de vestra in nos benignitate, vicisque nostras gerant, & vobis nostram patrent paupertatem ac miseriam, atque monachorum, pupillorum, & locorum nostrorum. Rogamus ideo Patris sanctitatem, vt illos & nos benignè respiciat & commendatos habeat; vtque ad nos eius ope & auxilio salui redeant & incolumes ad continentem dilectionem, & huius negotij ac diuinæ seruitutis, quam nobis iniunxistis, perfectionem, & ipsi innotescere faciant sanctitati vestræ ore, absque scriptis, quod sis Christi Vicarius, & Patriarcharum atque Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ caput, tibi que ore proprio testimonium perhibebunt; & quicquid dixerint, veluti ex ore nostro accipies, & quæ Pater eos docuerit, nobisque significauerint cum ad nos reuersi fuerint, acceptabimus, nemine repugnante; & quæ ipsis mandaueritis & præceperitis, nos exequemur.

Deum altissimum rogamus, vt Ecclesia sit vna Catholica & Apostolica sine diuisione, & sine separatione, vt efficiamur Christi membra dilectionis & charitatis ligamine colligati sine schismate; precibus sanctissimæ Dominæ Mariæ semper Virginis, & optimorum Patrum nostrorum Sanctorum Apostolorum. Amen, & laus Deo sempiterna. Epistolæ versus sunt octoginta octo, excepta diuini nominis inuocatione, signoque sancto; neque inter versus est aliquid interpositum, neque in eius marginibus verbum aliquod, præter id quod scriptum est in ea, suntque ob signatæ coniunctiones eius solito Cameræ nostræ sigillo, & Domino nostro gloria sempiterna. Scripsimus die decimasexta mensis Hatur benedicti, Anno à sanctis Martyribus millesimo trecentesimo decimo, id est, die xxii. mensis Novembris, anno Domini M. D. XCIII. *Peculiaris ista est antiquitus seruata Alexandrinorum Fidelium & totius Ægypti chronologia, vt à SS. Martyribus numerentur annos, ex pietate nempe deducta. Etenim horrescentes nomen Diocletiani Imperatoris acerbissimi Christianorum persecutoris in annorum numeratione, quam ille ab exordio sui imperij faciendam præscripserat, recensere (quod posteros fecisse diximus) ipsi ab eiusdem Imperatoris anno primo iidem numerum deducunt, loco nominis persecutoris Ecclesiæ Diocletiani, SS. Martyres posuere. Sed quod in dicto numero inueniantur ipsi eã chronologiam inchoasse ab anno Domini ducesimo octogesimo tertio, primus verò annus Diocletiani à nostris (vt vidimus) numeretur anno Domini ducesimo octogesimo quarto: Annal. Eccl. Tom. 6. N N R 2 nihil*

nihil tamen scias esse discrepantia, cum idem sit apud eos octogesimo tertius tertia ex parte, qui apud nostros Latinos octogesimo quartus: nam mense Thoth, qui incipit quarto Kalend. Septembris, ipsi annum auspicantur. His vero ad postremum hoc additur:

Perueniat, volente Deo, Romam ad manus magni Papæ, ex Alexandria Coptorum Patriarcha.]

His subjicitur admonitio ab eodem Patriarcha suis legatis data, qua sic se habet:

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti vnius Dei. Gloria Deo. Sempiterna salus à Domino. O Deus da salutem.

Missæ hæc benedictio est ab humili Gabriele Dei gratia sedis S. Marci Alexandriae, Ægypti, Æthiopiæ, & coniunctarum provinciarum famulo: Benedictis filiis religiosi monachis fidelibus presbyteris, reuerendo sacerdoti Iosepho, & reuerendo sacerdoti Abdelmessia monachis deserti S. Macarij, benedicat eis Deus. Quod autem ab ipsis volumus, est, quod gloriosi Domini obtulimus donum, & cum eorum dilectione conuenimus, ut ipsos miseremur ad Dominum Patrem, Patrum Patrem, capitum & Patriarcharum Principem super S. Petri Apostoli cathedra in regione Romana sedentem, Catholicum & Apostolicum Christi Domini super gregem eius successorem & Vicarium Dominum Papam Clementem Octauum: Perpetuos efficiat Deus altissimus dies Pontificatus eius, & misereatur mei abiecti, totiusque populi Christiani, meritis orationum eius. Amen.

Itaque obtemperauerunt rogationibus nostris, curamque & humanitatem ipsorum requisimus, ut vbi peruenerint ad D. Papam Clementem, pedes eius pro nobis osculentur, eiusque mandata auscultent, & eis obediant, sintque coram eo & in eius familiaru stantes & obedientes, eiusque sermones auscultantes, ac si essent ex ore Christi Domini, ex presentia & reuerentia eius timentes ac tremantes, sanctitati eius supplices, quousque ad nos inde redierint, & vices nostras gerant, eiusque narrent paupertatis & miseræ nostræ ac monachorum nostrorum pupillorum & locorum statum: Patris sanctitati supplicetis, ut vos & nos benignè respiciat, atque commendatos habeat, utque ad nos redeatis eius auxilio salui & incolumes ad continuam dilectionem, & ad omnium quæ vobis præcepimus obseruantiam in diuina seruitute erga D. Papam Christi successorem, qui est caput Patriarcharum, & basis Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ. & quicquid dixeritis ex ore vestro, tamquam ex nostro erit prolatum: & in sermonibus eius confirmamini, quoniam omnia quæ ipse vobis ore suo dixerit, tamquam ex ore Christi erunt prolata.

Ideo ea suscipite, eiusque obedite, & mandatis eius ne sitis repugnantes. Quicumque enim diuinis eius præceptis non obtemperauerint, Christo Domino, qui sua gratia ipsum crexit, minimè obtemperat. Itaque omnia quæ vobis dixerit D. Pater circa sanam professionem, atque rectam in Catholica & Apostolica Romana Ecclesia fidem, nobis referetis & ea exequemur vnà cum gente nostra. Quamobrem eundem vobis repetimus sermonem, ut sitis auscultantes & obedientes absque repugnantia. Omnia enim quæ madauerit D. Pater, nos exequemur: & quicquid Euangelium per os eius reprobauerit, si apud nos erit, reprobabimus. Cumque redieritis ad nos, & optima renunciaueritis mandata, non transgrediemur ea. Horum autem omnium fundamentum est, ut Ecclesia Romana, & Alexandria sit vnà vinculo charitatis sine diuisione colligata.

Deum rogamus, ut sanctum Papam diu seruet incolumem. & confirmatio huius est signum sanctum & venerabile super eius marginibus sigillum, & laus Deo sempiterna. Scripsimus die xvi. mensis Natur benedicti, anno iuxta Coptorum computationem millesimo trecentesimo decimo, id est, die xxii. mensis Nouembris, anno Domini M. D. xciii.]

His additur epistola Ioannis Comus Alexandria, quem antiquitas nominare consuevit Corepiscopum, utpote qui res Ecclesiæ Alexandrinæ loco Episcopi administraret: cui cum inditum vides titulum Discipuli, scias ita dici solitos esse inferiores Episcopos:

In nomine Dei æterni, sempiterni, viui, & perpetui in æternum.

Discipulus peccator inutilis osculatur terram, inclinans caput suum peccatis obnoxium, inquinatum, vile, subter pedes mundos dominicos, paternos, patriarchales Patris nostri capitis, & Principis nostri, & vigilantis de salute animarum nostrarum, Patris nostri iusti, & vasis honorabilis, electi Patris Patrum, & Principis Principum, tertijdecimi Apostolorum mundorum, & quinti Euangelistarum sanctorum, Patris corporalis, & Angeli spiritualis, sedentis supra sedem S. Petri Apostoli, tenentis in manu sua pura scripturam principatus & crucem fidei, mitrati, induti stola sacerdotali sacerdotis in æternum

secun-

A secundum ordinem Melchisedech, in cuius manu est absolutio, & ligatio, & honoratio, timementis Deum, pastoris boni ouium rationalium, Patris honorandi, electi Papæ Clementis Octauum in vrbe magna Roma, Catholica, Apostolica: Perpetuet Deus excelsus principatum eius pacificum à molestiis, & misereatur serui pauperis peccatoris per exauditionem orationum & petitionum suarum. Amen, Amen, Amen.

Quod autem repræsentat Discipulus peccator sanctitati Patris, est, peruenisse ad Discipulum epistolam benedictionis à sanctitate Patris comitem fratris dilecti amabilis Hieronymi Vecchietti, quam accepit Discipulus honoratione ac magnificatione, eamque legit Discipulus stans pedibus suis, & intelleximus quicquid in ea nobis scripsit ex verbis elegantibus, & gratias egimus Christo Domino, cui gloria, qui dignos nos fecit ad recipiendam hanc gratiam maximam, & donum egregium; quia Discipulus non est dignus huiusmodi, propter magnitudinem peccatorum suorum multorum. Item peruenit ad nos quod nobis donauit sanctitas Patris ex abundantia gratiarum suarum, hoc est, liber quatuor Euangeliorum sanctorum impressorum, & fuit nobis pro eo maxima lætitia & gaudium & consolatio: Deus excelsus autem perpetuet principatum Patris multo tempore. Nec lateat sanctitatem Patris: vbi peruenissent litteræ sanctitatis Patris ad Discipulum in vrbe Alexandria, abfuisse Patrem Patriarcham Anba Gabrielem Patriarcham Alexandria in partibus provinciarum Seid ad exigendam eleemosynam à piis hominibus in nomine monachorum pauperum egenorum: eo ipso misimus ad eum litteras ex parte nostra affirmantes ei, ut præfens esset in Ægypto, ad assistendum litteris sanctitatis Domini Patris. Cum autem accepit litteras Discipuli, statim præfens fuit in Ægypto.

Et direximus ad eum fratrem dilectum Hieronymum Vecchietum: conuenit eum in Ægypto ciuitate munita, & tradidit ei litteras Domini Patris, quas legit ad verbum, & quicquid ei scripsit, accepit magna auscultatione & obedientia atque exhibitione, & statim scripsit ad vos responsum litterarum quantum in eo satis erat amplificationis verborum, & direxit ad vos litteras sigillo munitas secundum consuetudinem comites legatorum, hoc est, nostri Patris sacerdotis Ioseph, & nostri Patris sacerdotis Abdelmessia, ex primis monachis monasterij sancti Macarij in deserto sancto in Valle Atrun; & iam scripsit Pater Patriarcha Anba Gabriel litteras suas sigillo munitas & signatas ad monachos dictos, & præcepit eis, ut obedientiam exhiberent, & dicerent sermonem ad sanctitatem Patris Papæ; neque discederent à præceptis illius, & à quacumque re, quam præcepit Pater, non discederent ictu oculi: quia quicumque audierit doctrinas Patris, ipse audiet doctrinas Christi Domini, cui gloria: & qui contradixerit sermonibus Patris, ipse contradicet Christo Domino, cui gloria.

Voluntas autem in eo est, ut sint simul concordēs in charitate spirituali, & sit Ecclesia vnà Romana, & Alexandria, neque sit inter nos differentia vlla in quacumque re. Et quod Discipulus peccator Ioannes Comus sedis sancti Marci Alexandriae volebat præfens esse apud sanctitatem Patris (sicut Christus Dominus scit, cui gloria) & exhibere inclinationes subter pedes eius mundos, & osculari manus eius puras, & non potuit Discipulus id exequi propter multas causas, quia Discipulus vir senex est, & multarum infirmitatum, & nõ potest iter facere, & præcipue ab hac remota regione; præterea propter obsequium Ecclesiarum Alexandriae, & negotia egenorum & pauperum & infirmorum & pupillorum & viduarum, & huiusmodi.

Et ideo direximus ad sanctitatem Patris puri filium nostrum carissimum filium Barsum ministrum ex filiis nostris & filiis Ecclesiæ sanctæ, ut exhiberet ad sanctitatem Patris multas inclinationes, & oscularetur pedes eius mundos vice Discipuli. Et quod petendum à beneficentis sanctitatis Patris, absque præceptione super illum, est, ut habeat curam filij nostri filij Barsum Archidiaconi, quam maximè poterit, eumque respiciat oculo sollicitudinis & misericordiæ; eo quod misimus illum ad sanctitatem vestram puram ad adipiscendam benedictionem, & documenta egredientia ab ore tuo puro: & iam præcipimus ei, ut exhiberet obedientiam, & ne vniquam discederet ab omnibus quæ ei iniunxerit sanctitas Patris. Et quod petendum à sanctitate Patris, propter Christum Dominum, cui gloria est, ne ægrè ferat Discipulum peccatorem, quasi audacem, & præfumentem super sanctitate sua pura: quia Discipulus inutilis est, & peccator, atque exitus totius negotij incumbit misericordiæ Christi, & orationibus Patris acceptis.

Iam peruenit ad nos, quod donauit sanctitas Patris de eleemosyna sancta accepta nomine Ecclesiarum Alexandriae per manum fratris dilecti Hieronymi. Christus autem Dominus,

cui gloria, retribuet sanctitati vestræ puræ pro eo dupla in regno cælorum: & iam distribui-
mus illud, secundum distributionem Vicarij fidelis in pecunia domini sui: Iamque perpetua
facta est memoria D. Patris super templa sacra, omni tempore in ecclesijs Alexandria,
tempore sacrificiorum, & orationum nocturnarum & diurnarum.

*Quanta verò his temporibus angustia labore Alexandrina Ecclesia sub immani Turcarum do-
minio, que his subduntur tibi facile indicabunt: ut planè terribilem Dei vindictam aduersus eam &
omnes Orientales, ubi defecerunt à comunione Apostolica sedis, immisissam, nemo prudens absque
mentis horrore, animiq; pauore valeat contemplari. Vt de ea lugubre illud Hieremia carmè sit occi-
nendum: Hæcine est vrbs perfecti decoris gaudij viuens in terra? Quæ enim omnium Ori-
entalium Ecclesiarum florentissima, & opulentissima erat, eò nunc paupertatis & angustie redacta,
ipsis etiam sacerdotibus indumentis, necessarijsq; subsidijs caret, quæ sibi à Patre Patrum Romano
Pontifice impendi rogant. Deici namq; diram hanc esse vindictam, ut sacerdotes laborent inopia,
quisque intelliget, qui Domini sententiam in Eli filios & eorum posteros promulgatam attendit,
cum fore dicit ut rogaturi essent ut admitterentur ad unam partem sacerdotalem, ut comederent
buccellam panis: & quod ait ipse Dominus per Malachiam: Ad vos mandatum hoc, o sacerdotes:
Si nolueritis audire, mittam in vos egestatem, & c.] iteratumq; planè quod per Isaiam de Aegypto
predixerat: Tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium, & Rex fortis dominabitur
eorum.] tale iudicium & reliquis subituris, qui ab Apostolica sede rebellant: ut cladibus prefi,
cogantur tandem cognoscere & inuocare matrem, cuius se filios esse negarant. Sed audi petentes
matris vbera, qui dum errantes ab utero locuti sunt falsa.*

Verumtamen sanctitas Patris (perpetuet Deus excelsus principatum eius) propter
Christum Dominum non obliuiscatur nostri, ecclesiarum nostrarum, ac nationis nostræ, ac
Alexandriæ existentium: quoniam ecclesiæ ac natio nostra pauperes sunt valde: neque per-
contandum est de præfenti earum paupertate, inopia, atque indigentia. Nam Alexandriæ
tres sunt ecclesiæ Catholica, vna nomine principis Angelorum sancti Michaëlis, secunda
sancti Marci Euangelistæ Catholici, ac tertia nomine martyris magni sancti Georgij extra
vibem ad litus maris salis, & omnes tres ecclesiæ indigent ædificatione, vestitu, & impensis
pauperum atque egenorum.

Item tributa & reliquæ exigentiæ propter Iudices ac rerum Præsides, quotiescumque
tenauerit dæmon, quem Deus excelsus confundat, ac Discipulus non potest iis satisfacere:
nostra enim natio, populiq; nostri omnes, cum pauperes sint atque inopes, his satisfacere
non possunt. sed si sanctitas Patris sollicita fuerit de Discipulo, ac de nostris populis & na-
tione nostra, satis erit. Si verò sanctitas Patris interroget de statu nostro, ac de statu nationis
Christianorum Coptorum, deq; præfenti eorum inopia, indigentia ac paupertate, quicquid
cõtingat illis ob solutionem tributorum atque exigentiarum, quantaq; patiantur verbera,
contemptum, positiones in catenis & vinculis & carceribus, ac cetera id genus, & nisi auxi-
lium Christi (cui gloria) apprehendat eos, discederent aliqui à fide Christi. Discipulus au-
tem huius rei causa in maximo labore est, quoniam sumus in summa persecutione.

Et quod petendum à sanctitate Patris, est, ne obliuiscatur nostri in eleemosyna singulis
annis nomine ecclesiarum & pauperum Alexandriæ vrbis, & in hoc obtineatis maximam
mercedem & permanentiam, sicuti sanctitas Patris ostendit, ut perpetua sit memoria vestra
sancta super templa sacra in ecclesijs Alexandria omni tempore, & in perpetuum. Iam per-
uenit ad nos cum fratre dilecto & amabili Hieronymo, quod donauit sanctitas Domini
Patris ex vestitu Ecclesiæ sanctæ, & ornatis vestibus sericis: & iam scripsimus nomen Do-
mini Patris supra vestitum sacrum. Modò egemus alio indumento albo pro vestitu sacer-
dotis tempore sacrificij mudi, sicut & vestitu ministrorum tempore ministerij: idque totum
representamus auribus sanctitatis Domini Patris.

Discipulus autem stat pedibus suis ad obediendum mandatis sanctitatis Patris: quoniam
omnes sumus auscultantes, obediens, atque erecti ad omnia quæ nobis præceperit, & ad
implendum negotium, Deo volente; quia sumus sub obedientia: nam Pater est summus
Patriarcharum, & caput capitum, & successor sancti Petri Apostoli; & quod ligauerit, erit
ligatum; & quod soluerit, erit solutum. Debitum verò quod attinet ad nos, & ad omnes sacer-
dotes ac ministros, & ad populum Christianum, est auscultare & obedire, nulloque mo-
do contradicere Patri in omni re, quam nobis præceperit: nam qui debito contrarius fuerit,
erit eius status perditus atque inutilis.

Petimus autem à Christo Domino (cui gloria) ut vos perpetuet ac stabiliat supra sedem
S. Petri multos annos, & perpetuet principatum vestrum, subiciatq; inimicos vestros sub
pedibus

A pedibus vestris, ac vestras doctrinās sanctas nobis prodesse efficiat. Nos expectatius respon-
sum vestrum ad nos in quo opus erit: nam nulla vniquam differentia inter nos erit, cum sit
Ecclesia vna Romana, atque Alexandrina. Si verò interrogetis de fratre ac amico vestro Patre
Patriarcha Amba Gabriele Patriarcha Alexandria, ipse orat pro vobis nocte ac die, & est
sub obedientia vestra, statque pedibus suis ad obediendum, & expectat responsum vestrum
cum legatis discipulis prædictis; & sic omnes sacerdotes & ministri orant pro vestra sancti-
tate, ut semper permanceat. Petitio autem Discipuli ab abundantia gratiæ vestræ erit, ne
obliuiscamini nostri in recordatione ad extenuum orationum vestrarum sanctarum, ut re-
mittat nobis peccata nostra per vestras preces acceptas ante Dominum Deum. Atque inno-
uatio petitionis à sanctitate Patris est in commendatione filij nostri filij Barsum; & quam
primū eius reditus ad nos cum responso post osculum terræ sub pedibus Patris: perpetuet
B Deus excelsus principatum eius multo tempore: Datum die sabbati benedicti duodecimi
mensis Chiach benedicti, Coptici, anno 1310. à captiuitate Martyrum mundorum, id est,
die decimoctaua mensis Decembris, anno natiuitatis Domini M. D. XCIIII. Minimus
Discipulorum discipulus peccator Ioannes Comus vrbis Alexandria.

Quod repræsentandum sanctitati Domini Patris est, quod discipulus iam direxit ad san-
ctitatem Patris filium nostrum Barsum Ministrum, nempe Archidiaconū Ecclesiæ S. Marci
Catholici Alexandria: Pater autem respiciat illum oculo sollicitudinis & misericordiæ ac
misericordis, & toto tempore mansionis eius Romæ detur ei aliquis ex magistris, qui illum
dirigat ac doceat sapientiam & philosophiam & ceteras scientias ac virtutes, ut obtineatis
in hoc mercedem perfectam abundantiore portionibus, ac Deus excelsus pascat vos, per-
petuet mansionem vestram, & faciat nos semper esse sub obedientia vestra.

C *Audisti clamores, percepisti lacrymas, considerasti angustias & miseras, quibus per multa
sacula prefi Alexandrini, tandem è tenebris emergentes, ad lucis radium apertis oculis, salutem
implicant, secundum illud propheticum de ysdem Aegyptiis olim pronunciatum: Clamabunt. Isai 19.
ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis Saluatorem & propugnatorem, qui liberet eos:
& cognoscetur Dominus ab Aegypto, & cognoscent Aegyptij Dominum in die illa, & colent eum
in iustis, & c.] Quam autem ad verum sit, audi ipsorum legatorum professionem Romæ editam
coram ipso Sanctissimo Clemente Papa Octauo & Sancta Romana Ecclesiæ Cardinalibus, quam
hic tibi subijcimus.*

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Dei vnus. Amen.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

D Ego humilis frater Ioseph de Episcopo filius quondam Michaëlis de oppido Menciai
Eldairelmoharrac Aegypti nationis Coptorum monachus & presbyter monasterij S. Ma-
carij in deserto Aegypti ordinis S. Antonij, ac vnus ex procuratoribus & oratoribus Reue-
rendissimi Patris & domini Gabrielis Patriarchæ Alexandrini nationis Coptorum, ad pedes
Sanctitatis vestræ constitutus, ac tam procuratorio nomine prædicti domini Gabrielis
Patriarchæ mei principalis, quam etiam meo proprio & priuato infrascriptam sanctæ Ca-
tholicæ fidei professionem facturus vnà cum religioso viro fratre Abdelmessia Elmechini
filio Petri de ciuitate Georgeæ etiam Aegypto monacho & presbytero eiusdem monasterij
S. Macarij, altero ex procuratoribus & oratoribus prædicti domini Gabrielis Patriarchæ col-
lega meo, promitto pro eodem domino Gabriele Patriarcha nostro principali, quod ipse il-
lam ratam & gratam habeat, ac suscipiet & acceptabit, & intra tempus competens ratifica-
bit & emologabit, atque de nouo iuxta præfentem formam de verbo ad verbum faciet & ac-
E cimitet, & sua manu subscriptam & suo sigillo obfirmatam ad Sanctitatem vestram & hanc
sanctam Apostolicam sedem transmittet. Sanctam igitur Catholicam fidem explicitè &
expressè profitendo, dico & affirmo quod sequitur.

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Dei vnus. Amen.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Ego humilis frater Abdelmessias Elmechini filius Petri de ciuitate Georgeæ Aegypti
nationis Coptorum monachus & presbyter monasterij S. Macarij in deserto Aegypti
ordinis S. Antonij, ac vnus ex procuratoribus & oratoribus Reuerendissimi Patris & do-
mini Gabrielis Patriarchæ Alexandrini nationis Coptorum, ad pedes Sanctitatis vestræ
constitutus, ac tam procuratorio nomine prædicti domini Gabrielis Patriarchæ mei princi-
palis, quam etiam meo proprio & priuato infrascriptam sanctæ Catholicæ fidei professio-
nem facturus vnà cum religioso viro fratre Ioseph de Episcopo filio quondam Michaëlis de
oppido Menciai Eldairelmoharrac etiam Aegypto monacho & presbytero eiusdem mo-
nasterij

nasterij S. Macarij, altero ex procuratoribus & oratoribus prædicti domini Gabrielis Patriarchæ collega meo, promitto pro eodem domino Gabriele Patriarcha nostro principali, quod ipse illam ratam & gratam habebit, ac suscipiet & acceptabit, & intra tempus competens ratificabit & emologabit, atque de nouo iuxta præsentem formam de verbo ad verbum faciet & emittet, & sua manu subscriptam & suo sigillo obfirmatam ad Sanctitatem vestram & hanc sanctam Apostolicam sedem transmittet. Sanctam igitur Catholicam fidem explicitè & expressè profitendo, dico & affirmo quod sequitur.

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Dei vnus. Amen.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Ego humilis Barsum filius Amineldaulch ex familia Elachim ciuitatis Alexandriæ Egypti, Archidiaconus Patriarchalis Ecclesiæ sancti Marci, nepos & orator Ioannis Comus sedis sancti Marci eiusdem ciuitatis Alexandriæ, ad pedes Sanctitatis vestræ constitutus, ac tam nomine prædicti Comus Ioannis mei principalis, quàm etiam meo proprio infra scriptam sanctæ Catholicæ fidei professionem quam coram sanctitate vestra professi sunt me præsentem sacerdotem Ioseph & Abdelmessias oratores Reuerendissimi Patris domini Gabrielis Patriarchæ Alexandrinæ nationis nostræ Coptorū, promitto pro eodem Comus Ioanne meo principali, quod ipse illam ratam & gratam habebit, ac suscipiet & acceptabit, & intra tempus competens ratificabit & confirmabit, atque de nouo iuxta præsentem formam de verbo ad verbum faciet, & sua manu subscriptam & suo sigillo obfirmatam ad Sanctitatem vestram & hanc sanctam Apostolicam sedem transmittet. Sanctam igitur Catholicam fidem explicitè & expressè profitendo, dico & affirmo quod sequitur.

Corde credo, & ore confiteor, quod vnus est Deus verus, omnipotens, incommutabilis, incomprehensibilis, ineffabilis, & æternus, Pater & Filius & Spiritus sanctus, vnus in essentia, trinus in personis, Pater ingenitus, Filius à solo Patre genitus, Spiritus sanctus à Patre Filioque æternaliter procedens, non sicut à duobus principiis, aut duabus spirationibus, sed ab vtroque tamquam ab vno principio, & vnica spiratione. Pater non est Filius, aut Spiritus sanctus. Filius non est Pater, aut Spiritus sanctus. Spiritus sanctus non est Pater, aut Filius; sed Pater tantum Pater est, Filius tantum Filius est, & Spiritus sanctus tantum Spiritus sanctus est. Nullus alium aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate, sed absque initio semper est, & sine fine. Pater est generans, Filius nascens, Spiritus sanctus procedens; consubstantiales, cœquales, cœomnipotentes, & cœterni. Hæ tres personæ sunt vnus Deus, non tres dii, vna essentia, vna substantia, vna immensitas, vnum principium, vnus creator visibilium omnium & inuisibilium, corporalium & spiritalium, qui quando voluit vniuersas condidit creaturas sua bonitate, & valde bonas voluit. Et ideo reprobo & anathematizo omnes hæreses & hæreticos sentientes & docentes contraria.

Firmiter etiam credo & profiteor, quod vnigenitus Dei Filius Patri consubstantialis semper cum Patre & Spiritu sancto existens, in plenitudine temporis, quàm diuinæ misericordiæ consilium inscrutabile disposuit, vt nos à peccato Adæ ac ceterarum culparum nostrarum fordibus mundaret, & à morte & inferno liberaret, incarnatus est de Spiritu sancto in immaculato utero beatissimæ Mariæ semper Virginis, veram & integram hominis naturam assumpsit, corpus videlicet, & animam rationalem, in vnitæ personæ diuinæ, tanta vnitæ, vt vnus & idem Christus sit Deus, & homo, Dei filius, & hominis filius, ita quod vna natura non confunditur cum altera, nec vna transit in alteram, nec vna miscetur alteri, nec altera euanescit, sed in persona omnino vna sunt duæ perfectæ naturæ, diuina scilicet & humana, saluis earundem naturarum proprietatibus, duæ voluntates, duæ operationes, ita vt Christus sit tantum vnus. Et sicut formam serui, Dei forma non ademit; ita formam Dei, serui forma non minuit: qui enim verus Deus est, idem verus est homo: Deus per id quod in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: Homo per id quod Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: Deus per id quod de quinque panibus quinque millia hominum satiauit, quod Samaritanæ aquam salientem in vitam æternam promisit, quod Lazarum quatruiduanum à mortuis resuscitauit: Homo per id quod esuriuit, sitiuit, fatigatus est, & in ligno crucis clavis affixus est: Vnus & idem secundum diuinitatem æqualis æterno Patri, immortalis, impassibilis, secundum verò humanitatem minor Patre, mortalis & passibilis.

Insuper firmiter credo & prædico eundem Dei Filium incarnatum, verè natum esse ex Maria semper Virgine, & ideo ipsam Virginem fateor veram Dei matrem atq; genitricem, item

Item verè passum, verè mortuum & sepultum, verè cum anima descendisse ad inferos ad liberandas animas sanctorum Patrum, quæ in limbo detinebantur, alligato infatigabili homicida, subinde ex mortuis verè resurrexisset, & per quadraginta dies Apostolos docuisse de regno Dei, moxque ad cælos ascendisse, sedereque ad dexteram Patris, & venturum esse in fine sæculorum ad iudicandos viuos & mortuos.

Credo & profiteor nullum vnquam hominem ex semine Adæ conceptum, & natum, fuisse saluatum, aut fore saluandum, nisi per fidem mediatoris Dei & hominum Domini nostri Iesu Christi in sanguine & morte ipsius, qua nos reconciliauit æterno Patri, & deleuit chirographum iniquitatum nostrarum æterna redemptione inuenta.

Item firmiter credo, legalia omnia veteris Testamenti, seu Mosaicæ legis, quia Christum figurabant, licet diuino cultui illa ætate congruerent, ipso adueniente cessasse, & iam promulgato Euangelio seruari non posse sine interitu salutis æternæ. Omnes igitur post illud tempus circumcisionis, sabbati, ciborum eadem lege prohibitorum, reliquorumque legalium obseruatores alienos à fide denuncio, & salutis æternæ non posse esse participes, nisi aliquando ab his erroribus resipiscant: ab his enim omnibus liberauit nos Christus, & septem nouæ legis sacramenta instituit, quæ veneror, credo, & profiteor, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Ordinem, Matrimonium, & Extremam vñtionem; quæ omnia ea dignè sumentibus, virtute passionis eiusdem Domini nostri Iesu Christi, gratiam conferunt. Ista septem sacramenta perficiuntur tribus, verbis videlicet, & rebus, ac ministro, verbis, vt forma; rebus, vt materia; ministro, qui facere intendat quod facit Ecclesia.

Recipio insuper quicquid de eiusdem sacramentis sancta & Catholica Ecclesia Romana docet & prædicat.

Credo, quod si verè pœnitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissorum & omissorum pœnis satisfecerint coram diuina iustitia, eorum animas pœnis purgatorij post mortem purgari, vtque à pœnis huiusmodi releuentur, prodesse eis Fidelium viuorum suffragia, Missarum scilicet sacrificium, orationes & eleemosynas, ac alia pietatis officia, quæ à Fidelibus pro aliis Fidelibus fieri cōsueuerunt, secundum Ecclesiæ institutionem: Illorumque animas, qui post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ post perpetrati peccati maculam (vt dictum est) purgatæ sunt, in cælum mox recipi, & intueri clarè ipsum Deum trinum & vnum, sicuti est, pro meritorum tamen diuersitate alium alio perfectiùs: Illorum verò animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus perpetuo puniendas.

Firmiter etiam teneo & credo Symbolum fidei à trecentis decem & octo Patribus in Concilio Nicæno, & à centum & quinquaginta in Concilio Cōstantinopolitano traditum, ac semper in Ecclesia vsque modò inuiolatè custoditum, videlicet:

Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ; visibilium omnium, & inuisibilium, & in vnum Dominum Iesum Christum, Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt: qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est; crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est, & resurrexit tertia die secundum scripturas, & ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris, & iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum & viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas: Et vnam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum baptismum in remissionem peccatorum: & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

Confiteor, teneo, & prædico, vnum eundemque Deum veteris & noui Testamenti, hoc est, legis & Prophetarum, atque Euangelij auctorem esse; quoniam eodem Spiritu sancto inspirante, vtriusque Testamenti Sancti locuti sunt. Itaque suscipio omnes libros canonicos quos suscipit sacrosancta Romana & Catholica Ecclesia, sunt verò infra scripti: Testamenti veteris, quinque Moyse, id est, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, deinde Iosue, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Esdræ primus & secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Iudith, Esther, Iob, Psalterium Dauidicum centum quin-

quingenta psalmodum, Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, A Ecclesiasticus, Isaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, Duodecim Prophetæ minores, id est, Oseas, Joel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum primus & secundus: Testamenti noui, quatuor Euangelia, secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem, Actus Apostolorum à Luca Euangelista conscripti, quatuordecim epistolæ Pauli Apostoli, ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenes, ad Colossenses, duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos, Petri Apostoli duæ, Ioannis Apostoli tres, Iacobi Apostoli vna, Iudæ Apostoli vna, & Apocalypsis Ioannis Apostoli.

Item amplector, suscipio, & approbo sacrosanctam Synodum Nicenam primam trecentorum decem & octo Patrum, & profiteor & sequor quicquid illa decreuit, & reprobō & damno quicquid illa damnauit, & maximè impiam hæresim Arianorum cum ipso auctore Ario, qui affirmare ausus est Filium Dei non esse ab æterno ab ipsa Patris substantia genitum, sed ex tempore atque ex nihilo procreatum.

Item amplector, suscipio, & approbo sanctam Synodum Constantinopolitanam primam centum & quinquaginta Patrum, & credo quicquid illa decreuit, & reprobō quicquid illa reprobaui, & maximè impiam hæresim Macedonij cum ipso auctore, qui affirmare ausus est Spiritum sanctum non esse Patri & Filio cœternum & consubstantialem, atque idē nec esse Deum, sed creaturam.

Item amplector, suscipio, & approbo sacram Synodum Ephesinam primam ducentorum Patrum, & credo quicquid illa decreuit, & reprobō quicquid illa reprobaui, & maximè impiam hæresim Nestorianorum cum suo auctore Nestorio, qui duas personas in Christo constituens, asserbat non esse à Verbo Dei carnem assumptam in vnitæ personæ, sed per solam inhabitationem instar templi sanctificatam, & Christum non esse dicendum Deum incarnatum, sed hominem deiferum, nec beatam Mariam eius genitricem dicendam esse Deiparam, sed Christiparam.

Item amplector, suscipio, & approbo sanctam Synodum Chalcedonensem sexcentorum triginta Patrum, quartam in ordine vniuersalium Synodorum, & credo ac sequor quicquid illa decreuit, & reprobō ac damno quicquid illa reprobaui, & maximè impiam hæresim Eutyctis, & Dioscori Alexandrini cum ipsis auctoribus, qui affirmare ausi sunt, non esse in Christo post vnionem Verbi cum carne duas integras, perfectas, inconfusas & impermixtas naturas cum vnitæ hypostasis, siue personæ. Et reprobō secundam Synodum Ephesinam, immo potius Latrocinium, quod factione eiusdem Dioscori, occiso beato Flauiano Episcopo Constantinopolitano; legatis Summi Romani Pontificis fugatis, & Episcopis ceteris terrore armorum ad assentiendum compulsis, Eutyctianam hæresim impiè confirmauit.

Item amplector, suscipio, & approbo Synodum Constantinopolitanam secundam centum sexagintaquinque Patrum, quintam in ordine vniuersalium Synodorum, & credo quicquid illa decreuit, & reprobō quicquid illa reprobaui, & maximè impiam hæresim Petri, Anthimi, Seueri, & aliorum, qui existimantes ipsam diuinam naturam trium personarum diuinarum pro nobis crucifixam, Trifugio verba, Qui crucifixus es pro nobis, addebant.

Item amplector, suscipio, & approbo Synodum Constantinopolitanam tertiam ducentorum octuagintanovem Patrum, sextam in eodem ordine, & credo quicquid illa decreuit, & reprobō quicquid illa reprobaui, & maximè impiam hæresim Sergij, Pyrrhi, Pauli, Petri, Cyri, Macarij, ac Theodori, qui vnam tantum in Christo voluntatem & operationem statuentes, vnam quoque dumtaxat naturam cum Eutyctianis asserere conabantur.

Item amplector, suscipio, & approbo Synodum Nicenam secundam trecentorum quinquaginta Patrum, septimam in eodem ordine, & credo quicquid illa decreuit, & reprobō quicquid illa reprobaui, & maximè impiam hæresim Iconoclastarum, qui venerandas Christi & Sanctorum imagines, tamquam si idola Gentium essent, è templis auferendas, & flammis absumendas esse dicebant.

Item amplector, suscipio, & approbo sanctam Synodum Florentinam amplius quàm centum & quadraginta Patrum, & credo quicquid illa decreuit, de processione Spiritus sancti à Patre & Filio, de consecratione panis azymi, vel fermentati, de purgatorio, & beatitudine animarum,

A animarum, de primatu Summi Romani Pontificis, necnon de sacramentis & libris canonicis, & reprobō ac damno quicquid illa reprobaui atque damnauit.

Præterea amplector, suscipio, & approbo quæcumque alia Concilia, quæ recipit & approbat sacrosancta Catholica & Apostolica Romana Ecclesia, & maximè sanctam œcumenicam generalem Synodum Tridentinam nouissimè celebratam; ac damno & reprobō omnes hæreses, & auctores earundem, quos & quas reprobat & damnat dicta sancta Catholica & Apostolica Romana Ecclesia; necnon quicquid illa tenet & docet, cum omni deuotione & reuerentia suscipio & amplector. Illos quoque doctores, & sanctos Patres, quos eadem Romana Ecclesia approbat, reuerenter suscipio. Teneo & confiteor sanctam Apostolicam sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum Orbem tenere primatum, & ipsum Romanum Pontificem successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusq; Ecclesiæ esse caput, & omnium Christianorum Patrem ac doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse: cuius Ecclesiæ vnitatem tantum faciendam esse affirmo, vt nullos extra eandem Ecclesiam Catholicam existentes æternæ vitæ participes fieri posse confitear.

Insuper promitto me tamquam obedientiæ filium, ordinationibus, præceptis, censuris, ac iussionibus sanctissimi Domini nostri D. Clementis diuina prouidentia Papæ Octauij, & successorum suorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium, & sedi Apostolicæ semper & fideliter obtemperaturum.

Hanc veram Catholicam fidem, quam in præsentis sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inuiolatam vsque ad extremum vitæ spiritum constantissimè, Deo adiuuante, retinere ac confiteri, atque à meis subditis, seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum: Ego idem frater Ioseph de Episcopo, procurator & orator supradicti Reuerendissimi D. Gabrielis Patriarchæ, procuratorio nomine eius, & meo proprio ac priuato, vt supra, spondeo, voueo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet & hæc sancta Dei Euangelia.

Ego presbyter Ioseph supradictus: & hic character manus meæ testificatur de me in hac scriptione, & in duabus similibus. In vrbe Roma, decimaquinta die mensis Ianuarij, anno millesimo quingentesimo nonagesimoquinto natiuitatis Christi.

Hanc veram Catholicam fidem, quam in præsentis sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inuiolatam vsque ad extremum vitæ spiritum constantissimè, Deo adiuuante, retinere & confiteri, atque à meis subditis, seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum: Ego idem frater Abdelmessias Elmichini, procurator & orator supradicti Reuerendissimi D. Gabrielis Patriarchæ, procuratorio nomine eius & meo proprio ac priuato, vt supra, spondeo, voueo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet & hæc sancta Dei Euangelia.

Ego presbyter Abdelmessias supradictus: & hic character manus meæ testificatur de me in hac scriptione, & in duabus similibus. In vrbe Roma, decimaquinta die mensis Ianuarij, anno millesimo quingentesimo nonagesimoquinto natiuitatis Christi.

Hanc veram Catholicam fidem, quam in præsentis sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inuiolatam vsque ad extremum vitæ spiritum constantissimè, Deo adiuuante, retinere & confiteri, atque illos, quorum cura ad me in munere meo spectabit, fideliter docere: Ego idem Barsum Archidiaconus Patriarchalis Ecclesiæ S. Marci, nepos & orator supradicti Comus Ioannis, eius nomine, & meo, vt supra, spondeo, voueo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

Ego Barsum Archidiaconus Patriarchalis Ecclesiæ S. Marci supradictus: & hic character manus meæ testificatur de me in hac scriptione, & in duabus similibus. In vrbe Roma, decimaquinta die mensis Ianuarij, anno millesimo quingentesimo nonagesimoquinto natiuitatis Christi.]

Hactenus legatorum publicè recitata fidei professio coram Summo Pontifice de ipsis optimè merito, presentibus S. R. E. Cardinalibus.

I N D E X
I N T O M V M S E X T V M
ANNALIVM ECCLESIASTICORVM




A.



BELMESSIA legatus Patriar-
che Alexandrini ad Clementem
VIII. Pont. Max. 699.c
Abdicatio Theodori Consulis à se-
culo. 576.d
Abdicatione Theodori magna Cbri-
sto gloria. 576.e
Abbas Edessenus clericus. 69.a
ibid. 69.a
Abilabius clericus Edessenus. ibid.
Abramius à Theodoro missus ad S. Leonem pro sua restitu-
tione. 100.a
Abrahamus Eurybetem excusat. 59.c
Abraham non vnda fide, sed opere Deo placuit. 661.c
Abraham Abbas laudatur à Sidonio. 354.d
de eius rebus Sidonij carmen. ibid.e
Abraham inter sanctos relatus. 355.d
Absolutio Eutycheti per Dioscorum. 94.c
Absolutio mortuorum an ad Papam spectet, & quomodo.
509.d
Absolutio Saba presbyteri. 433.c
in Absolutione Symmachi Papae sententia Synodi. 550.b.e
Absolutio Miseni, & quomodo. 506.b.c. 509.e
Abstinentia etiam seruanda in dignitatibus. 569.c
Abundantia inter: dum ex decimarum solutione. 320.a
Abundantia à Deo datur sanctis suis. 634.b
Abundantia sanguinis fluxit ab imagine Saluatoris. 39.b
Abundius S. Leonis legatus missus Constantinopolim. 115.d
Abundius inter sanctos relatus. 131.a
Acacius creatur Episcopus Constantinopolitanus. 292.b.c
Acacius assumat primatum post Romanum Pontificem. 299.d
Acacij factus, & temerarius conatus. 300.a. vnde eius tu-
mor, ac spes vana. ibid.
Acacio Simplicius Papa resitit. 300.c
ad Acacium Simplicium pro Ecclesia & fide Catholica. 325.d
Acacij foecordia suspecta. 326.d
in Acacium seruiunt Eutychiani. 331.b.c
Acacius excitatur in Basilicum. 331.d.e
Acacius vocat S. Danielem in urbem Constantinopolim. 332.b
Acacius curat vt Basiliscus reuocet edictum contra Concilium
Chalcedonense. 335.b.c
Acacius à tyranno iura Ecclesiae obtinet. 332.b.c
Acacij epistola ad Simplicium Papam de Alexandrina Eccle-
sia. 344.d.e
Acacij in deteriori mutatio. 345.c
ad Acacium Simplicium Papa pro Alexandrina Ecclesia. 346.a
347.c
ad Acacium Simplicium Papa de Antioch. Ecclesia. 350.a
Acacij elata mens cõreuerit à Simplicio Papa. 351.a
ad Acacium Simplicium de Calendione Antiocheno Episcopo.
360.d
ad Acacium Simplicium ipsum reprehendendo. 363.a. 364.c
Acacium hortatur Simplicius contra haereticos. 364.a

Acacij suspectum silentium. 364.b
Acacij sui mora in Calendionem. 364.d
Acacius quid in Ioannem Episcopum Alexandrinum. ibid.c
Acacij odium vniuersam turbat Ecclesiam. 365.a
Acacius laborat pro Petro Mogo. ibid.c
ad Acacium Petrus Mogo religionem simulans. 368.c
Acacius rursus reprehenditur à Simplicio. 375.d
in Acacij causa Concilium Romanum congregatur. 379.b
ad Acacium Felix Papa ipsum reprehendendo. 380.a.b
Acacius superbia redarguitur. ibid.d. & quod cum ha-
reticis tacite conspirauerit. 381.b.e
ad Acacium libellus Felici Papae. 385.e
Acacius recepit quos damnauit. 392.c
Acacius seducit legatos Pontificis. 397.b
Acacij caesia tractatur in Synodo Romana. 399.b
Acacius condemnatur. 399.d
in Acacium sententia excommunicationis Papae Felici.
399.e
Acacio quomodo redditus libellus sententiae. 403.b
Acacius nomen Felici Papae delet. 403.b.c
Acacij nomen abolendum. 468.a. 525.d
Acacius cum Eutychete damnatus. 469.a
Acacius Orientales Episcopos deponit. 403.c
Acacius quanta mala perpetravit. 404.e
Acacius saepe inuitatus ad resipiscentiam. 428.b
Acacij defensorum inanis tergiversatio. 428.d
Acacij obitus. 438.c
Acacij arrogantia in imaginibus eius declarata. ibid.
Acacius vere arrogans. 526.b
per Acacium sacramenta ministrata tenent. 527.a
Acacij peccato puniuntur Orientales. 623.b.c
Acacij nominis studiosissimus populus Constantinopolitanus.
656.d
Acacij nomen è Diptychis expungendum. 657.d
Acacij magna demerita. 675.a
Acacius magister militum. 667.c
Academius Athenarum studuit reuocare Anastasium. 693.d
Acclamatur in Synodo Marciano Imp. Alter Constantinus
154.a
Acclamations Circenses muscae. 598.c
Accusatio falsa, & absolutio Saba presbyteri. 433.c
Accusatio Aruandi Galliarum Praefecti de crimine lesio nati-
uitatis. 282.c
Accusationes contra Episcopos non facile admittende. 557.c
Accusatores plures contra Dioscorum. 146.b.c
Acephali haeretici vnde dicti. 369.c.d
Acephali contra Flavianum insurgunt. 616.c
Acephalos secutus Seuerus. 607.e
Acephalorum defensor Anastasius. 609.a.b
Acermetarum monasterium nobilissimum. 246.a
Acta Concilij Constantinopolitani. 55.c. 56.a
Acta Ephesina pseudosynodi damnata Romae. 107.e
Acta



I N D E X.

Aff. Niceni Concilij à Gelasio edita. 336.c. Photij de ijs iudicium. *ibid.*
 Acta Palmarij Synodi. 547.d.e
 Acta Simplicitij Papae. 376.a
 Actiones factae cum Eutychete in Synodo Constantinop. 58.e
 Altitones habitae in basilicis Romae. 547.d
 Actorem & reum ante Iudicem ex aduerso stare leges praecipunt. 122.e
 Aditamentum Symboli de processione Spiritus sancti constituitur ut caneretur in Ecclesia Romana Benedictus Papa Septimus. 48.d
 Aditamentum Symboli quando appositum fuerit. 47.c
 Aditamentum Symboli plures populi receperunt. 47.e
 Administratio Imperij relinquuntur à Pulcheria. 40.e
 Administratio sacramentorum à malis tenet. 527.a
 Admonitio S. Severini, ut Rex Rugorum euitet infidias. 305.b
 Admonitio Gelasij Papae nihil profecit Euphemio. 470.e
 Admonitio Hormisdæ Papae ad legatos. 682.d.e
 Adoratio Solis tollitur tamquam supersticiosa. 14.a.b
 Aduentus Eutychetis in Synodum qualis. 60.e
 Aduentus S. Fulgentij Romam. 544.b
 Aduentus Antheimij Constantinopolim. 430.c
 Aduentus Theodorici in Italiam. 443.c
 Aduersarij concutiantur tonitruo Spiritus sancti. 415.d
 Aduersariorum animos pecuniis an ferro inclinentur, quid intersit. 495.d
 Aduersarij schismatici dicitur tempus respiciendi. 550.d
 in Aduersis quam necessariam constantiam. 681.a.b
 Aduersitates non frangunt viros pios. 444.b.c
 Adulatores non respiciunt quid liceat, sed quid placeat ei cui adulantur. 438.c
 Adulterium Valentiniiani Imperatoris cum vxore Maximi. 196.b.c
 Aedificium super arenam erigit, qui sine consensu sedis Apostolicae construit. 169.d
 Aegritudines magna & medicamento forti & medico indigent sapienti. 148.a
 Aegyptorum magnus numerus ab Episcopo Carthagenensi sustentatus. 208.d
 Aegyptij Dominum cognoscunt. 703.d.e
 Aegyptij legati faciunt professionem fidei coram Summo Pontifice Clemente VIII. *ibid.*
 Aegyptij à SS. Martyribus numerant annos. 699.e
 Aegyptij Christiani pauperissimi. 701.b
 Aegyptiorum mores describuntur. 170.d
 Aelienses respiciunt Dei gratiam. 187.c
 Aemilia clades. 323.b
 Aemulatio & inuidia ad maxima mouent. 440.d
 Aenea Gazaei refectio de loquentibus sine lingua. 416.a
 Aethiopes dealbantur, dum Boreales denigrantur. 698.a
 Aetius Notarius & diaconus. 74.d
 Aetij vxor pro coniuge orat. 139.c
 Aetius Attilam vitat. *ibid.*
 Aetij consulatus, & obitus. 196.b
 Aetius Archidiaconus Constantinopolitanus iniuste deponitur. 183.a
 Affines Episcoporum ditati multa pati solent. 30.b
 Afflictio maxime compatiendum. 619.b
 Afflictio dicitur à Constantinopolitana ciuitate. 30.c.d
 Afflictio reddit Eudociam Aug. Orthodoxam. 209.b
 Africa vniuersa à Vandalis occupata. 2.d
 Africanae Ecclesiae clades. *ibid.*
 Africani Episcopi à Vandalis impetrare nituntur, ut in Ecclesiis permancere valeant. 3.a
 Africani Episcopi nequamquam id obtinent. *ibid.*
 Africani legati in Concilio Chalcedonensi. 142.e
 Africana Ecclesia subleuatur Zenonis opera. 352.d
 Africana Ecclesia persecutio à Trajanundo Rege. 567.a.b

Africana prouincia diuisio. *ibid.*
 Africana Ecclesia status. *ibid.*
 Africana Ecclesia persecutio. 387.a.393.b.c.d.e.394.
 Africanae regionis Christianos quantum diabolus infestauerit. 436.d
 Africa fame dira vexata. 423.a
 in Africa pestilentia grassatur. 423.b
 in Africa regnat Trajanundus. 511.c
 in Africam reuersus S. Fulgentius. 544.d
 in Africa aspera loca relegati multi Episcopi. 571.a
 Agapitus Patricius legatus Theodorici Regis in Oriente. 655.b
 Agapitus Consul in Occidente. 674.a
 Agarenorum tabernacula euerterunt barbari. 599.d
 Agarensis absorptus à terra. *ibid.*
 Agathense Concilium, praesidente Casario Arelatensi Episcopo. 578.c
 in Agathensi Concilio quot Episcopi. *ibid.* & de audiendo sacrum die Dominico. *ibid.* de Quadragesimali obseruantia. 579.b
 S. Agatha ecclesia à perfido Ariano ornata. 301.b.c
 S. Agathe ecclesia restaurata à Card. Borromeo. 301.c
 Agni videntur haeretici, cum sint cornuta bestia. 661.b
 Agricoliarum laboriosa stirpes. 497.b
 Agritica puella quae reliquerit S. Casarium. 595.b
 Alamanni cum Clodoueo pugnant. 536.d
 Alamanni à Clodoueo superantur. *ibid.*
 Alamannorum Rex à Clodoueo interfectus. 536.e
 Alamundarus Saracenorum Rex. 599.a
 Alamundarus incurrat Arabiam, & Palestinam. *ibid.*
 Alamundarus Saracenorum Princeps baptizatur. 600.b
 Alamundarus tentat Seuerus. 635.d.e
 Alamundarus illudit legatis Seueri. *ibid.*
 Alaricus Rex Gothorum in Gallia. 424.d
 Alaricus Rex dat facultatem celebrandi Concilium Agathense. 578.c
 pro Alarico haeretico orant Episcopi Catholici. *ibid.*
 Alaricus iubet interpretari Codicem Theodosi. 579.e
 Alaricus coluit S. Remigium. 581.d
 Alaricus quam diu habuit sanctos in regno, tam diu regnavit. 581.d.e
 Alaricus ad S. Remigium mittit filiam Benedicti. 581.e
 Alaricus exulare cogit S. Casarium. 582.d
 cum Alarico & Clodoueo tractatur pax. 583.c
 Alaricus quando mortuus sit. 584.a
 Alaricus quanto tempore regnauerit. *ibid.*
 Alaricus occiditur, & vincitur à Clodoueo. 581.c.586.b
 Alarico succedit Gesilicus. 587.d
 Albinus Catalaunensis Episcopus. 351.e
 Albofledis soror Clodouei baptizatur. 538.a
 Albofledis moritur. 538.a
 Alimus Auitus Episcopus Vicenensis. 600.c
 Alimus Auitus Ariamam haeresim impugnat. 498.c
 Alcyon Episcopus Nicopolitani laudatur. 669.b
 Alcyon Episcopus Nicopolitani. 616.c
 ad Alcyonem epistola monachorum pro fide. *ibid.*
 Alcyon Episcopus ab Anastasio accersitur. 666.e
 Alcyon vita defunctus apud Byzantium. *ibid.*
 Alcyon Episcopus satis fecit Romanae Ecclesiae. 683.a
 Alea rerum mundanarum sepe inuerruntur. 7.d
 Alexander Archimandrita confugit ad Hormisdam Papam. 686.b
 Alexander auctor Acemetarum. 246.d
 ad Alexandram clarissimam feminam Theodoretus scribit ei gratias agens. 105.d.e
 Alexandria Romam legatos mittit. 528.d
 Alexandria Ecclesia curatur à S. Leone. 189.c.d
 Alexandria Ecclesia Constantinopolitanam praecedit. 160.b.c
 Alexandria Ecclesia secunda est Ecclesiarum. *ibid.*
 Alexan-

I N D E X.

Alexandria Ecclesia legationem misit recentem ad Clementem Octauum. 171.a
 Alexandria Synodus quando. 189.e
 de Alexandria Ecclesia epistola Leonis Imperatoris ad Anastolian. 227.d
 Alexandria Ecclesia turbatur. 222.c.d
 Alexandria haeretici Episcopum suum occidunt. *ibid.*
 Alexandria Episcopi Orthodoxi ad Leonem Imp. pro Catholica fide. 223.a
 Alexandria Ecclesia restituenda in integrum. 325.a.b
 Alexandria Ecclesia defenditur à Felice Papa. 382.c
 Alexandria tumultus. 404.d
 Alexandria sedes prima post Romanam. 490.d
 Alexandria Ecclesiae commentatur Anastasio Imperatori. 526.d
 Alexandria Ecclesia libellum supplicem mittit ad legatos Anastasij Papae. 528.b
 Alexandria cur se à Romana Ecclesia unitate diuiserit. *ibid.*
 Alexandria Episcopus creatur Ioannes Mela. 531.c
 Alexandria Ecclesia cum Romana unitas. 697.698.699
 Alexandria Corepiscopus discipulus dicitur. 700.c
 Alexandria in miserissimo statu postit. 701. per totum.
 Alexandria tres tantum ecclesiae Christianorum. *ibid.*
 Alexandria Electioyna à Clemente VIII. Pont. Max. largita. 701.e
 Alexandria Patriarcha Gabriel. 698.a
 Alexandria à SS. Martyribus numerant annos. 699.e
 Alexandria haeretici quanta mala passi. 657.e
 Alexandria Ecclesiae recens legatio ad Apostolicam sedem. 697. & seq.
 Alexandria clamores & lacrymae. 703.c
 Alexandria presbyter Vicenensis legatus ad Hormisdam Papam. 663.d
 Aliena ne minima quidem rapienda. 585.c
 Alienatio bonorum Ecclesiae omnino prohibita est. 377.e
 Alienatio bonorum Ecclesiasticorum prohibita à Symmacho. *ibid.*
 Alieno periculo est descendum. 494.d
 Aligerus Comes pugnat pro Symmacho. 548.e
 Alibiaticum melos dum canit leclor pulpito insitens, ab Ariano sagitta in gutture iaculatur. 217.c
 Altercatio est inter haeticos. 513.b.c
 Altercatio Petri Mogi cum Euphemio. 442.d
 Altissimus fundauit Ecclesiam supra firmam petram, aduersus quam nulla valet potestas. 376.c.d
 Alypius Consul quando. 42.c
 Alypius à Theodoro missus ad sedem Apostolicam pro sua reformatione. 100.a
 Amabilis presbyter sanctitate insignis. 354.b
 Amalasia in matrimonium data à Theodoro Vandalarum Regi. 544.d
 Amalaricus Alarici filius fugit in Hispaniam. 586.c
 Amantius Diaconus à sancto Seuerino missus ad Gibaldam. 373.a
 Ambrosius Pontificatus qua poena puniendi. 534.e
 Ambitionis plura mala. 169.e
 Ambitio quantum Deo displicat. 569.a
 Ambitio quasi dira serua agit homines. 367.b
 Ambitio subrepenit non praetermittit occasionem. 201.b
 Ambitiosis poena à Deo influit. 6.c
 Ambrosius Britannia vindex. 343.d.e
 Ambrosius Episcopus Auiensis. 699.a
 Amicitiae male fugienda. 467.c.d
 Amicus verus magis angitur aduersitatibus amici, quam ius. 448.a
 Amida capti ab Alamundaro. 599.a
 Amisio religionis facit ut omnia corruant. 41.e

Ammianus Marcellinus emendatus. 562.c
 Ammonius Episcopus Rhemensis. 340.a
 Amor reciprocos sanctorum est in tribulationibus. 105.b
 Amor sit in subditis erga Praelatos. 548.d
 Amphibolus Syde Episcopus Eutychianus. 232.e
 Amplitudo Ecclesiae Antiochena. 54.a.b
 Ampulla chrisimatis calicis missa ad vngendum Clodoueam, & ceteros Reges Franchorum. 540.a
 Anachoreta sancti cum Episcopis concordet, & ipsis obedientes. 238.a.b
 Anastasia Pompeij vxor ad S. Sabam venit. 616.a
 Anastasia restit de Marino à Deo percussa. 635.c
 Anastasia martyris reliquiae quando translatae. 242.b.c
 S. Anastasia encenia. 245.a
 Anastasij Niceni Episcopi duo. 158.a.b
 Anastasius Episcopus Antiochie. 600.a
 Anastasius creatur Episcopus Hierosolymitanus. 241.c
 Anastasius ab Eutychino praedictus Episcopus. 241.e
 Anastasius Episcopus metropolis Ancyrae. 244.c
 Anastasius ab omnibus laudatissimus. 330.d
 Anastasius Papa creatur. 523.e
 Anastasij Papa legatio ad Anastasium Imperatorem. 525.b
 Anastasij epistola ad Anastasium Imperatorem pro fide Catholica. *ibid.*
 Anastasius Papa Catholici persecutionem. 530.d
 Anastasij Papa probata persecutionem in fide. *ibid.*
 in Anastasium confutatur obiectio. 531.a
 Anastasius Papa moritur. 531.e
 Anastasij Papa res gesta. 532.a
 Anastasius ex Silentiario Imperator. 460.e
 ab Anastasio Imp. exigitur professio fidei. 461.a
 ad Anastasium Imp. scribit Felix Papa. 461.c
 Anastasius optimi Principis specimen edidit. 461.d.e
 Anastasij prior vita quam laudabilis. 462.a
 Anastasius se liberalem ad tempus ostendit. 462.b
 Anastasius Chrysargyrum tributum sustulit. *ibid.*
 Anastasij auiditas succisa, sed non auulsa. *ibid.*
 Anastasius expulso Imperij. *ibid.*
 Anastasij tempore civile bellum Constantinopolitanum. 463.a
 Anastasius scem tulit ad inflammandam Ecclesiam Catholicam. 463.b
 Anastasij tempore bellum Isauricum. 474.c
 Anastasius insolentior factus. *ibid.*
 Anastasius fidei professionem repetit. *ibid.*
 Anastasius quo colore suerit haereses. *ibid.*
 Anastasius pacis praetextu male agit. *ibid.*
 Anastasius matre Mantibaea natus. 475.a
 Anastasius haeticus, & cuius secta. 489.b
 ad Anastasium Theodorici pro pace. 476.d
 Anastasij querela contra Gelasium. 479.e. item querela contra Senatam. 478.c
 ad Anastasium Gelasij Papae epist. pro fide Catholica. 486.b
 Anastasius pictura representari quoddam miraculum iubet. 500.d. iterum praecipit ut miraculum appareat. 500.e
 ad Anastasium Imperatorem Anastasij Papae legatio. 525.b
 ad Anastasium Imp. Anastasij Papae epistola pro Ecclesia Dei. 525.c
 Anastasius admonetur de Acacij nomine abolendo. *ibid.*
 ut diuinum iudicium timeat. *ibid.*
 ut legatos Apostolicae sedis amplectatur. 526.c
 ut Alexandria Ecclesia auxilietur. *ibid.*
 ut summo Pontifici obtemperet. *ibid.*
 Anastasium admonet Symmachus Papa. 535.d
 Anastasius specie tantum Orthodoxus. 545.d
 quanta mala fecerit in ciues Constantinop. & quam dira passi Orthodoxi per ipsum. 545.e.546.a
 Anastasius excommunicatur à Symmacho. 552.d.e
 Anastasij leges subdole. 577.b
 Anastas-

I N D E X.

Anastasijs consilium vt regnaret. *ibid.*c.d
 Anastasius querit moriem Macedonio. 577.e
 Anastasius Macedonium persequitur. 581.a
 Anastasius presidium contra Persas parat. 588.a
 Anastasius Consulatum Clodoueo offert. 588.c
 Anastasius cum Theodoro bellum. 588.e
 Anastasius auuncipatur amicitiam Clodouei. 589.a
 Anastasius blasphematur, & Saracenus convertitur. 600.b
 Anastasius tempore discordia Constantinopoli. 602.e
 Anastasius sub nomine hereticorum Catholicos à bonis arceat Ecclesie. 603.a.b
 Anastasius calumnia in Macedonium. *ibid.*c
 Anastasius vere hypocrita. 605.e
 Anastasius hereticus latens. *ibid.*
 Anastasius comburitur Acta Chalcedonensi. 606.c
 Anastasius tempore incendium, & cedes Constantinopoli facta. 607.b
 Anastasius laborat pro Seucro. *ibid.*c
 Anastasius Laruam induit. *ibid.*
 Anastasius tentat sanctissimos viros. 608.d
 Anastasius Acephalorum defensor. 609.a.b
 Anastasius inconstantia. 609.per totum.
 Anastasius auro tentat Theodosium Cænobiarum. 609.e
 Anastasius quibus artibus Catholicos tentet. *ibid.*b
 Anastasius dolose elemosinam Theodosio mittit. 609.e
 ad Anastasium Theodosij epistola apologetica. 610.c
 ad Anastasium quanta libertate scripserit Theodosius. 610.d
 Anastasius epist. ad Theodosium se excusando. 611.b
 Anastasius rursum fugit. *ibid.*d
 Anastasius conatus contra pietatem. 612.e
 in Anastasium insurgunt populi. 613.a
 Anastasius simulatio. *ibid.*b
 Anastasius Synodum congregat Sidone. 613.c
 ad Anastasium legatio S. Saba. 613.e
 Anastasius quid diuinitus de S. Saba viderit. 615.b
 Anastasius testimonium de S. Saba. 615.d
 Anastasius ira quiescit contra Eliam Patriarcham. 615.e
 Anastasius Antiochenum Episcopatum Seucro tradit. 626.b
 Anastasius Asiatico Presidio Libanese quid mandarit. 627.a
 Anastasius mitius agendum putauit cum Episcopis Orthodoxis. *ibid.*
 ad Anastasium S. Saba epistola pro fide Catholica. 629.c
 Anastasius lex contra pauperes valde iniqua. 634.d
 Anastasius auro barbaros intra suos fines continere solitus. 634.e
 ad Anastasium S. Saba secunda legatio. *ibid.*
 Anastasius Imperator valde leuis. 635.a
 Anastasius propter fidem aduersarius Dorotheus Episcopus. 636.b
 Anastasius quantum auri dederit S. Saba. 635.d
 Anastasius exagitur à Vitiliano Duce. 646.e
 Anastasius pacis conditiones Vitiliano offert. 647.c
 Anastasius simulat conuocare Synodum. *ibid.*c
 Anastasius epistola ad Hormisdam Papam de Synodo conuocanda. *ibid.*d
 Anastasius vrgetur à Vitiliano. 647.e
 Anastasius interpellat Romanum Pontificem. 648.b
 Anastasius alia epistola ad Hormisdam Papam. *ibid.*c
 Anastasius cuncta deferre profitetur Romano Pontifici. 648.c.d
 Anastasius appellat Rom. Pont. arbitrum controuersiarum. *ibid.*d
 ad Anastasium Hormisdam Papam rescribit. 650.a
 ad Anastasium alie hortatoria littera. *ibid.*d
 cum Anastasio quam cautè agat Hormisdam Papam. 650.e
 ad Anastasium quos legatos mittat Hormisdam. 651.a
 Anastasius qua conditione ad communionem admittendus. 653.c
 cum Anastasio prudenter pertractat Hormisdam. 655.a

ad Anastasium littera Senatus Romani. 655.e
 Anastasius exoratur pro pace. 655.e.656.a
 Anastasius dolose artes. 656.c
 Anastasius non curauit de fide, sed vt incommoda vitaret. *ibid.*
 Anastasius alit legatos spe viuende Orientalis Ecclesie cum Occidentalibus. 658.d
 Anastasius consilium quale. 658.e
 Anastasius habebat spem mundanariam. *ibid.*
 Anastasius nomen tantum Catholicum. 659.a
 Anastasius epistola ad Hormisdam de eius fide religione. 659.b
 Anastasius Theopompum & Severianum legatos mittit ad Hormisdam Papam. *ibid.*
 Anastasius epistola ad Senatum Romanum. 659.d
 Anastasius simulat vnicionem cum Catholica fide. *ibid.*
 Anastasius videtur sollicitare Papam, & Theodoricum Regem pro vnicione Ecclesie. 659.d.e
 Anastasius epistola per legatos Apostolicos ad Hormisdam Papam. 660.b
 Anastasius simulata fides & confessio. 660.c
 Anastasius videtur resuere hereticos. *ibid.*
 Anastasius probat Chalcedonense Concilium. *ibid.*d
 Anastasius magna simulatio. 661.b
 ad Anastasium Hormisdam Papam pro vera fide. 661.c
 Anastasium hortatur Hormisdam, vt opera, & non verba ostendat. 661.e
 Anastasius bestia cornuta æquo simillima. 661.b
 Anastasius teclam diuinitus fraudem aperit. 666.e
 Anastasius Episcopos Catholicos accersit, & affligit. 667.a
 Anastasium libere reprehendit Episcopus Orthodoxus. 667.b
 Anastasius timore deficit Dorotheus Episcopus. *ibid.*c
 Anastasius simulatione tyrannum vicit. 674.a
 ad Anastasium Hormisdam epistola. *ibid.*c.d
 Anastasium hortatur Hormisdam ad concordiam. *ibid.*
 ad Anastasium alia Hormisdam epistola. 682.
 Anastasius quam impie erga Catholicos. 683.c.d
 Anastasius epistola ad Hormisdam Papam. 683.e
 Anastasius facrum damnatur consilium. 684.b
 Anastasius alter Pharaos. *ibid.*
 Anastasius simulabat velle obedire Romano Pontifici. *ibid.*c
 Anastasius eiecit legatos Romani Pontificis per posticum. 684.d
 Anastasius non solum Catholicos non amplectitur, sed eos expellit. *ibid.*
 Anastasius velut aper in vinea Domini. 686.c
 in Anastasium sacra tractantem comminatio. 691.d.e
 Anastasius persecutus in aulicos Orthodoxos. 692.b
 Anastasius cohibitus est diuino terrore, ne occideret Iustinum & Iustinianum. *ibid.*c
 in Anastasium commoror est populus Constantinopolitanus. 692.c
 Anastasius coronam deposuit, vt populus quiesceret. 692.d
 Anastasius somnio admonitus, ne aliquos occideret. 693.b
 Anastasio amicus Proclus philosophus. 693.c
 Anastasius studuit reuocare Athenarum Academias. 693.d
 Anastasius obitus. 693.e
 Anastasius fulmine percussus. *ibid.*
 Anastasius quanto tempore regnauerit. 694.b
 Anastasius numisma. *ibid.*c
 Anastasius forma corporis. 694.d
 de Anastasio iudicium iudicium diuinum. *ibid.*e
 de Anastasio obitu visio Elie & Saba. 695.b
 de Anastasio obitu diuinitus admonitus Flavianus. *ibid.*c
 Anastasius nomen damnatum. *ibid.*e
 Anastasio mortuo, Ecclesie contingere lara. 696.a.b
 Anathema dicitur, qui aliter seminat, quam à Catholicis predecessoribus accepit. 325.a
 Anathematizandi sunt alienantes bona Ecclesie. 563.a
 Anato-

I N D E X.

Anatolius Consul anno quadringentesimo quadragesimo primo. *ibid.*e
 Anatolius Edeffenus clericus. 654.a
 Anatolius subrogatus Constantinop. Episcopus pro sancto Flavianus. 97.a.115.a
 Anatolius Episcopus professionem fidei mittit Romam. 128.a
 ad Anatolium S. Leonis gratulatoria epistola. 128.b
 Anatolius interfuit Concilio Chalcedonensi. 143.a. miraculo querit confirmationem fidei. 155.b
 Anatolius è Diocorici schola. 158.c. dolose agit. *ibid.* eius multiplex dolus & fraus. 160.a.b. à S. Leone reprehenditur. 167.c.d
 Anatolio qua à S. Leone prescribantur. 115.b.c
 Anatolij fides à Marciano Imp. exploratur. 119.a
 ad Anatolium Patricium Theodoretus scribit pro Orientali Ecclesia. 122.b
 Anatolius reprehenditur à S. Leone. 167.c.d.e. cum Anatolio dispensauit S. Leo. 168.e
 Anatolius detegit occultatum venenum. 182.d
 Anatolius quid in S. Leonem. 182.e
 in Anatolium S. Leo scribit ad Marcianum. 183.e
 Anatolij fastus repressus. 199.a
 Anatolius abiicit curam primatus. 200.a.b
 ad Anatolium Leo Augustus scribit de Alexandria Ecclesia. 227.d.e
 Anatolius ad Leonem Aug. scribit de rebus Alexand. 228.b
 Anatolij obitus. 240.e
 Anatolius qualis censendus. *ibid.*
 Ancilla Africana nobilitate captiua redimitur. 6.b
 Andreas diaconus & Notarius Concilij Constantinopolitani. 56.e
 Andreas hereticus frater Archidiaconus Constantinopolitanus. 183.a
 Andegauense Concilium nuper editum. 194.e
 Andromachus Senator Romanus. 517.d
 Angelus comitatur S. Marcellum. 289.e
 Angelus & Apostolus appellatus S. Remigius. 640.c.641.a
 Angus in herba latens heresis est. 449.c
 in Augustus nos mouere debemus signo Crucis. 646.c
 Arianus Arelanensis Episcopus in summo sanitate impetrat. 138.d.e
 Annus sacerdotalis & regius debet esse in Principe. 71.d.e
 Annus licet pius Principis, in preceptis agit ab impijs consiliariis. 111.e
 Anime Sanctorum egrediuntur interdum vt columbe. 7.a
 Animi demissio vtilis considerando propriam personam. 2.b
 Animi celsitudo vtilis considerando dignitatem, in qua quis sit positus. 2.b
 Annus Iubilij, annus letitie & benignitatis. 114.a
 Anni ab Alexandrijs & Aegyptijs numerantur à sanctis martyribus. 699.e
 Annone magna allatio monachis Dei providentia. 634.b
 Annulo viri pudicissima femina decipitur. 196.c
 Anthemius Imperator eligitur. 279.a
 Anthemius Romanus venit tempore pestis. *ibid.*b
 Anthemio restitit Hilarius Papa. *ibid.*d
 in Anthemium quid molitur Ricimer. 294.c.d
 ad Anthemium legatio Ricimeris. 295.a
 Anthemium conuenit Epiphanius. *ibid.*d
 ad Anthemium Epiphany oratio. 295.e
 Anthemij & Ricimeris pax. 296.c
 Anthemij Augusti obitus. 301.b
 Anthemius Episcopus Salamina. 429.d
 Anthemio ter apparuit S. Barnabas. *ibid.*d.e
 Anthemius aduentus Constantinopolim. 430.c
 Antiochia ingens terremotus. 240.c
 Antiochena Ecclesie amplitudo. 54.a.b
 Antiochena Ecclesia inra Diocorum vsurpare nititur. 53.e
 Antiochena Ecclesia tertium locum sibi vendicat inter Pa-

riarchales. 167.d.490.d
 Antiochena Ecclesia ab hereticis vexatur. 349.b
 Antiochena Ecclesia infelix status. 435.e
 Antiocheni occidentum pseudomonachos. 618.e
 Antiochenus Episcopatus Seucro traditur. 626.b
 Antichristus dicitur hereticus à S. Leone. 231.d
 Antistes. Vide, Episcopus.
 Antiquare grauius, & iusta promulgare, æqualis est equitas. 211.b
 Antiquo simbolo Apostolico cur semper vsa Romana Ecclesia. 48.a.b
 Antiquitatis semper tenacissimus Papa. *ibid.*
 Antonius Episcopus Arianus crudelis. 421.b
 Antonius Habet deum Episcopum inuitum rebaptizat. 421.d
 S. Antonius discipulus S. Seuerini. 441.e
 Apellio multa mendosa apposuit in Aristotelis libris. 602.b.c
 Appellationes Episcoporum ad Papam. 479.a.b
 Aper in vinea Domini Anastasius Imp. 686.c
 Apocriary Alexandria Ecclesia ad eum legatos Romani Pontificis pro pace. 527.e
 Apocriary Alexandrini offerunt legatu libellum pro pace. *ibid.*e
 Apollinaris annus Sidonij. 304.b
 Apollinaris Valentia Episcopus sanctitate celebris. 502.a.
 600.d
 Apologetica epistola Theodosij ad Anastasium. 610.c
 Apologia Gelsij contra Gentilitios rursus. 517.c
 Apologia de Iuribus Principalibus defendendis damnatur. 44.d
 Apostolica sedes. Vide, Papa.
 in Apostolica sede semper seruata est religio immaculata. 679.e
 Apostolicam sedem in iudicium vocare, dementia est. 477.e
 de Apostolica sede benemeritum Theodoricus. 545.c
 Apostolica sedes neminem iudicem, nisi Deum habet. 543.d.e
 ad Apostolicam sedem legatio Ecclesie Alexandria. 697.a
 Apostolica sedes iniuste arguitur superbia. 489.a
 ad Apostolicam sedem mittuntur legati à Theodoro pro sua reformatione. 99.e
 ad Apostolicam sedem appellat Theodoretus. 106.a.b.c
 Apostolica dispensationi tota allegatio, & tota absolutio commissa est. 509.c
 Apostolico simbolo antiquo cur semper vsa Romana Ecclesia. 48.b
 Apostolici legati contradiunt Diocoro. 95.e
 Apostolicis constitutionibus vis non preiudicat. 96.a.b
 Apostolus, & Angelus appellatus S. Remigius. 640.c.641.a
 Apostolus Noricorum dicitur S. Seuerinus. 304.e
 Apostolus tertius dicitur appellatus ab Alexandrijs Clemens VIII. Rom. Pont. 698.b
 ex Apostolorum successione oritur prerogativa Ecclesiarum, & non ex splendore. 159.e
 Apostolorum lumina totius Orbis concursu frequentata. 543.b.c
 Apparitio comete. 25.d
 Apparitio magni prodigij. 37.b
 Apparitio S. Euthymij Phido. 342.c
 Apparitio Solis tetri. 423.d
 Apparitio trina S. Barnabe. 429.d.e
 Apparitio S. Michaelis Archangeli in Gargano monte quoad. 485.b.c
 Apparitio S. Petri Gallicie vidue. 575.e
 Apparitio B. Marie Virginis illustri femine Seueriane. 631.a
 Apparitio cuiusdam signi Ioanni Silentario. 464.a.b
 Appel-

I N D E X.

Auxilio Dei liberantur sancti. 596.c
Auxilium supernaturale est in sanctis Dei. 599.b
Auxilium diuinum presto est sanctis. 628.a
Auxilium expectandum a Deo. 690.b
Auxilium Dei erga suam Ecclesiam. 697.c.d
Auxiliarius sequitur Concilium Chalcedonense. 162.e

B.

Adonicus mons obsidetur. 344.a
Baptismi solemnitas bis in anno. 49.a.b
Baptismus Clodouei Regis Franchorum. 537.e
Baptismus Almundarii Sarracenorum Principis. 600.b
Baradatus enachoreta illustris. 238.c
Baradatus Theodoio Episcopo obtemperat. 238.d
Baradatus ad Leonem August. contra hereticos scribit. 239.a
Barbara curat translationem S. Seuerini. 521.c
Barbari vastant Imperium Occidentale. 2.d
Barbari Christiani effecti mansuescunt. 27.b
Barbari parant primarius basilicis in Vrbe. 208.a
Barbari seruantur venerabile monasterium Lerimense. 193.d.e
Barbari semper Romanorum proditores, & eorum beneficiis ingrati exitere. 437.c
Barbari se ipsos trucidant. 204.a
Barbari etiam venerantur Summum Pontificem. 545.c.d
Barbari inuaserunt Romam. 598.e
Barbari euerterunt Agarenorum tabernacula. 597.d
Barbaros continebat intra suos fines Anastasius auro. 634.e
Barbas dum baptizatur ab Ariano, aqua euanuit. 580.e
S. Barnaba corpus repertum, & cum eo Euangelium S. Matthei. 428.e. 430.b
S. Barnaba prima apparitio, secunda, & tertia. 429.d.e
S. Barnaba ecclesia cum monasterio erecta. 430.e
Barthomas Archimandrita vices agit omnium monachorum. 76.d
Barthomas Archimandrita omnium scelestissimus. 78.a
de Barthoma Theodosius Imperator scribit ad Dioscorum. ibid.
Barthomas causa fuit mortis S. Flauiani. 97.c
Barthoma Archidiaconus Alexandrinus missus a Ioanne Corapiscopo Alexandrino ad Clementem v 111. Romanum Pont. 701.e
Barthom professionem fidei facit, & prestat obedientiam Summo Pontifici. 704.a
Basilica S. Petri humiliter visitatur a Valentiano & a Galia Placidia Augustis. 109.e. 110.c
Basilica noua erigitur a S. Mamercio. 316.b
in Basilica Sessoriana Actio Synodi. 548.c
in Basilicam S. Petri redit Symmachus. 548.e
Basilica primaria in Vrbe a Vuandalis non expoliantur. 208.a
Basilica dua destinantur Carthagine ad excipiendos captiuos, id est pie. 208.d
Basilica extructa a S. Pulcheria. 188.b
Basilica S. Andreæ in Esquilino monte. 376.a.b
Basilica S. Petri qua ornamenta dederit Symmachus Papa. 638.e
Basilicas quas erexit & ornauerit Symmachus. 639.a
in Basilicis Romæ que acta contra Symmachum. 547.c
de Basilicis hereticorum quid statuerint Patres. 601.a
de Basilicis a Symmacho Papa erectis. 638.d
Basilus S. Leonis a Latere Legatus. 115.d
Basilus Card. S. Leonis legatus Constantinopolim. 129.d
Basilus presbyter poenitens Romam venit. 132.d
Basilus Seleucia Episcopus indulgentiam consequitur in Concilio Chalcedonensi. 148.b

Basilij Consilium preclarum. 260.d
ad Basilium epistola Sidonij de Gallicano statu. 317.a
Basilium creatur Episcopus Antiochenus. 219.c
Basilium Pref. Prat. in sede vacante Simplificij quid egerit. 377.c
Basilij edictum de non alienandis bonis Romane Ecclesie. 377.e
Basilij edictum respicitur. 378.b.c
Basilium detegitur magus Romæ. 564.a.b
Basilium magus quomodo egressus ab Vrbe. ibid.c
Basilium Equitio traditur. ibid.c.d
Basilium per magiam sollicitat monialem. ibid.e
Basilium expellitur a monasterio. 565.a
Basilium comburitur zelo populi Romani. 565.b
Basilium qui inuast Imperium, fanebat hereticis. 232.b.c
Basilij constructio contra Concilium Chalcedonense. 328.b.c
ad Basilicum querela Eutybianorum. 331.a
Basiliscus recedit ab Vrbe. 333.a
Basiliscus Dux exercitus Leonis Imp. 286.d
Basilij constructio ingens. 287.a
Basiliscus conspirauit cum Aspare & Ardaburio. 287.b.c
a Verina sorore liberatur. 287.e
Basiliscus excitatur contra Zenonem. 326.e
Basiliscus tyrannus hereticus. 327.e
Basilij constructio contra Concilium Chalcedonense. 328.a.b
Basiliscus simulatè querit S. Daniele. 334.a
Basiliscus sicut procumbit ad pedes S. Danielis. 334.e
Basilij edictum pro fide Catholica. 335.d
Basiliscus imperare desinit. 377.d
Basiliscus cum suis fumo petire cogitur. 337.e
ad Bassam Abbatissum S. Pulcheria pro fide Catholica. 187.a.b
Bassa redditur Catholica. 210.b.c
Bassianus Episcopus Ephesus deponitur. 49.b. 157.e
Behemot bestiarum maxima Eutyches. 93.b
Bella noua semper mouent hereticis. 618.c
Belliger dicitur Clodoueus Franchorum Rex. 641.e
in Bello fugatur Fridericus. 440.e
in Bello que leges seruanda. 585.a
Bellum mouetur a Theodosio Imp. contra Vuandalos. 11.c
Bellum minus nullum est, quam dimicare beneficijs. 295.e
Bellum ciuile ortum Constantinopoli. 463.a
Bellum Isauricum Anastasij Imperatoris tempore. 474.c
Bellum propter fidem Catholicam mouendum. 584.c
Bellum Clodouei contra Arianos. ibid.
Bellum Clodouei cum Burgundionibus. 596.d
Benedictiones a sanctis dantur Catholicis, & non hereticis. 633.c
Benedictio sancti Remigij impertita Francorum Regibus. 642.d.e
Benedictio similiter trium Episcoporum impertita Franchorum Regibus. 642.e
S. Benedictus euentum petijt. 502.c. longè ante S. Gregorium fuit. ibid. d. quo anno tantus vir floruerit. 502.d.e. huius sancti viri etas. 503.a. an puer, vel adolescens in euentum secesserit. 503.c. quot annos in specu steterit. ibid.
S. Benedicti qui falso dicitur professores. 504.a
S. Benedicti discipulus fuit Valentianus. 502.d
Benedictus Papa v 111. constituit vt caneretur Symbolum in Missa. 48.c
Benedicti filia missa ab Alarico ad S. Remigium. 581.e
Benedicti filia liberatur a demone, & ab inferis reuocatur. 581.e
Benedicti que dicatur epistola. 582.e
Beneficia multa conferuntur Phido a sancto Euthymio. 342.e. 343.a
Beneficiorum Ecclesiasticorum origo. 554.b
Beneuentanus Episcopus a Leone redarguitur. 70.c.d
Benevolentia captanda a Principibus. 487.a.b
Benignitas

I N D E X.

Benignitas interdum magis elucet in hostibus, quam in magistratibus. 285.b
Berrense iudicium in causa Ibe. 65.a
Bestia cornuta sunt heretici. 403.c
Bestia cruciata heretici appellatur. ibid.d
Bestia cornuta agno simillima hereticis. 661.b
Bigami aliquando ordinati Episcopi. 51.e
Bigami qui sacri facti Antistites. ibid.
cum Bigami nec tempore necessitatis dispensauit S. Leo. 216.b.c
in Bigamos decretis S. Leonis. 14.e
Bigami ordinati, & qui antea viduam uxorem acceperant deponuntur. 216.b.c
Bizacenum Concilium quando. 567.e. 568.a
Blasphemia Eutyches deroguntur. 59.e
Rleba super Ilumos principatur. 11.e
Boëtius Consul eluciat Aristotelem. 601.c
Boëtij multa commentaria in Aristotelem. ibid.d
Boëtius quare ita sublimis in philosophia. 601.e. 602.a
Bona multa operatur tribulatio. 5.a. b. c. d
Bona subditorum corporalia curentur post spiritualia ab Episcopis. 28.c
Bona Ecclesiastica in quatuor partes diuidenda. 491.b
Bona Ecclesiastica diuiduntur ab hereticis. 603.a.b
Bona Ecclesiastica minime alienanda. 377.e. 551.c
Bona Ecclesiastica auxit Simplificus Papa. 378.d
Bona Ecclesiastica restituit Theodoricus. 563.b
Bonifacius Cardin. S. Leonis legatus Constantinopolim. 129.d
Bonifacius diaconus martyr. 418.e
Boreales demigrantur, dum Aethiopes dealbantur. 698.a
Breuitas litterarum desideratur. 471.d
Britannia inuaditur a Pictis & Scotis. 35.b
Britanni interpellant Actium contra inuasores. ibid.c
eorum peccata ira Dei ad vitionem excitata. 35.e
Britannorum sacerdotum scelera. 36.a
Britanni liberantur ab Ambrosio Aureliano. 345.e
Britanni diuisione afflicti a Scotis & Pictis. ibid.
Britannorum Ecclesie varius status. ibid.
Britanni pessumdati ob male cultam religionem. 504.e
Britanni victis hostibus respirant. 504.d.e
Bulgari inuadunt Thracias. 535.e
Bulgari superant Anastasium Imp. 536.a
Bulgari datur militum auri ab Imperatore. ibid.
Bulgari deuastant Thracias, & superantur a Theodorico. 554.e
Bulgari vincuntur a Theodorico. 562.c
Bulgarorum agmine pugnat Vitallianus Dux. 647.b
Burgundiones contriti ab Hunnis. 25.e
Burgundiones auxiliati sunt Italis. 497.a
ad Burgundionum Regem legatus Epiphanius. 495.d
Burgundionum Rex benigne suscipit Epiphanius. 497.d
Burgundionum Rex dimittit Italos captiuos. 498.a
Burgundionum bellum cum Clodoueo. 596.d
Burgundiones dant penas sacrilegij. 597.a.b

C.

Cæcus illuminatur a Leone ante Imperium. 221.a
Cæcus illuminatur a sancto Eugenio, & quomodo. 405.c.d
Cæcus sit, qui erat videns, per Arianum Antistitem. 412.a
Cæcus illuminatur a S. Vedasto. 538.d.e
Cæcus illuminatur coram Clodoueo, vt ipse conuertatur. ibid.d.e
Cæcus Crescentius, dum obedit sancto Paterno, lumien recepit. 646.e
Cæcus cæco dicitur prestans, ambo cum ruina multorum in fontem cadunt. 435.a

Cædes facta Rome in Circo. 598.b
Cælestianus Carthaginensis commendatur. 4.d.e. eius laudes. 5.a.b
Calanus Iudex constitutus a Theodorico aduersus magos. 563.e
Casaria soror S. Casarij virgo. 593.a
Casaria creatur Abbatissa. ibid.a
Casaria laudes. ibid.a.b
Casaria que reliquerit S. Casarius. 595.b
Casarius Episcopus Arelatenfis. 10.b
Casarius Arelatenfis Episcopus presuit Concilio Arelatenfi. 192.c
Casarij tyrocinium. 192.e. monachus Lerimensis. 193.a
quo vixit tempore. 193.c
Casarij homilia que. 194.d
Casarius Episcopus Arelatenfis scriptor nobilis. 449.a.b
Casarius Arelatenfis Episcopus presuit Concilio Agathensi. 578.a
Casarius Episcopus Lugdunensis cum Eucherio mulierem infirmam sanat. 262.a
Casarius renocat recedentes ab Ecclesia. 578.e
Casarij conciones ad populum crebra. 578.e. 579.a
& Casarij sententia statuti sunt canones in Concilio Agathensi. 579.b
Casarius exulare cogitur ab Alarico. 582.d
Casarius miraculis lauet. ibid.e
Casarius ab exilio reuocatur. 583.a
Casarij reditus Arelatem. ibid.b
Casarius quanto honore a suis exceptus. ibid.
Casarius a Cypriano laudatur. ibid.
Casarius vt proditor detrusus in carcerem. 590.c
Casarius pascit ac redimit captiuos Fideles. ibid.e
Casarius educitur quasi Danul de lacu leonum. 590.e
Casarij magna charitas erga captiuos. 591.b
Casarius vasa argentea Ecclesiastica vendebar pro pauperibus. ibid.a.b
Casarium veneratus Theodoricus. ibid.d
Casarij magnum nomen & fama. 591.e
Casarius Romam peruenit. 592.a
Casarius Romano Pontifici ac Senatoribus carus. ibid.e
ad Casarium Emody epistola ipsum laudando. ibid.c
S. Casarij miracula laudes. ibid.d
S. Casarij testamentum per epistolam conditum. 593.e. 594. & seqq.
S. Casarius que reliquerit monasterio. 594.e
que reliquerit Casaria sorori. 595.b
que uicem plerisque alijs dari voluerit. ibid.
Casarius voluit vt qua reliquit Casaria sua sorori, firmarentur auctoritate Summi Pontificis. 595.c
de Casarij tempore exploditur error. 595.d
Caius clericus Edessenus. 65.a
Calamitas Carthaginensium extorrium. 4.a
Calamitas Tuscia describitur. 323.b
Calendion eligitur Episcopus Antiochenus. 360.d
Calendion confirmatur a Romano Pontifice. 360.e
Calendion transtulit reliquias S. Eustachij. 361.a.b
Calendion in Oasim relegatus. 361.c
Callidi valde Graci heretici. 661.b
Calumpnia conturbat sapientem. 70.c
Calumpnia redarguitur Gemadius. 278.c
Calumpnia contra Theodoretum. 155.c.d
Calumpnia libenter toleranda. 22.c
Calumpnia Anastasij in Macedoniam. 603.c.d
Calumpnia perfert Theodoretus. 22.d
Calumpnia patiens Theodoretus queritur. 69.c.d
Calumpnia passus iniuste Macedonius. 603.c.d.e
a Calumpnia se purgare debent serui Dei. 23.a
Calumpnia nec viri sancti effugere possunt. 69.e
Calumpnia aduersariorum confutat Theodoretus. 52.e
Camelianus Episcopus discipulus S. Lupi. 352.a
Camelo

I N D E X.

Camelo impositi malefici per urbem circumduci solebant. 172.b
 Canis & femoralia ex pallis altaris impie facta, sed non sine vitione diuina. 217.a
 Canidius Tiburtina ciuitatis Episcopus. 402.d
 Canoncs Ecclesiastici præcedunt Principum leges. 150.a.b.c. 151.a
 Canoncs sacri seruandi omni cura. 168.a
 Canoncs aduersus simoniacos. 243.a.b
 Canoncs seruuntur à Principibus. 350.c.d
 Canoncs tredecim sancti in Concilio Taronenfi. 370.c
 Canoncs statuit Quintianus Episcopus Afculanus contra Petrum Cnaphæum. 388.c
 Canoncs seruandi omnino. 483.d
 Canoncs veteres restituendi. 557.c
 Canoncs Concilij Epauensis. 601.a
 Canoncs soluere, in religionem peccare est. 654.a
 Canoncs seruuntur in electione Episcoporum. 667.e
 Canonice aliquem cribrare. 390.b
 Canonici libri qui. 705.e
 Canonibus intemperata reuerentia seruanda est. 201.c
 Canonum seruatur Papa. 350.c.d
 Capitula præscripta ab Hormisdâ Papa seruanda ab Orientalibus. 654.d.e
 Cappadocia ab Hunnis deuastata. 657.c
 Cappadocia Ecclesia in malo statu. 657.c
 Capraius monachus Lerinensis. 11.a
 Caspuri Dux Maurorum. 215.c. eius iussu sancti affliguntur, & aliqui martyrio coronantur. ibid.c
 Captiones hereticorum denudantur. 231.c
 Captiua ancilla Carthaginensis redempta. 6.b
 Captiui redimendi. 495.d
 de Captiuis redimendis Epiphanijs oratio. 495.e
 Captiui soluantur & dimittuntur. 498.a
 Captiuorum amissorum à Burgundionibus numerus. 498.b
 Captiui relaxantur à Godisigilo. 498.d
 Captiui redempti à Romana Ecclesia. 499.a
 Captiui redimendi ab Episcopis. 590.e
 Captiuius S. Fulgentij. 447.d.e
 pro Captiuis vendebant sancti vasa Ecclesie argentea. 591.a
 in Captiuitatem redacti plerique Itali. 497.a
 Caput S. Iuliani inuentum. 315.b.c
 Caput totius Ecclesie Papa. 685.e
 in Carcerem conijciuntur Dei confessores. 394.c
 in Carcerem detraditur S. Casarius. 590.c
 Carmen Sidonij de rebus S. Abrabe. 354.e
 Carnales priuantur dono Dei. 417.c
 Carnificina Seneri in Oriente. 685.d
 Carolus Martellus fuit infelix heres maledictionis S. Remigij. ibid.a
 Carolus Magnus Franchorum Rex. 643.a
 Carolus Magnus benedictionem S. Remigij habuit. ibid.a
 Carolus Eutychemus Imperatorem appellat. 149.b
 Carpentoratense Concilium. 263.e
 Carthaginenses nobiles trans mare euicuntur. 3.b
 Carthaginensium extorrium calamitates. 4.a
 Carthaginenses nobiles mali serui effecti Vuandalorum. 4.c
 Carthaginensium innumera mala. 4.d
 Carthaginenses iterum Episcopum accipiunt. 352.c
 Carthaginenses valde latantur de accepto Episcopo. 353.a
 Carthaginenses suspirant dolosam indulgentiam. 352.e
 Carthaginensis Ecclesia subleuatur opera Zenonis Imperatoris. 352.a
 Casiodorus Siciliam descendit. 3.c
 Casiodori locus emaculatus. 284.b. 562.c
 Casiodoro collata dignitas Patriciatus. 477.d
 Casiodorus vir illuster. ibid.c
 Casiodori opera Theodoricus maxime vitur. 477.d

Casiodori Chronicon mutilum. 555.c
 Casiodorus Consul, & quomodo ad Consulatum ascenat. 637.a.b
 Castella & ciuitates depopulatus est Attila. 111.e
 Castitas admiranda Marciiani Imperatoris. 117.d.e
 Catus miserandi ex terramotu orti. 36.e
 Catechismus semper necessarius ante Baptismum. 538.b
 Cathedralam Petri tenet Romanus Pontifex. 622.d
 pro Catholica fide S. Leo pertrahat cum Pulcheria Augusta. 87.b
 Catholica fides suscipitur à Mauritio. 215.c
 Catholica fides publice confitenda. 628.e
 Catholica fides miraculo comprobatur. 630.c
 Catholici quanta mala passi sub Hunerico. 407.c
 Catholica fidei defensores se exhibet Theodoretus. 15.e. 16.a
 Catholici Constantinopolitani quanta mala sint passi. 545.e
 Catholici varie tentantur ab hereticis. 608.d. 609.b
 Catholici tantummodo fugant demones. 636.a
 Catholici fidei professionem ad Romanum Pontificem mittunt. 687.d
 Catholici esse probantur, qui coniunguntur petre, hoc est, Christo. 681.e
 in Catholicos que molitus sit Petrus Fallo. 429.a
 Catholicos persequuntur heretici. 684.d.e
 Catholicos persequitur Anastasius Imp. 666.e. 692.b
 Causam ob leuem non ferenda excommunicatio. 33.b
 Causa Eutychemi indicitur Synodus Ephesi. 75.a.d
 Causa Siluani Episcopi Calaguritanum tractatur apud Romanum Pontificem. 272.a
 Causa Acacij congregatur Concilium Romanum. 379.b
 Causa Vitalis Episcopi tractatur in Concilio Romano. 398.d
 Causa Episcoporum referenda ad Petram. 272.b.c
 Cautè procedendum semper cum hereticis. 635.a
 Celebritas natalis Hilarij. 270.e
 Celenense Concilium quando celebratum. 47.a
 Celsitudo animi vitis consideranda dignitatem, in qua aliquis est constitutus. 2.b
 Censuræ Principum essent releuandi. 28.b.c
 Ceteris Galliarum Episcopis Romanum Pontificem venerantur. 81.c
 Certamen præclarum Saturi. 218.d
 Certamen insigne pueri septem annorum. 422.b
 Certamen insigne Liberati, & vxoris. 422.c
 Certamen insigne cuiusdam mulieris. ibid.
 Certamen septem monachorum. 418.d
 Cernus in bello, in pace leo, de Iuuenale Episcopo dictum. 201.c
 Chalcedonense Concilium sub Marciano quando. 132.e
 qui in eo numerus Patrum. 140.c.d
 ubi Concilium celebratum. ibid.e
 quo tempore coeperat, & quot eius Sessiones. 143.d.e
 Prima Sessio. 141.e
 Secunda Sessio. 145.d
 Tertia Sessio. ibid.e
 Theodoretum admittunt. 144.c
 que in Dioscorum sint acta. 146.b
 Sessio quarta, & eius acta. 148.b
 quinque Episcopi indulgentiam consequuntur. ibid.e
 Sessio quinta, & quid egerint. 149.b
 Sessio sexta. 151.c
 Septima Sessio, & oratio Marciani. 153.c.d
 Chalcedonensis ciuitas Metropolis sit. 154.a
 Octaua Sessio, & quid egerint. 156.a
 Nona Sessio. 157.b
 Decima Sessio. ibid.e
 Vndecima Sessio. 158.a
 Duodecima Sessio. ibid.b
 Tertia decima Sessio. 158.e
 Chalced-

I N D E X.

Chalcedonense Concilium offert Summo Pontifici nomen Oecumenici. 161.e
 à S. Leone probatur. ibid.
 Chalcedonensis Synodi memoria consecrata. 164.d.e
 in Chalcedonensi Concilio indulgentiam consequitur Basilius Seleucia Episcopus. 148.b.c
 Chalcedonensis Concilij canon aduersus simoniacos. 243.c
 Chalcedonense Concilium reicitur à Basilio tyranno. 328.a.b
 Chalcedonense Concilium probatur à Metropolitanis. 232.c.d
 Chalcedonense Concilium ab Anastasio Imp. minime receptum. 474.d
 Chalcedonense Concilium probatur ab Anastasio. ibid.e
 Charisius presbyter nequam. 244.e. in ipsum vindicta diuina. ibid.
 Charitas est summa virtutum omnium. 54.e
 Charitas magna Marciiani in pauperes. 245.b
 Charitas Catholicorum magna. 250.b
 Charitas Felicis Abbatis valde commendatur. 447.e
 Charitas quantum commendatur. 591.b
 Charitas Deogratias Episcopi Carthaginensis. 208.c.d
 Cherubin in oporeo à Deo mandatum fuit in Arca & Sarcophago effingi. 432.c
 Childbertus Franchorum Rex filius Clodouei. 595.f
 Childbertus monasterium monachorum adificauit. ibid.
 Childbertus filius Clodouei regnauit post patrem. 643.d
 Childbertus Rex coluit S. Paternum Episcopum. 648.d.e
 Childericus primus Franchorum regnat in Gallia. 213.e
 Childericus mirifice colit S. Genesiam. ibid.
 Childericus Rex Franchorum moritur. 424.c
 Christiani ampulla demissa è celo ad vngendum Clodouicum Regem. 540.a
 Christus dat mansuetudinem barbaris Christianis factis. 27.b
 in Christo natura due in vna persona. 153.a.b
 Christus destruit, quod diabolus conatur edificare. 393.b
 Christi persona vitas per multa probatur. 87.d
 Christi euangelio quantum honor tribuitur in Concilio. 143.c
 Christi fides libere prædicanda. 621.a
 Christum imitari debemus in his que pro ipso sunt. 332.d
 Christiana religio barbaros mansuetos reddit. 27.b
 Christiane Reipublice miserandum status. 323.b.c
 Christiane femine digna responso de marito sortiendum. 492.e
 Christianus non seruans fidem sit Pagano deterior. 561.a.b
 Christianum nomen Antiochie primum exortum est. 168.c
 Christiani veri semper permanent in fide. 3.e
 Christiani tantummodo fugant demones. 636.a
 Christianos que molitus sit Petrus Fallo. 429.a
 Christianorum omnium iudex est Papa. 72.b. 73.e
 Christiano non licet querere vindictam in hoc seculo. 448.d
 Christianos persequitur Traiamundus Rex. 567.a.b. 571.c
 Chrysostorus Episcopus Ancianus. 669.d
 Chronicon Casiodori mutilum. 555.c
 Chrysostorus insequitur Flavianum Constantinop. Episcopum. 40.c.d
 Chrysostorus iterum in Flavianum insurgit. 41.c
 Chrysostorus fuit Eutychemi, & illius innumera mala. 60.c. d. 73.d
 Chrysostorus eumachus rogat Dioscorum vt Eutychemem desinat. 76.c
 in Chrysostorus Theodosij vindicta. 116.d
 Chrysostorus Episcopus Cincies. 669.e
 Chrysargyrum, siue Auroargentum quid esset. 462.c
 Chumydem sunt atque Humi. 136.e
 Cibus abundans etiam cornus à Deo datur. 105.d
 Cini illapsus super Constantinopolim. 297.a

Cinorum vehementes eruclationes. ibid.b
 Circenses acclamationes musicæ. 598.c
 Circensia detestatus Theodoricus, cur eadem celebret. 598.d.e
 in Circo cades facta Roma. 598.b
 Circulares litteræ missæ à Papa Gelasio. 471.b
 Citationes plures à Concilio factæ contra Eutychemem. 56.e. 58.a. 59.b
 Cines Constantinopolitani quanta mala sint passi. 545.e. 546.a
 Ciuile bellum Constantinopoli ortum. 463.a
 Ciuiles discordia opem præstant hostibus. 440.c
 Ciuilis discordia Anastasij tempore. 602.e
 Ciuitates & castella depopulatus est Attila. 111.e
 Ciuitates Gallie subleuantur à S. Partente. 319.c
 Ciuitates plurimæ renouantur sub imperio Theodoricus. 542.b
 Clades Africana Ecclesie. 2.e
 de Clade Sicilia Paschasius ad S. Leonem scribit. 201.e
 Clades Aemilia. 323.b
 Clades Tuscia. ibid.
 Clades magna ciuitatis Ticinensis. 313.c
 Clades Africa futura ostensa Paulo Episcopo. 358.d.e
 Clapis paratur à Leone Imperatore contra Vuandalos. 286.c.d
 Claudianus Faustum consulat. 455.b.c
 Claudianus cognomento Mamercus qualis. ibid.
 Claudianus presbyter, non Episcopus. ibid.e
 Claudiani episcopium. 456.a
 Claudius Episcopus subscribit in Concilio Lugdunensi. 452.d
 Claudius Episcopus Vesontiensis. 600.d
 Claudius seu Claudianus Episcopus Viennensis. 8.a
 Claudius Mamercus Episcopus Viennensis. 10.a
 Clanes regni celestis sunt apud Papam. 111.b
 Clausura monachorum perutilis. 292.d
 Clementia heretici deterioris sunt. 166.e
 ad Clementem VIII. legatio Alexandrinorum. 171.a
 ad Clementem VIII. Romanum Pontificem legatio Ecclesie Alexandrine. 697.a
 ad Clementem VIII. Rom. Pont. epistola Gabrielis Patriarchæ Alexandrini. 698.a
 Clemens VIII. Hieronymum Vecchietum ad Alexandrinos cum litteris misit. ibid.d
 ad Clementem VIII. epistola Ioannis Corepiscopi Alexandrini. 700.e
 Clementis Papa elemosyna Alexandrinis largita. 701.e
 Clerici ne sint feneratores. 14.c
 Clerici ne sint vagantes. 154.d
 Clerici non possunt de loco in locum transire sine suorum Episcoporum licentia. 195.a
 Clericis necessaria sunt litteræ commendatitiæ suorum Episcoporum. ibid.
 in Clericos leges late abrogantur à Marciano Imperatore. 211.a.b
 Clericis sua bona quilibet testamento relinquere potest. 209.d
 Clericos Constantinopolitanos hortatur Hormisdâ Papa, vt in fide perseuerent. 679.b
 Clerici duodecim adhuc pueri martyres. 420.c
 Clerici peccata vitent. 518.b.c
 Clericorum peccata legenda. 533.b
 Clericorum opera bona patientia & clara sint. 553.d.e
 Clericorum honesta cohabitatio. 554.a
 Clericis interdicitur est de deri ad euitanda pericula. 28.e
 Clerus vendicatur in pristina libertatem à Marciano Imperatore. 211.a
 Clodomirus filius Clodouei regnauit post ipsum. 643.d
 Clodomirus moritur in bello. 644.b
 Clodoueus Rex Franchorum quando regnare cepit. 425.a
 Clodo-

I N D E X.

Clodoveus Rex Francorum ad huc Ethnicus veneratus S. G. - nonefam. 425.a
Clodoveus veneratus S. Remigium. ibid.b
Clodoveus dedit multa bona Ecclesie. 425.b
Clodoveus quid in militem sacrilegium. 446.b
Clodoveus in coningem accipit Crotildem. 492.b
Clodoveus legatos pro pace misit ad Gundebaldum. ibid.
Clodoveus Aurelianum legatum dirigit ad Crotildem. 492.c
Clodovei primogenitus baptizatur & moritur. 493.a
de Clodovei conuersione. 536.c
Clodoveus ope Christi sperat Alamanos. ibid.d
Clodoveus interdum appellatus Ludovicus. 537. a. ad ipsam Theodorici Regis littera de victoria contra Alamanos. ibid.
Clodoveus admonetur vt sciat vii victoria. ibid. a. b
Clodoveus conuertitur ad Christi fidem. ibid. d
Clodoveus baptizatur à S. Remigio. 537. e
Clodoveum catechizat S. Vedastus. 538. b
describitur eius baptizatus. 537. e. 538. a
Clodoveus peruenit ad S. Remigium. 539. a
Clodoveo lux affulsit de celo. ibid. e
Clodoveo ampulla chrysmatis calitus missa. 540. a
Clodoveus qua Genouese dederit. ibid. b. c
Clodoveus quanta Remigio & alijs Ecclesijs largitus sit. 540. d. e
eum Clodoveo & Alarico tractatur pax. 583. c
Clodoveus bellum mouet contra Gorbos. 584. c
Clodoveus ecclesiam SS. Apostolorum Petri & Pauli construit. 584. d
Clodoveus non militat, nisi accepta benedictione ab Episcopo. 584. e
Clodoveus vltus in forni raptorem. 585. c
Clodoveo innotuit victoria ex Propheta psalmo. 585. d. e
Clodoveus scribit ad Episcopos Concilij Arelatensis. 585. a
Clodoveus vincit & occidit Alaricum. 586. b
Clodoveus filium suum Theodoricum ad Arnernos dirigit. ibid. c
Clodoveus multa dona basilica S. Martini offert. ibid. c
ad Clodoveum scribunt Episcopi Aurelianensis Concilij de eius assensu. 586. e
Clodoveus Concilium collegit admonitione sancti Remigij. 587. a
Clodoveus multa dona dedit Ecclesijs & clerijs. ibid. b
Clodoveo ab Anastasio offertur Consulatus. 588. c. d
Clodoveus an sumpserit Consulatus insignia. ibid. c
Clodoveus refutat Consulatum oblatum. 589. a
Clodovei bellum cum Burgundionibus. 596. d
Clodoveus agrotat. 597. c
Clodoveus agrotans sanatur à S. Severiano. ibid.
Clodoveus coronam Hormisdæ Papa donat. 639. e
Clodovei obitus. 641. c
Clodoveus quo anno mortuus sit. ibid. d
Clodoveus Belhger dicitur. ibid. e
Clodoveus sepultus est Parisijs. 643. b
Clodovei episcopium, & laudes. 643. c. d
Clodovei filij omnes baptizati, veri que successores & in pietate, & in regno. ibid.
Clotaricus filius Clodouici regnavit post ipsum. 643. d
Codices antiqui dinesos sepe continent auctores, & ex hoc frequens nominum error. 8. d
Codices hereticorum cauendi. 43. e. 44. c
Cælestis iolum Carthaginensium famosissimum. 4. e
Cælestianus commendatur in pluribus epistolis Theodoretii. 5. d
in Calites fugnant heretici post pugnam hominum. 530. c
Canonium Lermenense Laudatur. 10. d
Cohabitatio clericorum & mulierum prohibita, & quomodo permitti. 195. b
Cohabitatio clericorum honesta. 554. a

Columbo ordinum quo tempore faciendâ. 24. e
Coloniensis Ecclesia effluata. 463. e
Colubri nistat suis spm is inuoluitur hereticus. 61. d
Columba interdum videtur anima Sanctorum, càm è corpore egrediuntur. 6. e
Columba ex ore S. Iulia exiit. ibid.
in Columna Danielis inscribitur epigramma à Cyro. 4c. a
Columna immobilis miles Christi. 218. c
Comera tempore Vuandalorum ardere visa. 25. d
Commemoratio præteritarum tribulationum renouat dolorem. 444. c
Commendatio Cælestiani Carthaginensis. 4. d. e
Commendatio Cælestiani à Theodoro facta. 5. d
Commendatio Cypriani Episcopi à Theodoro facta. 5. e
Commendatio clauitatis Felicitis. 448. a
Commendatio S. Eutropie vidua. 600. e
Commendatiuum litterarum vsus. 5. e
Commendatiua suorum Episcoporum littera necessariae sunt clerijs. 195. b
Commendatur zelus Sporacij Comitit. 106. c
Commendatur Alexandrina Ecclesia ab Anastasio Papa Anastasio Imperatori. 525. d
Commonitorium Gelasij Papa ad Faustum. 478. b
Communicantium cum hereticis nulum potest esse privilegium. 682. a
Communicans cum alijs simili fori est obnoxius. 468. e
non Communicantes Ecclesia Catholica à Deo repelluntur. 531. b
Communicatio cum Catholicis prohibetur Vuandalis. 396. d
Communicatio cum malis suscipienda. 469. c
Communicatio Episcoporum cum sede Apostolica iniusta hereticis. 672. d
Communio sacra quam sepe sumenda. 141. b
de Communione verba Gelasij Papa quomodo accipienda. 513. d
Communio an sub vtraque specie sit sumenda. 515. c. d
de Communione sacra magna miraculum. 630. d. e
Communio in latum proiecta respicendâ. ibid. b
de Communione asseruata miraculum contra Seuerianos. 631. e
Communio culmos & spicas germinauit. 632. a
Communio cum hereticis maxime vitanda. 681. c. d
Communione cum Summo Pontifice qui Episcopi seruauerunt. 489. d. e
ad Communione qua conditione Princeps admittendus. 653. c. d
Communio Ecclesiarum debet esse cum Apostolica sede. 664. c. d
Communione sedis Apostolicæ amplexus Ioannes Episcopus Nipolis. 668. a. b
ad Communione qui volebant admitti, dabant libellum fidei. 687. d
Compendium breue vite S. Honorati. 34. c
Compendium vite Theodoretii. 53. a
Comprobatio Trisagij à Concilio Chalcedonensi. 38. a
Conatus Eutychei contra damnationem. 63. a
Conatus temerarius & fastus Acacij. 300. a. b
Concellanei adhibendi clericis. 553. c
Conciliabilem Ephesinum. 64. a
Concilium Agathense, presidente Casario Arelatensi Episcopo. 578. c
Concilium Alexandinum quo tempore. 189. e
Concilium Andegavense recentè editum. 194. e
in Concilijs antiquæ acclamationes Patrum. 271. a. b
Concilium Arausicanum in Gallia celebratum. 7. e
in eo videntur viginti canonis sancti. ibid.
Concilium Arausicanum quando. 261. a
Concilium Arelatense tertium. 192. c
Concilium Aurelianense quando. 585. a
Concilium

I N D E X.

Concilium bis in anno Roma congregabatur. 49. b
Concilium Byzacenum quando. 567. e
Concilium Carpentoratense. 263. e
in Concilio celebrando que sint obseruanda. 123. a. b
Concilium Celenense & Toletanum. 47. a
Concilium Chalcedonense sub Marciano quando. 132. e
qui in eo numerus Patrum. 140. d
Concilium Chalcedonense studiosissimum S. Leonis. 160. d
quid ad S. Leonem. ibid. e
ipsum promulgat in Occidente S. Leo. 167. a
pro Concilio Chalcedonensi quantum laborauerint Sancti. 610. 611. 612
in Concilio Chalcedonensi indulgentiam consequitur Basilius Seleucie Episcopus. 148. b
pro Concilio Chalcedonensi magna lis in Oriente. 653. 654.
Concilium congregatum Constantinopoli in causa Eutychei. 73. d. e
Concilium congregare simulabat Anastasius Imp. 647. c
Concilia comocanda & celebranda auctoritate Summi Pontificis. 119. e
Concilij Constantinopolitani Acta. 55. e
Concilium Constantinopolitanum coram legatis Romani Pontificis. 119. e
Concilium Constantinopolitanum in causa Petri Cnaphæi. 387. e
Conciliorum decretis cur standum. 238. a
Concilia duo in causa Iba Episcopi Edeffe. 63. e
Concilia duo in Hispania celebrata. 64. d
Concilium Epamense. 600. d
in Concilio Epamensi quot Patres. ibid. d. e
in Concilio Epamensi quot canones. 601. a
Concilium Ephesi indicitur in causa Eutychei. 76. c
Concilium Epirotarum Episcoporum. 668. a
Concilium Gallicanum. 640. e
Concilium generale indicitur in Hispania. 46. a. b
Concilium Mediolanense sub Leone. 130. e
Concilia minime iudicant Summum Pontificem. 550. b. c
in Concilijs miracula non quaruntur. 155. d
Concilium Nicæe à Marciano indicitur. 129. e
in Concilio Nicæno interfuerunt CCCXVIII. Patres. 366. a
Concilium non necessarium, vbi aliquid desinitum litteris Summi Pontificis. 73. c
Concilia Oecumenica qua occasione cogenda. 326. a. b
in Concilijs quantum honor tributus sancto Euangelio. 143. c
Concilij Patres se appellant filios S. Leonis. 161. e
Concilium quatuor Oecumenicis adhibenda fides tamquam quatuor Euangelis. 611. e
in Concilio quomodo considerant omnes. 143. b. c
in Concilio quo ordine subscribere debeant Episcopi. 139. d
Concilium Romanum sub Leone. 16. c. d
Concilium Romanum appellat Eutycheus. 74. e
Concilium Roma celebratur à S. Leone contra Acta Ephesina Synodi. 107. b
Concilium Romanum. 270. e
Concilium Romanum in causa Acacij. 379. b
Concilium Romanum in causa Petri Cnaphæi. 388. b
eius canones. 388. c. d. e
in Concilio Romano tractatur causa Vitalis Episcopi. 398. e
Concilium Romanum in causa Miseni & Vitalis. ibid. b
vbi agitur causa Acacij. 399. b
Concilium Romanum de lapsis restituendis. 436. a
Concilium Romanum Lxx. Episc. sub Gelasio. 470. a
Concilium Romanum Gelasij tempore. 506. b. c
Concilium Romanum in absolutione Miseni. ibid. b. c
Concilij Romani Acta. ibid. b. c
Concilium Romanum primum sub Symmacho Papa. 534. a. b
Concilium Romanum secundum sub Symmacho Papa. 542. c. d
Concilium Romanum sub Symmacho tertium, & quartum sub actionibus. 546. d. e

Concilium Romanum quintum sub Symmacho. 542. c. d
Concilium Romanum sextum sub Symmacho. 562. e
Concilia in Secretarijs celebrabantur. 141. e
Concilia à Summo Pontifice approbanda. 160. e
Concilium Tarraconense in Hispania. 673. d. e
Concilium Toletanum & Celenense. 47. a
Concilium Turonense quando. 370. c
in Concilio Turonensi sanciti septem canones. ibid.
Concilium Varsense in Gallia Narbonensi. 12. c
Concilium Varsense. 264. a
Concilium Veneticum quando. 195. e
Concio pulcherrima Marciani Imp. ad Synodum habita. 153. d
Conciones Verbi Dei ad Episcopos spectant. 163. b
Conciones S. Casarij ad populum crebre. 578. e
Concionatur Orbis Simeon Stylita. 263. d
Concordantia Canonum liber. 379. e
Concordia & vnanimitas seruanda inter Episcopos. 32. b
Concordia præstat, quod fortitudo non valet. 295. e
Concordia & vnitatis quantum seruanda. 557. d. e
Concordia inter fratres seruanda. 643. e. 644. a
Concordia Orientis cum Occidente. 689. d
Condemnatio Hilarij Episcopi Arelatensis. 33. a
Condemnatio Acacij Episcopi Constantinopolitani. 399. d
Condescensio qua mala. 469. d
Conditio varia Theodosij. 116. b
Conditiones pacis offeruntur ab Anastasio Imperatore Vitaliano. 647. e
Confessio sacramentalis debet esse secreta. 247. a
Confessio secreta ex Apostolica traditione. ibid.
Confessio generosa pueri Christiani. 419. c
Confessio plena Lucidi. 453. b
Confessio generosa Theodosij cænobiarcho. 610. e
Confessio fidei Anastasij, sed ficta. 660. e
de Confessione fidei epistola Theodoretii. 53. e
121. a
Confessione S. Petri fides stabilis. 391. d
in Confessione fidei requiritur magna constantia. 629. e
Confessores Christi angustiari arcto carcere. 394. c
plures in exilium missi. 393. e. 395. b
Confessores loquuntur linguis excisis. 415. c
comprobatur hoc pluribus testibus. ibid. 416. a. b
Confessores in exilium pelluntur. 617. e
Confessores fidem Christi libere pronunciant. 620. e. 621. a
Confirmatio Symboli, Ephesini, Nicæni & Constantinopolitani à Concilio Chalcedonensi. 152. c
Confirmatio Concilij spectat ad Summum Pontificem. 160. e
Confirmatio Calendionis Episcopi Antiocheni à Romano Pontifice. 360. e
Confirmatio Patriarcharum ad Papam spectat. 363. b
Confirmatio Monasterij constructi à Childaberto. 595. d
Coniugati interdum eligebantur Episcopi relicta coniuge. 476. a
pro Coniuge orare debet vxor. 139. c
Coniunctio cum petra demonstrat quemlibet esse Catholicum. 681. e
in Coniurationibus promittuntur premia delatoribus, dum Papa eligendus est. 535. b
Coniux curat, vt sepeliatur proprius vir vituus. 460. b
Coniux criminum susceptores latrocinantium pari pena constringuntur. 488. a
Coniurarij impij Principis animum in preceptis agunt. 111. e
Coniurio Acacij cuncta egiit Zeno Imperator. 435. a
Coniuratio cum hereticis maxime reprehendenda. 381. b
Coniuratio cum hereticis maxime reprehendenda. 381. b
Constantes reddit homines fides Catholica. 3. e
Constantia vera inuenitur in Christianis. ibid.
Constantia necessaria in rebus arduis. 88. d
Con-

I N D E X.

Constantia Renati & collegarum legatorum Apostolica sedis. 96.b
 Constantia Renati laudatur. 98.a
 Constantia summa Saturei. 218.d
 Constantia monachorum laudata. 398.a
 Constantia iungenda cum modestia. 552.c
 Constantia quam necessaria in aduersis. 680.d.e
 Constantia magna sit in fidei confessione. 629.c.e
 Constantinopolitana ciuitas dire afflictata. 30.c.d
 Constantinopolis terremotus ingens. 36.c
 Constantinopolis multa mala ex terramotu passa. 37.a
 Constantinopolis magna per Cyrum instauratur. 38.c
 Constantinopolis noua Roma. 55.e
 Constantinopolitani Concilij Acta. ibid.
 Constantinopolitani Theodoro omnino non credebant. 106.a
 Constantinopolitana Ecclesia privilegia. 158.d
 Et an à Papa legatis probentur. ibid. 159.c
 Constantinopolitana Ecclesia num præcedat Alexandrinam. 160.b.c
 Constantinopolitanum Concilium prouinciale sub Gemadio. 242.d
 Constantinopolitana urbis incendium. 267.d.e
 Constantinopolitani ad Danielem confugiunt. 268.a
 Constantinopolis frequentia imbrium prodigiosa. 269.e
 Constantinopolitane domus in insula formam constructæ. 269.c
 in Constantinopolim cinis è monte Vesuuij. 296.e
 in Constantinopolim iniectus ignis grassatur. 335.a
 Constantinopolitana Synodus contra Petrum Cnapeum. 387.e
 Constantinopoli civile bellum ortum. 463.a
 Constantinopolitani Episcopi vnde arrogantia orta. 480.d
 Constantinopoli tumultus vulgi. 484.c
 Constantinopolitanos clericos hortatur Hormisdæ Papa, ut in fide perseverent. 279.b
 Constantinopolitani missi legati ab Anastasio Papa ad Anastasium Imp. 525.b
 Constantinopolitani ciues Orthodoxi quanta passi sint. 546.a
 Constantinopoli orta discordia Anastasij tempore. 602.e
 Constantinopoli tumultuatur populus. 613.a
 Constantinopolitana Ecclesia quanta contagione laborauerit. 619.e
 Constantinopolitani addicti nomini Acacij. 656.d
 Constantinus Episcopus Vapingenfis. 10.d
 Constantinus discipulus S. Benedicti. 502.e
 Constantinus Episcopus Hadrianopoleos. 669.d
 Constantinus monachus Eutychetis procurator. 73.e
 Constitutio S. Leonis de non ordinandis seruis. 14.e
 Constitutio Valentiniiani contra Manichæos. 30.e
 Constitutio Benedicti Pontificis de additamento in Symbolo. 48.b
 Constitutio Benedicti Papa de canendo Symbolo in Missa. ibid. c
 Constitutio Valentiniiani Imperatoris contra sepulchrorum efflores. 49.c
 Constitutio Marciani Imp. contra idololatrias. 165.a
 Constitutio Marciani Imp. de abolenda lege Theodosij contra Flavianum. 177.d
 Constitutio Marciani Imp. contra hereticos. 197.e
 Constitutio Marciani Imperatoris contra Anatolium. 199.b
 Constitutio Leonis Imp. de colendis festis. 289.e
 Constitutio de Ecclesiarum privilegiis. 299.e
 Constitutio Basilij contra Concilium Chalcedonense. 328.a.b.c
 Constitutiones contra simoniacos. 243.a.b. 290.b
 Constitutiones contra ambientes Pontificatum. 534.e

Constitutionibus Apostolicis vis non præiudicat. 96.a
 Consuetudo Cyri cum Daniele Stylita. 39.e
 Consuetudo Occidentalium Episcoporum in Conciliis celebrandis. 132.c
 à Consuetudine Symmachij interdum abstinerunt Episcopi. 547.b
 ex Consuetudine soliti dari tituli, & non ex merito. 550.e
 C O N S V L E S
 Valentinianus Augustus & Anatolius. 1.e
 Cyrus tantum Consul in Oriente. 7.e
 Dioscorus & Eudoxius. 11.d
 Maximus & Paternus. 13.a
 Theodosius & Albinus. 10.d
 Valentinianus Augustus & Nomus. 29.a
 Aëtius & Symmachus. 35.b
 Alypius sine Calypsius, & Ardaburius. 42.c
 Posthumianus & Zeno. 49.e
 Asterius & Protogenes. 70.e
 Valentinianus & Auienus. 114.b
 Marcianus & Adelphius. 128.a
 Herculanus atque Sporatius. 165.e
 Opilio & Vincomalus. 182.d
 Studius & Aëtius. 196.b
 Valentinianus octauum & Anthemius. 205.b
 Ioannes & Varanes, seu Varares. 212.b
 Constantinus & Rufus. 219.e
 Leo & Maiorianus. 233.e
 Ricimer atque Patricius. 242.d
 Magnus & Apollonius. 247.b
 Seuerinus & Dagalaiphus. 253.a
 Leo & Seuerus. 257.e
 Cæcina Decius Bassilius, & Vibianus. 260.d
 Rusticus & Olybrius. 265.b
 Basiliscus & Hermimericus Gothus. 267.d
 Leo Augustus. 275.a
 Pujex atque Ioannes ambo Flauij. 279.a
 Anthemius iterum. 282.a
 Zeno & Marcianus. 288.b
 Seuerus & Ioraanus. 290.d
 Leo quarto loco Consul cum Probiano. 292.b
 Festus & Marcianus. 299.b
 Leo quinto loco Consul absque collega. 304.d
 Leo Augustus Iunior. 306.e
 Zeno Augustus tantum Consul. 312.c
 Basiliscus & Armatius. 322.b
 Anno CCCC. LXXVII. nullus Consul fuit. 337.c
 Illus sine collega Consul. 344.c
 Zeno tertium Consul. 349.b
 Basiliscus Iunior. 352.b
 Placidius. 357.c
 Seuerinus. 360.d
 Anicius. 375.e
 Theodoricus Gothorum Rex & Venantius. 396.e
 Symmachus Consul absque collega. 428.a
 Longinus & Decius. 435.b
 Boëtius absque collega. 436.a
 Dinamius atque Siphidius. 438.e
 Probinus & Eusebius. 443.b
 Faustus Iunior & Longinus secundum. 446.d
 Olybrius tantum Consul. 459.e
 Anastasius Augustus & Rufinus. 464.e
 Albinus & Eusebius. 475.e
 Asterius & Præsidius. 486.e
 Viator & Aemilianus. 505.b
 Paulus sine collega. 511.d
 Anastasius Augustus iterum Consul. 525.a
 Paulinus & Ioannes Scythæ. 531.e
 Ioannes Gibbus. 534.e
 Patricius & Hippatius. 542.b
 Auienus

I N D E X.

Auienus & Pompeius. 545.a
 Auienus Iunior & Probus. 546.d
 Dexeeratus & Volusianus. 555.c
 Cartheus. 562.c
 Theodorus & Sabinus. 576.c
 Messila & Areobinda. 578.a
 Anastasius Augustus & Venantius Decius. 581.c
 Venantius Decius Iunior, & Celer. 588.c
 Importunus sine collega. 597.e
 Boëtius Seuerinus cum Eutharico. 601.c
 Secundinus & Felix. 604.c
 Paulus & Muscianus. 612.e
 Probus & Clementianus. 626.b
 Marcus Aurelius sine collega. 637.a
 Anthemius & Florentius. 647.e
 Petrus sine collega. 658.d
 Anastasius & Agapetus. 674.a
 Magnus atque Florentius. 689.c
 Contentio de primatu inter Viennensem, & Arelatensem Episcopos. 32.a
 Continuita pena sit intolerabilis. 448.a
 Controuersia de Paschali Cyclo. 191.b.c
 Conturbatur Ecclesia Dei à Pasinico. 463.e
 Conuenticula ne colligantur, vltimi supplicij pena prohibetur. 131.d
 Conuersatio cum hereticis omnino fugienda. 479.e
 Conuersationes mala fugienda. 467.c.d
 Conuersi estimandi sunt qui sint, non qui fuerint. 68.e
 Conuersi heretici quomodo recipiendi. 587.b
 Conuersio anachoretarum per Euthymianum. 174.d.e
 Conuersio Marci monachi ab heresi. ibid.
 Conuersio Eudocie Auguste. 209.e
 Conuersio hereticorum querenda. 175.c.d
 Conuersio interdum blandè exquirenda. 185.d
 Conuersio Clodouei Franchorum Regis. 537.d
 Conuersio Sigismundi Regis. 502.a
 Conuersio Siluani monachi. 174.e
 Conuersio hereticorum difficillima. 501.d.e
 Conuersio potentium magna Christi gloria. 576.e
 Conuersio Indai ab igne liberati. 297.e
 Conuersio hereticorum facta à S. Patente. 319.a
 Conuersio Seuerianorum. 631.e. 633.b
 ad Conuersionem sepe inuitatus Acacius. 428.b
 Conuuij Dionysij tyranni nobilissimus apparatus. 207.b
 Coptorum obedientia Romano Pontifici, & professio fidei. 703.d.e
 Corepiscopus Alexandrinus dicitur Discipulus. 700.e
 Corollarium de legatione Ecclesie Alexandrinæ ad Apostolicam sedem. 697.a
 Corona gemmis ornata à Clodoueo datur Hormisdæ Papa. 639.e
 Corpus S. Flauiani transfertur Constantinopolim. 119.b
 Corpus S. Flauiani honorifice sepelitur. ibid. d
 Corpus S. Seuerini integrum diu perduravit in sepulchro. 441.b
 Corporis S. Seuerini fragrantia. ibid.
 Corpus S. Seuerini transfertur in Italiam. 441.b
 Corpus S. Seuerini translatum Neapolim. 522.b
 Corpus totum patitur passionem vnius membri. 386.c
 Correctio erga Dei seruos sit cum dextertate atque prudentia. 19.d
 Correctio medicina est. 453.a
 Correctio Gelasij Papa nihil proficit Euphemio. 470.e
 Correctus sero plus est rebellis, quam arcus manij, bostingo, equus freno. 426.b
 Corrumpere alios non valet ille qui grauioribus delictis derinetur. 434.e
 Coruus citam Deus abundanter cibum largitur. 105.d

Cosmas Epiphania Episcopus. 626.e
 Creatio Flauiani Episcopi Constantinopolitani. 40.c
 Creatio Anastasij Episcopi Hierosolymitani. 241.c
 Creatio Episcoporum quomodo facienda. 290.b
 Creatio S. Remigij Episcopi Rhemensis. 298.b
 Creatio Olybrij Imperatoris. 301.b
 Creatio Ioannis Mela Episcopi Alexandrini. 531.a
 Creatio Ioannis Orthodoxi Episcopi Constantinopolitani. 686.d
 Crescens Metropolitanus Asuritana ciuitatis relegatur. 12.b
 Crescentinus Rex inobediens S. Paterno sit cæcus. 646.e
 Crescentinus obediens S. Paterno lucem recipit. ibid.
 Cresconius Episcopus Tudertinus legatus Anastasij Papa. 525.b
 Cresconius à Genferico relegatur.
 Criminum impunitas hortatur ad crimina. 495.a
 Crispinus Ticinensis Episcopus inter Sanctos relatus. 131.c.d
 Crocus in Galia Episcopus exulat. 318.a
 Crotildis nupta Clodoueo. 492.b
 ad Crotildem Aurelianus missus à Clodoueo. 492.c
 Crotildis quid cum Aureliano pertractauerit. ibid. d
 Crotildis primitias coniugij obtulit Deo. 493.a
 Crotildis Clodoueo predicabat fidem Christi. 536.d
 Crotildis Regina post mortem Clodouei venit Turonos. 643.d
 Crotildis Deo inseruitur eximia sanitate. ibid. d
 Cruciatio diua S. Fulgentij. 448.a
 Crux deuote adorata sanitatem confert. 138.b
 Crux splendida vt stella apparuit Ioanni Silentiario. 464.b
 Crux refulgens apparet & terret inimicos Christi. 275.d
 Crux velut telum fugat inimicum. 292.b
 Crucis potentia omne genus perdomuit barbarorum, pijsq; & mansuetos reddidit. 27.b
 Crucem super diadema Christiana Imperatrices gestare conseruerunt. 189.b
 Crucis Christi particula dono data S. Leoni. 200.d
 Crucis signo munitus venenum suscipit Iulianus Episcopus, & ei minime obest. 627.c.d
 Crucis signo incantationes maleficorum euanescent. 645.c
 Crucis signo nos munire debemus in angustiis. 646.c
 Crudeles semper sunt tyranni. 3.a.e
 Crudeles barbari etiam in seipso. 204.a
 Crudeles à Deo puniuntur. 635.b
 Crudelitas Antonij Episcopi Ariani. 421.a
 Crudelitas Ariatorum ipsis Arianis detestabilis. 448.d
 Crudelitas maxime apparet in tyrannis. 3.a
 Culmi germinantur ab Eucharistia asseruata, & quomodo. 632.a
 Culpa de præterito remitti non potest, nisi correctione subsequente. 480.a
 Culpa dimittere calesce est, vindicare terrenum. 494.e
 Cultus Solis superstitiosus tollitur. 14.a
 Cultus Genilium fuit causa ruine Imperij Romani. 521.c
 Cupiditas terrenarum rerum est tollenda. 425.b
 in Cupresso ardet imago B. Mariæ Virginis vt fac. 39.a
 Cura Episcoporum qualis esse debeat. 28.e
 Cura primatus abicitur ab Anatolio. 200.a.b
 Cura potissima Papa est circa fidem. 487.c
 Cura pastoralis Romani Pontificis. 674.d
 Cura Romani Pontificis erga Episcopos lapsos. 676.c.d
 Curatio anachoretarum ab heresi. 174.d.e
 de Cyclo Paschali controuersia. 191.b.c
 Cyclo Theophili probatur. 192.a
 Cyprianus Episcopus Carthaginensis commendatur. 5.e
 Cyprianus Episcopus Vniuersalis. 394.d
 Cyprianus legatus Gelasij Papa. 489.d
 Cypriano Episcopo que reliquerit S. Cæsarius. 595.b
 in Cypro insula magna miracula sacra communionis. 660.d

I N D E X.

Cyriacus monachus illustris. 233.d
 Cyrillus Alexandrini obitus quando. 19.a
 Cyrillus quanto tempore in Episcopatu sederit. ibid.
 Cyrilli multa scripta desiderantur. ibid.b
 Cyrillus quomodo deceptum anachoretam curauerit. ibid.d
 Cyrilli scripta per sepe in lucem dantur. ibid.c
 Cyrillus nequaquam fuit monachus Carmelita. 21.c
 eius nepotes à Dioscuro & Nomo afflicti. 29.c
 item eius nepos exauctoratur. ibid.e
 Anastasius similiter eius nepos affligitur. 30.a
 Cyrillus historicus veritatis cultor. 322.a
 Cyrillus verax & accuratus scriptor rerum SS. monachorum. 463.c
 Cyrillus scriptor rerum Theodosij. 608.e
 Cyrola Arianorum Antistitum princeps. 406.c
 Cyrola Christi. mos persequitur. 410.e
 Cyrola stropham scribit falsi miraculi. 411.e
 per Cyrolam videns sic cecus. 412.a
 Cyrola quid in nobilem puerum. 422.b
 Cyrus Consul in Oriente creatus. 7.c
 Cyrus homo Gentilis summos honores est consecutus. ibid.c
 Cyrus vinicum inuenit in Christiana pietate confugium. ibid.d
 Cyrus Praefectus iusto Dei iudicio prodigia passus. 38.d
 Cyrus factus Episcopus Smyrnenfis. 38.e. & Coryae. ibid.
 Cyrus Maria Virgini templum dicat. ibid.
 Cyri filia & vxor à demone liberantur à Daniele Stylita. 39.e
 Cyri consuetudo cum Daniele Stylita. ibid.
 Cyri epigramma inscribit columnae Danielis. 40.a
 Cyrus sententia excommunicationis affectus. 64.c
 Cyrus ciuitas à barbaris excisa, à Iustiniano Imperatore restituta. 53.d
 Cyrus oppidulum neglectum, à Indaeis extractum. ibid.

D.

Dæmon festis diebus maior mala excitat. 605.b.c
 Dæmon malus incendium immittit Constantinopoli. 268.b
 Dæmones à Christianis tantummodo fungantur. 636.a
 Dæmoniaci liberantur à S. Daniele. 334.b
 in Dalmatia iterum pullulant Pelagiani. 480.e
 Damascius Tribunus ab Imperat. iudex constitutus in causa Ibe. 64.d
 Damnatio Eutycheus à Flauiano. 62.e
 Damnatio Flauiani, & Eusebij Episcopi per Dioscorum. 94.e
 Damnatio Episcoporum sanctorum in pseudo synodo Ephesina. 99.d
 Damnatio Romae pseudo synodi Ephesina. 107.e
 Damnatio Petri Fullonis Roma facta. 387.b
 Damnatio Petri Antiocheni per sententiam Felicitis Papae. 390.c
 Damnatio Zenonis Imp. vt heretici. 460.d
 Damnatio Acacij cum Eutyche. 468.e
 Damnatio Petri à Synodo facta. 542.c
 Damnatio nominis Anastasij. 695.e
 Damocles describitur casus. 207.b
 Daniel Carthorum Episcopus iniuste priuatur in Synodo Ephesina. 96.e
 Daniel presbyter legatus S. Leonis. 249.e
 Daniel Stylita columnam ascendit. 251.d
 Daniel futurum praedicit incendium. 265.d
 ad Danielem confugiunt Constantinopolitani. 268.a
 Danielem inuisit Leo Imperator. 269.e
 ad Danielem Imperator de vita propria discrimine. 270.b
 S. Daniel vocatur Constantinopolim. 332.b
 ad Danielem legatio Episcoporum venit. ibid.d

Daniel exemplo Christi suadet venire Constantinopolim. 332.d
 Daniel venit Constantinopolim. 327.e
 à Daniele multa eduntur miracula. 333.b.c.d.e.
 334.a
 Danielis Stylita obitus. 443.a
 Danielis sepultura. ibid.
 Dara praesidium munitur ab Anastasio Imp. 588.a
 Dardania Episcopi venerantur Gelasium Papam. 472.b
 Dardania Episcopi constantes in communionem cum Summo Pontifice. 489.d
 ad Dardanos Episcopos Gelasij epistola. ibid.
 ad Dardanos Gelasius Papa de primatu sedis Apostolicae. 505.d
 Dardania Episcopi communicant cum Apost. sede. 664.c
 Dardania terramotum dire exagitata. 692.d
 Debita soluenda ab Episcopis, quando debitorem non restituant. 276.a
 ex Decimarum solutione interdum abundantia. 320.a
 Decimas non soluentes dira fame vexantur. ibid.
 Decimus constituitur iudex à Theodoro. 563.e
 Declaratio dogmatum fidei in epistola S. Leonis. 82.a
 Decreta de penitentibus. 436.e
 Decretalis à S. Leone scripta. 14.d.e
 Decretum S. Leonis de non ordinandis seruis. ibid.
 Decreto Rom. Pontificis patet Theodoricus Rex. 563.b
 Decretis Conciliorum cur standum. 238.a
 Dedicatio Ecclesiae extracta à Liberio Patrio. 262.e
 Defensio Sicilia per Castiodorum. 3.c
 Defensio Theodoretii, quod ipse non communicauerit cum Nestorianis. 21.a.b
 Defensorem se exhibet Catholicae fidei Theodoretus. 15.e
 16.a
 Defensores Acacij tergiuersabantur. 428.d
 Defunctorum memoria sancti & pie in Ecclesia frequentatur. 146.d
 Deipara. Vide, Maria.
 Delatores conuentionum, dum eligendus est Papa, premia consequuntur. 535.b
 Delicia sacerdotum communis est turpitudine. 147.b
 Delicia inemendata cresunt. 675.c
 Deliramenta vana haereticorum. 612.b
 Demerita Ricimeris. 296.a
 Demissio animi perutilis in consideratione propria persona. 2.b
 Demochares edidit tabulas Episcoporum Lugduensium. 10.a
 Deogratias Episcopus Carthaginensis. 182.c
 quanta charitatis fuerit. 208.c.d
 Deposito Basiani Episcopi Ephesini. 49.b.157.e
 Deposito Primatum ad Papam spectat. 49.b
 Deposito Irenaei Tyri Episcopi. 50.e
 Deposito Stephani à sede Ephesina. 158.a
 Deposito Imperij ab Auito facta. 212.c
 Deposito Orientalium Episcoporum ab Acacio facta iniuste. 403.e
 Desiderium regnandi reddit Principes inconstantes. 336.a
 345.e
 Desolatio inducitur ab heresi. 30.c.d
 Desruit Christus, quod diabolus conatur adificare. 393.b
 Detectio Eutycheus haeretici. 55.c
 Detectio latebrarum Fanstii. 455.a
 Detectio Eutycheus haeretici. 56.d
 Deus custodit tribulatos. 15.c
 Deus preparat arma, antequam instet praelium. 38.c
 Deus offensus placandus est à nobis. 50.b
 Deus abundanter etiam coruis cibum largitur. 105.d
 Deus semper gerit curam Ecclesiarum. 69.b
 Deus

I N D E X.

Deus interdum differt vota poscentium, vt fide crescente maiora consequantur. 306.a
 Deus humilium consolator. 345.b
 Deus stat in castris filiorum Israel. 359.c
 Deus repressit temeritatem Petri Fullonis. 431.c
 Deus quem adiuuat in re difficili, adiunabit etiam in re minus laboriosa. 433.d
 Deus diues est in omnibus qui in inuocant illum. 453.d
 Deus valde punit ambitiosos. 569.a
 Deus tantum est iudex Papae. 543.d
 Deus praesto est suae Ecclesiae. 600.b
 Deus terret inuisum per visum. 596.c
 Deus cogit impios fame perire. 337.e
 Deus blasphemos punit. 500.a
 Deus custodit sanctos suos. 596.b.597.b
 Deus sua prouidentia custodit Ecclesiam suam. 697.c
 Deus confingit impios. 693.e
 Dei prouidentia mira in curanda salute hominum. 5.c
 Dei ira excutitur in ultionem contra peccata. 35.e
 Dei prouidentia suis semper necessarium praestat auxilium. 107.e
 Dei verbum praedicandum est ab Episcopis. 163.b
 Dei ira auertitur penitentia. 203.e
 Dei sanctos venerantur Principes. 305.c
 Dei iudicia occulta, sed ordinata. 317.c
 Dei Ecclesiae commendatur Zenoni Imp. à Simplicio Papa. 323.e
 Dei Ecclesiae commendatur Acacio à Simplicio Papa. 325.d
 Dei Ecclesiae gubernatur eius prouidentia. 331.e
 Dei flagella deterrent homines à sceleribus. 374.d
 Dei dona auferuntur à carnalibus. 417.c
 Dei ira contra impios. 693.c.696.b
 Dei Ecclesiae conturbatur à Pasinico. 463.e
 Dei dona sunt maxime consideranda. 494.c
 in Dei Ecclesiam Festus mala machinabatur. 530.b
 Dei auxilio liberantur sancti. 596.c
 Dei iudicium futurum semper proponendum, & timendum. 653.c
 Dei iudicia non sunt examinanda. 666.c
 Dei auxilium erga suam Ecclesiam. 697.c.d
 Deo offerenda primitiae. 493.a
 Deo qui fidem non seruat, neque hominibus seruire potest. 499.c
 Deo gratior est virginitas matrimonio. 214.e
 Deo maxime displicet ambitio. 569.a
 Deo gratissima elemosyna. 590.e
 Deo nihil est execrabilius, quam maiorum resistere potestati. 470.e
 Deo inseruunt eximia sanctitate Crotildis. 643.d
 Deo maxime displicet simulatio. 658.e
 Deum non habebit quis patrem in caelis, qui Ecclesiam matrem in terris non habuerit. 546.c
 à Deo implorandum primo auxilium. 1.c
 à Deo puniuntur Principes, si arrogant sibi ius Ecclesiasticum. 77.e
 à Deo datur potestas, vt quis rectè ministrare valeat. 71.a
 à Deo magis puniuntur peccata fidelium, quam infidelium. 137.a
 à Deo puniuntur Principes, nisi seruent ius Ecclesiasticum. 179.a.b.211.a
 à Deo preparantur sepulchra Sanctorum. 217.e.218.a
 à Deo impetratur filius oratione. 334.d
 à Deo punitur Eutycheianus. 500.e
 à Deo flagellantur ambitiosi. 569.a
 à Deo prouenit victoria. 584.d.e
 à Deo puniuntur impij. 686.d.e
 à Deo puniuntur Saraceni. 600.a
 à Deo contemnitur, qui Ecclesiae praecipua contempserit. 621.d

à Deo miracula multa Arianorum tempore. 501.c
 à Deo puniuntur Ariani. 500.b.c
 à Deo datur abundantia sanctis suis. 634.b
 à Deo puniuntur crudeliter. 635.b
 Dexteræ & sinistræ ratio quomodo intelligenda. 143.c
 Dexteritate reprehendendi sunt Principes. 109.a.b
 Diabolus caput filiorum superbiae. 300.b
 Diabolus est Rex super omnes filios superbiae. 634.b
 Diabolus & haeretici nec superati cedunt. 402.b.c
 Diabolus est conturbator verae pacis. 346.d
 Diabolus insurgit in scientiam. 664.c
 Diaconus dat panes ambitionis. 569.a
 Diaconi omni humilitate presbyteris deferre debent. 195.b
 in Dialogis sancti Gregorij recitatur miraculum de Paschasio diacono. 522.e
 Dicitur Asturicensis Episcopus. 46.a
 Die Paschatis plures martyres facti. 217.b
 Diebus sollempnibus maiorem excitat tempestatem demonum. 605.b.606.a.b
 Dies festi quo honore colendi. 289.e
 Difficilis conuersio haereticorum. 501.e
 Digladiatio inter Euphemum & Petrum. 442.d
 Dignitas Patriatus collata Castiodoro. 477.d
 Dignitates non appetendae. 534.e.569.a
 Dignitates fugiendae. 568.b.c.d
 in Dignitatibus etiam seruanda abstinentia. 569.b.c
 in Dignitatibus seruanda humilitas. ibid.
 Diligentia Simplicij Papa in coercenda elata mente Acacij. 351.a.b
 Di monachi dicti à Dio Archimandrita. 403.b
 Dionysia cruciata graui tormento & approbrio. 414.a
 ibid.
 Dionysius filius cruciatur maiori martyrio. ibid.
 Dionysius S. R. E. Nozarus S. Leonis nuncius. 109.e
 Diocesis vnaquaque intra proprios limites contineatur. 54.a
 Dioscuro Consulatus. 111.d
 Dioscorus creatur Episcopus Alexandrinus. 211.d
 Dioscuro praedicantur virtutes à Theodoro. 211.e
 Dioscuro legatio ad S. Leonem Romanum Pontificem. 24.c
 Dioscuro hypocrisis diu latens. 25.b
 Dioscorus nepotes Cyrilli persequitur. 29.b
 Dioscorus exauctorauit Cyrilli nepotem. ibid.e
 Dioscorus facinorosissimus fuit. 25.b
 Dioscorus vsurpare nititur Antiochena Ecclesia iura. 53.e
 ad Dioscorum Theodosij epistola de Synodo Ephesina. 76.d
 Dioscorus cum decem Metropolitanis conuenire iubetur ad Synodum Ephesinam. 77.a
 Dioscorus & adfuit & praesuit Synodo Ephesina. 91.a
 Dioscorus non admisit litteras S. Leonis. 90.e
 Dioscorus vim & metum infert in Synodo. 94.a
 Dioscorus Eutychem absoluit. ibid.c
 & Flavianum & Eusebium damnat. ibid.e
 Dioscuro pertinacia. 95.c
 Dioscuro contradicunt Apostolicae sedis legati. ibid.e
 Dioscorus excommunicat sanctum Leonem Papam impuberm. 112.d
 Dioscorus venit in Concilium Chalcedonense. 142.e
 Dioscorus è concessu Patrum dimotus. 144.b
 in Dioscorum omnes insurgunt. 144.b.c
 in Dioscorum plures accusatores. 146.c.d
 Dioscuro facinora & scelera in Concilio lecta. 146.a.b
 Dioscorus pro nihilo ducebat Imperatoris edictum. 146.e.147.a
 Dioscorus ter à Concilio Chalcedonensi citatur. 147.a.b
 in Dioscorum sententia legatorum lata, & promulgata. 147.b.d
 Dioscorus alter Phayao. ibid.e
 ad Dioscorum Patres Concilij Chalcedonensis. 148.a
 Dioscorus relegatur, & infelicissime moritur. 164.d
 Dioscorus iunior Episcopus Alexandrinus. 667.d
 Diosco-

I N D E X.

Diofcorus inuast Ecclesiam Alexandrinam fauore Anastasij Imp. 170.b
 pro Dioscuro certabant Alexandrini. 170.b
 Diofcorus homo pessimus à stultissimo vulgo Alexandrino vt sanctus colitur. 170.e
 è Diptychis expungebantur hereticorum nomina. 657.d
 Disciplina Ecclesiastica per sepe collabatur. 315.c
 Disciplina Ecclesiastica reuocanda. 491.b
 Discipulus dicitur Corepiscopus Alexandrinus. 700.e
 Discipuli facilius magistrorum virtutes exponunt. 523.a
 Discordia multa mala parit. 66.e
 Discordia civilis Anastasij Imp. tempore. 602.e
 Dispensatio S. Leonis cum Anatolio. 168.e
 Dispensatio in magna ad Papam spectat. ibid.
 Dispensatio contra canones ad Summum Pontificem pertinet. 272.d
 Dispensazione cum bigamis neque vsus est S. Leo tempore necessitatis. 216.b.c
 Disputatio de fide an omnibus liceat. 166.a
 Disputatio de fide periculosa. 129.b.c.235.c.d
 Dissensio est inter hereticos. 107.e
 Dissensiones plurima orta tum in Oriente, tum in Occidente, tum in Libya. 474.e
 Disputatio Petri Mogi. 344.e
 Diuinitas & humanitas Iesu Christi duæ naturæ in vna persona. 23.b
 Diuinitus reprimuntur temeritas Petri Fullonis. 431.c
 Diuina promissio firmior celo & terra. 323.c
 Diuina ne tractentur à secularibus. 691.e
 Diuinum iudicium timendum. 470.c.d
 Diuinum auxilium primo loco implorandum. 1.c
 Diuinum auxilium ad est, vbi cessat humanum. 35.d
 Docti heretici difficillime corriguntur. 16.c
 Doctis viris supponunt sua scripta heretici. 512.c
 Doctrina vera fidei quæ. 384.d
 Doctrina solet sepe inflare homines. 466.b
 Doctrina Papæ in his qua sunt de fide non potest esse falsa. 698.b
 Doctrina Papæ est audienda, vt doctrina Christi. 701.c
 Doctrinam Patrum secutus est Theodoretus. 23.d
 Doctor ac magister totius populi Christiani est Papa. 86.b. 102.b
 Doctores interdum Ecclesiæ subueniunt, interdum miracula. 331.e
 Doctores carpuntur ab hereticis in verbis. 513.e
 Doctorum opuscula arma sunt spiritalia, quibus & post mortem heretici cadunt. 67.a
 Dogmata fidei declarantur in epistola S. Leonis. 82.a
 Doli & mendacia hereticorum deteguntur. 73.a
 Doli Eutycheris in preueniendis litteris Flavianis. 63.b
 Doli Hunerici quo tendebat. 395.d
 Doli & mendacia Eutycheris deteguntur. 73.a
 Doli & fraudes Anatolij Episcopi. 160.a.b
 Dominium Turcarum quam sit asperum. 702.a
 Domini promissiones factæ Apostolica sedi. 324.e
 in Domini vinea Anastasius Imperator fuit velut aper. 686.c
 Dominus non sustinet esse, qui non sustinuit esse sub domino. 206.e
 Domitianus legatus S. Leonis. 236.d
 Dominici diebus audiatur missa. 578.e. atque concio etiam. ibid.
 Dominus Episcopus ad suam Ecclesiam ab Anastasio Imp. missus. 667.a
 de Domino quid actum in Concilio Chalcedonensi. 157.d
 Dominus Episc. Antiochenus adfuit Ephesine Synodo. 90.d
 subscripsit contra Flavianum & Eusebium. 96.e
 damnatur tamen in Ephesine Synodo. ibid.
 fiat in Concilio Chalcedonensi. 142.e

Domus Constantinopoli in insula formam construebantur. 269.c
 Domus empta fuit à Simplicio in Ecclesia utilitatem. 378.d
 Dona Dei auferuntur à carnalibus. 417.c
 Dona Dei sunt maxime consideranda. 494.c
 Dorotheus Eutycherianus Imperatorem appellat. 149.b
 Dorotheus Theodosium hereticum expellit. 173.b
 Dorotheus Episcopus Ancyra Catholicus. 636.b
 Dorotheus Anastasio Imperatori contrarius. ibid.
 Dorotheus monachus iniuste relegatur in Oasim. 604.a
 Dorotheus Episcopus Thessalonice. 648.e
 Dorotheus Episcopus ad Hormisdam Papam scribit pro pace inter Orientales, & Occidentales. 648.e
 Dorotheus nimis additus Anastasio Imp. 649.e
 Dorotheus communicauit cum Timotheo Episcopo heretico. ibid.
 Dorotheus metu Anastasij in heresim prolabitur. 667.c
 Dorotheus persequitur Ioannem Episcopum Nicopolitanum. 680.c
 cum Dorotheo noluit communicare Hormisdam Papam. 681.d
 ad Dorotheum Hormisdam Papam epistola. 681.e
 Dorotheus ab Hormisdam iniuste reprehenditur. 682.a.b
 Dorus Beneuentanus Episcopus redarguitur. 70.c
 cum Dracone pugnant leo. 289.d
 Duces hereticorum haud facile recipiendi. 130.d
 Dulcius Notarius S. Leonis mittitur ad Synodum. 85.e
 Duo SS. martyres inueniuntur à S. Mamercio. 315.b
 Duo distantia sepulchra miraculose coniuncta. 356.d.e
 Dux Palestina Seuerianus in monumentum Domini ingredi non potuit. 631.c
 Dux Palestina miraculo conuertitur. ibid.
 Dux Theodorici quid presumpserit. 596.a.b
 Dux territus dimittit Sanctum cum honore. ibid.b

E.

Ecclesia tempore S. Leonis maxime perturbata. 2.d
 Ecclesia vni duo Episcopi praeesse nequeunt. 10.c
 in Ecclesia S. Sophia puteus est. 39.b
 Ecclesiarum gubernationi vita monastica non inuidet. 52.e
 Ecclesia Solitariorum. 51.b
 in Ecclesia semper fuit vnus Hieriarcha. 101.e
 Ecclesia Orientalis gaudium. 124.e
 Ecclesia Orientali solitus subuenire Papa. 115.e
 Ecclesia edificatur à S. Perpetuo in honorem S. Martini. 370.e
 Ecclesia Dei conturbatur à Pafnicio. 463.c
 Ecclesia Carthaginensis subleuatur opera Zenonis Imperatoris. 352.d
 Ecclesia Dei commendatur Zenoni Imperatori à Simplicio Papa. 323.c
 Ecclesia Dei commendatur Acacio à Simplicio Papa. 325.d
 Ecclesia vniuersa curatur à Simplicio Papa per uigili diligentia. 345.b
 pro Ecclesia Arelatensis privilegium legatio ad Leonem Papam. 125.b
 de Ecclesia Arelatensis & Viennensis privilegium, Leonis Pa- pa sententia. 126.d.e. 127.a.b. eadem à Symmacho Papa confirmata. 636.c.d.e
 pro Ecclesia Alexandrina scribit Simplicius Papa ad Acacium. 346.a
 Ecclesia bona auxit Simplicius Papa. 378.d
 Ecclesiarum prerogatiua non nascitur ex splendore, sed ex suc- cessione Apostolorum. 159.e
 de Ecclesie immunitate qua seruanda. 275.a.e. 276.f.
 Ecclesiarum Gallie miseranda solitudo in persecutione Eua- rici. 317.e
 Ecclesia Dei quanta tribulationes. 323.b.c
 Ecclesia gubernatur prouidentia Dei. 331.e. 425.d.e.
 697.c
 Ecclesia

I N D E X.

Ecclesia interdum subuenitur à doctoribus, interdum miracu- lis. 331.e
 ad Ecclesiam venientes dura passu. 359.b
 Ecclesia non humane imitatur potentia. 376.d
 Ecclesia noua excogitauit vocabula propter hereticos. 514.e
 Ecclesia status miser. 2.d
 Ecclesia Romana semper à Deo custodita. 531.b
 Ecclesia Orientalis miraculis adiuuatur, deficientibus docto- ribus. 331.e
 Ecclesia omnium curam sustinet. 345.b
 Ecclesia exagitur ab Hunerico. 393.b
 Ecclesia vniuersa turbatur odio Acacij. 365.b
 Ecclesia Alexandrina defenditur à Felice Papa. 382.e
 Ecclesia bona minime alienanda. 377.e
 ab Ecclesia non recedant Christiani, nisi audita Missa integra. 578.e
 in Ecclesia Dei nihil execrabilis, quam maiorum resistere po- testati. 470.c
 Ecclesia Romana semper fultis, licet ab omnibus Principibus Orbis conculcetur. 376.c
 Ecclesia Romana est ad instar presentaneum antidotum egro- tantibus. 436.c
 Ecclesia Romana lapsis succurrere consuevit. ibid.d
 in Ecclesia seruanda pax. 490.a
 de Ecclesia Romana primatu. ibid.c
 Ecclesiam qui scindit, à Deo ipse scinditur. 694.a
 Ecclesia mater omnium Fidelium. 546.c
 Ecclesiam qui non habuerit matrem in terra, neque Deum pa- trem habebit in calis. ibid.d
 Dux Palestina egrotante Summo Pontifice. 578.d.e
 Ecclesis qua & quanta largitus sit Clodoueus. 540.b.c
 Ecclesia bona minime alienanda. 551.c. 562.e
 & alienantes anathematizandi vt heretici. 563.a
 in Ecclesia seruanda vnitas. 621.a. 653.d
 Ecclesia bona restituit Theodorico. 563.b
 Ecclesia Orientali compatitur Symmachus Papa. 619.b
 Ecclesia Orientalis miserandus status. 667.e
 in Ecclesia legebantur litteræ Romani Pontificis. 670.d
 Ecclesia dum humiliatur, erigitur. 690.b
 Ecclesia Alexandrina recens legatio ad Apostolicam sedem. 697.a
 Ecclesie succurrit Deus. ibid.c
 Ecclesie pacem etiam Theodorico Ariano exoptat. 655. b.c
 Ecclesia custoditur auxilio Dei. 697.c.d
 Ecclesia Africana clades. 2.e
 Ecclesia sancta Agatha Roma à Cardinali Borromeo restau- rata. 301.c
 Ecclesia Antiochena amplitudo. 54.a.b
 pro Ecclesia Orientali scribit Theodoretus ad Anatolium Pa- tricum. 122.c.d
 in Ecclesia gaudium fuit, mortuo Anastasio Imp. 696.a.b
 Ecclesias tenere non possunt mundani. 691.d
 Ecclesia vnitas maxime seruanda. 621.a
 Ecclesie precepta qui contemnit, à Deo contemnitur. 621.d
 Ecclesia Catholica non communicantes à Deo repelluntur. 631.a.c
 Ecclesia membra credita Summo Pontifici. 649.a
 Ecclesia sine ruga, aut macula. 651.b
 ab Ecclesia Romana acceperunt Euangelium populi Noui Orbis. 658.c
 Ecclesia vnitatem desiderare simulabat Anastasius. 661.a
 Ecclesia vnitatem verè exoptabat Hormisdam Papam. 661.e
 Ecclesia Orientales plures eum Apostolica sede communi- cabant. 664.c.d
 Ecclesiasticum forum demptum à Valentiniano restituitur. 179.a

Ecclesiasticum ius à Principibus seruetur. ibid.
 Ecclesiasticum forum suis gaudeat priuilegiis. 195.a
 Ecclesiastica priuilegia stent in suo robore. 199.c
 Ecclesiastica non iudicanda pro ratione dignitatis secularis. 506.a
 Ecclesiastica libertas vindicatur à Marciano. 211.a
 Ecclesiastica bona in quatuor partes diuidenda. 491.b.c
 Ecclesiastica disciplina per sepe collabatur. 315.c
 Ecclesiastici non iudicandi à Principibus. 146.b. 149.c
 Ecdicius Romanorum Dux. 309.c
 Ecdicio collata dignitas Patriatus. 309.d
 Ecdicius pauperum nutritor. 319.e
 Edesse in Syria Nestoriani publicè in scholis docebant doctri- nam Theodori Mopsuesteni. 435.c
 Edictum Theodosij pro pseudoconcilio Ephesino. 103.e
 Edictum Marciani Imperatoris de Synodi indictione. 129.e
 Edictum Marciani contra tumultuantes. 133.d
 Edicta Imperatoris pro nihilo ducebantur à Dioscuro. 146.e. 147.a
 Edictum Basilij de non alienandis bonis Romana Ecclesie. 377.e. 407.c
 Edictum Basilij respicitur ab Eulalio Episcopo. 378.b.c
 Edictum Hunerici contra Christianos. 395.a
 Edicta Leonis Imp. contra Paganos. 286.b
 Edicula constructa S. Ioanni Euangelista Liberatori prope Baptistarium. 96.c
 Educatio filiarum sit cum timore. 310.a
 Effusores sepulchrorum puniendi. 49.c
 in Egenos fuit misericors Zeno Imperator. 309.a
 Elati Episcopi coeherentur à Summo Pontifice. 351.a
 Electi Episcopi à Papa confirmantur. 350.d
 Electio S. Fulgentij in Episcopum Russensem. 568.d.e
 Electio Euphemij Episcopi Constantinopolitani. 442.b
 Electio successoris non spectat ad Papam. 535.b
 Electio Leonis Tribunij in Imperatorem. 221.d
 Electio Gemadij Episcopi Constantinopolitani. 241.a
 Electio Episcoporum faciendæ secundum canones. 667.e
 Electio Antheij Imperatoris. 279.a
 Electio Episcoporum, qua omnibus placeat, est difficilissima. 303.c.d
 Electio Simplij Papæ. 281.a
 Electio Stephani Episcopi Antiocheni. 349.d
 Electio Episcoporum prohibita à Vandalis. 214.c
 in Electione S. Remigij ad Episcopatum apparuit diuinum signum. 298.d
 de Electione Papæ. 535.a
 Eleemosyna pauperibus largienda. 540.d
 Eleemosynam facienti Deus nunquam defuit. 319.e
 in Eleemosynis interdum fictiones. 609.e
 Eleemosyna gratissima Deo. 590.c. 591.a.b
 Eleemosyna magnam miraculum. 245.c.d
 Eleemosynam Clemens VIII. Alexandrinis largitus. 701.e
 Eleemosynarum magna vis. 309.a
 Eleemosyna maxime placet Deo. 318.e. 319.e
 Eleemosyna consulti & danti, & accipienti. 455.d
 Eleusinus Episcopus cuiusdam vrbis Cappadocia Minoris. 616.e
 Eleusius monachus Eutycheri procurator. 73.e
 Elias creatur Episcopus Hierosolymitanus. 473.d
 Elias monachos apud se congregat. ibid.e
 Elias ad Anastasium mittit Saram legatum. ibid.e
 Elie litteræ ad Anastasium Imperatorem pro fide Catholica. 614.e
 Elie legati perueniunt Constantinopolim. 614.e
 de Elie testimonium Anastasij Imperatoris. 615.d
 Elie verè Catholicus. 615.e
 in Eliam quid moliantur heretici. 617.c
 Elias

I N D E X.

Elias licet damnatus, remanet tamen in propria sede. 619.e.
618.a
Elias Synodalia hereticorum minime recipit. 628.a
Elias irascitur Anastasius Imperator. ibid.
Elias praefectus est S. Sabas. ibid.
in Eliam mittitur Olympius cum militibus. ibid.
Elias mittitur in exilium. 633.e
Elias cum esset in exilio, magna penuria Hierosolymis.
ibid.
Elias Episcopus Hierosolymitanus velut alter Elias. 688.a
Elias Episcopus Hierosolymitanus visitatur a S. Sabas. 694.e
Elias visio de obitu Anastasij. 695.b
Elpidius dicitur fidem Catholicam. 174.c
ad Elpidium Theodosius Imp. de Synodo Ephesina. 89.c.d
Emendare non possunt omnia vicia Summi Pontifices. 521.
a.b
Encenia S. Anastasia celebrata. 245.a
Encyclica epistola S. Leonis ad Flavianum, in qua declarantur
dogmata fidei. 82.a
Ennodij aetas & an coniugatus. 444.e
Ennodius tuncur Romanam Synodum. 555.d.e
Ennodij libellus contra schismaticos. ibid.
Ennodij libellus apologeticus inter Acta Synodi receptus.
557.a
Ennodij dictio post sublatum schisma. 557.e
Ennodius Theodoricum laudat. 558.a
Ennodius minime adulterus Theodorico. 558.c
Ennodij epistola ad exules Episcopos. 571.c
Ennodij secunda legatio ad Anastasium Imperatorem.
674.b
Ennodij epistola ad S. Casarium ipsum laudando. 592.b.c
Ennodius ex diacono Episcopus Ticinensis. 651.a
Ennodius mittitur legatus ab Hormisdas Papa ad Anastasium
Imperatorem. 651.a
Ennodij Epigramma ad Messallam Consulem. 578.b
ad Ennodium alia Hormisdas Papae epistola. 680.c
Eonius Episcopus Arelatensis. 192.c.491.d
Epaunenfe Concilium. 600.d
Epaunenfi Concilio quot sancti Episcopi interfuerint.
ibid.
Epaunenfi Concilij canones. 601.a
Ephesina Synodus indicitur. 76.c
Ephesina Synodus male recepta, & ita potius Ephesinum La-
trocium. 90.a
Ephesina Synodus secunda. 90.d
Ephesina Synodi sub Dioscuro pessimus finis.
tria ibi constituta sunt mala, Eutyches restitutus, haereticis
confirmata, & sancti Episcopi damnati. ibid.
Ephesina haec acta Romae damnantur. 107.d
ex Ephesina sede Basilius deponitur. 155.e
Epigramma inscriptum a Cyro in columna Danielis.
40.a
Epiphanius Eutychetem citat. 59.b
Epiphanius S. R. E. Notarius, nuncius S. Leonis. 109.e
Epiphanius Episcopus Ticinensis. 278.d
Epiphanius duo illustres eodem tempore. ibid.
Epiphanius legatus ad Anthemium Imperatorem. 295.a
Epiphanius convenit Anthemium. ibid.
Epiphanius oratio ad Anthemium. ibid.
Epiphanius legatus ad Theodoricum Gothorum. 310.d
Epiphanius quid cum Euarico Rege. 311.a
Epiphanius quid Euaricus responderit. 311.c
Epiphanius legatio ad Romanum Pontificem. 321.b
Epiphanius Episcopus Ticinensis laudatur. 443.c.d
Epiphanius digna officia erga suos. ibid.
Epiphanius legatus ad Theodoricum. 493.d
Epiphanius ad Theodoricum oratio. 494.c
Epiphanius pro Liguria supplicat. 494.e
Epiphanius commendat Theodoricum. ibid.

cum Epiphano agit Theodoricus de legatione ad Regem Bur-
gundiae. 495.b
Epiphanius legatio ad Regem Burgundionum pro redimendis
captivis. 493.e.495.496.497.
Epiphanius gratias agit Theodorico. 495.e
Epiphanius Theodoricum laudat. ibid.
Epiphanius statim itinere se committit. 496.a.b
Epiphanius oratio ad Regem Burgundionum. 496.e
Epiphanius instat pro redemptione captivorum. 497.c
Epiphanius libenter auditus a Rege Burgundionum. 497.e
Epiphanius opera liberantur captivi. 498.a.b
Epiphanius prudens consilium. 498.e
Epiphanius humilitas. 499.a
Epiphanius posterior legatio ad Theodoricum Regem. 524.b
Epiphanius oratio ad eundem Regem. 524.d
Epiphanius obtinet quod vult. ibid.
Epiphanius obitus. 524.e.525.a
Epiphanius Episcopus Tyri. 626.c
Epiphanius celebratus. 405.c.d
Epiri Archiepiscopus Eugenius commendatur. 671.a
Epiri Episcopi ab Hormisdas Papa reprehenduntur. 681.b.c
Epiri provincia sub Theodosianensi Ecclesia. 680.e
Epirotarum Episcopi communicant cum sede Apostolica.
666.a
Epirotarum Episcoporum legatio ad Hormisdas Papam.
669.e
Episcopi duo praesse nequeunt vni Ecclesiae. 10.a
in Episcopo duo requiruntur, humilitas personae, & celsitudo
dignitatis. 2.b
Episcopi curent primum spiritualis, deinde etiam ea quae spe-
ctant ad bona subditorum. 26.c.28.d
ad Episcopos spectat subscribere, & non ad monachos. 59.e
Episcoporum vigilantia stant in suo robore leges Ecclesiasticas.
8.a
Episcopi non praestant iuramentum. 74.a
Episcopi quo ordine in Concilio subscribere debeant. 131.d
273.b
Episcopi non iudicandi a secularibus. 146.a.b
Episcopus vniuersalis inscribitur Romanus Pontifex. 161.e.
162.a
Episcopi exules retocantur a Marciano Imperatore. 119.a
Episcoporum electio in Africa prohibita a Vandalis.
214.c
Episcoporum Africanorum spolia rapiuntur a Fisco Vanda-
lico. 393.b.c
Episcoporum omnium Primas Papa. 2.c.62.e.111.c
Episcopi non licet augere gradum clericis non sibi subditis.
195.d
Episcopus in ardenti rogo disputat pro fide, etiam intactis
vestibus. 297.e
ad Episcopos spectat predicare verbum Dei. 163.b
Episcopi Papam consulebant antiquo more. 182.b
Episcopi in rebus fidei semper consulendi sunt. 227.e
Episcopi videant quomodo manus imponant. 254.b
Episcoporum causa ad summum Pontificem deferenda. 272.
b.c
Episcopi tenentur soluere debita, quando debitorem non resti-
tuunt. 276.a
Episcopi quomodo creandi. 290.b
Episcopi inuiti eligantur. 298.d
Episcopi difficillime eliguntur qui omnibus placeant. 303.d
Episcopi succurrant populo sibi subiectis. 314.c
Episcopi Italiae conueniebant in rebus grauioribus cum Summo
Pontifice. 402.a
Episcopi interdum facti monachi. 463.d
Episcopi non sequantur populum, sed ducant. 470.b
Episcopi eligeantur interdum coniugati, relicta coniuge.
476.a
Episcopi suscipiant peregrinos, & alant pauperes. 491.c
Episcopi

I N D E X.

Episcopi Hierosolymitani humillime vestiebantur. 242.a.b
Episcopi simoniaci electi penae. 290.c.d
Episcopi quomodo sunt eligendi. 290.b
Episcopus bigamus deponitur. 50.e
Episcopi si manera non acceperint, commendantur. 53.b
Episcopi septuaginta septem subscribere se iurauerunt in Acacium
Lice. 398.a
Episcopum fieri eum qui non sit Christianus, monstrum est.
431.c
Episcopus dicendus non est, sed potius demon, qui nomine tan-
tum Christianus, sit Episcopus. 431.e
Episcopi laborent pro redimendis captivis. 495.d
Episcoporum prerogativa non iudicanda pro ratione dignitatis
secularis. 506.a
Episcopi & Ecclesiasticam potestatem habent, & politicam.
516.b.517.a
Episcoporum occisores indigni sunt proprium habere pastorem.
522.a
per Episcopos malos sacramenta ministrata tenent. 527.a
Episcopi prudentes sint. 540.d
Episcopi interdum abstinerunt a consuetudine Papae, &
quae. 547.b
Episcopi non ita facile accusandi. 557.c
Episcopi patienter sunt audiendi a Principibus. 559.b
Episcopi relegati in Sardiniam. 570.b.c
Episcopi illustres plurimi in Gallicana provincia. 600.e
Episcopi etiam possunt seruare monastica instituta in Episco-
pate. 569.b
Episcopi exules in Sardinia, & in Africa. 570.e.
521.a
ad Episcopos spectat praedicatio verbi Dei. 578.e
Episcopi leges comprobabant, antequam ederentur. 580.a
de Episcopo Ariano, & Orthodoxo quid actum sit. 580.e
Episcopi suscipiendi magno honore. 583.b.c
Episcopos persequuntur Gothi. ibid.
Episcopi habebant ius virgarum. ibid.
Episcopi pascant & redimant captiuos. 590.e
Episcoporum multa facta confirmantur a Papa. 595.a.c.d
Episcopi venerantur pedes & vestigia Summi Pontificis.
624.d
Episcopi iniuria non est inferenda. 646.c
Episcopi iudicandi vel a Concilio, vel a Papa. 653.d.e
Episcopi Orientales qui communicauerunt cum sede Apesto-
lica. 664.c
Episcopi libere Principes reprehendant. 667.b
Episcopi secundum canones eligendi. 667.e
Episcopus lapsos curat Papa. 676.d.e
Episcopi Epiri ab Hormisdas Papa reprehenduntur. 681.b.c
Episcoporum privilegia a sede Apostolica. 682.e
Episcopus Alexandrinus ab haereticis occiditur. 222.d
Episcopatum apperere quando malum. 534.e
in Episcopatu seruauerunt monastica instituta Episcopi. 569.b
Episcopatus non appetendi, sed fugiendi. 534.e.568.b
Epistola Acacij ad Simplicium Papam de Ecclesia Alexandri-
na. 344.a.d
Epistola Anastasij Imperatoris ad Hormisdas Papam de fidei
tranquillitate. 569.b
Epistola Anastasij Imp. ad Senatam Romanam de pace si-
mulata. 659.d
Epistola Anastasij Imp. ad Hormisdas Papam per legatos.
660.b
Epistola Anastasij Imp. ad Hormisdas Papam ipsum repre-
hendendo. 683.e
Epistola Anastasij ad Theodosium se excusando. 611.b
Epistola Anastasij Imp. ad Hormisdas de simulata religione.
647.d
Epistola alia Anastasij ad Hormisdas fidei se subiiciendo.
648.b
Epistola Anastasij Imp. ad Hormisdas Papam. 659.b

Epistola Anastasij Imp. ad Senatam Romanam. ibid.
Epistola Anastasij ad Hormisdas. 600.b
Epistola Anastasij Papa ad Anastasium Imperatorem pro fide
Catholica. 525.c
Epistola Anatolij ad Leonem Imp. de Alexandrina Ecclesia.
228.b
Epistola Archimandritarum & monachorum ad Hormisdas
Papam, qua auxilium petunt. 685.b.c
Epistola S. Aniti Episcopi ad Hormisdas Papam, ut intelligat
res Orientis. 662.e
Epistola Baradati ad Leonem Augustum contra hereticos.
239.a
Epistola quae dicitur S. Benedicti ad S. Remigium. 582.a
Epistola S. Casarij qua condidit testamentum. 593.e
Epistola Clodouei ad Episcopos Conc. Aurelianensis. 585.a
Epistola Dorothei Episcopi ad Hormisdas pro concordia.
648.e
Epistola Dardanorum Episcoporum ad Gelasium ei se ipsos
subiiciunt. 472.b
Epistola Eliae ad Anastasium Imp. pro fide. 614.e
Epistola Ennodij ad S. Casarium ipsum laudando. 592.b
Epistola Eugenij ad Carthaginenses, ut in fide perseverent.
411.a.b
Epistola Episcoporum Alexandrinorum ad Leonem Imperato-
rem pro fide Catholica. 223.a
Epistola Eusebij ad S. Leonem ex Mediolanensi Concilio.
131.e
Epistola Eutychetis ad Romanum Pont. dolosa. 63.a
Epistola Fausti ad Lucidum de gratia. 451.c
Epistola Felicis Papa ad Acacium, ipsum reprehendendo.
380.a
Epistola Felicis ad Zenonem Imp. pro Catholica fide. 382.c
Epistola Felicis ad Episcopos de Africana Ecclesia. 436.d
Epistola Flavianij ad Leonem Rom. Pontificem. 62.a
alia ad eundem de erroribus Eutychetis. 73.a
Epistola Flavianij ad Petrum Cnaphaeum ipsum reprehenden-
do. 589.c
Epistola S. Fulgentij ad Probanam virginem. 574.c
Epistola Galle Placidiae Augustae ad Theodosium & Pulche-
riam pro fide, & Summo Pontifice. 110.c.e
Epistola Gelasij Papa ad Euphemium ipsum reprehendendo.
467.a
Epistola Gelasij ad Laurentium & alios Episcopos Macedo-
niae de fide Catholica. 471.c
Epistola Gelasij ad Honorium de Pelagianis inquirendis.
481.a
Epistola Gelasij ad Honorium de inquirendis haereticis.
ibid.
Epistola Gelasij ad Episcopos Piceni contra haereticos.
482.b
Epistola Gelasij ad Anastasium Imperatorem, qua ipsum ad
melius cohortatur. 486.b
Epistola Gelasij ad Episcopos Dardaniae & Illyrici, qua eos lau-
dat. 589.d
Epistola Gelasij Papa ad Casarium Episc. Arelatensem de
magna seruanda charitate cum fide Catholica. 491.d.e
Epistola Gelasij ad Dardanos de primatu Ecclesiae. 505.c.d
Epistola S. Gregorij ad Franchorum Reges. 10.c
Epistola haereticorum ad Leonem Augustum pro Timotheo
pseudoepiscopo. 226.d
Epistola Hilarij Cardinalis diaconi ad Pulcheriam Augustam
contra Ephesinam Synodum. 107.b.c.d
Epistola Hilarij Papa ad Leontium Episcopum Arelatensem.
258.b.c.d.e.264.b
Epistola Hilarij Papa ad Episcopos Galliarum. 259.a.264.d
Epistola Hormisdas Papa ad Anastasium Imperatorem dete-
gendo eius fictiones. 661.c
Epistola Hormisdas Papa ad Anitum Episcopum Viennensem
pro disciplina Catholica. 663.d
Epistola

I N D E X.

Epistola Hormisdæ Papæ ad Iohannem Episcopum Nicop. vt perscrueret. 669.e
Epistola Hormisdæ Papæ ad Synodum Veteris Epiri contra hereticos. 670.c
Epistola Hormisdæ Papæ ad Iohannem Episcopum Nicopolitanum gratulatoria. 672.a
Epistola Hormisdæ ad Anastasium Imperatorem eum hortando ad veram fidem. 674.c
Epistola Hormisdæ ad Timotheum Episcopum Constantinopolitanum, vt conuertatur. 676.a
Epistola Hormisdæ ad Episcopos extra Catholicam communionem positos, vt respiciant. 676.d
Epistola Hormisdæ Papæ ad S. Remigium. 640.a
Epistola duæ Hormisdæ Papæ ad Anastasium pro fide Catholica. 650.a.651.b
Epistola Hormisdæ ad Viennensem Episcopum. 663.d.e
Epistola Hormisdæ ad Orientales Orithodoxos vt in fide permanerent. 677.e
Epistola Hormisdæ ad Possessorem Episcopum, vt constans permaneat. 678.e
Epistola Hormisdæ hortatoria ad clericos & populum Constantinopolitanum. 679.b
Epistola Hormisdæ ad Ennodium & Peregrinum Episcopos pro Iohanne Episcopo Nicopolitano. 680.c
Epistola Hormisdæ ad Iohannem Episcopum Nicopolitanum, vt persistat in tribulationibus. 681.a
Epistola Hormisdæ ad Anastasium Imperatorem pro Iohanne Episcopo. 682.c
Epistola Hormisdæ Papæ ad Episcopos Hispaniarum, vt exigant fidem ab us, qui admittendi sunt ad communionem. 687.c
Epistola Ibe ad Marim Persam. 66.b
Epistola Iohannis Episcopi Nicopolitani ad Hormisdam Papam de fidei professione. 668.c
Epistola Iohannis Corepiscopi Alexandrini ad Clementem VIII. et obedientiam præstando. 700.e
Epistola S. Leonis ad Turibium contra Manicheos. 17.c
Epistola S. Leonis ad Italia Episcopos de damnatis Manicheis, & vt perquirantur qui fugerant. 17.e. 18.a
Epistola S. Leonis ad Turibium Africensem Episcopum de negotiis Hispaniæ. 17.d
Epistola S. Leonis ad Turibium contra hereticos. 45.e
Epistola S. Leonis ad Aquileiensem Episcopum, quomodo recipiendi heretici. 48.e
Epistola S. Leonis ad Episcopos Sicilia, quando conuenire debeant ad Concilium Romæ. 49.a
Epistola S. Leonis ad Beneuentanum Episcopum ipsum redarguendo. 70.c
Epistola S. Leonis ad Theodosium Imperatorem de Eutyche- re. 71.d.e
Epistola S. Leonis ad Flavianum, vt res gestas significet. 72.b
Epistola altera S. Leonis ad Flavianum. 73.c
Epistola S. Leonis ad Pulcheriam Augustam. 78.d
Epistola S. Leonis ad Theodosium ne Synodum congreget. 78.e
de Epistola S. Leonis ad Flavianum miraculum. 80.b.c
Epistola S. Leonis ad Flavianum encyclica. 82.a
Epistola S. Leonis ad Episcopos præuincia Arelatenfis. 86.c. ad eosdem. 126.d
Epistola S. Leonis ad Raucennium Episc. Arelatensem. 86.e. ad eundem. 127.b
Epistola S. Leonis ad Concilium pro legatis. 87.a
Epistola S. Leonis ad Pulcheriam Augustam pro Catholica fide. 87.b
Epistola S. Leonis ad Iulianum Coensem Episcopum virum disertissimum. 201.b
Epistola S. Leonis ad Faustum & Marcianum Archimandri- tas. 221.d

Epistola S. Leonis ad Synodum Ephesi cogendam. 87.c.d
Epistola S. Leonis ad Pulcheriam, in qua legatos commendat. 88.b
Epistola S. Leonis ad Theodosium de damnatione Eutychetis. ibid.c
Epistola S. Leonis ad Iulianum & ad Pulcheriam de receptio- ne Eutychetis, si verè conuertatur. ibid.
Epistola S. Leonis ad Flavianum vt fortiter agat. ibid.d
Epistola S. Leonis ad Leonem Episcopum Raucennatem. 89.c
Epistola S. Leonis à Dioscuro non admittit. 90.e
Epistola S. Leonis ad Theodosium, in qua queritur de Dioscuro. 94.b
Epistola S. Leonis ad Theodosium de fuga Hilari Cardina- lis. 96.a
Epistola S. Leonis ad Pulcheriam & Theodosium, quòd, qua sunt vi, Apostolicis constitutionibus non præiudicant. 96.a
Epistola S. Leonis ad sanctum Flavianum, vt viriliter agat. 106.e
Epistola S. Leonis ad eundem eum confortando. 107.a
Epistola S. Leonis & Syn. Rom. ad Theodosium contra Ephesi- nam Synodum. 108.b
Epistola S. Leonis ad Theodosium pro pace defendenda. 109.c
Epistola S. Leonis ad Pulcheriam Au- gustam. contra Ephesinam Synodum, & pro S. Flauiano. 109.d
Epistola sancti Leonis ad Archimandri- tas. 109.d
Epistola S. Leonis ad Pulche- riam & ad Archimandritas. } pro Catholica fide. 114.c.d
Epistola sancti Leonis ad Theodosium, quomodo recipiendus Anatolius. 115.a
Epistola S. Leonis ad Anatolium gratulatoria. 128.b
Epistola S. Leonis ad Marcianum, & Pulcheriam, ipsi gratias agendo. 128.e
Epistolam S. Leonis subscribunt Catholici. 120.a
Epistola sancti Leonis confirmatur à Concilio Chalcedonensi. 153.a
Epistola S. Leonis ad Episcopos Galliarum. 167.a
Epistola S. Leonis ad Marcianum contra Anatolium. 168.d
Epistola S. Leonis ad Pulcheriam irritando aliqua Chalcedone gesta. 169.d
Epistola S. Leonis circularis de Concilij Chalcedonensis appro- batione. 183.b
Epistola S. Leonis ad Marcianum & Pulcheriam pro Actio Archidiacono. 184.b
Epistola S. Leonis ad Iulianum suum Vicarium ipsum consti- tuendo. 185.a
Epistola sancti Leonis ad Eudociam, vt blandè eam conuertat. 185.e
Epistola S. Leonis ad monachos Palestina pro eorum conuer- sione. 186.c
Epistola S. Leonis ad Theodoretum, vt pro fide pugnet. 190.c
Epistola S. Leonis ad Marcianum de cyclo Paschali. 191.b
Epistola S. Leonis ad Marcianum pro rebus Alexandrinis. 197.a
Epistola S. Leonis ad Marcianum de Anatolio. 199.b
Epistola sancti Leonis ad Marcianum contra Eutycherem. 200.b.c
Epistola S. Leonis ad Iuuenalem Episcopum ipsum redar- guendo. 200.d
Epistola S. Leonis ad Maximum, irritans, qua Iuuenalis vsur- parat. 201.b
Epistola S. Leonis ad Episcopos Mauritania pro eorum Ec- clesia. 216.a
Epistola S. Leonis ad Leonem Imp. pro Catholica fide. 221.d

Epistola

I N D E X.

Epistola S. Leonis ad Leonem Imperatorem de Ecclesia Ale- xandrina. 229.c
Epistola S. Leonis ad Leonem Imperatorem de legatione mit- tendi. 253.b
Epistola S. Leonis ad Leonem Imperatorem de expellendo Ti- motheo. 248.c.d
Epistola S. Leonis ad Timotheum verum & nouum Episcopum Alexandrinum. 249.b
Epistola S. Leonis ad Aegyptios Episcopos de Alexandrina Ec- clesia. 249.e
Epistola S. Leonis ad Clerum Alexandrinum de nouo Pastore. 250.c
Epistola S. Leonis repurgata, & ad primum restituta. 529.a
Epistola S. Leonis ad Marcianum de Synodo cogenda. 129.b
Epistola S. Leonis ad Marcianum de Synodo differenda. 129.d
Epistola S. Leonis ad Chalcedonense Concilium de legatis. 133.a
Epistola Leonis Imperatoris ad Anatolium de Ecclesia Ale- xandrina. 227.d
Epistola Leonis Imperat. ad Danielem de periculo ciuitato. 270.b.c
Epistola Lucidi ad Synodum Lugdunensem contra hereticos. 453.a
Epistola Marciani ad S. Leonem pro fide Catholica. 118.c
Epistola Marciani ad S. Leonem de congreganda Synodo. 118.e
Epistola Marciani ad Patres Nicææ congregatos, quos Chal- cedonem conuocat. 134.d
Epistola Marciani ad monachos hereticos, vt conuertantur. 175.d
Epistola monachorum ad Alcysonem pro Ecclesia Catholica. 616.c
Epistola Nestoriani de obitu S. Cyrilli. 20.b
Epistola Orientalium ad Symmachum Papam. 622.c
Epistola Paschasij ad Eugipium de S. Severino. 522.e
Epistola Patriarchæ Alexandrini ad Clementem VIII. 698.b
Epistola Petri Chrysologi ad Eutychem, qua ipsum repre- hendit. 88.e
Epistola Pulcherie ad S. Leonem pro Ecclesia tranquillitate. 119.b.c
Epistola Pulcherie ad Strategium contra tumultuantes. 134.a
Epistola sancti Pulcherie ad Bassam pro fide Catholica. 187.a.b
Epistola Romani Pontificis in ecclesia legebantur. 670.d
Epistola Romani Pontificis publicè assignenda in ditionibus Principum. 683.b
Epistola S. Sabæ ad Anastasium pro fide Catholica. 629.c
Epistola Senatus Romani ad Anastasium Imp. pro concordia Orientis cum Occidente. 655.e
Epistola Sidonij ad Prosperum de S. Aniano. 140.b
Epistola Sidonij ad Sororem de Ecdicio. 309.d
Epistola Sidonij ad Felicem de Galliarum statu. 314.b
Epistola Sidonij ad Basilium de rebus Gallicis. 317.a.b
Epistola Sidonij de laudibus S. Patienis. 318.e
Epistola Sidonij ad Orientum, qua se excusat. 426.a
Epistola Simeonis Stylite ad Basilium pro fide Catholica. 237.e
Epistola Simplicij Papæ ad Zenonem Imperatorem pro fide Catholica. 323.e
Epistola Simplicij ad Acacium contra Timotheum. 325.d
Epistola Simplicij ad presbyteros & Archimandritas pro Dei Ecclesia. 326.c
Epistola Simplicij ad Zenonem Imperatorem pro fide Ca- tholica. 338.d
Epistola Simplicij ad Acacium pro Ecclesia Alexandrina. 346.a.347.c

Epistola Simplicij ad Zenonem Imperatorem pro Ecclesia Alexandrina. 346.d
Epistola Simplicij ad Zenonem de rebus Antiochenis. 350.a
Epistola Simplicij ad Acacium de Antiochena Ecclesia. 350.e
Epistola Simplicij ad Acacium de Calendione Episcopo An- tiocheno. 360.d
Epistola Simplicij ad Acacium, qui ipsam reprehendit. 363.a
Epistola Simplicij ad Acacium qua iterum ipsum redarguit. 364.c
Epistola Simplicij ad Zenonem Vicarium in tota Hispania. 370.b
Epistola Symmachi Papæ ad Casarium Episcopum Arelaten- sem. 541.c. 554.c
Epistola Symmachi Papæ ad Anastasium Imperatorem, ipsum reprehendendo. 558.a.b
Epistola Symmachi Papæ consolatoria ad Episcopos exules. 571.c
Epistola Symmachi Papæ ad Orientales vt viriliter agant. 619.d.e
Epistola Symmachi Papæ ad Episcopos Galliarum de prinile- giis Ecclesiæ Arelatenfis. 636.c. item ad Casarium Episc. Arelatensem. 637.d
Epistola Synodi Chalcedonensis ad S. Leonem de confirma- tione Concilij. 160.e
Epistola Synodi Epiri Veteris ad Hormisdam Papam de ordi- natione Iohannis Episcopi. 669.b
Epistola Theodosij ad Dioscorum de Synodo Ephesina. 76.d. altera qua Dioscorum præscit Synodo Ephesina. 77.c
Epistola Theodosij ad eundem de Barsuma. 78.a
Epistola Theodosij ad Barsuman Orientalem monachum. 78.a. ibid.b
Epistola Theodosij ad Synodum Ephesinam de Eutyche- re. 90.b
Epistola Theodosij ad Valentinianum pro defensione Ephe- sine Synodi. 111.d
Epistola Theodosij ad S. Leonem pro Anatolio. 114.e
Epistola Theodosij ad Anastasium Imperatorem pro fide. 610.c
Epistola Theodoretæ de Carthaginensium malis. 4.d
Epistola Theodoretæ ad Domnum. 5.a
Epistola Theodoretæ pro Cypriano Episcopo. ibid.c
Epistola Theodoretæ ad Eusebium. 15.b
Epistola Theodoretæ ad Dioscorum de eius virtutibus. 22.b.c
Epistola Theodoretæ pro sui defensione. ibid.
Epistola Theodoretæ ad Pulcheriam Augustam pro releuatione tributorum. 28.a.b
Epistola Theodoretæ ad Apellam de cura Episcoporum. 28.d
Epistola tres Theodoretæ ad Nomum Consularem. 30.b.c
Epistola Theodoretæ ad Domnum de causa Irenæi. 51.c
Epistola Theodoretæ ad Nomum Consularem de rebus suis. 52.c
Epistola Turibij ad Idacium & Ceponium Episcopos. 42.e
Epistola Theodoretæ ad Flavianum de fidei confessione. 53.e
Epistola Theodoretæ ad eundem, qua conuertitur de Dioscuro. ibid.
Epistola Theodoretæ ad Basilium de noua heresi Eutybianæ. 54.e
Epistola Theodoretæ ad Apameæ Episcopum de pace Ecclesiæ. 70.a
Epistola Theodoretæ ad Protogenem Consularem pro Ecclesiæ pace. 71.a
Epistola Theodoretæ ad diuersos. 71.c
Epistola Theodoretæ ad Renatum de eius constantia. 96.b

Epistola

I N D E X

Epistola Theodoret ad S. Flavianum ipsum laudando. 98.c
 Epistola Theodoret consolatoria ad Ibam. 98.e
 Epistola Theodoret ad Vranium Emese Episcopum contra hereticos. 104.d
 Epistola Theodoret ad eundem, quod sint socij in tribulationibus. 105.a
 Epistola Theodoret ad Alexandram. ibid.b
 Epistola Theodoret ad Sporadium Comitem de eius zelo. 106.c
 Epistola Theodoret ad Ioannem Episcopum de turpi Orientalis Ecclesia facie. 113.b
 Epistola Theodoret ad Abundum de auxilio Orientalibus praesidio. 120.e
 Epistola Theodoret ad Vincomalam de iniurijs sibi iniuste illatis. 121.e
 Epistola Theodoret ad Anatolium Patricium de Ecclesia pace. 122.d
 Epistola Theodoret ad Asparem Consulem pro Orientali Ecclesia. 123.d
 Epistola Theodoret ad Ioannem Archimandritam pro Catholica fide. 124.b
 Epistola Theodoret ad Clodouem Francorum Regem. 537.a
 Epistola Theodoret ad Argolicum contra magos. 563.d.e
 ad Argerium itidem aduersus magos. 564.a
 Epistola Theodoret plures pro reconciliatione cum Alarico. 583.c
 Epistola Theodoret Regis ad Agapitum Patricium pro pace Ecclesia. 653.b
 Epistola Valentiniani ad Theodosium pro fidei & Summi Pontificis defensione. 110.a
 Epitaphium S. Auiti. 665.b
 Epitaphium Claudiani. 456.a
 Epitaphium Clodouei Regis Francorum. 643.b
 Equitius Abbas sanctus. 564.d
 Equitius occultis cognoscit. ibid.e
 Equitius verbo infirmam sanat. 565.a
 Equitius Euangelium quomodo predicet. ibid.b
 Equitius a Deo missus ad predicandum Euangelium. 565.d.e
 Equitius accusatur apud Romanum Pontificem. 566.a
 Equitius accersitur per Iulianum. ibid.a
 Equitius aspectus terret Iulianum & eius famulum. ibid.b.c
 de Equitio monetur diuinitus Romanus Pontifex. ibid.d
 Equitius humillimus. ibid.
 Ereclio templi beatae Mariae Virginis. 221.d
 Ereclio noua basilica a S. Mamercio. 316.b
 Ereclio Monasterij Studitarum. 246.a
 Eremita digna laudes. 11.a. 33.c
 in Eremitum secessit S. Benedictus. 502.c
 Errare non potest Papa in his quae docet de fide. 698.b
 Error heresis si cito respuitur, ignorantiae tribuitur, si vero pertinaciter defenditur, blasphemiam reputatur. 452.b
 Error, cui non resistitur, approbatur. 381.b
 Erroris magistrum efficiuntur, qui veritatis non fuerunt discipuli. 82.a
 Errores Fasti quales. 454.b
 Errores in mendacis crescunt. 675.c
 Errores sacerdotum tegendi. 553.b
 Eruditiones cinerum Constantinopoli. 297.b.c
 Erullinuadunt Romam. 598.e
 Esaias Episcopus legatus Timothei ad Simplicium Papam. 346.c
 Ethnicorum mira ingratitude. 180.e
 Euangelium in medio ponebatur in Concilio. 143.c
 Euangelio Christi quantum honor debeat. ibid.
 Euangelium qui predicare possit. 565.c
 Euangelij predicator aut a Deo missus, aut a superioribus. 565.d.e
 Euangelium datum ab Ecclesia Romana nouo Orbi. 658.c

Euangelus Catholicus sacerdos ab impio Anastasio accersitur. 666.e
 Euarici Regis Gothorum persecutio. 265.b
 Euarici importabile iugum. 316.e
 Euaricus Arianam heresim seminabat. ibid.
 Euaricus Catholicos persequitur. 317.d
 sub Euarico clades Gallicana Ecclesia. 318.b
 ad Euaricum Regem legatio Epiphani. 310.e
 Euaricus pacem inuit cum Nepote Imp. 311.c
 Euaricus quid ad Epiphanium scripserit. ibid.
 Euaricus S. Patientem reueretur. 318.d
 Euarici Regis obitus. 424.c
 Euaricus impius. ibid.e
 Eucharistia saepe sumenda. 141.b
 de Eucharistia quomodo Gelasij Papa verba sunt accipienda. 513.c
 Eucharistia an sub vtraque specie sit sumenda. 515.c.d
 de Eucharistia magnum miraculum. 630.d
 Eucharistia in lutum proiecta resplendet. ibid.e
 de Eucharistia asseruata miraculum contra Seuerianos. 631.e
 Eucharistia culmos & spicas germinauit. 632.a
 Eucharistia miraculo Seueriani conuertantur. 631.e
 632.a
 Eucherius Episcopus Lugdunensis. 8.a
 Eucherius homilia falso inscripta Eusebio Emiseno. ibid.e
 Eucherius vnus fuit Episcopus Lugdunensis. 9.a
 Eucherius maxime nobilis. ibid.a
 Eucherius ex monacho Lerinensi Episcopus Lugdunensis. ibid.d
 Eucherius vir clarissimus, ad quem scripsit Sidonius. 9.b
 Eucherius Senator vir illustris. ibid.b
 de Eucherio vita tempore. 261.e
 Eucherius Senator illustris. 355.e
 Eucherij praestantia. ibid.
 Eucherius inimicus Macedonij Episcopi Constantinopolitani. 577.e
 Eudocia Augusta fuit studiosa Cyri. 7.d
 Eudocia obiurgatur a Theodosio. 116.e
 Eudocia Augusta fuit decepta ab hereticis. 172.d
 Eudocia Augusta ad meliorem frugem reducit. 173.c
 Eudocia Augusta ex afflictione redditur Orthodoxa. 209.b
 Eudocia mittit legatos ad Simonem Syriam. ibid.c
 Eudocia a S. Euthymio conuertitur. ibid.c
 Eudocia Aug. obitus. 252.a
 Eudocia templum S. Stephani construit. ibid.
 Eudocia mors ab Euthymio prauidetur. ibid.c
 Eudocia numisma. 257.a
 Eudocia Iunior Humerico nupta. 208.e
 Eudocia Iunioris fuga ex Africa, & eius obitus. 296.e
 Eudocia Iunior bona sua pauperibus donauit. ibid.
 Eudocius cum paucis fugat Gothos. 277.c
 alias res fortiter gerit. ibid.d
 Eudocius victor inuocatione S. Martini. 277.e
 Eudoxia vocans in Urbem Vandalos dat poenas. 207.c.d
 Eudoxia Constantinopolim mittitur. 208.b
 Eudoxia Augusta ad Danielem proficitur. 256.d
 Eudoxia Augusta aene. ibid.e
 Eudoxia numisma. 257.d
 Eudoxius creatur Consul. 11.d
 Eufrosius Episcopus subscribit in Concilio Lugdunensi. 452.d
 Eugenius creatur Episcopus Carthaginensis. 353.a
 Eugenij elemosyna & sanctitas. ibid.
 Eugenius illuminat caecum, & quomodo illuminat. 405.c
 Eugenij libellus fidei perperam Victori adscriptus. 406.e
 S. Eugenij libellus ad Humericum missus. 395.e
 S. Eugenium deridet Humericus. 396.a.b
 S. Eugenius ducitur intra Carthaginem mittendus in exilium. 410.e

I N D E X

S. Eugenij epistola ad Carthaginienses, ne rebaptizentur. 411.a.b. & vt sent in fide. 411.b
 S. Eugenius relegatur in eremum Tripolitana prouincia. 413.a
 S. Eugenius illuminat caecum. 412.b.c
 S. Eugenius qua passus in exilio ab Antonio. 421.b
 S. Eugenius quanto tempore vixerit. 421.c
 S. Eugenius exulat in Gallia. 510.e
 S. Eugenij obitus. 511.b
 Eugenius Archiepiscopus Epiri commendatur. 671.a
 Eugypus cum Fulgentio. 575.a
 ad Eugypium Paschasij epistola de S. Seuerino. 522.e
 Eulalius Episcopus respuit edictum Basilij. 378.b.c
 Eulalius Episcopus Syracusanus. 552.b
 Eulaly laudes. ibid.
 Eulogius presbyter Edessenus excommunicatur. 64.c
 de Eulogio Episcopo defensore epistola S. Leonis visio. 80.d
 Eunomius Niomedicensis causam agit cum Anastasio. 158.a
 Eunomius Episcopus metropolis Ancyrae. 244.c
 S. Euphemia basilica situs & aspectus. 140.e
 S. Euphemia basilica structura. 141.a
 ex Euphemia reliquis miracula conuassant. ibid.b
 Euphemia sanguine repletur Orbis. ibid.c
 odor immensus ex eius reliquis. ibid.d
 Euphemia Episcopus Constantinopolitana eligitur. 442.b
 Euphemia non admissus a Romano Pont. 442.c
 Euphemia & Petrus digladiantur. 442.d
 Euphemij falsi praetextus. 468.a
 Euphemia exegit professionem fidei ab Anastasio. 461.a.b
 Euphemia ad Gelasium Papam de communicatione Ecclesiae. 466.c
 ad Euphemium scribit Gelasius Papa ipsum reprehendendo. 466.c
 Euphemia cur neget Gelasius communionem. 467.b
 Euphemia nihil proficit ex Gelasij admonitione. 470.c
 cum Euphemia quare communicauerim heretici. 475.d
 Euphemia deterior fit. 477.e
 Euphemium Gelasius reprehendit. 478.e
 Euphemia in exilium ductus. 510.b.e
 Euphemia exilium passus propter inobedientiam Papae. ibid.d
 Euphemia inglorius decessit. ibid.
 Eusebius Emisenus non scripsit homilia de martyribus Lugdunensibus, sed Eucherius. 8.b
 Eusebius Episcopus Dorilae agit contra Eutychetem. 55.d
 eius libellus aduersus Eutychetem. 56.a
 renuit conuenire Eutychetem. ibid.d
 irret iterum aduersus Eutychetem. 57.b
 in Synodum non admittitur. 93.c
 iniuste damnatur. 94.e
 Eusebius Episcopus Dorilae in Dioscorum insurgit. 144.b
 Eusebius Ancyrae Episcopus indulgentiam consequitur. 148.b
 Eustathius Berythi Episcopus iudex constituitur. 64.d
 Eustathius Berythi Episcopus indulgentiam consequitur. 148.b.c
 Eustathius Episcopus accusatur, quod alienum ius sibi vendicavit. 149.e
 Eustathius Episcopus in Concilio Chalcedonensi fuit. 142.e
 S. Eustathij reliquia Antiochiam translatae. 361.a.b
 Eutyches dux Hagiomachorum. 38.b
 Eutychetis heresis qua occasione oborta. 54.c
 ad Eutychetem S. Leonis epistola. 54.d
 Eutyches detegitur hereticus. 55.c.d
 in Eutychetis causa Concilium Constantinop. 55.d
 Eutychetis detestatio. 56.d
 Eutyches citatur a Synodo Constantinop. 56.e
 de Eutychete relatio. 57.c

ad Eutychetem libellus citationis secunda. 78.a
 secunda de ipso relatio. ibid.
 Eutyches libros spargebat. 58.b
 Eutychetis subterfugia. ibid.d
 cum Eutychete quid actum a Synodo. 58.e
 Eutyches interpellatur ab auctore. 59.a
 Eutyches tertio citatur. ibid.b
 Eutychetis dantur induciae septem dierum. ibid.e
 Eutyches suas prodit blasphemias. ibid.
 Eutyches a Praefectis opem querit. 60.c
 Eutychetis qualis aduentus in Synodum. ibid.e
 Eutyches libros mittebat ad excitandam seditionem. 58.b
 ei dantur induciae septem dierum. 59.e
 Eutyches causam dicit. 61.c
 Eutyches frustra subterfugia captat. ibid.d
 Eutyches a Flaminio damnatur. 61.e
 Eutychetis conatus post damnationem. 63.a
 Eutychetis dolus in praenunciandis litteris Flavianis. ibid.b
 Eutychetis heresis ingressus & progressus. ibid.c
 Eutyches studet videri Catholicus. 71.e
 Eutyches omnia perturbat. 73.a
 Eutychetis doli atque mendacia deteguntur. ibid.
 in Eutychetem Concilium secundum. 73.e
 Eutychetis libellus Theodosio oblatus. 74.a.b
 Eutyches appellat Concilium Rom. & Alexandrinum. 74.e
 Eutychetis libellus alter Imperatoribus porrectus. 75.b
 in Eutychetis causa Synodus indicitur Ephesi. 76.c.d
 Eutychetis excommunicatio a legatis S. Leonis. 120.b.c
 in Eutychetem sententia praescripta a S. Leone. 88.b
 ad Eutychetem Petrus Chrysologus scribit de eius miseria. ibid.e
 Eutyches ad Synodum non admissus. 91.b
 eius libellus Synodo oblatus. ibid.
 ipius falsa excusatio. 92.b.c.d
 illius falsa ac simulata sanctitas. 93.b
 Eutyches legatos Apostolicae sedis suspectos allegat. ibid.d
 Eutyches absolutus. 94.c
 Eutyches a legatis S. Leonis excommunicatur. 120.b.c
 Eutyches heresiarca longius transferatur. 130.c
 & monasterio priuetur. ibid.
 Eutyches longius in exilium pellitur. 200.c
 Eutychianos exagitat Marcianus Imperator. 166.d
 in Eutychianos scriptores plures. 166.e
 Eutychiana heresis palam fit. 167.a
 Eutychiani simulant se damnare Eutychetem. 176.b
 in Eutychianos poena a Marciano sancta. 178.b
 & contra eorum scripta. 178.e. 179.e
 Eutychiani libellum offerunt Basilisco Imp. contra fidem. 331.a
 Eutychianorum dolus. 77.e
 Eutychiani scribunt contra Acacium. 331.b.c
 Eutychianus a Deo panitur. 500.e
 Eutychianus nullam consequitur veniam. 501.a
 Euthymius profectetur Catholicam fidem. 174.a
 Euthymius professor fidei Chalcedonensis Concilij. 162.d
 Euthymius curat anachoretas ab heresi. 174.d.e
 Euthymius Eudociam Augustam conuertit. 209.e
 Euthymij praedicationes de Episcopatu Anastasij. 241.e
 Euthymij obitus. 301.a
 S. Euthymius liberat legatum naufragum. 342.c
 S. Euthymius maxime laudatur. 342.d.e. 343.a
 Euthymij miraculum factum in Phido. 342.c.d
 S. Eutropia sub Aetila martyr. 138.a
 Eutropia vidua commendatur. 600.e
 Eutropius Episcopus subscribit in Concilio Lugdunensi. 452.d
 Excellentia Papae. 486.e
 Exclamatio Theodoret contra hereticos. 104.a
 Exclamatio papali contra Arianos. 291.b
 Excommunicatio non ferenda ob leuem causam. 33.b
 Excom-

I N D E X.

Excommunicatio contra Cyrum Edeffenum presbyterum. 64.c
 Excommunicatio lata contra Samuelem. 64.c
 Excommunicatio Eulogij. ibid.
 Excommunicatio impiissimi Dioscori contra S. Leonem Pa-
 pam. 112.d
 Excommunicatum nec per litteras alloqui licet. 62.e
 Excusatio Abrahamij de Eutyche. 59.c
 Excusatio S. Leonis, quod proficisci non posset ad Ephesinam
 Synodum. 78.e
 Excusatio falsa Eutyche. 92.a.b
 Excusatio sancti Fulgentij cum iustis querela. 573.a.b
 Exemplum viduarum. 575.c.d
 Exempla maiorum imitanda. 324.b.c
 Exempla bona clericorum appareant. 553.d.e
 Execrantes iniustitiam in alios, in se ipsos e celo vindictam
 educunt. 459.b
 Exercitus per orationem fugatur. 139.c
 Exercitus Anastasij Imp. contra Eliam Hierosolymorum Epi-
 scopum. 628.c
 Exercitus Vindemiri venit in Italiam. 304.d
 Exercitus Leonis Imp. ducebatur a Paslisco. 286.d
 Exhortatio ad euitandos hereticos. 671.d
 Expeditio Theodorici aduersus Erulos. 440.c
 Exortes Africani Catholici quanta mala passi. 4.a
 in Exilium pellitur Eutyches hereticus. 200.b.c
 in Exilium mittendi heretici. 130.c
 Exilia Episcoporum in Gallia. 318.a
 in Exilio mittitur S. Eugenius. 413.a.b
 in Exilio que passus sit S. Eugenius ab Antonio. 421.b
 Exilium S. Eugenij. 510.e
 Exilium secundum S. Fulgentij in Sardinia. 573.e
 Exules Episcopi in Sardinia, & in Africa qui. 570.e. 571.a
 Exules consolatur Symmachus Papa. 571.c
 Exules effugiuntur sancti Dei. 617.e
 Exules per sepe confessores Christi. ibid.
 Exules Episcopi reuocantur a Marciano Imp. 119.a

F.

Abella exploditur de S. Leonis manus excisione. 254.c
 Facem tulit Anastasius ad inflammandam Ecclesiam. 463.b
 Facies Orientalis Ecclesie quam turpis. 113.a.b
 Facies Orientalis Ecclesie turbata. 429.a
 Facinora & scelera Dioscori lecta in Concilio Chalcedonensi. 146.a.b
 Facinora Acacij in Calcedonem. 364.d
 Facta egregia Renati. 102.a
 Falsi preextus hereticorum Hestantium. 475.b
 Fama magna S. Casarij Episcopi Arelatensis. 591.e
 Fames propulsatur a S. Severino. 320.a
 Fames Deus cogit impios perire. 337.e
 Fames Italianas vexant. 127.e
 Fames dira Africam vexant. 423.a
 Fames dira in Britannia. 35.c
 Fames & pestifer odor homines & inuenta delet. 36.c
 Famuli qui Deo fidem non seruant, neque hominibus seruare
 possunt. 499.c.d
 Fastus Anatolij repressus. 199.b
 Fastus & temerarius conatus Acacij. 300.a
 Fascia Domini sepulchrales. 188.c
 Fascia Saluatoris vbi reposita. 188.c
 Fatalium necessitatem inducunt superstitiosi. 520.b
 in Fastis ecclesia magne visiones. 358.b
 Fastus Episcopus Africanus relegatus. 413.b
 Fasti Regiensis Episcopi ut tempus. 303.b
 Fastus pro Ecclesia quantum laborauerit. 549.a.b
 Fasti scripta minime tuta. 450.a
 Fasti liberi qui. 450.d

Fausti epistola ad Lucidam de Gratia & libero arbitrio. 451.e
 Faustus legatus Theodorici. 477.a
 Fausti scripta celebrantur. 449.b.e
 Fausti scripta vi abripuit Sidonius. 450.a
 Fausti professio. 451.e
 Fausti anathematisimi. 451.d
 Fausti epistola probatur a Synodo. 452.c
 Faustus amulus S. Prosperi, & non rectus. 453.e
 Fausti errores quales. 454.b
 Fausti latebra deteguntur. 455.a
 Faustum Claudianus & alij confutant. 455.b.c
 de Fausto multi errarunt ipsum appellantes sanctum. 456.d
 ad Faustum Gelasij Papae commortorium. 478.b
 Factores hereticorum inuestigandi, & coercendi. 230.a
 in Factores Erulorum vlcijitur Theodorici. 493.c
 Federicus Cardinalis Borromaeus laudatur. 301.c
 Felix Papa Tertius creatur. 378.e
 Felix Papa Acacio restituit. 300.e
 Felicis epistola ad Acacium. 380.a.b
 Felix redarguit Acacium de affectato silentio. ibid. b. c
 ac de tacita conspatione cum hereticis. 381.b
 Felix Acacium perstringit. 381.e
 Felix ad Zenonem Imp. pro fide Catholica. 382.c.d
 Felicis libellus ad Acacium Episcopum. 385.d.e
 Felicis libellus ad Zenonem Imp. 386.b
 Felix mittit Vitalem & Misenum Episcopos legatos ad Zeno-
 nem. 386.e. 387.a
 Felicis sententia de damnatione Petri Antiocheni. 390.b.c
 Felix excitat Zenonem contra Petrum. 391.e
 Felix cogit Romanum Concilium. 397.e
 Felix excommunicat Acacium. 399.d.e
 Felix alias scribit epistolas ad Orientales Episcopos contra
 Acacium. 400.d.e
 Felix Concilium congregauit Roma de lapsis restituendis. 436.a
 Felicis epistola ad omnes Episcopos de Africana Ecclesia. 436.d
 Felix gratulatus Anastasio de suscepto Imperio. 461.c.d
 Felicis Papa obiit. 464.e
 Felix Papa Tertius, & non Quartus dicendus. ibid.
 Felix inter Sanctos relatus. ibid.
 Felix e celo Tarfillam proneptem vocat. 465.c
 Felicis Papa reliqua res gesta. ibid. e
 Felix Consul Senior. 604.d
 Felix Consul Iunior. 604.c
 Felix Consul Iunior laudatur. ibid.
 Felix Abbas patitur pro Christo. 447.b
 Felicis Abbatis chartas erga Fulgentium. 448.a
 Felix Episcopus Adrumetinus relegatur. 12.b
 Felix Episcopus paralyticus mittitur in exilium. 393.e
 Felix Episcopus Namnetinus. 605.a
 Femina suspecta a clericis fugienda. 554.a
 Femina ab impijs sollicitantur. 564.e
 Femina consulant viros suos. 175.c
 Feminarum extranearum familiaritates clericis vitanda. 195.b
 Femina Catholica insigne certamen. 422.b
 Feminarum Catholicarum constantia. 607.a
 Femina illustris apparet B. Maria Virgo. 631.a
 Femina illustris Seueriana ad fidem conuertitur. 629.e
 S. Ferreoli reliquie inuenta. 315.b
 S. Ferreoli corpus integrum, & vestimenta illa inuenta. 316.c
 Festi dies quo honore colendi. 289.e
 Festi diebus maiora mala excitat demon. 605.b
 Festi diebus prohibenda spectacula. 290.a
 Festus Patricius cum legatis profectus Constantinop. 527.e
 Festus Patricius cum hereticis concurs. 530.b.c
 Festus mali machinatur in Ecclesia Dei. ibid.
 Festus

I N D E X.

Festus Exconsul pugnat in schismate. 549.a
 Fictio magna Eutycheanorum. 176.b
 Ficti interdum Principes. 661.b
 Fictiones interdum sunt in elemosynis. 609.e
 Fictiones Dei iudicio deteguntur. 439.a
 a Fide lapsis respiciendi aperitur via. 115.c
 Fideles quantum venerari debent Romanum Pontificem. 624.d
 Fideles male habiti & afflicti. 406.b
 Fideles quanta mala passi sub Henerico. 407.c.d. 408.
 Fidelium omnium mater Ecclesia. 546.c
 Fidelium peccata magis a Deo puniuntur, quam infidelium. 137.a
 Fidei professio S. Flauiani. 75.e
 de Fide & sacerdotibus iudicium primo spectat ad Papam. 110.a
 in Fide in stabiles modo hac, modo illa dicunt. 124.d
 Fides Catholica vbi est, ibi plerumque cessant flagella. 125.a
 Fidem non seruans Christianus, quando sit Pagano deterior. 561.b
 Fides Catholica defensorem se exhibet Theodorico. 16.a
 Fides integra & labores Theodorici. 101.a
 a Fide deficiunt prouincie Aquilonares. 658.c
 in Fide semper perseuerandum. 690.c
 Fidei professio facta a monarchis Aegypti. 703.d.e
 ad Fidem conuersi heretici a S. Patente. 319.a.b
 Fidei ardor mortiferum signum exuperat. 496.b
 Fidem Catholicam proficitur Euthymius. 174.a
 Fides Catholica dicitur ab Elpidio. 174.c
 Fidei dogmata declarantur in epistola S. Leonis. 82.a
 Fides Catholica suscipitur a Mauritanis. 215.c
 Fides Anatolij exploratur. 119.a
 Fides reddidit homines constantes. 3.c
 Fidei declaratio a S. Leone facta. 82.a.b.c.d
 Fides Catholica immaculata seruetur. 108.d.e
 pro Fide Catholica laborat S. Leo. 106.e
 Fidem Catholicam defendit Marcianus Imp. 118.c
 Fides Catholica Imperij fundamentum. 129.e
 Fides non reuocanda in disputationem. 129.c
 Fidei deservio in Concilio Chalcedonensi. 152.b
 Fides miraculis confirmatur. 154.e. 162.c. 297.d. 406.a.
 415.c. 416.e. 441.d
 de Fide disputatio quando prohibetur. 165.e. 166.a
 de Fide sancita semel in disputationem non reuocanda. 235.c.d
 pro Fide pugnant Episcopi. 190.c
 Fides serpentes tollit. 334.c
 Fidei vera doctrina. 384.d
 Fidei veritas interdum ex miraculis ostenditur. 466.a
 Fides sincera in eo inueniri non potest, qui heretica prauitate
 est imbutus. 437.c
 Fides illibate custodienda. 490.a
 Fidei integerimus custos Summus Pontifex. ibid.
 Fidem qui Deo non seruat, neque hominibus seruare potest. 499.c
 Fidei confessio debet esse manifesta. 501.d
 Fidei Gallicana puritas. 583.d
 Fidei e usi mouendum bellum. 584.c
 Fidei ardore resistit Imperatori populus Constantinopolita-
 nus. 605.d
 Fides hereticorum ad bovas mutatur. 606.c
 pro Fide sanguis effundendus. 620.e
 Fides est generose consistenda. ibid.
 Fides Catholica defendenda a militibus suis. 620.c.d
 Fides Christiana libere predicanda. 621.a
 Fidei professio & confessio Orientalium. 625.b.c
 Fides Catholica publice confitenda. 628.e
 in Fidei confessione sit magna constantia. 629.e
 Fides Catholica miracula comprobatur. 630.c

ad Fidem conuertitur Seuerianus Eucharistia miraculo. 630.d
 ad Fidem venit illustris femina Seueriana. ibid. e
 Fidem amplectuntur Seueriani plurimi. 630.d. e. & segg.
 Fides Seueriana fuliginosa & surda. 632.d
 ad Fidem conuertitur Ariannus Episcopus. 64.a
 Fides Catholica purganda ab omni heresi. 651.d.e
 pro Fide laborabat Hormisdas Papa. 651.652
 Fidei confessio ab Anastasio Imp. sicte facta. 660.b.c.d
 in Fide semper perseuerandum. 664.b.c
 in Fidem insurgit Diabolus. ibid.
 Fidei vera professio. 668.d
 Fidei forma praescripta ab Hormisdas Papa. 671.d.e
 Fidei regula ab Hormisdas missa ad Orientales. 679.e
 Fidei libellus exigebatur ab us qui ad communionem volebant
 admitti. 687.d
 Filia educande cum timore. 310.a
 Filius impetratur a Deo per orationes S. Danielis. 334.d
 Filij male morati intereunt. 434.d
 Filios parentes vendunt ob penuriam. 127.e
 Filij imitantur patres. 645.a
 Filij Imperatoris appellantur Reges. 655.e
 Fiscus rapiebat spolia Episcoporum. 393.b
 S. Firminus Episcopus Metensis. 578.d
 Flacciani epistola ad Petrum ipsum reprehendendo. 389.c
 Flaccilla Augusta numisma. 257.a
 Flagella cessant, vbi est fides Catholica. 125.a
 Flagella Dei deterrent homines a sceleribus. 374.d
 Flagellamur a Deo ambitiosi. 569.a
 Flagella S. Fulgentij. 448.c
 Flagellum Dei sui Attila. 136.a
 Flagellum Dei quando vigeat. 179.b
 Flagellum Dei contra discedentes a Papa. 621.c.d
 Flagellum Dei super blasphemos. 500.a.b
 Flavianus creatur Episcopus Constantinopolitanus. 40.c
 ad Flavianum Eusebius contra Eutychem. 56.a
 Flavianus damnat Eutychem. 59.e
 Flavianus scribit ad S. Leonem contra Eutychem. 62.a.b
 Flavianus inimicus Chrysostratus, vnde orta omnia mala in cau-
 sa Eutyche. 40.d. e. 41.c
 Flavianus quae rescripserit sanctus Leo. 73.c
 Flavianus professio fidei. 75.e
 in Flavianum iniqua sententia. 95.a
 etiam sacrilega commiserunt. 97.a
 Flavianus verberibus affectus. 97.a.b
 Flavianus martyrio coronatur, instante impio Barfuma. ibid. c
 S. Flavianum quo tempore mori contigerit, non omnes conue-
 niant. ibid. e
 Flavianus laudes. 98.b.c
 ad Flavianum epistola Theodorici de eius laudibus. ibid.
 S. Flavianus corpus honorifice sepelitur. 119.d
 in Flavianum honorem editum Marciani Imperatoris. 177.d
 Flavianus iunior Episcopus Antiochenus. 524.a
 Flavianus vir illustris. ibid.
 Flavianus Antiochenus Patriarcha in exilium mittitur. 613.c
 Flavianus in exilio moritur. ibid.
 Flavianus exagitur ab hereticis. 616.d
 Flavianus in quibus cessit persecutoribus. 616.e
 Flavianus renuit consentire hereticis. 617.b
 Flavianus licet damnatus remanet tamen in sua sede. 618.a
 in Flavianum nouum mouetur bellum. 618.c
 pro Flavianum laborant monachi Catholici. 618.e
 Flavianus diuinitus admonitus de Anastasij obitu. 695.c
 Flauitas malis artibus mercatus Episcopatum Constantinopo-
 litanum. 438.e
 Flauitas detecta impostura. 439.a
 Flauitas hereticus vult videri Catholicus. 439.c
 Flauitas

I N D E X.

Flautica littera ad Felicem Papam. *ibid.*
 Flautica nomen sublatum è Diptychis. 442.e
 Flores illustrant spinas. 450.b
 Florentius ab Imperatore missus ad Concil. 61.a
 Foeneratores ne sint clerici. 14.e
 Foeneratores molesti. 29.d
 Fons limpidissimus Catholica doctrine Ecclesia Romana. 215.e
 Fontes subitè exaruerunt. 36.e
 Formido ibi nulla est, ubi nulla est causa fugiendi. 381.c
 Formicarij priuanti dono Dei. 417.e
 Forti Ecclesiastica immunitas seruanda. 195.a
 Forum Ecclesiasticum demptum à Valentiniano restituitur. 179.a
 Forum Ecclesiasticum suis gaudet priuilegijs. 195.a
 Fortunatus Episcopus Tuderinus. 651.a
 Fortunatus Episcopus mittitur legatus ad Anastasium Imperatorem. *ibid.*
 Franchi conuersi ad fidem. 537.d
 Franchi non patiuntur Gothos Arianos. 583.d
 Franchi cum Gothis pugnant. 589.b
 Franchi obijcent loca Gothorum. *ibid.*
 ad Franchorum Reges epistola S. Gregorij. 10.c
 Franchorum regnum in Gallia quando cæperit. 213.d.e
 Franchorum prima sedes in Gallia est Parisium. *ibid.*
 de Franchorum Regibus quomodo boni benedicti, mali verò maledicti. 642.a.b.643.a
 Franchorum mores. 643.e
 Franchorum Regum vestitus. 644.b.c
 Franchorum Reges nutriebant capillos. *ibid.*
 Franchorum nobilitatem habitus & ornatus. 644.c
 Franchi omnes præter Reges attonsi incedunt. 644.c
 Franchus Regem Clotarium ad prandium vocauit. 645.b
 in Franchi prandio erant malefactorum incantationes. *ibid.*
 Frater fratrem ad martyrium hortatur. 415.a
 Fratres sint vnanimis & concordēs. 643.e.644.a
 Fraud hereticorum in professione Symboli. 605.b.c
 Fraud hereticorum in sceleranda heresi. 671.b
 Fraud diu testis Anastasij Imperatoris detegitur. 666.e
 Fraudēs & doli Anatolij Episcopi. 160.a
 Frenum nesciunt inimicitia. 497.d
 Ficus mortiferum exuperatur à fidei ardore. 496.b
 Fridericus reprehenditur à S. Severino. 374.a
 Friderici temeritas erga sacra. 374.d.e
 Fridericus fugatur in bello. 440.e
 Fridericus Erulos superauit, sed postmodum à Theodorico victus. 441.a
 Frisones abusi sunt licentia Franchorum in vestitu. 645.a
 Fuga S. Fulgentij. 447.b
 Fuga Patrij Ducis exercitus Romanorum. 562.a
 Fuga exercitus Hunnorum per orationem. 139.e
 Fuga Friderici in bello. 440.e
 Fuga Prætextati magi. 564.b
 Fuga Hipatij Ducis exercitus Romani. 562.a
 Fugiente dignitates. 568.b
 Fulgori veritatis cedit mendacium. 98.d
 S. Fulgentij primordia, & sub quo Rege natus. 446.e
 S. Fulgentius fugit. 447.b
 S. Fulgentius captiuus ducitur. 447.d
 S. Fulgentius dire cruciatur. 448.a
 S. Fulgentius iterum flagellatur. 448.b
 S. Fulgentij Romam aduentus. 544.b
 S. Fulgentius omnibus carum. *ibid.*
 S. Fulgentius in Africam reuertitur. *ibid.*
 Fulgentius Episcopatum fugit. 568.b
 Fulgentius eligitur Episcopus Ressepsis. *ibid.*
 Fulgentius quam eloquens, doctus, & pius. 568.e.569.a
 Fulgentius retinet instrumta monastica. *ibid.*
 Fulgentius in iussu Regis abducitur. 569.e

Fulgentius relegatur in Sardiniam. *ibid.*
 Fulgentij humilitas & mansuetudo. 570.a.e
 Fulgentius Carthaginem renouatur. 572.b.c
 Fulgentius multis proficuum. *ibid.*
 Fulgentius scriptis prouocatur à Trasamundo. 573.d
 Fulgentij doctrina & eloquentia. 573.c.d
 Fulgentius confutat fortiter obiectiones. 572.e
 Fulgentij iusta querela cum excusatione. 573.a.b
 Fulgentij libri tres ad Trasamundum Regem. 573.a
 Fulgentius librum composuit de Spiritu sancto. *ibid.*
 Fulgentij scripta desiderantur. 573.e
 Fulgentius rursus in Sardiniam relegatur. *ibid.*
 Fulgentius quæ scripserit. 574.a
 Fulgentij epistola ad Probam virginem. *ibid.*
 Fulgentij vsus cum Eugipio. 575.a
 Fulgentius scribit ad Gallam viduam. *ibid.*
 Fulgentius instruit Petrum de fide. 687.e
 Fulgentij liber de fide falso asseritur Augustini. *ibid.*
 Fulmen percussit Anastasium Imperatorem. 693.e.694.a
 Fundamenta hereticorum concidunt. 329.e
 Fundamentum Imperij fides Catholica. 129.e

G.

Gabrielis Card. Paleoti opera laudata. 580.d
 Gabriel Patriarcha Alexandrinus. 698.b
 Gabriel Patriarcha Alexandrinus legationem mittit ad Clementem VIII. Rom. Pont. 697.698.
 Gabrielis epistola ad Clementem VIII. Rom. Pont. 698.b
 Gaianus Nasita ab impio Anastasio Imperat. accersitur. 666.e
 Galata aliqui Simoniaci. 243.e
 Gallia Placidia ad Theodosium pro fidei defensione, & pro S. Leone. 110.b.c
 Gallia Placidia ad Pulcheriam Augustam pro Catholica fide. *ibid.*
 Gallia Placidie obitus. 112.e
 Gallia Placidia numisquam. *ibid.*
 Gallia Placidia memoria in arca basilice S. Pauli. *ibid.*
 ad Gallam viduam scribit S. Fulgentius. 575.b
 Gallia quam illustris & progenie, & sanctitate. *ibid.*
 Gallia secedit in monasterium. *ibid.*
 Gallia viduae felix transitus. 575.e
 Gallia apparuit S. Petro. 575.e.576.a
 Gallia delectabatur lumine intrinseco & extrinseco. 575.e
 Gallis relaxantur tributa à Theodorico. 589.e
 Galli non patiuntur Gothos. 664.b
 Galli admonentur, vt perseuerent in fide. 664.b
 in Gallia Narbonensi Concilium Vasense. 12.e
 Gallia que passa à Præfectorio. 285.a
 Galliarum motus magni. 314.a
 de Gallicano statu Sidonij epistola ad Basiliam. 317.a
 Gallicana prouincia quantis Patribus fuerit illustrata. 600.e
 Gallicane fidei puritas. 583.d
 Galli non patiuntur Gothos. *ibid.*
 Gallicane Ecclesie clades sub Eurico. 318.b
 Gallicanum Concilium. 640.e
 in Gargano monte apparitio S. Michaelis Archangelij. 485.b
 Garza Loaisa edidit Concilia Hispanica emaculata. 673.e
 Gaudentio interdicta ordinatio. 321.e
 Gaudium fit in tribulationibus. 98.e
 Gaudium in Ecclesia fuit, mortuo Anastasio Imperatore. 696.b.c
 Gaudium Ecclesie Orientalis. 124.e
 Gelasius Acta Nicæni Concilij euulgauit. 336.e
 Gelasius stremsus aduersus Eutychanos pro fide Catholica propugnator. *ibid.*
 ad Gelasium Papam sua dirigit scripta Gennadius. 457.b
 Gelasius

I N D E X.

Gelasius creatur Papa. 466.a
 Gelasius an Romanus. *ibid.*
 ad Gelasium Euphemius Episcopus Constantinopolitanus scripsit Iudei professionem. 466.c
 ad Gelasium legatus Simelij diaconi. *ibid.*
 Gelasij littera ad Euphemium ipsum reprehendendo. 466.e
 Gelasius cur neget Euphemio communionem. 467.b
 Gelasius in quo descendat. 467.d
 Gelasij mod. s. l. i. 468.b
 Gelasij in q. uo condescendat. 469.e
 Gelasij in s. l. i. excusatio. 470.e
 Gelasius admonitione ubi profecit Euphemius. 471.e
 Gelasius qua egerit initio sui Pontificatus. 471.e
 Gelasius ad Laurentium, & alios Episcopos Macedonie. 471.c.d
 Gelasij admonitio, vt Romano Pontifici obediat. *ibid.*
 ad Gelasium Dardanorum Episcoporum epistola ei se subijcientium. 472.b
 Gelasius ad Dardanos Vrsicinum Episcopum mittit. 473.a
 Gelasius Ecclesie causam Vansto commendat. 477.d
 in Gelasium Anastasij Imp. querela. 478.c
 Gelasij communionem ad Faustam. *ibid.*
 Occasio eius scribendi. 477.d
 Gelasius queritur de inobseruantia canonum. 478.d
 Gelasij epistola ad Honorium contra Pelagianos. 481.a
 Gelasius amonuit vt Pelagianos inquirantur. 481.e
 Gelasij epistola ad Episcopos Piceni contra Pelagianos. 482.a.b
 Gelasij admonitio & comminatio contra Pelagianos. 483.e
 Gelasij epistola ad Anastasium Imp. cum hortando ad Catholicam fidem. 486.b
 Gelasius captus apud Anastasium Imperat. beneuolentiam. 487.a
 Gelasij epistola ad Episcopos Dardaniae & Illyrici. 489.d.e
 Gelasij epistola ad Casarium Episc. Arelatensem. 491.d.e
 Gelasij Concilium Romæ congregauit septuaginta Episcoporum. 490.a
 Gelasius studet renouare disciplinam Ecclesiasticam. 491.a.b
 Gelasius constituit vt bona Ecclesiastica in quatuor partes dividerentur. *ibid.*
 Gelasij constitutio, vt Episcopi peregrinos suscipiant. *ibid.*
 Gelasius ad Dardanos de primatu sedis Apostolice. 505.d
 Gelasij Concilium Romæ in absolutione Miseni congregatum. 506.b.c
 Gelasius causam Miseni optime inquirit. 506.d.e.507.a
 Gelasij Pape obitus. 511.d
 Gelasij scripta que. *ibid.*
 Gelasij scripta contra Eutychem & Nestorium. 512.b
 Gelasij nomen scripta supposita. 512.c
 Gelasij asseritur liber, de quo disputatur. 513.a
 ex Gelasij scriptis qui conficiantur, & qui inualescant heretici. *ibid.*
 Gelasij verba redduntur, & elucidantur. 513.c
 Gelasij verba de Eucharistia quomodo accipienda. 513.e.d
 Gelasij decretum de communiōne sub vtraque specie. 515.c.d
 Gelasius Manichæos detegit ac punit. 515.e
 Gelasij verba de potestate Ecclesiastica quomodo accipienda. 516.b
 Gelasij sententia elucidatur. 516.d
 Gelasij pugna aduersus Gentilitios ritus. 517.e
 Gelasij apologia aduersus Andromachum Senatorem. 517.d
 in Gelasium quid quidam obmurmurarent. *ibid.*
 Gelasius quid in eos qui clericorum tantum peccata puniendâ produnt. 518.d
 Gelasius sicut redarguit superstitiosos. 519.a.b
 Gelasius retorquet in impios argumentum. 519.c.d
 Gelasius conuincit superstitiosos certis rationibus. 520.e
 Gelasius viget impios ab euentu rerum. 520.d
 Gelasius abfudit Episcopatum ab his qui occiderunt Episcopum. 522.a

Gelasius inuentos Manichæos exulare precipit. 523.c
 Gelasius alter Episcopus Casarea Palaestina. 512.a
 Gennadius legatus S. Leonis. 236.d
 Gentrivem Dei negare esse Virginem Mariam, hæresis est Nestorij. 66.b
 Gennadius eligitur Episcopus Constantinopolitanus. 241.a
 Gennadius contra simoniacos. 243.a.b
 Gennadius quid contra Charisium. 244.e
 Gennadius detegit magnum miraculum. *ibid.*
 Gennadius moritur, & ante mortem miraculum. 292.b
 Gennadius redarguitur calumnie. 278.c
 Gennadius præuidit discordias sine Ecclesia. 300.b
 Gennadius ad Gelasium sua dirigit scripta. 457.b
 Gennadius Pelagianis fauebat. *ibid.*
 Gennadius redditus omnino Catholicus. *ibid.*
 S. Genouefa mirifice colitur à Rege Childerico. 213.e
 Genouefa que largitus sit Clodoueus. 540.b.c
 in Gentili etiam homine bona est iustitia. 445.e.446.a
 Gentilij ritus reprehenduntur à Gelasio. 521.c
 Gentilium cultus est causa, quod collapsum sit Imperium Romanum. *ibid.*
 Genserius Rex Vandalarum partitur captas Africanas prouincias. 2.e
 Genserius frustra Siciliam tentat. 3.e
 Genserius persequitur Christianos Catholicos. 12.a
 Genserius Vuandalorum Princeps. 207.e
 Genserius multi loca dissipat. 219.b
 Genserius obsidet Italiæ & alius regionibus. 274.c.d
 Genserij obitus. 336.e.337.a
 Genserius quantum regnavit, & quam feliciter. *ibid.*
 Genuensis Ecclesie antiquissima, & sanctis Episcopis conspiciunt. 131.e
 Georgia Aruernensis puella religiosa. 356.e
 S. Georgij ecclesia Alexandria. 702.e
 Gerasimus anachoreta conuertitur. 174.e
 Gerasimi anachoreta obitus. 322.a
 Germanus Eutychem citat. 59.b
 Germanus Episcopus Capuanus legatus Anastasij Pape. 525.b
 Germani duo martyres Aquilegiensis ciuitatis. 415.a
 Gerontius inuadit Hierosolymitanam sedem. 330.d
 Gesilicus succedit Alarico. 587.d
 Gibuldus Rex Alamannorum veneratur S. Severinum. 373.a
 Gibuldus etiam Sanctorum cultor. *ibid.*
 Gilda Britannus persequitur historiam Britannorum. 35.e
 Gildardus Rotomagensis Episcopus. 587.c
 Gisa Regina contemnit S. Severinum, & eum punitur. 305.d
 Gise filius obses reuertitur à feris. *ibid.*
 Gisa mitior redditur. *ibid.*
 Gisa Regina Rugorum reprehenditur à S. Severino. 373.d
 Glycerius subrogatur in Imperatorem. 304.e
 Glycerius Imperio deponitur in Portu Romano. 309.b
 Godagisus ab Hunerico relegatur. 359.e
 Godigisus suos captiuos relaxat. 498.c.d
 ad Gothos legatio Nestorij. 310.b.c
 Gothi venerantur Summum Pontificem. 547.e
 Gothi vincunt Sabinaum. 577.e
 Gothi persequuntur S. Casarium. 590.a
 Gothus à Deo percussus propter S. Casarium. 590.c
 Gothos Arianos non patiuntur Galli. 583.d
 in Gothos mouet bellum Clodoueus. 584.c
 Gothorum Rex Alaricus à Clodoueo occiditur. 586.b
 Gothi cum Franchis pugnant. 589.b
 Gothorum loca obsidentur à Franchis. *ibid.*
 ad Gradum honoris non sunt extollendi heretici. 48.e
 Gradus sui prærogatiuam laudabiliter tueri licet. 70.d
 Gradus & honorè priuabantur heretici. 197.e
 Græci heretici quam callidi. 661.b
 Græco-

I N D E X.

Græcorum falsa iactatio. 663.c
 Græcorum quanta fallacia. 663.e
 Græci cantantur Trifagion in Parasceue, & quare. 474.b
 Gratia agitur Theodorico ab Epiphonio. 495.e
 Gratiæ agit S. Leo Papa Marciano & Pulcheria Augustis. 128.e
 per Gratiæ ille saluus esse potest, qui perijt per culpam. 451.e
 sine Gratiæ nihil sumus. 452.a
 Grator Deo est vnguitas matrimonio. 214.e
 Gratulatio litera S. Leonis Papa ad Leonem Imperatorem. 221.d
 S. Gregorij epistola ad Franchorum Reges. 10.c
 S. Gregorius mirum in modum laudat sanctum Benedictum. 502.c.d.e
 Gregorius Lingoniensis Antistes. 600.d
 Gubernatio Ecclesie à providentia Dei. 331.c
 Gundabundus Rex Vuandalorum. 424.b
 Gundebaldus Burgundionum Rex. 587.d
 Gundebaldus hereticus à S. Auito conuersi non potuit. 501.d.e
 Gundebaldus Rex Burgundionum in init fedus cum Clodoueo Rege Franchorum. 583.c
 Gundila pugnant pro Symmacho Papa. 548.e

H.

Hæreticum Episcopum Genesivum relegat. 12.b
 Hæreticum Episcopum inuitum rebaptizat Antonius. 421.d
 Hæreticum Episcopus Hunnicum Regem reprehendit. 422.e
 Habitus Nobilium Franchorum. 644.e
 Hæresis inducit desolationem. 30.d
 Hæreses omnes vnicò remedio expurgantur. 197.c
 Hæreses falso prætextu à Principibus fouentur. 474.c
 Hæresum est animos efferare. 404.d
 Hæresis absolutio soli Papa reseruat. 348.c
 Hæreses semper solent ferri hinc inde impulsibus ventorum. 368.f
 Hæreses vesperitionum more latibula quarunt, ac lucem fugiunt. 369.e
 Hæresibus quantocumque occurrendum. 387.e
 Hæresium tolerantia potius ignauia quàm patientia tribuenda est. 379.b
 Hæreticos detegere pium est. 13.d
 Hæreticus inter Catholicos est aper lululentus. ibid.
 Hæreticum est dictum, quod non fit manibus laborandum, sed semper orandum. 19.c
 Hæresarcha, etiamsi mille offerrent libellos penitentia, ne recipereur ad pristinum statum, legibus Ecclesiasticis sancitum. 88.c
 Hæretici Franchorum degenerant à sua nobilitate, & sunt Erbicus deteriores. 214.b
 Hæretici impiè calcant corpus & sanguinem Christi. 215.d
 Hæreticorum mulierum ingenium est, vt eo pertinacius inhaerescant errori, quo fuerint instantius admonita. 184.e
 Hæreticorum tolerantia magnum damnum affert Reipub. quod Leo Imp. expertus est. 287.d
 Hæretici & religio & status politico nocent. 347.b
 Hæretici ne aue quidem dici debet. ibid.
 Hæretici sanctitatem simulant. 14.c
 Hæretici præsertim eruditissimi difficillimè corriguntur. 16.c
 Hæretici per sepe inueniuntur impudici. 16.e
 Hæretici indicantur à Romano Pontifice. 17.a
 Hæretici inquirendi, & deferendi. 17.d
 Hæretici fugiendi magis quàm pestis. 30.e
 Hæretici omnino exterminandi. ibid.
 Hæretici hydriæ capitibus per sepe pullulant. 43.a
 Hæretici zizanias semina iaciunt. ibid.c

Hæretici omnia immiscunt. ibid.d
 Hæretici cauendi, maxime eorum libri. 44.c
 Hæretici conuersi sint sine spe prociutionis ad superiorem gradum. 48.e
 in Hæreticos epistola sancti Leonis ad Turibium. 45.e
 Hæretici semper exterminandi. 50.e. 51.a
 Hæretici per sepe citantur. 58.a. 59.c.e
 Hæretici honesto prætextu ad Scripturas prouocant. 57.d
 Hæretici semper luci aduersantur. 59.b
 Hæretici ad Præfatos & saculares confugiunt. 60.c
 Hæretici semper subterfugiu captant. 61.d. 62.b
 Hæretici non admittunt litteras Summi Pontificis. 90.e
 Hæretici sanctitatem & pietatem simulant. 93.b
 in Hæreticos est exclamandum, & non silentium. 104.d.e
 Hæreticorum duces haud facile recipiendi. 130.c
 Hæretici penitentes per sepe Romam veniebant. 132.d
 Hæreticorum perfidia. 148.e
 in Hæreticos impium est pium esse. 166.d. 182.d
 Hæreticorum scelera. 173.d
 Hæretici sanctos occidunt. 176.a
 Hæretici omni honore & gradu priuabantur. 197.e
 Hæreticorum legatio ad Leonem Imperatorem. 226.d
 Hæreticorum prætextus solitus. 226.e
 Hæreticorum fautores inuestigandi, & coercendi. 230.a
 Hæretici quando nullo modo audiendi. 231.e
 Hæreticorum captiones denudantur. ibid.c
 Hæreticus à S. Leone dicitur Antichristus. ibid.d
 Hæretici quando in sua peruersitate relinquendi. 235.e
 Hæretici qui non admittendi ad disputationem de fide. ibid.e
 Hæretici penitentes quomodo recipiendi. 236.b
 Hæretici à Principibus sunt exterminandi. 239.c
 Hæretici lapsi quomodo recipiendi. 249.c
 Hæretici procul pellendi. 287.d
 Hæretici ad fidem conuersi à sancto Patente. 319.a
 Hæreticorum velamen fides Catholica. 328.b.c.d.e
 Hæreticorum vana spes. 329.c
 Hæreticorum impietas dilemmate persingitur. 330.a
 Hæreticorum fundamenta concidunt. 329.d
 Hæretici vesperiles & inconstantes. 336.a. 368.c
 Hæretici Timotheam qui. 340.d
 Hæretici semper procul pellendi. 347.b
 Hæretici Theopaschita instaurati. 361.c
 Hæretici non recipiendi sine satisfactione. 363.e
 Hæreticorum fraudes. 369.b
 Hæretici Acephali qui. 369.d
 Hæretici sine charitate. 397.a.b
 Hæretici nomen Papa delent. 403.b.c
 Hæretici retroque leges latas contra ipsos in Catholicos. 408.d
 Hæretici in S. Synodum, & in Summum Pontificem insultant. 176.d
 in Hæreticos pena, & eorum scripta damnantur. 178.b.e
 Hæretici salubri remedio conuincuntur. 197.c
 Hæreticorum mos est à sententia à Concilio lata ad Imperatorem appellare. 429.c
 Hæreticorum mos vetus qualis fuerit. 367.d
 Hæretici solent tradere venena melle delibuta. 369.c
 Hæretici solent negare factis, quod ore profiteri videntur. 368.c
 Hæreticus homo videns fit cæcus ab Ariano Episcopo. 412.a
 Hæreticorum pena in Catholicos statuta. 408.b.c
 Hæretici comparantur raris in cæno mersis. 482.c
 Hæretici à sanctis Patribus desciunt, & diuina Scriptura se vindices prostentur. 57.d
 Hæretici lucem fugiunt, & latebras quarunt. 59.b
 Hæretici interdum coguntur admittere expositiones Patrum. 60.a
 Hæretici Nouatores impudentissimè reiciunt interpretationes Patrum. ibid.c
 Hæreti-

I N D E X.

Hæretici ingrediuntur Synodos ambitioso freti comitatu. ibid.d
 Hæretici inuoluntur suis spiribus instar colubri. 61.d
 Hæretici Iconoclastæ qui. 431.d.e
 Hæretici ad Principes confugiunt. 429.b
 Hæretici se ingunt prauis moribus. 434.c
 Hæreticorum impostura deteguntur. 439.a
 Hæreticorum penitentia suspecta. 439.e
 Hæretici communicantes fugiendi. 467.c.d
 Hæreticum non esse non satis est, si quis cum hæreticis communicat. 469.a
 Hæretici Hæstrantes qui. 475.b
 Hæreticorum Hæstrantium falsi prætextus. ibid.
 Hæretici diligentiissimè inquirendi. 481.c
 Hæretici Prædestinati dicti qui. 451.a
 Hæretici interdum sancti videntur. 431.d.e
 432.a
 Hæretici vt plurimum inhonesti. 483.a.b
 Hæretici alicui magno viro scripta supponunt. 512.a.b.c
 Hæretici semper inter se altercantur. 513.c
 Hæretici à semetipsis dissentiant. ibid.
 Hæretici carpunt doctores in verbis. 513.d.e. 514.a.b
 Hæreticorum machina bellica velut tonitrua, sed statim dissoluntur. 515.a.b
 Hæretici instar filia Herodiadis saltantis. ibid.
 Hæretici sub involuero Catholici nominis impietatem abscondunt. 528.a
 Hæretici quarunt subripere Apostolicam communionem. 529.e
 Hæretici primum contra homines pugnant, deinde in celites prælia conuertunt. 530.c
 Hæretici Nouatores in Summum Pontificem insurgunt. ibid.
 Hæretici etiam venerant Summum Pontificem. 545.c
 in Hæreticos Nouatores insurgunt scripta antiquorum. 543.c
 Hæretici deteriores Paganis. 551.a.b
 pro Hæreticis an orandum. 578.d
 de Hæreticorum basilicis quid statuerint Patres. 601.a
 Hæreticorum simulationes. 603.a.b
 Hæretici ab hæreticis extolluntur. 605.e
 Hæreticorum fraus in professione Symboli. 606.b.e
 Hæretici ad horam fidem mutant. ibid.
 Hæretici sunt, qui prius scelesti. 607.d
 Hæretici eleemosynis etiam decipiunt. 609.e
 Hæretici semper se excusant. 611.b
 Hæreticorum vana deliramenta. 612.b
 Hæretici monachi à populo occiduntur. 613.d
 Hæretici exagitant Episcopos. 616.d. 617.b
 Hæreticorum artes sensim ad impietatem pertrahunt. 617.a
 Hæreticorum quanta infidia. 617.d
 Hæretici per sepe se iactant. 663.c
 Hæreticorum fraus in seclanda hæresi. 671.b
 Hæretici maxime vitandi. ibid.d
 Hæretici omnes omnino damnandi. 674.e
 Hæreticos lapsos curat Summus Pontifex, vt reuocet. 676.c.d
 Hæretici non datur pax. 677.d
 Hæretici fugiendi. 678.d
 Hæreticorum non tantum fugiendi connexio, sed neque communicandum cum communicantibus cum ipsis. 681.d.
 682.e
 Hæretici communicantes amittunt privilegia. 682.a
 Hæreticorum fatuum consilium contra Sanctos Dei. 684.b
 Hæreticorum simulata misericordia. 683.c
 Hæretici Constantinopoli persecuti sunt Orthodoxos. 684.d
 Hæretici occidunt per plures monachos. 685.d
 Hæretici à Deo puniuntur. 686.d
 Hæreticorum compressa superbia in Oriente. 628.e. 629
 Hæretici noui bellis semper exagitant Catholicos. 618.c
 Hæretici velut lupi inter oves Christi. 623.e

Hæreticus conuersus profuit Ecclesie Orientali. 628.d.e
 cum Hæreticis communicare est fornicari. 633.a
 Hæretici plurimi Seueriani ad fidem conuertuntur. 630.d.e.
 631. 632. 633
 Hæretici perituri & simulatores. 647.a.b. 648.b.c.d
 cum Hæreticis cautiissimè tractandum. 650.c.d
 cum Hæreticis magna prudentia necessaria. 650.e. 652.c.d
 Hæreticorum subdola artes. 656.c
 Hæretici Alexandrini qua passi. 657.e
 Hæreticorum nomina à Diptychis expugnantur. ibid.d
 Hæretici Principes vtuntur pietate nundinaria. 658.e.
 659.a
 Hæretici Græci quàm callidi. 661.b
 Hæretici Hormisdam Papam in hæresim pertrahere conati. 662.c
 Hæretici omnia subuertere quarunt. 662.c.d
 Hæreticus bestia cornuta a agno simillima. 661.b
 Hæstrantes hæretici qui. 475.b
 Hæstrantium hæreticorum qui falsi prætextus. ibid.c.d
 Helpidiphorus crudelis reprehenditur à Mauritio. 420.b
 in Heracleana ciuitate voluit congregare Synodum Anastasius. 647.c
 Herodiadis filiam saltantem imitantur hæretici. 515.b
 Hierarcha vnus semper in Ecclesia fuit. 101.e
 Hieronymus Vecchiectus ad Alexandrinos missus à Clemente VIII. Pont. Max. 698.d
 Hierosolymorum Episcoporum humilis vestitus. 242.a.b
 in Hierosolymitana Ecclesia vnio. 343.c.d
 Hierosolymitana sedes inuaditur à Gevontio. 330.d
 Hilarius Arelatenensis Episcopus. 8.a
 Hilarius primus subscriptus in Arausiano Concilio. ibid.
 Hilarij Episcopi Arelatenensis superbia comprimitur. 31.b.c
 Hilarius Romam venit acturus causam suam. 32.d
 Hilarius de quibus redarguitur condemnatur. 33.a
 in Hilarium Imperator interpellatur. ibid.c
 Hilarius virtutibus & sanctitate maxime clarus. 33.e. 24.b
 Hilarius vitam S. Honorati scripsit. ibid.d
 Hilarij preces ad S. Honoratum. 34.c
 Hilarius nequaquam ad monasticam vitam redijt. 33.e
 Hilarij funebri oratio de S. Honorato. 34.d
 Hilarius Romana Ecclesia Notarius mittitur cum legato ad Anastasium Imperatorem. 651.b
 Hilarius Episcopus Forices. 669.e
 Hilarius S. R. E. Cardinalis legatus S. Leonis. 80.a
 Hilarius legatus fuga lapsus. 96.a
 Hilarius S. Ioanni Euangelista liberatori adiculam prope Baptistinerium construit. 96.e
 Hilarius ad Pulcheriam scribit contra Ephesinam Synodum. 107.c
 Hilarius creatur Papa. 256.a
 Hilarius confirmat fidei decretum. ibid.
 Hilari Papa epistola ad Leontium Episcopum. 258.d. c. d. e.
 264.b
 Hilari Papa epistola ad Episcopos Galliarum. 259.a. 264.d
 Hilarius Cyclum nouum curat per Victorinum. 260.e
 Hilari Papa natalis celebritas. 270.d
 Hilari Papa munificentia. 279.e. 280.a
 Hilarius restitit Anthemio Imperatori. 279.d
 Hilari Papa obitus, & quanto tempore sededit. ibid.e
 Hincmarus Episcopus Rhemensis. 540.a
 Hipatius consobrinus Anastasij Imperatoris. 628.e
 Hipatius mittitur contra Catholicos. 629.a
 Hipatius obmutescit in Catholicos. ibid.b
 Hipatius Dux exercitus Romani fugatur. 562.a
 Hispani Episcopi quanti fecerint Summum Pontificem. 271.e
 de Hispania negotijs epistola S. Leonis ad Turibium Episcopum. 17.c.d
 in Hispania indicitur Concilium generale. 46.b
 in Hispania

I N D E X.

in Hispania Concilia duo celebrantur. ibid. d
in Hispania celebratur Synodus Tarraconensis. 673. d
ad Hispaniam Episcopos littere Hormisdæ Pape. 687. c
in Hispania plures heretici Eutychiani. 687. d
in Hispania Concilium Gerundense celebratur. 687. e
Historia Iohannis Silentarij. 443. c
Historiam Britannorum prosequitur Gilda Britannum. 35. c
Historica tractatione se purgat Theodoretus contra Nestorium. 106. b
Historici optimè res considerent. 504. b
Homilia falso inscripta Eusebio Emiseno. 8. b
Homilia Eusebio inscripta, inscribenda essent Eucherio. 8. c
Homo etiam spiritu plenus non potest omnia agnoscere. 509. a
Homines sepe tribulationibus curantur. 5. c
Hominum solus curatur mira Dei providentia. ibid. c
Homines delirare interdum cogit cupido nobilitatis. 21. d
in Homines primùm prelia hereticorum, & postea in calues. 530. c
in Homine etiam Gentili insititia bona. 445. e. 446. a
Homines corrumpuntur per sepe auro. 438. e
Homines obliuiscunt miracula. 441. d
Homines, qui capillos tingunt, naturam vilem transformare in muliebrem student. 459. c
Honesti sic cohabitatio clericorum. 554. a
Honor qui debetur festis diebus. 289. e
Honor debetur Episcopis, cum recipiuntur. 583. b
S. Honoratus Abbas Leriuensis comobij. 10. e
S. Honorati vita ab Hilario scripta. 34. c
eius breue compendium. ibid. d
ad Honoratum preces S. Hilarij. 34. e
Honoratus ex illustri familia natus. 34. c. d
Honoratus Episcopus Nouariensis laudatur. 445. e
ad Honoratum Episcopum Gelasium contra Pelagianos. 481. a
Honoratus discipulus S. Benedicij. 502. d
S. Honoratus Episcopus Massiliensis. 456. e
S. Honorati scripta probata. ibid.
S. Honoratus que scripserit. ibid.
Honore & gradu præstabatur heretici. 197. e
in Honorem Solis & Lune ieiunabant Manichæi. 13. e
Honorati Valentiani Augusti soror petita ab Attila. 202. a. b. c. eiusdem auctorem nimis. 202. b. c
Hormisdæ Pape creatur. 639. d
Hormisdæ Pape plurimum laudat S. Remigium. 539. c
Hormisdæ ad Orientales scripsit epistolam. 639. d
Hormisdæ coronam donat Clodoueus. ibid.
Hormisdæ epistola ad S. Remigium, qua ei gratias agit, & ipsam admonet. 640. a. b
ad Hormisdam epistola Anastasij Imperatoris. 647. c. d
Hormisdæ in fide interpellat Anastasius pro congreganda Synodo. ibid.
ad Hormisdam Anastasius mittit Patricium virum clarissimum. 648. b
ad Hormisdam alia epistola Anastasij Imp. ibid. b. c
Hormisdæ cuncta de se ipse profertur Anastasius. ibid. c
ad Hormisdam Papam Dorothæus pro pace. 649. d
Hormisdæ ad Anastasium rescribit. 650. a. b
Hormisdæ alia littere ad Anastasium. 650. d
Hormisdæ quam causam agat cum Anastasio. 650. e
Hormisdæ prudentia. ibid. e. 652. c. d
Hormisdæ epistola ad Anastasium pro fide Catholica. 651. b
Hormisdæ curat ab omni heresi purgare Anastasium. ibid. c. d. 651. e. 652. a
Hormisdæ indiculus datus legatis, in quo habentur seruanda ab eis. 652. b
Hormisdæ capitula seruanda ab Orientalibus. 654. d. e
Hormisdæ quam caute agat cum Anastasio. 655. a
ad Hormisdam Anastasij epistola. 659. b

ad Hormisdam alia Anastasij epistola de simulata eius religione. 660. b
Hormisdæ epistola ad Anastasium. 661. c
Hormisdæ Anastasium hortatur ad Catholicam fidem. 661. e. 662. a
Hormisdæ opera, & non verba ab Anastasio exposcit. 661. e
Hormisdæ quid cum legatis Imperatoris pertractauerit. 662. b. c
Hormisdæ conqueritur, quid Græci heretici callidi sint. 661. c
Hormisdam Anastasius ad heresim pertrahere quærebat. 662. c
ad Hormisdam S. Auiti Episcopi littere. 662. e
Hormisdam laudat S. Auitus. 663. a
Hormisdæ epistola ad Episcopum Viennensem ipsum laudando. 663. d. e
Hormisdæ admonet Episcopos Gallicanos. 664. b
Hormisdæ aliam decernit legationem ad Orientales. 664. e
ad Hormisdam Iohannis Episcopi Nicopolitani epistola. 668. c
ad Hormisdam epistola Synodalis Episcoporum Epirotarum. 669. b
Hormisdæ epistola ad Iohannem Episcopum Nicopolitanum. 669. e
Hormisdæ hortatur Iohannem ad perseuerantiam. 670. b
Hormisdæ epistola ad Synodum in Epiro habitam. 670. e
Hormisdæ epistola ad Iohannem Episcopum Nicopolitanum. 672. a
Hormisdæ Pulionem legatum ad Iohannem Episcopum Nicopolitanum mittit. 672. a. b
Hormisdæ indiculus datus Pulioni legato. ibid. c
Hormisdæ epistola ad Iohannem Episcopum Nicopolitanum. 673. a. b
Hormisdæ hortatur Iohannem ad perseuerantiam. ibid. a. b
Hormisdæ legatio secunda ad Anastasium Imperatorem. 674. c. d
Hormisdæ legati Constantinopolim missi. ibid.
Hormisdæ epistola ad Anastasium. ibid.
Hormisdæ magna cura erga oues Christi. ibid. d. e
Hormisdæ omnes omnino hereticos damnat. ibid. e
Hormisdæ epistola ad Timotheum Episcopum Constantinopolitanum. 676. a
Hormisdæ hortatur Timotheum ad resipiscendum. ibid. a. b
Hormisdæ curam gerit omnium lapsorum Episcoporum. ibid. c
Hormisdæ epistola ad Episcopos extra Catholicam communionem positos. 676. d
Hormisdæ ostendit numerum pastoralis cure. 677. a
Hormisdæ hortatur, vt lapsi ad petram reuertantur. ibid. c
Hormisdæ epistola ad Orientales Orthodoxos. 677. e
Hormisdæ hortatur ad perseuerandum in fide. 678. a. b
Hormisdæ epistola ad Possessorem Episcopum Orthodoxorum. 678. e
Hormisdæ hortatur ad clericos, monachos, & populum Constantinopolitanum. 679. b
Hormisdæ hortatur, vt Orthodoxi hereticos vitent. 675. 676. 677. 678
Hormisdæ exoptat librum confessionis ab Orientalibus. 679. d
ad Hormisdam confugiunt monachi Orientales. 685. e
Hormisdæ cura totius Orbis Ecclesiarum. 686. e
Hormisdæ littere ad Episcopos Hispaniarum. 687. c
Hormisdæ littere tres ad Orthodoxos in Oriente. 689. e. 690
Hormisdæ hortatur ad perseuerantiam in fide. 690. a. b
Hormisdæ litteras Quinta Synodus venerata. 689. e
Hormisdæ mittit regulam fidei ad Orientales. 679. d
Hormisdæ epistola ad Ennodium & Peregrinum legatos. 680. c
Hormisdæ

I N D E X.

Hormisdæ commendat Iohannem Episcopum Nicopolitanum Anastasio Imperatori. 680. e
Hormisdæ epistola ad Iohannem Episcopum Nicopolitanum. 681. a
Hormisdæ reprehendit Episcopos Epiri. 681. b. c
Hormisdæ epistola ad Dorothæum Episcopum Thessalonicensem. 681. d
Hormisdæ epistola ad Anastasium Imperatorem pro Iohanne. 682. b. c
Hormisdæ admonitio ad legatos. 682. d
ad Hormisdam Anastasius Augustus. 683. e
Horologia ad aqua fluxum temperata. 499. b
Hortatio Hormisdæ Pape ad perseuerantiam. 670. b. 673. a. b
Hortatio Hormisdæ Pape, vt lapsi ad petram reuertantur. 677. c
Hostes hilari fronte sunt recipiendi. 4. a. b. c
Hostes ab Episcopis recipiendi. 491. c
Hostes interdum benigniores magistratibus. 285. b
Hostes prostigantur bene culta religione & pietate. 135. b. c
Hostem suum qui non leuit, quando adiuuat. 497. d
Hosti non indulgendum, quando Deus præcipit. 494. e
Hostes S. Trinitatis a Catholicis occiduntur. 613. d
Humanitas & diuinitas Iesu Christi declaratur in vna persona. 23. b
Humanitas Marciani Imperatoris contra prauos monachos. 177. b
Humilibus semper ignoscendum. 623. d
Humilis vestitus Hierosolymorum Episcoporum. 242. a. b
Humilitas & mansuetudo commendatur. 21. e
Humilitas est causa erectionis. 690. b
Humilitas Theodoret. 124. b
Humilitas etiam seruanda in dignitatibus. 569. b. c
Humilitas in Episcopis maximus splendor. 2. b
Humilitas summa S. Turibij Asturicensis Episcopi. 43. c
Humilitas Alexandrinorum commendanda. 697. 698. 699
Humericus successor Genferici qualis. 337. b
Humerici Regis edictum de Ecclesia Carthaginensi. 352. d
Humericus quid in domesticis Catholicis. 359. e
Humericus diram tyrannidem in suos exercuit. 359. d. e. 360. a. b
Humericus patris præcepta non seruat. 360. a
Humericus Ecclesiam exagitat. 393. a. b
Humerici edictum contra Catholicos. 395. c
Humerici dolus quo tendebat. 395. d
ad Humericum S. Eugenij libellus. 395. e
Humericus S. Eugenium deridet. 396. a. b
Humericus vetat Vandalos communicare cum Catholicis. 396. d
Humerici edictum contra Catholicos. 407. c
Humericus multa mentitur. 407. d
Humericus quanta mala in Catholicos fecerit. 407. 408. 409
Humericus in omnes perfidus. 410. b
Humericus in Catholico seuit. 413. b. c. d. e
Humerici portentosi obitus. 423. c. d
Hunorum irruptiones in Romanum Imperium. 25. d
Hunni qui Christianam religionem susceperunt. 25. e. b
Hunorum victus, & vestitus. ibid. c
Hunni quales in præliis. ibid. d
Hunni semper vagi. ibid. e
Hunni ludo additissimi. 27. a
Hunorum plures egressus. ibid. c
Hunni Romanum Imperium inuasertunt. 25. d
Hunni Thraciam vastarunt. ibid. a
Hunni Burgundiones contrinertunt. 25. e

Hunni maxime asperi & immanes. 26. 27
Hunorum Rex occiditur. 288. a
Hunni, Armenia transmissa, Cappadociam vastauerunt. 657. c
Hunorum exercitu pugnauit Vitalianus. 647. b
Hypocritis diu latet, sed tempore detegitur. 25. b
Hypocrita sub specie sanctitatis multos decipit. 14. c
Hypocrita nihil magis Ecclesia Dei obest. ibid.
Hypocrita verè Anastasius. 605. e
I.
Iacobus Nisibenus alter à Iacobo Syro. 239. c
Iacobus Syrus admirabilis sanctitate. ibid.
Iacobus Syrus anachoretus. 555. a
Iacobi laudes. ibid.
Iactantia cauenda est. 203. a
Ianuarius Episcopus relegatus in Sardiniam. 570. e
Iba Episcopi Edeffeni causa in duobus Conciliis tractatur. 63. d. 64. b
iudicium Tyrinum in eius causa. 64. d
item iudicium Berythense. 65. a
quid contra ipsum obiectum. 65. b
pro Iba testificatio clericorum Edeffe. ibid. c. d
Iba epistola ad Marim Persam. 66. b
Ibas probatur Orthodoxus. 67. d. 68. e. 69. a
Ibas quomodo excusari potest de Theodoro laudato. 67. e
Ibas probatur Catholicus, non epistola Catholica. ibid. d
Ibas condemnatur in Concilio Ephesino. 96. d
Ibas subscribit epistola S. Leonis. 211. a. b
Ibas restituitur etiam à Concilio Chalcedonensi. 156. d
Iconoclasta heretici qui. 431. c
Idololatria tribulatione maxima dissipatur. 5. e
in Idololatrias quid Marcianus constituerit. 165. a
Ieiunia & preces indicuntur à S. Mamero suis. 315. a. b
Ieiunia & vigilia præscribuntur populo à sancto Perpetuo. 372. a
Ieiunium præcedat ordinationes. 25. a
Ieiunium Manicheorum in honorem Solis & Lune. 13. e
Iesu Christi declaratur diuinitas & humanitas in vna persona. 23. b
Iesu Christi inuocato nomine, Clodoueus superat Alamanos. 536. d
Igni traduntur libri Manicheorum detecti à S. Leone. 13. a
Igne crematur Plato cubicularius. 327. e
ab Igne liberatur Iudæus, & conuertitur. 297. e
Ignis extinctus vi lacrymarum, & oratione. 314. e. 515. a
Ignis obesse non potuit Episcopo Orthodoxo. 580. d. e
Ignis iteratus contra martyres extinguitur. 419. d
Illuminatio cæci facta à S. Eugenio. 412. b. c
Illustris Episcopus relegatus in Sardiniam. 570. e
Illus Magister Officiorum. 365. a. b
in Illyrico excitantur tumultus. 135. b
Illyricus vastatur ab Attila. 11. e
ad Illyricos Episcopos Gelasius Pape. 489. d. e
Illyrii Episcopi communicant cum Apostolica sede. 664. a
Imago B. Mariæ Virginis ardet in cupresso vt fax. 39. b
Imago Deiparæ Virginis à S. Luca depicta vbi fuerit reposita. 188. c
Imago aurea duodecim portis & gemmis ornata super Confessionem B. Petri Apostoli posita. 205. e
Imagines adhibuit S. Leo ad exornandas ecclesias. 254. e
Imagines auferuntur ab hereticis. 432. b. c
Imagines ab ipso Christi tempore Fideles venerari cœperunt. 432. c
Imagines sunt rudium scriptura. ibid.
Imagines non receperunt Manichei. ibid. d
ex Imagine S. Theodori sanguis effluxit. 599. e
Imagines Sanctorum venerande. ibid. a
Imbres

I N D E X.

Imbres frequentes Constantinopoli prodigiosi. 269.e
 Immanitas & asperitas Hunnorum. 26.27
 Immanitas seruanda in Ecclesia Dei. 275.b.276.a.
 377.e
 Impenitentes non sunt recipiendi. 128.c.d
 Impenitentes omnino inexcusabiles. 664.e
 Impia sperere, & sapientioribus nolle credere, iniquum est. 82.a
 Imperare ignorant, qui nescierunt inferuire. 206.e
 Imperator auxiliabatur Romano Pontifici. 33.c
 Imperator ius sibi vsurpat, dum deligit Episcopum, qui omnibus praesit in Synodo Oecumenica. 77.e
 Imperatores nequaquam Synodos indicere possunt, sed ad Summum Pontificem spectat. 88.a
 Imperatores sub Dei iudicio. 559.e
 Imperatores filij Summi Pontificis. 525.c
 Imperatores obedire tenentur Summo Pontifici. 526.e
 Imperatorem quid deceat, & quid dedecet. 288.a
 Imperatori resistit fidei ardore populus Constantinop. 655.d
 Imperatoris filij appellantur Reges. 655.e
 Imperium bene administratur pura religionis cultu. 41.d
 Imperij firmitas est ex fide & orationibus. 90.e
 Imperium propter pietatem interdum Deus concedit. 122.d
 Imperij fundamentum fides Catholica. 129.e
 Imperio male consulitur, dum in Ecclesiarum iura insurgunt Imperatores. 179.b
 Imperium deponit Auitus. 212.c
 Imperium Anastasij quanto tempore durauerit. 694.b
 Imperium breue & infelix Maximi, qui in minori fortuna felix fuit. 206.c
 Imperium Occidentale vastatur à barbaris. 2.d
 in Imperium Romanum irruptiones Hunnorum. 25.c.d
 Imperium Romanum collapsum ob retentum Gemilitium cultum. 521.c
 sub Imperio Theodorici renouantur plurimae vrbes. 542.b
 Imperium consequitur Zeno. 307.a
 Imperium recepit Zeno Imperator beneficio sanctae Theclae. 338.b
 Imperij administratio relinquatur à Pulcheria. 40.e
 Impietas Euarici Regis. 424.e
 Impietas haereticorum dilemmate perfringitur. 330.a
 Impietas vexillum erexit Basilici tempore. 336.c
 ad Impietatem pertrahunt artes haereticorum. 617.a
 Impij semper in deteriora prolabantur. 112.e
 Impij sanctos fidei venerantur. 334.e
 Impij fame pereunt. 337.e
 Impij à Deo confinguntur. 693.e
 Impij à Deo puniuntur. 500.a.b.c
 Impij sequentes ritus impiorum redarguendi. 518.e
 Impij non omnia mala facere possunt, quae uellent. 692.c
 Impiorum spes frustratur. 696.a.b
 Impositio manus ab Episcopis cautè faciendae. 254.b
 Impositura haereticorum deteguntur. 439.a
 ab Impositura defenditur Theodoretus, quod ipse non commu-
 nicauerit cum Nestorianis. 21.a.b
 Impositura detecta Flauii. 439.a
 Improbitas declaratur in rebus secundis. 459.c
 Imprudentia Theodosij vrbanè reprehenditur à Pulcheria. 41.a.b
 Impudici inueniuntur haeretici. 16.e
 Impulsibus ventorum hinc inde ferri semper solent haeretici. 368.c
 Inpunitas criminum hortatur ad crimina. 495.a
 Incantationes maleficorum signo Crucis euanescent. 643.b.c
 Incendium futurum predictum à Daniele. 265.d
 Incendium Regij in Aquitania. 138.b
 Incendium vrbs Constantinopolitana. 267.d.e
 Incendium à turba excitatum Constantinopoli. 463.a.b
 Incendium Constantinopolis propter haeticos. 607.b

Incesum offerendum pro anima defuncti. 146.d
 Inconstantes Principes propter desiderium regnandi. 336.a.
 340.e.341.a
 Inconstantes semper haeretici. 606.c
 Inclusiones Vuandalorum. 274.b
 Indicere Synodum ad Papam, & non ad Imperatorem spectat. 88.a.119.e.547.e
 Indictio Ephesina Synodi. 76.c
 Indictio Synodi per edictum Marciani Imperatoris. 130.a
 Indiculus ab Hormisdà Papa datus Puloni. 672.c
 Inducia septem dierum dantur Eutychemi haeretico ad respiciendum. 59.e
 Indulgentiam consequuntur plures Episcopi in Concilio Chalcedonensi. 148.c
 Indulgentiam consequitur Iuuenalis Episcopus. ibid.b
 Indulgentia & pietas conciliat inimicorum animos. 295.e
 Indumentis sacerdotibus indigent Alexandrini. 702.d
 ab Inferis reuocatur Benedicti filia per S. Remigium. 581.e
 Infideles etiam quodammodo credunt sanctis. 493.e
 Infideles omnes Principes tempore Symmachii Papa. 536.b
 Infideles hortatur ad fidem Hormisdà Papa. 676.d.e
 Infidelibus non datur pax. 677.d
 Infirma liberata ab aegritudine in translatione S. Senerini. 522.c.d
 Infirmi à sanctis sanantur. 597.c
 in Infirmitate Summi Pontificis luctus magnus in Ecclesia. 558.d.e
 Ingenia pigrescunt ob remissa studia. 426.b
 Ingenius Episcopus Ebredunensis. 273.c
 Ingratos esse Deo, magnum est periculum. 181.a
 Ingratitudo mira Ethnicorum. 180.e
 Ingratitudo Deo maxime displicet. 181.a
 Ingressus & progressus haereticus Eutychemi. 63.c.d
 ab Ingressu Principum sancti arcentur interdum. 613.a
 Inimici ad inuicem sunt allici. 41.a
 Inimici animum cognoscere magna cautio est. 296.c
 Inimici magis oratione quam armis vincuntur. 646.b.c
 Inimicitia Chrysostomi cum S. Flauiano fuit causa omnium malorum, quae orta sunt in Oriente. 40.e
 Inimicitia priuata Reipublica non obsunt. 644.a
 Inimicitia fremum nesciunt. 497.d
 Iniqua sententia in S. Flauianum. 94.e
 Iniquum est, impia sapere, & sapientioribus nolle credere. 82.a
 Initium ciuitatis Venetiarum. 181.d
 Initium regni Franchorum. 213.e
 Initia rerum sunt semper maxime consideranda. 44.e
 Iniuria perferenda à sanctorum exemplis. 583.a
 Iniustitiam exercentes in alios, in se ipsos vindictam à celo educunt. 459.a
 Inobedientia reddit hominem cacum. 646.e
 Insidia magna haereticorum. 617.c.d
 Insigne certamen pueri septem annorum. 422.b
 Insperatum videri non potest, quod est ante praecognitum. 478.b
 Instauratio haereticus Theopaschitarum. 361.d.e
 Instituta monastica seruata ab Episcopis in Episcopatu. 569.b.c
 Institutio Rogationum facta primo à S. Mamercio. 314.e
 Institutio Sabae, ut Trifagion caneretur in Ecclesia. 474.b
 Institutio vetus monachorum S. Augustini. 569.d
 Insula plurima vna cum incolis ex terrae motu subuersa. 36.e
 Intellectum dat tribulatio. 209.a.e
 Interprete vrabantur plerumque legati Apostolici. 145.c
 Intrusus è sede deponitur. 49.b
 Inuentio duorum SS. martyrum à S. Mamercio. 315.b
 Inuentio capitis S. Iuliani. 315.b.316.a
 Inuidia euanescit aduersus mortuos. 177.d
 Inuidiam passus est Sidonius. 304.a
 Inuidia

I N D E X.

Inuidia & emulatio ad maxima mouent. 440.d
 Inuit Episcopi essent eligendi. 298.e
 Inuocatio S. Martini reddit Eudochum victorem. 277.e
 Inuocatio S. Sergij liberatur Iudaeus ab igne. 297.e
 Inuoluntariam non potest vocari reatum. 360.e
 Iocundus Patriarcha Ariarius ab Humerico incensus. 359.e
 Ioannes Vuandalus in Thracia occisus. 25.d
 Ioannes de Roa librum edidit periculosum. 44.d
 S. Ioannis Euangelista edicula prope Baptistarium quando constructa. 96.c
 Ioannes presbyter penitens Romam venit. 132.d
 Ioannes presbyter, & Notarius Concilij Constantinopolitani. 56.e
 Ioannes Episcopus interfuit Concilio Chalcedonensi. 142.e
 Ioannes Decurio Alexandriam missus à Marciano. 171.b
 Ioannes Episcopus Metropolis Heracleae. 244.b
 Ioannes Ruenna Episcopus à Papa Simplicio reprehenditur. 369.e
 Ioannes Episcopus Alexandrinus appellat Simplicium Papam. 375.e
 Ioannes Silentiarius monachus egregius. 233.d
 Ioannes Alexandrinus proficiscitur legatus Constantinopolim. 348.e
 Ioannes Antiochenus presbyter quae scripserit. 435.b
 Ioannes Grammaticus alter. 435.e
 Ioannis Silentiarij historici. 463.c
 Ioannes quare Silentiarius dictus. 463.b
 Ioannes ex Episcopo monachus. 463.d
 Ioanni Silentiario quod signum apparuerit. 464.a
 Ioannes Silentiarius hoc anno immotus. 533.d
 Ioannes à S. Saba in spiritu cognitus. 533.e
 Ioannes Silentiarius custoditur à Leone. 599.b.c
 Ioannes Silentiarius ad fidem conuertit Senerianum. 633.b
 Ioannes Silentiarius apparet in somnis Reginae diaconisse. 633.d
 Ioannes creatur Nolanus Episcopus. 405.a
 Ioannes Apamea Episcopus Tyri iniuste creatur. 399.e
 Ioannes Messanenensis Episcopus interfuit Concilio Chalcedonensi. 142.e
 Ioannes tertius Episcopus Alexandrinus. 581.b
 S. Ioannis monasterium conditum à S. Casario. 594.a
 Ioannes Archidiaconus Arclatenensis. 596.b
 Ioannes Archidiaconus ducitur iniuste in carcerem. ibid.
 Ioannes Archidiaconus liberatur auxilio Dei. ibid.c
 Ioannes Palensium Episcopus. 613.c
 Ioannes Episcopus relegatur in castellum. ibid.
 Ioannes Episcopus reuocatur à Iustino Imp. ibid.
 Ioannes ex haeretico fit Catholicus & confessor. 628.d
 Ioannes publice constretur fidem Catholicam. ibid.e
 Ioannes Mochiora haereticus Episcopus Alexandrinus moritur. 667.d
 Ioannes Mela creatur Alexandrinus Episcopus. 531.c
 Ioannes Damascenus commendat miraculum de sanguinis effusione. 599.e
 Ioannes eligitur Episcopus Nicopolitanus. 668.a
 Ioannes coegit Synodum Episcoporum Epiri. ibid.
 Ioannes amplectitur communionem sedis Apostolicae. ibid.
 Ioannes comprobatur quatuor generalia Concilia. ibid.
 Ioannis epistola ad Hormisdam Papam. 668.b.c
 de Ioannis Nicopol. ordinatione. 669.c
 Ioannis subscriptio in epistola Synodali Episcoporum Epirorum. 669.d
 ad Ioannem Episcopum Hormisdà Papa epistola. 669.e
 ad Ioannem alia epistola Hormisdà Papa. 673.a
 Ioannem Episcopum persequitur Dorotheus. 680.c

ad Ioannem Episcopum Nicopolitanum Hormisdà Papa epistola. 681.a
 Ioannem consolatur Hormisdà. ibid.
 Ioannes in aliquo reprehenditur ab Hormisdà. ibid.d
 Ioannes defenditur ab Hormisdà Papa. 681.d.e
 Ioannes commendatur Anastasio Imperatori ab Hormisdà Papa. 582.b.c
 Ioannes Baptista missus à Gregorio XII. ad Alexandrinum. 698.d.e
 Ioannes monachus ad Anastasium Imperatorem, & ad Hormisdam Papam pro fide missus. 685.a
 Ioannes Orthodoxus creatur Episcopus Constantinopolitanus. 686.d
 Ioannes Comus Corepiscopus Alexandrinus. 704.e
 Ioannis Comus epistola ad Clementem VIII. ibid.
 Ioannis Comus humilitas. 701.a.b.c
 Iordanus suorum Gothorum scripsit historiam. 476.c
 Ioseph sacerdos missus legatus ad Clementem VIII. à Patriarcha Alexandrino. 701.e
 Ira Anastasij Imp. contra Eliam sedatur à S. Saba. 615.e
 Ira Dei excitatur in vltionem contra peccata. 3.a
 Ira Dei contra impios. 686.d
 Ira Dei aueritur penitentia. 203.e
 Ira Principum quiescit Sanctorum oratione. 615.e
 Irenaeus Tyri Episcopus deponitur. 50.e.96.e
 Irenaeus legatus Theodorici. 477.a.b
 Irenaei Episcopi causa ad Papam defertur. 272.e
 Irruptiones Hunnorum in Imperium Romanum. 25.d
 Isaacicum bellum Anastasij Imp. tempore. 474.c
 Italia ingenti fame vexatur. 127.e
 in Italiam vocatur Odoacer Rex Erulorum. 313.a
 Italia Episcopi conueniebant in re graui cum Summo Pontifice. 402.a
 Italia res quomodo se habuerint sub duobus barbaris Regibus. 464.c
 Italis auxiliati sunt Burgundiones. 497.a
 Italis plerique captiui. ibid.
 Italicus soluntur, & dimittuntur. 498.e
 Iubilei annus, annus benignitatis & laetitiae. 114.a.b
 Iudaeus Saluatoris imaginem cultro percussit, & multis sanguis emanauit. 39.b
 inde cum vxore Christianus effectus. ibid.d
 Iudaeus ab igne liberatur & conuertitur. 297.e
 Iudaei proditio facta. 590.e
 Iudaei primum erant qui habitabant in Australi plaga. 658.a.b
 Iudaei in Syria Cyrum oppidum exruerunt. 53.d
 Iudex nemo esse potest Summi Pontificis. 550.b.c
 Iudex omnium Christianorum est Papa. 72.b.e
 Iudices non condemnent reos nisi prius confessos, aut aperte conuictos. 100.c
 Iudices saeculares sacrilegi habendi sunt, si praesumant in causis Ecclesiasticis. 146.b
 Iudices cognitores in Synodis qui dicti sunt. 143.b
 Iudicia Dei occulta sed ordinata. 317.c
 Iudicia Dei non sunt examinanda. 666.c
 Iudicij diuini visio. 427.b.c
 Iudicij libri pensare quid sit. 443.c
 Iudicium Papa est magni ponderis. 62.e
 Iudicium de fide & sacerdotibus primo ad Papam spectat. 110.a
 Iudicium diuinum maxime timendum. 525.e.653.c
 Iudicium Dei etiam contra Imperatores. 559.e
 Iudicium diuinitus inditum de Anastasio Imperatore. 694.e
 Iudicium Tyrium in causa Ibe. 64.d
 S. Iulie Carthagenensis martyrium. 6.c
 ex eius ore columba exiit. 7.a
 eius translatio. ibid.
 Iuliana

I N D E X.

Juliana illustrissima femina. 607.a
Juliane magna constantia. ibid.c
Julianus Pelagianus olim Capuanus Episcopus. 18.d
Julianus Episcopus Puteolanus legatus S. Leonis. 80.a
Julianus per interpretem loquebatur in Concilio. 145.c
Julianus Episcopus Constantinop. à S. Leone mittitur. 129.e
Julianus Vicarius Apostolicus in Oriente. 185.a
S. Juliani caput inuentum. 315.b.316.a
Julianus Episcopus Carpenteratensis. 452.d
Julianus Episcopus Bosfri. 626.c
Julianus Episcopus maxime patiens. 627.c.d
Julianus venenum suscipit. ibid.
Julianus Episcopus Viennensis. 666.a
Julianus Episcopus Dodones Catholicus. 669.e
Julianus Episcopus Sabiniensis. 566.a
Julianus mittitur à Summo Pontifice ad accersendum Equitum. ibid.
Julianus rinet aspectu Equitij. ibid.c
Julius nepos Glycerij fit Imperator. 309.b
in Iuly basilica Actio Synodalis. 548.a
Iulon monachus concursus. 174.e
Iura Antiochena Ecclesie vsurpare nititur Dioscorus. 55.e
Iura Ecclesie ab Acacio obtinentur per tyrannum. 336.b
Iuramentum nequaquam praestetur ab Episcopis. 74.e
Iuramentum non temere faciendum. 409.e
Iuramenti condiciones. 409.e.410.a
Iuramentis fallunt Manichei. 647.b
Iure damnata nulla ratione sunt refodienda. 384.e
Ius sibi male vsurpat Imperator, dum delegit Episcopum, quò omnibus praestit in Synodo oecumenica. 77.e
Ius Ecclesiasticum seruent Principes, alioquin à Deo puniuntur. 179.a.211.a
Ius supremum Apostolica sedis in omnes Ecclesias. 216.d
Ius gentium violare non licet. 396.e
Ius virgarum erat apud Episcopos. 583.b
Iusta leges ab omnibus recipiende. 486.d
Iusti deridentur à mundanis. 396.a.b
Iusti abstinentes fuerunt, licet in dignitatibus essent constituti. 569.b.c
Iustiniani Codicis textus restituitur. 198.e
Iustinianus liberatus diuinitus ab ira Anastasij. 692.c
Iustinianus restituitur Cyrum civitatem à barbaris excisam. 53.d
Iustinus diuinitus liberatus ab ira Anastasij. 692.c
Iustinus Augustus Ioannem Episcopum ab exilio renocat. 613.c
Iustitia etiam bona in homine Gentili. 445.e.446.a
Iustitia obseruantissimi sint Principes. 593.c
Iustorum labor fit pro fide Catholica. 106.e
Iustus Dei providentia non finit cum sceleratis puniri. 137.b
Iustus mediator non est, qui vnam partem audit, & alteri nihil referuat. 89.b
Iuuenalis Episcopus Hierosolymitanus iniuste subscribit in Concilio Ephesino contra Flavianum, & Eusebium. 95.d
Iuuenalis Hierosolymorum Archiepiscopus. 77.d
interfuit Ephesina Synodo. 90. d. & Chalcedonensi. 142.e
Iuuenalis indulgentiam consequitur. 148.b
Iuuenalis à S. Leone redarguitur. 200.d
arroget privilegia Ecclesie Casariensis. 201.a
eius acta irritantur à sancto Leone. ibid.b
qualis Episcopus fuerit. ibid.c
Iuuenalis obitus. 233.b
Iuuenes male morati intereunt. 434.d

L.

Labores & integra fides Theodoret. 101.a
 Labores Vincemali pro Theodoro. 121.e
 Labores Acacij pro Petro Mogo. 365.c

Labores Laurentij Episcopi Mediolanensis pro Papa Symmacho. 547.b.c.551.e
 Labores Fausti pro Ecclesia Dei. 549.e
 Labores sanctorum pro Concilio Chalcedonensi. 610.611.612
 Lacinus potens apud Regem Burgundionum. 497.e
 Lacryma extinguunt ignem. 314.e
 Lacryma indices sunt animorum. 498.a
 Latus Episcopus fit martyr. 406.c.413.d
 Laici ne se excusent peccando, quod laici sint. 518.d
 Lapis Lydius est temporum ratio. 21.a
 Lapsi heretici restituuntur à Papa. 348.b
 Lapsi restituendi, & quomodo. 436.a
 Lapsi semper reuocandi. 676.c.d
 Lapsi heretici ad petram reuertantur. 677.c
 Lapsorum & relapsorum diuersa est habenda ratio. 186.c
 Lapsus à fide respiciendi aperitur via. 115.c
 Lapsus anterior reddit hominem cautiorem in reliquum. 494.d
 Largitas munifica S. Patientis. 318.e
 Latebra Fausti deteguntur. 455.a
 Latibula erant ad sacrificia Ethnicorum loca apta. 6.c
 Latina lingua legati Apostolica Sedis loquebantur ob excellentiam Romana Ecclesia. 145.c
 Laurentius creatus Papa in schismate. 532.c
 Laurentius deponitur. ibid.d
 Laurentius creatur Episcopus in Nucerna ciuitate. ibid.e
 Laurentius Ligidij Episcopus. 471.c
 ad Laurentium Gelasius pro Ecclesia Dei. ibid.
 Laurentius Episcopus Mediolanensis. 444.c
 Laurentius quid fecerit, capta eius vrbe. ibid.
 Laurentius cum suis Mediolanum redit. 444.d
 Laurentius basilicam sanctis Petro & Paulo dicat. 445.c
 Laurentius Mediolanensis legatus ad Theodoricum. 493.d
 Laurentius Episcopus Mediolanensis laborat pro Papa. 547.b
 Laurentius interdum iusta de causa à Papa consuetudine abstinere. ibid.
 Laurentij commendatur officium. 551.d
 Laurentij labores pro Symmacho. 551.e
 Laurentius accersitur ab impio Anastasio. 666.e
 eumque retinuit, vt in exilium mitteret. 667.a
 Laudes Alcyonis Episcopi Nicopolitani. 669.b
 Laudes S. Abrahae Abbatis. 354.d
 Laudes Anieni Consul. 545.a
 Laudes Caelestiani Carthagenensis. 5.a.b
 Laudes canobij Lerinensis. 10.d
 Laudes Casariae Abbatissae. 593.a
 Laudes mirifice S. Casarij Episcopi. 592.d
 Laudes dignae Eremiti. 10.e
 Laudes Epiphany Episcopi Ticinensis. 443.e
 Laudes Eulalij Episcopi Syracusani. 552.b
 Laudes S. Euthymij. 342.d.e
 Laudes S. Flauiani. 98.c
 Laudes Hormisdæ Papa de S. Auiso. 663.e
 Laudes Iacobi anachoretae. 555.a
 Laudes S. Leonis Papa. 86.c
 Laudes Mariae nobilissime Carthagenensis. 6.b
 Laudes Marinae Arcadij filia. 113.d
 Laudes Marciani Imperatoris. 220.a
 Laudes & praeconia Summi Pontificis. 100.b
 Laudes Procli Episcopi Constantinopolitani. 40.b
 Laudes pacis. 476.d
 Laudes Probæ virginis. 574.d
 Laudes Renati legati Apostolici. 96.b
 Laudes immense S. Remigij Episcopi. 298.e
 Laudes dignae Theodoret. 124.b.c
 Laudes Theodoric Regis. 558.a
 Laudes Verine Augustæ. 307.c
 Laura

I N D E X.

Laura constituitur à Saba. 599.c
 in Laura multa monasteria, & miracula. 633.b.c.d.e
 Laus discipuli est laus magistri. 351.e
 Lazarum Rex inuist Danilem. 270.c
 Legati mittuntur Roman à Mauritanis conuersis ad Catholicam fidem. 215.d
 Legatos quatuor S. Leo Papa Constantinopolim mittit. 115.d
 Legati mittuntur, qui collapsam Orientalem Ecclesiam erigant. 115.e
 Legati Apostolici sententiam in Concilio proferunt. 147.b
 Legatus per interpretem loquitur. 145.c
 Legati ob excellentiam Romanae Ecclesie Latine loquuntur. ibid.
 Legati aduersantur Anatolij praesumptioni. 159.b
 Legati missi à Gelasio Papa ad Episcopos Dardanie, & Ilyrii. 489.d
 Legati Thessalonicensis Ecclesie Romam missi. 528.e
 Legati mittuntur ab Eudocia Augusta ad Simeonem Styliam. 209.c
 Legati Apostolica sedis male habitii à Zenone. 397.a
 Legatorum praenatio. 397.b
 Legati missi ab Hormisdæ Papa ad Anastasium Imp. 651.a.b
 à Legatis quae leges seruande essent & praecepta. 652.b.c.d
 Legatio Anastasij Imp. ad Hormisdæ Papam. 654.b
 Legati Anastasij callidi & Eutycheiani. 662.b.c
 Legati Romani Pontificis electi ab Anastasio Imperatore. 683.c
 Legatos S. Leo decernit ad Synodum Ephesinam. 79.e
 Legatos commendat S. Leo ad Concilium missos. 87.a
 Legati Apostolica sedis allegati suspecti ab Eutychete. 93.d
 Legati reclamant in ijs quae facta sunt pro Eutychete. 94.b
 Legati contradicunt Dioscoro. 95.e
 Legatorum constantia. 96.b
 Legati Apostolici digniorem locum in Concilio obtinent. 143.b
 Legati mittuntur à Theodoro ad sedem Apostolicam pro sua restitutione. 99.c
 Legatorum Romani Pontificis constantia. 101.e
 Legati Anastasij Papa qui fuerint. ibid.
 Legati benigne suscepti, sed sic ab Anastasio Imperatore. 527.e
 Legati libellus oblati ab Alexandria Ecclesia pro pace. 528.b
 Legati Alexandria Romam missi. 528.d
 Legati Anastasij quae gesserint. 529.d
 Legatione Christi fungitur Papa. 662.a
 Legatio Dioscori ad S. Leonem Papam. 24.c
 Legatio Episcoporum prouincia Arelatensis ad Leonem Papam. 125.b
 Legatio Epiphany ad Regem Euaricum. 310.e
 Legatio Epiphany Episcopi ad Anthemium Imp. 295.b
 Legatio Epiphany ad Regem Burgundiae. 495.b.c.496
 Legatio Epiphany ad Romanum Pont. 321.b
 Legatio Episcoporum venit ad Danielelem. 332.d
 Legatio Esau ad Simplicium Papam. 346.c
 Legatio Hormisdæ reuertitur in Vrhem. 658.d
 Legatio Hormisdæ ad Episcopos Epiri. 670.e.671.a
 Legatio Hormisdæ ad Orientales. 674.b.675.e
 Legatio Martyrij ad Zenonem Imp. 342.a
 Legatio Neporis Imperatoris ad Gothos. 310.b.c
 Legatio Nili presbyteri ad Simplicium Papam. 346.c
 Legatio Ricimeris ad Anthemium Imp. 295.b
 Legatio Theodoric in Orientem. 655.b
 Legatio Viennensium missi ad Hormisdæ Papam. 663.b
 Legatio vnica missa ab Hormisdæ ad Orientales. 663.e
 Legatio alia decernitur mittenda ab Hormisdæ ad Orientales. 664.e
 Legatio ab Anastasio Papa ad Anastasium Imperatorem. 525.b

Legationis Saba ad Anastasium tempus, & causa. 613.e
 Legatio secunda Saba ad Anastasium Imperatorem pro praecipuis. 634.e
 Leges Ecclesiasticae stant in suo robore Episcoporum vigilantia. 8.a
 Leges Principum cessant, ubi sunt leges Ecclesie. 150.a.b.c
 Leges iuste ab omnibus recipiende. 486.d
 Leges latae contra clericos abrogantur à Marciano Imperatore. 211.a.b
 Leges antiquae ederentur, probabantur ab Episcopis. 580.a
 Leges quae seruanda in bello. 585.a
 Leges Principum persape iniuae contra pauperes. 634.d
 Legislator Gothorum fuit Theodoricus. 284.e
 Lex iniusta iusta lege abrogatur. 123.d
 Lex Mariani Imp. contra hereticos. 197.e
 Lex Marciani Imp. contra Anatolium. 197.b
 Lex Theodosij contra Flavianum aboletur à Marciano Imperatore. 177.d
 S. Leonis legatio in Gallia. 1.e
 Leo eligitur Pontifex Romanus. 1.e.2.a
 Leo fuit natione Tuscanus. ibid.
 Leo profitebatur animi demissionem in consideratione suae personae, & animi celsitudinem considerando cuius erat successor. 2.b
 Leo dignum exemplar perfecti sacerdotis. ibid.
 Leo detegit Manicheorum errores. 13.a
 eorum codices incendit. ibid.
 Leo hortatur Romanos vt Manicheos persequantur. 13.c
 Leo superstitionem tollit de Solis cultu. 14.a
 Leo decretalem scripsit aduersus ordinantes seruos, contra bigamos & clericos fornicatores. 14.d
 Leo hortatur omnes ad inquirendos & deferendos hereticos. 17.b
 Leonis epistola ad Turibium contra Manicheos. ibid.e
 Leonis epistola ad Italia Episcopos de damnatis Manichæis. 17.e
 Leo acta Synodi ad diuersas prouincias transmittit. 18.c
 Leo persequitur Pelagianos. ibid.d
 Leo scribit ad Turibium contra hereticos. 45.e
 Leo indicit generale Concilium in Hispania. 46.b
 Leonis epistola ad Aquileiensem Episcopum de recipiendis hereticis sine spe promotionis ad superiorem gradum. 48.e
 Leo ad Sicilia Episcopos scribit quando conuenire debeant ad Concilium Romanum. 49.a
 Leo Basilianum Episcopum Ephesinum deposuit. 49.b
 ad Leonem littere Eutycheis dolose. 63.a
 Leo redarguit Episcopum Bencuentanum. 70.d
 Leonis littera ad Theodosium de Eutychete. 71.d
 Leo Flavianum admonet vt res gestas significet. 72.b.c
 Leo qua respicere ad Flavianum. 73.c
 ad Leonem Flavianus de Eutycheis mendacis, atque dolis. ibid.a
 Leo ad Concilium Ephesinum sicile vocatur. 78.d.e
 Leonis littera ad Pulcheriam Augustam. 78.d
 Leo ad Theodosium itidem, ne congregaretur Ephesi Concilium. 79.c
 Leo legatos decernit ad Synodum Ephesinam. 79.e
 Leo ad Flavianum encyclicam epistolam mittit. 80.b
 ex Leonis epistola miraculum ortum. ibid.c
 Leonis Epistole defensor Eulogius. 80.d
 de eius epistola elogia. 81.a
 Leonis epistolam quam fecerint Galli. 81.d
 Leonis legati ad Ephesinam Synodum qui. 80.a
 Leonis fidei plena declaratio. 82.a.d
 Leo à Gallis laudatur. 86.a
 Leonis epistola ad Episcopos prouincia Arelatensis. 86. ad eosdem. 126.d
 Leonis epistola ad Rauennium Episc. 86.e. ad eosdem. 127.b

d

Leonis

I N D E X.

Leonis commendatitia littera pro legatis. 87.a
 Leonis epistola ad Synodum Ephesinam. 87.c
 Leonis epistola ad Pulcheriam de commendatione legatorum. ibid.b
 Leo ad Iulianum Coensem Episcopum disertissimum virum. ibid.
 Leonis epistola ad Faustum & Marcianum Archimandritas. ibid.c
 Leo prescribit sententiam de Eutychete. 88.b
 Leo scribit ad Flavianum, vt fortiter agat. ibid.d
 Leonis littera ad Dioscoro non admissa. 90.e
 Leo laborat pro fide Catholica. 106.e
 Leo celebrat Romae Concilium. 107.b
 Leo ad Theodosium, ad Pulcheriam, & ad populum Constantinopolitanum scribit. 107.e
 Leo & Synodus ad Theodosium contra Aetia in Ephesina Synodo. 108.b
 Leo Theodosium leni manu reprehendit. 79.d. 109.a.b
 Leo Theodosium admonet de Synodo habenda in Italia. 109.a
 Leo ad Theodosium scribit pro Ecclesie pace. ibid.c
 Leo ad Pulcheriam & clerum Constantinopolitanum, & ad plures pro Ecclesia Dei, & contra hereticos scribit. 109.c.d
 Leo ad Dioscoro sceleratissimo excommunicatur. 112.d
 Leo ad Pulcheriam scribit, pro restitutione Catholicae fidei. 114.c
 Leo ad Archimandritas pro Catholica fide scribit. ibid.e
 Leo ad Theodosium scribit, quomodo recipiendus Anatolius. 115.a
 Leo quatuor legatos Constantinopolim mittit. ibid.d
 Leonis epistola subscribitur Catholici. 120.a
 Leonis ad Anatolium gratulatoria littere. 128.b
 Leo ad Marcianum & Pulcheriam, ipsis gratias agendo. 128.e
 Leo ad Marcianum scribit de Synodo cogenda. 129.b
 ad eundem de Synodo differenda. ibid.d
 de longius transferendo Eutychete. 130.c
 ne hereticorum duces facile recipiantur. ibid.
 ad Chalcedonense Concilium, vt legati recipiantur. 132.e.
 133.a
 Leonis studiosissima fuit sancta Synodus Chalced. 160.d
 Leo inscribitur Episcopus vniuersalis. 162.b
 Leo promulgat in Occidente Synodum Chalcedonensem. 167.a
 Leo redarguit Anatolium Episcopum Constantinopolitanum. 167.c
 Leo tenax custos sacrorum canonum. 168.a
 Leo custodita vult privilegia Ecclesiarum. 168.c
 Leo Anatolium admonet. ibid.d
 Leo ad Marcianum de Anatolij temeritate scribit. ibid.e
 Leo cum Anatolio dispensauit. ibid.
 Leo irritat decretum Chalcedone factum. 169.d
 Leo mitem ac pacatum Attilam reddidit. 179.e
 Leo miraculo Attilam vicit. 180.b
 Leo redarguit populum. 181.a
 Leo ad Synodum Chalcedonensem de confirmatione fidei. 183.b
 S. Leo scribit ad Marcianum contra Anatolium fauentem aduersariis Flavianis, & pro Actio Archidiacono. 184.d.e
 S. Leo Iulianum Vicarium suum constituit. 185.a
 S. Leo agit cum Eudocia de conuertendis hereticis. ibid.d
 S. Leo ad monachos Palestine, vt conuertantur. 186.b
 S. Leo Alexandrinam Ecclesiam curat. 189.d
 ad Leonem Maximum Episcopi Antiocheni legatio. 189.e
 S. Leo ad Theodoretum scribit vt pugnet contra hereticos. 190.c
 S. Leo dubitat de Cyclo Theophili. 19.a

S. Leo ad Marcianum Imp. scribit de Paschalis Cycli controuersia. 191.b
 S. Leo sollicitus pro rebus Alexandrinis. 197.a
 eius epistola ab hereticis falsata. ibid.
 S. Leonis obtemperat Anatolius. 199.e
 S. Leo ad Marcianum contra Eutychetem litteras dat. 200.b.c
 S. Leo ad Episcopos Mauritanos pro eorum Ecclesia. 216.a
 S. Leo cum bigamis neque dispensauit tempore necessitatis. ibid.c
 S. Leo Papa ad Leonem Imperat. gratulatorias litteras dedit. 221.d
 S. Leo ad Leonem Imp. de Ecclesia Alexandrina. 229.c
 S. Leo ad Leonem Imp. de legatione mittenda. 235.b.c
 S. Leo admonet Leonem Imp. contra hereticos. 236.a
 Leo ad Leonem Imperatorem, vt expellatur Timotheus. 248.a
 Leo ad Timotheum Episcopum Alexand. 249.b
 Leo ad Episcopos Aegypti de Alexandrina Ecclesia. 249.e
 Leo ad clerum Alexandrinum de nouo Episcopo. 250.c
 S. Leonis Papa obitus. 253.c. quanto tempore sederit. ibid.
 S. Leoni quid reuelatum sit de peccatorum remissione. 254.b
 de Leonis manus excisione sabella exploditur. 254.c
 S. Leonis scripta que. 254.e
 S. Leo exornat ecclesias imaginibus. ibid.
 S. Leonis epistola expurgata, & ad purum restituta. 529.a
 Leo Episcopus Bituricensis. 195.e
 Leo Tribunus Thracie eligitur Imperator. 220.d
 Leonis erga cecum officium. 220.e
 ipse ante Imperium miraculum. 221.a
 Leo Imp. templum Dei genitrici edificat. ibid.d
 Catholicam fidem tuetur. ibid.d.e
 eius sanctio pro fide Catholica. 222.a
 ad Leonem Imp. heretici Aegyptij pro Timotheo. 226.e
 Leo Aug. ad Anatolium de rebus Alexandrinis. 227.d
 ad Leonem Anatolius de Alexandrina Ecclesia. 228.b
 Leo Imp. petit legatos a Leone Pont. 235.a
 Leonis littere ad Anachoretas de Alexandrina Ecclesia. 237.c
 ad Leonem Baradatus contra hereticos. 239.a
 Leo Aug. ad plures sanctos monachos pro fide. 239.d
 Leo expellit Timotheum Alexandrinum. 248.a.b
 ad Leonem Imp. Leo Papa de Ecclesia Alexandrina. 248.b
 Leo obtinet solum. 256.c
 Leo quantum veneratus sit Daniele. 265.d.e
 iterum Daniele inuisit. 269.e
 effugit periculum mortis. 270.a
 Leonis epistola ad Daniele de vita propria periculo. 270.c
 Leonis editum de immunitate Ecclesie. 269.e
 Leonis editum contra Paganos. 286.b
 Leo classem parat contra Vandalos. 286.d
 querit extinguere Arianos. 288.d
 de Leone cum dracone pugnantem visio. 289.d
 Leonis constitutio de colendis diebus festis. 289.e
 quomodo creandi Episcopi. 290.b
 Leo Imperator sanctis ordinationibus diuinam sibi conciliat clementiam. 289.c. 290.a.b
 Leonis constitutio de Ecclesiarum privilegiis. 299.e
 Leonis obitus quando. 306.e
 an adnumerandus inter optimos Imperatores. 307.a
 eius leges multa valde pie. ibid.b
 que templa ab ipso erecta. ibid.b
 Leo ex Zenone natus Augustus quantum vixerit. 306.d
 Leonis Augustiniana. 307.e
 Leo orator Regis Euarici. 311.e
 prestans poetis facultatibus. 312.b.c
 Leo custodit Iohannem Silentiarium. 599.b
 Leone vsus est pro asino Gerasimus. 175.a
 S. Leo-

I N D E X.

S. Leon. rdus sancti Remigij discipulus. 645.d
 Leontius Episcopus Fori Iulij laudatur. 33.b
 Leontius Episcopus Arelatensis accipit litteras ab Hilario Pontifici. 258.b. 264.b
 Leonius monachus quid de Zenone. 459.b
 Leprosus curatur a S. Daniele. 333.b
 Leprosus ostentatur curatus. ibid.d
 Lerina insula, vbi degit S. Eucherius. 9.c
 Lerimense canobium laudatur. 10.e. 11.a
 Lerimense monasterium venerabile. 193.a
 a barbaris omnibus illatum seruatum. ibid.d.e
 eius excidium an verum. 193.e
 Leronis insula Lerina propinqua. 9.c
 Laitia sit in tribulationibus. 98.e
 Laitia fuit in Ecclesia mortuo Anastasio Imp. 696.a.b
 Leucadius Episcopus subscribit in Synodo. 452.d
 Leuis causa non sit in ferenda excommunicatione. 33.b
 Leues, Dei iudicio, sunt heretici. 635.a
 Leuitas monachorum semper rebus nouis studet. 369.a
 Libellus Eusebij Episcopi missus contra Eutychetem. 55.d
 Libellus citationis missus ad Eutychetem a Synodo. 58.a. 59.b
 Libellus Eutychetis offertur Theodosio Imp. 74.b
 Libellus Eutychetis offertur Synodo. 91.c
 Libellus Felicis Pape missus ad Zenonem Imp. 386.b
 Libellus S. Eugenij missus ad Himericum. 395.e
 Libellus sententia quomodo r. aditus Acacio. 403.b
 Libellus pacis offertur legatis ab Apocrisariis. 528.a.b
 Libellus fidei Hormisdas Pape. 671.d.e
 Libellus de fide dabatur ab his qui volebant admitti ad communionem. 687.d
 Liberius Patricius ecclesiam erexit. 262.e
 Liberatio Britannorum per Ambrosium Aurelianum. 343.d.a
 Liberatio Maxime virginis diuinitus facta. 215.b
 Liberatio Iudai ab igne per inuocationem sancti Sergij. 297.e
 Liberatus Abbas martyr. 418.d
 Liberatus Diaconus quid de heresi Eutychiana. 55.c.d
 Liberati & vxoris insigne certamen. 422.c
 Libertas Ecclesiastica vindicatur a Marciano Imp. 211.a
 Libertas sit in propalanda veritate. 611.e
 Libertas sit Episcopis in reprehendendo Principes, praesertim hereticos. 667.b
 in Libertatem pristinum vindicatur clerus a Marciano Imperatore. 211.a
 Liber composuit a Eugenio de Spiritu sancto. 573.d
 Libidinosi sunt stes in ceno obruti. 483.c
 Libido in multa mala homines precipites agit. 205.c
 Libri Manicheorum deteguntur a S. Leone, & igni traduntur. 13.a
 Libri tres de Vita S. Honorati reselluntur. 34.c
 Libri hereticorum cauendi. 44.c
 Libri mittebantur ab Eutychete ad excitandam seditionem. 58.b
 Libri Porphyrij vetiti ab Imperatore. 50.c
 Libri Porphyrij heretici damnantur. ibid.
 Libri Caconij qui. 705.e
 Libri Faustii quales. 450.d
 Librorum delectus fecerit pretiosum a villi. 490.b
 Licentia pictorum religioni sit subiecta. 580.c
 Licinia Augusta Numisima. 257.d
 Licinianus Notarius homo nequam quid in S. Casarium. 582.c
 pro Liguria supplicat Epiphanius Episcopus. 494.e
 Limina Apollolorum frequentata a toto orbe terrarum. 543.b
 Lingue seu sermonis potentia. 311.c
 Lingua non est necessaria ad loquendum, quando Deo placet. 415.c

Lis Magna in Oriente pro Chalcedonensi Concilio. 653.e.
 654
 Litterarum commendatitiarum vsus. 5.d
 Litteras Summi Pontificis amplectitur Veranus Episcopus in Gallia. 81.c
 Litteras Romani Pontificis amplectitur Salonius Episcopus in Gallia. ibid.
 Littera Pape omni veneratione accepta sunt a Gallis. 85.d
 Littera S. Leonis Pape non admittuntur a Dioscoro. 90.e
 Littera commendatitie clericis necessariae sunt ad commendum. 195.b
 Litterarum breuitas desideratur. 471.d
 Littera acres Simplicij Pape ad Acacium. 375.a
 per Litteras nec alloqui licet excommunicatum. 62.e
 Locus aptus ad sacrificia Ethnicorum erant latibula. 6.e
 Longinus Zenonis Imp. frater pessimus. 434.a.b
 Longini miserandus exitus. 533.d
 Longinus Episcopus insignis. 411.d
 Lucentius S. Leonis legatus Constantinopolim mittitur. 129.d
 Lucentius protestatur contra Anatolium. 160.a
 ad Lucidum Faustii epistola de gratia, & libero arbitrio. 451.c
 Lucidus presbyter subscribit in Synodo. 452.d
 Lucidi plena confessio. 453.b
 Luctus fit in Ecclesia egrozante Summo Pontifice. 558.d.e
 Ludorum expensa conuertenda in vsum pauperum. 521.d
 Ludouicus appellatus interdum Clodoueus. 536.e. 537.a
 Lugdunensis Synodi Episcopi qui. 453.a
 Lumen requirere in medio & perspicuo die, dementia est. 166.a
 Lumen oculorum recipitur per obedientiam. 646.e
 Lupercalia per Gelasium Papani Roma interdicta. 323.a
 Lupercalia Roma minime diuinitus facta. 518.a
 Lupercalia minime profuerunt. 518.e. 519.a
 in Lupercalibus que agi solebant. 519.e
 S. Lupi Episcopi obitus. 351.d
 S. Lupi discipuli sanctissimi fuerunt. 351.e
 S. Lupi Episcopi natale Ecclesia annuatim celebrat. 352.a
 Lupus monachus Lerimensis. 11.a
 Lupus Trecentis Episcopus qua cum Attila gesserit. 137.b
 Lupus Attila occurrit. ibid.d
 Lupi Trecentis Laudes. ibid.e
 S. Lupi etas in Episcopatu. 302.c
 quo anno sit creatus Episcopus. ibid.
 Lufores erant Hunni. 26.e
 Lux e celo venit S. Remigio, Clodouco, & Crotildi. 539.d.e
 Luci aduersantur heretici. 59.b
 Luxus magnus Zenonis Imp. 308.a
 in Lyciam venerunt Hunni. 657.c

M.

Macarius legatus Gelasij Pape. 489.d
 S. Macarij monachi Aegyptij faciunt professionem sibi dei. 703.d.e
 Macedonius presbyter eligitur Episcopus Constantinopolitanus. 510.c
 Macedonius Orthodoxus. ibid.d.e
 Macedonius Episcopus Constantinop. queritur tolli de medio. 577.e
 Macedonij mansuetudo erga inimicos. ibid.
 Macedonium persequitur Anastasius. 581.a
 Macedonius iniuste calumniam passus. 603.c.d.e. 604.a.
 605.a
 Macedonius damnat non recipientes Concilium Chalcedonense. 604.a
 Macedonij obitus, & visiones. 657.c
 Macedonij nomen e Diptychis expulsum. 657.d

I N D E X.

Macedonius eicitur in exilium. 605.b
 in Macedoniam que acta sunt Constantinopoli. ibid.c
 Macedonium sequuntur populi. ibid.d.e
 Macedonius falsò accusatur. 606.d.e
 Macedonij sectatores que passi. 617.d
 Macedonij nomine heresim promulgant heretici. 106.a
 Macula semel contracta difficile tollitur. 563.d.e
 Magi expelluntur à Theodorico. 564.a.b
 Magi expelluntur ab Vrbe. 563.d. 564.c
 Magorum pena, & iudicium. 565.b
 in Magos zelus populi Romani. 565.b
 Magus comburitur. 86.b.
 Magister ac doctor totius populi Christiani est Papa. 102.b
 Magister Eutychetis fuit Maximus hereticus. 149.a
 Magistratus & officia ne vendantur. 434.d
 Magistratus interdum sunt minus benigni quàm sint hostes. 285.b
 Magistri erroris efficiuntur, qui veritatis non fuerunt discipuli. 82.a
 Magistrorum virtutes à discipulis facilius exponuntur. 517.d
 Maiestatem Pope etiam venerati heretici. 112.e
 Maiorianus creatur Imperator in Occidente. 233.a
 Maiorianus ad Senatam de nouo Imperio scribit. 234.a
 Maiorianus quid de virginibus & viduis constituit. 234.d
 Maioriani Imperatoris obitus. 253.a
 Maiorum bona exempla imitanda. 324.c
 Mala multa parit discordia. 66.e
 Mala tria pessime constituta in Synodo Ephesina. 99.d
 Mala mouentur à Petro Mago heretico latente Alexandrie. 347.a
 Mala multa orta sunt ex terramotu Antiochie. 240.a
 Mala curanda sunt ne innocentes insciantur. 350.b
 Mali Presules mala multa agunt. 77.e
 Mali homines à mundi exortio iniuria affecerunt pios & sanctos. 97.b
 Mali expellendi à Principibus. 488.b
 Malorum conuersatio semper fugienda. ibid.
 Malum inter initia opprimendum. 178.b
 Malefici camelo impoiti per vrbes deduci solebant. 172.b
 Maleficia signo crucis euanescent. 645.b
 Malitia Arianorum. 600.b
 Mamantis relatio de Eutychete. 59.a
 Mamas monachus in Eleutheropoli. 618.a
 Mamas laborat pro fide Catholica. ibid.
 S. Mamercus instituit Rogationes. 314.e
 S. Mamercus suis indicit ieiunia & preces. 315.a
 S. Mamercus inuenit duos sanctos martyres. ibid.b
 S. Mamercus erigit nouam basilicam. 316.b
 Mamercus Viennensis Episcopus frater Claudiani. 455.c
 Mamerci obitus. 456.c
 Mamertus Episcopus Viennensis extra Metropolim suam Episcopum ordinauit. 264.b. aduersus eundem Hilari
 Papa decretum. 266.a
 Manes heresiarcha. 44.a
 Manichæi à S. Leone deteguntur, & eorum libri igni traduntur. 13.a
 Manicheorum errores qui. ibid.b
 Manichæos insectantur Romani. ibid.c
 Manichæi quibus cognoscantur signis. 13.d
 Manichæi Solem adorabant. 13.e
 Manichæi sub specie sanctitatis multos decipiebant. 14.c
 Manichæi quomodo damnati à S. Leone. 17.e
 in Manicheos que acta. 16.e
 Manichæi impudicitiam sectabantur. 16.e
 Manichæos insequitur Valentinianus. 30.e
 Manichæi qui fugerant, requirendi. 18.a.b
 in Manicheos epistola S. Leonis. 17.c

Manichæi inueni à Gelasio expelluntur ab Vrbe. 523.c
 Manichæi exagitantur à Symmacho Roma. 561.e
 Manibus non laborandum, sed semper orandum, dictum est ab hereticis. 19.c
 Manifesta sit fidei confessio. 501.d
 Mansuetudo & humilitas commendatur. 21.e. 22.a
 Mansuetudo datur à Deo barbaris factis Christianis. 27.b
 Mansuetudo maxime requiritur in Principibus. 446.b
 de Manus excisione S. Leonis sabella. 254.c
 Manus imponantur ab Episcopis caute. ibid.b
 Maras presbyter excommunicatur. 64.c
 Marcianus creatur Imperator. 117.d
 Marciani primordia. 117.e
 Marcianus in militia subrogatur cuidam Augusto. 118.a
 Marcianus hereticos vexauit. ibid.b.c
 Marcianus ad S. Leonem scribens se commendat eius orationibus. 118.c.d
 Marcianus ad S. Leonem scribit de cogenda Synodo. 118.e
 Marcianus legatos Leonis grato animo suscipit. ibid.d
 Marcianus dissipatam Ecclesiam componit. 119.a
 Marcianus Anatolij fidem explorat. ibid.
 Marcianus exules Episcopos renocat, & S. Flavianum corpus Constantinopolim transfert. 119.b
 ad Marcianum S. Leo scribit ipsam commendando. 129.b
 Marcianus de Synodo cogenda. 129.a
 Marcianus de Synodo differenda. 129.d
 Marciani edictum de Synodi indictione. ibid.e
 edictum in idem contra tumultuantes. 133.d
 Marcianus conuocat Nicæa Patres Chalcedonem. 134.d
 Marcianus arbitrio Leonis Pape vult peragi Concilium. 143.e
 Marcianus Concilio se submittit omnino. 149.c
 Marcianus subscribit etiam contra pragmaticam. 151.a
 Marciani Concio ad Synodum pulcherrima. 153.d
 Marciano acclamatur Nouus Constantinus. 154.a
 Marciani petitiones in Synodo. ibid.c
 Marcianus Auxentium accersit, & prudenter agit pro fide Catholica. 163.a. d. e. 164.a
 Marcianus quid in idololatrias. 165.a
 ne de fide disputetur. 166.a
 Marcianus Eutychianos rursus exagitat. 166.d
 Marcianus ad hereticos Aegyptios Ioannem Decurionem miratur. 171.b.c
 Marciani epistola contra monachos hereticos. 175.d
 Marcianus benigne agit cum hereticis. 176.c
 ipsius etiam humanitas erga prauos monachos. 177.b
 Marciani sanctio de abolenda lege Theodosij contra Flavianum. ibid.d
 Marcianus laborat pro restitutione Eusebij & Theodoretis. 178.a
 Marcianus penas constituit contra Eutychianos. 178.b
 & aduersus eorum scripta. ibid.e
 Marcianus forum Ecclesiasticum demptum à Valentiniano restituit. 179.a
 ad Marcianum S. Leo de Paschali controuersia. 191.b
 ad Marcianum S. Leo de Anatolio scribit. 183.e
 ad Marcianum S. Leo pro rebus Alexandrinis. 197.a
 Marcianus rescribit contra hereticos. 197.d
 ipsius sanctio contra hereticos. 197.e
 Marciani sanctio contra Anatolium. 199.b
 de priuilegijs Ecclesiarum. ibid.c.d
 ad Marcianum S. Leo scribit contra Eutychetem. 200.c
 Marcianus vindicat clerum in pristinam libertatem. 211.a
 Marcianus abrogat leges latas aduersus clericos. 211.a.b
 Marciani Imp. obitus. 219.e
 Marciani digne laudes. 220.a
 Marciani numisma. ibid.c
 Marciani Oeconomi charitas. 245.b
 Marciani

I N D E X.

Marciani insigne miraculum. 245.c
 Marcianus incendium superat. 268.e
 Marciani filij Aurbemq; rebellio. 361.e
 Marcellianus vir admodum probus. 286.e
 S. Marcellus non vult tradere persugam. 275.c
 S. Marcellum conuatur Angelus. 289.b
 S. Marci ecclesia Alexandria. 702.c
 Marcus monachus ab heresi conuersus. 174.e
 Mare mox reddit corpora Sanctorum. 419.e
 Mare ingentes pisces mortuos velut funda eiecit. 36.e
 Mare terminos transgressum. ibid.
 Margarita meretrix Pelagia dicta. 156.e
 à Maria Virgine implorat auxilium auctor. 1.c.d
 Maria nauis institoris de longè portans panem suum. 1.c
 Maria Virgini à Cyro dicitur pulchrum templum. 38.e
 Maria imago in cupresso ardet vt fax. 39.b
 Maria Dei parens. 163.c. 164.a
 Maria Virgini à Leone Imp. templum erigitur. 221.d
 Maria miraculum de ceco illuminato. 221.a. b. c
 Maria vestis in quo templo sit collocata. 307.b
 Maria Virgo Seneriane illustri femina apparet. 630.e.
 631.a
 Maria Virgo Senerianam primo repellit, & postea conuertit. 631.a
 Maria Virgo & Dei genitrix & hominis est. 651.d
 ad Mariam in peroratione confugit auctor cum gratiarum actione. 696.e
 Maria nobilissima Carthagensis laudatur. 6.b
 eius miseriam. ibid.a. à seruitute liberata. ibid.c
 Marinus magna potentia apud Anastasium Imp. Marinus restitit S. Saba. 635.a
 Marinus increpat S. Sabam, & mala ei predicat. ibid.
 Marinus dat penas sue crudelitatis. ibid.b
 Marina Arcadij filia obitus, & eius laudes. 113.d
 pro Martiris orare debent vxores. 139.c
 S. Martini translatio. 370.e
 S. Martini basilica à S. Perpetuo erecta. ibid.
 in Martini basilica à carmen Sidonij. 371.c
 SS. Martyres duo inueniuntur à S. Mamercio. 315.b
 Martyrij legatio ad Zenonem Imperatorem. 342.a
 Martyrij Episcopi Hierosolymitani obitus. 432.d
 & quantum sederit. ibid.
 à Martyrio dedicata ecclesia. ibid.e
 Martyris Episcopus Antiochenus. 246.d
 Martyris se adicat Episcopum Antiocheno. 293.e
 Martyris Episcopus Hierosolymitanus. 341.c
 Martyrij legatio ad Zenonem Imperatorem. 342.a
 Martyris diaconus legatus Timothei Episcopi. 346.c
 Martyrium Seneriani Episcopi. 172.e
 Martyrium crudele apud Mauros. 215.d
 Martyrium S. Iulie Carthagensis. 6.e
 ad Martyrium mater filium conseruat. 414.a
 ad Martyrium frater fratrem hortatur. 415.a
 Martyres coronantur iussu Casparis Regis Maurorum. 215.c. d
 Martyres plures sancti in die Paschatis. 217.b
 Martyres sunt in sibi sumate necati. 549.b
 Martyribus interdum non obest ignis. 419.d
 Mater ad martyrium filium conseruat. 414.a
 Mater omnium Fidelium Ecclesia. 546.c
 Matrem Ecclesiam qui non habuerit in terra, neque Deum patrem habebit in calis. ibid.
 Matrimonium ratum esse potest, nulla admixta copula carnali. 117.e
 Matrimonium celebrari potest, virginitatem seruando. 117.e. 356.c. d. e
 Matrimonium contractum inter Eudociam & Honorium. 208.c
 Mattheus Episcopus Butrari. 669.d

S. Matthei Euangelium repertum in pectore sancti Barnabe. 428.e. 430.e
 S. Matthei Euangelium translatum Constantinopoli. 430.e
 Matrum sit iudicium sacerdotum. 72.c
 Mauritani suscipiunt fidem Catholicam. 215.e
 Mauritani Romam legatos mittunt. 215.e
 Mauri crudeles in Christianos. 395.a
 Maxilla percussor Domini nostri Iesu Christi quomodo sit in inferno. 630.e
 Maxima virginitatem, & non matrimonium amplectitur. 214.d
 Maxima diuinitus liberata. 215.b
 Maximianus iudex constitutus à Theodorico. 563.c
 Maximus Episcopus Tolosanus in Gallia. 10.c
 Maximus monachus Lermensis. 11.a
 Maximus quando Consul. 13.a
 Maximus subrogatus Episcopus Antiochenus pro Domino. 97.a
 Maximus Taurinensis Episcopus. 10.b
 Maximus Taurinensis Episcopus laudatur. 131.b
 Maximus hereticus Eutychetis magister. 149.a
 Maximus Episcopus Antiochenus ad S. Leonem pro sua Ecclesia. 189.e
 Maximus Episcopus Antiochenus mouitur. 219.c
 Maximi vxor à Valentiniano violatur. 196.c
 Maximus quid in Valentinianum mouit. ibid.
 Maximus Imperium inuadit. 205.e
 Maximi Imperatoris obitus. 206.c. quanto tempore imperauerit. ibid.
 Maximus quando fuerit felix. ibid.d
 Maximus se infelicem nouit, cum Imperium suscepit. 207.a
 Maximus Episcopus Taurinensis diu fuit in Episcopatu. 273.b.
 eius descriptio. ibid.e
 Maximus monachus martyr. 418.e
 Maximi pueri generosa confessio. 419.c
 S. Maxentius Abbas Pictauiensis. 585.e
 S. Maximi miraculum in sanando contracto. ibid.
 Mediator iustus non est, qui vniam partem audit, & alteri nihil reseruat. 89.b
 Medicina salutaris vt adhibeatur, discutienda est professio & persona decepti. 436.e
 Medicina curat languores, qui magis sunt periculosi. 521.b
 Medicina est correctio. 453.b
 Medici interdum erant etiam presbyteri. 28.e
 Medice artis exercitium clericis & monachis interdictum. ibid.
 Mediolanensis Synodus prouincialis sub Leone. 130.e
 Mediolanum vrbs populosa ab Attila capta. 179.d
 Mediolanum ab hostibus captum. 444.c
 Megetius Episcopus subscribit in Concilio Lugdunensi. 452.d
 Membra Christi sunt reliquia Sanctorum. 457.e
 Memnon Eutychetem citat. 59.d
 Mendacia dicuntur in libro de Romanis Pontificibus. 400.d
 Mendacium cedit fulgori veritatis. 98.d
 Mendacium querit, qui post veritatem repertam aliquid vitæ rursus discurit. 166.a
 Mendacium obteguntur multis velamentis. 160.b
 Mendacia & doli hereticorum deteguntur. 73.a
 Mendacia & doli Eutychetis deteguntur. ibid.
 Mendacia facile conuincuntur. 479.e
 Mendici elemosinis sunt subleuandi. 320.a
 Mens elata Acacij coërcetur à Simplicio Papa. 351.a
 Meritum fidei integra seruare. 16.a
 Metensis ciuitas comburitur. 136.e
 S. Michaelis Archangeli apparitio in Gargano monte. 485.b
 S. Michaelis cultus Romæ. ibid.c
 S. Michaelis Archangeli ecclesia Alexandria. 702.c
 Miles

I N D E X.

Miles Christi columna est immobilis.	218.c	Monachi videant quos eligunt.	564.d.e
Militres sacrilegi puniendi.	446.b.c	Monachorum S. Augustini vetus institutio.	569.d
Militres quomodo militare debeant.	577.b	Monachi aliqui apostata facti sunt scelestissimi heretici.	172.c
Militres qua servare teneantur.	585.a.b	Monachi aliqui heretici veniunt Constantinopolim.	603.e
Militres ne de rebus Ecclesiasticis furentur.	ibid.	Monachi Ortbodoci pugnare contra hereticos.	604.a.b
Militres ne in virgines aut viduas manus injiciant.	ibid.	Monachorum monasterium edificatum à Childeberto Fran-	
Miracula falsa struuntur ab hereticis.	411.e	chorum Rege.	595.c.d
Miraculum ortum ex epistola S. Leonis.	80.c	Monachi aliqui heretici occiduntur.	613.d
Miraculo vincitur Attila à S. Leone.	180.b	Monachi qui heretici ab Antiochenis occisi.	618.e
Miraculum, antequam eligeretur Leo Imperator.	221.a	Monachi Catholici laborant pro Flaviano.	ibid.
Miraculum insigne Marci. ni.	245.c.d	Monachorum magna pugna pro fide & religione.	628.e
Miraculum magnum detegitur à Gemadio.	ibid.e	Monachi patiuntur extremam penuriam.	634.a
Miraculum magnum de elemosyna.	245.c.d	Monachus Deus pressio est abundantia.	ibid.b
Miraculum insigne S. Severini pro fide.	306.c	Monachi à Severo afflictati.	685.a
Miraculum ab Anastasio representatum quadam pictura.	500.d	Monachi ad Anastasium Imperatorem confugiunt, & ab eo	
Miraculum magnum de Eucharistia.	630.d	expelluntur.	ibid.a.b
Miraculo cereorum Fideles à sacrilegis discernuntur.	306.c	Monachi à Severo occisi.	685.d
Miraculis fides Catholica non indiget.	156.a	Monachi interpellant vt caput Romanum Pontificem.	
Miraculis interdum confirmatur fides.	155.b.c	ibid.e	
Miraculis clarer S. Casarius Episcopus.	582.e	Monachos hortatur Hormisda Papa, vt in fide perseverent.	
Miracula multa eduntur à Daniele.	333-334	679.b	
Miracula obsequescunt homines.	441.c.d	Monachorum Aegypti professio fidei.	703.d.e
Miracula sunt pictura representanda.	500.d	Monachi Aegypti pauperissimi.	701.b
Miracula coruscant ex reliquiis S. Euphemia.	141.b	Monachorum epistola ad Alysonem; pro fide Catholica.	
Miracula à Deo multa Arianorum tempore.	501.c	616.c	
Miracula per Christianos sunt, non per Arianos.	580.d.e	Monastica instituta servata ab Episcopis in Episcopatu.	
Miracula magna de sacra Communione.	630.d.631.e	569.b.c	
Miraculum prope Pharium oritur contra Severianos.	632.b.c	Monastica vita Ecclesiarum gubernationi non invidet.	52.e
Miserus Episcopus legatus Pape Felicii.	379.d	Monasterio priuatur Eutyches.	130.c
Miseri causa tractatur in Concilio Romano.	398.d.e	Monasteria monachorum de licentia Episcoporum constru-	
Miserus suspenditur à sacerdotali collegio.	401.d	da.	154.d
in Miseri abfoluione Concilium Romanum.	506.b.c	Monasterium Studitarum erigitur.	246.e
Miseri causa pertractata.	508.c.d.e	in Monasterium secedit Galla vidua.	575.d
Miserus absoluitur.	509.e	Monasterium constructum in honorem S. Severini.	522.d
Miseria Maria nobilissima Carthaginensis.	6.b	Monasterium monialium constructum à S. Casario.	594.e
Miseria magna Alexandrinorum.	702.a	595.a	
Miser status Ecclesie.	2.d	Monasterium monachorum edificatum à Childeberto Fran-	
Miseranda solitudo Ecclesie.	317.e	chorum Rege.	595.d
Miserandus status Reipublice Christiana.	323.b.c	Monasterium à Childeberto constructum confirmatur à Vi-	
Miserandi casus ex terremoto orti.	36.e	gilio Papa.	595.d
Miserandus status Ecclesie Orientalis.	667.e	Monialium monasterium constructum à sancto Casario.	
Miserantem conuenit inclinari, vt erigatur iacens.	468.b	594.e	
Miserico dia Dei superat culpas delinquentium.	133.a	Monialium monasterio qua reliquerit S. Casarius.	ibid.
Miserico dia diuine remedium nulli denegatur.	509.b	Mons Badonicus obsidetur.	344.a
Miserico dia Dei imploranda.	37.a	in Monte Gargano apparitio sancti Michaelis Archangeli.	
Miserico dia Zenonis in pauperes.	309.a	485.b	
in Missa canitur Symbolum constitutione Benedicti Pape.	48.c	Montes intelliguntur Sancti.	193.b
Missae integra audienda Dominicis diebus.	578.e.579.a	in Monumento Domini miraculum contra Severianos.	
Missarum infra solemnia predicabant Episcopi.	ibid.	631.b.c	
Modestia bene coniungitur cum auctoritate.	437.a	in Monumentum Domini Severianus ingredi non potuit.	
Modestia iungenda cum constantia.	552.c	ibid.	
Modestus Episcopus Veneticus.	196.a	Morbis semper medicina refecandus.	178.b
Modus imperandi dicitur à seruitute.	206.e	Mores Hunnorum quales.	26.b
Monia Constantinopolitana per Cyrum instaurantur.	38.c	Mores prauis sunt in hereticis.	434.e
Momius creatur Imperator.	312.d	Mos vetus hereticorum qualis fuerit.	367.d
ad Monachos quid spectet.	154.d	Mos antiquus Romanorum Pontificum.	471.d
Monachi vagantes quomodo corrigendi.	195.d	Morus magni Galliarum.	314.a
Monachorum est doceri non docere.	163.b.190.a	Mors Attila, & qualis.	202.a
Monachi Palaestini qui Eutychiiani.	171.e.172.a	Mors Actij & eius Consularis.	196.b
Monachi ne per regiones vagentur.	195.d	Mors Anastasij Pape.	531.e
Monachorum clausura perutilis.	292.d	Mors Alarici quando.	584.a
Monachorum Laudata constantia.	398.a	Mors Anastasij Imperatoris.	693.e
Monachorum septem certamen.	418.d	Mors Ariadne Auguste.	657.b
Monachi interdum facti Episcopi.	463.d.e	Mors Anatolij Episcopi Constantinopolitani.	240.e
Monachos miscebant puellis heretici.	483.b	Mors Anthemij Imperatoris.	301.b
		Mors Asparis, & filiorum.	291.e
		Mors Acacij Episcopi Constantinopolitani.	438.c
		Mors Albofledij sororis Clodouci.	538.a
		Mors	

I N D E X.

Mors Childerici Regis Franchorum.	424.e	Mulier quaedam Eua instar viro persuadere conatur vt veram	
Mors S. Cyvilli quando.	20.b	fidem amittat, sed nihil proficit.	218.e
Mors Dioscori Episcopi.	164.d	Mulier Attilam cultro confodisse dicitur.	202.a
Mors Danielis Stylite.	443.a	Mulier infirma sanatur à Casario Episcopo Lugdunensi.	
Mors Euhymij viri illustris.	301.a	262.a	
Mors Eudocie Auguste.	252.a	Mulier curat, vt proprius vir viuus sepeliatur.	460.a.b
Mors Euarici Regis.	424.c.d	Mulieres suspectae à clericis fugiendae.	554.a
Mors Eudocie Iunioris.	296.e	Mulieris insigne certamen.	422.c
Mors Epiphaniij Episcopi.	524.e	Mulieres ab impijs sollicitantur.	564.e
Mors S. Eugenij.	511.b	Mundani Ecclesias tenere non possunt.	691.d
Mors Galla Placidia Auguste.	112.a	Mundana rerum alea saepe inuertuntur.	7.d
Mors Geneserici.	337.a	à Mundi exordio mali homines affecterunt iniuria pijs & san-	
Mors Galla Placidia.	112.a	ctos.	98.e
Mors Galla vidua.	575.e	Mundus quibus peccatis abundet.	519.c
Mors Gerasimi anachoretae.	322.a	Munera pastoralis cura qua.	677.a
Mors Humerici portentosa.	423.c.d	Munera si non acceperint Episcopi, commendantur.	53.b
Mors Hilari Pape.	279.e	Muricia reprehendit Heliophorum crudellem.	420.b
Mors Ioannis Vandali in Thracia.	25.d	Murmuratio fugienda.	517.e
Mors Iuuenalis Episcopi.	233.b	Musica acclamationes Circenses.	598.c
Mors Leonis Imperatoris.	306.e	Mutatio datur per sepe in rebus huius mundi.	77.d
Mors Maioriam Imperatoris.	253.a	Mutatio Acacij in detorius.	345.c
Mors Marinae Arcady filia.	113.d	Mutatio ad boras in hereticis.	606.c
Mors Mamerci Viennensis Episcopi.	456.c	Mutus loquitur precibus S. Seuerini.	441.c
Mors Marciani Imperatoris.	219.e	Mutus quidam sine humano auditu fidem didicit.	416.d
Mors Odoacris Regis.	476.b	Myria occupatur à Vitaliano.	647.d
Mors Regis Hunnorum.	288.a		
Mors S. Procla Episcopi Constantinopolitani.	40.b		
Mors Prosperij Episcopi Regimensis.	278.a.b		
Mors Petri Fullonis.	435.e		
Mors Petri Mogi.	458.b		
Mors Pelagij.	458.d		
Mors S. Patricij.	464.d		
Mors Zenonis Imperatoris.	459.e.460.a		
Mors Zosimi rhetoris.	458.e		
Mors Pelagij Patricij.	458.d		
Mors filij Zenonis Imp.	434.d		
Mors Principum Apostolorum vno eodemq; die.	490.d		
Mors S. Leonis Pape.	253.c		
Mors Felicii Pape.	464.e		
Mors Gelasij Pape.	511.d		
Mors Ioannis Machiote Episcopi Alexandrini.	667.d		
Mors S. Lupi.	351.d		
Mors Maximi Imperatoris.	206.c		
Mors Maximi Episcopi Antiocheni.	219.c		
Mors Martyrij Episcopi Hierosolymitani.	432.d		
Mors Macedonij, & visiones.	657.c.d		
Mors S. Pulcherrae virginis.	187.e		
Mors Sixti Pape.	1.e		
Mors Seueri Imperatoris.	274.a		
Mors Simplicij Pape.	376.a		
Mors S. Seuerini.	372.d		
Mors Simeonis Stylite.	251.c		
Mors Symmachij Pape.	638.c		
Mors Theodosij Imperatoris.	117.b		
Mors Theodori Triarij.	357.d		
Mors Theodoretij Episcopi.	190.d		
Mors Timothei pseudoepiscopi Alexandrini.	340.d		
Mors Timothei Episcopi Constantinopolitani.	686.d		
Mors omnibus hominibus à Deo constituta.	694.d		
Moris periculum effugit Leo Imperator.	270.a		
Mortem Pape exoptare, quam malum sit.	558.e		
pro Mortuo est orandum.	146.d		
Mortui an à Papa possunt absolui.	509.d		
Mortuus puer à quodam sancto sene suscitatur.	417.e		
Mortuus veniam prestare an sit possibile.	509.d		
Mortuus non potest impetrare absolutionem, quam viuens nec			
quesiuit, nec meruit.	478.d		
Mortuus à S. Theodorico suscitatur.	645.d.e		
Mulier si viuente viro alteri miserit, peccat.	182.a		

N.

Natiuitas S. Fulgentij sub quo Rege fuerit.	446.e
Nauicula Petri in naufragio multorum Episcoporum	
seruatur incolumis.	95.e
Nauicula Petri, & ouile Christi numquam peribit.	323.c
Nazarij reliquia misse in Sardiniam.	571.d
Neapolim translatum corpus S. Seuerini.	522.b
Neapolis abundat reliquijs sanctorum.	ibid.
Necessitatis tempore neque dispensauit cum bigamis S. Leo	
Papa.	216.c
Necessitas fatalis à superstitiosis inducitur.	520.b
in Necessitatibus semper succurrit Deus.	630.631.632
Nectarius Episcopus Viennensis.	10.a
Negotium Principis, & Senatoris otium non conueniunt.	
207.a	
Nephalus laborat pro Ecclesia Alexandrina.	404.d.e
Nepos factus Imperator.	309.b
Nepotis legatio ad Gothos.	310.c
Nepotes Cyrilli exauferantur à Dioscoro.	29.c
Nestorius Phanagoria Episcopus Catholicus fuit in Concilio	
Chalcedonensi.	143.a
Nestoriani multa mala attulerunt contra Cyrillum defun-	
ctum.	20.c.d.e
Nestoriani à Theodosio Imperatore exagitantur.	50.d
in Nestorianos scripta Gelasij.	513.c.d
Nestoriana pestis extincta est.	384.d
Nestoriana heresis vnde ducta.	435.c.d
Nicasius Rhemensis Episcopus sub Attila martyr.	138.a
ex Niceno Concilio etiam primatum semper habuit Papa.	
159.d	
Nicaea primum conuenere Episcopi, postea Chalcedonem pro-	
fessi.	134.d
Nicana Synodi Acta edita tribus tomis à Gelasio potius sunt	
historia de rebus gestis in Synodo.	336.c.d
Nicana Synodus nulli secunda.	169.d.e
Nicetius Episcopus Viennensis.	10.a
Nicias Episcopus Laodicea.	616.e
Nicopolitanus Episcopus communicat cum Apostolica sede.	
664.d	
Nicopolitanus Episc. accersitur ab Anastasio Imp.	666.e
Nilus presbyter legatus Timothei ad Simplicium Papam.	
346.c	

Nobiles

I N D E X.

Nobiles Carthaginienses trans mare eiciuntur. 3.b
 Nobilitas Carthaginienses multi serui effecti Vandalarum. 4.c
 Nobilitas Francorum habitus. 644.e
 Nobilitas maxima Eucherij. 9.b
 Nobilitatis cupido interdum homines delirare cogit. 21.d
 Nobilitas non est cum vitis. 497.e
 Nobiles Franconi quomodo incedant. 644.e
 Nomen Acacij abolendum. 525.d
 Nomen S. Proterij iniuste abraditur. 224.e
 Nomen Felicitis Pape delet Acacius. 403.b
 Nomen Pape delent heretici. ibid.
 Nomen Flauita sublatum e Diptychis. 442.e
 Nomen magnum oritur ex bonis operibus. 591.e
 Nomen Episcoporum hereticorum e Diptychis expungebatur. 657.d
 Nomen magnus & famus S. Cesarij Episcopi Arelatensis. 591.e
 Nomen Anastasij damnatum. 695.e
 Nominis Acacij studiosissimi Constantinopolitani. 656.d
 Nominis tantum Catholicus Anastasius. 658.e.659.a
 Nomen quando factus sit Consul. 29.a
 Nomen Episcopus Pelagiam meretricem conuertit. 156.e
 in Nonnum Episcopum exclamant demon. 157.a
 Nomen plures Saracenos conuertit. ibid.
 Nomen duo predicauerunt Euangelium Heliopoli. 157.b
 Nomen Notarij in Synodo Constantinop. 74.c
 Nomen iniuste subrogatus Episcopus pro Iba. 97.a
 Notarij qui essent, & vnde dicti. 45.b
 Notarij quid conseruerint in Synodo. 74.d
 Notariorum Dioscori insolens factum. 91.b
 Notarius Ecclesie Romanae Hilarus. 660.b
 Notarij interdum dicuntur, qui notas res faciunt. 45.d
 Notatores heretici impudensimè reticiunt Patrum interpretationes. 60.c
 Notatores procaciores Eutychete. ibid.
 Notatores capiunt doctores in verbis. 513.d.e
 Notatores quid de Communione ab vtraq. specie. 515.d
 Notatores quid de potestate Ecclesiastica, & politica. 515.e
 in Notatores insurgunt scripta antiquorum. 543.c
 Notatores profitentur Symbolum Apostolorum. 606.b
 Notatores insurgunt in Summum Pontificem. 530.c
 Notitas solet abundare inimicis. 295.b
 Notis rebus semper studet lenitas monachorum. 369.a
 Notus Orbis accreuit Ecclesie Catholicae. 658.c
 Numen diuinum primò implorandum. 1.c
 Numen offensum placatur à Theodosio. 50.b
 Numisma Galie Placidie. 112.a
 Numisma S. Pulcherie. 189.a
 Numisma Marciani Imperatoris. 220.c
 Numisma S. Leonis. 255.d
 Numisma Aelia Flaccille. 257.a
 Numisma Aelia Eudocie. ibid.c
 Numisma Licinia Eudoxie. 257.d
 Numisma Leonis Augusti. 307.e
 Numisma Augustali. 312.e
 Numisma Anastasij Imperatoris. 694.c

O.
 in O Asm relegatus Calendon Episcopus. 361.c
 Obedientia praestanda Summo Pontifici etiam ab Imperatore. 526.e
 Obedientia praestanda est Principibus in ijs qua non sunt contra fidem. 582.e
 Obedientiam Summi Pontificis qui contemnit, à Deo punitur. 623.a.b

Obedientiam praestare volunt Summo Pontifici Orientales. 622.c.d.e.623.624
 Obedientia reddit lumen oculorum. 646.e
 Obedientia praestanda superiori. 652.b.c.d
 Obedientia Alexandrinorum erga Romanum Pontificem magna. 697.698.699.703.a
 Obitus Anastasij Imperatoris. 693.c
 de Obitu Anastasij plures visiones. 695.b.c.d
 Obitus. Vide, Mors.
 Oblationes Ecclesijs à Principibus faciendae. 587.b
 Obfessio montis Badonici. 344.a
 Obfessi à demonibus liberantur oratione sancti Severini. 522.d
 Occasio, vnde orta heresis Eutychetis. 54.c
 Occidentale Imperium à barbaris vastatur. 2.d
 Occidentale Imperium ad barbaros deuolutum dicitur. 322.b
 Occidentalis Imperator creatur Maiorianus. 233.a
 Occidentalium Episcoporum in Concilijs qua conseruato. 132.c
 Occidentis pax cum Oriente. 689.d
 Octinus nobilis Franchus Regem Clotarium ad prandium invitauit. 645.b
 in Octini prandio deteguntur maleficia signo Crucis. ibid.
 Occisores saepe occiduntur. 205.c.d
 Occisores Episcoporum indigni sunt Episcopatu. 522.a
 Occisio S. Proterij. 424.b.c
 Occisio Severi Imperatoris. 274.a
 Occisio Olybrij Imperatoris. 304.d
 Occisio Regis Himmorum. 288.a
 Occisio Ioannis VVandalis in Thracia. 25.d
 Occisio Romae in Circo. 598.b
 Occulta Dei iudicia, sed ordinata. 317.c
 Occulta cognoscuntur ab Equitro. 564.d.e
 Occulta vitia tandem deteguntur. 666.e
 Oculi imposturae hereticorum deteguntur. 439.a
 Occultatum venenum hereticorum tandem detegitur. 182.d
 Ostania Tungrorum vrbs excidit. 136.b
 Ouitum Acacij vniuersam turbat Ecclesiam. 365.a.b
 Odoacer Rex Erulorum vocatur in Italiam. 313.a.b
 Odoacer vilissimè indutus Rex facturus à sancto Severino praedicitur. ibid.c
 Odoacer Rex licet Arianus esset, nibilitamen contra religionem egit. 322.d
 Odoacer regnat in Italia. ibid.c
 Odoacer iterum vincit Rugos. 440.e
 Odoacer victus à Theodorico. 443.c
 Odoacer iterum victus, & obfessus à Theodorico. 459.d
 Odoacer occiditur à Theodorico, & qua morte interemptus. 476.b
 Odor pestifer & famus homines & inuentus delet. 36.c
 Odor emanans ex reliquijs S. Euphemie. 141.d.e
 Officium Leonis Imperatoris erga caecum. 220.e
 Officium Laurentij Episcopi Mediolanensis commendatur. 551.d
 Officia publica vendebantur tempore Zenonis Imperatoris. 434.c.d
 Officia & magistratus ne vendantur. ibid.
 Olybrius nobilis, doctus, atque pius. 459.e
 Olybrius creatur Imperator. 301.b
 Olybrius Imperator occiditur. 304.d
 Olympius monachus inuehitur in Basilicum Imperatorem. 335.a
 Olympius Arianus dat penas blasphemie. 500.a.b
 Olympius mittitur cum exercitu contra Eliam Episcopum. 628.b.c
 Olympius condemnatur magno stultitia. 628.d
 Omnipotentia Dei sola deitas voluntates conuertit. 508.b
 Onesiphorus Episcopus Iconij pugnavit pro S. Flauiano. 95.b
 Onesiphorus

I N D E X.

Onesiphorus socius in passione Theodoretis. 105.c
 Onoulium Armatum Comittem interfecit. 338.a
 Opera bona clericorum appareant. 553.d.e
 Opera bona dant bonum nomen. 591.e
 Opera, & non tantum verba à Christianis requiruntur. 661.e
 Opportunitas temporis est expectanda. 443.e
 Opuscula doctorum sunt arma spiritalia. 67.a
 vt Oraculum accepta verba Pape à Concilio. 47.d
 Orandum semper, & non laborandum manibus, dictum est ab hereticis. 19.c
 Orare debent vxores pro coniugibus. 139.c
 Orationibus sancti Leonis se commendat Marcianus Imperator. 118.c.d
 Orationis vis quanta sit in seruis Dei. 137.c
 Oratione exercitus fugatur. 139.e
 Oratione hostes superantur. 264.a
 ad Orationem confugiendum in periculis. 314.b.e.315.a
 Orationes etiam fundende pro Principibus hereticis, & qua de causa. 578.d
 per Orationes S. Danielis Rais clarissima femina filium obtinuit. 334.d
 Oratione Animi liberatur Aureliana ciuitas ab hostibus. 139.c
 Oratione Sanctorum pluuia descendit de caelo. 689.a.b
 ad Orationem confugiendum in tribulationibus. 688.e
 689.a.b.c
 Orationes à Deo exaudiuntur. 690.b
 Oratio prodest mortuis. 146.d
 Oratio S. Severini loquitur mutus. 441.c
 Oratio pugnat contra inimicos. 646.b
 Oratio sanctis Hilarij Episcopi edita à Genebrardo. 34.c
 Oratio Sidonij pro Aruernensibus. 314.b.c
 Oratio Epiphaniij legati ad Anthemium Imp. 295.e
 Oratio Epiphaniij ad Theodoricum Regem. 494.c
 Oratio alia Epiphaniij ad Theodoricum Regem. 524.d
 Oratio Epiphaniij ad Regem Burgundiae de captiuis redimentis. 496.a
 Oratorium sancta Crucis ad dexteram Baptisteryj Constantinij. 98.a
 Oratorium sancta Crucis sub Sixto Papa solo aquatum est. 98.b
 Oratorium S. Stephani seruatum ab incendio. 136.e
 Orbis vexatur à penuria, & quando. 204.c
 Orbis concionator Simeon Stylita. 251.b
 Orbis nouus accreuit Ecclesie Catholicae. 658.c
 Orbis terrarum totus ad limina Apostolorum. 543.b
 Ordines non sunt conferendi seruis ex decreto S. Leonis. 14.e
 Ordinata Dei iudicia, licet occulta. 317.c
 Ordinario interdum Gaudentio. 321.e
 Ordinatio Xenai Episcopi nondum baptizati à Petro Fulone. 431.d
 de Ordinatione Pape. 534.d
 Ordinationes praecedat ieiunium. 25.a
 Ordinationes simplicij Pape. 377.b
 Ordines quo tempore conferendi. 24.e
 Ordo in Ecclesia necessarius. 70.c.d
 Ordo subscribendi in Concilijs. 131.d
 Ordo est in iudicijs Dei, licet occultus. 317.c
 Ordo monachorum S. Benedicti est planta nobilis. 504.c
 ad Orientum Sidonij epistola. 426.a
 Orientis pater Hispanus, postea Episcopus. ibid.c
 Orestes ordinatur Magister militum. 309.c
 Orientali Ecclesia solitus subuenire Pape. 115.e
 Orientali Ecclesia quam turpis esset facies. 113.a
 pro Orientali Ecclesia epistola Theodoretis ad Asparem Consulem. 123.d
 pro Orientali Ecclesia scribit Theodoretus ad Anatolium Pa- tricum. 122.b

Orientales Episcopi ab Acacio iniuste deponebantur. 403.e
 Orientales castigati peccato Acacij. 623.b
 Orientalium Episcoporum torpor in schismate. 113.a
 Orientalis Ecclesiae turpis facies. ibid.
 Orientalis Ecclesiae gaudium. 124.e
 Orientales Episcopi ab Acacio depositi. 403.e
 Orientales turba vndique arcta. 404.c
 Orientalis Ecclesiae turbata facies. 429.a
 Orientalis Ecclesiae miserandus status. 474.d
 Orientalium Episcoporum falsi praetextus. 488.c
 ab Oriente recedit Thomas Auriga magni nominis. 598.e
 Orientali Ecclesia compatitur Symmachus Pape. 619.b
 ad Orientales epistola Symmachij Pape. ibid.d
 Orientales Catholicos hortatur Symmachus, vt viriliter agant. ibid.
 in Oriente magnum schisma. 618.e
 in Oriente vnde tot mala euenerint. 621.c
 in Oriente monstrum regnavit horrendum propter peccata populorum. ibid.
 Orientales saepe discissi, & compaginati cum Romana Ecclesia. 621.d.e
 Orientales quare sub barbarorum iugo grauissimo. ibid.
 Orientales litterae Symmachum interpellant. 622.c
 Orientalium epistola ad Symmachum Papam pro reconcilia- tione cum Romana Ecclesia. ibid.
 Orientales consistuntur Romanum Pontificem tenere cathedram Petri. ibid.d
 Orientales cognoscunt Romanum Pontificem Pastorem totius Ecclesiae. 623.a
 Orientales auxilium à Summo Pontifice obnixè postulant. 623.e
 Orientales consistuntur se esse in ingenti calamitate. 624.d
 Orientalium fidei professio, & confessio. 625.b.c
 Orientalium monachorum pugna pro fide, & victoria. 628. 629.a
 ad Orientales ex more scriptis Symmachus Pape. 639.d
 Orientalibus capitula seruanda praescripta ab Hormisda Pape. 654.d.e
 Orientalis Ecclesia miserandus status. 667.e
 Orientales plures Ecclesiae venerunt ad communicationem Apostolicae Sedis. 664.c.d
 ad Orientales prima Hormisda legatio. 674.b
 ad Orientales Episcopos epistola Hormisdae Pape. 676.d
 ad Orientales secunda Hormisdae Pape legatio. ibid.a
 ad Orientales Episcopos Orthodoxos alia Hormisdae epistola. 675.e
 Orientalis Ecclesiae privilegia à Sede Apostolica manarunt. 682.e
 ad Orientales multas scribit epistolas Felix Pape. 400.e
 ad Orientales scripsit epistolam Hormisda Pape. 639.d
 Orientales & volebant communicare cum Sede Apostolica, & persequerentur communicantes. 672.d.e
 in Oriente omnia fluctuabant. ibid.
 in Orientem legationem mittit Theodoricus Rex. 655.b
 in Oriente magna lis pro Chalcedonensi Concilio. 653.654. 655
 ab Oriente recedit Attila in Occidentem. 125.a
 in Oriente constituitur Vicarius Apostolicus Iulianus. 185.a
 in Oriente fides imminuta. 658.b
 in Oriente magna hereticorum persecutio. 684.d.e
 Orientis concordia cum Occidente. 689.d
 Oriens ab heresim dilatio penè merus est. 534.a
 Origo ciuitatis Venetiarum. 181.d
 Origo beneficiorum quando. 554.b
 Originem nemo odit, qui non detestatur sobolem. 670.e
 Ornatu & habitu nobilium Francorum. 644.e
 Orthodoxi ab hereticis afflictati. 684.c
 Orthodoxos aulicos persequitur Anastasius Imperator. 692.b

Ortho-

I N D E X.

Orthodoxi. Vide, Catholici. 418.a
Offia Sanctorum miracula edunt. 598.e
Ostrogothi inuadunt Romam. 598.e
Osum Senatoris, & negotium Principis non conueniunt. 207.a
Oues curant pastores. 624.b
Oues Christi a Pastoribus curanda. 673.c
Oza presbyter tulit litteras Theodoretii ad Ibanam. 99.a
P.
Pagani nouis edictis exagitantur a Leone Imperatore. 286.b
Pagano deterior quando sit malus Christianus. 561.a
ad Palestinae monachos epistola sancti Leonis, vt conuertantur. 186.b
Palestina Dux Seuerianus ad fidem conuertitur. 631.b.c
Palestina incurfat Alamundarus Rex Saracenorum. 599.a
in Palestina magna clades & afflictiones. 688.c.d
Palladius Episcopus Antiochenus. 435.e
Pallia altaris in camisis & femoralia impij conuertunt, sed dignas soluunt penas. 217.a
Pallium gestare tempore ieiunij non licet Episcopis. 142.d
Palmaris Synodus ubi celebrata. 546.d
Palmaris Synodus vnde dicta. ibid.a.b
Palmaris Synodi Acta. 547.d.e
Panis ad fidem per apta similitudo. 3.e
Panophius Comes tulit litteras sancti Leonis ad Flavianum. 72.e
in Papa duo sunt perfecta, humilitas persona, & celsitudo dignitatis. 2.b
Papa Episcoporum omnium Primas. 2.c
Papa cognoscit & iudicat hereticos. 17.a
Papa principatum accepit a Domino. 24.d
Papa omnibus praest Episcopis. 31.d.e. 25.a. 119.a
Papa auctoritas etiam a firmata apud Arianos. 47.b
Papa verba vt oraculum a Concilio accepta. ibid.d
Papa antiquitatis semper tenacissimus. 48.a
Papa deponit Primates. 49.b
Papa subiecti sunt omnes Episcopi. 62.e. 111.c
Papa magni ponderis iudicium est. 62.e
Papa est iudex omnium Christianorum. 72.b.e
ad Papam spectat praesicere Episcopum in Synodus. 77.e
Papam Galli Episcopi venerantur. 81.c.d
Papa litteras amplexati sunt Galli. 85.e
Papa est magister ac doctor totius populi Christiani. 86.b. 102.b
Papa summa auctoritas. 88.a
ad Papam spectat Synodos indicere, & non ad Imperatorem. 88.a. 119.e. 547.e
ad Papam appellantur Episcopi pro ipsorum defensione. 99.e. 100.a. 101.e. 103.a.b
Papa praeconia & laudes. 100.b
Papa de fide & sacerdotibus iudicat. 110.a
Papa habet clauis regni caelestis. 111.b
Papa maiestatem heretici etiam venerantur. 112.e
Papa solitus subuenire Orientali Ecclesiae. 115.e. 116.a
Papa est caput omnium Ecclesiarum. 143.e. 216.a. 380.b. 546.e. 623.c. 685.c.e
Papa semper habuit primatum, ex Niceno Concilio. 159.d
Papa approbat & firmat Concilia. 160.e
Papa inscribitur Episcopus vniuersalis. 161.e
Papa dispensat in magnis. 168.e
Papa vindex canonum. 169.b
Papam consulebant Episcopi antiquitus. 182.b
Papa Episcopos consulebat. 192.b.c
ad Papam mittuntur legati pro ministris Ecclesiae Mauritaniae. 215.e. 216.a
Papa omnia nunciabantur ab Episcopis. 225.b

Papa natalis celebratur. 270.d
Papam quanti fecerunt Episcopi Hispani. 271.e
ad Papam referende Episcoporum cause. 272.b.c
ad Papam spectat dispensatio contra canones. 272.e
ad Papam confugiunt Archimandrita. 321.b
ad Papam spectat solitudo omnium Ecclesiarum. 344.d
ad Papam spectat hereticos lapsos restituere. 348.b
Papa electos Episcopos confirmat. 350.d
Papa canonum seruatur. 350.c.d.e
ad Papam spectat confirmare Patriarchas. 363.b
Papa auctoritas. 402.a.b. 507. 508. 509
ad Papam concubiebant Episcopi Italia in re graui. 402.a
in Papam insurgunt heretici, & eius nomen delent. 403.b
Papa arbiter scriptorum omnium. 458.a
Papam quanti fecerunt Dardania Episcopi. 472.d.e
Papa de tota Ecclesia iudicat. 479.a.b
Papa etiam Patriarchas damnat. ibid.a
Papa iudicat omnia. 480.b
Papa a nemine vocandus ad iudicium. 479.b.d
Papa auctoritas integra sub Ariano Rege. 484.b
ad Papam spectat admonere Imp. 486.c
Papa excellentia. ibid.e
Papa potissima cura de fide. 487.c
Papa principem locum obinet. 490.c
Papa captiuus redimit. 499.a
Papa primatus. 505.b.c.d
Papa non indiget Synodo, vt iudicat. ibid.d.e
Papa supra omne Concilium. ibid.
Papa appellatus est Christus a Concilio Romano. 507.d. 510.a
Papa dictus Vicarius Christi, & Petrus. 510.a
Papa mortuus non absoluit. 509.d
Papa obedire debent Imperatores. 526.e
de Papa ordinatione. 534.d
& idem penes contra Pontificatum ambientes. ibid.e
de Papa electione. 535.a
Papa non visitatur. 542.e
Papa nullum nisi Deum iudicem habet. 543.d
Papam venerantur etiam barbari Gothi alienigenae heretici Ariani. 545.e
Papa sanctissimus predicatus, & quare. 556.e
Papa egrotante, luceat Ecclesia. 558.d.e
Papa mortem exoptare quam malum sit. ibid.
Papa quam sublimior Imperatore. 560.b
Papa concedit auctoritatem predicandi Euangelium. 565.d.e
Papa succurrit Episcopis egenis. 571.b
Papa confirmat facta ab Episcopis. 595.a.c.d
a Papa qui discedit, a Deo punitur. 621.c
Papa tenet cathedram Petri. 622.d. 649.d
Papa totius Ecclesiae caput. 649.b.c
a Papa auxilium postulant Orientales. 623.d.e
Papa pedes venerantur Episcopi. 624.d
Papam quantum fideles venerari debent. ibid.
Papa credita membra Ecclesiae. 649.a
Papa est pater Imperatorum. 653.d
Papa in omnibus obediendum. 652.e. 653.a
Papa fungitur legatione Christi. 662.e
Papa tituli datus ab Episcopis. 649.a
ad Papam communionem venerunt plures Ecclesiae Orientales. 664.c.d
Papa princeps Episcoporum. 668.b. & Pater Patrum. ibid. 669.b.d
Papa littera in Ecclesia legebantur. 670.d
Papa cura, vt reuocet hereticos lapsos. 676.a.b.c.d
Papa cura erga omnes. 674.e. 675. 676. 677.a.b
ad Papam mittebatur professio fidei ab Orientalibus. 625.b
cum Papa communicare, demonstrat quilibet esse Catholicum. 681.e
Papa

I N D E X.

Papa in se reprehendit Episcopos cum hereticis communicantes. 682.b
a Papa privilegia Episcoporum. 682.e
Papa littere publice assignende in ditionibus Principum, etiam ipsi inuoluntis. 683.b.c
Papa est Patriarcha totius Ecclesiae. 685.c. 686.a
ad Papam legatio Ecclesiae Alexandrinae. 697.a
Papa appellatus Apostolus, & Euangelista. 698.b
Papa Patriarcharum Princeps, Petri successor. ibid.
Papa quantum obedientiam praesent Alexandrini. 697. 698. 699
Papa doctrina, doctrina Christi est. 701.c
Papa que docet in his que sunt de fide, non potest errare, & est velut Euangelista. 698.b
Papa tenet principatum in vniuersum Orbem. 707.a
Papistas heretici vocant veros Catholicos. 217.e
in Parascue cur Graecae uentur Trisagion. 474.b
Pascuas boni bonos signant filios. 584.b
Parisijs est prima sedes Franchorum in Gallia. 213.e
de Paschali Cyclo epistola S. Leonis ad Marcianum Imp. 191.b
Paschatis die plures martyres facti in Africa. 217.b
Paschasius sancti Leonis legatus Constantinopolim. 129.d
Paschasius ad S. Leonem de Sicilia clade. 201.d
Paschasius Episcopus Viennensis. 10.a
Paschasius ad Eugipium de S. Seuerino. 522.e
Paschasius diaconus, cuius S. Gregorius recitat miraculum in dialogis. ibid.
Paschasius poenis purgatorij mancipatus. 533.a.b
Paschasius quomodo veniam obtinuit. ibid.b
Paschasius mortuus demoniacum liberauit. ibid.
Paschasius Ecclesiam Dei conturbat. 463.e
Pastorale fastigium indignis non est credendum. 216.b
Pastoralis cura Romani Pontificis. 674.e
de Pastoralis munere plura. 677.a
Pastores quantum cura custodire debeant oues. 624.a
Pastores inuigilent super oues. 673.c
Pater benignus horrescit castigatione filiorum. 385.b
Pater Imperatoris dicitur Summus Pontifex. 652.d.e
Pater Patrum dicitur Papa. 668.b
Patris nomen a qui non audit, tyrannum interdum experiri cogitur. 510.b
Patrum doctrinam secutus est Theodoretus. 23.d
Patrum expositiones interdum heretici admittere coguntur. 60.a
Patrum interpretationes Nouatores heretici impudenter reuiciunt. ibid.b
Paternus quando Consul. 13.a
S. Paternus Episcopus Abrigenis. 646.d
Paternus colitur a Regibus Franchorum. ibid.
Paterno inobediens Crescentius fit cacus. ibid.
Pater pro Domino, gratia est maxima. 122.e
S. Patiens Episcopus Lugdunensis. 318.d
Patientem reuevitus Euaricus Rex. ibid.
Patientis munifica largitas. ibid.e
Patientis hereticos conuertit. 319.a.b
ciuitates ab ipso subleuatae. 319.e
Patientia virginum sacrarum. 393.c.d
Patientia in iniurijs perutilis. 583.a
Patientia magna Iuliani Episcopi. 627.c
Patriarcha Alexandrinus legationem mittit ad Apostolicam sedem. 697.a
Patriarcha interdum damnati ab Apostolica sede. 479.b
Patriarcha interdum dicti Episcopi. 596.a
Patriarchatum sedium prerogatiua. 490.d
Patricius Dux exercitus Romanorum fugatur. 562.a
Patricius vir clarissimus mittitur ad Hormisdam Papam ab Anastasio Imperatore. 648.e
S. Patricij obitus. 464.d

Paulo Episcopo quid ostensum de futura clade Africe. 358.d
Paulus nepos Cyrilli in afflictionibus mortuus. 29.b
Paulus Episcopus subscribit cum alijs epistola Faustii ad Innocentium. 452.c
in Pauperem charitas magna Marciani Imperatoris. 245.b.c
Pauperes opprimuntur a potentioribus. 285.e. 634.d.e
Pauperes rediguntur in seruitutem. 286.a
Pauperes subleuandi expensis ludorum. 521.d
Pauperibus succurrendum ab omnibus. 593.e
Pauperibus succurrendum est a superioribus. 571.b
Pauperes elemosynis subleuandi. 320.a. 540.d. 590.e. 591.a.b.e
Pauperibus bona Ecclesiastica distribuenda. 491.b
pro Pauperibus rogandi sunt Reges. 646.d
Pauperum post Deum sunt vasa Ecclesiae. 40.d
Pauperum nutritor Ecclesiae. 319.e
Paupertas est proponenda diuitijs plenius curatum. 99.a
Paupertas magna Theodoretii. 101.d
Paupertas magna monachorum Aegypti. 701.b
Pax Ecclesiae maxime desiderata Theodoro. 122.d
Pax defendenda. 109.c
Pax Ecclesiae reconciliata a Pulcheria Augusta. 116.a
Pax inter Anthemium & Ricimerem. 296.c
Pax inita ab Euarico Rege cum Nepote Imp. 311.c
Pax vera consequitur iustitiam. 475.a
Pax querenda a Principibus. 476.d
Pax laudatur. ibid.
Pax vera ubi inueniatur. 487.d.e
Pax vera non est sine charitate. ibid.
Pax in Ecclesia quantum expetenda. 549.e
Pax in Ecclesia quam vitilis. 67.b
Pax in Ecclesia seruanda. 490.a
Pax inter Theodoricum & Vandalorum Regem. 544.d
Pax non datur infidelibus. 677.c
Pax tandem venit inter Orientem & Occidentem. 689.c.d
Pacem inuenit Vandalis cum Valentiniano Imperatore. 11.d
Pacem concedit Attila Romanis. 179.e
Pacis conditiones offeruntur ab Anastasio Imp. Vitaliano. 647.b
Pax quam bona & vitilis Ecclesiae. 648.e. 649.a
Pacis bona quam multa. 650.b
Pacem querentes que seruire debeant. 651.e. 652.a
Pacis fructus quam boni sint. 655.e. 656.a
ad Pacem veram hortatur Hormisdas Papa Anastasium Imperatorem. 661.e
Peccata excitant iram Dei in vltionem. 35.e
Peccata parturiunt mala. 35.e. 519.b.c
Peccata Fidelium a Deo magis puniuntur, quam infidelium. 137.a
Peccata occulta deteguntur. 182.d
Peccata a Deo puniuntur. 207.c.d
de Peccatorum suorum remissione quid reuelatum S. Leoni. 254.b
Peccata vitanda a clericis. 518.b.c
Peccata omnium punienda. 518.c.d
Peccata omnia emendare non possunt Summi Pontifices. 521.a.b
Peccata populorum causa sunt, vt Deus regnare faciat hypocritas. 621.d
Peccata sacerdotum tegenda. 553.b
Peccata vnius alteri obesse non debent. 623.b
Peccata inemendata cresunt. 675.c
Peccator bonis operibus diuinam retardat iram. 309.a
Peccatores humiles sint. 506.e
Pecunia excacat hominem hereticum. 411.e
Pecunia, an ferro aduersariorum animos inclinemus, quid inuest. 495.c.d
Pedes

I N D E X.

Pedes Summi Pontificis venerabantur Episcopi. 624.d
 Pelagia meretrix a Nonno Episcopo conuersa. 156.e
 Pelagia diuina, qua prius Margaria cognominabatur, quasi pelagus diuini iudicij. 18.d.e
 Pelagianos persequitur S. Leo. 18.d.e
 Pelagiana heresis prorsus deleta à S. Prospero. 18.e
 Pelagiani in Dalmatia pullulant. 480.e
 Pelagiani degentes in Picentia. 481.e
 Pelagianorum sententia tres. 482.e
 Pelagius Patrius vir praeclarus. 458.d.e
 Pelagius occiditur à Zenone. 481.e
 Pelagius in fide ad Deum preces. 482.e
 Pensare libra iudicij quid sit. 443.c
 Penuria vexat Orbem. 204.c
 Penuria ingens post sanctorum discessum. 633.d.e
 Penuriam extremam patiuntur monachi. 634.a
 Percussor maxilla Damini nostri Iesu Christi quomodo sit in inferno. 630.e
 Peregrinus Episcopus Misensis Ecclesie. 674.b
 Peregrinus Episcopus legatus Hormisdæ Papa ad Anastasium Imp. 674.b
 ad Peregrinum Episcopum & legatum sedis Apostolicæ Hormisdæ Papa. 680.c
 Peregrini sunt recipiendi bilari fronte. 4.e
 Peregrini ab Episcopo suscipiendi. 491.c
 Peregrinatio & Secularij. 136.b
 Peregrinationis molestia & commodum. 43.c
 Perfidia Archimandritarum hereticorum. 148.e
 Perfidia hereticorum. 134.e
 Perfidia Zenonis magna. 367.d
 Perfidia Hæreticorum in omnes. 410.b
 Periculosè se miscet sacris Principes seculares. 61.e
 Peripatetici nimium studiosi Aristotelis. 602.d
 Perituri ac simulatores sunt heretici. 646.e.647.a
 Peroratio auctoris cum gratiarum actione. 696.c
 S. Perpetuus Episcopus Taronensis presuit Concilio Taronensi. 370.c
 Perpetuus reliquias S. Marini transfert. 370.d.e
 Perpetuus S. Marini ecclesiam fabricauit. 370.e
 Perpetuus prescribit populo ieiunia & vigiliis. 372.a
 Persecutio Gensericus contra Catholicos. 12.b
 Persecutio Romanorum contra Manichæos. 13.c
 Persecutio Arianorum contra Thomam. 209.a
 Persecutio Euarici Regis Gothorum. 265.b
 Persecutio Africana Ecclesie. 387.a.393.b
 Persecutio alia Africana Ecclesie. 567.a
 Persecutio Arianorum. 567.a.b.571.e.590.c
 Persecutio vtilis. 678.a
 ex Persecutione vtilitates plurimæ. 679.e.681.a
 Persecutio Vandalica recrudescit. 446.d
 Persecutio Trasamundi Regis in Africa. 567.a
 Persecutio Trasamundi Regis notis artibus. 571.e
 Persecutio diuersissima contra Iouanem Episcopum Nicopolitanum. 680.c
 Persecutio ab hereticis illata in Orthodoxos. 684.e
 Persecutio Anastasij Imp. in aulicos Orthodoxos. 692.b
 Persecutionem praecedunt praesagia. 358.a.b.c.d
 Persecutiones bilari fronte suscipiendæ. 419.b
 Persecutiones Catholicorum multæ. 608.d.609.b
 Perseuerantia necessaria in fide. 664.b.c
 Perseuerantia quæ necessaria. 670.b.673.c
 Perseuerantia in omnibus commendatur. 681.b
 in Persona vna declaratur diuinitas & humanitas Iesu Christi. 23.b
 Pertinacia Dioscori Episcopi. 95.c
 Perturbatio maxima Ecclesie tempore S. Leonis. 2.d
 Pestilentia subsiquitur famem. 423.b
 Pestis Nestoriana extincta. 384.e
 Pestis orta Romæ. 279.c

Petitio Sabæ ab Anastasio Imp. 615.c
 Petitiones Mercanti Imp. in Synodo Chalcedonensi. 154.e
 ad Petram vocantur heretici. 677.e
 cum Petra communicatio demonstrat quilibet esse Catholicum. 681.e
 S. Petri basilica à Valentiniano & à Galla Placidia Augustis humiliter visitatur. 110.a.e
 S. Petri ecclesia & sepulchrum. 253.c
 S. Petri confessione stabilis fides. 391.d
 in Petri sacratissima sede sedet Summus Pontifex. 649.b
 Petri cathedram tenet Romanus Pontifex. 622.d.e
 Petri niancula saluatur incolomis in naufragio multorum Episcoporum. 95.e
 S. Petrus apparuit S. Galla. 575.e
 Petrus Altrina Episcopus. 541.b
 Petrus Romam mittitur visitator à Theodorico Rege. 542.e
 Petro precipitur, vt visitet limina Apostolorum. 542.e.543.a
 Petrus à Synodo damnatur. 542.c
 Petrus Antiochenus damnatur à Felice Papa. 390.c
 Petrus ab omnibus damnatus. 390.e.392.c
 Petrus Chryzologus scribit ad Eutychem. 88.d
 Petrus Chryzologus quo anno ex hac vita migravit. 89.b.c
 Petrus Episcopus Kauemas ad Concilium Romanum se confert. 547.b
 Petrus à consuetudine Symmachii Papa abstinet, & qua de causa. 548.e
 ad S. Petri basilicam confugit Symmachus. 548.e
 Petrus poeta & magister Scrinij. 234.e
 Petrus Cnaphus damnatur in Concilio Constantinopolitano & Romano. 387.e.388.b
 ad Petrum Cnaphum Flacciani epistola. 389.c
 Petrus Fullo detegitur Arianus. 389.e
 Petrus Fullo tumultus excitauit. 292.e
 quid molitur sit in Episcopum Antiochenum. 293.c
 quid in Anthemium. 294.d
 Petrus Fullo rursus Episcopus Antiochenus. 361.d
 Petrus Fullo Romæ damnatur. 387.b
 Petrus Fullo aduersus Catholicos qua molitur sit. 429.a
 Petrus Fullo mittitur contra Concilium Ephesinum. 429.b
 Petrus Fullo defert Acacio. 430.d
 Petrus Fullo refellitur. 430.d
 Petri Fullonis temeritas repressa diuinitus. 431.c
 Petrus Fullo Episcopum ordinat Xenatam nondum baptizatum. 431.d
 Petri Fullonis obitus. 435.e
 Petrus monachus conuersus. 174.e
 Petrus hereticus redit Antiochiam. 327.e
 Petrus Mogus Episcopus Alexandrinus intrusus. 341.b
 Petrus Mogus dissipatur. 344.c
 Petrus Mogus laicus Alexandria multa mala molitur. 347.a
 Petrus Mogus publicat Zenonis Imperatoris Enoticon. 367.e
 Petrus promouetur in sedem Alexandrinam. 368.a.b
 Petri epistola ad Acacium de fide eius religione. 368.d
 Petrus Mogus altercatur cum Euphemio. 442.d
 Petrus Mogus moritur. 458.b
 Petrus ex Hiberia Episcopus Maiumæ. 172.b
 Petrus Episcopus Metropolis Niceæ. 244.c
 Petrus Episcopus Damasci. 626.d
 Petrus consul, doctrina ac pietate clarus. 658.d
 Phido diaconus alumnus S. Euthymij. 342.a
 Phido apparet S. Euthymius. 342.c
 Phido multa confert beneficia S. Euthymius. 342.e
 Philippus presbyter Hieronymi auditor librum edidit in Job. 219.d
 Philippus Episcopus Photicensis. 669.e
 Philoxenus Episcopus Hierapolitanus iniquus. 616.d
 Photi-

I N D E X.

Photinus diaconus Thessalonicensis legatus ad Anastasium. 528.e
 Photinus Tyri Episcopus in causa Iba. 64.d
 Photinus subscripsit contra Flavianum in Ephesina Synodo. 95.e
 Photinus conqueritur de iure sibi dimisso. 149.e
 Phrenetici solent medicos velut hostes putare, vel ledere. 480.b
 Via vota nunquam despicuntur à Christo. 444.d
 in Picentia pronuntia Pelagiani. 481.e
 Piceni Episcopi à Gelsio reprehenduntur. 482.a
 Pictores in pingendis imaginibus sacris sunt cauti. 258.a
 Pictorum licentia religioni subiecta. 580.c
 Pictura sunt representanda miracula. 560.d
 Pictura simulatur ab hereticis. 95.b
 Pietas insignis Sporij Comitum laudatur. 105.e
 Pietas magnam vim habet. 309.a
 Pietas inordinaria est penes Principes hereticos. 658.e
 Pij viri non franguntur aduersitatibus. 444.e
 Pinta Episcopus Arianus. 573.d
 in Pinta scribit S. Fulgentius. 504.c
 Pinta nobilitas est ordo monachorum S. Benedicti. 329.e
 Plantatio nulla est nisi à Deo. 327.e
 Plato cubicularij igne crematus. 423.a
 Plinius de defectu iura sterilitatis. 688.d
 Plinius descendit de celo Sanctorum oratione. 15.e
 Pœna peccatorum interdum delentur per tribulationem. 178.b
 Pœna contra Eutychemian. 481.d
 Pœna contra Zenonem inuentem secum degere hereticos. 321.d
 Pœna statuitur à Zenone in professores Concilij Chalcedonensis. 329.b
 Pœna Zenonis Imp. contra sacrilegos. 349.e
 Pœna hereticorum in Catholicos statuta. 410.b
 Pœna continuata sit intolerabilis. 448.a
 Pœna Olympij Ariani. 500.a.b
 Pœna in appetentes Pontificatum. 534.e
 Pœna Purgatorij mancipatus Paschasius. 533.b
 Penitentia Theodosij Imperatoris. 116.d
 Penitentia locus omnibus patere debet, qui conuersi errorem suum fatentur. 195.d.e
 Penitentiam Dei auertit. 203.e
 Penitentiam simulant heretici. 237.a
 Penitentia hereticorum suspecta. 439.e
 Penitentes heretici persape Romam veniebant. 132.d
 Penitentes Romam confugiunt. 436.b
 de Penitentibus decreta. 436.e
 Politicam potestatem etiam habent Episcopi. 516.b
 Polychronus Episcopus Viradunensis sanctus. 351.e
 Pomerius rhetor magister Cesarij. 194.b
 Pontifex. Vide, Episcopus.
 Pontifex Summus. Vide, Papa.
 Pontificum aures falsis subinde accusationibus replentur. 267.c
 Pontifices non omnia emendare possunt. 521.a.b
 Pontificatus nequaquam ambiendus. 534.e
 in Pontificatum ambientes pœna. 534.e
 Pontificum potestas etiam in secularibus rebus. 536.a
 in Ponto ingens terramotus. 12.b
 Populus Dei crescit in ista apum. 291.b
 Populus exclamat in Arianos. 470.b
 Populus ducatur ab Episcopis, & non Episcopi sequantur populum. 605.d
 Populus fidei ardore resistit Imperatori. 607.b
 Populus propter fidem incendium excitat.

Populus tumultuatur Constantinopoli. 613.a
 Populus Constantinopolitanus adductus Acacio. 656.d
 Populi Orientales à fide defecerunt. 658.b
 Populi noui Orbis ad fidem conuersi. 677.e
 Populi studia & factiones multa possunt. 170.d
 Populi falso semper se excusant. 488.d
 Populi in rebus iustis sub ditione tenendi. 480.b
 Populum Constantinopolitanum bõrtatur Hormisdæ Papa. 679.b
 Populo prescribuntur ieiunia & vigilia à sancto Perpetuo. 372.a
 Populorum peccata causa sunt, vt Deus hypocritas regnare faciat. 621.d
 Populis interdum acquiescendum est. 692.d
 Porcarius Abbas insignis. 193.a
 Porphyrij libri vetiti ab Imperatore. 50.c
 Portentosis obitus Hæreticorum. 423.c
 Porta reserata sponte aperitur aduentu sanctæ Genouise. 214.a
 Possessor Episcopus Occidentalis in Oriente. 678.d
 Possessor factus extorris ab Arianis. 481.d
 ad Possessorem Hormisdæ Papa epistola. 49.a
 Posthumani Consulatus, & inscriptio. 49.a
 Potentes si conuertantur, magna Christo gloria. 576.e
 Potentia humana non imminuit Ecclesiam. 376.e.d
 Potentiores opprimunt pauperes. 225.e
 Potentior auro est prudentia. 444.a
 Potestas politica etiam est apud Episcopos. 516.b.517.a
 de Potestate Ecclesiastica quomodo accipienda verba Gelsij Papa. 516.b
 Præcepta Ecclesie qui contemnit, à Deo contemnitur. 621.c
 Præconia & laudes Summi Pontificis. 100.b
 Prædecessores Pontifices non omnia emendare potuerunt. 521.a
 Prædestinati heretici qui. 451.a
 Prædicatio verbi Dei ad Episcopos spectat. 162.b
 Prædicationis minus cui committi debeat. 190.a
 Prædicatio quæ vtilis in Ecclesia. 578.e.579.a
 Prædicatio diebus Dominicis perutilis. 481.d
 ad Prædicationem cogendi populi. 481.d
 Prædicator Euangelij aut à Deo missus, aut à superioribus. 565.c.d.e
 Prædicatores sequuntur signa. 566.e
 Prædicatores considerandi non qui prædicent, sed quæ prædicent. 527.b
 Prædicationes Euthymij de Episcopatu Anastasij Hierosolymitanæ. 241.e
 ad Præfectos & seculares confugiunt heretici. 60.c
 Præfectura Zenonis quanto tempore. 292.e
 Prælati omnium Episcoporum est Papa. 25.b.32.d.e. 119.a
 Prælati à subditis diligendi. 548.d
 Prælatorum præceptis obediunt subditi. 652.b.c.d
 Prælia hereticorum primùm contra homines, postea contra cælestes. 530.c
 in Præliis quales fuerint Humi. 26.d
 Præmia quæ promittuntur delatoribus in coniurationibus diuine eligendi est Papa. 535.b
 Prærogatiua Romana Ecclesie. 25.b.32.e
 Prærogatiua Ecclesiarum non ex splendore, sed ex Apostolorum successione. 159.e
 Prærogatiua sæpe præcedunt persecutionem. 358.a.b
 Præsidium Theodosij contra hereticos. 51.a
 Præsules si fuerint mali, omnia mala agunt. 77.e
 Prætextatus magus fuga lapsus. 564.a.b
 Prætextus falsi hereticorum. 480.a
 Prætextus falsi schismaticorum. 489.c
 Præstantia Eucherij. 355.e
 Præuicatio legatorum sedis Apostolicæ. 397.b
 Præuicatio

I N D E X.

Pragmaticus Episcopus subscribit in Concilio Lugdunensi. 452.d
Pragmatica ubique cedant canonibus. 151.b
Pravi semper fugiendi. 488.b
Preces iuste Pelagii apud Deum. 458.e
Preces & ieiunia indicantur a S. Mamerto. 315.a
Presbyteri sint sanctitate insignes. 354.b.c
in Presbyterum peruersum terribilis ultio. 427.d
Presbyteris deferendum est a diaconis omni humilitate. 195.b
Presbyteris obtemperandum etiam discipulis. 527.b
Presbyteri etiam ex charitate medebantur. 28.d.e
Presbyteris interdicitum est mederi ad euitanda nonnulla pericula. 28.e
Prima sedes a nemine iudicatur. 550.b.c
Primarius ecclesie parant barbari Roma. 208.b
Primates deponuntur a Papa. 49.b
Primas omnium Episcoporum est Papa. 2.c
Primasus Episcopus Calaritanus. 574.a
Primum semper habuit Papa, etiam ex Concilio Nicano. 159.d
de Primatu sedis Apostolica Gelasius ad Dardanos. 505.d.e
Primatus cura abiicitur ab Anatolio Episcopo Constantinopolitano. 200.a.b
de Primatu decertabant Viennensis, & Arelatensis Episcopi. 32.a.b
Primitia etiam filiorum Deo offerenda. 493.a
Primordia Mariani Imp. que. 117.e
Principatum a Domino accepit Papa. 24.d
Principes non facile sibi illud patiuntur. 41.b
Principes prudenter regant. 41.a.b
Principes periculosè se miscant sacris. 61.a
& si in ea ius sibi arrogent, a Deo puniuntur. 77.e
Principes & animo regio esse aebem, & sacerdotali. 71.d.e
ad Principes non spectat Synodos indicere. 88.a
Principis gloria in eo maxima est, si erroris germina nulla exsurgant. 87.c
Principes quid respondere debeant hereticis, cum eorum libelli interpellantur. 149.c
Principis animum, licet pium, consiliarij impij in preceptis agunt. 111.e
Principes interdum leni manu reprehendendi. 79.d
Principes non iudicent Ecclesiasticos. 146.b
Principes non se intromittant in Ecclesiasticis. 149.c
Principum leges cessant, ubi sunt canones Ecclesiastici. 150.a.b.c
Principes Ecclesiasticum ius seruent, alioquin a Deo puniuntur. 179.a.211.a
Principes frustra in Ecclesiam insurgunt. 180.e
Principes persepe infelices. 207.a.b
Principis negotium, & Senatoris orium non conueniunt. 207.a
a Principibus que sint prima fundamenta scienda. 222.c
Principes nullo modo audiant hereticos. 231.a
Principes exterminent hereticos. 239.a.b
Principes pro Ecclesia agant, cum desunt Episcopi. 230.b.c
Principes verbera experiuntur ob violata iura Ecclesiastica. 291.d
Principes insulsa verbera dissimulant, & meritis grauioribus affliguntur. ibid.e
Principes venerentur Dei sanctos. 305.d
Principibus persepe obisunt propinqui. 307.a
Primus eps persoluens debita sui predecessoris facit vt securus sibi ab alijs impendatur. 309.e
Princeps diuinam obseruantiam ante oculos habere debet, sine qua nihil boni fit. 324.c.d
Principe palam malo, fit vt alij sibi similes detegantur. 321.a
Principes aliqui inconstantes propter desiderium regnandi. 336.a.340.b

Principes canones Ecclesiasticos seruent. 350.c.d
Principes inconsultè transigunt cum hereticis. 369.d
Principes interdum maxime mites sint. 446.b
Principes penitent sacrilegos. ibid.
Principes mali quam diu tolerentur. 459.a
Principes sepe in principio regnandi boni apparent. 461.d.e
Princeps caput populi. 501.e
Principes persepe avari. 462.d
Principum falsi pretextus. 483.a.d
sub Principibus Orthodoxis interdum ingemiscit Ecclesia. 484.c
Principes admonendi a Summo Pontifice. 486.c
Principes querant pacem in Ecclesia, & quomodo. 487.c
Principes expellant malos. 488.b
a Principibus captanda beneuolentia. 487.a
Principum est cum virtutibus amare famam. 524.d
Principes venerantur litteris Papam recenter creatum. 535.d
Principes Symmachi Papa tempore omnes infideles. 536.b
Principem sequuntur populi. 537.d.e
Principes Concilia congregare minime possunt. 547.e
pro Principibus etiam malis orandum. 558.c
Principes patienter audiant quoslibet Episcopos. 559.b
Principes timeant Dei iudicium. 559.e
Principes quam inferiores sint Summo Pontifice. 560.b
Principes si conuertantur, magna Christo gloria. 576.e
Principes vt regnent, forissecus sancti, intrinsecus scelerati. 577.e
Principibus obediendum in his que non sunt contra fidem. 582.e
Principes sint obseruantissimi iustitia. 593.c.d
Principum ira quiescit Sanctorum oratione. 615.e
a Principum ingressu Sancti arcentur interdum. 615.a
Principes hypocritas Deus regnare facit propter peccata populi. 621.d
Principes concordet sint quam maxime fieri potest. 643.e
Principes interdum periuri, vt regnent. 647.c
Principes sepe simulant. 647.c
Principes qua condicione, si fuerint suspecti, ad communionem sint admittendi. 653.c
Principes heretici pietatem nundinariam habent. 658.e. 659.a
Principes ab Episcopi reprehendantur. 667.b
Principes infideles, sed occulti, vt regnent. 666.e
Principum metu multi corruunt. 667.c.d
Princeps Episcoporum appellatur Papa. 668.b
Principes ne impediunt publicationes litterarum Apostolicarum. 683.b
Principes acquiescant interdum populis. 692.d
Principes malorum inuentionum is non detestatur, qui non declinat eorum sequaces. 670.c
Principia rerum semper maxime consideranda. 44.c
Principis adhibendum remedium. 41.a.b
S. Principius Episcopus Sueuionensis. 262.c
Priscillianista sentiunt contra sanctissimam Trinitatem. 47.c
Priuatio iniusta Danielis Carrhorum Episc. in Synodo Ephesina. 96.e
Priuatio iniusta Aquilini Episcopi in pseudoconcilio Ephesino facta. ibid.
Priuata inimicitia non obisunt Reipublica. 644.a
Priuilegium Romane sedis in restituendo Episcopo in Synodo deposito. 103.b
Priuilegium ille meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. 370.a
Priuilegia Ecclesia Casariensis abrogantur a S. Leone. 201.b
Priuilegia amittuntur ab is qui communicant cum hereticis. 682.a
Priuilegia Orientalis Ecclesie a sede Apostolica. 682.e
Proba virgo nobilis. 574.c
Proba

I N D E X.

Proba virginis virtutes & laudes. ibid.d
Probinus in Vrbe pugnavit in schismate. 549.a
Probus Episcopus legatus Simplicij Pape. 281.b
Procacita mira Amodei. 225.d.e
Procacia mira Aruandi. 283.b
Processus Neapolitana ab aegritudine liberata in translatione S. Sauerini. 522.c.d
S. Proclus Episcopus Constantinopolitanus moritur. 40.b
Laudatur. ibid.
Proclus philosophus quo tempore vixerit. 693.c
Proclus philosophus amicus Anastasij Imp. ibid.
Proclus impuram linguam in Christianos exaccuit. 693.d
Proclus aliter Iustini Imp. Quaestor. ibid.
Procopius Notarius in Concilio Constantinopolitano. 74.c
Procula vidua fruges plerimas occultauit. 204.e
Procula reprehensa a S. Seuerino subuenit fame laborantibus. ibid.
Proculus multas iniurias intulit S. Quintiano. 646.a
Proculus dat penas suis sceleris. ibid.c.d
Prodigiosus terrormotus Constantinopoli. 340.b
Prodigium magnum apparuit. 37.b
Prodigium de serpente et circa S. Damielcm. 334.c
Proditio ingens Basilisci Ducis exercitus. 287.a
Professio fidei Theodorici. 23.b
Professio fidei S. Flavianii. 75.e
Professio fidei mittitur a Proterio Episcopo Alexandrino ad S. Leonem. 189.e
Professio fidei Zenonis erat velata. 366.d
Professio Faustii. 451.e
Professio vera fidei. 668.d
Professio fidei legatorum Patriarche Alexandrini. 703.c.d.e
Professio fidei mittebatur ab Orientalibus ad Summum Pontificem. 625.b.c
in Professores Concilij Chalcedonensis statuitur pena a Zenone Imp. 329.b
Prohibenda spectacula diebus festis. 290.a
Prohibitio ne clerici vagantes sint. 154.d
Prolixitas in epistolis odiosa. 439.d
Promissiones Domini facte Apostolica sedi. 324.e
Propinqui obisunt Principibus. 307.a
Propria perdit, qui indebita concupiscit. 169.b
Proprietates vocum interdum negligitur ab auctoribus. 513.e
S. Prosper prorsus delens Pelagianam heresim. 18.e
Prosper Episcopus Regens moritur. 278.a.b
Prosperitas aliorum gaudium bonis, malis autem inuidiam parit. 447.c
Proterius ordinatur Episcopus Alexandrinus. 170.a
Proterius milita seculari vallatur. 170.d
Proterius Episcopus Alexandrinus professionem fidei mittit ad S. Leonem. 189.e
Proterius Synodum congregat Orthodoxorum. ibid.
Proterius occiditur. 224.b.c
Proterij nomen abraditur ab impio Timotheo. ibid.b
Protopogenes factus Consul, & quando. 70.e
Prouidentia Dei mira in curanda salute hominum. 5.c
Prouidentia Dei suis semper necessarium praestus auxilium. 107.e
Prouidentia diuina est ante parare arma, quam infet praellium. 38.c
Prouidentia Dei gubernatur eius Ecclesia. 331.e.536.b. 697.c.d
Prouidentia Dei in subleuanda Ecclesia. 425.d.e
Prouidentia diuina non patitur diu scelera latere. 439.a
Prouidentia Dei per miracula tempore necessitatis succurrit. 630.631.632
Prouidentia Dei in subleuando monachis tempore necessitatis. 634.b.c
Provincia Africana capta diuiduntur a Genseric Rege Vandalorum. 2.e

Prudentia in Principe est necessaria, vt bene regat. 41.a
Prudentia quam potentior sit auro. 444.a
Prudentia est expectare opportunitatem temporis. 443.c
Prudentia magna necessaria est cum hereticis. 650.e
Prudentia Hormisdæ Pape. 650.e.652.c.d
Prudentior sit Zeno Imp. pro fide Catholica. 339.d
Pseudomonachi occiduntur ab Antiochenis. 618.e
Publicatio Trifigij quo tempore fuerit. 38.b
Publicatur Enoicon Zenonis a Petro Mogo. 367.e
Publicè legebantur littere Apostolicae, in consolis Principibus, in eorum ditionibus. 683.b
Puella educanda cum timore. 310.e
Pueri generosa confessio. 419.c
Pueri septem annorum insigne certamen. 442.b
Pugna leonis cum dracone. 289.d
Pugna Theodorici pro Zenone. 362.b.c
Pugna Victoria Culusitane. 414.c.d
Pugna Gudila & Vedulphi pro Symmacho Pape. 548.e
Pugna Senatorum in Vrbe occasione schismatis. 549.a
Pugna Vitaliani pro fide Catholica. 647.b.c
Pugna magna monachorum pro fide & religione. 628
ad Pulcheriam Augustam Theodoretus scribit de reuocatione tributorum. 27.d.e
Pulcheria administrationem relinquit Imperij. 40.c
Pulcheria vrbane arguit Theodosij imprudentiam. 41.b
ad Pulcheriam Hilarius scribit contra Ephesinam Synodum. 107.c
ad Pulcheriam S. Leo, quod non posset ire ad Ephesinam Synodum. 78.d
ad Pulcheriam S. Leo pro Catholica fide. 87.b
Pulcherie S. Leo legatos commendat. 88.b
ad Pulcheriam S. Leo, quod que sunt vi, Apostolicis constitutionibus non preiudicant. 96.a
ad Pulcheriam Hilarius S. R. E. Cardinalis scribit contra Ephesinam Synodum. 107.b
ad Pulcheriam Galla Placidia pro defensione fidei, & Romani Pontificis. 110.c
Pulcheria reconciliatrix pacis Ecclesie. 116.a
Pulcheria virginitatem Deo vouit. 117.d
Pulcheria nupta Marci mo virginitatem seruat. 117.d.e
Pulcheria ad S. Leonem pro Ecclesie tranquillitate. 119.b.e
Pulcheria ad Strategium contra tumultuantes. 134.a
ad Pulcheriam S. Leo coner Anatolium. 169.d
Pulcheria ad Bassim pro fide Catholica. 187.b
Pulcherie fidei Catholica assertio. ibid.c.d
S. Pulcherie obitus in virginitate. ibid.e
Pulcheria quas basilicas exerecit. 288.b.c
Pulcherie spectata virtus. ibid.e
Pulcherie numisma. 187.a
Pulso legatus Hormisdæ Pape ad Episcopos Epiri. 672.a.c
Pulioni indiculus datus ab Hormisdæ Pape. 670.e
Pululatio Pelagianorum in Dalmatia. 480.e
Pulvere frustra quis dealbatur. 389.e
Pulueris excussio e pedibus facta a Daniele. 334.a
Purgatorij penis mancipatur Paschasius. 533.a
Puritas Gallicane fidei qualis fuerit. 583.d

Q.

Quadragesimalis obseruantia precipitur. 579.b.c
Quatuor Concilia velut quatuor Euangelia habenda sunt. 490.c.d.e
Questiones impias diabolus excitat, que remouenda sunt ab Ecclesia Dei. 129.c
Querela de Timotheo olim monacho. 223.a
Querela Anastasij Imperatoris iniusta contra Gelasium Papam. 477.e
Querela iusta S. Fulgentij cum excitatione. 573.b
Querela de Petro Mogo. 363.d

I N D E X.

Quintianus Episcopus Asculanus Petrum Cnaphcum reprehendit, & canones statuit contra ipsum. 388.c
 Quintianus Episcopus Rutenorum. 583.e
 Quintianus non patitur Gothos Arianos in Gallia regnare. ibid.d.e
 Quintianus fugit persequentes Gothos. ibid.
 Quintianus benigne suscipitur à S. Euphrasio. ibid.
 S. Quintianus à Proculo quæ passus sit. 646.a
 Quintianus oratione defendit urbem ab inimicis. ibid.
 Quintianus quid cum Theodorico tractauerit. ibid.d

R.

Rabies & crudelitas schismaticorum. 549.a
 Rabula Episcopus Edessa damnata scripta Theodori Mopuesteni. 67.a
 Radices vitiorum succidenda. 462.d
 Ras clarissima femina filium obtinet per Danielis orationes. 334.d
 Ras in æno mensis heretici comparantur. 482.c
 Rapitor saxi occisus Clodoueo precipiente. 585.c
 Ratio reddenda à sacerdotibus pro populo. 470.b
 Rationem vniuersisque reddere debet de seipso. 521.c
 Rauennatis Ecclesie priuilegia à Summo Pontifice, & non à Valentiniano Imp. 369.e
 Rauennus Arelatensis Episcopus. 86.b. 192.c
 Rauennus à S. Leone Papa Laudatur. 86.e. accipit litteras ab eodem Pontifice. 86.e
 Rebaptizabant omnes Arianos. 421.d.e
 Rebello Marciani filij. Anthemij. 361.e
 Reccarius Sueuorum Rex in Hispania factus Christianus. 70.d
 Reconciliatrix Ecclesie fuit Pulcheria Augusta. 116.a
 Redemptio ancille Carthaginensis captiua. 6.b
 Redemptio captiuorum quomodo fieri debeat. 495.d
 in Redemptione captiuorum vendit a vasa argentea à Sanctis. 591.d
 Reditus coactus Theodoretum Cyrum. 14.e
 Reges dominantur hominibus, desideria verò dominandi dominantur Regibus. 206.d
 Reges obediunt seruis Dei quæ bona consequantur. 305.c
 Rex quæ considerare debeat. 311.a.b
 Reges Franchorum bani à S. Remigio benedicti. 642.b.c.d.e. 643.a
 Reges Franchorum mali à S. Remigio maledicti. 643.a
 Reges concordēs sunt, præsertim cognati. 643.e
 Reges appellantur filij Imperatoris. 655.e
 Regum aures pulsanda pro pauperibus. 646.d
 Regis ira sicut fremitus Leonis. 34.b
 Reges estimare debent summum Pontificem. 47.b
 Regina diaconissa Hierosolymam venit. 633.b
 Regina oratione Seuerianus conuertitur. ibid.
 Regina in somniis apparer Ioannes Silentarius. 633.d
 Regina digna sententia de filio mortuo. 493.b
 Regnum stabilitur & propagatur obseruantia in sedem Apostolicam. 47.c
 Regnum Torifmundi quanto tempore durauerit. 139.e
 Regnum, id est, coronam capitis summo Pontifici donat Clodoueus. 639.e
 Regni consortes se inuicem occidunt. 25.c
 Regnum Alarici quantum durauerit. 584.a
 Regula fidei missa ab Hormisdæ Papa in Orientem. 679.e
 Relatio Mamantis de Eutyebete. 59.b
 Relatio Theopili de Eutyebete. ibid.
 Relaxatio captiuorum facta à Godigifilo. 498.d
 Relegatio Habetdeum Episcopi à Genferico. 12.b
 Relegatio S. Fulgentij in Sardiniam. 573.e
 Relegatur Felix Episcopus. 12.b
 Relegatur Urbanus Girbensis à Genferico. ibid.

Relegatur Godagifus ab Hunerico. 359.e
 Religio si proditur, omnia corrumpit. 41.e
 Religio fida Petri Mogi. 368.c
 Religio primò colenda. 504.e
 Religio semper permanfit immaculata in Apostolica sede. 679.e
 Reliquia S. Euphemie vbi reposita. 141.a
 ex reliquijs S. Euphemie conseruata miracula. ibid.b
 Reliquia S. Ferreoli inuenta. 315.b. & quomodo corpus integrum, & vestimenta illesa. 316.c
 Reliquia sanctorum veneranda. 141.b.c
 inde multa miracula. ibid.
 de Reliquijs ingens miraculum. 253.d
 Reliquia sanctorum illesa seruantur in terramotu. 536.a
 Reliquia sanctorum veneranda vi membra Christi. 457.e
 Reliquia Sanctorum plurima Neapoli. 522.b
 Reliquia S. Angustini quomodo translata in Sardiniam. 570.c
 Reliquia S. Anastasie martyris quando translata. 242.b
 Reliquia S. Eustathij translata à Calcedone. 361.a.b
 Reliquia sanctorum Nazarij & Romani quomodo translata in Sardiniam. 571.d
 Remedium adhibendum principis. 41.a.b
 Remedium vnicum ad expurgandas omnes hereses. 197.c
 S. Remigius conuertit ad fidem Clodouicum Franchorum Regem. 537.d
 Remigius Clodouicum baptizat, vt alter Siluester. ibid.e
 Remigius erat egregia scientia. ibid.
 Remigius quanta miracula ediderit. 539.c.d
 Remigius Franchorum Apostolus. ibid.e
 Remigius quæ sibi à Clodoueo donata pauperibus distribuerit. 540.d
 Remigium lux celitus circumfulsit. 539.e
 Remigius creatur Episcopus Rhemensis. 298.b
 diuinum signum in eius electione ad Episcopatum. ibid.c
 Remigij laudes immensa. 298.e
 Remigius suscepit de sacro fonte Ludouicum Regem. 425.b
 Remigius colitur ab Alarico. 581.e
 Remigius liberat a demone. Benedicti filiam, & ab inferis reuocat. ibid.c
 Remigius conuocat Concilium in Aureliana ciuitate. 584.e
 Remigius benedicit Clodoueo. ibid.
 Remigij monitione collegit Concilium Clodoueus. 587.a
 Remigius fuit causa vt Clodoueus coronam donaret Summo Pontifici. 639.e
 ad Remigium Hormisdæ Papa scribit. 640.a.b
 Remigius gerit vices Summi Pontificis in Gallia. ibid.
 Remigius Synodum Gallicanam congregat. ibid.e
 Remigius Angelus Dei dicitur. 640.c
 Remigius Arianum ad Catholicam fidem conuertit. 641.a
 Remigius benedicit Regibus Franchorum bonis, & malis maledicit. 642.b.c
 Remigius incantationes demonum detegit. 645.b.c
 Remigius magna priuilegia à Regibus concessa. ibid.c
 Remigij discipulus magna operatur. ibid.d.e
 Remissio tributorum ciuitatis Cyri queritur à Theodoro. 27.c.d.e. 643.a
 Renatus Cardinalis S. Clementis legatus mittitur ad Ephesinam Synodum. 85.c
 Renati & Collegarum legatorum constantia. 96.b
 ipsius egregia facta Ephesi. 302.a
 Renouatio plurimarum urbium sub Imperio Theodorici. 542.b
 Reparatus subdiaconus sine lingua loquebatur. 415.a
 Reprehenditur Theodosius Imperator à S. Leone dexteritate. 109.a.b
 Reprehenditur Anatolius à S. Leone. 168.c.d
 Reprehenditur Acacius à Simplicio Papa. 363.a
 Reprehenditur iterum Acacius. 375.d
 Repre-

I N D E X.

Reprehenditur Anastasius Imperator à Symmacho Papa. 559.b
 Reprehenditur iterum Acacius à Felice Papa. 380.b.c
 Reprehenditur Petrus Cnaphæus à Flacciano. 389.c
 Reprehenditur Indericus a S. Seuerino. 374.b
 Reprehenditur Hunericus Rex ab Habetdeum Episcopo. 422.c
 Reprehenditur Ioannes Episcopus Rauenna à Simplicio Papa. 369.e
 Reprehenditur Innentalis à S. Leone. 200.d
 Reprehenditur Ioannes Episcopus ab Hormisdæ Papa. 681.b.c
 Reprehenditur Rigorum Rex à S. Seuerino. 304.e
 Reprehenditur Marinus à S. Sabæ. 635.a.b
 Reprehenduntur Principes, præsertim heretici ab Episcopis. 667.b
 Representatio miraculorum in pictura laudanda. 500.d
 Res aliena neque minima rapienda. 585.c
 Respublica Christiana in misero statu constituta. 323.b.c
 Restitutio Theodoretum in propriam sedem à Concilio Chalcedonensi facta. 156.b
 Restitutio textus Irassiniani Codicis. 198.e
 Restitutio bonorum Ecclesie facta à Theodoro. 563.a.b
 Restitutio fori Ecclesiastici dempti à Valentiniano. 179.a
 Respublica non patitur detrimentum pro priuatis inimicitijs. 644.a
 Rete hereticorum oblectationes sunt. 483.a
 Reuolatio sancto Leoni facta de peccatorum remissione. 254.b
 Reuerentia Euarici Regis erga S. Patientem. 318.d
 Reuersio S. Fulgentij in Africam. 544.d
 Reuocatio S. Fulgentij Carthaginem. 572.b
 Reuocanda Ecclesiastica disciplina. 491.a.b
 Reus est audiendus, antequam damnetur. 16.b
 Rei dicantur non solum qui faciunt praua, sed etiam qui consentiunt facientibus. 364.e
 Rei noui condemnantur à iudice, nisi prius fuerint confessi, aut conuicti. 100.e
 Ricimer quid moliat in Anthemium. 294.c.d
 à Ricimere dirigitur legatio ad Anthemium. 295.a
 eius legatus Epiphanius. ibid.b
 Ricimeris demerita. 296.a.b
 cum Ricimere & Anthemio firmatur pax. 296.c
 Ricimeris prodicione necatur Anthemius. 301.b
 eius obitus. ibid.
 Ritus gentilitij reprehenduntur à Gelasio. 517.c
 Rixæ inter Zenonem & Marcianum. 361.e
 Rixæ inter Arelatensem & Viennensem Episcopos de primatu. 32.a
 Rogatus monachus martyr. 418.e
 Rogationes quando sint institutæ. 314.e. 315.c
 Rogationum vsus vbiq; diffusus. 315.d
 Rogationes cur ante Ascensionem. ibid.e
 Rogationes institutæ sunt à S. Mamerto. 314.e
 Roma concutitur terribili terramotu. 12.a
 Roma noua Constantinopolis. 55.c
 Romam mittuntur legati à Mauritanis. 215.c
 Romam ingrediuntur V Vandali. 207.e
 Romam inuadunt V Visigothi. 598.e
 Romam missus visitator à Theodoro. 542.d.e
 Roma referat omni sorte hereticorum sub barbaris. 378.e
 Romam venit Theodoricus Rex. 544.a. 545.b
 Romam venit S. Casarius. 592.a
 Romam conseruatum lapsi. 436.b
 Rome damnantur Acta pseudosynodi Ephesine. 107.e
 Rome percutitur barbari primarij ecclesis. 208.a
 Rome damnantur Petrus Fuldo. 387.b
 Rome pugnant Senatores in schismate. 549.a
 Rome siebant Circenses Iudi. 598.a

Romam venire exoptat Theodoretus. 103.c
 Roma pestis orta. 279.c
 Romam penitentia causa Orientales petunt. 132.c
 Romam missi legati ab Alexandria. 528.d
 Romanorum est persequi Manicheos. 13.c
 Romanum Imperium inuaditur ab Hunis. 25.d
 Romana Ecclesia prerogatiua. 25.a. 32.d
 Romanus Pontifex quanti estimatus apud Reges, & apud Arianos. 47.b
 Romani Pontificis verba vt oraculum à generali Concilio estimata. ibid.d
 Romani Pontifices antiquitatis tenacissimi. 48.a.b
 Romana Ecclesia quando cœperit Symbolum in Missa cantare. ibid.d
 Romani dicti Catholici. 215.d. 295.a
 Romanum Concilium sub Leone. 16.d
 Romanum Concilium sub Hilario. 270.e
 Romanum Concilium primum sub Symmacho Papa. 534.a
 Romanus Pontifex cognoscit & iudicat hereticos. 17.a
 Romana Sedes principem locum obtinet. 24.d
 Romanus Pontifex omnibus præest Episcopis. 31.d.e
 Romana Ecclesia semper fuit, licet ab omnibus Principibus Orbis concitaretur. 376.d.e
 Romana Ecclesia semper à Deo custodita. 531.b
 Romani Pontifices deponunt Primates. 49.b
 Romanus Senatus scribit ad Anastasium Imperat. laudando Hormisdæ Papam. 655.c
 Romani cur à Gothis victi. 285.c
 in Romanos Dei vindicta, & quare. 322.e
 Romana Ecclesia non imitatur humana potentia. 376.c.d
 Romana Ecclesie auctoritas inuicta modestie. 437.a
 Romana Ecclesia caprinos redimit. 499.a
 Romani Senatores à Gelasio reprehensi. 517.d
 Romanum Imperium collapsum ob gentilitium cultum. 521.c
 Romani populi zelus contra Magos. 565.b
 Romana Ecclesia lapsis succurrere consuevit. 436.a.b
 Romanus exercitus fugatur à Persis. 562.a
 Romani insectantur Manicheos. 13.c
 Romana Ecclesia vniò cum Alexandrina. 697. 698. 699
 in Romano Concilio tractatur causa Vitalis Episcopi. 398.d
 S. Romani reliquie quomodo translata in Sardiniam. 571.d
 Romulus S. Romane Ecclesie diaconus legatus Papa Gelasij. 482.a
 Rufinus legatus Hormisdæ Papa ad Episcopos Epirotarum. 669.e
 Rigorum Rex quid cum S. Seuerino. 304.e
 Rigorum Rex reprehenditur à S. Seuerino. 373.c.d
 Rigi vincuntur ob Odoacre. 440.e
 Rigi Gothi trucidores. 444.b
 Rima præcedentium posteros docet. 494.d
 Ruspensis Ecclesia obtinet Episcopum sanctum Fulgentium. 568.d.e
 Rusticus Lugdunensis Episcopus. 496.c
 Rusticus Episcopus Narbonensis. 86.b
 Rusticus Episcopus in Concilio Chalcedonensi. 142.e
 Rusticus subdiaconus martyr in Africa. 418.e

S.

Sabas instituit, vt Trifacion Græcè caneretur. 474.b
 Sabas presbyter ordinatur. 433.e.d.e
 Sabas falso accusatur, & absoluitur. 613.e
 Sabas legationis tempus, & causa. 614.d
 Sabas mittitur legatus ad Anastasium Imp. 615.a
 Sabas repellitur ab ingressu ad Imperatorem. ibid.b
 de Sabæ quid diuinitus ostensum Anastasio. ibid.c
 Sabæ petitio que. ibid.c

I N D E X.

Saba sedata iram Imperatoris contra Eliam. 615.e
Saba praesto est Elia Episcopo Hierosolymitano. 628.a
Saba magna constantia & virtus. ibid.
Saba epistola ad Anastasium Imperatorem. 629.b.c
Saba vera fidei confessio. 629.d.e
Saba secunda legatio ad Anastasium Imp. 634.e
Saba Marinum redarguit. 635.b
Saba ab Anastasio datur multum auri. 635.d
Saba oratione pluvia descendit de caelo. 688.d.e.689.a
Saba visitat Eliam Episcopum Hierosolymitanum. 695.a
Saba visio de obitu Anastasij Imp. 694.e
Saba vocatur ad iudicium contra Anastasium Imperatorem. 695.c
Sabinianns Consul victus a Gothis. 577.e
Sabinianns restitutus in Ecclesiam Parenorum. 158.b
Sabinianns Parensis Episcopus iniuste damnatur in Ephesina Synodo. 97.a
Sabinianns Consul victus a Gothis. 577.e
Sacerdotum dignum exemplar S.Leo. 2.b
Sacerdotes mali causa ruinarum. 36.a.b
Sacerdotum Domini matrum debet esse iudicium. 72.c
Sacerdotum delicta, communis est turpitudine. 147.b
Sacerdotes pro populo, & non populus pro sacerdotibus rationem reddet. 470.b
Sacerdotes scire debent quod praedicant. 200.e
de Sacerdotibus, & de fide iudicium primo spectat ad Papam. 110.a
per Sacerdotes malos sacramenta ministrata tenent. 527.a
Sacerdotibus etiam discipulis obtemperandum. 527.b
Sacerdotum peccata regenda. 553.b
Sacerdotum opera bona patientia sint. 553.e
Sacerdotum honesta cohabitatio. 554.a
Sacerdotes aluntur ex bonis Ecclesiasticis. 583.e
Sacerdotibus indumentis indigent Alexandrini. 702.e
Sacra laureata nominari solebant Imperatorum imagines. 147.a
Sacra profanis semper Deus prestare voluit. 180.e
Sacra a secularibus ne tractentur. 691.d.e
Sacramenta administrata per Acacium tenent. 527.a
Sacramenta a malis administrata tenent. ibid.
in Sacramentis Synodi celebrantur. 142.a
Sacramentum quid sit. 142.b
Sacramentum, & Sanctuarium idem significant. ibid.
Sacramentum Eucharistiae fiebat in litibus. 6.e
Sacri legi milites puniendi. 446.b
Sacri legi a Deo puniuntur. 597.b
Sacris periculum se miscent Principes. 61.a
Seculares nequaquam iudicent Episcopos. 146.a
Seculares potestates onat a sunt quibusdam artibus immiscere se in electione Rom. Pontificis. 377.d
ad Seculares & Praefectos confugiunt haeretici. 60.c
Seculares sunt sub potestate Pontificum. 517.a.b
Seculares ne se excusent peccando, quod laici sint. 518.d
in secularibus rebus Pontifices iura habent. 517.a.b
Seculares ne sacra tractent. 691.d.e
Seculum nostrum quibus vitiis abundet. 519.c
Sallustius sit Episcopus Hierosolymitanus. 433.a
Sallustius commouetur in Saba accusatores. ibid.
Sallustij obitus. 473.b
Sallustius que gesserit ante obitum. ibid.
Salonius filius S.Eucherij. 9.c
Salonius an Episcopus Viennensis. 9.e
Salonius Gallus Episcopus litteras Romanis Pontificis veneratur. 81.c
Salonianus eminebat eloquentia & sapientia. 9.d
Salus Sebastiani Comitis in dubio. 4.a
Salus hominum curatur mira Dei providentia. 5.c
Samuel presbyter excommunicatur. 64.c
Sanctio Marciani Imperatoris de abolenda lege Theodosij

contra Flavianum. 177.d
Sanctio Marciani Imperatoris contra haereticos. 197.e
Sanctio Marciani contra Anatum. 199.b
Sanctio Leonis Imperatoris pro fide Catholica. 222.a
Sancti viri calumnias effugere non possunt. 69.e
Sancti laborant pro fide Catholica. 106.e
Sanctos venerantur etiam impij. 334.a
Sanctorum animae egrediuntur interdum a corporibus vt columba. 6.e
Sancti afflicti iussu Capisuris Regis Maurorum. 215.d
Sanctorum beneficio aliqui consecuti sunt Imperium. 338.b
Sancti deridentur a mundanis. 396.a.b
Sanctorum aspectus terret multos. 556.c
Sanctos querunt multi in tribulatione. 581.e
Sanctorum veneratio maxime proficit. 425.b
Sanctus etiam creditur a Paganis. 493.e
Sancti spoliantur bonis Ecclesiasticis ab haereticis. 603.a.b
Sancti custodiuntur supernaturali auxilio. 599.b
Sancti sint presbyteri. 354.b.c
Sancti benedicunt pijs, & non impijs. 633.c
in Sanctos post homines sunt per alia haereticorum. 530.c
Sanctorum reliquiae in terram feruntur illase. 536.a
Sancti interdum a malis arcentur tanquam haeretici. 603.a
Sancti saepe calumniam patiuntur. ibid.b.c.d
Sanctorum imagines veneranda. 599.e
Sanctos sequitur populus. 605.d
Sanctorum sectatores mala patiuntur. 606.d.e
Sancti ab Anastasio Imp. varie tenati. 608.d
Sancti sunt velut ossa in corpore. 581.d
Sanctorum testamenta profunt Ecclesijs, & pauperibus. 593.c. 594.a
Sanctos custodit Deus. 596.a.b
Sancti vendebant vasa Ecclesiae argentea ad redimendos captivos. 591.a
Sanctorum labores pro Concilio Chalcedonensi. 610.611.e. 612
Sancti contemnuntur, & Deus eos extollit. 615.a
Sancti sedant Principum iram. 615.e
Sancti ad tempus loquuntur, & ad tempus tacent. 619.d
Sanctis assertur inopinata amonia. 634.b
Sancti patiuntur persecutiones. 680.c.c.81.a
Sancti necesse est vt constantes sint in tentationibus. 681.a. b
Sanctorum persecutio ab haereticis illata. 684.d.e
Sanctorum oratione pluvia descendit de caelo. 688.d.e
Sancti etiam abstinentes in dignitatibus constituti. 569.b.c
Sancti infirmos sanant. 597.c
Sancti sint parati ad effundendum sanguinem pro fide. 610.e
Sancti libere reprehendunt etiam Imperatores. ibid.
Sanctissimi Romani Pontifices appellati. 556.a
Sanctitas simulat a Eutychetis haeretici. 39.b
Sanguis ab imagine Saluatoris abundans fluxit. 39.b
Sanguis S.Euphemia repleuit Orbem. 141.c.d
Sanguis effundendus pro fide. 620.e
ad sanguinem effundendum pro fide sint parati Sancti. ibid.
Sanitas aegrotis reddita virtute crucis. 138.b
Sapientia & eloquentia eminebat Vincentij. 9.d
Sapientes calumnia conturbantur. 70.c
Saraceni vulnerant Sancti imaginem. 599.a
Saraceni a Deo puniuntur. ibid.a.b
Saracenorum Princeps ad fidem conuertitur. ibid.b.c
in Sardiniam relegatur S.Fulgentius. 569.e
in Sardiniam quomodo translatus corpus sancti Augustini. 570.c
in Sardiniam iterum exulat S.Fulgentius. 573.e
in Sardinia edificat monasterium S.Fulgentius. 574.d
Satisfactio querenda ab haereticis, antequam recipiantur. 363.d.e
Saturi praclarum certamen. 218.d
Saturi summa constantia. 219.a
Saturi dicenda est, non epistola, que in Cyrilli obitu scripta est. 20.a
ob scandalum euitandum propriam sedem repetebat Theodoretus. 101.c
Scandala maxime vitanda. 655.e
Scelera sacerdotum Britannorum. 35.e
Scelera haereticorum que. 173.d
Scelera & factura Dioscori leguntur in Concilio Chalcedonensi. 146.a.b
Scelera a Deo puniuntur. 597.b
Schisma inter Orientales & Romanum Pontificem. 471.b
Schisma post Anastasij Papa mortem. 531.e
Schisma partim tollitur per Theodorici Regem. 532.d
Schisma ambiguitate perplexum. ibid.
in Schismate pugnant Senatores in Vrbe. 549.a
Schisma recrudescit tempore Symmachi Papa. 541.a
in Schismate necati martyrio coronati sunt. 549.b
Schisma sublatum Rome. 557.d
Schisma remotum ab Occidente. 689.d
Schismaticorum falsi pretextus. 489.c
Schismatici visitatorem petunt. 541.a.b
Schismaticorum rabies & crudelitas. 549.a
Schismaticis datur tempus respiciendi. 550.d
Schismatici Rome non quiescunt. 555.d
Schismatici libellum offerunt contra Quartam Synodum. ibid.
Schismaticorum obiectiones contra Symmachum. 556.a
Schismatici scelesti. ibid.
Scripta Theodoretum numerantur. 15.d
Scripta Theodoretum a Theodosio iniuste damnata. 103.d
Scripta Theodoretum igni tradi mandantur. 104.b.c
Scripta supposita Gelasij Papa nomine. 512.d
Scripta Gemady dirigitur ad Gelasium. 457.b
Scripta S.Honorati probata. 456.e
Scripta S.Fulgentij desiderantur. 573.d
Scripta sancti celebrantur. 449.e
que tamen minime sunt tracta. 450.a
Scriptor rerum Theodosij quis fuerit. 608.e
Scriptores plures contra Eutyechianos. 166.e
Scriptores omnes sint sub arbitrio Papae. 458.a
Scripturae diuinae non alio modo intelligenda sunt, quam doctuerunt Apostoli & Patres. 129.c
Scripturae exempla maxime afferunt solatium. 22.b
Seythia occupatur a Vitaliano. 647.b
Sebastianus Comes ab Hispania ad Africam pertransit. 3.c
Sebastianus Comes fuit illustris. ibid.
Sebastiani certamen, & confessio fidei. ibid.
quid de eius salute. 4.a
Sebastianus Episcopus Soranus. 552.c
Secretarium in basilica S.Euphemia quale fuerit. 142.a
Sedes Humorum vbi fuerit. 26.b
Sedes propria Episcopalis repetitur a Theodoro ob scandalum euitandum. 101.c
Sedes Alexandria prima post Romanam. 490.d
Sedes Antiochena secunda post Romanam. ibid.
Sedes Archiepiscopalis Arelatensis quando inceperit. 595.e
cum Sede Apostolica communicare debent Ecclesia. 664.c.d
Sedes Apostolica. Vide, Papa.
in Sede Apostolica semper religio permansit immaculata. 679.e
Sedit Iob super fortes extra ciuitatem. 390.a
Seditiones excitantur ab haereticis. 58.b
Seditiones vrbium carum statum vocant in dubium. 377.c
Semina ruzinis faciunt haeretici. 43.c
Senator presbyter S.Leonis legatus. 115.d

I N D E X.

Senatores Romani a Gelasio reprehensi. 517.d
Senatores in Vrbe pugnant in schismate. 549.a
Senatus Romanus scribit ad Anastasium Imperatorem, quam promptus sit Hormisdai Papa pro rebus fidei. 655.c
Senatus Romanus quid cum Synodo pertractauerit. 549.c
ad Senatum Romanum epistola Anastasij. 659.d
Seneca haereticus stupidus. 482.d
Sententia iniqua in S.Flavianum. 95.a
Sententia libelius quomodo redditis Acacio. 403.a.b
Septimus monachus martyr. 418.e
Septuaginta septem Episcopi subscribere sententiae in Aca-cium late. 398.e
Sepulchra Sanctorum a Deo preparantur. 218.a.b
Sepulchra duo distantia miraculose coniuncta. 356.d
de Sepulchro & ecclesia S.Petri. 253.e
Sepulchrorum effossos sunt puniendi. 49.c
Sepulchus est vicius Zeno Imp. 460.a.b
Sepultura Danielis Stylite. 423.a
Sera vindicta magis diu venit. 460.c
S.Sergij invocatione liberatur ab igne Indus. 297.e
Sergius monachus ad Anastasium Imperatorem, & ad Hormisdai Papam mittitur pro fide. 685.a.e
Sermo dulcis & rectus dura corda molliit. 447.d
Sermo est acutior ferro. 498.d
Seronatus Praefectus scelestissimus. 284.c.d
de Serpente circa Danielem prodigium. 334.c
S.Seruatij peregrinatio quando. 136.b
Serui Vandalorum effecti nobiles Carthaginenses. 4.c
Serui non sunt ordinandi, S.Leonis decreto. 14.e
Serui Dei dextera atque prudentia corrigendi. 20.a
Serui Dei se purgare debent a calumnijs. 23.a
Serui Dei ab omnibus laudandi. 98.e
Serui euadunt pauperes. 286.a
Serui qui Deo fidem non seruant, neque hominibus seruire possunt. 499.d
Seruus docet modum imperandi. 206.e
Seruus Tuburbitanus dire vexatus. 414.e
Seruus subdiaconus martyr in Africa. 418.e
Seruus occiditur a Theodoro, quoniam fidem Deo non seruauit. 499.d
Sessiones Conciliorum aliquando etiam Secretaria dicte. 141.e
in Sessoriano Palatio Synodus celebratur. 548.c
Seuerianus Episcopi martyrium. 172.e
Seuerianus Episcopus Orthodoxus Seuerum damnat. 626.e
de Seueriano diuino miraculo ad fidem conuerso. 630.d
Seuerianus Eucharistiam coniugi euomere fecit. ibid.
Seuerianus Eucharistiam in lutum proiecit. ibid.
Seueriana femina ad fidem conuersa. ibid.
Seueriana femina Virgo Maria apparuit, & ipsam reprehendit. 631.a
Seuerianus Palaestinae Dux Catholicus redditur. 631.b.c
Seuerianus in monumentum Domini ingredi non potuit. ibid.
Seuerianus proprium peccatum confretetur. ibid.c.d
Seueriani conuertuntur propter miraculum afferuata Eucharistia. 631.e
Seueriana impietas signo visibili ostenditur. 632.c.d
Seueriana fides fuliginosa, squalida, & fetida. ibid.
cum Seuerianis communicare, est fornicari. 432.e
Seuerianus per sanctum Ioannem Silentarium cognitus. ibid.
Seuerianus per sanctum Ioannem conuersus. ibid.
Seuerianus Comes legatus Anastasij ad Hormisdai Papam. 659.a
S.Seuertini magna humilitas. 202.e
Seuerinus Ecclesiae Noricorum valde proficuum. 203.d
Seuerinus penitentiam predicat. ibid.
Seuerinus Viennensibus fame laborantibus succurrit. 203.d
Seueri-

I N D E X.

Seuerinus ante duos annos monstrauit diem quo transireturus
esset e corpore. 373.e
Seuerinus Noruorum Apostolus. 304.e
cum Seuerino quid Rex Rugorum. *ibid.*
Seuerinus p. rmonet Regem de euitandis insidijs. 305.b
Seuerinus contemnitur a Regina, qua punitur. 305.d
Seuerinum Regina veneratur. *ibid.*
Seuerini insigne miraculum pro fide. 306.b.c
Seuerinus quomodo famem propulsauerit. 320.a
Seuerinus predicat tempus Regis Odoacris. 322.c
Seuerinus que ad Rugorum Regem, & Reginam. 373.c.d
Seuerini variatio de futura transmigratione. *ibid.*
Seuerinus quid in fratrem Regis. 374.a.b
Seuerini obitus. 372.d. 374.c
Seuerini corporis translatio. 441.b
Seuerini corporis fragrantia. *ibid.*
Seuerini precibus manus loquitur. 441.c
Seuerini corpus translatum Neapolim. 522.b
eius vehiculo liberata femina ab egritudine. 522.d
eti. in meritis ipsius obfessi à demonibus curati. *ibid.*
Seuerino adificatum monasterium. 522.d
Seuerinus sanat Clodoaenum. 597.c
Seuerus Imperator occiditur. 274.a
de Seueri, siue Seueriani Consulatu. 290.e
S. Seuerus Treuerensis Episcopus. 351.e
Seuerus hereticus Constantinopoli. 604.a
Seuerus hereticus Episcopatam Antiochenum querebat. 607.c
pro Seuero laborat Anastasius. *ibid.*
Seuerus qualis impius. *ibid.*
Seueri primordia, ex mago hereticus. 607.d
Seueri varius status. 608.a
ibid.
Seuerus fidem mutat pro ratione temporis. *ibid.*
Seuerus Episcopus Antiochenus. 626.b
de Seuero epistola monachorum ad Alcyonem. *ibid.*
Seuerum damnant Episcopi Orthodoxi. 626.e
Seuerus insurgit in Eliam Episcopum. 627.e
Seuerus tenet decipere Regem Saracenorum. 635.d
Seueri legatis illud Rex Saracenorum. *ibid.*
Seuerus persequitur Syriæ monachos. 685.a
Seueri carnisuina. *ibid.*
à Seuero plures occisi monachi. 685.d
Sicilia defenditur à Castodoro Seniore. 3.c
ad Sicilia Episcopus epistola S. Leonis. 49.a
Sicilia à Vandalis depradatur. 201.d
in Sidone Synodus ab Anastasio congregatur. 613.c
Sidonij epistola de statu Maximi. 206.d
Sidonius donatus statue & coronis. 233.e
Sidonius creatur Episcopus Aruernensis. 301.d
Sidonij chronologia. *ibid.*
Sidonij humilitas. 303.a
Sidonius inuidiam passus. 304.a
Sidonij epistola ad Papiamillam. 309.d
Sidonius pro Aruernensibus orat. 314.e
Sidonius quid de rogationibus ad S. Mamercum. 314.d
Sidonij epistola ad Basilium de Galliarum statu. 317.a
Sidonij expositulario aduersus legatos. 353.c
Sidonij iusta reprehensio de iniqua pau. conditione. 353.e
Sidonij carmen in basilica S. Martini. 371.c.d
Sidonij epistola ad Orentium, in qua se excusat. 426.a
Sidonius quanto tempore in Episcopatu sederit. *ibid.*
Sidonij scripta. *ibid.*
Sidonius que passus à prauis presbyteris. *ibid.*
Sidonius quid diem obitus. 427.a
Sidonius valde celebrat scripta Faustii. 449.e
Sidonius vi abripit scripta Faustii. 450.a
Seginundus Rex à S. Auto conuersus. 502.a
Signum diuini apparuit in electione sancti Remigij. 298.d

Signo Crucis nos munire debemus in angustijs. 646.c
Signo Crucis maleficia enascuntur. 645.b
Signo Crucis Iulianus se à veneno custodit. 627.c.d
Signa tunc potissimum sunt, cum vehementia inflant mala. 138.b
Signa alta vite in morte piorum ceruuntur. 465.c.d
Silentarius missus ab Imperatore ad Concilium. 60.e
Silentarius custodius à Leone. 599.b
Silentium in hereticis malum est. 104.d
Silentium affectatum reprehendendum. 380.b.c
Siluanij Episcopi causa tractatur apud summum Pontificem. 271.e
Siluanus monachus conuertitur. 174.e
Siluester Cabilicensis Episcopus. 600.e
Simeon Stylita contrarius Theodosio Eutychem. 162.e
Simeon Stylita Eudociam Augustam conuertit. 209.c.d
Simeon Stylita ad Basilium pro fide. 237.e
Simeonis Stylite obitus. 250.e
eius Acta. *ibid.*
Simeon Orbis concionator. *ibid.*
S. Simeonis translatio. 251.b
Similitudines omnes aliqua in re dissimiles. 513.d
Simoniaca prauitas qua mala perit. 290.c
in Simonicos quid statutum sit. 243.b.e
Simplicius Tiburtinus creatur Papa. 281.a
Simplicius restitit Leoni Imperatori. *ibid.*
Simplicius Acacio Episcopo Constantinopolitano restitit. 300.c
Simplicius scribit ad Zenonem Imperatorem pro Ecclesia Dei. 323.e
Simplicius Papa ad Acacium pro Ecclesia Dei. 325.d
Simplicius ad presbyteros & Archimandritas contra Theum. 326.c
Simplicius ad Zenonem Imperatorem pro vera fide. 338.d
ad Simplicium Acacium de Alexandrina Ecclesia. 344.d.e
Simplicij peruigil cura totius Ecclesie. 345.b
Simplicius ad Acacium pro Ecclesia Alexandrina. 346.a
Simplicius ad Zenonem Imperatorem pro Alexandrinis. 346.d.e
Simplicius ad Acacium pro Alexandrina Ecclesia, & contra Petrum Mogum. 347.c.d
Simplicij epistola ad Zenonem de rebus Antiochenis. 350.a
Simpl. ius ad Acacium de Antiochena Ecclesia. 350.e
Simplicius coercere studet elatam mentem Acacij. 351.a
Simplicius ad Acacium de Calendione Episcopo Antiocheno. 360.d.e
Simplicius ad Acacium ipsum reprehendendo. 363.a. 364.c
Simplicius hortatur Acacium ad meliora. 364.a
Simplicius arguit Ioannem Episcopum Rauennatem. 369.c
Simplicium appellat Ioannes Episcopus Alexandrinus. 375.c
Simplicius redarguit rursum Acacium. *ibid.*
Simplicius Papa moritur. 376.a
Simplicius Papa que fecerit. *ibid.*
Simplicij Papa ordinationes. 377.b
Simplicius Papa auxit bona Ecclesie. 378.d
Simplicius Papa ecclesiam S. Andrea in Esquilino monte consecrauit. 376.a
Simplicius Episcopus in Gallia exulat. 318.a
Simplicius discipulus S. Benedicti. 502.d
Simulatio magna Eutychemorum. 176.b
Simulatio Zenonis, quod damnaret Eutychemianam heresim. 367.c
Simulatio religionis Anastasij Imp. 647.c. 660.b
Simulatio Anastasij magna. 658.e. 659.660
Simulatio quantum Deo displiceat. 658.e. 659.a
Simulatione interdum vincuntur tyranni. 674.a
Simulationes hereticorum que. 603.a
Simula-

I N D E X.

Simulatores sunt heretici, & periuri. 647.a.b.c
Sinclitus diaconus legatus ad Gelasium Papam. 466.d
Sixtus Tertius quo tempore mortuus sit. 1.e
Societas maiorum semper fugienda. 488.b. 671.d.
674.e
Societas cum hereticis omnino fugienda. 681.d
Socij peruersitatis peruersi existimandi. 488.a
Socordia Acacij suspecta. 326.d
Solutum maximum ex Scriptura exemplis. 22.b
Sol teter apparet. 423.d
Solem adorabant Manichei. 14.a
Solis cultus superstitiosus sublatus. *ibid.*
in Solemnitatibus se immiscet demon. 605.b
Solicitudo omnium Ecclesiarum ad Papam pertinet. 344.d
Solitudo miseranda aliquarum Ecclesiarum in persecutionibus. 317.c
Somnium Anastasij Imperatoris. 693.b
Sorte sortitur religio inter Episcopos, & monachos. 343.c
Soterichus Episcopus Casarea Cappadocie. 618.b
Soterichus nequissimus omnium hominum. *ibid.*
Spectacula vitia diebus festis. 290.a
Spes vana hereticorum. 329.c
Spes melioris status est solamen presentis miserie. 327.a
Spes impiorum frustratur. 696.b
Spes vana ac tumor Acacij. 300.b
Spica germinatur ab Eucharistia asseruata. 632.a
de Spiritu sancto liber compositus est à sancto Fulgentio. 573.d
Spiritus sanctum in forma columbae representari, & minime ipsum columbam esse Spiritum sanctum tenent Christiani. 432.c
in Spiritu cognouit Ioannem Silentarium S. Sabas. 533.e
Splendor ciuitatum non dat prerogatiuam Ecclesie, sed successio Apostolorum. 159.e
Spolia Episcoporum rapiantur à Fisco Vuandalico. 393.b.c
Sporatius Comes auxiliatur Theodoro contra Chrysaephium. 105.e
Sporatius laudatur ob insignem pietatem. *ibid.*
ad Sporatum Theodoretus de eius zelo & animi propensione. 106.c
Stabilis sit fides confessione sancti Petri. 391.d
Statua erigitur Theodoro. 362.c
de Statu Gallicano epistola Sidonij ad Basilium. 317.a.b
Status Alexandrinorum miserimus. 702
Status miserandus Orientalis Ecclesie. 667.e
Status miserandus Reipublice Christiana Arianorum tempore. 323.b.c
Stephanus Episcopus Ephesina Synodo interfuit. 90.c
S. Stephani oratorum seruatum in incendio. 136.e
Stephanus è sede Ephesina deponitur. 157.e
Stephanus Episcopus Antiochenus martyr. 349.c
Stephanus alter Episcopus Antiochenus eligitur. 349.d.
350.d
Stephanus Iunior quanto tempore sederit. 351.c
ad Strategium Pulcheria scribit contra tumultuantes. 134.a
Studium Simplicij Papa in coercenda elata mente Acacij. 351.a
Studium Eutychemis vt videretur Catholicus. 71.e
Subditi obediant prelati. 652.c.d
Subditorum bona curet Episcopus. 27.d
Subditi diligant prelatum. 548.d
Subrogatio Anatolij in Episcopatu Constantinopolitano pro Platiano. 97.a
Subrogatio iniusta Athenasij Episcopi pro Sabiniario. *ibid.*
Subrogatio iniusta Nonni Episcopi pro Iba. *ibid.*
Subscriptio in Concilio non ad presbyteros, sed ad Episcopos spectat. 59.e

Subscriptio Episcoporum in Concilio quo ordine fieri debeat. 131.d
Subscriptio prima Hilarij in Concilio Arausicano. 8.a
Subterfugit Eutychemis heretici. 58.d. 61.d
Successio Apostolorum dat prerogatiuam Ecclesie, & non splendor ciuitatum. 159.e
Successorem nullus Romanus Pontifex sibi elegit post S. Petrum. 535.b
Sueni vincuntur à Theodoro. 213.a
Summa virtutum omnium est charitas. 54.e
Superbia Hilarij Episcopi Arelatenfis comprimitur. 31.c
Superbia quantum Deo displiceat. 527.d
Superbia reprehenditur Acacius. 380.c.d
Superiores semper sunt excusandi. 650.a
Superiores curent reuocare lapsos. 676.c.d
Supernaturale auxilium est Sanctis Dei. 599.b.e
Superstitiones sequebatur Attila. 27.c
Superstitio Manicheorum de Solis cultu. 13.c. 14.a
Superstitiones gentilitie edicto tolluntur. 165.a
Superstitiones ab Ecclesia tollende. 49.c. 517.c. 518.a
Superstitiosi à Gelasio conuincuntur. 520.c
Superstitiosi fatalem necessitatem inducunt. 520.b
Susceptio honorifica legatorum Romani Pontificis à Marciano Imperatore. 118.d
Suscitatur mortuus à S. Theodoro. 645.e
Suspecta Acacij socordia. 326.d
Suspenditur Vitalis Episcopus à Summo Pontifice. 401.d
Suspecta mulieres à clericis fugiende. 554.a
Syagria Sanctissima femina. 498.b.c
de Symboli additamento, & quando. 47.c
Symboli additamentum plures populi receperunt. 47.d.e
Symboli additamentum constituit vt caneretur in Ecclesia Romana Benedictus Papa v I I a. 48.d
Symboli maxima vtilitas. 47.e
Symbolo Apostolico antiquo cur semper vsa sit Romana Ecclesia. 48.b
Symbolum nouum seruandum propositum Episcopis à Zenone Imperatore. 379.a
Symbolum Apostolorum profitentur heretici, sed male interpretantur. 606.c
Symbolum Ephesinum, Nicanum, & Constantinopolitanum à Chalcedonensi Concilio confirmatur. 152.e
Symbolum Nicanum quale. 91.d
Symmachus creatur Papa. 532.b
schisma constitutum. *ibid.*
Symmachus Concilium primum Roma congregat. 534.a.b
Symmachus constitutiones contra ambientes Pontificatum. 534.e
Symmachus Anastasium Imperatorem admonet. 535.d
Symmachus tempore iterum schisma recrudescit. 541.a
Symmachus iterum Concilium Roma congregat. 542.c
Symmachus Papa epistola ad Cesarium Episcopum Arelatensem. 541.c. 554.e
à Symmachus consuetudine abstinentium interdum Episcopi. 547.b
Symmachus auctoritate, & non Regis, congregatum Concilium Romanum. 547.e
in Symmachum quantum populi amor. 548.d
Symmachus redit in basilicam S. Petri. 548.e
Symmachus ad Theodoricum que nuntianda miserit. 549.d
Symmachus causam Theodoricus Synodo dimittit. *ibid.*
in Symmachus absolute sententia Synodi. 550.b.c
Symmachus decretum de non alienandis bonis Ecclesie. 551.c
Symmachus summa modestia cum constantia. 552.c. d. 557.b.c
à Symmacho excommunicatur Anastasius Imperator. 552.d.
Symmachus apologeticus libellus aduersus Anastasium Imperatorem. 559.a.b
Symma-

I N D E X.

Symmachus valde reprehendit Anastasium Imperatorem. *ibid.* b.c.d. 560.
 Symmachus falsè ab Anastasio accusatus tanquam Manichæus. 559.e. 560.a
 Symmachus Manichæos exagitat. 561.e
 Symmachus congregat vsque ad sextam Synodum Romæ. 562.e
 Symmachus alit exules Episcopos. 571.b
 Symmachi consolatoria epistola ad exules Episcopos. *ibid.* c
 Symmachus reliquias Sanctorum mittit in Sardiniam. *ibid.* d
 Symmachus compatitur Ecclesie Orientali. 619.b
 Symmachi epistola ad Orientales. *ibid.* d
 Symmachus hortatur Catholicos viriliter agere. *ibid.*
 ad Symmachum Orientalium epistola. 622.a
 Symmachus rogatur, vt auxilium præstet Orientalibus. 622. 623. 624
 Symmachi Papa Epistola ad Episcopos Galliarum de priuilegijs Ecclesie Arelatensis. 636.c
 Symmachi Papa Epistola ad Casarium Episc. Arelatensem. 637.d
 Symmachus Papa moritur. 638.c
 Symmachus quas basilicas erexerit & ornauerit. *ibid.* d.e
 Symmachus que ornamenta basilicæ sancti Petri dederit. 638.e
 Symmachi opera illustrata, & quæ. 639.a.b.c
 Symmachi ordinationes. *ibid.* c
 Symmachus iudex constitutus à Theodorico. 563.e
 Synodalia hæreticorum minime recepit Elias Episcopus. 628.a
 Synodalis epistola ad Hormisdam Papam. 669.b
 Synodus prouincialis non sine Metropolitanò celebratur. 46.e
 Synodus Prædatoria, vel Latrocinium Ephesinum. 90.a
 Synodos ingrediuntur heretici ambigioso freti comitatu. 60.d
 ad Synodum Ephesinam quos legatos miserit S.Leo. 79.e
 Synodi Romane sententia in absolutiõne Symmachi. 550.b.c
 Synodus Romana quid cum Senatu Romano egerit. 549.e
 Synodi eiusdem alia actio. 551.a
 Synodus peccata sacerdotum regit. 553.b
 Synodum congregare simulabat Anastasius Imperator. 647.c
 Synodus in Sidone ab Anastasio congregatur. 613.c
 de Synodi in Sidone tempore. *ibid.* d
 Synodus Episcoporum Epirotarum. 668.a
 ad Synodum in Epiro habitam Hormisdæ Papæ epistola. 670.e
 Synodus. Vide, Concilium.
 Syriæ monachi à Seuero afflictati. 685.a
 Syriæ monachi confugiunt ad Anastasium Imp. & ab eo expelluntur. *ibid.*

T.

Tarracenses Episcopi quid ad Summum Pontificem scripserunt. 271.b
 Tarracensis Synodus in Hispania. 673.d
 Tarracensis Synodi canones. *ibid.*
 Tarilla sancta virgo. 465.a
 Tarilla ad celum vocata à S.Felice Papa. 465.c
 Templum Dei genitrici edificatur. 221.d
 Templum pulchrum Mariae Virgini à Cyro dicatur. 38.e
 Templum Mariae Virgini erigitur à Leone Imperatore. 221.d
 in Templo collocatur vestis B.Mariæ Virginit. 307.b
 Templum S.Stephani ab Eudocia Augusta construitur. 252.e
 Tempus quo ordines sint conferendi. 24.e
 Tempus quo fuit popalatum Trifigion. 38.b

Tempus respiciendi dandum aduersariis. 550.d
 Tempore necessitatis succurrit Deus. 630.631.632.633
 Temerarius conatus & fastus Acacij. 300.a.b
 Temeritas Auitiani sacrilegi r epressi diuinitus. 374.d
 Temeritas Friderici erga sacra non remanet impunita. *ibid.*
 Temeritas Petri Fullonis diuinitus reprimitur. 431.c
 Tentationes Sanctorum multæ. 608.d.609.b
 in Tentationibus necessaria est constantia. 681.a.b
 Tentatio Seueri, vt decipiat Regem Saracenorum. 635.d
 Tentationes patiuntur Sancti. 680.c
 Tentationes viles Christiano. 678.e.679.a
 Tergiversatio inanis defensorum Acacij. 428.d
 Terra debescens vicos absorbit. 36.e
 Terramotus terribilis concussit Romam. 12.a
 Terramotu corrunt quinquaginta septem turres Constantinopoli. 36.e
 Terramotus ingens in Orbe. *ibid.*
 ex Terramotu miserandi casus exoritur. 36.e
 Terramotu Roma concutitur. 12.a
 Terramotus magnus Antiochiæ. 240.a
 ex quo multa mala. *ibid.* c.d
 Terramotus prodigiosus Constantinopoli. 340.a
 Terramotus ingens in Ponto. 536.a
 in Terramotu seruantur reliquie Sanctorum. *ibid.*
 Terramotus magnus in Dardania. 692.d
 Terror S.Eulaliæ cohibuit Theodoricum à depredatione Emeritensis vrbs. 213.b
 Terror diuinus cohibuit Anastasium Imp. ne occideret Iustinum, & Iustinianum. 692.c
 Thessalonicensis Ecclesie legati ad Romanum Pontificem pro pace. 528.e
 Thessalonicensis Ecclesia habet subiectam prouinciam Epiri. 680.e
 Thessalonicensis Episcopus confirmabat Archiepiscopum Epiri. *ibid.*
 Testamentum S.Casarij per epistolam. 593.e
 Testamento qua reliquerit S.Casarius monasterio. 594.e
 595.a
 que Cypriano Episcopo. *ibid.*
 qua Casaria sua sorori Abbatisse. 595.b
 qua Agrinæ puellæ. *ibid.*
 Testamenta Sanctorum proficua Ecclesijs & pauperibus. 593.e.594
 Testificatio clericorum Edeffe pro Iba. 65.c.d
 Textus Iustiniani Codicis restituitur. 198.e
 Thalassius Archiepiscopus vocatus à Theodosio ad Synodum Ephesinam cum Dioscuro. 77.d
 Thalassius interfuit Synodo. 90.d
 Thalassius Casaræ Cappadocia Episcopus indulgentiam consequitur in Concilio Chalcedonensi. 148.b
 Thalassius Episcopus Andegauensis. 195.e
 S.Thecla beneficio recepit Imperium Zeno Imperator. 338.b
 Theodemirus Rex Hispaniarum Catholicus. 70.e
 Theodoretus epistola de Carthaginensium malis. 4.d
 Theodoretus epistola ad Domnum. 5.a
 Theodoretus epistola plures ad diuersos pro Calestiano. 5.e
 Theodoretus Cyprianum Episcopum commendat. *ibid.* e
 Theodoretus epistola ad Eustachium pro Maria nobilissima Carthaginensi. 6.b
 Theodoretus cogitur redire Cyrum. 14.e
 Theodoretus epistola ad Eusebium Ancyra. 15.b
 in Theodoretum calumnie. *ibid.* c.d
 Theodoretus sua scripta numerat. *ibid.*
 Theodoretus defenforem se exhibet Catholicae fidei. 16.e
 Theodoretus epistola ad diuersos. *ibid.* a.b
 Theodoretus defenditur ab impostura epistola Nestoriani de obitu S.Cyrilli. 20.a.b.e.21.a
 Theodoretus calumnias sibi illatas æquo animo suserit. 22.c
 Theodoretus Catechista Antiochenus. *ibid.* e
 Theodoretus

I N D E X.

Theodoretus Catholicae fidei professio. 23.b
 Theodoretus secutus est doctrinam Patrum. *ibid.* d
 Theodoretus curat Cyri ciuitatis tributorum remissionem. 27.d.e
 Theodoretus maxime studiosus erga suos. *ibid.* d
 Theodoretus magnam curam gerebat Petri presbyteri medici. 28.d
 Theodoretus epistola ad Pulcheriam Aug. de relectandis tributijs. 28.a
 Theodoretus epistola ad Apellam de cura Episcopi erga subditos. *ibid.* d
 Theodoretus ad Nomum Consullem tres epistola. 30.b
 Theodoretus scribit ad Salustianum de claudibus sui temporis. 42.a.b
 Theodoretus epistola ad Domnum de causa Irenæi. 51.c
 Theodoretus status qui. 52.b
 Theodoretus epistola ad Nomum Consularem. *ibid.* c
 Theodoretus confutat aduersariorum calumnias. 52.e
 Theodoretus vitæ compendium. 53.a
 Theodoretus exoptat vt bene consulatur Ecclesie. 53.c
 Theodoretus due epistola ad Flavianum, prima de fidei confessione, secunda qua conuincitur de Dioscuro sibi inimico. 53.e
 Theodoretus epistola ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanum de fidei confessione. *ibid.* e
 Theodoretus epistola ad eundem, vbi conuincitur de Dioscuro. *ibid.*
 Theodoretus epistola ad Basilium de noua heresi Eutychianna. 54.e
 Theodoretus queritur de Dioscuro. 55.b
 Theodoretus calumniam patiens queritur. 69.c.d
 Theodoretus vndique appetitus calumnijs. 69.e
 Theodoretus prohibetur ne accedat ad Concilium Ephesinum. 77.b
 Theodoretus ad Protogenem Consullem scribit pro Ecclesia pace. 71.a
 Theodoretus ad diuersos de Ecclesie tranquillitate. *ibid.* c
 Theodoretus ad Renatum de eius constantia. 96.b
 Theodoretus ad S.Flavianum ipsum laudando. 98.c
 Theodoretus ad Ibam ipsum consolando. *ibid.* e
 Theodoretus legatos mittit ad sedem Apostolicam pro sua restitutione. 99.e.100.a
 Theodoretus epistola ad S.Leonem. 100.a
 Theodoretus præconiæ de Romana Ecclesia. *ibid.* b
 Theodoretus ad Apostolicam sedem appellat. 100.a.b.c.101.b
 Theodoretus queritur quod depositum è sede Episcopali. 100.e
 Theodoretus integra fides & labores. 101.a
 Theodoretus ob scandalum sedem repetit. *ibid.* c
 Theodori paupertas. *ibid.* d
 Theodoretus epistola ad Renatum, qua ipsum laudat, & ab eo auxilium petit. 101.e.102.a.b
 Theodoretus ad Florentium Episcopum scribit pro defensione fidei. 102.e
 Theodoretus ad Archidiaconum Romanum pro fidei defensione & tranquillitate. *ibid.*
 Theodoretus ad Anatolium, vt petat sibi concedi licentiam Romanam veniendi. 103.c
 Theodoretus ad eundem commendando S.Leonis epistolam ad Flavianum. *ibid.* d
 Theodoretus scripta iniuste à Theodosio damnata. 103.d
 igni tradi mandantur. 104.c
 Theodoretus ad Anatolium scribit contra hereticos. 105.d
 Theodoretus scribit ad Vranium de reciproco amore in tribulationibus. 105.b
 Theodoretus ad Alexandram ipsi gratias agendo. *ibid.* d
 Theodoro Sporarium Comes auxiliatur contra Chrysaphium. *ibid.* e
 Theodoro Constantinopolitani non omnino credebant. 106.a
 Theodoretus à suspensione se purgat à historica tractatione contra Nestorium. *ibid.* b

Theodoretus scribit ad Sporarium Comitem eius pietatem laudans. 106.c
 Theodoretus ad Ioannem Episcopum de turpi Orientalis Ecclesie facie. 113.b.c
 Theodoretus epistola ad Abundium legatum sedis Apostolicae. 120.e
 Theodoretus fidei confessio. 121.a
 Theodoretus subscribit epistola S.Leonis. 121.a.b
 pro Theodoro Vincomalus agit. 121.c.d
 Theodoretus ad Vincomalum de iniurijs sibi iniuste illatis. 121.e
 Theodoretus ad Anatolium Patricium pro fide, & Ecclesia pace. 122.d
 Theodoretus ad Asparem Conf. pro Orientali Ecclesia. 123.d
 Theodoretus digne laudes. 124.a
 Theodoretus humilitas. *ibid.* b
 Theodoretus ad Ioannem Archimandritam pro Catholica fide. 124.b
 Theodoretus à Synodo Chalcedonensi admissus. 124.d
 Theodoretus à Concilio Chalcedonensi restituitur. 156.c
 ad Theodoretum S.Leo scribit, vt pugnet contra hereticos. 190.c
 Theodoretus obitus. *ibid.* e
 Theodoretus alter Iunior. 499.e
 Theodoricus Gothorum Rex vicit Suenos. 213.a
 Theodoricus in Lusitaniam victor succedit. *ibid.* b
 Theodoricus ab Eulaliæ martyre territus abstinet à depredatione Emeritensis vrbs. 213.b
 Theodoricus mores laudati. *ibid.*
 Theodoricus Gothorum legislator. 284.e
 Theodoricum persequitur Hunericus frater. 359.d
 Theodoricus Amalus Rex Gothorum pugnat pro Zenone. 362.b.c
 Theodoricus vicit Odoacrem. 459.d
 Theodoricus gratus Zenoni. 396.e
 Theodoricus Triarij obitus. 357.d
 Theodoricus qualis. 357.e
 Theodoricus Amalus à Zenone vocatus. *ibid.*
 Theodoricus infestus Zenoni. 437.b
 Theodoricus qua tractauerit cum Zenone. 437.d
 Theodoricus expeditio aduersus Erulos. 440.c
 Theodoricus in Italiam venit. 443.c
 Theodoricus Epiphanium Episcopum laudat. *ibid.*
 Theodoricus regnat pro Odoacre. 476.b
 Theodoricus Odoacrem interimit. *ibid.*
 Theodoricus pacem ab Anastasio Imp. querit. *ibid.* d
 Theodoricus pacem sibi cum omnibus Principibus conciliat. 477.a
 Theodoricus Audefendam coniugem accipit. 477.b
 Theodoricus rebus politicis moderandis intentus. *ibid.*
 Theodoricus vlsitatur in Erulorum fautores. 493.e
 ad Theodoricum Laurentij & Epiphaniij legatio. *ibid.* d.e
 Theodoricus lex aduersus Erulorum fautores. 494.a.b
 Theodoricus dona diuinitus præstita. 494.c.d
 Theodoricus veneratur S.Epiphanium. *ibid.* e
 Theodoricus agit cum Epiphanio de legatione ad Burgundiam Regem. 495.b
 Theodoricus fauet Catholicis. 499.c
 Theodoricus seruum occidit, qui fidem Deo non seruauit. *ibid.*
 ad Theodoricum posterior legatio Epiphaniij. 524.b
 ad Theodoricum Epiphaniij oratio. 524.d
 Theodoricus optata concedit Epiphanio. 524.e
 Theodoricus Rex sisma dirimit. 532.d
 Theodoricum Regem schismatici appellant. 541.a
 Theodoricus Romam visitatorem mittit. 542.d.e
 Theodoricus ipsemet Romam venit, & quare. 541.b.542.b
 Theodoricus ammonam populo largitur. 542.b
 Theodoricus pacem cum Vandalorum Rege federe nuptiarum confirmat. 544.d
 Theodo-

I N D E X.

Theodoricus de sede Apostolica bene meritus. 545.c
 Theodoricus Concilium congregare noluit sine Papa auctoritate. 547.d.c
 ad Theodoricum que nuncianda Symmachus miserit. 549.d
 Theodoricus causam Symmachi Synodo dimittit. ibid.
 Theodoricus Bulgaros superat. 554.e
 Theodoricus studium commendatum. 558.a
 Theodoricus ab Emodio laudatur. 558.b
 Theodoricus parat decreto Romani Pontificis. 563.b
 Theodoricus epistola ad Agricolaum contra magos. ibid.d.e
 Theodoricus sudus mit cum Gundebado Rege, & Alarico. 583.c
 Theodoricus cum Anastasio Imp. pugnat. 588.e
 Theodoricus relaxat tributum Gallis. 589.e
 Theodoricus veneratur S. Casarium. 591.d
 Theodoricus dona largitur S. Casario. ibid.
 Theodoricus que pertraxerit cum S. Casario. 592.d.e
 Theodoricus iustitia obseruatifsimus. 593.c.d
 Theodoricus laudat Felicem Consulem. 604.e
 Theodoricus legationem mittit in Orientem. 655.b
 Theodoricus filius Clodouci regnat post patrem. 643.d
 Theodoricus filius infirmatur. 645.d.e
 Theodoricus filius moritur. ibid.
 Theodoricus filius à S. Theodorico suscitatur. ibid.d.e
 Theodoricus oculo infirmatus curatur à S. Theodorico. 646.a
 Theodoricus bellicosissimus. ibid.
 Theodoricus religioni tantum cedebar. ibid.b
 Theodoricus vallauit Aruernensem ciuitatem. ibid.b
 Theodoricus perdidit sensum S. Quintiano orante. ibid.c
 Theodoricus penitentem respiciit. ibid.
 Theodoricus quo tempore laudatus impune. 68.b
 Theodoricus Manlius Consul illustris. 576.c
 Theodoricus Consul abdicat se à seculo. ibid.d
 ex Theodori abdicacione magna Christo gloria. 576.e
 S. Theodori imago à Saracenis vulnerata. 599.e
 Theodulus presbyter & scriptor. 448.e
 Theodosius Imp. bellum contra Vandalos mouet. 11.c
 Theodosius tributum pendit Attile. 41.e
 Theodosius offensum numen placat. 50.b
 Theodosius presidium mandat contra hereticos. 51.a
 Theodosio Eutycheus libellus oblat. 74.b
 Theodosij epistola ad Dioscorum de Synodo Ephesina. 76.e
 Theodosius Dioscorum in Synodo prescit. ibid.c
 Theodosio Imperatori alter libellus ab Eutycheo porreclius. 75.b
 Theodosius ad Dioscorum de Barsuma. 78.a
 Theodosij epistola ad Barsumam. ibid.b
 Theodosius sibi insurpat in Synodo. 77.e
 ad Theodosium S. Leo scribit ne congreget Concilium Ephesi. 78.e.79.c
 Theodosij alia littera. 79.b
 Theodosij Imperatoris edictum pro pseudoconsilio Ephesino. 103.e
 ad Theodosium Imp. S. Leo, & Synodus Romana scribit contra Ephesinam Synodum. 108.b
 Theodosius Imp. à S. Leone reprehenditur magna dexteritate. 109.a.b
 ad Theodosium Valentinianus pro defensione fidei, & pro Romano Pontifice. 110.a
 ad Theodosium Galla Placidia mater pro fide Catholica, & S. Leone Summo Pontifice. ibid.c
 Theodosij epistola ad Valentinianum, ubi defendit Ephesinam pseudo-synodum, & contra sanctum Flavianum. 111.d.e
 Theodosius ad S. Leonem pro Anatolio. 115.a
 Theodosij varia conditio. 116.b
 Theodosij penitentia. ibid.d
 Theodosius Eudociam coniugem reprehendit. 116.e
 Theodosius moritur, & cause ipsius obitus. 117.a.b
 Theodosius Episcopus omnium sceleratissimus. 172.b

Theodosius Eutycheanus pseudomonachus. 162.e
 Theodosius magni nominis Comobiarcha. 609.c
 Theodosij vita scriptor quis fuerit. 608.e
 Theodosius ab Anastasio auro tentatur. 609.c
 Theodosij consilium in accipiendi elemosynam ab Imperatore missum. 609.c
 Theodosij epistola ad Anastasium Imperatorem apologetica. 610.c
 Theodosij generosa confessio. 610.e
 ad Theodosium Anastasij epistola se excusando. 611.b
 Theodosius veritatem aperit & propugnat. 611.e
 Theodosius circuit regiones, & armat omnes pro fide tuenda. 612.a
 in Theodosij atrio occiduntur multi. 613.a
 Theodosius filius Calliopij Augustalis. 667.e
 Theodosianus Codex iussu interpretari ab Alarico. 579.e
 Theopachitarum heresis instauratur. 361.d.e
 Theophili relatio de Eutycheo. 59.b
 Theopompus Comes mittitur legatus ab Anastasio Imp. ad Hormisdam. 659.a
 Thomam persequuntur Ariani. 209.a
 Thomas auriga recedit ab Oriente. 598.c
 Thomam aurigam amplectitur Theodoricus. ibid.d
 Thracia vestitur ab Attile. 11.e
 Thracias inuadunt Bulgari. 535.e
 Thracia à Bulgariis depradata. 534.e
 Thracia occupatur à Vitaliano Duce. 647.b
 Thracia communicat cum Apostolica sede. 664.c.d
 Ticinensis ciuitatis magna elades. 313.c
 Ticinenses quid passi à Theodorico. 443.c
 Ticinenses à Regino victi. 444.b
 Ticinensis Episcopus creatur Emodius ex Diacono. 651.e
 Timotheus olim monachus que tentauerit. 222.d
 de Timotheo querere. 223.a
 Timotheus sceleris noua tentat. ibid.d
 Timotheus intruditur in sedem Alexandrinam. ibid.e
 Timotheus exercet Pontificalia. 224.c.d
 Timothei mira procacia. 225.d.e
 Timotheus indignus indicatur sacerdotio. 228.c
 Timotheus tyrannus Alexandria Ecclesie. 232.b
 Timotheus expellitur a Leone Imperatore. 247.c
 Timotheus penitentiam simulat. 247.d.e
 Timotheus excluditur à spe recuperande sedis. 248.d
 Timotheus relegatur ab Imperatore. ibid.e
 Timotheus parricida comparatur Cain. 324.a
 Timotheus exilio liberatus audacior enadit. 320.c
 Timotheus Constantinopolim venit triumphali pompa. ibid.d
 Timotheus sceleribus plenus. 323.c.324.a
 Timotheus proficiscitur Alexandriam. 331.d
 Timotheus veneno moritur. 340.d
 Timotheani heretici à Timotheo. ibid.
 Timothei scripta heretica. 341.a
 Timotheus hereticus Episcopus Constantinopolitanus. 605.e
 Timotheus ad horas fidem mutat. 606.c
 Timotheus Soloficiolus creatur Episcopus Alexandrinus. 247.d
 Timotheus legatos mittit Romam. 249.a
 ad Timotheum S. Leo gratulatorias litteras scribit. ibid.
 pro Timotheo Simplicius Papa ad Zenonem scribit. 346.c.d
 Timotheus legatos mittit ad Simplicium Papam. 346.c
 Timotheus legatos ad Zenonem Imp. mittit. 348.c.d
 ad Timotheum Episcopum Constantinopolitanum Hormisdam Papa. 676.a
 Timotheum reuocare curat Hormisdas Papa. ibid.b.c
 Timothei inopinatus interitus. 686.d.e
 Timotheus diaconus legatus S. Leonis. 249.c
 Timere est tyranorum. 12.a
 Timor Principum multos interdum in scelera pertrahit. 667.c

I N D E X.

non Timore educande sunt filie. 310.a
 Tituli non ex meritis, sed ex consuetudine dari soliti. 550.e
 Tolerantia heresum potius ignauia, quam patientie tribuenda est. 379.b
 Tolentium concilium quando celebratum. 47.a
 Tonitru Spiritus sancti aduersus concutuntur. 415.d
 Torisimundus quanto tempore regnauerit. 139.e
 Torpor Orientalium Episcoporum in schismate. 113.a
 Tractatione historica se purgat Theodoretus contra Nestorianum. 106.b
 Tranquillitas omni regno est desiderabilis. 476.d
 Tranquillitatis bona. ibid.c.d
 Transitus Sebastiani Comitis ab Hispania in Africam. 3.c
 Translatio S. Flaminij Episcopi & martyris. 119.a
 Translatio S. Iulii. 7.a
 Translatio reliquiarum Anastasie martyris. 242.b
 Translatio S. Simeonis. 274.a
 Translatio reliquiarum S. Eustathij. 361.a
 Translatio S. Martini. 371.a
 Translatio Euangelij S. Matthei. 430.e
 Translatio corporis S. Severini in Italiam. 441.b
 Translatio corporis S. Severini Neapolim. 522.b.c
 Translatio sancti Severini Neapolim procuratur à Barbara. 522.d
 Translatio corporis S. Augustini. 570.c.d
 in Translacione Sanctorum persepe miracula. 522.c.d
 Trasamundus regnat in Africa. 511.c
 Trasamundus Rex Catholicos persequitur. 567.a.b
 Trasamundus nouis arribus Orthodoxos tentat. 571.e
 Trasamundus Fulgentium reuocat Carthaginem. 572.b
 Trasamundus scriptis prouocat Fulgentium. ibid.d
 Trasamundus admiratur Fulgentij sanctitatem & doctrinam, sed non conuertitur. ibid.
 ad Trasamundum libri tres S. Fulgentij. 573.e
 Tredecim canones sanciti in Concilio Turonensi. 365.a
 Tres guttae aquales miraculose coniunguntur, & quasi unam gemmam efficiunt. 138.b
 Triapestina mala constituta in Synodo Ephesina. 99.d
 Tribulatio multa bona operatur. 5.a.b.c.e
 Tribulatio saepe homines curat. 5.c
 Tribulationes hilari fonte suscipienda. 419.b
 Tribulatio idololatram dissipat. 5.c
 Tribulatio reddit Eudociam Augustam Orthodoxam. 209.b
 Tribulationes saepe vitales. 678.a.b.c.679.a
 in Tribulationibus Ecclesie Deus succurrit. 697.c.d
 Tribulati sub Dei tutela. 15.c
 Tribulatio reddit Eudociam Augustam Orthodoxam. 105.c.215.a.b
 Tribulationes à Sanctis perferende. 69.c.d
 Tribulationibus letandum. 98.e
 Tribulatio dat intellectum. 209.b.e
 Tribulatio Episcoporum exulatum in Sardinia, & in Africa. 570.e.571.a
 in Tribulatione succurrit Deus. 596.b.c.599.b
 Tribulati sunt subleuandi. 571.c.d
 Tribulati est succurrendum. 623.624.625
 Tribulati maxime compatiendum. 619.b
 Tribunal Christi expauiendum. 470.c.d
 Tributa graua multum damni inferunt ciuitatibus. 28.b
 Tributorum remissionem querunt Sancti à Principibus. 27.d
 de Tributis releuandis pertrahat Theodoretus cum Pulcheria Augusta. 28.a
 Tributum penditur à Theodosio Attile. 41.e
 Tributum relaxat Gallis Theodoricus. 589.e
 Prima apparitio S. Barabae. 429.d.e
 in Trinitatem sanctissimam insurgunt Priscillianistae. 47.d
 Trinitatis hymnum cantabant Fideles. 613.a
 Trinitatis hostes à Catholicis occiduntur. 613.d
 in Trinitatem blasphemus Olympius Arianus dat penas sui sceleris. 500.a.b.c

Tripbon missus à Gelasio ad Episcopos Dardania. 472.b
 Trisigium cognitum, & à Concilio Chalcedonensi comprobatum. 388.a
 & cur hoc tempore propalatum. ibid.b
 Trisigium Graeco cur cantatur in Paroecia. 474.b
 Truculentis hominibus quid accedere soleat. 356.a.b
 Timor Acacij, & eius spes uana. 300.b
 in Tumultuantes edictum Marciani Imperatoris. 133.c
 Tumultuantes ultimo supplicio subiecti. ibid.
 in Tumultuantes scribit Pulcheria Augusta ad Strategium. 134.a
 Tumulus excitatur in Illyrico. 135.b
 Tumulus Alexandri. 404.d
 Tumulus vulgi Constantinopolitani. 484.c.d
 Tumulus à populo Constantinopoli factus. 613.a
 Turba Orientales vndique aucta. 404.c
 Turcarum dominium quam sit asserum. 702.a
 S. Turibus Asturicensis Episcopus. 421.e
 Turibus Hispanis instruit. ibid.e
 Turibij epistola ad Idacium & Ceponium Episcopos. ibid.
 Turibij summa humilitas. 43.c
 Turibus quomodo Notarius summi Pontificis. 45.c
 Turonense Concilium quando. 370.c
 in Turonensi Concilio quoti canones. ibid.
 Turres terramotu corruunt. 36.c
 Tusciae clades. 323.b
 Tyranni semper crudeles. 34.e
 Tyrannorum est timere. 12.a
 Tyrannus & non Episcopus Ecclesia Alexandrina dicitur Timotheus. 232.b
 Tyrannus concedit iura Ecclesie Acacio. 336.b.c
 Tyranni interdum simulatione vincuntur. 674.a
 Tyrum iudicium in causa Ibae. 64.d
 Tyria dicestis causa tractata in Concilio Chalcedonensi. 149.d
 sub Tyria ciuitatis metropoli quaeritur. ibid.e
 Tyri Ecclesia in integrum restituta. 150.b

V Agatio prohibita clericis. 154.d
 Vagi erant Hunni. 26.e
 Valentinianus Aug. Consulatus. 1
 Valentinianus cum Vandalis conciliatur. 11.d
 Valentiniani constitutio contra Manicheos. 30.e
 Valentinianus Augustus contra sepulchrorum efflores. 49.d
 Valentinianus Imp. vim intulit uxori Maximi. 196.e
 Valentinianus Aetium occidit. 196.e
 Valentinianus occiditur. 205.d.e
 Valentinianus discipulus S. Benedicti. 502.d
 Valentinus Episcopus Amiterrensis. 563.c
 Valerianus Episcopus egregius confessor. 217.b
 Vana spes hereticorum. 329.c
 Vana deliramenta hereticorum. 612.b
 Vana spes ac tumor Acacij. 300.b
 Vasa Ecclesie Deo & pauperibus debita. 40.d
 Vasa argentea ecclesie vendita à Sanctis pro redimendis captiuis. 591.e
 Vasense seu Vastense Concilium in Gallia Narbonensi. 12.e
 Vasense alterum Concilium in Gallia. 264.a.b
 Vaticinatio S. Severini de futura transmigratione. 373.e
 Vestigia graua damnata afferunt ciuitatibus. 28.b
 Vedastus primus Clodouei catechista. 538.b
 S. Vedastus illuminat eacum. ibid.d.e
 Vedastus pugnauit pro Symmacho Papa. 548.c
 Venantius pugnauit pro Symmacho Papa. 663.b
 Venantius diaconus legatus Viennensis ad Hormisdam Papam. 663.b
 Venantius presbyter S. R. E. Cardinalis mittitur legatus ad Anastasium Imp. ab Hormisdas Papa. 651.b
 Veneno 6

I N D E X.

Venero moritur Timotheus pseudoeppiscopus.	340.d	Victoria Clodoua.	537.a
Venerum suscipiunt Sancti, & eis minime obest.	627.c.d	Victoria Culustana certamen.	414.c.d
Venerabantur pedes Summi Pontificis Episcopi.	624.c.d	Victor Primas Byzacenus captus ducitur ad Regem.	568.c
Venerium Concilium quando.	195.e	Victor Episcopus Mediolanensis laudatur.	445.c
Venia correctio praestanda est.	200.a	Victor inter Sanctos relatus.	424.a
Venia quomodo impetretur a Paschasio existente in Purgatorio.	533.b	Victores duo eodem tempore.	ibid.
Veniam postulantibus est ignoscendum.	623.c.d	Victor Cartenna Episcopus.	216.d
Venia dari nequit in errore persistenti.	478.d	Victor Taurinensis Episcopus.	456.a
Venorum impulsibus hinc inde ferri solent semper hereses.	368.c	Victorianus Aduemetinus martyr.	414.e
Veranus filius S. Eucherij.	9.c	Victorius mirifice coluit S. Abraham.	350.a
Veranus Episcopus Gallus litteras Summi Pontificis amplectitur, & veneratur.	81.c	Victorius, siue Victorius Episcopus Cenomanensis.	195.e
Verbum Dei pradicandum est ab Episcopo.	163.b	Victorius Dux Praefectus Aruernensis.	353.b.c
Verba Papa vt oraculum a Con.ilio accepta.	47.d	Victorius cogitur venerari S. Amabilem.	354.b.c
Verba aliter interpretantur interdum, quam proferantur.	12.b	Victorius in desertum mutatus.	355.d
Verba interdum sunt acutiora, quam sint arma.	498.d	Viduarum exemplum.	575.b.c.d
Verba interdum non considerantur ab auctoribus, sed res.	513.e. 514.a.b	Viduis ne inferatur vis a militibus.	585.a
Verba non solum a Deo requiruntur, sed etiam bona opera.	661.e	Vienna Austria olim dicta Fabiana.	204.d
Verba Papa audienda, vt verba Christi.	701.c.d	Vienensibus fame laborantibus succurrit sanctus Senerinus.	ibid.c
Verecundia est seruanda.	413.c. 414.a	Vienensis & Arelatenis Episcopi de primatu decertabant.	32.a.b
Verina Augusta laudata.	307.c	Vienensis legationem mittunt ad Hormisdam Papam.	663.b
Veritas tandem redarguit impostorem.	169.e	ad Vienenses Hormisdæ epistola.	ibid.d
Veritas semper praualeat.	226.b	Vienenses ab Hormisdæ laudantur.	ibid.
Veritas semper cognoscitur.	231.c	Vienensis Episcopus laudatur ab Hormisdæ Papa.	663.d.e
Veritas mendicio validior.	515.a.b	Vigilantia Episcoporum facit vt leges Ecclesiasticae stent in suo robore.	8.a
Veritas Catholica stabilita.	329.e	Vigilie & ieiunia praescribuntur populo a sancto Perpetuo.	372.a
Veritas est bene considerata.	504.b	Vigilius Papa confirmat monasterium constructum a Childeberto.	595.d
Veritas fidei interdum ex miraculis ostenditur.	406.a	Vincencius Lerimensis sapientia & eloquentia eminebat.	9.d
Veritas qua non defenditur, opprimitur.	381.b	Vincencius Lemensis vir doctissimus.	10.e
Veritas magna libertate prohalanda.	611.e	Vincomalus pro Theodoro laborat.	121.c
Veritas aperitur a Theodosio canobiarca, & propugnatur.	ibid.	ad Vincomalum Theodoretus scribit de iniuriis sibi iniustulatis.	121.d.e
Veritas rei tandem illucescit.	666.e	Vincula martyrum ornamenta sunt.	419.a
Veritatis indagatores non metuunt Regum haeticorum iracundias.	389.c	Vindemialis Episcopus insignis.	411.d
Vermibus constituitur Hunericus.	423.c	S. Vindemialis sic martyr.	413.c
Vestigia Summi Pontificis venerabantur Episcopi.	624.d	Vindicta diuina in Charsium presbyterum iniquum.	244.e
Vestimenta etiam Sanctorum mortuorum inuenta sunt illis.	316.c	Vindicta Theodosij Imperatoris contra Chrysaphium.	116.d
Vestis B. Mariae Virginis in quo templo collocata.	307.b	Vindicta de peruerso presbytero.	427.d
Vestitus humilis Hierosolym. Episcoporum.	242.a.b	Vindicta Theodori in fautores Erulorum.	493.c
Veteres canones restituendi.	557.c	in vinea Domini Anastasius Imperator fuit velut aper.	686.e
Vetus mos Romanorum Pontificum.	471.d	Vineta fidei veriora plantata trans mare.	658.c
Vetus mos haeticorum qualis fuerit.	367.d	Violentia non praedictat Ecclesiasticis constitutionibus.	96.a
Vetus institutio monachorum S. Augustini.	569.d	Vingarum ius habebant Episcopi.	583.b
Vexatio dat intellectu.	209.b	Virgilius Arelatenis Episcopus.	595.d
Vexatio dira serui Tuburbitani.	414.c	ad Virgilium Arelatensem Episcopum S. Gregorij epistola.	ibid.
Vexator Antiochena Ecclesia ab haeticis.	349.b	Virgo Maria. Vide, Maria.	
Via aperitur lapsis a fide respiscendi.	115.c	Virgines non cogenda ad ingredienda monasteria.	234.c.d
Vicarius omnium Monachorum constituitur Barsumas Archimandrita.	76.d	Virgines a militibus ne violentur.	585.a
Vicarius sancti Leonis in Oriente constituitur Iulianus.	185.a	Virgines sacra quam dira sunt passe a Vuandalis.	393.c.d
Vicarius Summi Pontificis constituitur sanctus Remigius.	633.b	Virginitas matrimonio Deo gratior.	214.e
Victori obtrata meritis sancti Severini.	204.a.b	Virginitas & non matrimonium a Maxima amplectitur.	ibid.d
Victoria Theodorici de Sueuis.	213.a	Virginitas seruari potest interdum etiam in matrimonio.	117.d.e. 356.c.d.e
Victoria Ectidij per invocationem S. Martini.	277.e	Viri fortis non dicitur, qui indignatione vincitur.	311.b
Victoria Gothorum de Sabimiano Consule.	577.e	Viri saepe tentantur ab vxoribus.	218.e. 219.a
Victoria ortur ex Deo benedicto.	584.d	Viros suos consulant feminae.	175.c
Victoria Gothorum contra Romanos.	285.c	Virtus eximia facit vt de arate aliquando ratio non habeatur.	298.a.d
Victoria Actij contra Atrilium.	139.e	Virtutes in vitia quomodo vertant mali.	303.d
Victoria Rugorum de Ticinensibus.	444.b	Virtus spectata a S. Pulcherie.	188.d.e
Victoria Theodorici de Odoacre.	459.d	cum Virtutibus diligant famam Principes.	524.b
		Virtus etiam hostes ad sui venerationem compellit.	318.d

Virtutes

I N D E X.

Virtutes Hilarij Episcopi clara.	33.e	Vniuersalis Episcopus inscribitur Papa.	161.e
Virtutes S. Anri plures numerantur.	665.a	Vnius membri totum corpus patitur passionem.	386.c
Virtutes Sanctorum non extinguuntur morte.	441.e	Vnus Hierarcha semper in Ecclesia fuit.	101.e
Virtutes omnes sunt charitate inferiores.	54.e. 55.a	Voonius Mauritanie Episcopus scriptor Ecclesiasticus.	216.e
Virtutes cum morientibus non pereunt.	177.d	Vocum proprietate negligunt interdum auctores.	513.e
Virtutes Diocoyi pradicantur a Theodoro.	21.e	Volsianus iudex constitutus a Theodoro contra magos.	563.e
Vis infertur a Valentiniano Imperatore vxori Maximi.	196.e	Vota pia numquam despiciantur a Christo.	444.d
Vis magna elemosyna.	309.a	Vranus Himerie Episcopus iudex constitutus in causa lbe.	64.d
Vis non praedictat Apostolicis constitutionibus.	96.a	Vranus Emeſa Episcopus.	104.d
Vis ne inferatur mulieribus a militibus.	585.a	ad Vranium Theodoretus exclamans contra haeticos.	ibid.d
Visum insipientium honores sunt & diuitie.	418.e	ad Vranium iterum scribit Theodoretus.	ibid.b
Viso S. Eulogij qui defendebat epistolam S. Leonis.	80.d	Vrbani Girbenſis a Genferico relegatur.	12.b
Viso de leone pugnantem cum dracone.	289.d	ab Vrbe expelluntur magi.	564.a.b
Viso de diuino iudicio.	427.c	in Vrbe percutit Barbari primarij ecclesij.	208.b
Viso contra Seuerianum contemnentem S. Eucharistiam.	630.d	Vrbes plurima renouantur a Theodoro.	542.b
Viso Reginae diaconisse in somnis.	633.d	Vrsianus Episcopus legatus Gelasij.	473.a
Visiones diuersis ostensa ante persecutionem Africanae.	358.a.b	Vrsus commendatitium litterarum.	5.d
Visiones magna in Faustis ecclesia.	ibid.	Vrsus cunctis artibus maximum assert decus.	426.b
per Visiones Deus terret impios.	596.b.c	Vuandali oppugnantur a Theodosio.	11.c
Visiones in morte Macedonij.	657.c	Vuandali Africam vniuersam occupabant.	2.d
Visiones de obitu Anastasij.	695.b.c.d	Vuandalorum tempore videtur cometa apparuit.	25.d
Visitor missus Romanis a Theodoro.	542.e	Vuandalorum serui effecti multi ex nobilibus Carthaginensibus.	3.b
Visitor Summi Pontificem visitare non debuit.	543.d	Vuandali cum Valentiniano pacem ineunt.	11.d
per Vsum Deus terret impios.	596.b.c	Vuandalorum Rex contumaciam suorum detegit.	ibid.
Vita Principum persape in principio laudabilis.	461.d.e	Vuandali Siciliam depraedantur.	201.d
Vita monastica Ecclesiarum gubernationi praefertur, & quomodo.	52.e	Vuandali ingrediuntur in Urbem.	207.d.e
Vitalianus maxime exagitat Anastasium Imperatorem.	647.a	Vuandali peperere primarij basilicis Roma.	206.b
Vitalianus occupat Thraciam, Scythiam, & Mysiam.	ibid.	Vuandali prohibuerunt eligere Episcopos.	214.c
Vitalianus secum ducit Bulgarorum & Humororum agmen.	ibid.b	Vuandalorum incurſo.	274.b
Vitaliano ab Anastasio Imperatore offeruntur conditiones pacis.	ibid.b	Vuandali Alexandriam tentant.	ibid.d
Vitalianus pugnat pro fide Catholica.	ibid.	Vuandali ad Ecclesiam confluentes dira passio.	358.e
Vitalianus vget Anastasium Imperatorem.	647.e	Vuandali Roman inuadunt.	598.e
Vitalis Episcopus legatus Papa Felici.	379.d	Vuandali prohibentur ne communicent cum Catholicis.	396.d
Vitalis causa tractatur in Concilio Romano.	398.d.e	Vuandalorum Rex Gundabundus.	424.b
Vitalis Episcopus suspenditur a Summo Pontifice.	401.d	in Vuandalos paratur clavis a Leone Imperatore.	286.c.d
Vitalis S. R. E. Cardinalis diaconus mittitur legatus ad Anastasium Imp. ab Hormisdæ Papa.	651.b	Vuandalicus fiscus rapit spolia Episcoporum.	393.b.c
Vitia occultata deteguntur.	182.d	Vuandalica persecutio recrudescit.	446.d
Vitia ille transmittit ad posteros, qui praesentibus culpis indulget.	495.a	Vuandemirus in Italiam cum exercitu venit.	304.e
Vitia huius saeculi.	519.c	Vuigothi inuadunt Roman.	598.e
Vitia omnia emendare non possunt Summi Pontifices.	521.a.b	Vxor Maximi violatur a Valentiniano.	196.c
Vitia occulta tandem deteguntur.	666.e	Vxores pro viuis suis orant.	139.c
Vitiorum radices succidenda.	462.c.d	Vxores persape viros tentant.	218.e. 219.a
Vuenciolus Episcopus Lugdunensis.	600.e		
Vitium sepelitur Zeno Imperator.	459.e. 460.a		
Vitio Dei maior est contra eadem peccata Fidelium, quam infidelium.	137.a		
Vitio terribili in peruersum presbyterum.	427.d		
Vnanimis & concordia seruanda inter Episcopos.	32.b		
Vnio in Hierosolymitana Ecclesia.	343.c.d		
Vnionem Ecclesia velle Anastasius Imp. simulabat.	661.a		
Vnionem verè exoptabat Hormisdæ Papa.	661.e		
Vnio Episcoporum necessaria cum Summo Pontifice.	668.d.e		
	669.a		
Vnio Ecclesiae Alexandrinae cum Romana.	697.698.b		
Vnitas in Ecclesia maxime seruanda.	621.a.b. 653.c.		
	670.e		
Vnitas seruanda inter fratres.	643.e. 644.e		
Vnitas Christi per multa probatur.	82.d		
Vnitium Zenonis Imp.	365.e. 366.e		

X.

XEnaias ordinatur Episcopus nondum baptizatus. 431.d
 Xenaias auctor Iconoclastarum. ibid.d.e
 Xenaias imagines Christi & Sanctorum despicit. 431.e
 432.b.c
 Xenaias siue Philoxenus Episcopus. 616.d
 Xenaias iniquus. ibid.
 in Xenodocho prope Pharum editum miraculum contra Seuerianos. 632.b.c


Z.

Zacharias historicus Eutylianus. 330.e
 Zelus populi Romani contra magos. 565.b
 Zelus Sporadij comitis commendatur. 106.c
 Zenonis Consulatus. 49.c
 Zeno consecutus est Imperium. 307.a
 Zenonis luxus magnus. 308.a
 Zeno fauet haeticis. ibid.b
 Zeno misericors in pauperes. 309.e
 Zeno

I N D E X.

Zeno sinens secum degere hereticos dat penas.	321.d	Zenonis praetextus refellitur.	385.a
ad Zenonem Imperatorem Simplicius Papa scribit pro Ecclesia Dei.	323.e	à Zenone qua praestanda essent.	ibid.b
in Zenonem excitatur Basiliensis.	326.e	ad Zenonem Imperatorem Felicis Papae libellum.	386.b
Zenoni quid praedictum sit à Daniele.	327.a.b	Zenonis praefectura quanto tempore.	292.e
Zeno Imperator ad instar Nabuchodonosor cogitur exul viueret ex herbis.	327.b.c	Zeno fauet Petro Fuloni.	293.d
Zeno penam statuit in profissores Concilij Chalcedonensis.	329.b	Zenoni gratias Theodoricus.	396.e
Zeno recepit Imperium beneficio S. Thecle.	338.b	à Zenone malè habitij legati Apostolici.	ibid.e
Zeno scribit ad Romanum Pontificem.	ibid.d	Zeno malè se purgat apud Romanum Concilium.	397.a
ad Zenonem Simplicius Papa pro fide Catholica.	ibid.	Zenonis magistratus omnes vendebantur.	434.c.d
Zeno prudentior agit pro fide Catholica.	339.d	Zenonis filius malè moratus interiit.	ibid.d
ad Zenonem Martyrij Episcopi legatio.	342.a	Zeno cuncta egit Acacij consilio.	435.a
Zenonis impium decretum regnandi causa factum.	345.e	Zenoni infestus Theodoricus.	437.b
ad Zenonem Simplicius de Antiochena Ecclesia.	350.a	cum Zenone & Theodorico qua funguntur transfalta.	437.d
Zeno sacrilegos punit.	349.e	à Zenone Pelagius Patricius occiditur.	458.d
Zenonis opera subleuatur Ecclesia Carthagenensis.	352.d	à Zenone Zosimus rhetor occiditur.	ibid.e
cum Zenone Marciani inimicitia.	361.e	de Zenone quid Leontius.	459.b
pro Zenone pugnat Theodoricus.	362.b.c	Zenonis Imperatoris obitus.	459.e
Zeno in deterius prolabitur.	362.d	460.a	
Zenonis epistola conciliatrix.	365.e. 366.a	Zeno viuus sepultus.	ibid.
Zenonis fidei velata professio.	366.d	Zeno vt hereticus damnatus.	460.d
Zeno simulat damnare Eutychanam haeresim.	367.c	Zeno Imperator Armatum Comitem interfici fecit.	338.a
Zeno perfidus semper.	ibid.d	Zeno Episcopus Hispalensis Vicarius Papae.	370.e
Zenonis Enoticon publicatur.	367.e	Zenonide Augusta Basilijsi vxor.	338.a
Zeno explodit Chalcedonense Concilium.	367.a	eius consuetudo cum Armato Comite.	ibid.
ad Zenonem Imperatorem Felicis Papae pro Catholica fide.	382.c.d.e. 383	Zizania semina iaciunt heretici.	43.c
		Zona Dei genitricis vbi reposita.	117.a
		Zosimus rhetor occiditur à Zenone Imperatore.	458.d

F I N I S.



CHRISTOPHORO PLANTINO,
ARCHITYPOGRAPHO REGIO, S.



VM nostrorum Annalium Tomi primi secundam editionem per-
necessariam meditaremur; in te ipsum, mi Plantine, solum, inter tot
celebres saeculi nostri typographos, coniecimus oculos; quippe qui
inter omnes eniteas facile princeps; utque id praestares, decreuimus
omnino. Quamobrem quod nostrarum partium fuit, & in prima editione sumus
polliciti, nostrum studium impigre laborauit, vt primum Annalium Tomum à
nobis recognitum, emendatum, quamplurimis auctum ac locupletatum accipe-
res. Quod igitur litteris Apostolicis, absque assensu nostro, facere veritum est
alijs, vt tibi vni liceat licentiam libenter ac liberaliter impartimur. Accipiant ita-
que abs te nostrorum Annalium primi Tomi secundam editionem omnes trans
montes sitae prouinciae, in quas aut nulla aut pauca primae editionis volumina pe-
netrarunt, ac denique vniuersus Christianus Orbis vbique diffusus. Habeant &
te ducem quem sequantur ceteri qui in posterum, nostro tamen consensu, eun-
dem sunt edituri Typographi. Sciat & Lector, omne esse adulterinum & spurium,
quod huic secundae abs te curandae editioni non fuerit consentaneum. In opus, te
rogamus, inuigila, te ipsum in hoc Plantinum exhibe, te imitare, atque te ipsum,
Plantine, supera, si licet. Vale. Datum Romae, x. Kal. Febr. M. D. LXXIX.

Tui studiosissimus Caesar Baronius, Presbyter
Congregationis Oratorij.

CÆS. BARONIVS IOANNI
MORETO, TYPOGRAPHO
ANTVERP. S. P.



MAGNA quidem iactura bonarum litterarum ex hac vita sublatum esse
D. CHRISTOPHORVM PLANTINVM, digna memorie virum,
eruditorum eadem est sententia, & par omnium lamentatio: sed id accidisse
non leui nostrarum lucubrationum detrimento, nobis amplius dolendum fuit.
siquidem Annales nostros, quos cudendos acceperat, ardentiori complexus studio (quod com-
mune sit senibus, partus senectutis vehementi amore prosequi) propensiori fouere cura, &
solicitori curare ceperat industria; cum inopinato, licet matura senectute, ex hac vita ad
praemia aeterna à Deo vocatus excessit. Sed leniuit ex parte dolorem, audisse inter omnes ipsius
alumnos te delectum, probatumque eius calculo dignum Typographiae Regiae successorem; nec
id pridem, vel ultimo tantum elogio, sed diu ingenij tui vires, & solertiam in rebus agendis
deuinxisse: vnde ob eam quoque causam contigerit ipsi latior ex hac vita discessus, cum videret
in te, alterum se relinquere. Sequimur, mi Morete, perlibenter sociari tui de te iudicium,
tibi que perinde ac ipsi viuenti editionem Annalium nostrorum concedimus. tuarum modo
partium est, id praestare, ne quid desiderari possit in te, quod omnes expectabamus ab illo:
cui sicut magna fuit laudi, ea in re à nemine superari; ita maiori ipsi cedit gloriae, à te vno vin-
ci, quem à se eruditum atque probatum honestissime functionis reliquit heredem. Vale.

PRIVILEGII CÆSAREI SVMMÆ.

MAXIMILIANI II. Romanorum Imperatoris semper Augusti, publico Edicto cautum & sancitum est, ne quis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, aut conditionis fuerit, quacunq; sacri Romani Imperij & ditionis eius fines patent, quęcunq; probatorum auctorum opera, quotquot vel hætenus nondum impressa, vel ab alijs quidem impressa, nouis autem deinceps scholijs, annotationibus, aut commentarijs aucta & illustrata, Christophorus Plantinus, ciuis & typographus Antuerpiensis, primus typis procuderit, intra proximum sexennium à prima cuiusq; operis aut voluminis editione, vilo pacto eiusdem vel diuersi characteris forma excudat, aut excusa ab alijs, intra eiusdem Maximiliani & Imperij fines vendenda importet, seu quouis modo distrahat manifestè vel occultè, sub pœna decem Marcharum auri puri, quarum dimidia fisco Imperiali fraudis vindici, residua verò pars prænominato Plantino cedat, præter librorum ad imitationem impressorum amissionem, quos idem Plantinus vbicunq; locorum nactus fuerit, per se vel suos, adiumento Magistratus loci, vel citra, propria auctoritate sibi vindicare, inq; suam potestatem redigere poterit. In cuius rei fidem ipsi Edicto manu subscripsit, & sigillum apponi iussit Cæsarea Maiestas. Datum in ciuitate Viennæ Austriæ, die vigesima prima mensis Februarij, anno Domini M. D. LXV.

Subsign.

Maximilianus.

*Ad mandatum sacra
Cæs. M. proprium.*

Haller.

SVMMÆ PRIVILEGII REGIS HISPANIARVM.

PHILIPPI II. Hispaniarum Regis, Brabantia Ducis, &c. Privilegio cautum est, ne quis citra Ioannis Moreti, Typographi Antuerpiensis, consensum, Tomos Annalium Ecclesiasticorum, auctore Cæsare Baronio Sorano, Congregationis Oratorij presbytero, hætenus confectos, aut adhuc conficiendos, impressos aut imprimendos, integros vel in epitomen redactos, vilo modo imprimat, aut alibi impressos in suas ditiones venales importet: vs latius patet in literis, Datis Bruxelle, xx. Augusti, Anno M. D. XCII.

Signat.

S. de Grimaldi.

Et in Concilio Brabantia, Signat.

I. de Buschere.

Series Chartarum.

a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn.

a b c d e f.


Omnes sunt Terniones, præter f, duernionem.

A N T V E R P I A E,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

A P V D I O A N N E M M O R E T V M.

A N N O M. D C I I.



ANNALIVM
ECCLESIASTICORVM
CAES. BARONII SORANI
S. R. E. PRESB. CARDINALIS
TOMI SEXTI


NOVISSIMÆ EDITIONIS PLANTINIANÆ

ANNI M. DC. III.

APPENDIX,

Collecta ex Additionibus & Correctionibus, quas sub finem posteriorum Tomorum, X. XI. XII. Auctor Ill^{mus} adiecit, suis locis, quando Sextum Tomum recudi contingeret, inserendas. At vero hic singula cum in ordinem sunt digesta, ut velut Tomo suo inserta censeri debeant. Imò maiori forsitan suo homo Lector separatim eas leget: siquidem priores Auctoris curas posterioribus conferendo, ingenium acuet, iudiciumq; firmabit.

ANNALIVM ECCLESIASTICORVM TOMI SEXTI APPENDIX.

B  **N**NO CHRISTI 441. pag. 8. B 9. quæ falso nomine inscribuntur Eusebij Emisseni. *adde:* cum alioqui haud dicendum sciamus, illas omnes esse Eucherij, cum inueniantur aliqua esse Hilarij Arelatensis, Fausti verò Rhegiensis aliqua. Porro alias à Lugdun—
Anno 441. pag. 8. E 4. pro Eucherius. adde: Sed reperimus ex recens editis antiquis monumentis in Gallicanis Litanijis versibus conscriptis ab Hartmanno Rabani Mauri discipulo, nominari inter sanctos Episcopos etiam Eusebium, sed incertæ ciuitatis Episcopum. versus sic se habent^a:

*Martinus, Proculus, Casarius, Eusebius q̄,
 Orent pro nostris criminibus varijs.]*

^aTom. 5. ar-
 tig. 167. pag.
 732^a

C Hæc dixerimus, ne aded nomen Eusebij exhorrescas, si dempseris, Emisseni. Sic igitur non patiantur amplius—
Eodem anno, pag. 9. A 8. cum tamen non nisi vnum Eucherium, & quæ sequuntur vsque ad finem, sic corrigito: Cum tamen etsi duo Eucherij cogniti habeantur, vt suo loco dicendum est inferius, vtrumque tamen fuisse Episcopum constat. Præter hunc de quo est sermo, scimus & alium hoc sæculo—

Eodem anno, pag. 10. B 3. post Rauennium Eonius, adde: & post etim Leontius, cui—
Anno 442. pag. 12. C 5. sed cur non potius pro Valensè Vafatensem dixerimus, & quæ sequuntur vsque ad illa verba, sed monemus accuratum Lectorem, sunt delenda, & eorum loco ista restituenda, non autem Vafatensis dicenda est, à Vafatis (quod corrigendum perperam dictum proponimus) nam sunt Vafates populi prope Burdegalam: verum qui huic Synodo interfuerunt Episcopi, Arelatensis potius fuisse prouinciæ certum est, & procul abhorret, vt ipsi Vafatis conuenisse dicantur.

Sed monemus—
Eodem anno & pag. E 1. seu potius Vafatensi, corrige, seu potius Vafionensi— Sic & anno 463. pag. 264. B. 5. seu Vafatensi, corrige, seu Vafionensi
Anno 444. pag. 21. A 6. ante annos septem, corrige, ante annos quatuor. & ibidem A 8. ante septem quidem annos, corrige, ante quatuor quidem annos. ibidem B 4. iam septimum annum, corrige, iam quartum annum.

Anno 445. pag. 33. B 6. Erat Leontius iste Episcopus Foroiulij in Gallia Narbonensi celebris fama vir. adde: At planè ab hoc diuersus ille fuit Leontius, qui postea eiusdem Arelatensis Ecclesiæ Episcopatum rexit, de quo suo loco dicendum, ad quem extat—

E *Anno 445. pag. 33. B 10. epistola ad Basilium. adde:* Extat & breuis de condemnatione Hilarij epistola ad Episcopos Galliarum, nominatim verò ad prouinciæ Viennensis Episcopos, qua etiam agitur de redintegratione ipsius Archiepiscopi Viennensis. sic enim se habet^b:

Dilectissimis fratribus per Gallias & Viennensem prouinciã Episcopis constitutis Leo Episcopus.

Quali pertinacia Hilarius Arelatensis Episcopus iudicium nostrum effugerit, sancta vestra fraternitas non ignorat. Vnde & iustum esse videmus, vt quia Principis Apostolorum magnam in iudicijs moderationem, quam in potestate per Vicarios suos semper exhibet, Arelatensis Episcopus non expectauit, à priuilegio suæ ciuitatis submotus, humili loco di-

Annal. Eccles. Tom. 6. Appendix.

A A 2

co di-

^b Biblioth.
 Florentin.
 edita à Leon.
 Calet. p. 31.

LEONIS PAP.
 LITTERAL
 DE HILARII
 EPISC. ARL.
 LAT. CON-
 DEMNATIO-
 NE.

co discat, quod in magno gratis munere prædecessorum nostrorum concessio tenere no-
luit. Sitque redintegratum Viennensi Archiepiscopo priuilegium & ius antiquum, quod
Apostolica benignitas ad Arelatensem ex parte transtulit ciuitatem: vt tali seueritate Hi-
larius coërcitus, discat non temerè transgredi terminos antiquos, canonica prolatione
fundatos. Data octauo Idus Ianuarij, Valentiniano Augusto iv. & Anieno Consulibus.]
Sed absque dubio mendum irrepit: si quidem Consulatus Anieni cum Valentiniano
post obitum Hilarij contigit. Restituendus ergo est textus, vt dicat, sub Valentiniani &
Momi Consulatu anni huius. Habito igitur —

Eodem anno 445. pag. 34. A 11. in vita S. Germani. adde: Sed accipe nuper ad
nos missum epitaphium ipsius sancti Hilarij Arelatensis Episcopi, cuius sepulchrum est
in ecclesia sancti Honorati extra muros Arelate, in capella subterranea, quæ est subtus
altare maius dicte ecclesie. Sepulchrum erat opertum prægrandi lapide marmoreo,
& in fronte dicti lapidis leguntur hæc verba: Sacrosanctæ Legis Antistes Hilarius
hic requiescit.

HILARI A
RELAT. EPI-
SCOPI EPI-
TAPHIUM.

Extant & supersunt in eadem capella fragmenta tabulæ marmoreæ, ex quibus epita-
phium subsequens litteris Romanis scriptum eliciuimus:

*Antistes Domini, qui paupertatis amorem
Præponens auro rapuit caelestia regna
Hilarius, cui palma obitus, & vincere Christus,
Contemmens & erat terreni corporis usum,
Hic carnis spoliū liquit ad astra volans.
Spernit opes dum querit opes, mortalia vitans
Perpetuus celum donis terrestribus emit.
Gemma sacerdotum, plebisq; orbisq; magister:
Rustica quin etiam pro Christo munia sumens,
Officio vixit minimus sed culmine summus.
Nec mirum post hanc meruit se lumina Christi,
Angelicaq; domos intravit & aurea regna
Diuitias Paradise tuas fragrantia semper
Gramina, natantes diuinis floribus hortos
Subiecta q; videt nubes & sidera cali.]

*Subiecta q;

Et ad postremum —

Eodem anno 445. pag. 35. A 5. Gennadius auctor est. adde: Quem tamen corrigas
ex his quæ dicuntur inferius anno quadragesimo quadragesimo nono, ad quem an-
num S. Hilarius peruenisse demonstratur, decessisseque sub Consulatu Asterij & Pro-
togenis sub Theodosio & Valentiniano Imp. Hucusque in præf —

Anno 446. pag. 42. B 10. Marcellinus affirmat. adde: quorum ipse meminerat
anno superiori, sed per anticipationem, vt alijs fecisse noscitur: nos verò vt singula quæ-
que singulis reddamus annis, hic eadem collocamus.

Anno 449. pag. 76. D 5. hæc de indicta Synodo Liberatus. adde: Cum autem ista
de Oecumenico celebrando Concilio ore multorum iactari cœpissent; hæcque litteris
Domini Episcopi Antiocheni Theodoretus Cyri Episcopus accepisset: existimans ista cu-
rari per Dioscorum Alexandrinum Episcopum quem patiebatur aduersarium, quo futu-
ræ Synodi Oecumenicæ decreto duodecim illa vulgata Cyrilli capitula, quorum causa
diu multumque fuerat altercatum, comprobarentur: hanc tunc ad eundem Dominum
epistolam reddidit, quæ inter eius epistolas Græcè scriptas in codice Vaticano numeratur
centesima duodecima, atque sic se habet:

THEODORE-
TI EPISC.
LITTERAE
AD EPISC.
ANTIOCH.

Theodoretus Episcopus Cyri Domno Episcopo Antiochiæ.
Sperauimus iam nostra mala quiescisse, vbi nobis nonnulli significarent, iam pacatam
Imperatoris Victoris & Triumphatoris indignationem, & quod iam induciæ factæ sunt
inter eum & religiosissimum Episcopum Flavianum, & quod iam sedata est Synodi con-
uocatio, & pax Ecclesiarum reuersa est. Quæ verò nunc à tua pietate scripta sunt, magna
nos affecerunt molestia. Nihil enim boni licet expectare ab ea quæ iussit Synodo,
nisi clementissimus Deus consuetam nostri curam gerat, & sedauerit technas & machi-
nas turbulentiarum à demonibus concitatarum. In magna enim Synodo, quæ Nicææ
fuit congregata, vnà cum Orthodoxis idem decreuerunt etiam illi qui Arii partes secta-
bantur, & Apostolicæ fidei expositioni per manus subscriptionem consenserunt. Fuerunt
tamen

A tamen reuera hostes, nec vniquam quiescere illam oppugnare, quousque corpus Ecclesie
consciderunt; & triginta annis inter se communicarunt, atque Apostolica dogmata pro-
sequerentur etiam qui Arii morbo laborabant. Cum verò Antiochiæ postrema habita
esset Synodus, quando Dei hominem, magnum illum Meletium in Apostolico illo
throno constituerunt & confirmarunt, ac deinde post paucos quidem dies Imperatoris
auctoritate illum eiecerunt, propositus quidem fuit Euzoius Arii morbo aperte laborans,
& quamprimum se abalienarunt illi qui Euangelica dogmata protegebant. Et ex eo tem-
pore diuisio & schisma remansit.

Illam igitur intuens anima mea tristis, ac similia præuidens, gemit ac lamentatur, nihil
boni expectans. Neque enim sciunt qui ex alijs diocesis sunt venenum, quod inest
duodecim illis capitibus, sed auctoritatem eius qui illa scripsit intuentes, nihil mali su-
spiciunt. Et arbitror eum qui illius in sedem successit Dioscorus, hæc omnia agere, vt
altera Synodo eadem confirmetur. Qui enim mandato & iussu hæc antè scripsit, &
B anathemati denuntiavit eos, qui illis assentiri & stare minimè vouerint: quid non faciet
in Oecumenica præsidens Synodo? Et scito domine, quod nullos eorum, qui eam hæ-
resim, quæ in ipsis latebat, cognouerunt, accipiet, quamuis bis totidem id decernant.
Cum enim etiam plures hæc confirmauerint Ephesi, illis aduersari sumus, nec antè com-
municauimus Cyrillo qui illa scripserat, quousque doctrinam & professionem fidei edi-
dit consonam iis quæ à nobis edita sunt, nulla de illis capitibus facta mentione. Idque
cognitum facile est tuæ beatitudini, si præceperit, vt perquirantur quæ gesta sunt. Sunt
enim iuxta morem consuetum Synodi, plura quam quinquaginta Synodica gesta & scri-
pta, quæ duodecim capitum damnationem ostendunt. Antè enim quam ad Ephesum ac-
cederemus, beatus Ioannes Antiochenus scilicet Episcopus scripsit ad religiosum Episco-
pum Eutherium Thyanorum & ad Firmum Cæsareæ Episcopum, & Theodorum An-
cyræ, Apollinarij doctrinam hæc capita nuncupando. Et ea quæ à nobis Ephesi dampna-
tio facta fuit contra Alexandrinum & Ephesinum Episcopum hinc ortum habuit, quo-
niam capita illa ediderunt & confirmarunt.

Et litteræ multæ Synodales Ephesi ad Victorem & Triumphatorem Imp. & ad ma-
gnos Principes de his scriptæ sunt, similiter etiam ad populum Constantinopolitanum
& religiosissimum Clerum. Et Constantinopolim nos vocati quinque controuersias de
nobis ipsi coram Imperatore habuimus, & egimus, & tres alias deinde cum testibus ad
ipsum missimus, Deoque dilectissimis Occidentis Episcopis, Mediolanensium inquam, &
Aquileiæ & Rauennæ, significantes, quod Apollinarij nouitate & vanita-
te repleta sunt ea capita. Et ipsimet Cyrillo qui illa scripsit, beatus Ioannes scribendo, beati
Pauli auctoritatibus aperte illa arguit & confutauit: similiter etiam beatæ memoriæ Aca-
cius, & (vt paucis tua sanctitas omnia cognoscat) ego misi exemplar illius epistolæ, quam
beatus Acacius & Ioannes ad Cyrillum beatæ memoriæ scripserunt, vt cognoscas, quod
dum de pace & conuentione inter se scriberent, illam etiam capita accusabant, & damna-
bant. Ac ipsimet Cyrillus dum scriberet ad beatum Acacium, suam de his capitibus
mentem & animum declarauit, cum dixerit, se illa scripsisse, vt se obiceret, & opponeret
ad illius nouitatem & vanitatem. & quod composita pace, erant omnia clara & manife-
sta. Hæc igitur excusatio accusationem confirmat, nisi etiam exemplar eorum, quæ
tempore conuentionis & pacis scripta sunt, vt notis, domine, quod nullam de his men-
tionem fecit, & quod oportet eos qui ad Synodum irent, asserre ea quæ conuentionis
tempore scripta sunt, & (vt aperte dicam) quænam fuerunt dissensionis causæ, & qua
ratione quæ inter se dissidebant, conuenerunt & conciliata sunt. Oportet enim eos, qui
ad pietatem tuendam & propagandam vocantur, omnem suscipere laborem & diuinitum
E inuocare auxiliū, vt eam quam nostri maiores nobis reliquerunt sortem, inuiolatam cō-
seruemus. Decet autem animaduertere tuam sanctitatem, & eos religiosissimos Episcopos
qui nobiscum sentiunt & conueniunt, illos de perfectione docere, ac eos etiam religiosissi-
mos clericos, qui pro pietate zelum habent, ne à nostris sociis proditi, vel cogamur
aliquid facere eorum quæ Deo omnium displicent, vel soli relictis facile opprimamur ab
hostibus. Fides est (horror te) in qua spem habemus salutis; & oportet omnem lapidem
mouere, vt nihil adulterinum, vel deprauatum introducat, neque Apostolica doctrina
corrumpatur. Hæc ego, licet procul absum, lugens & gemens scribo. & communem no-
stram Dominum oro, vt atram hanc tempestatem dissipet, & dissoluat; & claram & per-
spicuum serenitatem nobis largiatur.] hæcenus ad Dominum Antiochenum Theodo-

reti epistola à Metio Thermularum Episcopo Latinitate reddita. ex qua vides quo ani- mo ipse perseuerauerit aduersus duodecim capita illa Cyrilli, quæ adeo timeret œcume- nicæ Synodi auctoritate firmari. Innouerunt puto ista Imperatori, qui cum suo edicto vocasset ad Synodum Episcopos, vetuit ne Theodoretus adesset, vt audisti à Liberato, & ex ipso Imperatoris apparebit edicto.

Sed describamus hîc ipsum —

Eodem anno 449. pag. 86. D 8. consentiens ijs quæ ex Gennadio superius diximus, ipsum diem obiisse tempore Theodosij & Valentiniiani Augustorum. sic corrige: Ex qui- bus redarguas Gennadium asserentem, eum defunctum esse tempore Valentiniiani & Marciani Imp. Quo pariter anno —

NICEPHORI ERROR.

Anno 450. pag. 117. A 6. vt inde transferendū peteretur corpus ipsius. adde: Sed in eo manifesti erroris redarguendus est Nicephorus, dum ait septem annos Pulcheriam in Sep- timo vitam priuatam duxisse, cum eius ibi mansionis vix annos quatuor numerari con- tingat, cum eò profecta sit non antè quàm post obitum Procli in eius locum Flavianus B est subrogatus Constantinopolitanus Episcopus. Porro sedisse Proclum vsque ad annum quadringentesimum quadragesimum sextum, quo famosissimus ille euenit terramotus, quod omnium testificatione probatur, dubitari, & in controuersiam adduci non potest.

Pergit verò —

Anno 451. pag. 138. B 10. Regium in Aquitania, corrige, Aquitaniam ipsam

Anno 453. pag. 192. D 7. vt suo loco dictum Arelatense Concilium restituatur, hîc de ipso nobis agendum fuit. adde: Ita quidem in priori editione res insoluta relinquen- da fuit, cuius, nisi restitutio fiat deprauati admodum textus, solutio sit impossibilis. Er- ratum quidem in eo est, vt dum in codice legeretur celebratum Concilium Arelatense sub Consulatu Opilionis, qui gessit Consulatum cum Iustino Imp. iterum Consule anno Redemptoris quingentesimo vigesimo quarto, nec additus inueniretur collega, quod sa- pè factum inuenitur in monumentis Occidentalibus, prætermisso Orientali Consule, poni tantum Occidentalem: malè cautus sibi que nimis sapiens visus collector, addendum putauit Vincomalum collegam, qui hoc anno vnà cum Opilione Consul creatus est; sic- que ea additione septuaginta & vnus annorum errorem induxit, simulque rerum gesta- rum confusionem, atque inextricabiles perplexitates inuexit. Qui primus his tenebris facem admouit, fuit Iacobus Sirmondus Aruernus Soc. I B S V professor, à me alias testis fidelis adduci solitus, qui humaniores litteras Theologicis admodum decorè coniunxit, qui non ad Opilionis Consulatum anni huius, sed ad eum, qui alterius Opilionis nomine reperitur notatus in Fastis anno Redemptoris D X X I I I I. præsens Arelatense Concilium esse referendum ostendit ex præsentia Cæsarij Arelatenfis Episcopi, qui hoc tempore non- dum natus, tunc reperitur reuera sedisse Arelatenfis sedis Episcopus, successor Leontij, D qui post Æonium sedit Rauennio substitutum. Firmantur hæc niagis, dum omnes fer- mè Episcopi qui huic Arelatenfi Concilio interfuisse leguntur, ijdem Concilio Arausi- cano secundo subscripti reperiuntur, de cuius certo tempore proximè suo loco dicendum erit, & corrigendi errores pariter in eum illapsi. Hanc ergo Synodum Arelatensem suo loco restitue, sub Consulatu alterius Opilionis anno D X X I I I I. & simul cum eis iunge, quæ hîc de Cæsario narrata habes.

Iam de Cæsario —

Anno 454. pag. 197. A 2. Idibus Martij, corrige, sexto Idus Martij; & eadem pag. D 10. tertio Idus Martij, corrige, sexto Idus Martij

Anno 456. pag. 212. E 9. cum Alaricus infans esset, apud quem nuper pro Maximo egit, qui antè apud patrem eius functus erat legatione. ea dele, quorum loco hæc subicias: E iamque ea, de qua idem Sidonius scribit legatione apud Theodoricum Regem pro Maximo functus esset.

Quomodo igitur —

Antiq. in- script. in Ap- pend. pag. 1170. nu. 4. LEONIS EPI- TAPHIUM.

Anno 461. pag. 255. B 10. dies septem.] hæc ibi. adde: Extat eiusdem sancti Leonis sepulture inditum epitaphium, non cum modò sepultus est, sed cum translatum est eius venerandum corpus à Sergio Papa. quod sic se habet^a:

HVIVS APOSTOLICI PRIMVM EST HIC CORPVS HYMATVM QVOD FORET ET TVMVLO DIGNVS IN ARCE PETRI HVNC VATVM PROCERV M QVE COHORS QVOS CERNIS ADESSE MEMBRA SVB EGREGIA SVNT ADOPERTA DOMO

SED

A SED DVDDVM VT PASTOR MAGNVS LEO SEPTA GREGEM QVE CHRISTI COLAM SERVANS IANITOR ARCIS ERAT COMMONETE TVMVLO QVOD GESSERAT IPSE SVPERSTES INSIANS NE LVPVS VASTET OVILE DEI TESTANTVR MISSI PRO RECTO DOGMATE LIBRI QVOS PIA CORDA COLVNT QVOS PRAVA TVRBA TIMET RVGIIT ET PAVIDA STVPPERVNT CORDA FERARVM PASTORIS QVE SVI IVSSA SEQVVTVR OVES HIC TAMEN EXTREMO IACVIT SVB MARMORE TEMPLI QVEM IAM PONTIFICVM PLVRA SEPVL CRA CELANT SERGIVS ANTISTES DIVINO IMPVLSVS AMORE NVNC IN FRONTÈ SACRÆ TRANSTVLIT INDE DOMVS EXORNANS RVTILVM PRETIOSO MARMORE TVMBVM IN QVO POSCENTES MIRA SVPERNA VIDENT ET QVIA PRÆMICVIT MIRIS VIRTVTIBVS OLIM VLTIMA PONTIFICIS GLORIA MAIOR ERIT.]

Ad postremum verò —

Eodem anno 461. pag. 255. E 4. quas coronas vocamus. adde: Non omittimus de sancto Leone, quòd auctor fuit Placidia Augusta, vt exornaret basilicam sancti Pau- li (quod & superius suo loco dictum, cum de eadem basilica fusiùs tractatum est.) Sed & curauit pariter idem sanctus Leo, vt eadem Placidia basilicam sancti Laurentij in agro Verano in meliorem formam restitueret & ornaret. Est namque de his vetus inscriptio, quam hîc describendam curauimus^a:

S. LEO PLACIDIAE AVG. AV- CTOR EXOR- NANDAE S. PAVLIBASI- LICAÆ, ET S. LAURENTII

C GAVDET PONTIFICIS STUDIO SPLENDERE LEONIS PLACIDIAE PIA MENS * OPERIS DECVS OMNE PATER DEMOVIT DOMINVS TENEBRAS VT LVCE CREATA HIS QVONDAM LATEBRIS SIC MODO FVLGVR INEST ANGVSTOS ADITVS VENERABILE CORPVS HABEBAT HV C VBI NVNC POPVLYM LARGIOR AVLA CAPIT ERVTA PLANITIES PATVIT SVB MONTE RECISA EST QVE REMOTA GRAVI MOLE RVINA MINAX.]

Ad postremum —

Anno 463. pag. 261. A 9. §. Hoc eodem anno celebrata est Synodus Arausicana poste- rior, & quæ sequuntur vsque ad paginam 264. B 7. §. Hoc eodem anno data reperitur in Gallias epistola, cuncta quæ ibi habentur de Concilio Arausicano tollenda penitus: nam de Synodo Arausicana posteriori inferius agetur anno quingentesimo. hîc verò ista ponas: Positum hîc erat in priori editione Concilium Arausicanum posterius, vbi collocatum erat à veteri Conciliorum collectore. Verum ab ipso erratum vel serò cognouimus, sicut ab alijs eodem errore deceptis, qui eandem rationem temporis inierunt. Quamobrem in sequentem Tomum reponendum suo loco curauimus, vbi Lector exactam de his cun- ctis redditam rationem inueniet. deinde subijciantur quæ sequuntur ab eo §. Hoc eodem anno data reperitur in Gallias — & cetera vsque ad finem presentis anni.

Antiq. in- script. in Ap- pend. pag. 1173. nu. 1.

Anno 466. pag. 276. A 7. in Aquitania, corrige, in Gallia Narbonensi. & rursum eadem pag. B 1. in Aquitania, item corrige, in Gallia Narbonensi, & ceteris locis in quibus Regiensis ciuitas legitur in Aquitania, eodem modo corrige.

Anno 467. pag. 279. E 1. cum sedisset annos sex, corrige, cum sedisset annos quinque. E Anno 467. pag. 280. E 11. ornamentis ecclesiarum. adde: De eodem Hilario Papa ve- tus inscriptio emerfit, quam his addendam putauimus. sic se habet^b:

AD FONTEM VITÆ HOC ADITV * PROPERANTE LAVANDI CONSTANTIS FIDEI IANVA CHRISTVS ERIT

HIC LOCVS OLIM SORDENTIS TVMVLI SQVALORE CONGESTVS SVMPTV ET STUDIO CHRISTI FAMVLI HILARI EPISCOPI IUVANTE DOMINO TANTA RVDERVM MOLES SVBLATA QVANTVM CVLMINIS NVNC VIDETVR AD

Antiq. in- scrip. in ap- pend. pag. 1163. nu. 1. * PROPE- RATE

OFFERENDVM CHRISTO DEO MVNVS ORNATVS ATQVE DE- A
DICATVS EST.]

Cum igitur —

Anno 470. pag. 290. E 11. idem Suidas meminit. adde: Quod ad tempus, quo Suidas vixerit, spectat: etsi ex his optimè pateat, his eum vixisse temporibus: tamen cum alibi idem ipse insinuet, se vixisse sub Philippo Imp. qui imperauit anno Domini septingentesimo duodecimo: insuper & cum in verbo, Adami, chronologiam mundi extendat vsque ad annum nongentesimum septuagesimum sextum, quo obiit Ioannes Tzimisis Imp. vt affirmemus nos inducit, volumen ipsum vtique à Suida conscriptum, aliorum diuersorum auctorum esse locupletatum additamentis, vt in alijs Lexicis nouimus contigisse. Hoc autem anno —

SVIDAS VO-
LV MEN NON
VNVS AV-
CTORIS.

Anno 475. pag. 318. D 7. cui dedit Deus vt apud barbarū Regem & Arianū hominem gratiam inueniret, vsque ad verba: Quantū igitur, ea deleas, quorum loco ista subijcias: Cui dedit Deus, vt apud Burgundionum Regem, qui tunc Lugdunensibus dominabatur, non autem Gothorum Rex, summam gratiam inueniret, vt tam Rex ipse quam Regina virum sanctissimum plurimum colerent & obseruarent.

Quantum igitur —

Anno 482. pag. 370. C 8. huic Concilio Turonensi absens subscripsit. adde: Cur autem non posuerimus ipsum sub Consulatu illo Seuerini, qui habet collegam Dagalaphum, anno videlicet Christi 461. vt proposueramus, cum de Concilio Andegauentis sermonem habuimus anno 453. quæ proximè dicentur de festo die, ad quem vocati sunt Episcopi, atque de sancto Perpetuo Turonensi Episcopo, facient manifestum.

Sanciti in eo —

Anno 483. pag. 376. B 9. superna peti, adde: In antiquarum Inscriptionum volumine de eodem Simplicio quod fecerit in Paradiso (erat locus amoenus iuxta basilicam C sancti Petri ita dictus) ædificium, est eiusmodi antiqua descriptio, hoc titulo, In Paradiso.

^a Antiq. in-
scrip. in Ap-
pend. pag.
1164. n. 1.

CVM SVBITIS PERAGI FALLAX CLEMENTIA VERIS
ET SACER ADDENDO FESTA VETARET AQVIS
SIMPLICIUS PRÆSVL SACRARIA CELSA PETENTEM
PORTICIBVS IVNCTIS TEXIT AB IMBRE DIEM

Ibidem sub hoc titulo: ^b Super limina introitus ecclesie.

QVI REGNI CLAVES ET CVRAM TRADIT OVILIS
QVI CÆLI TERRÆQVE PETRO COMMISIT * AVENAS
VT RESERET CLAVSIS VT SOLVAT VINCLA LIGATIS
SIMPLICIO NVNC IPSE DEDIT SACRA IVRA TENERE
PRÆSVLE QVO CVLTVS VENERANDÆ CRESCERET AVLÆ.]

^b Antiq. in-
ser. in Appēd.
pag. 1163.
num. 3.
* HABENAS

Hactenus vetus inscriptio —

Anno 484. pag. 426. D 2. At de Orentio satis. adde: Post priorem verò nostrorum Annalium editionem contigit, opportunè in lucem edi Antuerpiæ Commonitorium eius Orentij, industria Martini Delrio Societatis IESV presbyteri, ab eodemque doctis notis elucidatum, cui benè precamur, aque gratias agimus, optantes nobile eius ingenium in huiusmodi sapientiæ thesauris terra obrutis Ecclesie vsui restituendis indefesso studio laborare.

Quod verò ad ipsum —

Eodem anno 484. pag. 427. E 9. sedisse eius successorem Euphrasium. adde: At cogimur post priorem editionem his ista addere, ob calumniam quam patimur à nouo Scholiaste in Sidonium Apollinarem, cum de Aprunculo agens, hæc ait: Malè etiam Baronius hunc Aprunculum putat esse Aprum, de quo supra lib. 4. epist. 21.] non ista dixi, vt vides Lector (te appello) eundem esse Aprunculum cum Apro, sed tantum ex eadem patria & cognatione nominis videri illum ad hunc spectare. quod existimare vel opinari quis prohibet? ipse contradicendi & redarguendi quodam velut percitus cestro, stylo mendaci, cum verò ex nostrorum scriptorum proficit lectione tacet, & suo vult ingenio tribui quod inuenit alieno multo labore paratum. quam digna sint ista animo libero, iudicent omnes, cum tamen ipsi non ingrati, cum quid iure corrigendum admonuit,

A admonuit, eidem gratias agamus & benè precemur. de quibus autem sumus calumniam passi vindex erit Iacobus Sirmundus: qui etiam, quantum scholia illa schola indignant viri peritoris, vt vel voces ipsas auctor discat Ecclesiasticas, & quam multipliciter in eis errauerit, cuique intuenti apertissimè demonstrabit, cum suas in Sidonium ante ipsum elucubratas edet Notationes: deponetque tunc plane fastum, cum sentiet se discipulum, qui magnus sibi visus est esse magister; erubescetque cum viderit se redactum sub ferulam, & ingemiscet Sauarus sentiens non se verum.

Anno 490. pag. 456. D 6. miramur ab aliquibus impudenter sanè inscribi Sanctum. adde: Ista quidem priori editione ex adductis diuersorum scriptis affirmasse, non indecens quidem fuit. At verò ex postea cognitis & adductis, rursus ad iudicium ipsum reuocandum, haud existimamus indignum, cum tamen de eius scriptis immota maneat sententiæ Patrum. Quod enim vsque ad hæc tempora nostra eundem Faustum continuit inter Sanctos Martyrologium Gallicanum, à quo ipsum Molanus primum expunxit: quod etiam, vt accepimus, Ecclesia Regentis in Gallia, vbi ipse sedit Antistes, semper eum vt Sanctum coluerit, celebrans eiusdem natalem decimasepima Ianuarij: ibique in eius memoriam antiquitus erecta basilica eius nominis titulo insignita hæctenus eius cultu à fidelibus frequentetur: quodque tot sæculis, Christiano orbe spectante, Ecclesia Romana tacente, nemine penitus (quod sciatur) contradicente, ista eidem Fausto exhibita intelligantur: opinari non prohibemur, de eodem Fausto accidere potuisse (quod de multis viris sanctis asseritur) quod delinquens errauerit, cum quæsitio illa fuerit auctoritate Sedis Apostolicæ definita, & eius opinio aliorum Patrum sententia condemnata, ipse suum errorem fuerit scriptis contrarijs detestatus, quæ potuerint, vt alia quam plurima periisse, vel ipsum ante suorum scriptorum factam ab Ecclesia damnationem diem obiisse (incertus est enim eius obitus annus) habentem in animo C in his sequi, quod sequendum doceret Ecclesia. Ita quidem ipsum compositum animo fuisse, alijsque innotuisse, inde facile potest intelligi, quod semper (vt indicant Acta Conciliorum Arelatenfis & Lugdunensis superius recitata) communicationem habuit cum sanctissimis Orthodoxis Galliarum Episcopis. Maneant igitur Fausto integra iura sua, nec ex nostris scriptis sentiat præiudicium: neque priuato iudicio nouitati liceat conuellere antiquitatem.

Sed miramur eundem ab alijs redigi —

Anno 493. pag. 485. E 1. is creditur esse: sic corrige, diuersus planè est ab eo, cuius Sidonius — & post sequentem versum Quod sita est, corrige: De eo etiam

D Anno 496. pag. 514. A 2. de qua disputat, quæstionis. adde: Profitetur auctor hæc ipsa superius, nempe negligi vocum proprietatem, cum non de eis principalis est quæstio; attendi tunc autem, cum aduersus dimicantes hostes est de eisdem differendum: Aliud est, inquit, quod vsitato loquendi compendio sæpè de qualibet rei parte dicimus, & totum, quod est, sine dubio profiteamur. Aliud, cum prorumpit humana temeritatis audacia, quæ sic aliquam partem nuncupare contendit, vt quod totum est, negare moliat: necesse sit pro veritate certantes, illos qui partem suscipiunt, partemque contemnunt, etiam de toto conuincere.] Cum igitur non tractaretur ab auctore ibi quæstio de substantia vel accidentibus post transubstantiationem, quam disertis verbis affirmat, remanentibus, sed in exemplum adductum diuinæ Incarnationis, quod sit in sacratissima Eucharistia, ex parte saltem; etsi non ex toto conueniens: quis est qui exactiorem vocum proprietatem ab auctore requirat, ad quas ipse noluit astringi? cum præsertim, vt illa accidentia post transubstantiationem remanentia speciali vocabulo species dicerentur, nondum esset in Ecclesia vsu receptum, quod postea ventilata scholasticè quæstione, reperimus factitari cœptum. Vides ergo quam iniquè — deleantur interpola-
E sita vsque ad hæc verba.

Eodem anno 496. pag. 514. D 4. Sed dicas velim — dele totum ad sequens vsque capitulum, quod incipit: Porro quis adeo seuerus —

Eodem anno 496. pag. 515. A 9. ora hæreticorum. adde: Quæ cum obstinatio cum perfidia relerant, frater collega noster Cardinalis de Perona Archiepiscopus Senonensis, decus & ornamentum Ecclesie Gallicanæ & Catholice totius validissimum fulcimentum, præstanti virtute scriptorum suorum tamquam nouus ^a Daniel fauces draconis occludet, cogetque dirumpi. ^a Dan. 12.

Sic igitur iam —

Anno 502. pag. 547. B 2. iam ad res gestas deueniamus. *adde*: Verum describendæ hæc sunt primo loco Theodoricæ Regis litteræ, & Episcoporum, & alia quæ interuenerunt in hac causâ, digna memoria monumenta, quæ Parisijs missa à nostro Nicolao Fabro, cui hoc nomine plurimum nos debere fatemur, accepta, ab antiquitate licet non nihil læsa, vt videre poteris, pluribus locis corrupta, quæ coniecturis in margine positâ sanari, si non penitus, ex parte possint. sic enim se habent:

THEODORICI REGIS LITTERAE ADEPISCOPIS AD SYNODUM ROM. CONVOCATOS.

* concilium alienæ facilitatis imitatione deserere, * vniuersitatis sacerdotali proposito * grauiori

* ordinatione * Ad hunc

* compresso * orta * Rauennam * aliorum

* non, adiectis Faber ex consuetudine.

* solius vel solis.

* quo definit.

* dissentiat

Præceptio quæ missa est per Germanum & Carolum Episcopos. Dominis sanctis, & venerabilibus patribus Laurentio, Marcelliano, & Petro, & cunctis Episcopis in Vrbe residentibus Theudoricus Rex.

Vos quidem rem fecistis proposito congruentem, nos potius directo vestro secundo consulere, quàm indictum * consilium alienæ facultatis imitatione disserere, ne discedentibus vniuersis sub manifesta deserti dispositione iudicij maior urbem regiam seditiosis motibus turba concuteret. Sed non optauimus commississe sanctæ congregationis examinationis sub hac protrahi dilatione negotium, nec * vniuersitas animum * grauius præiudicio pendere suspensum. Quia nec tranquillitati Vrbs definitionis mora, nec sacerdotali proposito. Sententia potest conuenire discordiæ. Molesta igitur accepta confusione, quæ nata est * ceterum quæ discessum, quia propter turbam quæ aut casu vitio aliquorum contigit, iterata quæ cœperunt relinquere iudicia. Qui tamen si dixerit potius cogitasset, exemplo vestro in vrbe residere expectantes de his quæ illic facta de nostræ prouidentia * ordinare remedium. Cum in multas vias cogitatio nostra disperferit. * Adhuc si tramitem consilij cura conuertit, vt rursus ad Kalendarum Septembrium diem eundem censuerimus sacerdotum numerum conuenire, qui dudum fuerat conuocatus. Ergo in grabantis sanctitatem reliquorum præsentia conuenit operire, vt cum præto tumultu & dissentione submota, quæ ab omnibus certa est ab omnibus causa peragatur. Nam * reuennam, quemadmodum speratis non putauimus reuocandum esse Concilium, dum aliorum labore, * dierum permouemur ætate, parati vt nisi secundo conuentu causâ finem iudicium Synodale posuerit iuxta desiderium vestrum, quos nos poscitis esse præsentis; occupationibus nostris Romæ quietis amori postpositis, nos potius Romam Deo auctore veniamus, vt præsentibus saltem nobis citra confusionem atque discordiam, secundum Dei timorem tanta causa terminum fortiat. Vt non diutius vrbs regia turbarum tempestate fatigetur, sed vestri æquitate iudicij redeat ad quietem. Ne mora vobis videatur onerosa, fas est vestra æstimare prouidentia, si quomodo sit, aut sub nostrorum temporum tranquillitate tolerandum, solutus ne in aliqua definitione Concilio sub incerto Ecclesiam, sub hoc certamine Romanam perdere ciuitatem alia manu. Orate pro nobis domini ac venerabiles patres. Datum sub die 5. Idus August. sed Ecclesia. Rufo magno, Faustio Auieno. VV. CC. Cons.

Senatus vel Marcellini Episcopi cum ceteris, & alia præceptio, quæ data est per maiorem domus Regis.

Præceptio Regis iij. missa ad Synodum. Flavius Theudoricus Rex vniuersis Episcopis ad Synodum conuocatis.

Romanæ Ecclesiæ pacem, Episcopo Symmacho criminosis propositionibus impedito sub ea quam cernitis confusionem turbæ quoniam * non magis potuit prouidentia nostra consulere, quàm vt iuxta petitionem Senatus & Cleri, ad congregandos ex diuersis prouincijs causam reuocare & Antistites, & de religiose actione personæ Sanctum facere. * Indicare Concilium, in oculis sunt dudum ab vniuersis Synodum destinatum, & conscientia nostræ ad stipulatur oracula, quibus * solus integritatis affectum hoc ius Pontificibus commissimus euocatis, vt sub Synodalis æquitate sententia, aut propter obiecta conuictus reatui subiaceret. Post huiusmodi constituta, quis finem tanto dandum dubitavit esse negotio? quis de tam numerofo concilio sacerdotum magis nasci crediderit confusionis ambiguum? quid profuit * sine vira de prolixo itineris citra ad nos imposuistis negotio? quid tantarum Ecclesiarum absentibus sacerdotibus fuisse suspensum? quid peteret reliquum si tanto exitum non datur impetrare conuentu. Sed transacta sufficiant, quæ ad hoc tantum in memoriam satis est reuocare, * quid definit. Bona est præteritorum recordatio, si quæ displicent secuta cura correptionis emendet. Non saltem discedentibus aliquibus delatoque negotio ad secundæ concordationis venientis repetita iudicia pro Fide, pro innocentia, pro æquitate concordis remotis studijs aliquibus * dissentit integritas. hoc petitione nostra Romanæ confer-

tur

A fertur ciuitati, vt sacerdotali consideratione proposito delegato terminum detis sine contentione negotio, scientes examen vestrum de his, securum esse iudicium. Cogitate matrem confusionis esse discordiam, & quemadmodum consensu dubia solidantur, ita etiam firma dissensione dissolui. Numquid laboriosa, numquid conscientia vestra grauiam, numquid inimica proposito ab Antistitibus suis pacē poscit Ecclesia, & ab his quibus per regiones professionis vestra cura debeat esse propensior, fidem tumultuosam expectat? * rationem intentio est vobis seruandæ iustitiae in cognitione libertas remotis omnibus occasionibus integro si vestra voluntatis obiectorum criminum causa examinare iudicium, dummodò studiosa certamine defendi amore, & omne confusionis amputetur ambiguum maximè cum hanc vobis pro religionis reuerentiæ considerationis iustitiae nostræ oracula tribuant facultatem, vt sicut vobis est inquirendæ in hoc negotio voluntas & cura veritatis personis illic omnibus constitutis, per quas potest fides rerum quaerita præstare, vos noueritis, & Deus quid in ipsa causa iudicare debeat pacem modis omnibus Clero, Senatui, & Romano populo post iudicium reddituri, ne qua turbatio, nulla discordia in ciuitate remaneat, siue vultis, vt quod propositum est transeat sine discussione negotium, vos sciatis, & Deus qualiter ordinetis. dummodò pax Clero, Senatui, Populoque Romano sub vestra ordinatione reddatur. Ecce coram Deo & hominibus arbitrio vestro committentes vniuersa, conscientiam nostram, sicut decebat absolui, tantum est sub iusta ordinatione rem fuisse finitam, & ciuitatem redditam * dissidentibus incidet. Neque enim tolerabile est ob hanc negligentiam regiae ciuitatis amor quo tenemur adremittit, vt rebus omnibus Deo auctore pacatis sola tranquillitate erigi, & in media vrbe confundi vt desideratur ciuitas in archi latiora, quæ est sub hostium vicinitatis cura, & neque omisisse videamur cum * necessaria credideritis Episcopi Symmachi in cognitione præsentiam, Gundilam & Bedulphum sublimes viros Maiores domus nostræ quos de præsentem misimus cum Conzatrierno. Ne quid dubitationis habeat iussio nostra sacramenta præstabant satisfacturi designatio Episcopus, quemadmodum æstimauerit ordinatio vestra suffecerit vt vocatus ad Concilium, citra Urbem & molestia metu securus occurrat. Orate pro me domini sancti & venerabiles Patres. Datum sub die vj. Kal. Septembr. Rauenna.

Relatio Episcoporum ad Regem. Agimus Deo gratias, qui Regum corda pietatis suæ manu & gubernat & temperat, quando ab ipso venit quod clementia vestra * extra more sua præceptis ad nos moderantissimis per maiores domus Gundilam & Bedulphum sublimes vestros missis ostendit. Sic enim mansuetos principes caeli Dominus fecit esse quos diligit, & quibus est propitiata diuinitas eos in causis omnibus mandatis suis ordinat obedire quod scriptum est, dicente Deo: Sine me nihil potestis facere. Quod utique, boni intelligendum est, Deoque nostro toto affectu & obsequio iussioni vestrae parere voluimus, & ad Papam, qui impetebatur quater cum sacerdotibus nostris ex * secundum Synodo direximus, vt ad iudicium conueniret. Sed occurrere audientia nostræ penitus non * possit statutus, mandans. * sacrosancta posse latuit,

Primò ad conuentum vestrum quando Romæ venistis, sine aliqua dubitatione properaui, & privilegia mea voluntati Regiae submissi, & auctoritati Synodi dedi sicut habet Ecclesiastica disciplina, restauratione Ecclesiarum regulariter poposci: sed nullus mihi à vobis effectus est. deinde cum venirem cum Clero meo crudeliter mactatus sum, vltius me vestro examini non committi in potestate Dei est, & domini Regis quid de me deliberet ordinare. Post Episcopos tamen, qui maioris domus vestrae * illustres verò argenno direximus, cui quid responsi dederit sua suggestione renuntiat, & * in te manus tamen serenissimo domno, quia nobis quid possimus facere non remansit, nec inuitum ad disceptationem nostram adducere possumus. Ipsi per Canones appellationes omnium Episcoporum commissa sunt; & cum ipse appellat * egiret faciendum? nec in absentem valemus * eequid ferre sententiam, nec contumacis locum deputare, qui se iudicibus occurrisse præclamat, maxime quia cum noua est res Pontificem sedis istius apud nos * adire, nullum constat * audiri, exemplum. Voluimus quod restabat pacem iuxta præceptum & voluntatem reddere ciuitati, quæ res & proposito nostro amica est, & beatitudini vestrorum temporum congruebat. Qua * confessione tantæ ciuitatis & gemimus, & horrescimus. Ad amplissimum Senatui, collegasque nostros secundum direximus, orantes ex verbis Apostoli, qui monet: Quod ex vobis est cum omnibus pacem habentes, non volumet ipsos vindicantes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est etiam: Mihi vindicta, ego retribuam dicit Dominus, nec admittit om elericorum desuimus, quibus regulariter voluimus subuenire, qui etiam

etiam

etiam salutare monitum contempserunt, & ideo vestri erit * temperij nutuo Dei respicere A
Ecclesie redintegrationem, Romanæ ciuitatis, & prouinciarum quietem. Nunc rogamus
vt infirmitatibus & deunitatis nostræ quod pij domini est, succurratis, quomodo callidi-
tati seculari sacerdotum simplicitas non sufficit, & iam diuini nostrorum mortes & pericula
propria Roma pati non possumus? sed concedente nobis optatissimo præcepto vestro, vt
ad Ecclesias nostras liceat nos reuerti, quia post hæc quæ suggerimus, nihil est quod a no-
bis possit ordinari, optamus vobis domine p̄i celi.

ALIAE
THEODOR.
REGIS AD E-
PISCOPOS
LITTERAE.

Præceptio regis. Flavius Teudoricus Rex vniuersis Episcopis ad Synodum conuocatis.

Decuerat quidem beatitudinem vestram diuinæ considerationis reuerentia excitum
iam finire negotium: vt vobis ordinantibus submoueri potuisset tanta de ciuitate con-
fusio, maximè cum præsentis affectibus iusserimus quemadmodum vestrum visum fuisset
arbitrium, memoratum vos terminare debere certamen, dummodò sub iusta ordinatio-
ne finitum dissentientes vnitati & concordie redderentur. post quæ miramur denuò fuisse
consultos cum si nos de præsentis antè voluissimus iudicare negotio, habito cum proce-
ribus nostris de inquirenda veritate tractatu, Deo auspice, potuissimus inuenire iustitiam,
quæ nec præsentis sæculo, nec futuræ forsitan displicere potuisset atari. Sed quia non no-
strum iudicauimus de Ecclesiasticis aliquid censi negotijs. Ideoque vos de diuersis pro-
uincijs fecimus euocare, vt sub diuini timore iudicij, totius certaminis vobis disponen-
tibus causa * transferretur, vrbique nostræ, Deo fauente, optata per vos concordia redderetur.
Nunc verò eadem quæ dudum præsentibus intimamus oraculis, nos coram Deo &
hominibus absoluentes, vt causam Dei, quam vestræ congregationi * amplissimam Sena-
tus * pace clerici sperantes, commissimus, quemadmodum visum vobis fuerit * nec à nobis
ordinis vestri expectetur forma iudicij, sed vos qualiter vultis ordinate, siue discussa, siue
indiscussa causa, proferte sententiam, de qua estis rationem diuino iudicio reddituri, dum-
modò, sicuti sæpe diximus, hoc deliberatio vestra prouideat, vt pax Senatui Populoque
Romano, submota omni confusione reddatur, ne qua, quod ablit, post iudicium turba
aut aliqua remaneat in ciuitate discordia. sin autem secundum mandata nostra concordia
sacratissimæ vrbis à vobis fuerit restituta: tunc vniuersitas agnoscere poterit iustum
sacri ordinis vestri extitisse iudicium. Orate pro nobis domini sancti ac venerabiles Pa-
tres. Datum sub die Kal. Octob. Regum Synodi Ecclesiastici * vos an agnoscite Regis.

* f. vocem

Primò salutandi Episcopi, & dicendum eis causa quæ agitatur.

Si mihi visum fuisset, aut iustitia habuisset, vt ego debuissim audire cum Proceribus
Palatij mei, potueram tractare quomodo & Deo placuisset, & posteritati ingratum non
fuisset: sed quia causa est Dei, & clericorum, ideoque modò ad petitionem Senatui vel
Cleri ex diuersis ciuitatibus conuenire antistites vt & Deo medio secundum quod legitis
in Euangelio ex Apostolo ad Corinthios hoc sequamini. Si verò vobis visum fuerit sine
discussione causam finire, aut discussam aut indiscussam, quemadmodum visum fuerit, iudicate,
meam personam nolite metuere, reddituri rationem ante conspectum Dei, tantum
est vt Senatui, Clerum, & populum pacificum dimittatis, & quod iudicaueritis scribatis.
Nos autem hoc probauimus vos bene ordinare, si Populo, Senatui, Clero pacè integram
reddatis. Quod si minimè feceritis, ostendetis vos vni parti fauisse. Nullius ergo per-
sonam ante oculos habeatis, quamuis si ex vobis aliquis violenter vellet quæ iniusta sunt
imponere, remissis rebus vestris iustitiam custodire debetis. Nam multi & vestræ & no-
stræ regionis Episcopi propter Dei causas, & de Ecclesijs vt de rebus suis iactati sunt, & ta-
men viuunt. Ego non solum impono, sed etiam rogo, vt faciatis quæ Deus præcepit, &
quæ legistis in Euangelio & Apostolo. Si autem discutitis causam, vel sub aliquo colore
melius causam iudicatis. Si autem indiscussam dimiseritis, datis exemplum sacerdotibus
omnino malè conuersandi. Hæc cum diceret, proposuit similitudinem: Aliquan-
do * Asparia à Senatu dicebatur, vt ipse fieret Imperator; qui tale fertur dedisse respon-
sum: Timeo ne per me consuetudo in Regno nascatur*, ita dico, vt modò ne iracun-
tur sancti Patres nostri, ne per eos cum non discussissent & ita iudicauerint, consuetudo
peccandi omnibus sacerdotibus * generaliter. Item si voluerint discutere causam, vt
securus egrediatur, Arigerius, Gudila, & Bedulphus sacramenta ei præstabunt. De
area verò vel de domo Lateranensi prout iudicatum fuerit, eadem Synodus reddat * de
vindictam, quæ sperant discussionem si eis placuerit, aut ipsi vindicent, aut nos depute-
mus legibus exequantur culpas.] hæc sunt quæ à Fabro nuper accepimus, iam quæ spe-
ctant ad ipsam Synodum prosequamur. Qui ad Synodum

* Aspari
* mala, addit
F.

* generetur.

* debitâ quæ
speratur

Anno

A Anno 508. pag. 588. C 1. Christi annus quingentesimus octauus descriptus habetur in
Fastis Consulatu Decij Iunioris & Celæris. adde: Ita Fasti Panuini pro arbitrio addentis
vel mutantis passim nomina, quem in priori editione me secutum pœnituit: Etenim Cas-
tiodorus Decium non habet, sed Venantium iterum & Celærem; sed & apud Marcelli-
num Comitem nulla de Iuniori Decio profus mentio. Porro in Consulibus error, alios
parit errores. Cum igitur hi Consules ordinarij in antiquioribus Fastis positi habeantur,
nec de Clodoneo qui litteris Anastasij fuerat designatus, vsquam mentio; planè opinari
licet respuisse Clodoneum

Anno 509. pag. 598. E 12. Longobardos tandem, adde: immisit in Vrbis diuturnam
obsidionem, factumque vt intentis mœnibus ciuibus; exoleuerint Circenses ludi, iam-
que frigerit ardens libido illa parandorum spectaculorum; sicque factum, vt huiusmodi
officinæ demonum penitus vacuæ redderentur, vt non esset amplius

Anno 513. pag. 637. A 2. Probo V. C. Conf. adde: Extat & alia Symmachii breuior
B eiusdem argumenti epistola ex monumentis Eboriacensis bibliothecæ accepta; his verbis: * Bibl. Flo-
Symmachus Papa omnibus Episcopis per Gallias constitutis: rianæ edit. à
Ioanne Ca-
lest. par.
vlt. pag. 130

Cunctas inter ecclesias Galliarum, ob præcipuas; Viennensem & Arelatensem; extitit
controuersia. Quæ verò à prædecesore nostro beatæ recordationis Leone Papa super hac
parte ordinata sunt, Ecclesie Romanæ fidelis declarat instructio. Atque ideo, ne ea quæ
semper est veritatis amula, sibi aliquid vendicare queat obliuio; & prioris decreti vigor
temporis diuturnitate vergat in senium, necessarium duximus olim promulgata in lucem
reddere nostris affatibus. Idcirco quemadmodum decessor noster Leo Papa dudum re-
cognitis allegationibus partium definiuit, parochiarum numerum vel quantitatem Vien-
nensi & Arelatenfi sacerdotibus deputatam, & nos præcipimus nullius vsurpatione trans-
scendi. Valet.]

C Anno 518. pag. 694. B 8. & dies vigintitres, corrige, & dies tres

